BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVII
F
12
NAPOLI

XLVII
7
12



DIVI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI, ET DOCTORIS S. THEOLOGIAE PRÆSTANTISSIMI CHRONICORVM

SECVNDA PARS.

QVAE A DIVO SYLVESTRO PONT. MAX. vſque a Innocentium III. id eſt, ab anno Chriſti 310. ad annum vſque Griſti 1313. res toto fere orbe geſtas, & vitas omnium pene Santtorm, qui ſæculis illis floruerunt, doctorumque maxime celebrim dta præclara complectitur.

LVGDVNI,

EX OFICINA IVNTARVM, ET PAVLI GVITTII.

M. D. LXXXVI.

Cum Priuilegiis ſummi Pontificis, Cæſareæ Maieſtatis, ac Galliarum, & Hiſpaniarum Regum.

NAPOLI

DE CONSTANTINO MAGNO IMPERATORE.

TITVLVS NONVS.

De Conſtantini Imperatoris conuerſione.

CAPVT I.

A.C. 307. Conſt antinus magnus pop. Ro. Imp. 60. Impe ann. 30. men. 11. d. 17. Onuſ. De quo Euſeb. lib. quatuor ſcripſit & aliquàm plurimi. Conſtantinus Imper. qualis Eutr. lib. 11.

CONSTANTINVS igitur defuncto eius patre Conſtantio, imperare cœpit anno Domini 309. ab initio verò mundi quater milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecũdo, ſecundum minorem computationem, ſecundum maiorem verò B quinquies milleſimo cccc.viij. Et imperauit à morte patris annis xxxj. Nam ſeptẽ annis antequam Maxentium ab imperio deturbaret, imperauit in Gallia. Fuit autem Conſtantinus (vt refert Iaco. Decol.) primo imperij tempore optimis principibus comparandus. Nam innumeræ in illo animi corporiſq; dotes atq; virtutes claruere. Erat militaris gloriæ appetentiſsimus, cui in bellis ſemper proſpera fortuna fuit, verùm ita vt non ſuperaret induſtriam. Ciuilibus autẽ artibus & ſtudiis liberalibus deditus. Erat prætereà affectator iuſti amoris, quem ſibi & liberalitate & affabilitate quæſiuit. Et ſicut in nonnullis C amicis dubius, ita in reliquis egregius, nihil occaſionis prætermittens, quo eos opulentiores clarioreſque præſtaret. Cùm igitur Conſtantinus amabilis cunctis formidabiliſque imperaret in Galliis, & ſenatus populuſq; Romanus Maxentij impietatem ſceleraque vltra tolerare non poſſent, Conſtantinum per nuncios euocant, vt patris ſui memor Romanæ reipublicæ ſubueniat, atque ciues ſuos de poteſtate tam immaniſſimæ belluæ eruat. Qui animo magnus, & omnia efficere nitens, quæ animo præparaſſet, & ſimul principatum totius orbis affectãs hoc ciuile bel- D

Romani aduerſus Maxẽtiũ Conſtantinũ euocant. vide Eutrop. lib. 11.

A lum contra Maxentium ſuſcipere decreuit cum Licinio [b] collega, qui tunc apud Illyricum imperabat. In quo congreſſu ſigno crucis ſibi oſtẽſo, quo vinceret, Maxentium cum exercitu eius deuicit ſubmerſum in fluuio apud pontem Miluium, vt dictum eſt ſupra. Qui vrbem ingreſſus, ſuſceptus eſt à cunctis cum magna gloria, eiſque eſt arcus erectus. Et licet adhuc eſſet idololatra, & necdũ in Chriſto regeneratus per Baptiſmũ, rebus tamẽ in vrbe cum Licinio compoſitis, vna ſententia ſtatuerunt legem, in qua Deum Chriſtianorum pleniſsimis laudibus proſequuti ſunt, B & totius virtutis eum authorem atque operis, & ipſum de tyranno Maxentio præſtitiſſe victoriã, & ideo ab vniuerſis huic venerationẽ cultúmque deferendum eſſe cenſebant. Deinde vt dictũ eſt ſuprà: Maximinus qui imperabat in oriente, veniens contra Licinium: deuictus & debellatus eſt à Licinio. Poſt conuerſionem autem Conſtãtini & Baptiſmum, motus Licinius zelo inuidiæ contra Conſtantinum, perrexit contra eum in prælium, & deuictus [c] Licinius pluries: demum captus decapitatus eſt. Deiecto autem Licinio, atque omni memoria tyrannicæ dominationis C ablata, ſoliditatem Romani regni ſolus Conſtãtinus obtinuit. Et tres filij fuerunt. Conſtantius, Cõſtans, & Conſtãtinus. Fuit & ei filia Cõſtantia nomine. Tunc verò ſtatus reipublicæ æquabili moderatione & cenſùra digniſsima Romani

A. C. 307.

Signum Crucis Conſtantino apparet. Eutrop. ibid.

Euſeb. li. 9. hiſt. Eccleſ. c. 9.

Conſtantinus pro Chriſtianis legem condit.

Licini in Conſtantinum inuidia. ibi. cap. 10.

Cõſtantini liberi.

ANNOTATIONES IN ſecundam partem D. Anton.

a CONſtãtio Auguſto Eboraci in Britãnia mortuo cunctis qui circum eum erant annitentibus, ſed præcipuè Alemannorũ Rege Eroco. (quem alij Crocum vocant) Conſtantinus ex obſcuriore matrimonio eius & Helena filius imperio ſuffectus eſt 11. Cal Aug. Anno Chr. 307. & ab vrbe cond. 1061 Ex Eutrop. Onuph. in com. in Faſt.

b Reſpublica tum à nouis quatuor Imperatoribus tenebatur. Nã Hiſpania, Gallia, Britannia & Germania à Conſtantino, Italia & Aphrica à Maxentio, Illyricus à Licinio, & Oriens à Maximino tenebãtur. Eutr. & Onuph. ex quibus facilè Hiſpaniæ nomen pro Illyrico vel Dalmatia ſcriptũ puto, præ- D ſertim cum Eutrop. Liciniũ Mediolano à Conſtantino in Galliam accitum ſcribat.

c Conſtantinus acie potior Licinium terreſtri in Pannonia, & apud Cibalas & nauali prælio apud Nicomediam vicit, & eum indumentum Regium deferentem in deditionem cœpit, & Theſſalonica in cuſtodiã miſſum priuatum, vnà cum Martiniano officiorum magiſtro iuſſit occidi, metuens Herculi, Maximiani ſoceri ſui exemplo, ne iterum depoſitam purpuram in perniciem Reſpubl. ſumeret. Eutrop.

A.C.307.

nominis habebatur. In nationibus Barbaris metus ingens, in prouincialibus verò metu maior deuotio erat.] Eccleſiarum verò gloria incredibile memoratu eſt, quanto Imperatoris religioſi ſtudio adoleuerit, quantáque eius cura etiá erga ſumptum indigentium fuerit. [Ardens namque in fide Dei animus, & benignum ingenium atque clemens bonis operibus paſcebatur.] Intantum verò præſentium rerum bonitas & tráquillitas obtinebat, vt obliuionem præteritorum pareret malorum. Edictis namque frequentibus per omnem locum propoſitis, non ſolum tyrannicas B aduerſus Chriſtianos depulerat leges, verumetiá & priuilegia plurima eccleſiis, ac ſummos honores ſacerdotibus detulit, ita Deo & hominibus valde carus. [Summam Romani regni cum religione pura, tú etiam virtute animi ac moderatione, ſupra omnes qui prius fuerant procurabat.] Quátóque ſe Deo humilius ſubiiciebat, táto illi Deus amplius ad vota ſua cuncta ſubdebat. Vnde & diuino auxilio fretus Sarmatas, & Gothos populos barbaros aggreſſus, mirabili virtute multis prælis victos perdomuit. Calecerum deinde tyrannum nouis rebus ſtudentem apud Cyprum C vno prælio ad internecionem oppreſsit. Inſuper & Scythas viro fortiſsimo Gallicano ſui exercitus duce diuina virtute compeſcuit. Hæc enim immaniſsima natio ſe in Romanum ſolum effundens, cæde, rapinis, incendio, non ſolum Romanorú Prouincias inuaſerat, ſed & Romanú exercitum cum Gallicano tunc gentili pulſum obſederat. Sed ſuaſu ſanctorum Ioannnis & Pauli qui ſecum erát, facto voto, quòd ſe Chriſtianum faceret, ſi incolumi exercitu ad Auguſtum victor rediret, tanta ſubito mutatio facta eſt, vt Barbari qui & virtute & numero præſtabant, & prælio ſu- D periores erant, Angelo eum aſſociante, qui apparuerat, cótra opinionem omnium ſe ſuáque Gallicano ſubderent. Qui cum victoria reuerſus Baptiſmum deuotiſsime ſuſcepit.

Status Romani imperij, & Eccleſia ſub eo felix.

Hieron. in Chron. Eutrop. ibid. Roff. L. 10. c. 8. Scithæ in Cypro à Conſtantino Gallicani auſpiciis domiti. hæc ex Terentiano in vita Ioan. & Pauli ſumpta ſunt.

A. C. 310.

§. I.

GElaſius Papa de Syluestri Papæ geſtis ſic ait diſt. 15. ſancta Romana. Actus beati Syluestri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui ſcripſerit, nomen ignoremus, à multis tamé in vrbe Romana Catholicis legi cognouimus, & pro anti- E quo vſu multæ hoc imitantur eccleſiæ. Syluester à matre re & nomine Iuſta genitus, à Cyrino presbytero eruditus, hoſpitalitatem ſummopere exercebat. Timotheus autem quidam Chriſtianus ab eo in hoſpitium ſuſcipitur, qui ob perſecutionem ab aliis vitabatur. Hic poſt annum coronam eſt aſſecutus martyrij, dum prędicaret conſtantiſſime fidem Chriſti. Putans verò Tarquinius præfectus Timotheum multis abundaſſe diuitiis, eas à Syluestro expetit, inferens minas mortis. Sed cum verè Timotheum, huiuſmodi diuitias non habuiſſe comperit, Syluestrum idolis immolare F præcepit, alioquin in craſtinum diuerſa reciperet genera tormentorum. Cui Syluester. Stulte hac nocte morieris, & ſempiterna tormenta recipies, & velis nolis, verum eſſe Deum, quem colimus, recognoſces. Syluester igitur carceri traditur, & Tarquinius ad prádium inuitatur. Dum ergo comederet, os piſcis in eius gutture ſic verſatur: vt nulla ratione reiicere potuerit vel glutire. Sicque

De S. Syluestro Papa Gelaſ. in concil. Geſta S. Syluestri ab Eccleſia probantur. Hæc ex ipſius S. Syluestri geſtis habet Vinc. lib. 13. Spec hiſt. c. 46. conſentit Metaphraſt. apud Lippom. & Sur.

Timotheus preſbyter pro Chriſto necatur.

Tarquin. Chriſtianorú ho-

A media nocte defunctus, ad tumulum cum luctu ducitur, & Syluester cum gaudio à carcere liberatur, qui non ſolum à Chriſtianis, ſed etiam à paganis miro diligebatur affectu. Erat enim aſpectu Angelicus, ſermone nitidus, integer corpore, ſanctus opere, conſilio magnus, fide Catholicus, ſpe patiétiſsimus, caritate diffuſus. Mortuo igitur Epiſcopo Romanæ vrbis Melchiade, Syluester ab omni plebe plurimum renitens in ſummum Pontificem eſt electus. Hic omnium orphanorú, viduarum, & pauperú nomina in matricula ſcripta B habebat, & omnibus neceſſaria prouidebat. Hic quartum & ſextum diem & ſabbatú, ieiuniis inſtituit obſeruandum, quintum verò quaſi Dominicum celebrádum. Græcis verò Chriſtianis dicentibus Sabbatum quinto die potius celebrandum, reſpondit hoc fieri non debere, & quia hoc eſt traditionis Apoſtolicæ, & quia dominicæ debetur ſepulturæ. Græci verò dicebant vnum eſſe ſabbatum ſepulturæ, in quo ſemel in anno eſt ieiunium excolédum. Quibus Syluester. Sicut omnis dies dominicus reſurrectionis gloria, ſic omne ſabbatú decoratur dominica ſepultura. Igitur C de ſabbato acquieſcunt, ſed de quinta feria vehementer contendunt, aſſerentes non debere Chriſtianorú ſolemnitatibus ſociari. Syluester autem eius dignitaté, præcipue in tribus oſtendit. Quoniam hac die Dominus in cęlos aſcendit, & corporis & ſanguinis ſui Sacramentum inſtituit, & ſacrum chriſma Eccleſia conficit. Omnes igitur eius rationibus acquieſcunt.

A. C. 310. ſlis mors horréda. S. Syluest. qualis.

Melchiadi Papæ ſuccedit Syluester.

Quædam inter Grecos & Latinos controuerſia in qua latini ſunt victores.

Conſtantinus lepra laborans dirú parat balneum. Vinc lib. 13. cap. 47. ex Hugo. Floriac. hoc etiam Metaph. habet.

D

§. II.

PErſequente autem Conſtantino Chriſtianos, vel potius officialibus eius, Syluester de vrbe exiit, ac in quodam monte cum clericis ſuis manſit. Ipſe auté Conſtátinus [a] incurabilé incidit in plagá lepræ. Tandé cóſilio idolorum pontificum adducta ſunt tria millia puerorum, vt eos occidi faceret, & ſe in eorum ſanguine recenti & calido balnearet. Egredienti auté eo ad locú vbi balneum parari debebat, matres puerorú obuiát, quæ reſolutis crinibus miſerabiliter vlulabant. E Et lachrymans Conſtantinus iuſsit ſtare currum, & erigens ſe dixit. Audite me comites, & cómilitones, & omnes populi, qui adſtatis. Dignitas Romani imperij de fonte naſcitur pietatis, qui hanc etiam legem dedit, vt capitali ſententiæ ſubderetur, quicunque aliquem in be[llo] occidiſſet inſontem. Quanta ergo erit crudelitas, vt hæc noſtris faciamus filiis, quod fieri prohibemus alienis? Quid iuuat Barbaros ſuperaſſe, ſi à crudelitate vincamur? Ná viciſſe extraneas nationes vitium eſt bellantium populorum, vincere autem vitia & peccata, virtus eſt morum. In illis ergo præliis: F

Pis & clemés Conſtátini ab omni facinore abhorrétis oratio.

a Conſtantinum magnum lepra laboraſſe præterquam quòd ipſe in edicto ſuo tom. 1. concil. profitetur, & Metaph. in vita S. Sylu. refert, Gregor. Turon. ſatis indicat inquiens Clodoueum iam Baptizandum proceſsiſſe velut nouum Conſtantinum ad lauacrum, vt qui lepra veteris morbum deleturus eſſet, lib. 2. hiſto. cap. 31. idem aſſerit Niceph. lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 33. & Zonar. tom. 3,

fortiores

A.C. 310.

A fortiores nos extitimus illis, in his verò nobis ipſis fortiores ſumus. Qui enim fuerit in iſto certamine ſuperatus, victoriá obtinet victus. Victor enim poſt triumphum vincitur, ſi pietas ab impietate ſuperatur. Vincat ergo pietas in iſto congreſſu, verè enim omnium aduerſariorum poterimus eſſe victores, ſi ſula pietate vincamur. Omnium etenim ſe eſſe dominū comprobat, qui ſeruum ſe móſtrauerit eſſe pietatis. Melius eſt ergo mori ſalua vita innocentiú, quàm per eorum interitum vitam recuperare crudelem: quam tamen recuperare incertum eſt, cum certū ſit, quòd B ſic recuperata crudelis eſt. Iuſsit igitur, vt matribus ſuis pueri redderentur, & dona plurima & infinita vehicula præberentur, vt quæ flentes ad patriam alienam venerant, ad loca ſua cum gaudio remearent. Imperator autē ipſe ad palatium ſuum reuerſus eſt. Sequenti vero nocte, Petrus & Paulus apparuerunt ei dicētes. Quoniam exhorruiſti effuſionē ſanguinis innocētis, miſit nos dominus Ieſus Chriſtus, dare tibi recuperādæ cōſiliū ſanitatis. Syluestrum igitur Epiſcopum, qui apud montē Soracte latitat acceſſi: hic tibi piſcinā oſtendet, in qua immerſus tertio, ab omni C curaberis lepræ morbo. Tu verò Chriſto hanc viciſſitudinem reddas, vt idolorum templa diruas, Chriſti inſtaores eccleſias, & eius deinceps cultor fias. Euigilans igitur Conſtantinus, ſtatim miſit milites ad Sylueſtrum. Videns Sylueſter milites, ad palmā Martyrij credidit ſe vocari. Deo autem ſe commendans, & ſocios ſecum adhortans, Conſtantino intrepidus præſentatur, Qui Conſtantinus aſſurgens ait, Bene te veniſſe gratulamur. Qui à Syluestro reſalutatus, narrauit ei per ordinem ſui ſomnii viſionem. Per- D cunctāte verò Conſtantino, qui eſſent dij, qui ſibi apparuerunt, Syluester reſpondit illos Chriſti eſſe Apoſtolos, & non Deos. Tunc ad preces Imperatoris Sylueſter Apoſtolorum imagines ſibi iuſsit afferri, quas vt Imperator aſpexit, tales eſſe qui ſibi apparuerunt, acclamauit. Sylueſter igitur eum catechumenum fecit, & vnius hebdomadæ ei ieiuniū indixit, & carceres aperiri monuit. Cumque in aquam deſcendiſſet baptiſmatis, mirabilis ſibi emicuit ſplendor lucis. Sicque indè mundus exiuit, & Chriſtum ſe vidiſſe aſſeruit. E Prima autem die ſui baptiſmatis hanc legem dedit, vt Chriſtus tāquam verus Deus ab vrbe Romana coleretur. Secunda, vt ſi quis Chriſtum blaſphemaret, puniretur. Tertia, vt quicunque Chriſtiano feciſſet iniuriam, bonorum ſuorum parte dimidia priuaretur. Quarta, vt ſicut [b] Imperator Romæ, ſic Romanus pontifex caput ab vniuerſis Epiſcopis habeatur. Quinta, vt quicunque in eccleſias confugerit, ab omnibus ſeruetur immunis. Sexta, vt nullus niſi de licentia ſui Epiſcopi eccleſiam ædificet intra muros alicuius ciuitatis. Septima, vt ad ædificationem eccleſiarum decimæ poſſeſsionum regalium tribuantur. F Deinde Imperator ad eccleſiam ſancti Petri venit, & de ſuis culpis ſe lamentabiliter accuſauit. Poſtmodum arrepto bidente ad fundamentum baſilicæ conſtruendę, terram primus aperuit: & duodecim cophinos in ſui ſcapulis foras [c] eiecit.

D D. Petrus & Paulus Conſtantino de euocando Syluestro ſūt auctores. Vinc. ibid. c. 48. ex Sig. ſlos.

Sylueſter Apoſtolorum imagines Cōſtantino offert.

Conſtantinus à B. Sylueſtro baptizatur.

Conſtantini leges pro Chriſtianis, quas referunt Eus. Nicepho. Cedrenus & alij licet paulò diuerſas.

[b] *Hæc lex in edicto Conſtantini tom. 1. Concil. habetur. Neque porro putes ab hac vel cuiuſuis alterius Principis lege Pontificiam pendere auctoritatem. Nam ſacroſancta Romana ſedes (vt ait Anaclet. epiſt. 3.) non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſeruatore noſtro primatum obtinuit ac eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum populi Chriſtiani gregem aſſecuta eſt. di. 22. c. ſacroſancta, & Irenæus lib. 3. aduerſ. hæret. c. 3. Ad hanc Romanam, inquit, Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem cōuenire Eccleſiam: hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio. Hæc Irenæus cū adhuc Imperatores Chriſtianos perſequerentur, de Eccleſiæ Romanæ Principalitate dicit: non ergo illa à Conſtantino vel alio quouis principe ſuam accepit auctoritatem. Prætermitto teſtimonia infinita, quæ tum apud alios, tum apud Sand. lib. 7. de viſib. mon. reperiuntur.*

[c] *Breuis in fine huius § erat clauſula, in qua hæc de Conſtantini curatione eiuſque baptiſmate hiſtoria tanquā à veritate aliena reuincebatur. Hanc in antiquiori exemplari nō repertentes tanquam temere ab aliquo ſciolo inſertam expunximus, cum præſertim ipſo D. Anton. part. 1. tit. 8. c. 2. § 8. contrarium planè ſentiat, ſentiendumq́ decernat. & in 3. part. ſumm. tit. 22. c. 5. § 16. Neque porro D. Hieron. quæ nisi nouus hic emēdator videbatur, auctoritas, quicquam huic hiſtoriæ derogat, deceptus enim Hieron. vicinia nominis & falſo rumore eſt. Itaque quod de Conſtantio filio dicebatur, id traduxit ad patrem. Ille enim in extrema ætate fuit rebaptizatus, & vt ait Dam. ab Euſebio Nicomedienſ. Ariano Geneb. Damaſ. in vita Felicis 2. tom. 1. Concil.*

Helena filiū ad Iudaicam perfidiā trahere nititur. Vinc. ibid. c. 50. ex geſtis S. Sylueſt. cui conſentit Metaph. & Marianus. Scotus in Chron. c. 51.

§. III.

HAec vbi Helena mater Cōſtantini Auguſti in Bythinia conſiſtens audiuit, per literas laudat filium, quòd abrenunciaſſet ſimulachris idolorum: ſed dure increpat, quòd relicto Deo Iudæorum, crucifixum hominem Deum colat. Reſcribit matri Auguſtus, vt Iudæorū magiſtros ſecum adducat, & ipſe Chriſtianorum doctores proferet, vt ſic ex diſputatione mutua appareat E fides vera. Duxit igitur ſancta Helena centū quadraginta & vnū doctiſsimos Iudæorū magiſtros. Inter quos erant duodecim qui ſapientia & eloquentia præ cæteris rutilabant. Cum igitur Sylueſter cum clericis ſuis, & prædicti Iudæi ad diſputandum coram Imperatore ſimul cōueniſſent, de communi conſenſu duos iudices gentiles ſapientiſsimos & probatos nomine Cratonem & Xenophilum ſtatuerunt: ad quos pertineret ſententia dicendorum, talique inter eos ſententia eſt firmatum: vt vno ſtante, & quærente alius non loquatur. Incipiens igitur primus de illis duode- F cim nomine Abiathar, ait. Cū iſti tres Deos dicāt Patrē, & Filium, & Spiritū ſanctum, manifeſtum eos contra legem agere, quæ dicit. Videte, quia ego ſum ſolus, & non eſt alius Deus præter me. Denique ſi dicit Chriſtum Deum eſſe, quia multa ſigna fecit, in noſtra etiā lege multi fuere qui miracula plurima fecerunt, & tamen nunquam ex hoc diuinitatis nomē ſibi vſurpare auſi ſunt, ſicut iſte Ieſus, quem iſti adorant. Ad hoc

A. C. 310.

Sylueſtri Pontifici, & Iudæorū de Chriſto diſputatio.

Deut. 32.

A.C.315.

Syluęſter:Nos vnum Deum colimus,ſed non in A tanta ſolitudine eum dicimus, vt gaudium filij nõ habeat.Ex veſtris autem libris Trinitatẽ perſonarum vobis denũciare valemus.Nam Patrem dicimus,de quo propheta ait. Ipſe inuocauit me, Pater meus es tu.Filium de quo idẽ. Filius meus es tu,ego hodie genui te. Spiritum ſanctum, de quo idem. Spiritu otis eius omnis virtus eorum. Et hoc etiam quod dixit.Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, euidenter & perſonarum pluralitatem,& diuinitatis vnitatem demonſtrat. Licet autem ſint tres perſonæ, vnus tamen eſt Deus: quod exemplo viſibili ali- B quatenus demonſtrare valemus. Et accepit purpuram imperatoris,& tres ibi plicas fecit, dicẽs. Ecce videtis tres plicas, & explicans ait. Ecce quia tres plicæ ſunt vnus pannus,ita tres perſonæ ſunt vnus Deus.De eo autem quod dicitur,quod ex miraculis Deus credi non debet,quum plures ſancti miracula fecerint,nectamen deos ſe dixerint,ſicut noſter Chriſtus Deum per hoc ſe aſſerere voluit. Certe Deus ſuperbientes contra ſe nũquam paſſus eſt ſine pœna acerrima præterire, ſicut patet in Dathan, & Abirõn aliiſque compluribus. Quomodo ergo mentiri potuit, & ſe C Deum dicere,quod non erat,cum eum ſe Deum eſſe dicentem,nulla pœna ſecuta fuerit, ſed virtutum efficacia comitabatur? Tunc iudices dixerunt. Conſtat Abiathar à Sylneſtro eſſe ſuperatum.Nam & ratio huiuſmodi docet,quia ſi Deus non eſſet, & ſe Deum dixiſſet, conferre vitam mortuis non valeret. Tunc illo amoto, ſecundus qui Ionas vocabatur,ad conflictum accedẽs ait. Abraham circuncisionem à Deo recipiens iuſtificatus fuit, & omnes filij Abrahæ per circuncisionem iuſtificabantur. Igitur qui non fuerit circunciſus,non erit iuſtificatus.Ad quod Syluęſter. D Conſtat Abraham ante circuncisionem Deo placuiſſe,& amicum Dei appellatum eſſe. Igitur nõ circuncisio ipſum ſanctificauit, ſed fides & iuſtitia ipſum Deo placere fecit. Non igitur accepit circuncisionem in ſanctificationem, ſed in diſtinctionem.

Trinitas perſonarum oſtẽditur.
Pſal.88.
Pſal. 2.
Pſal.32.
Gen. 2.
Chriſtus Deus eſſe probatur.
Num.16.
Gen.13.
An circũciſio iuſtificet.
Gen.15.

Iſto ſuperato tertius,qui & Godolias vocabatur,accedens ait. Quomodo Chriſtus veſter poteſt eſſe Deus,cum aſſeratis ipſum eſſe natum,tẽtatum,traditum,nudatum,felle potatum,ligatum, ſepultum, cum hæc omnia in Deo eſſe non poſſint:ergo &c.Ad hoc Syluęſter:De veſtris libris E hæc omnia probamus de Chriſto prædicta fuiſſe.Nam de eius natiuitate dixit Iſaias.Ecce virgo concipiet [& pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel. De eius tẽtatione dixit Zacharias. Vidi Ieſum ſacerdotem magnum ſtantem coram angelo,& ſathã ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.]de traditione eius &c.Qui edebat panes meos, magnificauit aduerſum me ſupplãtationem.De eius nudatione idem.Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea. De eius fellea potatione idem: Dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto.De eius ligatione Eſdras. Vin- F xiſtis me,non ſicut patrem, qui liberaui vos de terra Egypti clamantes ante tribunal iudicis. De eius crucifixione idem. Humiliaſtis me, ſuſpendentes me in ligno,tradidiſtis me. De eius ſepultura Hieremias. In ſepultura eius reuiuiſcunt mortui. Cum ergo Godolias quid reſponderet non haberet,data ſententia remotus eſt,

Quæ de Chriſto à prophetis prædicta fuerunt.
Iſa.7.
Zach.3.
Pſal.40.
Pſal.21.
Pſal.68.

Quartus dictus Annas accedens ait. Ea quæ de aliis dicta ſunt,Syluęſter iſte de ſuo Chriſto prædicta fuiſſe affirmat,vnde ſupereſt, vt probet hæc de ſuo Chriſto dicta fuiſſe. Ad quod Syluęſter.Dabis ergo alium,quem virgo concepit, qui felle cibatus,ſpinis coronatus, crucifixus, mortuus,& ſepultus ſit,qui ſurrexit,& ad cęlos aſcẽdit. Tunc Conſtantinus ait.Si alium non dederit, ſciat ſe ſuperatum, quod cum agere non poſſet, illinc amouetur.

Et quintus quidam Occhi producitur,qui ait. Si ex ſemine Dauid Chriſtus natus eſt, & naſcẽdo Dei filius factus eſt, quia ſanctificatus natus eſt,baptizari non debuit, vt iterum ſanctificaretur. Ad quod Syluęſter. Sicut circũciſio in Chriſti circunciſione finem accepit:ſic noſter baptiſmus in Chriſti baptiſmate initium ſanctificationis habuit. Non ergo baptizatus eſt,vt ſanctificaretur,ſed vt ſanctificaret. Qui cum ita taceret, ait Conſtantinus. Non taceret Occhi, ſi haberet contraria,quæ proferret.

A.C 315.
Chriſtus cur baptizatus ſit.

Tunc ſextus,qui & Cuſi, ait.Vellemus vt Syluęſter iſte cauſas virginalis huius partus nobis exponeret.Ad quod Syluęſter. Terra,de qua A- C dam formatus eſt,incorrupta erat & virgo, quia nec ſe ad bibendum humanum ſanguinem aperuerat, nec maledictionem ſpinarum acceperat, nec hominis mortui ſepulturam habebat, nec ſerpenti data fuerat ad edendum. Oportuit igitur ex Maria virgine nouum Adam fieri, vt ſicut ſerpens natum ex virgine vicerat, econuerſo à nato ex virgine vinceretur: & qui Adę victor extitit in paradiſo, ipſe tentator factus eſt Dei in deſerto,vt qui Adam vicerat manducantem,vinceretur à Deo ieiunante.

Cur Chriſtus de virgine natus ſit.
Gen.1.
Mat.4.

Hoc ſuperato ſeptimus,qui Bẽiamin,ait.Quo- D modo filius Dei Chriſtus veſter eſſe poteſt,qui à diabolo tentari potuit, vt modo in fame panem ex lapidibus facere vrgeretur, modo in templi celſitudine leuaretur, modo ad adorandũ ipſum diabolum adduceretur?ad quod Syluęſter.Si diabolus ideo vicit, quia ab Adam manducante eſt auditus, conſtat eum ideo ſuperatum, quia eſt à Chriſto ieiunante contemptus. Nos non inquantum Deus, ſed inquantum homo tentatum eum eſſe fatemur. Ideo autem tripliciter eſt tentatus, vt à nobis omnes tentationes excluderet,& formam vincendi daret. Sæpe namque in homine E victoriam abſtinentiæ ſequitur tentatio humanæ gloriæ,& tentationem humanæ gloriæ appetitus dominij & excellentia comitatur, ideo à Chriſto de his vincitur, vt vincendi nobis forma donetur.

Chriſtus cur tentatus.

Iſto ſuperato & octauus,qui & Acel,ait.Conſtat quod Deus ſumme perfectus eſt, & nullius indiget, quid ergo ei opus fuit, vt naſceretur in Chriſto? Quomodo iterum Chriſtum verbum appellas?Sed & hoc cõſtat, quia Deus antequam haberet filium,pater dici non potuit, ergo ſi pater Chriſti poſtea dictus eſt,mutabilis factus eſt. F Ad hoc Syluęſter. Filius ante tempora ex patre eſt genitus,vt faceret,quæ non erant, & in tempore eſt natus,vt reficeret, quæ perierant. Quæ etſi ſolo verbo reficere poterat, ſed per paſſionem niſi homo fieret,redimere non valebat: quia in ſua deitate ad patiendum aptus non erat: nec hoc imperfectionis,ſed perfectionis eſt,quod in ſua non erat deitate paſſibilis. Porro filius verbum

Filius cur ante tempora & in tempore natus.

A. C. 315.

bum Dei eſt: hoc ex eo patet, quia propheta ait. [A] Eructauit cor meũ verbum bonũ. Deus quoque ſemper pater fuit, quia ſemper ei filius extitit filius enim eſt verbum eius, ſapientia eius, virtus eius. In patre ſemper fuit verbum: iuxta illud. Eructauit cor meum verbum bonum. Semper ſapientia iuxta illud. Ego ex ore altiſsimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Semper virtus, iuxta illud. Necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes graui mole conſtiterant, ante omnes colles ego parturiebar. Cum ergo pater nunquam fuerit ſine verbo, ſapiẽtia, & virtute, quomodo putas hoc nomen ſibi ex tempore [B] auditenalle?

Pſal. 44. Eccle. 24. prouer. 8.

Filius ſemper fuit.

Hoc igitur amoto, nonus qui Iubal, dixit. Cõſtat quod Deus cõiugia non damnat: nec eis maledixit: quare ergo de coniugio natum eſſe negatis hunc, quem colitis: niſi vt offuſcare coniugia ſtudeatis? Rurſus quomodo tentatur, qui potens eſt, patitur, qui virtus eſt, moritur, qui vita eſt? Denique ad hoc cogeris, vt duos filios eſſe dicas: vnum quem pater genuit, alium, quem virgo generauit. Rurſus, quomodo fieri poteſt, vt patiatur homo qui aſſumptus eſt, ſine læſione eius, à quo aſſumptus eſt?

[C] Ad hæc Syluester. Nos Chriſtum non ideo natum ex virgine dicimus, vt coniugia condemnemus: ſed cauſas virginei partus rationabiliter acceptamus: Nec hac aſſertione offuſcantur coniugia, ſed ornantur: quoniam hæc virgo, quæ Chriſtum peperit, de coniugio nata eſt. Tentatur autem Chriſtus, vt omnes tentationes diaboli vinceret. Patitur, vt vniuerſas paſsiones ſubiiceret. Moritur, vt mortis imperium ſubiugaret. Dei quoque filius vnus eſt, qui ſicut eſt vere Dei filius inuiſibilis, ita homo viſibilis eſt Chriſtus. Eſt ergo inuiſibile hoc quod Deus eſt, & eſt viſibi- [D] le, hoc quod homo eſt. Pati vero poſſe hominem aſſumptum ſine paſsione eius, qui aſſumpſit, exẽplo doceri poteſt. Nam vt præſentis purpuræ regis vtamur exemplo, lana fuit, & huic lanæ ſanguis accedẽs colorem purpureum præbuit. Cum ergo teneretur digitis, & torqueretur in filo, quid torquebatur? hoc quod regiæ dignitatis color eſt, an hoc quod lana extitit, antequam purpura fieret? Lanæ ergo aſsimilatur homo, colori purpuræ Deus: qui ſimul in paſsione fuit, dum pateretur [homo] in cruce, ſed paſsioni in nullo ſubiacuit.

Chriſti de Virgine ortus nõ damnat coniugia.

Dei filius & virginis vnus eſt.

Quomodo homo Chriſtus ſine læſione Dei ſit paſſus.

[E] Decimus qui Thara, dixit: Non mihi placet exemplum iſtud, quia ſimul color torquetur cum lana. Cui cum omnes contradicerent, Syluester dixit: Accipe ergo aliud exemplum. Arbor habẽs in ſe ſolis ſplendorem, cum inciditur per ictum, quem ſuſcipit, ſplendor ab inciſione immunis exiſtit: ſic homine patiente diuinitas nulli paſsioni ſubiacuit.

Vndecimus qui & Syleon, ait. Si de Chriſto tuo prophetæ iſta vaticinati ſunt, tantæ irriſionis & paſsionis & mortis cauſas ſcire vellemus. Et Syluester. Eſuriuit Chriſtus, vt nos reficeret, ſiti- [F] uit, ariditatis noſtræ vt immortalia pocula miniſtraret. Tentatus eſt, vt nos à tentationibus liberaret. Tentus eſt, vt nos à dæmonũ captura [liberos] dimitteret. Irriſus eſt, vt nos ab irriſione dæmonum liberaret. Ligatus eſt, vt nos à peccatorum nodo exolueret. Expoliatus eſt, vt nuditatem primæ præuaricationis indulgentia tege- [A] ret. Spineam coronam accepit, vt flores paradiſi perditos redonaret. In ligno ſuſpenditur, vt concupiſcentiam in ligno genitam damnaret. Felle & aceto potatur, vt hominem ad terram fluentem lac & mel introduceret, & fontes nobis melliflluos aperiret. Mortalitatem ſuſcepit, vt ſuam immortalitatem nobis donaret. Sepultus eſt, vt ſanctorum ſepulturam benediceret. Surrexit, vt mortuis vitam redderet. Aſcendit in cælum, vt cæli ianuam aperiret. Sedet ad dexteram Dei, vt preces credentium exaudiat.

Chriſto euenerũt noſtri cauſa omnia.

A. C. 315.

Hæc Syluestro proſequente vniuerſi tam imperator quàm iudices & Iudæi in laudem Syluestri [B] vnanimiter proruperunt. Tunc indignatus duodecimus, qui & Zambri: indignatione magna dixit. Miror vos ſapiẽtiſsimos iudices verborum ambagibus credere, & Dei omnipotentiam exiſtimare humana ratione concludi. Sed iam ceſſent verba, & veniamus ad facta. Stultiſsimi namque ſunt, qui crucifixum colunt. Cumque ego nomen Dei omnipotentis ſciam, cuius virtutem non ſufferunt ſaxa, nec audire valet quælibet creatura, vt me verum dicere comprobetis, taurus ad me ferociſsimus adducatur, & dum in [C] eius aure nomen illud inſonuerit, taurus illico morietur. Ad quẽ Syluester. Et tu quomodo hoc nomen audiens didiciſti? Zambri dixit. Non eſt tuum hoc noſſe myſterium, qui Iudæorum inimicus es.

Syluester taurũ quẽ magus interfecerat ſuſcitat. Vinc. ibid. c. 32.

Adducitur igitur taurus ferociſsimus, vix à centum hominibus fortiſsimis tractus. At vt Zãbri in aure eius verbum protulit, continuo taurus mugiens oculoſque eiiciens expirauit. Omnes igitur Iudæi vehementer acclamant, & Syluestro viro Dei inſultant. Quibus Syluester ait. Non nomen Dei protulit, ſed nomen peſsimi dæ- [D] monis nominauit. Deus enim meus Ieſus Chriſtus, non ſolum viuentes non mortificat, ſed etiã mortuos viuificat. Nam occidere poſſe, ſed viuificare non poſſe eſt leonum, ſerpentum, & ferarum. Si ergo vult, vt credam, quod nomen dæmonis non fuerit, dicat iterum, & viuificet, quod occidit. Nam de eo ſcriptum eſt. Ego occidam, & ego viuere faciam. Quod ſi non poterit, nomen dæmonis abſque dubio nominauit, qui occidere viuentem poteſt, mortuum viuificare non poteſt.

Deut. 32.

Cumque Zambri ad ſuſcitandum taurum à iudicibus vrgeretur, dixit. Suſcitet eum Syluester, [E] inuocato illo Galilæo, vt nos in eum credere valeamus. Nam & ſi pennis poſſet volare, illud tamen non valde proficeret. Omnes igitur Iudæi, ſi ſuſcitauerit, ſe credituros promittunt. Tunc Syluester oratione facta ad aurem tauri ſe applicans dixit. O nomen maledictionis & mortis egredere iuſſu Dei noſtri Ieſu Chriſti, in cuius nomine tibi dicitur. Taure ſurge, & ad armentum tuum manſuetus recede. Statim igitur taurus ſurrexit, & cum omni manſuetudine abiit.

Tunc regina, Iudæi, iudices, & cæteri omnes conuerſi ſunt ad fidem. Poſt aliquot dies idolo- [F] rum pontifices ad imperatorem venerunt dicentes. Sacratiſsime imperator draco ille, qui eſt in fouea, poſtquam Chriſti fidem recepiſti, plus quàm trecentos homines quotidie interfecit flatu ſuo. Conſulit ſuper hoc Syluestrum. Reſpondit. Ego per Chriſti virtutem eum ab omni ceſſare faciam læſione. Promittunt pontifices ſe ſi hoc faceret, credituros. Orante autem Syluestro

Regina Helena ad fidem cum multis cõuertitur. Vinc. i. c.33.Cedr.

A.C.320.

D. Petrus B. Syluestrum inſtruit.

ſanctus Petrus ei apparuit dicens. Securus ad draconem deſcende tu & duo presbyteri, qui ſunt tecum. Cumque ad eum veneris, eum taliter alloqueris. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, de virgine natus, crucifixus, & ſepultus, qui ſurrexit & ſedet ad dexteram patris, hic venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Tu quoque Sathan eum in hoc loco donec veniat expecta. Os autem ligabis filo, & annulo ſignum crucis habente deſuper ſigillabis. Poſtea ad me ſani & incolumes venietis, & panem quem vobis præparauero comedetis. B

Draconē D. Syluester inclu dit.

Deſcendit itaque Syluester cum duobus presbyteris in foueam per gradus centum quinquaginta, duas ſecum ferens laternas. Tunc draconi prædicta verba dixit, & os eius ſtridentis & ſibilantis, vt iuſſum fuerat, alligauit, & aſcendit, & inuenit duos magos qui eum ſecuti fuerant, vt viderent ſi vſque ad draconem deſcenderet, & draconis fœtore pene mortuos eos ſecum adduxit incolumes atque ſanos. Qui ſtatim cum multitudine infinita conuerſi ſunt. Sicque populus Romanus à morte duplici liberatus eſt, ſcilicet à cultura dęmonis, & veneno draconis. Tandem C beatus Syluester morti appropinquans, clerum de tribus admonuit, ſcilicet vt inter ſe charitatem haberent, eccleſias ſuas diligentius gubernarent, & gregem à luporum morſibus cuſtodirent. Poſt hoc in Deo feliciter obdormiuit circa annum Domini 320.

Multi Romani ad Christum conuerſi ſunt.

De inuentione S. Crucis ex Ruff. lib. 10. hiſt. Eccle. cap 7. Eutrop. li. 11. Ambr. de obitu Theod. Paul. epiſt. 2. Sulp. epiſ. 2. Euſ. in Chron. Theodor. li. 1. cap. 18. & Sozom. lib. 2. cap. 2. vt D. Hieronymū & alios prætermittam, qui omnes ſingularis impudentia arguunt Magdeb. qui centu. 4. cap. 13. eum inficiari audent. D

§. IIII.

DE inuentione ſanctæ crucis ſic refert Ruffinus in hiſtoria Eccleſiaſtica. Per idem tēpus Helena Conſtantini mater fœmina incomparabili fide, religione animi, ac magnificentia ſingulari: cuius iure Conſtantinus & eſſet filius, & crederetur: diuinis admonita viſionibus Hieroſolymam petiit, atque ibi locum, in quo ſacroſanctum corpus Chriſti patibulo affixom pepēderat, ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, qood ab antiqois perſecutoribus ſimulachrum in eo Veneris fuerat defixum, vt quis Chriſtianorum in loco illo adorare voluiſſet, Venerem videretur adorare. Et ob hoc infrequens, & pene obliuioni datus fuerat locus. E

Sed cum (vt ſupradiximus) religioſa fœmina properaſſet ad locum cæleſti ſibi indicio deſignatum, cuncta ex eo profana & polluta deturbans in altum purgatis ruderibus, tres confuſo ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris lætitiam vniuſcuiuſqoe crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui græcis, latinis atque hebraicis literis à Pilato fuerat conſcriptus: ſed nec ipſe ſatis euidenter dominici prodebat ſigna patibuli. Hic iam humanæ ambiguitatis incertum diuinum flagitat teſtimonium. F

Accidit in eadem vrbe primariam quandam illius loci fœminam graui ęgritudine confectam ſeminecem iacere. Macarius per idem tempus eccleſiæ illius epiſcopus erat. Is vbi cunctantem reginam atque omnes pariter qui aderant videt, Afferte huc (inquit) totas, quæ repertæ ſunt, cruces, & quæ ſit quæ portauerit Dominum nunc nobis adaperiet Deus. Et ingreſſus cum regina pariter & populis ad eam, quæ decumbebat: defixis genibus huiuſcemodi ad dominum precem profudit.

A.C.320.

Macarius Hieroſolymorum epiſcopus Crucis Dominicæ cognōſcēda auctor.

Tu Domine, qui per vnigenitum filium tuum ſalutem generi humano per paſſionem crucis conferre dignatus es, & nunc in nouiſſimis temporibus inſpiraſti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo ſalus noſtra pependit, oſtende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad dominicam gloriam, vel quæ extiterit ad ſeruile ſupplicium, vt hæc mulier, quæ ſemiuiua decumbit, ſtatim vt eum lignum ſalutare contigerit, à mortuis ianua reuocetur ad vitam.

Macarij ad Deum precatio. Ruf. ibid. ca. 8.

Et cum hæc dixiſſet, adhibuit primo vnam ex tribus, & nil profecit, adhibuit & ſecundam, & nec ſic quidem aliquid actum eſt; vt vero admouit tertiam, repente apertis oculis mulier cōſurrexit, & ſtabilitate virium recepta alacrior multo, quàm dum ſana fuerat, tota domo diſcurrere, & magnificare domini potentiam cœpit. Sic euidenti indicio regina voti compos effecta, templū mirificum in eo loco in quo crucem repererat, regia ambitione conſtruxit.

Mulier ęgra tacta Crucis dominicæ curatur.

Clauos [quoque] quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium: ex quibus ille frænos compoſuit, quibus vteretur ad bellum, & ex aliis galeam nihilominus belli vſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partem detulit filio, partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco, quæ etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratione ſeruatur.

Crucis ſolicita veneratio.

Reliquit etiam hoc indicium religioſi animi regina venerabilis, virgines, quas ibi reperit Deo ſacratas inuitaſſe ad prandium, & tanta eas deuotione curaſſe dicitur, vt indignum crederet, ſi famulorum vterentur officiis: ſed ipſa manibus ſuis, famulæ habitu ſuccincta cibum apponeret, & poculum porrigeret: aquam manibus infunderet, & regina orbis, ac mater imperij famularum Chriſti ſe famulam deputaret, & hæc quidem Hieroſolymis geſta.

S. Helenę erga religioſas virgines obſequium.

De ſummis pontificibus illius temporis, videlicet Syluestro, Marco, Iulio, Damaſo &c. ſummarie.

CAP. II.

SVmmi Pontifices, qui præfuerunt Romanę eccleſiæ à tempore Conſtātini magni, vſque ad tempora Archadij & Honorij, ſcilicet per centum annos vel circa, ab anno domini 309. vſque ad annum eius 408. fuerunt infraſcripti. Syluester papa, de quo dictum eſt, qui ſucceſſerat Melchiadi. Qui Syluester tenuit Petri cathedram annis 24. menſibus decem, diebus 21. Qoi Syluester inſtituit conſecrationes eccleſiarum & altarium ſolennes. Et eccleſias apoſtolorum Petri & Pauli dicitur conſecraſſe. Et multo magis videtur de eccleſia ſancti Ioānis Lateranenſis, quę eſt eccleſia patriarchalis & principalis totius orbis. Ipſe enim ſtatuit, vt in ſindone mūda panno lineo celebraretur, id eſt, palla ſeu corporali.

S. Syluester Pont. maxi. 34. ſe. an. ... di. 4. Onuph.

Idem in ſynodo hoc decreuit, vt habetur diſtin.

A C 314.

ſtin.93. A ſubdiacono vſque ad lect.rem, omnes ſubducti ſint diacooo cardinali viro reuerendiſſimo in Eccleſia, repreſentantes ei honorem. Porro pótifici presbyter, presbytero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolytho exorciſta, exorciſtę lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas, abbati monachus in omni loco repręſentet obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio Eccleſiæ.

Minores maiorib. obedientiam exhibeant. Syl. in Sy. Rom. c. 7.

A C 316. S. Marcus pont Ma. 35. ſed. m. 8. d. 21. Onuph.

Sylueſtro ſucceſsit Marcus papa natione Romanus. Qui ſtatuit, vt Romanus pótifex ab epiſcopo Oſtienſi conſecraretur. Et ipſe Oſtienſis epiſcopus pallio vteretur. Sedit annis duobus menſibus octo ſanctus homo.

S Iulius pont Ma. 36. ſed. an. 16. men. 5. di. 26.

Poſt quem aſcendit cathędram Petri Iulius natione Romanus. Qui ſedit annis 11. ſecundum Damaſum: ſed ſecundum Hierony. annis 16. menſibus quatuor, cuius tempore dicitur celebrata ſynodus Nicæna, licet alij dicant ſub Sylueſtro. Hic poſt multos agones & exilium toleratos pro fide catholica ab Arianis, migrauit ad Chriſtum, anno imperij Conſtantij 12.

Rom. ſedis priuilegia in ep. ad epiſ orien. ca. 30.

In ſuis autem decretis ſic ait. Ideo huic ſanctę ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis conciliis, & iudiciis ac reſtitutionibus epiſcoporum, quàm ei de ſummis eccleſiarum negotiis, vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant, [& talia ab impiis non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque damnatione. 2. q. 6. ideo.

Ibid. c. 1.

Idem q. ea. qui ſe ſcit. Qui ſe ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſte ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum. Ipſa nãque Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatę ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

Ibid. c. 10. Cõcilium generale non congregatur niſi authoritate ſummi pontificis

Idem diſtin. 17. regula. ſcribens orientalibus epiſcopis ait. Regula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium celebratum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus, ſine eius authoritate concilia fieri non debere.

Ibid. c. 36.

Idem Iulius 2. q. 7. in ſancta. In ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum eſt, vt nemo anathematizatus in noſtram accuſationem ſuſcipiatur, nec illi, qui nos in ſuam accuſationem recipere nolunt, cum nos ſciamus ſuper illos à domino cõſtitutos: non illos ſuper nos. Et ſicut maior non poteſt à minore iudicari, ita nec obligari, quia rarum eſt, omne, quod magnum eſt. Portamus onera omnium, qui grauãtur: quinimmo hæc portat in nobis beatus Petrus, cuius vice fungimur.

A. C. 358. S. Liberius pont. maxi. 37. ſed. an. 13. men. 4 d 27. Onup. Liberius in exiliũ mittitur.

Iulio vero viam vniuerſę carnis ingreſſo, creatus eſt ſacerdos ſummus Liberius natione Romanus, qui Eccleſię pręfuit anois 10. menſibus 6. diebus 4. Fuit autem hic miſſus in exilium à Cõſtantio imperatore, eo quod noluit aſſentire Arianis & fauere illi hæreſi. Qui congregato clero [a] de eorum concilio venerandum virum Felicem presbyterum, vel renuncians pontificem eum cum aliis elegit, vel ipſum Felicem ſuum generalem vicarium inſtituit.

Cum autem eſſet in exilio poſitus Felix zelo fidei ſuccenſus congregato concilio quadraginta epiſcoporum, Vrſatium & Valentem presbyteros, qui Conſtantio in hæreſi Ariana fauebant, condemnauit & ipſum Conſtantium imperatorem, vt hæreticum rebaptizatum excommunicauit. Quã ob cauſam Conſtantius indignatus congregato conciliabulo plurium ex fæce Ariana reuocari fecit Liberium ab exilio, & Felicẽ eiici à pontificali cathedra, qui eiectus paulo poſt iuſſu eius martyrio coronatus eſt. Reuerſus ergo Liberius & tædio affectus, ob exilium in quo per triennium fuerat, ad requiſitionem Conſtantij [b] ſubſcripſit ſe in hæreticam prauitatem Arianorum conſentiendo. Qui poſtea ſeptem annis tenuit cathedram Petri. Et ſub tempore eius fuit magna perſecutio Arianorum contra veros catholicos in vrbe Roma.

Proprio ſpoliẽtur honore qui cõtra pacẽ Eccleſiæ nituntur.

Hic Liberius ſic ſtatuit 24. quæſt. 1. qui contra. Qui contra pacem eccleſiæ ſunt, ſi dignitatem aut cingulum militiæ habent, nudentur eis. Si autem priuati, ſiquidem nobiles ſunt, ſuarum ſubſtantiarum præſcriptionem patiantur. Si ignobiles, non ſolum in corpore verberẽtur, ſed perpetuo exilio caſtigentur.

Colitur S. Liberius 23. Sept. S. Damaſus pont. 38. ſed. an. 18. mẽ. 2. di. 18.

Defuncto Liberio Eccleſiam Dei ſuſcepit regendam Damaſus natione Hiſpanus, ſanctus homo, & multum eruditus in ſcripturis Qui cathedram Petri tenuit annis 17. menſibus 7. diebus 10. Fuit tunc temporis à quibuſdam indebite electus in Papam quidam Romanus dictus Vrſicinus, ſed vt intruſus, à fautoribus Damaſi canonice aſſumpti de vrbe fuit eiectus, & de voluntate Da-

a Felix legitime pontificatum adeptus non eſt, neque quid contra Cõſtantium geſſit, vel ab eo capite caſus eſt. Onuph. ex regiſtro quodam à clericis eorum temporum ſcripto Nicephorus quoque ſaltem quoad eius mortem conſentit ſcribens lib. 9. ca. 37. Sed paulo poſt Felix mortuus eſt, & ſolus Liberius pontificatum adminiſtrauit, & propterea Io. Mol. ex Vſuardo verba deleuit, quæ hunc Felicẽ, qui colitur 27. Iul. Papam & à Conſtantio pro fide Chriſti caſum eſſe dicebant.

b De hoc põtifice Liberio plerique graues ſcriptores longè aliter ſcriptum reliquerunt, qui etiam conſtanter eum defendunt, quòd non conſenſerit Arianis. Nã in primis hiſtorici Eccleſiaſtici nũquã ei hæreſeos notam inurunt, imo verò conſtãter Conſtantio Ariano Imperatori reſtitiſſe referunt Theodor. l. 2. cap. 15. 16. & 17. Socrates lib. 2. cap. 17. & lib. 4. c. 29. Sozom. lib. 4. cap. 11. & lib. 6. c. 23. Ammianus Marcell. lib. 15. Ruff. lib. 10. c 12. & li. 11. c. 10. & Niceph. lib. 9. cap. 33 35. 36. & 38 Præterea doctores ſanctiſsimi de eo honorificẽtiſsimè loquuntur, vt Athanaſius apol. 2. Baſil. epiſt. 74. Ambroſ. lib. 3. de Virginibus. Deniq; recentiores ſcriptores eum ab hæreſi purgant. Sander. lib. 7. de viſib. Monar. Genob. lib. 3. Chron. Onuph. in Plat. Oſius cõtra Brent. li. 2. Error autem quod in Arianorum tranſierit ſententiam inde ortus videtur, quod Eudoxius hæreticus Arianus, & qui factionis eius fuere, cũ eſſent ob Aetq hæreſim Antiochiæ congregati, multis verbis per calumniã Liberium traduxere, perinde atque ὁμοούσιον repudiaſſet & filium patri inæqualem dixiſſet, vt ſcribit Niceph. lib 9. c. 37. facilè autem ex Antiochia rumor diſpergi potuit, rem ita ſe habere. Sur. in 1. tomo. Concil. huic rumori ſic ſparſo Anaſtaſius credidit, & vt pleraque alia Damaſi libro inter ſeruit. Onuph. in Plat.

A.C.376.

maſi factus fuit epiſcopus Neapolitanus. Hic A multa corpora martyrum diligenter inquirens honorifice ſepeliuit. Ipſe etiam zelo inuidiæ à quibuſdam de adulterio accuſatus fuit, vt refert Hiero. ſed coram aduerſariis cum quadraginta duobus epiſcopis ſe purgauit, & innocentem ſe oſtendit, vt habetur 2. quæſt. 7. ſi quis ſuper his, s. §. præcedenti. Et ob hanc cauſam Concordium & Calixtum eius accuſatores patres de eccleſia eiecerunt & damnauerunt.

Statuta D.Dama. Extat to. 4.D. Hie. de ea re ad Dam. epiſt.

Hic Damaſus (vt refert Sigebertus) rogatu Hiero. conſtituit dici in fine pſalmor. in eccleſia. Gloria patri &c. Sicut erat &c. Inſtituit & pſal- B mos in eccleſia nocte diéque cantari.

Quilibet in cauſa ſua duas perſonas agere nõ debet. Dama.epi.3.

Ipſe in ſuis decretis inter cætera conſtituit ſic 4. q. 4. nullus. Accuſatores & iudices non idem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ordine ſuo. Inſcriptio ſemper fiat, vt talionem calumniator recipiatur: quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum & hoc ſeculi leges retineant.

Inſcriptio tamẽ hodie nõ habetur in vſu vt dicũt doctores & maxime Bat. in l.ſi. C. de accu.

Idem 5. q. 2. relatum, ſic ſtatuit. Leges ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes: vnde canonica patrum inſtituta non ſe- C mel, ſed ſæpiſsime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium vllum per ſcripta poſſe proferre. Nec de aliis negotiis quicunque teſtimonium dicant, niſi de iis quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit, præſens per ſe & non per alium accuſet inſcriptione præmiſſa. Nec vllus vnquam iudicetur antequam legitimos præſentes accuſatores habeat, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Hæc ille.

Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur. ep. 6.

In ſpiritũ ſanctum blaſphemant qui ſacros canones violant.

Idem 25. q. 1. violatores, ait, Blaſphemare ſpiritum ſanctum non incongrue videntur, qui contra D ſacros canones non neceſsitate compulſi, ſed libenter, id eſt, ex contemptu, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte vnum genus eſt blaſphemantium ſpiritum ſanctum, quia contra eum agit, cuius nutu & gratia ſancti canones editi ſunt.

Cõcilium 2. vniuerſale Conſtãtinopolitanũ 1. nuncupatum 150. epiſcoporum ann. Ch.761. Onuph.

Tempore huius Damaſi fuit celebrata ſynodus vniuerſalis, & tempore Theodoſij imperatoris 350. epiſcoporum, in qua damnata fuit hæreſis Macedonij negantis Spiritum ſanctum eſſe Deum.

Syricius pont. ma. 39. ſed an. 13 mẽ. 1 d. 25.

Poſtquam autem Damaſus migrauit ad Dominum, aſſumptus eſt ad apicem ſummi pontificatus Syricius natione Romanus, qui cum tenuit annis 15. menſibus 11. & diebus 25. Hic Manichæos hæreticos exilio relegauit, & præcepit ne fideles cum eis participarent.

Epiſt. 1. ad himer. c 7 A. C. 383.

Ipſe etiam indixit [e] continentiam diaconibus & ſupra, coniugatis ſcilicet quoad vſum matrimonij contracti ante ordines, & hoc occidentalibus, nam Eccleſia orientalis illam conſtitutionem non recepit, vt diſt. 82. plurimos.

Ibid. ca. 7.

Ipſe etiam ſtatuit de interſtitiis ſeruandis in ſuſceptione ordinum, diſt. 77. quicunque: quæ tamen hodie non ſeruantur.

Item in miſſa conſtituit dici, Communicantes & memoriam, venerantes &c. vt reperi de conſe. diſt. 1.

Anaſtaſius pont. max. 40. ſedit an. 3. d. 21. A C. 398.

Syricio decedente creatus eſt epiſcopus vrbis & orbis Anaſtaſius natione Romanus, tribus annis & diebus 25. reſidens. Hic conſtituit dicẽs de conſe. diſt. 1. apoſtolica. Apoſtolica authoritate E mandamus, dum ſancta euangelia in eccleſia leguntur, vt ſacerdotes & cæteri omnes non ſedẽtes, ſed venerabiliter & curui in conſpectu euãgelij ſtantes: dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

Euãgelia ſtãtes audire conuenit. idẽ ep. ad Germa. & Burgũd. epiſcopos.

Innocentius primus põt. ma 41. ſed an. 15. mẽ. 9. d. 24. A. C. 401.

Poſt Anaſtaſium papatum tenũit Innocentius primus natione Albanenſis annis 15. menſibus 2. diebus 20. Hic damnauit Pelagium hæreſiarchã aſſerentem homines ſine gratia per propria merita & opera ſua poſſe ſaluari, & complices eius ſequaces Celeſtium & Iulianum. Hic etiam Innocentius excommunicauit Arcadium imperatorem, quia conſenſit, & ordinauit, vt Ioannes F Chryſoſtomus à ſede ſua Conſtantinopolitana pelleretur per concilium epiſcoporum. Et de hoc plene habes infra in tit. ſeq.

Sabbatho eſt ieiunãdum. Idem epiſto. ad Decentium.

Ipſe Innocentius ſtatuit ieiunium ſabbatho celebrari, quia illa die Dominus Ieſus iacuit in ſepulchro, & apoſtoli creduntur ieiunaſſe, de cõſe. diſt. 3. ſabbatho. Hoc tamen nunc eſt in conſi-

lio

e S. Syricius ſic ſcribit loco citato. Plurimos ſacerdotes atque Leuitas poſt lõga conſecrationis ſua tempora, tam de coniugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Oſtendit deinde ſatis copioſe quam inanis hic eſſet prætextus, & quæ ſit inter veteris & nouæ legis ſacerdotes differentia, ob quam his continere neceſſe ſit, quamuis illis matrimonium fuerit conceſſum, adiũgit deinde.

A. C. 385.

Et quia aliquanti, de quibus loquimur ignoratione, lapſos ſe eſſe deflent, his hac conditione miſericordiam ducimus illis non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc quo detecti ſunt, quandiu vixerint officio perſeuerent: ſi tamen poſthac continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigni ſunt vſi, Apoſtolica authoritate eſſe deiectos, nec poſſe vnquam veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Hac ille, quæ ſatis indicant ab hoc S. Pontifice continentiam non eſſe primum inductam, ſed iam olim ab B *antiquiſsimis temporibus ſancitam & ab improbis quibuſdam vel malitioſe vel ignoranter violatam grauibus pœnis fuiſſe coercitam. Certe antiquiſsimus fuit Callixtus 1. an. Ch. 218. qui ſic conſtituit vt habetur 17. diſt. c. presbyteris, Presbyteris diaconis, ſubdiaconis, & monachis concubinas habere ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus; contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis disiungi, & perſonas ad pœnitentiam redigi debere iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicamus. Sed adhuc antiquiores ſunt ſacro-* C *rum Apoſtolorum canones, in quorum 27. quem etiam Ivo habet decretorum lib. 3 ſic eſt cautum: Innuptis qui ad clerum prouecti ſunt præcipimus, vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed lectores, cantoréſque tantummodo. Confirmant illud ipſum Alphonſus Piſanus lib de continentia cap. 9. & Turrianus lib. 1 pro Canon Apoſtol. c. 1. & Sotus lib. 7. de Iuſtitia & Iure. quæſt 6. ar. 2. vide etiam Eſpen. lib. 1. de contin. cap. 5. 6. 7.*

A.C. 325. lio, non præcepto.

Idē epiſt. 2. cap. 1.

Decreuit & oſculum pacis dari in miſſa. Confirmauit etiam conſtitutionē Syricij Papæ de continentia clericorum. diſt. 82. cap. propoſuiſti.

Idē ep. 2. ad Victriciam.

De aliena eccleſia ordinare clericū nullus præſumat: niſi eius Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit. diſt. 71. de aliena.

Zozimus Pont. Max. 42. ſed an. 3. m. 4. d. 7. A.C. 416. Pontific. In epiſt. ad Zychiū Salonitanum cap. 1.

Zozymus primus Innocentio ſucceſſit, & duobus annis ſedit, mēſibus. 8. diebus. 25. Hic conſtituit vt cereus ſabbato ſancto in eccleſia benedicatur. Et vt ſeruus non ordinetur. Nec clericus in taberna miniſtret. Reprehendit hic ordinationem ineptorum ad clerum & inexpertorū dicens. Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorū, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri, hinc paſſim numeroſa pluralitas etiam in iis locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur: dum per parœcias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos largiuntur honores: quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij. Rarū eſt enim omne, quod magnum eſt. diſt. 59. cap. 2.

De Nicæno concilio, in quo Arius hæreticus condemnatur. Ruff. lib. 10. hiſt. Eccleſ. cap. 1.

CAPVT III.

De Nicæno cōcilio aduerſus Ariū celebrato. Ruff. lib. 10. hiſt. Ecc. c. 1.

DE Nicæno concilio ſub Conſtantino congregato contra hæreſim ab Ario introductam. Cum apud Alexādriam, poſt Achillam, qui Petro martyri, vt dictum eſt ſuprà ſucceſſerat, Alexander ſacerdotium ſuſcepiſſet, quia pax noſtris & quies à perſecutionibus erat, & eccleſia in gloria confeſſorum meritis gaudebat, proſperitas eius domeſtica contentione turbatur. Etenim, vt inquit Ruffinus in hiſtor. Eccle. lib. 10. presbyter quidam apud Alexandriam nomine Arius vir ſpecie quidem religioſus, ſed gloriæ & laudis & nouitatis improbè cupidus, praua quædam de fide Chriſti proferre cœpit, & à ſubſtantia patris filium ſeparare. Prædicabat enim, vt ait Hugo Floria. filium Dei creaturam eſſe & ſpiritum ſanctum ab eo creatum.

Ex Socrate lib. 1. hiſtor. Eccl. c. 2. & Auguſt. hær. 49.

Addebat etiam, Erat, quando non erat. Et cum has faceret Arius inter patrem & filium & ſpiritum ſanctum differentias, Alexander eiuſdem vrbis Epiſcopus eidem reſiſtebat. Sed cum illum ab exitiali errore reuocare non poſſet, expulit eum ab eccleſia ſancta. Ille vero contra eum ſeditionem excitauit. Quod audiens pius princeps Conſtantinus, coadunari fecit ſanctam ſynodum apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem anno incarnationis domini 316. Conueneruntque ibi trecenti decem & octo Epiſcopi. Et hæc eſt prima ſynodus vniuerſalis. Iam vero Syluester defunctus fuerat, & illi Marcus ſucceſſerat. Marco vero ſucceſſerat Iulius, qui tunc in apoſtolica ſede reſidebat. verumtamen ipſe huic non interfuit cōcilio propter ſenectutis imbecillitatem, ſed affuerunt pro eo Vi-

Legati Ro. Pont. concilio Nicæno interfuerunt.

tus & Vicentius Romanæ eccleſiæ presbyteri. Affuerunt etiam ex Apoſtolicis ſedibus Macharius Hieroſolymitanus, & Euſtathius Antiochenus, & Alexander Alexandrinus honorabiles patriarchæ. Hæc ille.

Sed addit Vicentius ſpe. hiſt. lib. 14. quòd innititur alibi Sylueſtrum interfuiſſe dicto concilio. Nam in libro pontificali ſic legitur. Temporibus

Dam. in Pont.

Sylueſtri factum eſt concilium cum eius præcepto in Nicæa Bithyniæ. Et congregati ſunt trecenti de-

A cem & octo Epiſcopi, qui fidem integram catholicam expoſuerunt, & Arium, ac Photinum, & Sabellium damnauerunt. Sed in vrbe Roma congregauit ipſe cum concilio Auguſti ducentos ſeptuaginta & ſeptem Epiſcopos, & iterum Caliſtum, & præfatos hæreticos damnauerunt. Quod Syloeſter Papa ex concilio Conſtantini congregauerit in vrbe ducētos ſeptuaginta & ſeptem Epiſcopos, in quo concilio eadem hæreſis damnata ſit, aſſerit idem Euſebius in Chron. ſuo. Sed quod Damaſus

Concilium Romanum à Sylueſtro celebratū.

afferat in chronico ſuo, id eſt, pontificum, ſynodum Nicææ congregatam ſub beato Sylueſtro

B Papa, mirantur aliqui. Et diſtinct. 15. cap. 1. ex verbis Iſidori & Gregorij & Gelaſij dicitur, quòd dictum concilium Nicænum fuit celebratum ſub Conſtantino. Sed ſub quo Papa nihil dicitur. niſi [a] quod Beda in lib. de temporibus dicit celebratam Nicænam ſynodum tempore Iulij Papæ. diſtinct. 16. Sed in §. ſequenti, quod incipit. Prima, dicitur tempore Sylueſtri. Igitur vt ait Ruffinus vbi ſupra, congregatis patribus in concilio diſcuſſis aſſertionibus Arij diutino multoque tractatu, placuit omnibus: & velut vno cunctorum ore & corde decretum eſt: *ὁμοούσιον* ſcribi debere, id eſt,

Lib. 6. etym. cap. 16. Ep. 14 lib. 1. Gelaſ. in cōci. 70. epiſc. Lib. de tēporum ratione cap. 65. Lib. 10. hiſt. eccl. cap. 5.

C eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium confiteri. Decem & ſeptem tunc ſoli fuiſſe dicuntur, quibus fides Arij magis placeret, quorum ſex ſoli ſe patiuntur cum Ario expelli: reliqui vero vndecim concilio inter ſe habito, acquieſcunt adſcribendum manu ſua, non mente. Cuius ſimulationis author præcipue fuit Euſebius Nicomediæ Epiſcopus. Exemplum autem expoſitionis fidei illorum, qui ibi fuerunt catholici, hoc eſt. Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei,

Decretum περὶ τοῦ ὁμοουσίου, id eſt, de filij cōſubſtantialitate concilij Nicæni.

Exemplum fidei Nicænæ & ſtatutorum eius cap. 6.

D de patre natum vnigenitum, id eſt, de ſubſtantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine: Deum verum ex vero Deo, natum non factum: *ὁμοούσιον* patri, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt quæ in cælis & quæ in terra. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Et incarnatus eſt bo-

a Primam Synodum Nicænam ſub Sylueſtro, & non ſub Iulio celebratam fuiſſe, multis rationibus demonſtratur. Euſebius primum, qui tum tum vixit, in Chronico ſuo ita deſcribit Nicænæ Synodi tempus, vt in pontificatum Sylue-
E ſtri neceſſario veniat. Deinde in lib. 3. de vit. Conſtantini narrat Epiſcopum vrbis, penes quem imperium eſt, abfuiſſe, eo quod ætate ingraueſcente impediretur. Quod de Sylueſtro non de Iulio eſt intelligendum. Theodoritus præterea id aperte aſſerit lib. 1. cap. 3. & Rhegino & plerique alij latini præſertim. Socrates etiam lib. 1. cap. 12. cum dicit Conſtantinum poſt confectum Nicænum concilium vicennalia imperij ſui celebraſſe. Cùm verò conſtet Sylueſtrum annis viginti ad minimum præfuiſſe eccleſiæ, & Conſtantinum Papa Melchiadis tempore ad imperium veniſſe, neceſſario ſequitur, vt Nicæna Synodus, quæ ante vigeſimum Conſtantini annum perfecta eſt, non fuerit
F acta temporibus Iulij Papæ. Sand. de viſib. M[illegible] idem aſſerit Onuph. in comm. in faſtos & in Chron. Rom. Pont. & multi alij. Quod confirmat Synodi ad Sylueſtrum epiſtola & Sylueſtri ad Synodum, quæ acta ipſius confirmantur tom. 1. Concilio. Itaque hæc ſacroſancta Synodus A.C. 325. menſe Aprili inchoata eſt, vt vult Onuph. vel ſecundum alios Maio vel Iunio, durauitque tres annos vel paulo plus. Niceph. lib. 8. cap. 14.

mo fa

A.C.325. mo factus, &c. Eos autem qui dicūt, Erat aliquando, quando nō erat, & antequam naſceretur, non erat, & quia ex nullis ſubſtantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia, vel ſubſtãtia, dicūt eſſe τρεπτὸν aut cōuertibilem, aut mutabilem filium Dei eſſe, anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. A

Arianæ hæreſeos deteſtatio. Lib. 1. de Trinit. cap. 3. Vide de Liberio quæ ſuprà annotauimus.

Vbi notandum, quòd hæc hæreſis Ariana fuit periculoſior, vniuerſalior, & pene diuturnior cæteris. Periculoſior fuit, quia circa myſterium trinitatis: de qua dicit Aug. in lib. de trinit. quòd nihil difficilius quæritur, nullibi periculoſius erratur, nihil fructuoſius inuenitur. Vniuerſalior, inuoluit enim multos Epiſcopos & ſacerdotes, & B ipſum Liberium papam, vt ĩ. patebit. Imperatores, vt Conſtantium, Valentem. Reges, vt Theodericum regem Gothorum, & per totum quaſi orbem diffuſa eſt. Vnde Hiero. ait. Arius vna ſcintilla in Alexandria fuit, ſcilicet erroris, & quia non cito extincta eſt, totum orbem populata eſt flamma eius. 24. quæſt. 3. reſecandæ. Fuit etiam diuturnior, quia per multa tempora viguit. Sed confutata eſt dicta hæreſis per doctores, & deſtructa non ſolum per authoritates ſcripturæ plurimas, & per ſententias & rationes plurimorum doctorum, ſed etiam per miracula multa, quę à nullo Arianorum patrata inueniuntur. C

Libr. 3. in Epiſt. ad Galat. cap. 6.

Ariana hęreſis quomodo eſt deſtructa.

Synodus Nicæna cur prima vniuerſalis dicatur.

Et quod dictum eſt iſtam ſynodum Nicænam fuiſſe primam generalem ſynodum: verum eſt non ſimpliciter, quia & alia concilia prius celebrata ſunt, vt patet ſupra, ſed ſecundum quid, id eſt, quia magis vniuerſalis quam aliæ ſynodi, & vbi multo plures concurrerunt, & conſulente imperatore & ſuadente, & papa authorizante. Et ibi ad ſymbolum minus [a] quod dicitur editum ab apoſtolis, addita ſunt aliqua, non contraria illis, ſed magis explicite declarantia ipſa, cōtra hæreſes inſurgentes circa illos articulos, vt illud Creatorem cæli & D terræ, viſibilium & inuiſibilium, contra errorem Manichæi, qui dogmatizauit Deum creatorem inuiſibilium, & diabolum creatorem viſibilium. Et illud Ex patre natum, ſcilicet filium, ante omnia ſecula. Deum de Deo, &c. genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quē omnia facta ſunt, contra errorem iſtius maledicti Arij, qui aſſeruit Dei filium creaturam fuiſſe, & factum à patre, & non æternum, nec conſubſtantialem patri, ſed diuerſę ſubſtantię à patre, & minorem patre, & idem dixit de ſpiritu ſancto.

In ſymbolo Nicęno addita explicãt Symbolũ Apoſtolorũ contra hæreticos. D. Thom. opuſc. 5. & in 1. part. q. 56. art. 2. & 2. 2. quæſt. 1. art. 9. & 10.

Peſtis autem ipſa Ariana, quantum detrimenti intulerit eccleſiæ, non ſolum Petro Epiſcopo E Alexandrino martyri, de quo ſupra, oſtenſum eſt in viſione & prophetica reuelatione, ſed etiam & beato Antonio, qui vt lucerna ardens & lucens in candelabro eccleſiæ poſitus fuit tempore huius

Hæreſis Ariana à quibus ſanctis præuiſa. Beda in martyrol. D. Athan. in vita S. Anto.

[a] *Symbolum paruum ab Apoſtolis editum eſſe conſtantiſſime tradunt veteres Eccleſia doctores. Clem. Epiſtola 1. ad Iacob. fratrem Dom. Ambr. Epiſtola 81. & Serm. 38. Auguſt. ſerm. de temp. 181. Ruffinus in ſymb. Iren. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 4. Hiero. ad Pamm. aduer. error. Ioan. Hieroſol. Leo magnus ſerm. de paſſ. Dom. & Epiſtola 52. ad Pulch. & in ſerm. ſeu tract. contra Eutych. & Max. Taur. in hom. de traditione Symboli. vide ipſorum verba apud Can. in opere Catech. illud autem in concilio Apoſtolorum ſecundo in Iudæa ante eorum diſperſionem celebrato (quod apud Aethiopas extare dicitur) conditum eſt. vt ex D. Clement. lib. 2. Conſtit. cap. 12. & Ruffino in præfat. in Symbolum colligit Genebrar. in Chronol.* F

A Conſtantini, à quo is ſcilicet Antonius litteras recepit, ſe & filios recommēdando orationibus ſuis. Et ipſe reſpōſales dedit Antonius imperatori ſuauiſſimas & venerandas, admonendo ad humilitatem ſeruandã, & iuſtitiam exequendam in omnibus. Cum enim quadam vice cum fratribus operaretur, ſuſpiciens in cælum vidit triſtem viſionem, vnde prouolutus ante Deum rogauit, vt futurum ſcelus auerteret. Et cunctis trementibus, qui adſtabant & rogãtibus, vt viſionem exprimeret, ſingultibus & lachrymis præpeditus dixit eis, quòd magnum nefas & inauditum ſæculis immi- B neret. vidi, inquit, altare Dei multorum circundatum multitudine, qui calcibus omnia diſſipabant, ac per hoc magno turbine fides Catholica ſubuerteretur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſacra diripient. Hæc eſt cauſa gemituum meorum. His auditis facta eſt vox de cælo dicens. Abominabitur altare meum, quòd & factum eſt. Nam poſt duos annos erumpentibus Arianis eccleſia tantæ direptioni ſubiacuit, vt virgines & matronæ, & ipſum baptiſterium polluerentur, & veri Chriſtiani velut oues ante altare mactarentur.

A.C.325.

Viſio S. Antonij.

C *Nicænæ ſynodi decreta ex Ruff. lib. 10. cap. 6.*

§. I.

FVuerunt in dicto concilio Nicæno vltra regulam fidei tradita quędam decreta, ſeu conſtitutiones morales clerum præcipuè cōcernentes editæ. Nam vt ait Ruffinus vbi ſupra, ſtatuerunt obſeruandum eſſe in eccleſiis, ne quis ex ipſis qui ſemetipſos impatientia libidinis abſciderunt, veniret ad clerum. diſt. 55. ſi quis.

Seipſos abſcindẽtes à clero repelluntur. eſt Can. 22. vel 23. Apoſt. Neophyti à ſacris arcẽtur. Can. 2.

Itẽ ne quis nuper aſſumptus ex vita vel conuerſatione gentili accepto baptiſmo, antequã cautius D examinetur, clericus fiat. diſt. 48. capitulo quoniã.

Mulierum cohabitatio extraneorũ prohibetur. Can. 3.

Item ne quis Epiſcoporum, cæterorũmve clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, ſorore * vel auia, vel ſi quæ ſunt huiuſmodi neceſſitudinum perſonæ. diſt. 32. interdixit.

** Sua G. apud Ruff. legit, quod amitã ſignificat & ſic emẽdatum eſt in nouo decreto.*

Item, vt Epiſcopus ſi fieri poteſt, à totius prouinciæ Epiſcopis ordinetur. Et ſi hoc difficile eſt non tamẽ à paucioribus quam tribus: ita tamen vt metropolitani Epiſcopi maximè pręſentia, vel authoritas habeatur. diſt. 66. porro, & diſt. 64. illud.

Epiſcopus non minus quam à tribus Epiſcopis ordinetur. Anacletus hoc dicit Epiſt. 2. Can. 4.

Item, ne quem alius Epiſcopus ab eccleſiã ex- E pulerit, ſiue clericum ſiue laicũ, accipiat alter. Sane ne hoc aut iracũdia aliqua, aut contentione, vt fieri ſolet, iniuſte factum, remedium non haberet, decernunt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque prouinciis, bis ab omnibus Epiſcopis prouincialibus concilia agi debere, & de huiuſcemodi negotiis iudicari, vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtum eſt, à cæteris emendetur, ſi recte, ab omnibus confirmetur. diſt. 18. habeatur.

Clericus à ſuo Epiſc. eiectus, ab alio non recipiendus. Can. 5.

Item, ne quis clericus, qui derelicta eccleſia ſua nulla extante cauſa probabili, vagatur & oberrat per alias eccleſiaſ, ſuſcipiatur in communionem.

Clericus vagus non ſuſcipiendus. Can. 17.

Item, vt nemo qui ad alium pertinet, in ſua eccleſia ordinet clericum abſque conſenſu illius, ad quem pertinet. diſt. 71. ſi quis.

Alienũ ordinare ſubditũ nefas. Can. 18.

Item, ne diaconi presbyteris præferantur, & ne ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus eucharistiam diuidant, ſed illis agentibus ſolũ miniſtrẽt. Si vero nullus presbyter ſit in præſenti, tũc licere eis etiã diuidere. diſt. 93. peruenit.

Diacooi presbyteris non præferantur. Can. 14. ſeu 18.

Item,

A C. 319. Clericus vſurarius deijcitur. can. 19.

Item vt habetur diſt. 47. quoniam: ex Cõcilio Niceno ſtatuitur, quòd clericus, qui repertus fuerit viuras accipiens, deijciatur à clero.

Excepto diebus Dominicis eſt quotidie in quadrageſima ieiunandum.

Item de cõſecr. diſt. 3. placuit ex Concilio Nicæno dicitur. Placuit vt omnes Eccleſiæ (exceptis Dominicis diebus) in quadrageſima, etiam in die ſabbathi, ſacerdotali oratione & diſcretionis communione ieiunent.

Cõcil Agath. c. 14. Neq. Eccleſiæ iterum conſecrari, nec baptiſmus iterari debet.

Item quòd Eccleſiæ conſecratæ non ſunt iterum conſecrādæ, ſicut nec baptizatus eſt iterum baptizandus, ſi tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerunt, qui conſecrarunt vel baptizarunt, diſt. 68. eccleſiis, id eſt, ſi debitam formam ſeruauerunt. Vnde Arriani qui dicebant, Ego te baptizo in nomine patris maioris, & filij minoris &c. non baptizabant.

Athan. in epiſto. ad Mar. pap.

Sciendum etiam, quòd in Nicena ſynodo fuerunt edita ſeptuaginta capitula conſtitutionum, vt dicit Athanaſius epiſcopus Alexandrinus, diſt. 16. ſeptuaginta. Sed tantum viginti in Romana Eccleſia remanſerunt, vt dicit in §. 2. cap. ſeq. Alia capitula, vel ex neglectu abierunt in diſſuetudinem, vel inſerta ſunt ſeu renouata in concilio Antiocheno, vel alio.

Socr. lib. 1. cap. 8. ex quo Sozome. li. 1. c. 23.

Item valde notandum quod habetur in hiſtoria Tripartita, & ponitur diſt. 31. Nicæna. Nicæna[a] ſynodus volens corrigere hominum vitam, in eccleſiis commorantium poſuit leges, quas canones vocamus. In quarum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi cum coniugibus, quas ante conſecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem Paphnuphius confeſſor contradixit, honorabiles nuptias confeſſus, & caſtitatem dicens eſſe cum propria vxore concubitum. Suaſitque concilio, ne talem ponerent legem, grauem eſſe aſſerens cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnuphius, licet nuptiarum eſſet inexpertus, expoſuit, ſynodúſque laudauit ſententiam eius. Et nihil ex hac parte ſanciuit, ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate permiſit. Hæc ibi.

A temporibus apoſtolorum nunquam licuit in ſacris ordinibus matrimonium contrahere.

Sed pro pleniori declaratione huius materiæ, ſcilicet de continentia clericorum quo ad coniugium, eſt diligenter attendenda gloſſ. ſuper c. diaconi, diſt. 28. vbi dicitur, quòd in eccleſia orientali & occidentali licitè contrahitur matrimonium à conſtitutis in minoribus ordinibus: vt diſt. 32. ſi quis eorum. A conſtitutis vero in ſuperioribus, ſcilicet ſubdiaconatu & ſupra (nec apud Græcos, nec apud Latinos) nunquam licuit contrahere matrimonium, etiam à tempore apoſtolorum. Et ſi contrahant, non eſt matrimonium. Hoc patet ex ſexta ſynodo, quæ in oriente fuit celebrata, & tradidit eis regulam, vt diſ. 32. ſi quis eorum[b]. Eſt

Sexta Syno. can. 13.

A.C. 325. Differentia inter Græcos & Latinos clericos.

ergo differentia inter orientales conſtitutos in ſacris, & occidentales, quia orientales, ſi contraxerunt ante ſuſceptionem ordinis ſacri, poſſunt vti matrimonio iam contracto licitè, ſed vlterius non poſſunt contrahere, ſi vxor illa moreretur. Occidentales autem, & ſi contraxiſſent ante ſuſceptionem ordinis ſacri, non poſſunt vti tali matrimonio[c], & hoc à tempore Innocentij & Syricij

a Res hæc plane ſuſpecta eſt falſitatis. Nam id ante Socratem nemo retulit. Non retulit Euſebius, non Athanaſius, qui concilio interfuerant, qui potius contrarium ſcriptum reliquerunt, ſicut & Theodoretus & Epiphanius qui paulo poſt floruerunt. Præterea Socrates Nouatianus fuit, Nouatianus etiam Sozomenus: & ideo eius hiſtoriam ſedem Apoſtolicam non recipere dixit Gregorius. Accedit quod Socrates ipſe ſibi contradicit. Nam lib. 5. c. 22. refert in Theſſalia clericos non continentes ſolitos fuiſſe deponi. Paphnutij etiam ſententiam quomodo amplecteretur ſancta ſynodus quæ Meletianos damnauit, in quorum numero fuiſſe Paphnutium ſcribit Epiphanius. Credendum potius Nicænam Synodum confirmaſſe Apoſtolorum canonem & Pontificum decreta de continentia ſacrorum hominum. Si enim liberum reliquiſſet, cum ſit Concilium Generale ad totam Eccleſiam pertinens; nunquam eius temporis Romani Pontifices conſtantiores certè Nicæni concilij propugnatores, quàm Græci, libertatem illam in Eccleſia occidentali ſuſtuliſſent. Alphonſus Piſanus in libro de continentia cap. 13. affert deinde auctoritates Epiphanij hæreſi 59. Hieron. contra Vigil. Euſeb. de demonſ. Euan. c. 9. lib. 1. Gregor. Niſſen. lib. de virgin. Cyrilli Hieroſol. 7. Catheſ. doctorum illius temporis, qui ipſos Græcos in ſacris ordinibus poſitos ſeruaſſe continentiam tradiderunt, quas magna ex parte paulo poſt ſubijcimus.

Lib. 6. ep. 31.

ibid.

b Hæc differentia Græcorum & Latinorum circa clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, recentior eſſe probatur, multis antiquorum Græcorum patrum teſtimonijs. Euſeb. enim lib. 1. de dem. Euang. c. 9. ſic ait Eos qui ſacrati ſunt, atque in Dei miniſterio cultúque occupati continere deinceps ſeipſos ab vxorum commercio decet. Epiphanius iterum in fine libri contra hæreſes. Sanctum ſacerdotium (inquit) ex virginibus quidem vt plurimum proueniens. Si verò non ex virginibus, at ex ſolitariam vitam ducentibus. Si verò non ſuffecerint ſolitariam vitam ducentes, de his qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptiis ſeruantibus viduitatem. Cui autem prædicta non ſufficiunt legat Athan. lib. de virginit. & Chryſ. & Greg. Niſſenum eodem titulo, qui vel ſoli teſtes ſunt omni exceptione maiores, de Græca Eccleſia antiqua cum noſtra conſenſione. Primum fuit in Græca Eccleſia Trullanum concilium, quod quidam ſextum generale exiſtimarunt, in quo Apoſtolica continentia aliquid detractum eſt, idque ſeptimo demum ſæculo degenerante iam Orientali Eccleſia. Alphonſ. Piſa. lib. de cont. cap. 13. Vide etiam Sur. in ea præfatione, quæ ante canones eſt 102. qui concilij 6. eſſe feruntur.

Græce legitur ὑπερ... quod cõueniés & proinde neceſſarium eſſe indicat.

Can. 13.

Theodo. lib. 1. hiſt. Trip. ca. 5.

c Antiquior ſanè Syricio erat D. Hiero. qui contra Vigilant. ſic ſcribit. Quid facient orientis Eccleſiæ, quid Aegypti, & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt, & in ep. ad Pammach. 50. Epiſcopi, presbyteri, diacones, inquit, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici. Antiquior D. Callixtus canonis illius auctor quem ſupra citauimus: antiquior denique Clemens Rom. qui epi. 2. ad Iacobum Fratrem Domini, ſic ſcribit, Ad Dominica myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges ſuas non nouerũt, vel, vt legit Marianus Scotus, coniuges ſuas reliquerunt.

Conſtitutio Nicæna ... cap. 2.

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVII
F
12
NAPOLI

XLVII
7
12



DIVI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI, ET DOCTORIS S. THEOLOGIAE PRÆSTANTISSIMI CHRONICORVM

SECVNDA PARS.

QVAE A DIVO SYLVESTRO PONT. MAX. vſque ad Innocentium III. id eſt, ab anno Chriſti 310. ad annum vſque Chriſti 1313. res toto fere orbe geſtas, & vitas omnium pene Sanctorum, qui ſæculis illis floruerunt, doctorumque maxime celebrium dicta præclara complectitur.



NAPOLI

LVGDVNI,
EX OFFICINA IVNTARVM, ET PAVLI GVITTII.
M. D. LXXXVI.

Cum Priuilegiis ſummi Pontificis, Cæſareæ Maieſtatis, ac Galliarum, & Hiſpaniarum Regum.

DE CONSTANTINO MAGNO IMPERATORE.

TITVLVS NONVS.

De Conſtantini Imperatoris conuerſione.

CAPVT I.

A.C. 307. Conſt. ntinus magnus pop. Ro. Imp. 60. Impe. ann. 30. men. 11. d. 27. Onur. De quo Euſeb. lib. quatuor ſcripſit & aliquã plurimi. Conſtantinus Impera. qualis Eutr. lib. 11.

CONSTANTINVS igitur defuncto eius patre [a] Conſtantio, imperare cœpit anno Domini 309. ab initio verò mundi quater milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecũdo, ſecundum minorem computationem, ſecundum maiorem verò quinquies milleſimo ccccc viij. Et imperauit à B morte patris annis xxxj. Nam ſeptẽ annis antequam Maxentium ab imperio deturbaret, imperauit in Gallia. Fuit autem Conſtantinus (vt refert Iaco. Decol.) primò imperij tempore optimis principibus comparandus. Nam innumeræ in illo animi corporiſq; dotes atq; virtutes claruere. Erat militaris gloriæ appetentiſsimus, cui in bellis ſemper proſpera fortuna fuit, verùm ita vt non ſuperaret induſtriam. Ciuilibus autẽ artibus & ſtudijs liberalibus deditus. Erat præterea affectator iuſti amoris, quem ſibi & liberalitate & affabilitate quæſiuit. Et ſicut in nonnullis C amicis dubius, ita in reliquis egregius, nihil occaſionis prætermittens, quo eos opulentiores clarioréſque præſtaret. Cùm igitur Conſtantinus amabilis cunctis formidabiliſque imperaret in Galliis, & ſenatus populuſq; Romanus Maxentij impietatem, ſceleraque vltra tolerare non poſſent, Conſtantinum per nuncios euocant, vt patris ſui memor Romanæ reipublicæ ſubueniat, atque ciues ſuos de poteſtate tam immaniſſimæ belluæ eruat. Qui animo magnus, & omnia efficere nitens, quæ animo præparaſſet, & ſimul principatum totius orbis affectãs hoc ciuile bel- D

Romani aduerſus Maxẽtiũ Conſtantinũ euocant. vide Eutrop. lib. 11.

A lum contra Maxentium ſuſcipere decreuit cum Licinio [b] collega, qui tunc apud Illyricum imperabat. In quo congreſſu ſigno crucis ſibi oſtẽſo, quo vinceret, Maxentium cum exercitu eius deuicit ſubmerſum in fluuio apud pontem Miluium, vt dictum eſt ſupra. Qui vrbem ingreſſus, ſuſceptus eſt à cunctis cum magna gloria, eíque eſt arcus erectus. Et licet adhuc eſſet idololatra, & necdũ in Chriſto regeneratus per Baptiſmũ, rebus tamẽ in vrbe cum Licinio compoſitis, vna ſententia ſtatuerunt legem, in qua Deum Chriſtianorum pleniſsimis laudibus proſequuti ſunt, B & totius virtutis eum authorem atque operis, & ipſum de tyranno Maxentio præſtitiſſe victoriã, & ideo ab vniuerſis huic venerationẽ cultúmque deferendum eſſe cenſebant. Deinde vt dictũ eſt ſuprà: Maximinus qui imperabat in oriente, veniens contra Licinium: deuictus & debellatus eſt à Licinio. Poſt conuerſionem autem Conſtãtini & Baptiſmum, motus Licinius zelo inuidiæ contra Conſtantinum, perrexit contra eum in prælium, & deuictus [c] Licinius pluries: demum captus decapitatus eſt. Deiecto autem Licinio, atque omni memoria tyrannicæ dominationis C ablata, ſoliditatem Romani regni ſolus Conſtãtinus obtinuit. Ei tres filij fuerunt. Conſtantius, Cõſtans, & Conſtãtinus. Fuit & ei filia Cõſtantia nomine. Tunc verò ſtatus reipublicæ æquabili moderatione & cenſura digniſsima Romani

A. C. 307.

Signum Crucis Conſtantino apparet. Eutrop. ibid.

Euſeb. li. 9 hiſt. Eccleſ. c. 9.

Conſtantinus pro Chriſtianis legem condit.

Licini in Conſtantinum inuidia. ibi. cap. 10.

Cõſtantini liberi.

ANNOTATIONES IN ſecundam partem D. Anton.

a *CONſtãtio Auguſto Eboraci in Britãnia mortuo cunctis qui circum eum erant annitentibus, ſed præcipue Alemannorũ Rege Eroco. (quem alij Crocum vocant) Conſtantinus ex obſcuriore matrimonio eius & Helenæ filius imperio ſuffectus eſt 11. Cal Aug. Anno Chr. 307. & ab vrbe cond. 1061. Ex Eutrop. Onuph. in com. in Faſt.*

b *Reſpublica tum à nouis quatuor Imperatoribus tenebatur. Nã Hiſpania, Galliæ, Britannia & Germania à Conſtantino, Italia & Aphrica à Maxentio, Illyricus à Licinio, & Oriens à Maximino tenebãtur. Eutr. & Onuph. ex quibus facilè Hiſpaniæ nomen pro Illyrico vel Dalmatia ſcriptũ puto, præ-* D *ſertim cum Eutrop. Liciniũ Mediolano à Conſtantino in Galliam accitum ſcribat.*

c *Conſtantinus acie potior Licinium terreſtri in Pannonia, & apud Cibalas & nauali prælio apud Nicomediam vicit, & eum indumentum Regium deferentem in deditionem cœpit, & Theſſalonica in cuſtodiã miſſum priuatum, vnà cum Martiniano officiorum magiſtro iuſſit occidi, metuens Herculi, Maximiani ſoceri ſui exemplo, ne iterum depoſitam purpuram in perniciem Reipubl. ſumeret. Eutrop.*

A.C.307.

A nominis habebatur. In nationibus Barbaris metus ingens, in prouincialibus verò metu maior deuotio erat.] Eccleſiarum verò gloria incredibile memoratu eſt, quanto Imperatoris religioſi ſtudio adoleuerit, quantáque eius cura etiã erga ſumptum indigentium fuerit. [Ardens namque in fide Dei animus, & benignum ingenium atque clemens bonis operibus paſcebatur.] Intantum verò præſentium rerum bonitas & trãquillitas obtinebat, vt obliuionem præteritorum pareret malorum. Edictis namque frequentibus per

Status Romani Imperij, & Eccleſia ſub eo felix.

B omnem locum propoſitis, non ſolum tyrannicas aduerſus Chriſtianos depulerat leges, verumetiã & priuilegia plurima eccleſiis, ac ſummos honores ſacerdotibus detulit, ita Deo & hominibus valde carus. [Summam Romani regni cum religione pura, tũ etiam virtute animi ac moderatione, ſupra omnes qui prius fuerant procurabat.] Quãtóque ſe Deo humilius ſubiiciebat, tãto illi Deus amplius ad vota ſua cuncta ſubdebat. Vnde & diuino auxilio fretus Sarmatas, & Gothos populos barbaros aggreſſus, mirabili virtute multis prælius victos perdomuit. Calecerum deinde tyrannum nouis rebus ſtudentem apud Cyprum

Hieron. in Chron. Eutrop. ibid. Ruff. l.10.c.8. Scithæ in Cypro à Conſtantino Gallicani auſpiciis domiti. hæc ex Terentiano in vita Ioan. & Pauli ſumpta ſunt.

C vno prælio ad internecionem oppreſsit. Inſuper & Scythas viro fortiſsimo Gallicano ſui exercitus duce diuina virtute compeſcuit. Hæc enim immaniſsima natio ſe in Romanum ſolum effundens, cæde, rapinis, incendio, non ſolum Romanorũ Prouincias inuaſerat, ſed & Romanũ exercitum cum Gallicano tunc genitlt pulſum obſederat. Sed ſuaſu ſanctorum Ioannnis & Pauli qui ſecum erãt, facto voto, quòd ſe Chriſtianum faceret, ſi incolumi exercitu ad Auguſtum victor rediret, tanta ſubito mutatio facta eſt, vt Barbari

D qui & virtute & numero præſtabant, & prælio ſuperiores erant, Angelo eum aſſociante, qui apparuerat, cõtra opinionem omnium ſe ſuàque Gallicano ſubderent. Qui cum victoria reuerſus Baptiſmum deuotiſsime ſuſcepit.

A. C. 310.

§. I.

De S. Syluestro Papa Gelaſ. in concil. Geſta S. Syluestri ab Eccleſia probantur. Hæc ex ipſius S. Syluestri geſtis habet Vinc. lib.13. Spec hiſt. c.46. conſentit Metaphaſt. apud Lippom. & Sur.

GElaſius Papa de Syluestri Papæ geſtis ſic ait diſt.15. ſancta Romana. Actus beati Syluestri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui ſcripſerit, nomen ignoremus, à multis tamẽ in vrbe Ro-

E mana Catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur eccleſiæ. Sylueſter à matre re & nomine Iuſta genitus, à Cyrino presbytero eruditus, hoſpitalitatem ſummopere exercebat. Timotheus autem quidam Chriſtianus ab eo in hoſpitium ſuſcipitur, qui ob perſecutionem ab aliis vitabatur. Hic poſt annum coronam eſt aſſecutus martyrij, dum prędicaret conſtantiſſime fidem Chriſti. Putans verò Tarquinius præfectus Timotheum multis abundaſſe diuitiis, eas à Syluestro expetit, inferens minas mortis. Sed cum verè Timotheum, huiuſmodi diuitias non

F habuiſſe comperit, Syluestrum idolis immolare præcepit, alioquin in craſtinum diuerſa reciperet genera tormentorum. Cui Sylueſter. Stulte hac nocte morieris, & ſempiterna tormenta recipies, & velis nolis, verum eſſe Deum, quem colimus, recognoſces. Sylueſter igitur carceri traditur, & Tarquinius ad prãdium inuitatur. Dum ergo comederet, os piſcis in eius gutture ſic verſatur: vt nulla ratione reiicere potuerit vel glutire. Sicque

Timotheus presbyter pro Chriſto necatur.

Tarquin. Chriſtianorũ ho-

A media nocte defunctus, ad tumulum cum luctu ducitur, & Sylueſter cum gaudio à carcere liberatur, qui non ſolum a Chriſtianis, ſed etiam à paganis miro diligebatur affectu. Erat enim aſpectu Angelicus, ſermone nitidus, integer corpore, ſanctus opere, conſilio magnus, fide Catholicus, ſpe patientiſsimus, caritate diffuſus. Mortuo igitur Epiſcopo Romanæ vrbis Melchiade, Sylueſter ab omni plebe plurimum renitens in ſummum Pontificem eſt electus. Hic omnium orphanorũ, viduarum, & pauperũ nomina in matricula ſcripta

A. C. 310. ſtis mors horrẽda. S. Sylueſt. qualis.

Melchiadi Papæ ſuccedit Sylaeſter.

B habebat, & omnibus neceſſaria prouidebat. Hic quartum & ſextum diem & ſabbatũ, ieiuniis inſtituit obſeruandum, quintum verò quaſi Dominicum celebrãdum. Græcis verò Chriſtianis dicentibus Sabbatum quinto die potius celebrandum, reſpondit hoc fieri non debere, & quia hoc eſt traditionis Apoſtolicæ, & quia dominicæ debetur ſepulturæ. Græci verò dicebant vnum eſſe ſabbatum ſepulturæ, in quo ſemel in anno eſt ieiunium excolẽdum. Quibus Sylueſter. Sicut omnis dies dominicus reſurrectionis gloria, ſic omne ſabbatũ decoratur dominica ſepultura. Igitur

Quædam inter Gręcos & Latinos controuerſia in qua latini ſunt victores.

C de ſabbato acquieſcunt, ſed de quinta feria vehementer contendunt, aſſerentes non debere Chriſtianorũ ſolemnitatibus ſociari. Sylueſter autem eius dignitatẽ, præcipue in tribus oſtendit. Quoniam hac die Dominus in cęlos aſcendit, & corporis & ſanguinis ſui Sacramentum inſtituit, & ſacrum chriſma Eccleſia conficit. Omnes igitur eius rationibus acquieſcunt.

Conſtantinus lepra laborans dirũ parat balneum. Vinc lib.13.cap.47.ex Hugo.Floriac.hoc etiam Metaph.habet.

D

§. II.

PErſequente autem Conſtantino Chriſtianos, vel potius officialibus eius, Sylueſter de vrbe exiit, ac in quodam monte cum clericis ſuis manſit. Ipſe autẽ Conſtãtinus [a] incurabilẽ incidit in plagã lepræ. Tandẽ cõſilio idolorum pontificum adducta ſunt tria millia puerorum, vt eos occidi faceret, & ſe in eorum ſanguine recenti & calido balnearet. Egredienti autẽ eo ad locũ vbi balneum parari debebat, matres puerorũ obuiãt, quæ reſolutis crinibus miſerabiliter vlulabant.

E Et lachrymans Conſtantinus iuſsit ſtare currum, & erigens ſe dixit. Audite me comites, & cõmilitones, & omnes populi, qui adſtatis. Dignitas Romani imperij de fonte naſcitur pietatis, qui hanc etiam legem dedit, vt capitali ſententiæ ſubderetur, quicunque aliquem in be[...] occidiſſet inſontem. Quanta ergo erit crudelitas, vt hæc noſtris faciamus filiis, quod fieri prohibemus alienis? Quid iuuat Barbaros ſuperaſſe, ſi à crudelitate vincamur? Nã viciſſe extraneas nationes virium eſt bellantium populorum, vincere autem vitia & peccata, virtus eſt morum. In illis ergo præliis:

Piæ & clemẽs Conſtãtini ab omni facinore abhorrẽtis oratio.

F

a Conſtantinum magnum lepra laboraſſe preterquam quòd ipſe in edicto ſuo tom.1.concil. profitetur, & Metaph.in vita S.Sylu.refert, Gregor.Turon. ſatis indicat inquiens Clodouæum iam Baptizandum proceſſiſſe velut nouum Conſtantinum ad lauacrum, vt qui lepræ veteris morbum deleturus eſſet, lib.2.hiſto.cap.31.idem aſſerit Niceph.lib.7.hiſt.Eccleſ.cap.33.& Zonar.tom.3,

fortiores

A.C. 310.

fortiores nos extitimus illis, in his verò nobis ipſis fortiores ſumus. Qui enim fuerit in iſto certamine ſuperatus, victoriã obtinet victus. Victor enim poſt triumphum vincitur, ſi pietas ab impietate ſuperatur. Vincat ergo pietas in iſto congreſſu, verè enim omnium aduerſariorum poterimus eſſe victores, ſi ſola pietate vincamur. Omnium etenim ſe eſſe dominũ comprobat, qui ſeruum ſe mõſtrauerit eſſe pietatis. Melius eſt ergo mori ſalua vita innocentiũ, quàm per eorum interitum vitam recuperare crudelem: quam tamen recuperare incertum eſt, cum certũ ſit, quòd ſic recuperata crudelis eſt. Iuſsit igitur, vt matribus ſuis pueri redderentur, & dona plurima & infinita vehicula præberentur, vt quæ flentes ad patriam alienam venerant, ad loca ſua cum gaudio remearent. Imperator autẽ ipſe ad palatium ſuum reuerſus eſt. Sequenti vero nocte, Petrus & Paulus apparuerunt ei dicẽtes. Quoniam exhorruiſti effuſionẽ ſanguinis innocẽtis, miſit nos dominus Ieſus Chriſtus, dare tibi recuperãdæ cõſiliũ ſanitatis. Syluestrum igitur Epiſcopum, qui apud montẽ Soracte latitat accerſi: hic tibi piſcinã oſtendet, in qua immerſus tertio, ab omni curaberis lepræ morbo. Tu verò Chriſto hanc viciſſitudinem reddas, vt idolorum templa diruas, Chriſti inſtaures eccleſias, & eius deinceps cultor fias. Euigilans igitur Conſtantinus, ſtatim miſit milites ad Syluestrum. Videns Syluester milites, ad palmã Martyrij credidit ſe vocari. Deo autem ſe commendans, & ſocios ſecum adhortans, Conſtantino intrepidus præſentatur, Qui Conſtantinus aſſurgens ait, Bene te veniſſe gratulamur. Qui à Sylueſtro reſalutatus, narrauit ei per ordinem ſui ſomnii viſionem. Percunctãte verò Conſtantino, qui eſſent dij, qui ſibi apparuerunt, Syluester reſpondit illos Chriſti eſſe Apoſtolos, & non Deos. Tunc ad preces Imperatoris Syluester Apoſtolorum imagines ſibi iuſsit afferri, quas vt Imperator aſpexit, tales eſſe qui ſibi apparuerunt, acclamauit. Syluester igitur eum catechumenum fecit, & vnius hebdomadæ ei ieiuniũ indixit, & carceres aperiri monuit. Cumque in aquam deſcendiſſet baptiſmatis, mirabilis ſibi emicuit ſplendor lucis. Sicque indè mundus exiuit, & Chriſtum ſe vidiſſe aſſeruit. Prima autem die ſui baptiſmatis hanc legem dedit, vt Chriſtus tãquam verus Deus ab vrbe Romana coleretur. Secunda, vt ſi quis Chriſtum blaſphemaret, puniretur. Tertia, vt quicunque Chriſtiano feciſſet iniuriam, bonorum ſuorum parte dimidia priuaretur. Quarta, vt ſicut [b] Imperator Romæ, ſic Romanus pontifex caput ab vniuerſis Epiſcopis habeatur. Quinta, vt quicunque in eccleſias confugerit, ab omnibus ſeruetur immunis. Sexta, vt nullus niſi de licentia ſui Epiſcopi eccleſiam ædificet intra muros alicuius ciuitatis. Septima, vt ad ædificationem eccleſiarum decimæ poſſeſsionum regalium tribuantur. Deinde Imperator ad eccleſiam ſancti Petri venit, & de ſuis culpis ſe lamentabiliter accuſauit. Poſtmodum arrepto bidente ad fundamentum baſilicæ conſtruendę, terram primus aperuit: & duodecim cophinos in ſui ſcapulis foras [b] eiecit.

D. D. Petrus & Paulus Conſtantino de euocando Sylueſtro ſũt auctores. Vinc. ibid. c. 48. ex Sig. flor.

Syluester Apoſtolorum imagines Cõſtantino offert.

Conſtantinus à B. Sylueſtro baptizatur.

Conſtantini leges pro Chriſtianis, quas referunt Eut. Nicepho. Cedrenus & alij, licet paulò diuerſas.

[b] *Hæc lex in edicto Conſtantini tom. 1. Concil. habetur Neque porro putes ab hac vel cuiuſuis alterius Principis lege Pontificiam pendere auctoritatem. Nam ſacroſancta Romana ſedes (vt ait Anacletus epiſt. 3.) non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſeruatore noſtro primatum obtinuit ac eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum populi Chriſtiani gregem aſſecuta eſt. di. 22. c. ſacroſancta, & Irenæus lib 3. aduerſ hæret. c 3. Ad hanc Romanam, inquit, Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem cõuenire Eccleſiam: hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio Hæc Irenæus cũ adhuc Imperatores Chriſtianos perſequerentur, de Eccleſia Romana Principalitate dicit: non ergo illa à Conſtantino vel alio quouis principe ſuam accepit auctoritatem. Prætermitto teſtimonia infinita, quæ tum apud alios, tum apud Sand. lib. 7. de viſib. mon. reperiuntur.*

[c] *Breuis in fine huius § erat clauſula, in qua hæc de Conſtantini curatione eiuſque baptiſmate hiſtoria: tanquã à veritate aliena reiiciebatur. Hanc in antiquiore exemplari nõ reperientes tanquam temere ab aliquo ſciolo inſertam expunximus, cum præſertim ipſe D. Anton part. 1. tit 8. c. 2. §. 8. contrarium planè ſentiat, ſentiendumq́ decernat. & in 3. part. ſumm. tit. 22. c. 5. §. 16. Neque verro D. Hieron. quæ nitì nouus hic emẽdator videbatur, auctoritas, quicquam huic hiſtoriæ derogat, deceptus enim Hieron. vicinia nominis & falſo rumore eſt. Itaque quod de Conſtantio filio dicebatur, id traduxit ad patrem. Ille enim in extrema ætate fuit rebaptizatus, & vt ait Dam. ab Euſebio Nicomedienſ. Ariano Geneb. Damaſ in vita Felicis 2. tom. 1. Concil.*

Helena filiũ ad Iudaicam perfidiã trahere nititur. Vinc. ibid. c. 50. ex geſtis S. Sylueſt. cui conſentit Metaph. & Marianus Scotus in Chron. c. 51.

§. III.

HAec vbi Helena mater Cõſtantini Auguſti in Bythinia conſiſtens audiuit, per literas laudat filium, quòd abrenunciaſſet ſimulachris idolorum: ſed dure increpat, quòd relicto Deo Iudæorum, crucifixum hominem Deum colat. Reſcribit matri Auguſtus, vt Iudæorũ magiſtros ſecum adducat, & ipſe Chriſtianorum doctores proferet, vt ſic ex diſputatione mutua appareat fides vera. Duxit igitur ſancta Helena centũ quadraginta & vnũ doctiſsimos Iudæorũ magiſtros. Inter quos erant duodecim qui ſapientia & eloquentia præ cæteris rutilabant. Cum igitur Syluester cum clericis ſuis, & prædicti Iudæi ad diſputandum coram Imperatore ſimul cõueniſſent, de communi conſenſu duos iudices gentiles ſapientiſsimos & probatos nomine Cratonem & Xenophilum ſtatuerunt: ad quos pertineret ſententia dicendorum, talique inter eos ſententia eſt firmatum: vt vno ſtante, & quærente alius non loquatur. Incipiens igitur primus de illis duodecim nomine Abiathar, ait. Cũ iſti tres Deos dicãt Patrẽ, & Filium, & Spiritũ ſanctum, manifeſtum eos contra legem agere, quæ dicit. Videte, quia ego ſum ſolus, & non eſt alius Deus præter me. Denique ſi dicũt Chriſtum Deum eſſe, quia multa ſigna fecit, in noſtra etiã lege multi fuere qui miracula plurima fecerunt, & tamen nunquam ex hoc diuinitatis nomẽ ſibi vſurpare auſi ſunt, ſicut iſte Ieſus, quem iſti adorant. Ad hoc

A. C. 310.

Sylueſtri & Iudæorũ de Chriſto diſputatio.

Deut. 32.

A.C.315.

Trinitas perſonarum oſtenditur. Pſal.88. Pſal. 2. Pſal.32. Gen. 1.

Syluester:Nos vnum Deum colimus,ſed non in A tanta ſolitudine cum dicimus, vt gaudium filij nõ habeat.Ex veſtris autem libris Trinitatẽ perſonarum vobis denũciare valemus.Nam Patrem dicimus,de quo propheta ait. Ipſe inuocauit me, Pater meus es tu.Filium de quo idẽ. Filius meus es tu,ego hodie genui te. Spiritum ſanctum, de quo idem. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et hoc etiam quod dixit.Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, euidenter & perſonarum pluralitatem,& diuinitatis voitatem demonſtrat. Licet autem ſint tres perſonæ, vnus tamen eſt Deus: quod exemplo viſibili ali- B quatenus demonſtrare valemus. Et accepit purpuram imperatoris,& tres ibi plicas fecit, dicẽs. Ecce videtis tres plicas, & explicans ait. Ecce quia tres plicæ ſunt vnus pannus,ita tres perſonæ ſunt vnus Deus.De eo autem quod dicitur,quod ex miraculis Deus credi non debet,quum plures ſancti miracula fecerint,nectamen deos ſe dixerint,ſicut noſter Chriſtus Deum per hoc ſe aſſerere voluit. Certe Deus ſuperbientes contra ſe nũquam paſſus eſt ſine pœna acerrima præterite, ſicut patet in Dathan, & Abirõn aliiſque compluribus. Quomodo ergo mentiri potuit, & ſe C Deum dicere,quod non erat,cum eum ſe Deum eſſe dicentem,nulla pœna ſecuta fuerit, ſed virtutum efficacia comitabatur? Tunc iudices dixerunt. Conſtat Abiathar à Syluestro eſſe ſuperatum.Nam & ratio huiuſmodi docet,quia ſi Deus non eſſet, & ſe Deum dixiſſet, conferre vitam mortuis non valeret. Tunc illo amoto, ſecundus qui Ionas vocabatur,ad conflictum accedẽs ait. Abraham circuncisionem à Deo recipiens iuſtificatus fuit, & omnes filij Abrahæ per circunciſionem iuſtificabantur. Igitur qui non fuerit circunciſus,non erit iuſtificatus. Ad quod Syluester. D Conſtat Abraham ante circuncisionem Deo placuiſſe,& amicum Dei appellatum eſſe. Igitur nõ circuncisio ipſum ſanctificauit, ſed fides & iuſtitia ipſum Deo placere fecit. Non igitur accepit circuncisionem in ſanctificationem, ſed in diſtinctionem.

Chriſtus Deus eſſe probatur. Num.16. Gen.13. An circũciſio iuſtificet. Gen.15.

Iſto ſuperato tertius,qui & Godolias vocabatur,accedens ait. Quomodo Chriſtus veſter poteſt eſſe Deus,cum aſſeratis ipſum eſſe natum,tẽtatum,traditum,nudatum,felle potatum,ligatum, ſepultum, cum hæc omnia in Deo eſſe non poſſint: ergo &c.Ad hoc Syluester:De veſtris libris E hæc omnia probamus de Chriſto prædicta fuiſſe.Nam de eius natiuitate dixit Iſaias.Ecce virgo concipiet [& pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel.] De eius tẽtatione dixit Zacharias.Vidi Ieſum ſacerdotem magnum ſtantem coram angelo,& ſathã ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.]de traditione eius &c.Qui edebat panes meos, magnificauit aduerſum me ſupplãtationem.De eius nudatione idem.Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea. De eius fellea potatione idem: Dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto.De eius ligatione Eſdras. Vin- F xiſtis me,non ſicut patrem, qui liberaui vos de terra Egypti clamantes ante tribunal iudicis. De eius crucifixione idem. Humiliaſtis me, ſuſpendentes me in ligno,tradidiſtis me. De eius ſepultura Hieremias. In ſepultura eius reuiuiſcunt mortui. Cum ergo Godolias quid reſponderet non haberet,data ſententia remotus eſt,

Quæ de Chriſto à prophetis prædicta fuerunt. Iſa.7. Zach.3. Pſal.40. Pſal.21. Pſal.68.

A.C.315.

Quartus dictus Annas accedens ait. Ea quæ de aliis dicta ſunt,Syluester iſte de ſuo Chriſto prædicta fuiſſe affirmat,vnde ſupereſt, vt probet hæc de ſuo Chriſto dicta fuiſſe. Ad quod Syluester.Dabis ergo alium,quem virgo concepit, qui felle cibatus,ſpinis coronatus, crucifixus, mortuus,& ſepultus ſit,qui ſurrexit,& ad cęlos aſcẽdit.Tunc Conſtantinus ait.Si alium non dederit, ſciat ſe ſuperatum, quod cum agere non poſſet, illinc amoueatur.

Et quintus quidam Occhi producitur,qui ait. Si ex ſemine Dauid Chriſtus natus eſt, & naſcẽdo Dei filius factus eſt, quia ſanctificatus natus eſt,baptizari non debuit, vt iterum ſanctificaretur.Ad quod Syluester. Sicut circũciſio in Chriſti circuncisione finem accepit:ſic noſter baptiſmus in Chriſti baptiſmate initium ſanctificationis habuit. Non ergo baptizatus eſt,vt ſanctificaretur,ſed vt ſanctificaret. Qui cum ita taceret, ait Conſtantinus. Non taceret Occhi, ſi haberet contraria,quæ proferret.

Chriſtus cur baptizatus ſit.

Tunc ſextus,qui & Cuſi, ait.Vellemus vt Syluester iſte cauſas virginalis huius partus nobis exponeret.Ad quod Syluester. Terra,de qua Adam formatus eſt,incorrupta erat & virgo, quia nec ſe ad bibendum humanum ſanguinem aperuerat, nec maledictionem ſpinarum acceperat, nec hominis mortui ſepulturam habebat, nec ſerpenti data fuerat ad edendum. Oportuit igitur ex Maria virgine nouum Adam fieri, vt ſicut ſerpens natum ex virgine vicerat, econuerſo à nato ex virgine vinceretur:& qui Adę victor extitit in paradiſo, ipſe tentator factus eſt Dei in deſerto,vt qui Adam vicerat manducantem,vinceretur à Deo ieiunante.

Cur Chriſtus de virgine natus ſit. Gen.2. Mat.4.

Hoc ſuperato ſeptimus,qui Bẽiamin,ait.Quomodo filius Dei Chriſtus veſter eſſe poteſt,qui à diabolo tentari potuit, vt modo in fame panem ex lapidibus facere vrgeretur, modo in templi celſitudine leuaretur, modo ad adorandũ ipſum diabolum adduceretur?ad quod Syluester.Si diabolus ideo vicit, quia ab Adam manducante eſt auditus, conſtat eum ideo ſuperatum, quia eſt à Chriſto ieiunante contemptus. Nos non inquantum Deus, ſed inquantum homo tentatum eum eſſe fatemur. Ideo autem tripliciter eſt tentatus, vt à nobis omnes tentationes excluderet,& formam vincendi daret. Sæpe namque in homine victoriam abſtinentiæ ſequitur tentatio humanæ gloriæ,& tentationem humanæ gloriæ appetitus dominij & excellentia comitatur, ideo à Chriſto de his vincitur, vt vincendi nobis forma donetur.

Chriſtus cur tentatus.

Iſto ſuperato & octauus,qui & Acel,ait.Conſtat quod Deus ſumme perfectus eſt, & nullius indiget, quid ergo ei opus fuit, vt naſceretur in Chriſto? Quomodo iterum Chriſtum verbum appellas?Sed & hoc cõſtat, quia Deus antequam haberet filium,pater dici non potuit, ergo ſi pater Chriſti poſtea dictus eſt,mutabilis factus eſt. Ad hoc Syluester. Filius ante tempora ex patre eſt genitus,vt faceret,quæ non erant, & in tempore eſt natus,vt reficeret, quæ perierant. Quæ etſi ſolo verbo reficere poterat, ſed per paſsionem niſi homo fieret,redimere non valebat: quia in ſua deitate ad patiendum aptus non erat: nec hoc imperfectionis,ſed perfectionis eſt,quod in ſua non erat deitate paſsibilis. Porro filius verbum

Filius cur ante tempora & in tempore natus.

bum

A. C. 315.

bum Dei eſt: hoc ex eo patet, quia propheta ait. Eructauit cor meũ verbum bonũ. Deus quoque ſemper pater fuit, quia ſemper ei filius extitit: filius enim eſt verbum eius, ſapientia eius, virtus eius. In patre ſemper fuit verbum: iuxta illud. Eructauit cor meum verbum bonum. Semper ſapientia iuxta illud. Ego ex ore altiſsimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Semper virtus, iuxta illud. Necdum fontes aquarum erupetant, necdum montes graui mole conſtiterant, ante omnes colles ego parturiebar. Cum ergo pater nunquam fuerit ſine verbo, ſapiẽtia, & virtute, quomodo putas hoc nomen ſibi ex tempore aduenisse?

Pſal. 44. Eccle. 24. prouer. 8.

Filius ſem per fuit.

Hoc igitur amoto, nonus qui Iubal, dixit. Cõſtat quod Deus cõiugia non damnat: nec eis maledixit: quare ergo de coniugio natum eſſe negatis hunc, quem colitis: niſi vt offuſcare coniugia ſtudeatis? Rurſus quomodo tentatur, qui potens eſt, patitur, qui virtus eſt, moritur, qui vita eſt? Denique ad hoc cogeris, vt duos filios eſſe dicas: vnum quem pater genuit, alium, quem virgo generauit. Rurſus, quomodo fieri poteſt, vt patiatur homo qui aſſumptus eſt, ſine læſione eius, à quo aſſumptus eſt?

Ad hæc Syluester. Nos Chriſtum non ideo natum ex virgine dicimus, vt coniugia condemnemus: ſed cauſas virginei partus rationabiliter acceptamus: Nec hac aſſertione offuſcantur coniugia, ſed ornantur: quoniam hæc virgo, quæ Chriſtum peperit, de coniugio nata eſt. Tentatur autem Chriſtus, vt omnes tentationes diaboli vinceret. Patitur, vt vniuerſas paſsiones ſubiiceret. Moritur, vt mortis imperium ſubiugaret. Dei quoque filius vnus eſt, qui ſicut eſt vere Dei filius inuiſibilis, ita homo viſibilis eſt Chriſtus. Eſt ergo inuiſibile hoc quod Deus eſt, & eſt viſibile, hoc quod homo eſt. Pati vero poſſe hominem aſſumptum ſine paſsione eius, qui aſſumpſit, exẽplo doceri poteſt. Nam vt præſentis purpuræ regis vtamur exemplo, lana fuit, & huic lanæ ſanguis accedẽs colorem purpureum præbuit. Cum ergo teneretur digitis, & torqueretur in filo, quid torquebatur? hoc quod regiæ dignitatis color eſt, an hoc quod lana extitit, antequam purpura fieret? Lanæ ergo aſsimulatur homo, colori purpuræ Deus: qui ſimul in paſsione fuit, dum pateretur [homo] in cruce, ſed paſsioni in nullo ſubiacuit.

Chriſti de Virgine ortus nõ damnat coniugia.

Dei filius & virginis vnus eſt.

Quomodo homo Chriſtus ſine læſione Dei ſit paſſus.

Decimus qui Thara, dixit: Non mihi placet exemplum iſtud, quia ſimul color torquetur cum lana. Cui cum omnes contradicerent, Syluester dixit: Accipe ergo aliud exemplum. Arbor habẽs in ſe ſolis ſplendorem, cum inciditur per ictum, quem ſuſcipit, ſplendor ab inciſione immunis exiſtit: ſic homine patiente diuinitas nulli paſsioni ſubiacuit.

Vndecimus qui & Syleon, ait. Si de Chriſto tuo prophetæ iſta vaticinati ſunt, tantæ irriſionis & paſsionis & mortis cauſas ſcire vellemus. Et Syluester. Eſuriuit Chriſtus, vt nos reficeret, ſitiuit, ariditati noſtræ vt immortalia pocula miniſtraret. Tentatus eſt, vt nos à tentationibus liberaret. Tentus eſt, vt nos à dæmonũ captura [liberos] dimitteret. Irriſus eſt, vt nos ab irriſione dæmonum liberaret. Ligatus eſt, vt nos à peccatorum nodo exolueret. Expoliatus eſt, vt nuditatem primæ præuaricationis indulgentia tegeret. Spineam coronam accepit, vt flores paradiſi perditos redonaret. In ligno ſuſpenditur, vt concupiſcentiam in ligno genitam damnaret. Felle & aceto potatur, vt hominem ad terram fluentem lac & mel introduceret, & fontes nobis mellifluos aperiret. Mortalitatem ſuſcepit, vt ſuam immortalitatem nobis donaret. Sepultus eſt, vt ſanctorum ſepulturam benediceret. Surrexit, vt mortuis vitam redderet. Aſcendit in cælum, vt cæli ianuam aperiret. Sedet ad dexteram Dei, vt preces credentium exaudiat.

Chriſto euenerũt noſtri cauſa omnia.

A. C. 315.

Hæc Syluestro proſequente vniuerſi tam imperator quàm iudices & Iudæi in laudem Syluestri vnanimiter proruperunt. Tunc indignatus duodecimus, qui & Zambri: indignatiõne magna dixit. Miror vos ſapiẽtiſsimos iudices verborum ambagibus credere, & Dei omnipotentiam exiſtimare humana ratione concludi. Sed iam ceſſent verba, & veniamus ad facta. Stultiſsimi namque ſunt, qui crucifixum colunt. Cumque ego nomen Dei omnipotentis ſciam, cuius virtutem non ſufferunt ſaxa, nec audire valet quælibet creatura, vt me verum dicere comprobetis, taurus ad me ferociſsimus adducatur, & dum in eius aure nomen illud inſonuerit, taurus illico morietur. Ad quẽ Syluester. Et tu quomodo hoc nomen audiens didiciſti? Zambri dixit. Non eſt tuum hoc noſſe myſterium, qui Iudæorum inimicus es.

Syluester taurũ quẽ magus interfecerat ſuſcitat. Vinc. ibid. c. 52.

Adducitur igitur taurus ferociſsimus, vix à centum hominibus fortiſsimis tractus. At vt Zãbri in aure eius verbum protulit, continuo taurus mugiens oculoſque eiiciens expirauit. Omnes igitur Iudæi vehementer acclamant, & Syluestro viro Dei inſultant. Quibus Syluester ait. Non nomen Dei protulit, ſed nomen peſsimi dæmonis nominauit. Deus enim meus Ieſus Chriſtus, non ſolum viuentes non mortificat, ſed etiã mortuos viuificat. Nam occidere poſſe, ſed viuificare non poſſe eſt leonum, ſerpentum, & ferarum. Si ergo vult, vt credam, quod nomen dæmonis non fuerit, dicat iterum, & viuificet, quod occidit. Nam de eo ſcriptum eſt. Ego occidam, & ego viuere faciam. Quod ſi non poterit, nomen dæmonis abſque dubio nominauit, qui occidere viuentem poteſt, mortuum viuificare non poteſt.

Deut. 32.

Cumque Zambri ad ſuſcitandum taurum à iudicibus vrgeretur, dixit. Suſcitet eum Syluester, inuocato illo Galilæo, vt nos in eum credere valeamus. Nam & ſi pennis poſſet volare, illud tamen non valde proficeret. Omnes igitur Iudæi, ſi ſuſcitauerit, ſe credituros promittunt. Tunc Syluester oratione facta ad aurem tauri ſe applicans dixit. O nomen maledictionis & mortis egredere iuſſu Dei noſtri Ieſu Chriſti, in cuius nomine tibi dicitur. Taure ſurge, & ad armentum tuum manſuetus recede. Statim igitur taurus ſurrexit, & cum omni manſuetudine abiit.

Tunc regina, Iudæi, iudices, & cæteri omnes conuerſi ſunt ad fidem. Poſt aliquot dies idolorum pontifices ad imperatorem venerunt dicentes. Sacratiſsime imperator draco ille, qui eſt in fouea, poſtquam Chriſti fidem recepiſti, plus quàm trecentos homines quotidie interfecit flatu ſuo. Conſulit ſuper hoc Syluestrum. Reſpondit. Ego per Chriſti virtutem eum ab omni ceſſare faciam læſione. Promittunt pontifices ſe ſi hoc faceret, credituros. Orante autem Syluestro

Regina Helena ad fidem cum multis cõuertitur. Vinc. l. c. 53. Cedr.

A.C.310.

D. Petrus B. Syluestrum instruit.

ſanctus Petrus ei apparuit dicens. Securus ad draconem A deſcende tu & duo presbyteri, qui ſunt tecum. Cumque ad eum veneris, eum taliter alloqueris. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, de virgine natus, crucifixus, & ſepultus, qui ſurrexit & ſedet ad dexteram patris, hic venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Tu quoque Sathan eum in hoc loco donec veniat expecta. Os autem ligabis filo, & annulo ſignum crucis habente deſuper ſigillabis. Poſtea ad me ſani & incolumes venietis, & panem quem vobis præparauero comedetis. B

Draconē D. Syluester inclu dit.

Deſcendit itaque Syluester cum duobus preſbyteris in foueam per gradus centum quinquaginta, duas ſecum ferens laternas. Tunc draconi prædicta verba dixit, & os eius ſtridentis & ſibilantis, vt iuſſum fuerat, alligauit, & aſcendit, & inuenit duos magos qui eum ſecuti fuerant, vt viderent ſi vſque ad draconem deſcenderet, & draconis fœtore pene mortuos, eos ſecum adduxit incolumes atque ſanos. Qui ſtatim cum multitudine infinita conuerſi ſunt. Sicque populus Romanus à morte duplici liberatus eſt, ſcilicet à cultura dæmonis, & veneno draconis. Tandem C beatus Syluester morti appropinquans, clerum de tribus admonuit, ſcilicet vt inter ſe charitatem haberent, eccleſias ſuas diligentius gubernarent, & gregem à luporum morſibus cuſtodirent. Poſt hoc in Deo feliciter obdormiuit circa annum Domini 320.

Multi Romani ad Christum conuerſi ſunt.

De inuentione S. Crucis ex Ruff. lib. 10. hiſt. Eccle. cap 7. Eutrop. li. 11. Ambr. de obitu Theod. Paul. epiſt. 2. Sulp. epiſ. 2 Euſ. in Chron. Theodor. li. 1. cap. 18. & Sozom. lib. 2. cap. 2. vt D. Hieronymũ & alios prætermittam, qui omnes ſingularis impudentiæ arguunt Magdeb. qui centu. 4. cap. D *13. eam inficiari audent.*

§. IIII.

DE inuentione ſanctæ crucis ſic refert Ruffinus in hiſtoria Eccleſiaſtica. Per idem tẽpus Helena Conſtantini mater fœmina incomparabili fide, religione animi, ac magnificentia ſingulari: cuius iure Conſtantinus & eſſet filius, & crederetur: diuinis admonita viſionibus Hieroſolymam petiit, atque ibi locum, in quo ſacroſanctum corpus Chriſti patibulo affixum pependerat, ab incolis perquirit. E Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis perſecutoribus ſimulachrum in eo Veneris fuerat defixum, vt quis Chriſtianorum in loco illo adorare voluiſſet, Venerem videretur adorare. Et ob hoc infrequens, & pene obliuioni datus fuerat locus.

Sed cum (vt ſupra diximus) religioſa fœmina properaſſet ad locum cæleſti ſibi indicio deſignatum, cuncta ex eo profana & polluta deturbans in altum purgatis ruderibus, tres confuſo ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris lætitiam vniuſcuiuſque crucis indiſcreta F proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui græcis, latinis atque hebraicis literis à Pilato fuerat conſcriptus: ſed nec ipſe ſatis euidenter dominici prodebat ſigna patibuli. Hic iam humanæ ambiguitatis incertum diuinum flagitat teſtimonium.

Accidit in eadem vrbe primariam quandam illius loci fœminam graui ægritudine confectam A ſeminecem iacere. Macarius per idem tempus eccleſiæ illius epiſcopus erat. Is vbi cunctantem reginam atque omnes pariter qui aderant videt, Afferte huc (inquit) totas, quæ repertæ ſunt, cruces, & quæ ſit quæ portauerit Dominum nunc nobis adaperiet Deus. Et ingreſſus cum regina pariter & populis ad eam, quæ decumbebat: defixis genibus huiuſcemodi ad dominum precem profudit.

A.C.320.

Macarius Hieroſolymorum epiſcopus Crucis Domini-cæ cognoſcēda auctor.

Tu Domine, qui per vnigenitum filium tuum ſalutem generi humano per paſſionem crucis B conferre dignatus es, & nunc in nouiſſimis temporibus inſpiraſti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo ſalus noſtra pependit, oſtende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad dominicam gloriam, vel quæ extiterit ad ſeruile ſupplicium, vt hæc mulier, quæ ſemiuiua decumbit, ſtatim vt eum lignum ſalutare contigerit, à mortuis ianua reuocetur ad vitam.

Macarij ad Deum precatio. Ruf. ibid. ca. 8.

Et cum hæc dixiſſet, adhibuit primo vnam ex tribus, & nil profecit, adhibuit & ſecundam, & nec ſic quidem aliquid actum eſt: vt vero admouit tertiam, repente apertis oculis mulier cōſurrexit, C & ſtabilitate virium recepta alacrior multo, quàm dum ſana fuerat, tota domo diſcurrere, & magnificare domini potentiam cœpit. Sic euidenti indicio regina voti compos effecta, templũ mirificum in eo loco in quo crucem repererat, regia ambitione conſtruxit.

Mulier ægra tactu Crucis dominicæ curatur.

Clauos [quoque] quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium: ex quibus ille frænos compoſuit, quibus vteretur ad bellum, & ex aliis galeam nihilominus belli vſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partem detulit filio, partem vero thecis argenteis conditam D dereliquit in loco, quæ etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratione ſeruatur.

Crucis ſollicita veneratio.

Reliquit etiam hoc indicium religioſi animi regina venerabilis, virgines, quas ibi reperit Deo ſacratas inuitaſſe ad prandium, & tanta eas deuotione curaſſe dicitur, vt indignum crederet, ſi famulorum vterentur officiis: ſed ipſa manibus ſuis, famulæ habitu ſuccincta cibum apponeret, & poculum porrigeret: aquam manibus infunderet, & regina orbis, ac mater imperij famularum Chriſti ſe famulam deputaret, & hæc quidem Hieroſolymis geſta. E

S. Helenę erga religioſas virgines obſequium.

De ſummis pontificibus illius temporis, videlicet Syluestro, Marco, Iulio, Damaſo &c. ſummarie.

CAP. II.

SVmmi Pontifices, qui præfuerunt Romanę eccleſiæ à tempore Conſtātini magni, vſque ad tempora Archadij & Honorij, ſcilicet per centum annos vel circa, ab anno domini 309. vſque ad annum eius 408. fuerunt infraſcripti. Syluester papa, de quo dictum eſt, qui ſucceſſerat Melchiadi. Qui Syluester tenuit Petri cathedram annis 24. menſibus decem, diebus 21. F Qui Syluester inſtituit conſecrationes eccleſiarum & altarium ſolennes. Et eccleſias apoſtolorum Petri & Pauli dicitur conſecraſſe. Et multo magis videtur de eccleſia ſancti Ioānis Lateranenſis, quę eſt eccleſia patriarchalis & principalis totius orbis. Ipſe enim ſtatuit, vt in ſindone mūda panno lineo celebraretur, id eſt, palla ſeu corporali.

S. Syluester Pont. maxi. 34. ſe. an. 20 di. 4. Onuph.

Idem in ſynodo hoc decreuit, vt habetur diſtin.

A.C.314.

Minores maioribus obedientiam exhibeant. Syl. in Sy. Rom. c. 7.

ſtin. 93. A ſubdiaconu vſque ad lect. rem, omnes ſubducti ſint diacono cardinali viro reuerendiſſimo in Eccleſia, repreſentantes ei honorem. Porro põtifici presbyter, presbytero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolytho exorciſta, exorciſtę lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas, abbati monachus in omni loco repręſentet obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio Eccleſiæ.

A.C.336. S. Marcus pont. Ma. 35. ſed. m. 8. d. 21. Onuph.

Sylueſtro ſucceſsit Marcus papa natione Romanus. Qui ſtatuit, vt Romanus pótifex ab epiſcopo Oſtienſi conſecraretur. Et ipſe Oſtienſis epiſcopus pallio vteretur. Sedit annis duobus menſibus octo ſanctus homo.

S. Iulius pont. Ma. 36. ſed. an. 16. men. 5. di. 16.

Poſt quem aſcendit cathędram Petri Iulius natione Romanus. Qui ſedit annis 11. ſecundum Damaſum: ſed ſecundum Hierony. annis 16. menſibus quatuor, cuius tempore dicitur celebrata ſynodus Nicæna, licet alij dicant ſub Sylueſtro. Hic poſt multos agones & exilium toleratos pro fide catholica ab Arianis, migrauit ad Chriſtum, anno imperij Conſtantij 12.

Rom. ſedis priuilegia in ep. ad epiſ. orien. ca. 30.

In ſuis autem decretis ſic ait. Ideo huic ſanctę ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis concilijs, & iudicijs ac reſtitutionibus epiſcoporum, quàm ei de ſummis eccleſiarum negotijs, vt ab ea omnes oppreſsi auxilium, & iniuſte damnari reſtitutionem ſumant, [& talia ab impijs non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque damnatione. 2. q. 6. ideo.

Ibid. c. 8.

Idem q. ea. qui ſe ſcit. Qui ſe ſcit alijs eſſe præpoſitum, non moleſte ferat, aliquem ſibi eſſe pręlatum. Ipſa nàque Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatę ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

Ibid. c. 20. Cõcilium generale non congregatur niſi authoritate ſummi pontificis.

Idem diſtin. 17. regula. ſcribens orientalibus epiſcopis ait. Regula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium celebratum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus, ſine eius authoritate concilia fieri non debere.

Ibid. c. 36.

Idem Iulius 2. q. 7. in ſancta. In ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum eſt, vt nemo anathematizatus in noſtram accuſationem ſuſcipiatur, nec illi, qui nos in ſuam accuſationem recipere nolunt, cum nos ſciamus ſuper illos à domino cõſtitutos: non illos ſuper nos. Et ſicut maior non poteſt à minore iudicari, ita nec obligari, quia ratum eſt, omne, quod magnum eſt. Portemus onera omnium, qui grauãtur: quinimmo hæc portat in nobis beatus Petrus, cuius vice fungimur.

A.C.358. S. Liberius pont. maxi. 37. ſed. an. 15. men. 4. d. 27. Onup. Liberius in exiliũ mittitur.

Iulio vero viam vniuerſę carnis ingreſſo, creatus eſt ſacerdos ſummus Liberius natione Romanus, qui Eccleſię pręfuit annis 10. menſibus 6. diebus 4. Fuit autem hic miſſus in exilium à Cõſtantio imperatore, eo quod noluit aſſentire Arianis & fauere illi hæreſi. Qui congregato clero [a] de eorum concilio venerandum virum Felicem presbyterum, vel renuncians pontificem eum cum alijs elegit, vel ipſum Felicem ſuum generalem vicarium inſtituit.

Cum autem eſſet in exilio poſitus Felix zelo fidei ſuccenſus congregato concilio quadraginta epiſcoporum, Vrſatium & Valentem presbyteros, qui Conſtantio in hæreſi Ariana fauebant, condemnauit & ipſum Conſtantium imperatorem, vt hæreticum rebaptizatum excommunicauit. Quã ob cauſam Conſtantius indignatus congregato conciliabulo plurium ex fæce Ariana reuocari fecit Liberium ab exilio, & Felicẽ eijci à pontificali cathedra, qui eiectus paulo poſt iuſſu eius martyrio coronatus eſt. Reuerſus ergo Liberius & tædio affectus, ob exilium in quo per triennium fuerat, ad requiſitionem Conſtantij [b] ſubſcripſit ſe in hæreticam prauitatem Arianorum conſentiendo. Qui poſtea ſeptem annis tenuit cathedram Petri. Et ſub tempore eius fuit magna perſecutio Arianorum contra veros catholicos in vrbe Roma.

Proprio ſpolietur honore qui cõtra pacẽ Eccleſiæ nituntur.

Hic Liberius ſic ſtatuit 24. quæſt. 1. qui contra. Qui contra pacem eccleſiæ ſunt, ſi dignitatem aut cingulum militiæ habent, nudentur eis. Si autem priuati, ſiquidem nobiles ſunt, ſuarum ſubſtantiarum præſcriptionem patiantur. Si ignobiles, non ſolum in corpore verberẽtur, ſed perpetuo exilio caſtigentur.

Colitur S. Liberius 23. Sept. S. Damaſus pont. 38. ſed. an. 18. mẽ. 2. di. 18.

Defuncto Liberio Eccleſiam Dei ſuſcepit regendam Damaſus natione Hiſpanus, ſanctus homo, & multum eruditus in ſcripturis. Qui cathedram Petri tenuit annis 17. menſibus 7. diebus 10. Fuit tunc temporis à quibuſdam indebite electus in Papam quidam Romanus dictus Vrſicinus, ſed vt intruſus, à fautoribus Damaſi canonice aſſumpti de vrbe fuit eiectus, & de voluntate Da-

a Felix legitime pontificatum adeptus non eſt, neque quid contra Cõſtantium geſſit, vel ab eo capite caſus eſt. Onuph. ex regiſtro quodam à clericis eorum temporum ſcripto. Nicephorus quoque ſaltem quoad eius mortem conſentit ſcribens lib. 9. ca. 37. Sed paulo poſt Felix mortuus eſt, & ſolus Liberius pontificatum adminiſtrauit, & propterea Io. Mol. ex Vſuardo verba deleuit, quæ hunc Felicẽ, qui colitur 27. Iul. Papam & à Conſtantio pro fide Chriſti caſum eſſe dicebant.

b De hoc põtifice Liberio plerique graues ſcriptores longè aliter ſcriptum reliquerunt, qui etiam conſtanter eum defendunt, quòd non conſenſerit Arianis. Nã in primis hiſtorici Eccleſiaſtici nũquã ei hæreſeos notam inurunt, imo verò conſtãter Conſtantio Ariano Imperatori reſtitiſſe referunt Theodor. l. 2. cap. 15. 16. & 17. Socrates lib. 2. cap. 17. & lib. 4. c. 29. Sozom. lib. 4. cap. 11. & lib. 6. c. 23. Ammianus Marcell. lib. 15. Ruff. lib. 10. c. 12. & li. 11. c. 10. & Niceph. lib. 9. cap. 33. 35. 36. & 38. Præterea doctores ſanctiſsimi de eo honorificẽtiſsimè loquuntur, vt Athanaſius apol. 2. Baſil. epiſt. 74. Ambroſ. lib. 3. de Virginibus. Deniq; recentiores ſcriptores eum ab hæreſi purgant. Sander. lib. 7. de viſib. Monar. Geneb. lib. 3. Chron. Onuph. in Plat. Oſius cõtra Brent. li. 2. Error autem quod in Arianorum tranſierit ſententiam inde ortus videtur, quod Eudoxius hæreticus Arianus, & qui factionis eius fuere, cũ eſſent ob Aetij hæreſim Antiochiæ congregati, multis verbis per calumniã Liberium traduxere, perinde atque ὁμοούσιον repudiaſſet & filium patri inæqualem dixiſſet, vt ſcribit Niceph. lib. 9. c. 37. facilè autem ex Antiochia rumor diſpergi potuit, rem ita ſe habere. Sur. in 1. tomo. Concil. huic rumori ſic ſparſo Anaſtaſius credidit, & vt pleraque alia Damaſi libro inſeruit. Onuph. in Plat.

maſi

A.C.366.

maſi factus fuit epiſcopus Neapolitanus. Hic A multa corpora martyrum diligenter inquirens bonorifice ſepeliuit. Ipſe etiam zelo inuidiæ à quibuſdam de adulterio accuſatus fuit, vt refert Hiero. ſed coram aduerſariis cum quadraginta duobus epiſcopis ſe purgauit, & innocentem ſe oſtendit, vt habetur 2. quæſt. 7. ſi quis ſuper his, 1. §. præcedenti. Et ob hanc cauſam Concordium & Calixtum eius accuſatores patres de eccleſia eiecerunt & damnauerunt.

Statuta D.Dama. Extat to. 4.D. Hie. de ea re ad Dam. epiſt.

Hic Damaſus (vt refert Sigebertus) rogatu Hiero. conſtituit dici in fine pſalmor. in eccleſia. Gloria patri &c. Sicut erat &c. Inſtituit & pſal- B mos in eccleſia nocte diéque cantari.

Quilibet in cauſa ſua duas perſonas agere nõ debet. Dama.epi.3.

Ipſe in ſuis decretis inter cætera conſtituit ſic 4. q. 4. nullus. Accuſatores & iudices non idem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ordine ſuo. Inſcriptio ſemper fiat, vt talionem calumniator recipiatur: quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum & hoc ſeculi leges retineant.

Inſcriptio tamẽ hodie nõ habetur in vſu vt dicit docto res & maxime Bar. in l.fi. C. de accu.

Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur. ep. 6.

Idem 5.q.2.relatum, ſic ſtatuit. Leges ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes: vnde canonica patrum inſtituta non ſe- C mel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium vllum per ſcripta poſſe proferre. Nec de aliis negotiis quicunque teſtimonium dicant, niſi de iis quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit, præſens per ſe & non per alium accuſet inſcriptione præmiſſa. Nec vllus vnquam iudicetur antequam legitimos præſentes accuſatores habeat, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Hæc ille.

In ſpiritũ ſanctum blaſphemant qui ſacros canonem violant.

Idem 25.q.1.violatores, ait, Blaſphemare ſpiritum ſanctum non incongrue videntur, qui contra D ſacros canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, id eſt, ex contemptu, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte vnum genus eſt blaſphemantium ſpiritum ſanctum, quia contra eum agit, cuius nutu & gratia ſancti canones editi ſunt.

Cõcilium 2. vniuerſale Conſtãtinopolitanũ ſ. nuncupatum 150. epiſcoporum ann. Ch.761. Onuph.

Tempore huius Damaſi fuit celebrata ſynodus vniuerſalis, & tempore Theodoſij imperatoris 350. epiſcoporum, in qua damnata fuit hæreſis Macedonij negantis Spiritum ſanctum eſſe Deum.

Syricius pont. ma. 39. ſed an. 13 mẽ.1 d. 25.

Poſtquam autem Damaſus migrauit ad Do- E minum, aſſumptus eſt ad apicem ſummi pontificatus Syricius natione Romanus, qui eum tenuit annis 15. menſibus 11. & diebus 25. Hic Manichæos hæreticos exilio relegauit, & præcepit ne fideles cum eis participarent.

Epiſt.1. ad himer.c 7 A. C. 385.

Ipſe etiam indixit [c] continentiam diaconibus & ſupra, coniugatis ſcilicet quoad vſum matrimonij contracti ante ordines, & hoc occidentalibus, nam Eccleſia orientalis illam conſtitutionem non recepit, vt diſt.82.plurimos.

Ibid. ca.7.

Ipſe etiam ſtatuit de interſtitiis ſeruandis in ſuſceptione ordinum, diſt.77. quicunque: quæ tamen hodie non ſeruantur.

Item in miſſa conſtituit dici, Communicantes & memoriam, venerantes &c. vt reperi de conſe. diſt.1.

Anaſtaſius pont. max. 40. ſedit an. 3. d. 21. A C. 398. Euãgelia ſtãtes audire conuenit. idẽ ep. ad Germa. & Burgũd. epiſcopos.

Syricio decedente creatus eſt epiſcopus vrbis & orbis Anaſtaſius natione Romanus, tribus annis & diebus 25. reſidens. Hic conſtituit dicẽs de conſe.diſt.1.apoſtolica. Apoſtolica authoritate mandamus, dum ſancta euangelia in eccleſia leguntur, vt ſacerdotes & cæteri omnes non ſedẽtes, ſed venerabiliter & curui in conſpectu euãgelij ſtantes: dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

Innocentius primus põt. ma 42. ſed an. 15. mẽ. 9. d. 24. A. C. 402.

Poſt Anaſtaſium papatum tenuit Innocentius primus natione Albanenſis annis 15. menſibus 2. diebus 20. Hic damnauit Pelagium hæreſiarchã aſſerentem homines ſine gratia per propria merita & opera ſua poſſe ſaluari, & complices eius ſequaces Celeſtium & Iulianum. Hic etiam Innocentius excommunicauit Arcadium impera- F torem, quia conſenſit, & ordinauit, vt Ioannes Chryſoſtomus à ſede ſua Conſtantinopolitana pelleretur per concilium epiſcoporum. Et de hoc plene habes infra in tit. ſeq.

Sabbatho eſt ieiunandum. Idem epiſto. ad Decentium.

Ipſe Innocentius ſtatuit ieiunium ſabbatho celebrari, quia illa die Dominus Ieſus iacuit in ſepulchro, & apoſtoli creduntur ieiunaſſe, de cõſe. diſt.5. ſabbatho. Hoc tamen nunc eſt in conſilio

Et quia aliquanti, de quibus loquimur ignoratione lapſos ſe eſſe deflent, his hac conditione miſericordiam diuinam illis non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc quo detecti ſunt, quandiu vixerint officio perſeuerent; ſi tamen poſthac continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigni ſunt vſi, Apoſtolica auctoritate eſſe deiectos, nec poſſe vnquam veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Hac ille, qua ſatis indicant ab hoc S. Pontifice continentiam non eſſe primum indictam, ſed iam olim ab antiquiſſimis temporibus ſancitam & ab improbis quibuſdam vel malitioſe vel ignoranter violatam grauibus pœnis fuiſſe coercitam. Certe antiquiſſimus fuit Callixtus 1. an. Ch. 218. qui ſic conſtituit vt habetur 17. diſt. c. presbyteris, Presbyteris, diaconis, ſubdiaconis, & monachis concubinas habere ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus; contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis disiungi, & perſonas ad pœnitentiam redigi debere iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicamus. Sed adhuc antiquiores ſunt ſacrorum Apoſtolorum canones, in quorum 27. quem etiam Ivo habet decretorum lib. 3 ſic eſt cautum: Innuptis qui ad clerum prouecti ſunt praecipimus, vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed lectores, cantoréſque tantummodo. Confirmant illud ipſum Alphonſus Piſanus lib de continentia cap. 9. & Turrianus lib. 1 pro Canon Apoſtol. c. 1. & Sotus lib. 7. de Iuſtitia & Iure. quaeſt 6. ar. 2. vide etiam Eſpen. lib. 1. de contin. cap. 5. 6. 7.

c S.Syricius ſic ſcribit loco citato. Plurimos ſacerdotes atque Leuitas poſt lõga conſecrationis ſua tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Oſtendit deinde ſatis copioſe quam inanis hic eſſet prætextus, & qua ſit inter veteris & nouæ legis ſacerdotes differentia, ob quam his continere neceſſe ſit, quamuis illis matrimonium fuerit conceſſum, adiũgit deinde.

A. C. 315.
Idẽ epiſt. 2. cap. 1.

lio, non præcepto.

Decreuit & oſculum pacis dari in miſſa. Confirmauit etiam conſtitutionẽ Syricij Papæ de continentia clericorum. diſt. 82. cap. propoſuiſti.

Idẽ ep. 2. ad Victricium.

De aliena eccleſia ordinare clericũ nullus præſumat: niſi eius Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit. diſt. 71. de aliena.

Zozimus Pont. Max. 42. ſed an. 3. m. 4. d. 7.
A. C. 416.
Pontifie.
In epiſt. ad Zychiũ Salonitanum cap. 1.

Zozymus primus Innocentio ſucceſſit, & duobus annis ſedit, mẽſibus. 8. diebus. 25. Hic conſtituit vt cereus ſabbato ſancto in eccleſia benedicatur. Et vt ſeruus non ordinetur. Nec clericus in taberna miniſtret. Reprehendit hic ordinationem ineptorum ad clerum & inexpertorũ dicens. Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorũ, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri, hinc paſſim numeroſa pluralitas etiam in iis locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur: dum per parœcias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos largiuntur honores: quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij. Ratũ eſt enim omne, quod magnum eſt. diſt. 59. cap. 2.

De Nicæno concilio, in quo Arius hæreticus condemnatur. Ruff. lib. 10. hiſt. Eccleſ. cap. 1.

CAPVT III.

De Nicæno cõcilio aduerſus Ariũ celebrato. Ruff. lib. 10. hiſt. Ecc. c. 1.

DE Nicæno concilio ſub Conſtantino congregato contra hæreſim ab Ario introductam. Cum apud Alexãdriam, poſt Achillam, qui Petro martyri, vt dictum eſt ſuprà ſucceſſerat, Alexander ſacerdotium ſuſcepiſſet, quia pax noſtris & quies à perſecutionibus erat, & eccleſia in gloria confeſſorum meritis gaudebat, proſperitas eius domeſtica contentione turbatur. Etenim, vt inquit Ruffinus in hiſtor. Eccle. lib. 10. presbyter quidam apud Alexandriam nomine Arius vir ſpecie quidem religioſus, ſed gloriæ & laudis & nouitatis improbè cupidus, praua quædam de fide Chriſti proferre cœpit, & à ſubſtantia patris filium ſeparare. Prædicabat enim, vt ait Hugo Floria. filium Dei creaturam eſſe & ſpiritum ſanctum ab eo creatum.

Ex Socrate lib. 1. hiſtor. Eccl c. 2. & Auguſt. hęr. 49.

Addens etiam, Erat, quando non erat. Et cum has faceret Arius inter patrem & filium & ſpiritum ſanctum differentias, Alexander eiuſdem vrbis Epiſcopus eidem reſiſtebat. Sed cum illum ab exitiali errore reuocare non poſſet, expulit eum ab eccleſia ſancta. Ille vero contra eum ſeditionem excitauit. Quod audiens pius princeps Conſtantinus, coadunari fecit ſanctam ſynodum apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem anno incarnationis domini 316. Conueneruntque ibi trecenti decem & octo Epiſcopi. Et hæc eſt prima ſynodus vniuerſalis. Iam vero Syluester defunctus fuerat, & illi Marcus ſucceſſerat. Marco vero ſucceſſerat Iulius, qui tunc in apoſtolica ſede reſidebat. verumtamen ipſe huic non interfuit cõcilio propter ſenectutis imbecillitatem, ſed affuerunt pro eo Vitus & Vicentius Romanæ eccleſiæ presbyteri.

Legati Ro. Pont. concilio Nicæno interfuerunt.

Affuerunt etiam ex Apoſtolicis ſedibus Macharius Hieroſolymitanus, & Euſtathius Antiochenus, & Alexander Alexandrinus honorabiles patriarchæ. Hæc ille.

Sed addit Vicentius ſpe. hiſt. lib. 14. quòd inuenitur alibi Sylueſtrum interfuiſſe dicto concilio. Nam in libro pontificali ſic legitur. Temporibus

Dam. in Pont.

Sylueſtri factum eſt concilium cum eius præcepto in Nicæa Bithyniæ. Et congregati ſunt trecenti de-

A. C. 325.

A cem & octo Epiſcopi, qui fidem integram catholicam expoſuerunt, & Arium, ac Photinum, & Sabellium damnauerunt. Sed in vrbe Roma congregauit ipſe cum concilio Auguſti ducentos ſeptuaginta & ſeptem Epiſcopos, & iterum Caliſtum, & præfatos hæreticos damnauerunt. Quod Sylueſter Papa ex concilio Conſtantini congregauerit in vrbe ducẽtos ſeptuaginta & ſeptem Epiſcopos, in quo concilio eadem hæreſis damnata ſit, aſſerit idem Euſebius in Chron. ſuo.

Concilium Romanum à Sylueſtro celebratũ.

Sed quod Damaſus aſſerat in chronico ſuo, id eſt, pontificum, ſynodum Nicææ congregatam ſub beato Sylueſtro

B Papa, mirantur aliqui. Et diſtinct. 15. cap. 1. ex verbis Iſidori & Gregorij & Gelaſij dicitur, quòd dictum concilium Nicænum fuit celebratum ſub Conſtantino. Sed ſub quo Papa nihil dicitur. niſi [a] quod Beda in lib. de temporibus dicit celebratam Nicænam ſynodum tempore Iulij Papæ. diſtinct. 16. Sed in §. ſequenti, quod incipit. Prima, dicitur tempore Sylueſtri. Igitur vt ait Ruffinus vbi ſupra, congregatis patribus in concilio diſcuſſis aſſertionibus Arij diutino multoque tractatu, placuit omnibus: & velut vno cunctorum ore & corde decretum eſt: ὁμοούσιον ſcribi debere, id eſt,

Lib. 6. etym. cap. 16.
Ep. 14 lib. 1.
Gelaſ. in cõci. 70. epiſc.
Lib. de tẽporum ratione cap. 65.
Lib. 10. hiſt. eccl. cap. 5.

Decretum περὶ τοῦ ὁμοουσίου, id eſt, de filij cõſubſtantialitate concilij Nicæni.

C eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium confiteri. Decem & ſeptem tunc ſoli fuiſſe dicuntur, quibus fides Arij magis placeret, quorum ſex ſoli ſe patiuntur cum Ario expelli: reliqui vero vndecim concilio inter ſe habito, acquieſcunt adſcribendum manu ſua, non mente. Cuius ſimulationis author præcipue fuit Euſebius Nicomediæ Epiſcopus. Exemplum autem expoſitionis fidei illorum, qui ibi fuerunt catholici, hoc eſt.

Exemplum fides Nicænæ & ſtatutorum eius cap. 6.

Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei,

D de patre natum vnigenitum, id eſt, de ſubſtantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine: Deum verum ex vero Deo, natum non factum: ὁμοούσιον patri, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt quæ in cælis & quæ in terra. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Et incarnatus eſt homo fa-

[a] Primam Synodum Nicænam ſub Sylueſtro, & non ſub Iulio celebratam fuiſſe, multis rationibus demonſtratur. Euſebius primum, qui iam tum vixit, in Chronicis ſuis ita deſcribit Nicænæ Synodi tempus, vt in pontificatum Sylue-
E ſtri neceſſario veniat. Deinde in lib. 3. de vit. Conſtantini narrat Epiſcopum vrbis, penes quem imperium eſt, abfuiſſe, eo quod ætate ingraueſcente impediretur. Quod de Sylueſtro non de Iulio eſt intelligendum. Theodoritus præterea id aperte aſſerit lib. 1. cap. 3. & Rheginus & plerique alij Latini præſertim. Socrates etiam lib. 1. cap. 12. cum dicit Conſtantinum poſt confectum Nicænum concilium vicennalia imperij ſui celebraſſe. Cùm verò conſtet Sylueſtrum annis viginti ad minimum præfuiſſe eccleſiæ, & Conſtantinum Papa Melchiadis tempore ad imperium veniſſe, neceſſario ſequitur, vt Nicæna Synodus, quæ ante vigeſimum Conſtantini annum perfecta eſt, non fuerit
F acta temporibus Iulij Papæ. Sand. de viſib. M[illegible] idem aſſerit Onuph. in comm. in faſtos & in Chron. Rom. Pont. & multi alij. Quod confirmat Synodi ad Sylueſtrum epiſtola & Sylueſtri ad Synodum, quæ acta ipſius confirmantur tom. 1. Concilio. Itaque hæc ſacroſancta Synodus A. C. 325. menſe Aprili inchoata eſt, vt vult Onuph. vel ſecundum alios Maio vel Iunio, durauitque tres annos vel paulo plus. Niceph. lib. 8. cap. 14.

mo fa

A.C.325. mo factus, &c. Eos autem qui dicũt, Erat aliquando, quando nõ erat, & antequam naſceretur, non erat, & quia ex nullis ſubſtantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia, vel ſubſtãtia, dicũt eſſe τρεπτὸν aut cõuertibilem, aut mutabilem filium Dei eſſe, anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. A

Arianæ hæreſeos deteſtatio.

Lib. 1. de Trinit. cap. 3.

Vide de Liberio quæ ſuprà annotauimus.

Vbi notandum, quòd hæc hæreſis Ariana fuit periculoſior, vniuerſalior, & pene diuturnior cæteris. Periculoſior fuit, quia circa myſterium trinitatis: de qua dicit Aug. in lib. de trinit. quòd nihil difficilius quæritur, nullibi periculoſius erratur, nihil fructuoſius inuenitur. Vniuerſalior, inuoluit enim multos Epiſcopos & ſacerdotes, & ipſum Liberium papam, vt j. patebit. Imperatores, vt Conſtantium, Valentem. Reges, vt Theodericum regem Gothorum, & per totum quaſi orbem diffuſa eſt. Vnde Hiero. ait. Arius vna ſcintilla in Alexandria fuit, ſcilicet erroris, & quia non cito extincta eſt, totum orbem populata eſt flamma eius. 24. quæſt. 3. reſecandæ. Fuit etiam diuturnior, quia per multa tempora viguit. Sed confutata eſt dicta hæreſis per doctores, & deſtructa non ſolum per authoritates ſcripturæ plurimas, & per ſententias & rationes plurimorum doctorum, ſed etiam per miracula multa, quę à nullo Arianorum patrata inueniuntur. B C

Lib. 3. in Epiſt. ad Galat. cap. 6.

Ariana hæreſis quomodo eſt deſtructa.

Synodus Nicæna cur prima vniuerſalis dicatur.

Et quod dictum eſt iſtam ſynodum Nicænam fuiſſe primam generalem ſynodum: verum eſt non ſimpliciter, quia & alia concilia prius celebrata ſunt, vt patet ſupra, ſed ſecundum quid, id eſt, quia magis vniuerſalis quam aliæ ſynodi, & vbi multo plures concurrerunt, & conſulente imperatore & ſuadente, & papa authorizante. Et ibi ad ſymbolum minus [a] quod dicitur editum ab apoſtolis, addita ſunt aliqua, non contraria illis, ſed magis explicite declarantia ipſa, cõtra hæreſes inſurgentes circa illos articulos, vt illud Creatorem cæli & terræ, viſibilium & inuiſibilium, contra errorem Manichæi, qui dogmatizauit Deum creatorem inuiſibilium, & diabolum creatorem viſibilium. Et illud. Ex patre natum, ſcilicet filium, ante omnia ſecula. Deum de Deo, &c. genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quẽ omnia facta ſunt, contra errorem iſtius maledicti Arij, qui aſſeruit Dei filium creaturam fuiſſe, & factum à patre, & non æternum, nec conſubſtantialem patri, ſed diuerſę ſubſtantię à patre, & minorem patre, & idem dixit de ſpiritu ſancto. D

In ſymbolo Nicęno addita explicãt Symbolũ Apoſtolorũ contra hæreticos.

D. Thom. opuſc. 5. & in 1. part. q. 36. art. 2. & 2.2. quæſt. 1. art. 9. & 10.

Hæreſis Ariana à quibus ſanctis præuiſa. Beda in martyrol. D. Athan. in vita S. Anto.

Peſtis autem ipſa Ariana, quantum detrimenti intulerit eccleſiæ, non ſolum Petro Epiſcopo Alexandrino martyri, de quo ſupra, oſtenſum eſt in viſione & prophetica reuelatione, ſed etiam & beato Antonio, qui vt lucerna ardens & lucens in candelabro eccleſiæ poſitus fuit tempore huius E

a Symbolum parvum ab Apoſtolis editum eſſe conſtantiſſime tradunt veteres Eccleſiæ doctores. Clem. Epiſtola 1. ad Iacob. fratrem Dom. Ambr. Epiſtola 81. & Serm. 38. Auguſt. ſerm. de temp. 181. Ruffinus in ſymb. Iren. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 4. Hiero. ad Pamm. aduer. error. Ioan. Hieroſol. [illegible] aſagnus ſerm. de paſſ. Dom. & Epiſtola 55. ad Palch. & in ſerm. ſeu tract. contra Eutych. & Max. Taur. in hom. de traditione Symboli. vide ipſorum verba apud Can. in opere Catech. illud autem in conciliis Apoſtolorum ſecundo in Iudæa ante eorum diſperſionem celebrato (quod apud Aethiopas extare dicitur) conditum eſt, vt ex D. Clement. lib. 2. Conſtit. cap. 12. & Ruffino in præfat. in Symbolum colligit Genebrar. in Chronol. F

Conſtantini, à quo is ſcilicet Antonius litteras recepit, ſe & filios recommẽdando orationibus ſuis. Et ipſe reſpõſales dedit Antonius imperatori ſuauiſſimas & venerandas, admonendo ad humilitatem ſeruandã, & iuſtitiam exequendam in omnibus. Cum enim quadam vice cum fratribus operaretur, ſuſpiciens in cælum vidit triſtem viſionem, vnde prouolutus ante Deum rogauit, vt futurum ſcelus auerteret. Et cunctis trementibus, qui adſtabant & rogãtibus, vt viſionem exprimeret, ſingultibus & lachrymis præpeditus dixit eis, quòd magnum nefas & inauditum ſæculis immineret. vidi, inquit, altare Dei mulorum circundatum multitudine, qui calcibus omnia diſſipabant, ac per hoc magno turbine fides Catholica ſubuertetur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſacra diripient. Hæc eſt cauſa gemituum meorum. His auditis facta eſt vox de cælo dicens. Abominabitur altare meum, quòd & factum eſt. Nam poſt duos annos erumpentibus Arianis eccleſia tantæ direptioni ſubiacuit, vt virgines & matronæ, & ipſum bapiſterium pollueretur, & viri Chriſtiani velut oues ante altare mactarentur. A.C.325.

Viſio S. Antonij.

Nicænæ ſynodi decreta ex Ruff. lib. 10. cap. 6.

§. I.

Seipſos abſcindẽtes à clero repellantur. eſt Can. 22. vel 23. Apoſt.

FVerunt in dicto concilio Nicæno vltra regulam fidei tradita quędam decreta, ſeu conſtitutiones morales clerum præcipuè cõcernentes edita. Nam vt ait Ruffinus vbi ſuprà, ſtatuerunt obſeruandum eſſe in eccleſiis, ne quis ex ipſis qui ſemetipſos impatientia libidinis abſciderint, veniret ad clerum. diſt. 55. ſi quis.

Neophyti à ſacris arceãtur. Can. 2.

Itẽ ne quis nuper aſſumptus ex vita vel conuerſatione gentili accepto baptiſmo, antequã cautius examinetur, clericus fiat. diſt. 48. capitulo quoniã.

Mulierum cohabitatio extranearũ prohibetur. Can. 3.

Item ne quis Epiſcoporum, cæterorúmve clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, ſorore * vel auia, vel ſi quæ ſunt huiuſmodi neceſſitudinum perſonæ. diſt. 32. interdixit.

** Sola ſ. apud Ruff. legit. quod amitã ſignificat & ſic emẽdatum eſt in nouo decreto.*

Epiſcopus non minus quam à tribus Epiſcopis ordinetur. Anacletus hoc dicit Epiſt. 2. Can. 4.

Item, vt Epiſcopus ſi fieri poteſt, à totius prouinciæ Epiſcopis ordinetur. Et ſi hoc difficile eſt non tamẽ à paucioribus quam tribus: ita tamen vt metropolitani Epiſcopi maximè pręſentia, vel authoritas habeatur. diſt. 66. porro, & diſt. 64. illud.

Clericus à ſuo Epiſc. eiectus, ab alio non recipiendus. Can. 5.

Item, ne quem alius Epiſcopus ab eccleſia expulerit, ſiue clericum ſiue laicũ, accipiat alter. Sane ne hoc aut iracũdia aliqua, aut contentione, vt fieri ſolet, iniuſte factum, remedium non haberet, decernunt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque prouinciis, bis ab omnibus Epiſcopis prouincialibus concilia agi debere, & de huiuſcemodi negotiis iudicari, vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtum eſt, à cæteris emendetur, ſi recte, ab omnibus confirmetur. diſt. 18. habeatur.

Clericus vagus non ſuſcipiendus. Can. 17.

Item, ne quis clericus, qui derelicta eccleſia ſua nulla extante cauſa probabili, vagatur & oberrat per alias eccleſias, ſuſcipiatur in communionem.

Alienũ ordinare ſubditũ nefas. Can. 18.

Item, vt nemo qui ad alium pertinet, in ſua eccleſia ordinet clericum abſque conſenſu illius, ad quem pertinet. diſt. 71. ſi quis.

Diaconi presbyteris non præferantur. Can. 14. ſeu 18.

Item, ne diaconi presbyteris præferantur, & ne ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus eucharistiam diuidant, ſed illis agentibus ſolũ miniſtrẽt. Si vero nullus presbyter ſit in præſenti, tũc licere eis etiã diuidere. diſt. 93. peruenit.

Item,

A C.319. Clericus vſurarius deiicitur. can. 19.

Item vt habetur diſt. 48. quoniam ex Cōcilio Niceno ſtatuitur, quòd clericus, qui repertus fuerit vſuras accipiens, deiiciatur à clero.

Exceptis diebus Dominicis, ieiunandum eſt quotidie in quadrageſima.

Item de cōſecr. diſt. 5. placuit ex Concilio Niceno dicitur. Placuit vt omnes Eccleſiæ (exceptis Dominicis diebus) in quadrageſima, tum in die ſabbathi, ſacerdotali oratione & diſcretionis communione ieiunent.

Côcil. Agath. c. 12. Neq; Eccleſia iterum conſecrari, nec baptiſmus iterari debet. Athan. in epiſto. ad Mar. pap.

Item quòd Eccleſiæ conſecratæ non ſunt iterum conſecrādæ, ſicut nec baptizatus eſt iterum baptizandus, ſi tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerunt, qui conſecrarunt vel baptizarunt, diſt. 68. eccleſiis, id eſt, ſi debitam formam ſeruauerunt. Vnde Ariani qui dicebant, Ego te baptizo in nomine patris maioris, & filij minoris & c. non baptizabant.

Sciendum etiam, quòd in Nicena ſynodo fuerunt edita ſeptuaginta capitula conſtitutionum, vt dicit Athanaſius epiſcopus Alexandrinus, diſ. 16. ſeptuaginta. Sed tantum viginti in Romana Eccleſia remanſerunt, vt dicit in §. 2. cap. ſeq. Alia capitula, vel ex neglectu abierunt in diſſuetudinem; vel inſerta ſunt ſeu renouata in concilio Antiocheno, vel alio.

Socr. lib. 1. cap. 8. ex quo Sozo me. li. 1. c. 23.

Item valde notandum quod habetur in hiſtoria Tripartita, & ponitur diſt. 31. Nicæna. Nicæna [a] ſynodus volens corrigere hominum vitam, in eccleſiis commorantium poſuit leges, quas canones vocamus. In quarum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi cum cōiugibus, quas ante conſecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem Paphnuphius confeſſor contradixit, honorabiles nuptias confeſſus, & caſtitatem dicens eſſe cum propria vxore concubitum. Suaſitque concilio, ne talem ponerent legem, grauem eſſe aſſerens cauſam, quæ aut ipſis, aut D eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnuphius, licet nuptiarum eſſet inexpertus, expoſuit, ſynodúſque laudauit ſententiam eius. Et nihil ex hac parte ſanciuit, ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate permiſit. Hæc ibi.

A temporibus apoſtolorum nunquam licuit in ſacris ordinibus matrimonium cōtrahere.

Sed pro pleniori declaratione huius materiæ, ſcilicet de continentia clericorum quo ad coniugium, eſt diligenter attendenda gloſſ. ſuper c. diaconi, diſt. 28. vbi dicitur, quòd in eccleſia orientali & occidentali licitè contrahitur matrimonium à conſtitutis in minoribus ordinibus: vt diſt. 32. ſi E quis eorum. A conſtitutis vero in ſuperioribus, ſcilicet ſubdiaconatu & ſupra (nec apud Græcos, nec apud Latinos) nunquam licuit contrahere matrimonium, etiam à tempore apoſtolorum. Et ſi contrahant, non eſt matrimonium. Hoc patet

Sexta Syno. can. 13.

ex ſexta ſynodo, quæ in oriente fuit celebrata, & tradidit eis regulam, vt diſ. 32. ſi quis eorum[b]. Eſt

a Res hac plane ſuſpecta eſt falſitatis. Nam id ante Socratem nemo retulit. Non retulit Euſebius, non Athanaſius, qui concilio interfuerunt, quin potius contrarium ſcriptum reliquerunt, ſicut & F *Theodoretus & Epiphanius qui paulo poſt floruerunt. Praterea Socrates Nouatianus fuit, Nouatianus etiam Sozomenus: & idee eius hiſtoriam ſedem Apoſtolicam non recipere dixit Gregorius.* (Lib. 6. ep. 31.) *Accedit quod Socrates ipſe ſibi contradicit. Nam lib. 5. c. 22. refert in Theſſalia clericos non continētes ſolutos fuiſſe depoſ. Paphnutij etiam ſenten-*

A. C. 319. A

erga differentia inter orientales conſtitutos in ſacris, & occidentales, quia orientales, ſi contraxerunt ante ſuſceptionem ordinis ſacri, poſſunt vti matrimonio iam contracto licitè, ſed vlterius non poſſunt contrahere, ſi vxor illa moreretur. Occidentales autem, & ſi contraxiſſent ante ſuſceptionem ordinis ſacri, non poſſunt vti tali matrimonio[c], & hoc à tempore Innocentij & Syri-

Differentia inter Græcos & Latinos clericos.

tium quomodo amplecteretur ſancta ſynodus qua Meletianos damnauit, in quorum numero fuiſſe Paphnutium ſcribit Epiphanius. Credendum potius Nicenam Synodum confirmaſſe Apoſtolorum B *canonem & Pontificum decreta de continentia ſacrorum hominum. Si enim liberum reliquiſſet, cum ſit Concilium Generale ad totam Eccleſiam pertinens, nunquam eius temporis Romani Pontifices cōſtantiores certè Nicani concilij propugnatores quàm Græci, libertatem illam in Eccleſia occidentali ſuſtuliſſent. Alphonſus Piſanus in lib. de contin. cap. 13. affert deinde auctoritates Epiphanij hæreſi 59. Hieron. contra Vigil. Euſeb. de dem. Euan. l. 1. c. 9. lib. 2. Gregor. Niſſen. lib. de virgin. Cyrillo Hieroſol. 7. Cathe. doctorum illius temporis, qui ipſos* C *Græcos in ſacris ordinibus poſitos ſeruaſſe continentiam tradiderunt, quas magna ex parte paulo poſt ſubijcimus.*

Côtra ſententiam 68.

ibid.

b Hac differentia Gracorum & Latinorum circa clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, recentior probatur, multis antiquorum Græcorum patrum teſtimonijs. Euſeb. enim lib. 1. de dem. Euang. c. 9. ſic ait Eos qui ſacrati ſunt, atque in Dei miniſterio cultúque occupati continere deinceps ſeipſos ab vxorum commercio decet. Epiphanius iterum in fine libri contra hæreſes. Sanctum ſacerdotium (inquit) ex virginibus quidem vt plurimum procedens. Si verò non ex virginibus, at ex ſolitariam D *vitam ducentibus. Si verò non ſuffecerint ſolitariam vitam ducentes, de his qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptijs ſeruantibus viduitatem. Cui autem prædicti non ſufficiūt legat Athan. li. de virginit. & Chryſ. & Greg. Niſſenum eodem titulo, qui vel ſoli teſtes ſunt omni exceptione maiores, de Græca Eccleſia antiqua cum noſtra cōſenſione. Primum fuit in Græca Eccleſia Trullanum concilium, quod quidam ſextum generale exiſtimarunt, in quo Apoſtolica continentia aliquid detractum eſt, idque ſeptimo demum ſæculo degenerante iam Orientali Eccleſia. Alphonſ. Piſa. lib.* E *de cont. cap. 13. Vide etiam Sur. in ea præfatione, qua ante canones eſt 102. qui concilij 6. eſſe feruntur.*

Græce legitur vgenus, quod cōuenies & proinde neceſſarium eſſe indicat.

Can. 13.

c Antiquior ſanè Syricio erat D. Hiero. qui contra Vigilant. ſic ſcribit. Quid facient orientis Eccleſia, quid Aegypti, & ſedis Apoſtolica, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt, & in ep. ad Pammach. 50. Epiſcopi, presbyteri, diaconos, inquit, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici: antiquior D. F *Callixtus canonis illius auctor quem ſupra citauimus: antiquior denique Clemens Rom. qui epi. 2. ad Iacobum Fratrem Domini, ſic ſcribit, Ad Dominica myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges ſuas non nouerūt, vel, vt legit Marianus Scotus, coniuges ſuas reliquerunt.*

A. C. 325.

cij papæ, qui continentiam quantum ad hoc indixerunt diaconibus, & ſupra diſt. 82. propoſuiſti; & cap. plurimos. Antea poterant occidentales, ſicut & orientales vti iam contracto ante ordinationem in ſacris.[a] Subdiaconibus verò ſimili modo, ſcilicet quãtum ad vſum matrimonij prius contracti, indixit continentiam, ſcilicet, vt abſtinerent ab vxoribus Gregorius papa, vt patet diſ. 31. ante triennium. Vnde quod dicit Stephanus papa. diſtin. ea. aliter. Aliter ſe habet orientalium traditio Eccleſiarum: aliter huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi & ſubdiaconi matrimonio copulantur, iſtius verò Eccleſiæ & occidentalium nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad epiſcopum, licentiam habet coniugium ſortiendi. Hæc ibi. Textus eſt obſcurus, ſed gloſ. declarat & bene. Nam quod dicit de orientalibus, Matrimonio copulantur, id eſt copulato vtuntur, & occidentales non habent licentiam coniugium ſortiendi, id eſt nec contracto vtendi. Nam in contrahendo non eſt differẽtia inter orientales & occidentales, in ſacris cõſtitutos, quia nullus eorum poteſt contrahere, vt dictum eſt.

Conſule annotationes.

Iuo lib. 3. de continentia ordinandorum id refert.

a Hæc Gregor. lib. 1. epiſ. 4. cuius verba hæc ſunt. Ante triennium ſubdiaconi omnium Eccleſiarum Siciliæ probibiti fuerant, vt more Eccleſiæ Romanæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit, neque caſtitatem ante promiſit, compellatur à ſua vxore ſeparari, atque per hoc, quod abſit, deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die omnibus epiſcopis dicatur, vt nullum ſubdiaconum facere præſumãt, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit. Hæc ille: ex quibus habes iam Gregorij tempore more Eccleſiæ Romanæ receptum eſſe, vt ſubdiaconi nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur: & proinde D. Greg. ſubdiaconis primum continentiam non indixiſſe. Certè D. Greg. antiquior eſt D. Leo. qui ep. 82. aliàs 84. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum quãuis Græcum cap. 4. præcipit Hypodiaconos à nuptiis abſtinere. Et concilium Elibertinũ quod an. 33. ſtatuit. Placuit in totum prohibere epiſcopis, presbyteris, diaconis, ac ſubdiaconis, abſtinere ſe à coniugibus, & non generare filios. Multa alia in hanc ſententiam affert Alphon. Piſ. cap. 4. lib. de continentia.

Theodo. lib. 2. hiſt. Trip. ca. 5.

De reuerentia Conſtantini ad congregatos in concilio, vt ait Sozomenus in hiſtoria Tripartita.

§. II.

Conſtãtini in Nicænũ concilium introitus qualis.

Ruff. lib. 10. cap. 2.

INgreſsis Epiſcopis in locum Concilij in Nicæa præparatum, introiuit princeps Conſtantinus vltimus in conuentum cum paucis, minori ſede, quàm Epiſcopis ſibi poſita in medio. Nec reſedit, donec Epiſcoporum iuſsione hoc petiit ſibi concedi. Et cùm ex omnibus ferè locis Epiſcopi cõgregati (vt inquit Ruffinus vbi ſuprà,) diuerſis ex cauſis inter ſe quidem iurgia detuliſſent, frequenter interpellabatur à ſingulis, libelli offerebantur. At ille videns, quòd per huiuſmodi iurgia, cauſa ſummi negotij fruſtraretur, diẽ certam ſtatuit, qua vnuſquiſque Epiſcoporũ, ſi quid querimoniæ habere videretur, deferret. Et cùm reſediſſet, ſuſcepit à ſingulis libellos, quos in ſinu ſuo ſimul omnes continens, neque quid in eis contineretur, aperiens: ait ad Epiſcopos. Deus vos ſacerdotes conſtituit, & poteſtatem dedit vobis, de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem, qui nobis à Deo dati eſtis dij, nõ poteſtis ab hominibus iudicari: quia non eſt cõueniens, vt homo deos diiudicet, ſed Dei ſolius inter vos expectare iudicium, de quo ſcriptum eſt. Deus ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio autem Deos diiudicat. His ergo omiſſis iurgiis, ea quæ ad fidem Dei pertinent, ſine vlla animarum contentione diſtinguite. Cúmque hæc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſsit exuri, ne innoteſceret vlli hominũ ſimultas ſacerdotum.

A C. 325.

Conſtantini de dignitate ſacerdotali ſupra imperialem ſententia.

Pſal. 8.

Hanc etiam refert Grego. xj. q. j. ſacerdotibus. Notabilis textus. Sed & Nicolaus Papa ſcribens ad Ludouicum. diſt. 96. in ſcripturis. In ſcripturis narratur Conſtantinum Imperatorẽ dixiſſe: Vere ſi propriis oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, vel aliquem eorum, qui monaſtico habitu circumamicti ſunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur, cuius exemplo poſſet mens eius turbari.

Lib. 4. epi. 75.

Nico. 1. ad Michael.

De Philoſopho conuicto & conuerſo per ſimplicem virum.

Philoſophus ab errore reducitur.

§. III.

QVia ſecundum Apoſtolum, ſtulta huius mundi elegit Deus vt confundat ſapientes, ſcilicet ſecundum mundum. Vt refert Vincẽ. poſt Ruffinum, & Hugonem Floriacenſem. Cum per multos dies in epiſcoporum trecentorum decem & octo reſidentium in concilio quæſtio verteretur, opinione cõmoti philoſophi, in qua & dialectici opinatiſsimi conuenerunt, in quibus quidam inſignis cum epiſcopis noſtris in dialectica eruditis conflictum quotidie moueret ſummi certaminis, nec concludi à quoquã poterat aut conſtringi: tanta enim dicendi arte obiectis quæſtionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur adſtrictus, velut anguis lubricus elaberetur. Sed vt oſtẽderet Deus quia nõ in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute, quidam ex confeſſoribus ſimplex vir, & nihil ſciens aliud, quàm Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, videns philoſophum noſtris inſultantem, poſcit ab omnibus locum velle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Noſtri verò, qui ſimplicitatem viri, & imperitiam ſermonis nouerant, pauere & quaſi pudorem pati cœperunt: ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſtitit tamen ſenior, & hinc ſermonis mouit exordium. In nomine inquit, Ieſu Chriſti audi philoſophe, quæ vera ſunt. Deus vnus eſt, qui omnia, quæ videntur, virtute verbi ſui compleuit, & creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum, quod nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex virgine naſcitur, & morte nos à morte perpetua liberauit, quem iam reſuſcitatum expectamus iudicem omnium, quæ geſsimus eſſe venturũ. Credis hæc ita eſſe philoſophe? At ille, ac ſi nullum vnquam ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtupefactus virtute dictorũ, mutus ad omnia, hoc ſolum potuit reſpondere, ita ſibi videri, nec aliud verum eſſe, quàm dixerat. Tunc ſenior. Si hoc ita eſſe (inquit) crediditi, ſurge, & ſequere me

Ruff. lib. 10 c. 3. & Vinc. li. 13

1. Cor. 4.

2. Cor. 1.

Epiſcop. ſimplex cum dialectico diſputat.

Philoſophus Dei virtute obmuteſcit.

A. C. 325. Per ſignaculum ſidei crucē intelligit, nā ſi eo ſoli initiabantur Chriſtiani.

me,& huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Ille autem conuerſus ad diſcipulos ſuos vel ad eos,qui gratia audiendi conuenerant. Audite (inquit) ô eruditi viri,donec verbis mecum geſta res eſt,verba verbis oppoſuit,& quæ dicebantur, dicendi arte ſubuertit,vbi vero pro verbis virtus proceſsit ex ore dicentis,non potuerunt reſiſtere verba virtuti,nec homo Deo potuit aduerſari. Et ideo ſi quis veſtrum potuit in iis,quæ dicta ſunt ſentire, quæ ſenſi,credat Chriſto, & ſequatur hunc ſené, in quo loquutus eſt Deus. Itaque philoſophus Chriſtianus effectus,tandem ſe fuiſſe victum gratulatus eſt.

Lib.2.c.4 Alteri philoſopho epiſ. ſilentium impouit.

Atteſtatur etiam Caſsiodoro in hiſtoria Tripartita, volentibus quibuſdam philoſophis cum Alexandro Conſtantinopolitano epiſcopo diſputare,iuſsit imperator, vt certamen ſuſciperet. Qui quamuis ſimplex eſſet, imperatore tamen præcipiente certamen ſuſcipiens iuſsit omnes, præter vnum tenere ſilentium.Cui ait.In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti impero tibi in primis ne loquaris.Qui ſtatim mutus factus eſt.

Athanaſius diaconus concilio interfuit. Ruff. ibid. cap 5.

§. IIII.

IN eodem quoque concilio affuerunt multi ſancti viri de diuerſis partibus mundi. Sed inter cæteros,vt ſcribit Ruffinus,vbi ſupra,Athanaſius Alexandri diaconus Alexandrini Epiſcopi, ipſum ſenem Alexandrum conſiliis plurimum iuuans,de quo cum de doctoribus illius temporis agetur,plenius explicabitur.

De Paphnutio id cap 4.

Fuit præterea & ibi Paphnutius homo Dei, epiſcopus ex Aegypti partibus confeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis & ſiniſtro poplite ſucciſo per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, vt ſigna per eũ non minus quàm dudum per apoſtolos fierét.Nã & dæmones tantum verbo fugabat, & ægros ſola oratione curabat, ſed & cæcis viſum dicitur reddidiſſe,& paralyticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe.Quem Conſtantinus in tanta veneratione & affectu habuit,vt ſæpius eum intra palatium complecteretur, & illum oculum, qui in confeſsione fidei fuerat euulſus, audioribus oſculis demulceret.

Conſtãtini pietas ſingularis.

Id. c. 5.

Ex eorum numero fuiſſe dicitur etiam Spiridion Cyprius epiſcopus,qui paſtor ouium etiam in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam vero nocte,cum ad caulas latrones veniſſent, & manus improbas,quo aditum educendis ouibus facerent,extendiſſent,inuiſibilibus quibuſdam vinculis reſtricti vſque ad lucem veluti traditi tortoribus permanſerunt. Cum verò oues ducturus ad paſcua matutinus ſe ageret ſenior, vidit iuuenes abſque humanis vinculis caulis pendere diſtrictos.Cum ergo cauſam noxæ comperiſſet,abſoluit ſermone,quos meritis vinxerat: Et ne eis inanis cederet occupatio nocturna, tollite inquit,ô iuuenes vobis vnum arietem,ne ſine cauſa veniſſe videamini, quem melius prece quàm furto quæſiiſſe conuenerat. Habuit autem ſanctus iſte filiam nomine Hyrenen, quæ cum ei bene miniſtraſſet,defuncta eſt.Deinde venit quidam dicens ſe ei depoſitum quoddam commendaſſe.Rem verò geſtam ignorabat pater. Sed il-

S.Spiridiõ filiã iam mortuam interrogans reſponſum ab ea accipit.

A.C.325.

lius lachrymis motus cum in tota domo, quod poſcebat quæſitum eſſet,nec inuentum,ad ſepulchrum filiæ properat, eámque nomine clamitat. Tunc illa de ſepulchro reſpondit. Quid vis pater? Commẽdatum illius(inquit)vbi poſuiſti? At illa locum deſignans,illic(ait)defoſſum inuenies. Regreſſus igitur ad domum, rem repertam ſicut illa reſpondit,tradidit repoſcenti.

De S.Iacobo Niſibeno.

Lib.5.hiſ. Trip.c.45.

Interfuit concilio Nicæno etiam Iacobus Niſibenus epiſcopus.Hanc ciuitatem Niſibim cum obſideret Sapor rex Perſarum, per ſeptuaginta dies impetum Mygdonij fluminis retinuit, vtraſque ripas faciens celſiores, quas cum impleri vidiſſet ſubito dimiſit aquas contra murum ciuitatis.Qui pondus aquæ non ferens cecidit. Illa verò die quieuit, vt fluuius purgaretur,& poſſet ambulare per eum.Iacobus vero epiſcopus oratione milites coarmauit & populum, qui ſubito murum eum propugnaculis reſtituerunt. Quod Saporem valde terruit. Qui etiam cum vidiſſet Schema imperatoris ſtans ſupra murum, putauit Conſtantinum.Sed cum audiſſet eum Antiochiæ commorari,dixit Deum pugnare pro Romanis, & iratus ſagittã iecit in aerem, quaſi Deum percuſſurus.Effrem verò diaconus ſupplicabat epiſcopo,vt veniret ad murum,& malediceret Perſis. Qui aſcendens ſuper murum, orauit Deum venire cynipbes & culices, qui ſtatim impleuerunt elephantorum cauas proboſcides, & aures, & nares equorum & iumentorum, quæ ſeſſores excuſſerunt,& diſruptas acies confuderũt, exercitúmque relinquentes ſummo impetu fugerũt, quo viſo Sapor confuſus receſsit. Hæc ex hiſtoria Tripartita.

Schema i. habitus ſeu ornatus.

Diuina de exercitu Saporis vltio.

S. Nicol. concilio Nicæno interfuit.

Inſuper refert Vincen.lib.13.ſpec.hiſtoria.cap. 67.quod ſicut in vera reperitur Græcorum hiſtoria, ſanctus quoque Nicolaus Myreæ ciuitatis epiſcopus in Nicæna ſynodo fuiſſe legitur iam ſenex, poſtea paucis diebus ſuperuiuens [de hac vita migrauit] de quo canit eccleſia in collecta, quod Deus beatum Nicolaum pontificem innumeris decorauit miraculis, & de hoc in ſequenti §.

Vita S.Nicolai ex Vinc.lib.13.cap. 67.deſcripta. ſed ille hanc ex Metaphraſte Methodio & alys deſumpſit. Meminit illius D Chryſ. in liturgia, & Niceph.lib 8.c.14.& 42.

§. V.

HIc Nicolaus,vt habetur ex geſtis eius, ex illuſtri proſapia ortus,ciuis fuit Pataræ vrbis quæ in prouincia Lyciæ quondam nobiliſsima, ſed poſtea peccatis exigentibus ad inſtar paruiſſimi oppidi eſt redacta.Parentes igitur beati Nicolai locupletes nimis & honorati,magis cęleſtis quàm terrenæ dignitatis gloriam appetebant. Et miro modo cum in primæuo flore iuuẽtutis hũc ſolum filium genuiſſent,cunctis voluptatibus ſe abdicarunt, & inter preces eorum frequentes, hunc ſolum ſuperſtitem, & non tantum diuitiarum, quantum & morum flagitabant hæredem. Quorum vota Deus ex alto proſpectans, qualis futurus eſſet puer,in ipſo natiuitatis exordio mõſtrauit.Nam cùm lacte matris aleretur,cœpit bis in hebdomada, ſcilicet quarta feria & ſexta, ſemel ſugere mammas,& hac vice contẽtus ſic per totam diem manebat.Puerilibus autem annis do-

Nicolai pueri abſtinentia.

A.C.315.

mi innocenter tranſactis,cum bonæ indolis adoleſcens eſſe cœpiſſet,non laſciuiam (vt ſolet illa ætas)complexus eſt mundi,ſed nunc cum parentibus,nũc ſolus eccleſiæ terebat limina, & quod de ſcripturis aduertebat,menti commendabat.

Luc. 14.

Vbi autem orbatus eſt parentibus,illud aduertens quod Chriſtus ait in euangelio.Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, cogitabat ita illud implere, vt fauoris humani eum non percelleret aura. Accidit autem,vt quidam cõuicaneus eius locuples prius nimis,ad tantam deuenerit inopiam,vt tres filias virgines nubiles,non ſolum non poſſet nuptui tradere,ſed conſtituens eas proſtituere intẽdebat ex earum turpi commercio vitam ſuſtentare infælicem. Quod vbi vir ſanctus comperit, miſerrimo homini condoluit. Notata igitur noctis hora, qua à nullo videretur, ſumens aurum non modicum, ligánſque in panno, perrexit ad domum viri, & per feneſtram clam intro proiecit,clámque diſceſsit.Mane cum ſurrexiſſet homo auro reperto,Deo gratias agit,primámque filiam nuptui tradidit. Non multo poſt Nicolaus idem fecit. Vnde & ſecundam nuptui tradidit. Exinde decreuit nobilis ille vigilare attentus, vt noſſe poſſet, quis tam largè prouideret ſuæ inopiæ.Tertio autem Nicolaus hoc egit in duplo aurum proiiciens in domum illius, vt ex parte dòtem pro tertia filia haberet,& de reſiduo ſibi victum pararet. Sed vir ille ſentiens ſonitum ex caſu auri in ſolarium,ſubito domum egreſſus,fugientem inſequitur,agnoſcénſque Nicolaũ,oſculari ſatagebat pedes eius,quod ille renuit, ab eo exigens,vt ſecretum teneret.

De tribus puellis nuptui ab eo traditis. Vin.c.68.

Antiſtite autem ciuitatis Myræorum de hac luce ſubtracto,conuenerunt epiſcopi prouinciæ cum clericis ad prouidendum eccleſiæ viduatæ de idoneo præſule. Inter quos vnus erat magnæ authoritatis pontifex,ad cuius intuitum pendebat ſententia omnium, qui omnes monuit pro ea re ieiuniis & orationibus inſiſtere. Quod cum fieret,reuelatum eſt pontifici illi, eum in præſulem pręficiendum,qui hora matutinali ad eccleſiam primus veniret,addens, quod Nicolaus vocaretur.Obſeruans igitur pontifex ille cum cæteris horam, cum Nicolaus primus omnium ad ianuam propinquaſſet eccleſiæ, & quæſitus de nomine,Nicolaus veſtrę ſanctitatis ſeruus reſpõdiſſet,de communi omnium conſenſu, licet plurimum renitens,pontificali cathedra ſublimatus eſt.Qui in omnibus humilitatem ſeruans, alacer erat in exhortando,ſeuerus in corripiendo, erga pauperes affabilis,ad diuites & potentes authoritatem oſtendens, mulierum familiaritatem & priuata colloquia abhorrens. Et cum omnium chariſmatum virtute fulgeret, nihilque ſibi, ſed totum Dei gratiæ tribueret, cœpit ita coruſcare miraculis,vt non ſui tantum, ſed & alieni quibuſlibet anguſtiis preſsi, inuocato eius nomine ſtatim ſentirent leuamen. Quod autem ex laico fuerit ſubito electus in epiſcopum,cum hoc iure prohibeatur,fuit ex ſpeciali inſtinctu & reuelatione ſpiritus ſancti,vt dicitur diſt.61.§. his omnibus. in gloſſ. Hic etiam vt refert Iacob.de columba, zelo fidei accenſus, Ario blaſphemiam dicẽti in ſanctiſsimã Trinitatẽ, ſcilicet quòd Pater maior eſſet Filio:& Spiritus ſanctus vtroque, alapam dedit coram patribus in cõcilio congregatis. Vnde,vt Græci dicunt,mitra epiſcopali ad tempus priuatus fuit. Et hinc dicunt factum, quod apud Græcos pingitur Nicolaus ſine mitra epiſcopali. Quia verò miracula eius ſunt ſatis vulgata, ſolum hoc vnum ex integro referam.

B.Nicolaus diuina reuelatione ſublimatur in epiſcopum.

Eius in pontificatu pia opera.

Ario alapam Nicolaus impegit.

A.C.315.

De tribus militibus quos neci iam oblatos liberauit: c.72.

Cum in Phrygia gens quædam à Conſtantini imperio diſceſsiſſet, miſsíque tres principes militum ab Auguſto, vt rebelles ſubiicerent, tunc Lyciæ pontum ſulcarent, orta tempeſtate iactis anchoris ſtabilierunt claſſes, optatáque ponti littora tenentes, cœperunt aliqui eorum huc illúcque deambulare iuuenes,ac mercationis cauſa ad locum nundinarum accedentes rapinis affligere. Quibus cum accolarum vulgus omne ruens obſiſteret, illis confligentibus tumultus præceps Pataræ vrbi pro nuncio fuit. Quæ cum ad arcendam vim ſeditionis tota corrueret, hac vir Dei commotione permotus ad præfatum portum feſtinus perrexit, inuentíſque principibus illis, poſt ſalutationis officium, monuit eos,vt milites ſuos ab hac ſeditione comprimerent, & ad vrbem proficiſcentes dignarentur eius benedictione perfrui. His itaque ſedatis relatum eſt ei, ciues valde doluiſſe eius abſentiam, eo quod conſul munere excæcatus trium militum iniuſte neci conſenſiſſet. Quibus auditis vir Dei igne pietatis inflammatus,præfatos rogauit principes, vt cum illo rapidis paſsibus feſtinarent.Cúmque vrbem fuiſſent ingreſsi, interrogauit, an adhuc viuerent, qui capitalem acceperant ſententiam. Et audiens, quod aſportati eſſent ad locum, in quo damnati puniebantur, licet tanto fatigatus itinere, currens ad locum reperit eos flexo poplite velata facie,ac ſuper extenſam ceruicem [operiri] iam vibratũ ſpiculatoris enſem.Nec mucrone territus,totum ſe audacter in lictorem ingeſsit, ac de manu eius gladium propellens, non prius abſceſsit,quàm eos ſolutos à vinculis, ſecũ reduceret,repetens,Me, inquam,pro his innocẽter condemnatis,paratus ſum dedere leto. Fauore ergo populi proſecutus ad prætorium conſulis acceſsit. Cui ille feſtinus occurrens ſalutauit. Sed quoniam probata virtus corripit inſipientes, aſpernens eum ſanctus ait. Inimice Dei, legis præuaricator,cuius os innocentium cruorẽ dulcius ebibit melle, qua temeritate præſumpſiſti tanti reatus conſcius vultum conſpicere noſtrũ? Cruentiſsime, quare non attendiſti præceptum Domini quotidie intonantis:Innocentem & iuſtum non occides? Auri argentíque cupido te illexit,vt ad patrandum tantum facinus conſentires. Crede paruitati meæ, quia regnum tuum, quod diſponis immo prædaris hanc patriam,piis Auguſti inſinuabitur auribus, qui factis tuis dignam recompenſet æquitatem. Tandem accedẽtes præfati militum principes deprecati ſunt, vt conſuli vehementi rubore ſuffuſo veniam daret. Quorum poſtulationem vir Dei clementer accipiens,ducem quem coram omnibus diffamarat: coram omnibus humiliter mulcere ſtuduit.Dicti verò principes poſt celebratum conuiuium pontificis benedictione percepta, iter cœptum aggreſsi,nauigio Phrygiam peruenerunt. Quam cũ ablatis ſeditionis fautoribus,ſub imperij iure redegiſſent,Conſtãtinopolim redierũt.Quibus gratulabundus occurrit populus, & procerũ multitudo, ſed & Imperator triumphaliter eos in ſuo recepit palatio.

S.Nicolai ad præſidem oratio cõminatoria.

Exodi 23. Dan.13.

Acce

A. C. 315.

De tribus principibus Cæſaris quos abſens à morte eripuit. ca. 73.

Accedētes autem poſtea quidam doloſi ad E- A
parchum præfectum, in multis eos accuſabant,
& præſertim contra Auguſtum conſpiratores o-
ſtendere nitebantur. Cœperúntque muneribus
animū viri illicere, vt eum in perniciem armarēt
innocentum. Qui ex templo correptus, intrauit
ad Auguſtum, vt hoc ei verbum [verum] & quaſi
certum ſuggereret. Credens Auguſtus fallaciis
eius, vtpote præfecti ſui, iratus iuſsit eos compre-
hendi, & in carcerem trudi, tandem etiam abſque
inquiſitionis reſpectu occidi. Cúmque cuſtos car
ceris compatiens eis, egreſſam iam ab Auguſto
ſententiam nunciaret, vt ſequenti nocte interi- B
rent, hortans eos, vt de rebus ſuis diſponerent,
illíque diu multúmque territi gemerent, vnus ex
eis recordatus eſt qualiter beatus Nicolaus tres
iuuenes innocentes liberaſſet mirabiliter. Et ſu-
ſpirans iterum atque iterum, tandem hanc pre-
cem fudit. Deus rex excelſe, ſuccurre miſeris mo
rituris, ſerui tui Nicolai meritis. Sic & comites
eius ſupplicabant, ſimúlque vno ore clamabant.
Sancte Nicolae adiuua nos, licet abſens, interue-
ni pro nobis, vt erepti à præſenti iugulo faciem
tuam deuoti videre mereamur. Nocte igitur ſe-
quenti, qua plectendi erant, cum ſe Auguſtus ſo- C
pori dediſſet, apparuit ei quædam effigies ſancti
Nicolai, dicens. Conſtantine, cur principes illos
ſine crimine morti addixiſti? ſurge, eóſque quam
citiſsime dimitti iube Quod ſi nolueris, cęleſtem
deprecor regem, vt tibi indurato bellum ſinat
exurgere, téque ibi perempto caro tua beſtiis ani-
búſque cibus fiat. Cui Auguſtus. Quis aut cuius
authoritatis es, vt hac hora palatium meum in-
greſſus audeas talia loqui? Et ille. Ego ſum (in-
quit) Nicolaus peccator Myreæ metropolis epi-
ſcopus. Hæc dicens diſparuit. Et Eparcho ſimili
viſione, & territatione comminatus eſt. Mane im- D
perator accerſitis magnatibus ſuis, & Eparcho
præfecto, cum iam viſiones ſuas ſibiinuicē contu
liſſent, fecit ſibi principes illos pręſentari. Qui-
bus aſtantibus toruo à pectu ita eos affatus eſt.
Quas magicas artes noſtis, vt tantis nos phanta-
ſiis illudatis, & exagitetis in ſomnis? Illis attoni-
tis, nullúmque reſponſum dantibus, denuo ait
Auguſtus. Dicite nobis, quæ ſunt maleficia ve-
ſtra? Ad quem vnus pauitanti voce ſic reſpondit.
Abſit domine, vt documentis artis nefariæ ſimus
inſtructi. Cui Auguſtus. Noſtis aliquem hominē,
cui nomen Nicolaus eſt? Mox illi audito tanto E
nomine tollentes ad ſidera palmas clamabant.
Benedictus es Domine Deus ſancti Nicolai, qui
non derelinquis ſperantes in te. Auguſto verò
quærente ardenter, quis iſte, quantúſve ſit, vnus
eorum ait. Iſte per omnia eſt vir ſanctus, cuius
meritis erui credimus ab intento exitio. Et pro-
ſequens de eius humilitate & bonitate, liberatio-
nem illorum trium iuuenum ſuprapoſitam per
ordinem enarrauit. Quibus Cæſar auditis. Ite (in-
quit) & famulo Dei gratias agite, immo & Deo,
qui vos per eum liberauit. Ex meis autem dona-
riis hunc euangelij codicem mirifice tectum au- F
ro, & vas hoc aureum gemmis decoratum, & hęc
alia munuſcula ei deferentes, dicite, vt iſta dignā-
ter ſuſcipiat, mihíque præceptis eius libentiſsime
obedienti, non minari, ſed orare ſtudeat, atque
pro pace regni noſtri, & magis pro totius orbis
Deum depoſcat. Multa autem miracula in vita,
& poſt mortem fecit, vt de liberatione à tempe-

S. Nicolaus in ſomnis Cōſtantino apparet.

Cōſtantinus imperator mittit dona S. Nicolao.

A ſtate, & naufragio ad inuocationem nominis
eius.

De multiplicatione frumenti aſſumpti ex na-
uibus imperatoris, & tamen ad menſuram Byzā-
tij conſignati. De fallacia Dianæ in ſpecie mulie-
ris apparentis nauigantibus ad eum viſitandum
detecta. De imagine beati Nicolai quam poſue-
rat quidam barbarus ad cuſtodiam rerum ſuarū,
quæ tamen cum fuiſſent ablatæ ei, & ipſe hoc
cernens, verberaret imaginem, apparuit Nicolaus
illis, qui furati eas fuerant, & mandauit reportari
illi. Propter quod conuerſus eſt ad Chriſtum. De
B puero & cuppa aurea in mari merſo, ſed poſtea
patri reſtituto cum cuppa. De fallacia mercato-
ris, qui iurauerat ſeu fideiuſſorem dederat Iudæo
ſibi pecuniam mutuāti ſanctum Nicolaum, quod
reſtitueret in termino præfixo, ſed poſtea in iudi-
cio mercator vſus eſt fraude, videlicet in ligno
concauo ponens illam pecuniam dans Iudæo in
manu ſeruandam, iurauítque Chriſtianus Iudæo
ſe reſtituiſſe totum, poſt quod, baculum Iudæo
commendatum, vbi erat pecunia ignorante Iu-
dæo mercator reſumpſit. Sed in via proficiſcens
à bobus obuiantibus cum obdormiſſet, oppreſſus
C eſt, & reſciſſus baculóque confracto etiam à bo-
bus exiuit pecunia: & fraude intellecta reſtitu-
ta eſt Iudæo. Qui etiam conuerſus eſt ad fidem
illo mortuo reſuſcitato. De quodam, qui pro re-
liquiis recipiens linteamen lecti beati Nicolai, à
quo etiam facta oratione ad eum filium ſuſcepit
ex vxore ſterili, Adeodatum nominans. Qui poſt
annos ſeptem captus ab Agarenis, euoluto anno
cum dies adueniſſet in qua nobilis ille feſtum ſo-
lenne agebat cum ſuis ad honorem beati Nico-
lai, & puer ille Adeodatus eſſet in palatio regis
Agarenorum, ad obſequia eius, recolens feſtum
D fieri ſolitum in tali die in domo ſua de beato Ni-
colao, ſanctus ipſe affuit, & per capillos Adeo-
datum accipiens in conuiuio parentum coram
eis præſentauit. De priore verberato, quia nole-
bat cantari hiſtoriam & officium beati Nicolai.
Demum beatus Nicolaus mortem adeſſe cernēs
cœpit orare & pſallere. Vidēnſque ſanctos ange-
los ad ſe venientes inclinato capite inchoās pſal.
In te Domine ſperaui [non confundar in æter-
num.] Cum perueniſſet ad verſic. In manus tuas
[Domine commendo ſpiritum meum] tradidit
pretioſiſsimam animam Deo in manus archan-
E gelorum. Et ex ſepulchro eius honorifico duo
fontes emanabant, vnus oleum fluens, ſcilicet ex
parte capitis, alius aquam ex parte pedum, ad ſa-
nitatem proficui. Cum autem quodam tempore
epiſcopus Myreæ exilio à præfecto traditus fuiſ-
ſet, ſtatim oleum & aqua fluere ceſſarunt, donec
de exilio reuocatus fuit.

A. C. 325.

Hæc miracula fuſe referūtur à Vinc. c. 71. & 17.

Idē ca. 73.

Iniuriam ſuæ imagini illatā D. Nicolaus nō fert.

Idē ca. 76.

Cuppa. i. ſcyphus.

Idē ca. 77.

Idē ca. 79.

De morte S. Nicolai Vinc. c. 74

Pſal. 30.

Moritur S. Nicolaus A. C. 343. & colitur 6. die Decemb.

Fōtes duo ad ſepulchrū Nicolai.

Ruff. li. 10. c. 9 meminit etiam Nicepho. li. 8. ca 35. & Socrat. lib. 1. c. 19.

De conuerſione ad fidem Indiæ vlterioris, vt teſtatur Ruffinus in hiſto. Eccleſiaſtica lib. 10.

§. VI.

F IN ea diuiſione orbis terræ, quæ ad prædican-
dum verbum Dei ſorte per Apoſtolos celebra-
ta eſt cū aliæ aliis prouinciæ obtigiſſent] Thomę
Parthia, Mattheo Aethiopia, eíq; adhęrēs citerior
India Bartholomęo dicitur ſorte decreta. Inter quā
Parthiámq; media, ſed longe interior tractu India
vlterior iacet, multis variíſque linguis & gētibus
habitata, quam velut longe remotam, nullus

Diuiſio orbis ad prędicandū Chriſtū facta.

A. C. 340.

apoſtolicæ prædicationis vomer impreſſerat. Quę (A) tamen Conſtantini temporibus tali quadam ex cauſa ſemina fidei primo ſuſcepit. Metrodorus quidam philoſophus inſpiciendorum locorum & orbis perſcrutandi gratia vlteriorem dicitur Indiam penetraſſe, cuius exemplo inuitatus etiá Meropius quidam Tyrius philoſophus, ſimili ex cauſa adire Indiam voluit, habens ſecum duos puerulos, quos liberalibus ſtudiis vtpote propinquos imbuebat, quorum iunior Aedeſius, alter Fruméntius vocabatur. Moris autem eſt inibi barbarorum, vt ſi quando fœdus ſibi cum Romanis turbatum vicinæ nunciauerint gentes, omnes, (B) qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulentur. Inuaditur nauis philoſophi, cuncti cum ipſo pariter perimuntur. Pueruli reperti ſub arbore meditantes, & lectiones ſuas parantes, barbarorum miſeratione ſeruati, ducũtur ad regem. Horum ille alterum, id eſt Aedeſium ſibi pincernam fecit, Frumentio verò, quem quaſi perſpicacem deprehenderat & prudentem, rationes ſuas ſcriniáque commiſit, ex quo in honore magno habiti ſunt apud regé & amore. At verò moriés rex vxorem cum paruulo filio regni ſui reliquit hæredem. Adoleſcentibus vero illis, quid vellent (C) agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen regina ſuppliciter exorat, tanquam quæ nihil in toto regno fidelius, vt ſecum vſquequo adoleſceret filius, regendi regni ſollicitudinem partirentur, & præcipue Frumentius, cuius prudentia ad moderandum ſufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & ſobriam mentem ſimpliciter exhibebat. Idque dum ageret, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, Deo mentem eius, & animos inſtigante requirere ſollicitius cœpit, ſi qui inter negotiatores Romanos Chriſtiani eſſent, & ipſis poteſtatem maximam dare, ac mone- (D) re, vt conuenticula per loca ſingula facerent, ad quæ Romano ritu orationis cauſa confluerent. Sed & ipſe multomagis eadem facere, & ita cæteros cohortari, fauore & beneficus inuitare, præſtare, quicquid oportunum eſſet. Loca ædificiis aliaque neceſſaria præbere & omni modo geſtire, vt Chriſtianorum inibi ſemen exurgeret. Sed cum adoleuiſſet regius puer, qui procurationem regni gerebat, expletis omnibus, & ex fide traditis, multum licet detinentibus & rogãtibus, vt manerent regina cum filio ad orbem noſtrum denuo reuertuntur. Et Aedeſio feſtinante Tyrum (E) parentes propinquóſque reuiſere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens æquum non eſſe occultare opus dominicum. Igitur rem omnem, vt geſta erat, narrat epiſcopo, ac monet, vt prouideat virum aliquem dignum, quem congregatis iam plurimis Chriſtianis, & eccleſiis conſtructis in barbarico ſolo epiſcopum mittat. Tunc Athanaſius, qui nuper ſacerdotium ſuſceperat in concilio ſacerdotum: Frumentium ipſum tanquam ſpiritu Dei plenum attentius conſiderans, ei ſacerdotium tradidit, eúmque redire cum domini gratia, vnde venerat, iuſsit. Qui cum epiſcopus (F) perrexiſſet ad Indiam, tanta ei eſſe data à Deo virtutum gratia dicitur, vt ſigna per eum apoſtolica fierent, & infinitus barbarorum numerus ad fidem conuerteretur. Hæc nos ab ipſo Aedeſio Tyri presbytero poſtmodum facto, qui Frumentij comes fuerat, didicimus.

Philoſophi inſpiciendi ſtudio orbē peragrāt.

Aedeſius & Iuuentius capti à barbaris.

Prima fidei fundamēta, quādo & à quibus apud Indiā iacta.

Romano ritu i. Catholico & proinde Romana Eccleſia ipſa eſt Catholica.

Frumēti⁹ ab Athanaſio Indorū epiſcopus creatur.

(A) *De conuerſione Iberorum, Ruff. ibid. cap. 10, & Nicepho. cap. 44.*

A. C. 340.

§. VII.

PEr idem tempus etiam Iberorum gens ad fidem conuerſa eſt per quandam Chriſtianam captiuam apud eos repertam. Nam cum apud eos moris eſſet, vt ſi paruulus ęgrotet, circũferatur à matre per ſingulas domos, ſi quid forte remedij in aliqua domo poſsit inueniri: contigit, vt mulier quædam paruulum ſuum infirmatum per omnes domos circumferret, & in nullo ſub- (B) leuaretur. Tandem venit ad captiuam illam Chriſtianam, quæ oratione ſua illum ſanauit. Quod cũ peruenſſet ad reginam, & ipſa tunc infirmaretur, ipſa vocata etiam illam ſua oratione ſanauit. Rex autem cum quadam die venaretur, oberrans & ab aliis ſeiunctus, ſolus in locis obſcuriſsimis ſe reperiens ait. Si vere Chriſtus eſt Deus, quē prędicat vxori meæ captiua, nunc me de tenebris iſtis liberet, & ipſum cum omnibus mihi ſubiectis colam. Quod ita factum eſt. In eccleſia vero noua facienda columnam ingentem, quæ nullis viribus erigi poterat, ipſa captiua ſola oratione erexit, & in locum ſuum conſtituit. (C)

Rex Iberorũ quo miraculo factus ſit Chriſtianus.

Sanctus quoque Iuuentius & Florentius illis temporibus ſanctitate & miraculis effulſere. Et ſanctus quidem Iuuentius Samaritanus natione, ex paganis exortus, ad prędicationé ſancti Georgij conuerſus, ad ſacerdotium meruit promoueri, parentéſque doctrina ſua conuertit ad Chriſtũ. Qui angelo monente Theſſalonicam perrexit, idola Datiani ibi ſigno crucis conſtringens, & filiam eius Cleopatroniam à dæmone obſeſſam liberauit. Quæ cum conuerſa ad fidem cum ducentis fere hominibus baptiſmum recepiſſet, mi- (D) ſit Romam beato Petro, id eſt eccleſiæ eius, duo candelabra, & alia vtenſilia ob deuotionem per Iuuentium, & beatum Benedictum epiſcopum. Et cum in via eis deficeret victus, & per littus tranſirent, exiuit de mari magnus piſcis, qui captus ab eis per vnam hebdomadam ad victum ſuffecit. Huic quadam vice abſtulit miles raptor cum ſocus ſuis veſtimentum ſuum, de quo tale miraculum ſecutum eſt. Nam nunquam venundari potuit, & vbicunque in nocte erat: magna lux de eo egrediebatur. Cum autem in Aſia quidam rex Richiouarus Romanas partes vaſtaret Chriſtianos perſequens, delato dicto veſtimento ad (E) eccleſiam quamdam ciuitatis, vbi erat Richiouarus, interfectus eſt cum omni exercitu ſuo, vt creditur virtute ſancti, cuius erat veſtimẽtum, quod factum eſt poſt triginta annos à tẽpore, quo fuerat ei ablatum dictum veſtimentum. Vixitque beatus Iuuentius vſque ad tempus Hilarij epiſcopi Pictauienſis, à quo accepit locum ad manendum cum ſocus caſtrum Grauitone, vbi & mortuus eſt anno centeſimo vigeſimo vitæ ſuæ. Hic cum aliquando incidiſſet in ſex latrones, & eum ſpoliare & perimere vellent, primus eorum, (F) qui gladium eleuauerat ad eum perimendum, ſemetipſum tranſuerberauit, ſecundus ad quercum ſe ſuſpendit, tertius à dæmone arreptus expirauit, quartus oculos amiſit, quintus rabie plenus manus ſibi & brachia dentibus lacerauit, ſextus ad mare currens ſe præcipitauit.

de S. Iuuētio & Florentio ex Vinc. lib. 13. ca. 99.

Cleopatronia ad Eccleſiā D. Petri munera mittit.

S. Hilarius.

Diuina in carnifices S. Iuuētij vltio.

Florentius ſibi Angelo mandante proficiſci incipiens in Galliam, cùm perueniſſet ad portũ

fluuij

A.C.340.

ſluuij Rhodani, inuenit ibi nauem confractam ſine gubernatore. Volens autem ad Miliam citius feſtinare: quia dies erat Dominicus in eã ingreſſus eſt, commendans ſe Deo, facto ſigno crucis. Qui ſoſpes peruenit ad ripã, & ibi inueniens hominem à dæmonio vexatum, liberauit eum. Sed & beato Martino Turonenſi Epiſcopo, Angelus reuelauit aduentum eius, monens vt eum conſecraret in ſacerdotem. Quod & fecit ſuſcipiens cum gaudio magno & dilectione, & aſsidue Deũ orans, vt oſtenderet ei locum ſuæ manſionis ad ſeruiendum ei, reuelatúſque eſt ei locus ſpelunca, ſcilicet quædam prope Ligerim: in qua cum eſſent ſerpentes multi, ſua oratione eos fugauit. Cùm autem conſuetudinẽ haberet quolibet anno Turonenſem ciuitatẽ adire orationis gratia, quadam vice perueniens ad flumen, vt tranſiret, inuenit ibi mulierem cœcam amarè flentẽ. Quæ cùm interrogata de cauſa tanti luctus expreſsiſſet, quia ſcilicet filius eius vnicus, qui ſibi viã oſtendebat, in flumine illo ſubmerſus erat iam triduo, nec ſaltem cadauer poterat reperiri, motus compaſsione pro eo orauit. Cui Angelus reuelauit eum non mortuum, ſed in tali loco viuũ & ſanum permanere. Vnde piſcatores iactantes retia ſua ad locum Florentio demonſtratũ, viuũ eduxerunt. Quem matri reſtituit, & ipſam cœcã illuminauit. Vixit autem annis cẽtum & viginti tribus ad Dominum migrans 10. Cal. Octob.

S. Martinus S. Florentiũ excipit.

S Florentius mortuum ad vitam reuocat.

a Coniicit an Sept.

De Arij impij reuocatione & Arianiſmi propagatione. Ruff. lib. 10. cap. 11. Niceph. lib. 8. ca. 47.

§. VIII.

DE reuocatione Arij ab exilio & fallacia eius, & cuiuſdam presbyteri Ariani, qui ſeduxit ſororem Conſtantini. Poſtquam enim Helena Conſtantini mater ex hac luce ſubtracta eſt, Conſtantia filia eius Licinij relicta, ſeu eo viduata ſui fratris Auguſti, id eſt Conſtantini ſolatiis vtebatur. Huic accidit presbyterum quendam venire in notitiam latenter partibus Arij fauentem, Sed [is primo nihil omnino de his apud ſororem principis aperire, vbi vero familiaritas multa copiam tribuit, paulatim ſermonem cœpit aſpergere: inuidiam dicens Ario generatam, & pro ſimultatibus priuatis epiſcopum ſuum rem contentioſe exagitaſſe, æmulationis ſtimulo confixum, quòd Arius apud plebem ſatis carus haberetur. Hæc atque huiuſmodi alia frequẽtius ſuggerens animos Conſtantiæ ſuos effecit. Quæ cùm obitura viſitaretur à fratre, atque ab eo blande religioſéque compellaretur, extremã dicitur gratiam ab eo popoſciſſe, vt ſcilicet presbyterum in familiaritatem reciperet, & quæ ſibi ab eo pro ſpe & ſalute ſuggererẽtur audiret. Siquidem iam ex hac luce diſcedentem nihil curare, pro fratris verò ſtatu eſſe ſolicitam, ne fortè pro innocentium pœnis, regni ſui pateretur excidiũ. Quibus ille monitis à ſorore ſuſceptis, & fidelem pro ſe germanæ ſollicitudinem credens, accõmodauit aurem presbytero, & iterum accerſiri de exilio Arium iubet, vt quemadmodum de fide ſentiret, exponeret. Tunc ille fidem conſcripſit, quæ non quidem ſenſum noſtrũ, tamen verba noſtra continere, profeſsionẽmque videretur. Miratus quidem eſt Imperator, & putauit vnam eandẽmque in ipſius & dudum geſti concilij expoſitione ſententiam continere: tamen in nullo relaxauit animi vigorem, ſed rurſus eum ad concilij remittit examen, quoniam ad dedicationem Hieroſolymorum ex omni orbe conuenire ſacerdotes inuitabantur. Et facilè quidem receptus eſt à fautoribus ſuis, ſed vbi Alexandriam perrexiſſet, ibi omne eius inceptum fruſtratum eſt: quia dolis apud ignorantes locus eſt, ſcientibus verò; dolum intẽdere, nihil aliud eſt, quàm riſum mouere. Interea dum hæc apud Alexandriam agitantur fruſtra, venerabilis Auguſtus in ſuburbana villa Nicomediæ xxxj. imperij ſui anno defunctus eſt habens de ſucceſsione orbis Romani teſtamentò hæredibus ſcriptis. Apparuit autẽ in morte Conſtantini ſtella comata: quam Græci κομήτην vocant, vt referunt plures. Quo tempore Conſtantius, cui Orientis quidem regnum decreuerat regimen, præſens non erat, dicitur ſecreto, accerſiens presbyterum quem à ſorore cõmendatum ſuprà diximus, & exinde familiariter habitũ, tradidiſſe ei teſtamentum, quod ſcripſerat & obtẽſtatum ſub ſacramento, ne vlli niſi Conſtantio, cùm veniſſet in manus traderet. Cui etiam, quod Eunuchi, qui erant in palatio fauebant, arte indicio de Imperatoris morte ſuppreſſo, vſque ad Conſtantis Imperatoris præſentiam, multis nouã tentantibus oppreſsis, reſtitutæ res integræque manſere. Cùm verò Conſtantius adfuiſſet, depoſitum presbyter reſtituit. Cuius beneficij gratiã Imperator regni cupidus ita ei deuinctus eſt, vt qui imperare cunctis ambiret, ab illo ſibi imperari æquanimiter pateretur. Ex quo deuincto ſibi Imperatore cœpit de Arij reſtitutione ſuggerere, & nolentes acquieſcere ſacerdotes, vti cogeret, perſuadere.

Conſtãtia moriens Arij reuocationi ſtudet.

Arij & hæreticorũ omnis in aſtutia.

A.C.340.

Mors Cõſtãtini imperatoris Eutr. li. 11

Obiit Cõſtantinus villa publica ſuburbij Nicomedienſis 11. cal. Iun. anno vitæ 66. Chriſti 337 Onup.

De imperio filiorum Conſtantini magni ex Chron. D. Hieron Eutrop. lib. 11. Oroſ. lib. 7. cap. 20.

CAPVT IIII.

DEfuncto itaque [a] Cõſtantino magno, tres eius filij eidem in imperio ſucceſſerunt. Qui ita ſibi Romanum diuiſerunt orbem, vt Cõſtantius ſenior Conſtantinopolim & Oriẽtem teneret, Cõſtans Antiochiæ, Illyrico, & Aphricæ præeſſet, Conſtantinus verò iunior Romam, & occidentalia regna poſsideret. Quibus pater moriẽs Dalmatiũ Fratris ſui Dalmatij filium regni conſortem dimiſit. Habuit enim Conſtantinus magnus duos

a Conſtantinus filium ſuum primum Conſtantinum decennali ſuo fecit habere principatum ſuper cuncta trans Alpes Secundum Conſtantiũ in Vicennali ſuo in Oriente conſtituit, à freto Propontidis in Aſiam, atque Orientem. Conſtantem verò iuniorem in tricennalibus ſuis in Illyricum, Italiámque & Aphricam ordinauit. Dalmatium in Thraciã, Macedoniámque, & Achaiã, Annibalianum Dalmatij Cæſaris conſanguineum, in Armeniã nationéſque circũſocias. Procop. hac de diuiſione Imperij à Conſtantino facta tradit lib. 11. Fuit autem Conſtantinus Rom. Imperator poſt patrẽ annos 4. Conſtantius verò ſecundus à D. Cõſtantino in Oriente Imperator impor. ann. 25, men. 5 dies 5. Conſtans denique 2. poſt patrem in Occidente Imperator imper. ann. 12. mon. 11. dies 3. Onuph.

A.C.340.

germanos,non tamen ex eadem matre,quia ipſe ſolus Conſtantinus ex Helena, alij duo ex alia vxore Theodora,quorum vnus vocatus eſt Conſtantius,qui habuit duos filios, ſcilicet Gallũ & Iulianum apoſtatã,de quibus infrà dicetur : alter dictus eſt Dalmatius, ſcilicet frater Conſtantini magni,& hic habuit vnum filium nomine Anniballianum,& alterum filium,nomen ſuum,ſcilicet Dalmatij imponens ei.De quo hic. Verum is poſtmodum proſpertima indole, neque patruo ſuo Conſtantino diſsimilis,non multo poſt militari factione occiſus eſt:Cõſtantio Patruele ſuo ſinente potius,quàm iubente. Conſtantinus verò iunior,filius ſcilicet magni Conſtantini, neſcitur quibus ex cauſis primis imperij temporibus bellum Conſtanti intulit. Qui cùm ſe inconſultius bellis ingereret:non longè ab Aquileia à Conſtantis fratris ſui ducibus occiſus eſt.

Dalmatij mors.

A.C.341.

Conſtātini iunioris mors.

Hic Cõſtantinus (vt dixit Hugo Floriacen.) donec vixit,habitum regium gerens,caput ſuum perpetuo diademate decorauit. Nutriuit ſemper bonas artes,ſed præcipue ſtudia literarum, legebat ipſe & ſcribebat & meditabatur. Et ita reſpublica Romanorum ad duos Auguſtos redacta eſt,ſcilicet Conſtantium qui orienti,& Conſtantem qui occidenti præerat.Interea Sapor rex Perſarum potentiſsimus,occupata Meſopotamia Syriam irrupit,multiſque ibidem ciuitatibus captis, magna damna populi Romani prouincialibus intulit.Propter quod Conſtantinus multis exercitibus,tam ex oriente, quam ex occidente accitis cum miro bellico apparatu contra Perſas proceſsit, cũ quibus modo fæliciter,modo infæliciter nouem vicibus conflixit.Vltimum verò apud Singaram prælium cõmiſſum eſt, in quo nõ dubiã victoriam militum ferocia amiſit:qui ſeditioſe & ſtolide pugnam contra rationem belli, & rei militaris præcepta die iam inclinata popoſcerunt. Et licet imperator Conſtantius, ex eo prælio victor euaſerit,tamen cum modico hoſtium damno.Creditur enim,qood ſi in ſequenti die pugna protracta fuiſſet : facilè omnes Perſarum copiæ deleri potuiſſent.

Sapor rex Perſarum Romanis infeſtus.

Pugna Romanorũ cõtra Perſas apud Singarã.

Conſtans autem frater eius, qui occiduas regebat regiones, varia fortuna multa bella cum Francis geſsit & Alemãnis, poſtremo cum magna eorum cæde, ſed difficillimo prælio eos vicit & domuit,quare à Conſtante ſuppliciter pacem petierunt. Cúmque diu Conſtans ſubactis hoſtibus more boni principis occidentalia regna gubernaſſet,& famulos Dei ſatis veneraretur,atque iuſte ſtrenuéque ſe haberet, mox grauem ægritudinem incurrit,ex qua eum plene cõualuiſſet:io alterum virum motari viſus eſt, & prauorum hominum conſilijs vti cœpit. Inde ad grauia vitia conuerſus,prouincialibus intolerabilis,militibus odioſus effectus eſt. Erat eo tempore inter præcipoos Conſtantis duces quidam Magnẽtius nomine,vir vtique conſilij alti & prouidi,& rebus militaribus aſſuetus.Inſuper liberalis & largus,quare toti exercitui percarus erat, cuius ductu Cõſtans pluries barbaros profligauerat. Hic conſiderans Conſtantem ab alta ſua virtute collapſum, ac ipſum iam omnibus ordinibus exoſum,cogitauit eo occiſo regnum ſibi occidentale occupare.Cooperabatur autem huic conſilio, quia ſciebat tunc Conſtantium bello Parthico occupatum, de qoo dictum eſt. Igitur non poſt A multum temporis, multis ſecum conſpirantibus, nacta occaſione Conſtantem nihil tale cogitantem non longe ab Hiſpanijs in caſtro cui nomen Helene erat, occidit, anno imperij eius decimo ſeptimo,vitæ verò ſuæ triceſimo. Interfecto autẽ Conſtante, Magnentius nullo ſibi reſiſtẽte Italiam, Aphricam,Gallias, atque Illyricum occupauit. Quo facto omnium militum conſenſu Vetranionem quendam,iam grandæuum, & cunctis felicitate & diuturnitate militiæ amabilem, imperij conſortem fecit,virum vtique probum, & rei militaris ſcientiſsimum, ſed omnium libe-B ralium artium penitus expertem : adeo vt ne elementa quidem primarum literarum, niſi grandæuus & iam Imperator acceperit. His ita peractis ad tuendum Illyricum miſit.

Vincitur Franci & Germani à Conſtante.

Magnentius imperium occupat.

A.C.350.

Eo tempore Romæ per militarem tumultum & nobilium factionem, Nepotianus ſororis Conſtantini filius imperator eligitur, qui octauo die viceſimóque à Magnentij ducibus oppreſſus eſt.Poſt cuius interitum, timens Magnentius, ne Romani aliquid contra ſe molirentur,cum compertum haberet ſenatum populũmque Romanum C plurimum fauere Conſtantini hæredibus, cum magno exercitu venit ad vrbem. Quo cum veniſſet, multos nobilium occidit, multos præterea qui Nepotiano fauerant exilio relegauit, vrbémque ac ipſam Italiam graui tyrannide premere cœpit.

Nepotianus imperator deligitur & occiditur.

Conſtantius pacem cum Parthis facit, ex Oroſio & D. Hiero.

§. I.

D CONſtantius autem morte fratris comperta, ad bellum contra Magnentium feſtinans, pacem cum Parthis fecit magis certe vtilem,quã honeſtam.Nam illam Meſopotamiæ partem,quæ vltra Euphratem ſita eſt, voluntarie Parthis poſſidendam reliquit, quæ vſque ad ea tempora ſub Romanorum ditione fuerat. Itaque Conſtantius magnis vndique contractis copiis, ad bellum ciuile contra Magnentium ad vltionem fraternæ necis proficiſcitur.Primóque cum eo apud Murſiam vrbem grauiſsimo bello conflixit, in quo ipſe Magnentius victus pene captus eſt.Ea dimi-E catione ingentes Romani imperij vires corruerunt ad quælibet bella externa idoneæ,quę multum triumphorum poſſent ſecuritatiſque conferre.Poſt id bellum Magnentius reparatis iterũ copiis,pugnat & vincitur,vnde diuerſis prœliis victus apud Lugdunum Galliæ fugiens, ſe propria manu interficit, imperij ſui anno tertio mẽſe 7.Sed & frater eius Decentius, quem ad tuendas Gallias miſerat, Cæſarémque appellauerat, morte fratris ſui audita, Senonis vitam laqueo ſibi extorſit.Qua quidem tempeſtate Gallus Cõſtantij patruelis filius[Conſtantij fratris Conſtãtini magni] quem ad fratris vindictam profici-F ſcens Conſtantius Cæſarem fecerat, ac ſibi oriẽtale imperium commendauerat, res nouas molitus,iuſſu Conſtantij occiſus eſt, vir natura ferus, & ad tyrannidem pronior, ſi ſuo iure imperare licuiſſet.

Aduerſus Magnentium proficiſcitur. Eutr.li.10.

Magnentius manũ ſibi intulit.

Decentij exitus.

Galli Cæſaris mors.

Hic Gallus Iudęos,qoi interfectis per noctem militibus, arma ad rebellandum inuaſerant oppreſsit,cum multis millibus hominum vſque ad innoxiam ætatem. Sed & ciuitates eorum Diocæſaream

Iudæi in Aſia tumultuantur & reprimũtur

A.C.350. Cæſareã, Dioſpolim, Tyberiadem, plurimáque A oppida igni tradidit. Syluanus præterea res nouas in Gallia molitus, ante diem trigeſimum extinctus eſt. Solus ergo in Romano imperio Conſtantius princeps extunc & Auguſtus fuit, Romanorum ergo trigeſimusquintus regnauit Conſtantius imperator, & licet cum fratribus, ipſe tamen principalis. Et poſt mortem fratrum Conſtantini & Conſtantis remanſit ſolus monarcha. Qui imperauit partim cũ fratribus, poſtea ſolus, & in totũ annis 24. cœpit autem imperiũ iſtorũ anno Domini 340. mundi verò quater milleſimo B ccciij. A principio vero ſui imperij ipſe Cõſtantius per amicos ſuos Arianis fauentes à fide Catholica deprauatus eſt.[b] Porro Athanaſius vir ſpectabilis ac magnificæ fidei, imperij huius anno ſecundo, diſputauit cum Ario turbis hinc atque inde aſtantibus apud Laodiceam Syriæ vrbem. Probus autem quidam vir imperatoris iuſſu, arbiter inter ipſum Arium & ſtrenuiſsimum ſanctæ fidei defenſorem Athanaſium ſedit, vbi nitor fidei ad purum diſcuſſus eſt, & à diuinis libris oſtenſ m Patrem & Filium & Spiritum ſanctum propriis extare perſonis, & tamen vnam C eſſe trium naturam. Arius tamen indurata mente in ſua malignitate permanſit.

Athanaſius cũ Ario diſputat.

Ruffinus lib. 10. hiſto. eccleſiaſticæ. Deinde Euſebius ſcilicet Nicomedienſis, de cuius ſimulatione in ſubſcribendo ſupra diximus, opportunitatem temporis nactus, & principi per præfatum presbyterum familiaris effectus, omnia reuoluere, & in irritum concilij Nicæni geſta reuocare molitur. Arium venire fecit: & imperialibus edictis conciliũ denuo Cõſtantinopoli conuocari. Quo illi maxime conuenerunt, qui Ariũ & Euſebium ſectabantur. Qui ſæpe cum Alexan- D dro Alexandriæ epiſcopo congreſsi, vt Arium ſuſciperet, ad vltimum certum diem ſtatuentes, denunciauerunt vt aut ipſe Arium ſuſciperet: aut ſi reniteretur, ſe eccleſia pulſo, atque in exilium truſo ab alio eum ſuſcipiendum ſciret. Tunc Alexander nocte, quæ ad conſtitutam intererat diem, ſub altari iacens, atque in oratione & lachrymis eam totam peruigilem ducens, Eccleſiæ cauſam domino commendabat. Cumque lux orta fuiſſet, nec tamen Alexander ab oratione ceſſaret, Euſebius cum ſuis omnibus, veluti hæretici belli ſignifer, domum Arij matutinus deſcen- E dit: eum & ſequi ad eccleſiam iubet, proteſtatus quod niſi Alexander præſens acquieſceret, expulſus loco cederet.

Euſe. Nicomedieẽ. pro Ario cõtentio. Ruff. lib. 10. c. 12. & Nicepho. li. 8. ca. 50. & Socr. l. 1. c. 38.

H[illegible] Alexa drum fuiſſe Cõſtãt po litinõ epiſcopũ ſcribit Nicepho. & ratio ipſa d ce, cũ hæc tes Con'tantinopoli geſta ſit.

Igitur cum cunctorum animi eſſent in expectatione ſuſpenſi, quo vel Alexandri perſeuerantia, vel Euſebij atque Arij inſtantia declinaret, Arius in Eccleſiam pergens, epiſcoporum & populorum frequentia conſtipatus, humanæ neceſsitatis cauſa ad publicum declinat locum. Vbi cum ſederet, inteſtina eius, atque omnia viſcera in ſeceſſus cuniculum defluxere. Ita tali in loco dignam mortem blaſphemia ac fœtida mẽte exoluit. Quod cum in Eccleſia nunciatum fuiſſet Euſebio, & iis qui vnà ſecum ſanctum & innocentem virum Alexandrum de recipiendo Ario fatigabant, adoperti confuſione diſcedunt.

Arij hæretici mors miſerabilis. ibid. c. 13.

A.C.353.

b Quomodo fieri poteſt, vt cum ſancto Athanaſio in epiſcopatu Alexandri ſucceſſore, habuerit Arius conflictũ, cum conſtet Ariumante Alexandrum turpiſsima morte, id eſt, exemplo Iudæ traditoris Domini noſtri fuiſſe fuſum, vt quod fœtida F *mente conceperat fœtido exitu terminaret? Sed ſi illud recolat, quod in Chronicis ſuis beatæ memoriæ Sulpitius Seuerus poſuit, dicens: Duo Arij tãquam duo ſerpentes ex vno ore ſibilabant, duos Arios fuiſſe euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Ario ſuperſtite, aut cum aliquo Arianita S. Athanaſium habuiſſe conflictum. Præfatio Anonymi in illud D. Athan. epiſc. tom. 3. operum eiuſdem.*

De D. Athanaſio Alexandrino ex Ruff. c. 14.

§. II.

Alexandro autem epiſcopo apud Alexandriam defuncto Athanaſius ſedem ſuſcepit. Cuius tanti in Eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc videatur ſcriptum eſſe. Ego oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Igitur ſecundo anno imperij Conſtantij impietas Ariana eiuſdem imperatoris fulta præſidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis, primùm Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis epiſcopos perſecuta eſt. Nam vt ait Ruffinus libro 10. Conſtantius imperator per eunuchos deceptus ab epiſcopis Arianis intento ſatis ſtudio prauis eorum contentionibus obſecundauit. Illi autem verentes, ne quãdo adeundi regis copia fieret Athanaſio, & per eum de veritate fid i, quam peruertebant, ſecundum ſcripturas edoceretur omnibus modis inſimulare cum apud principem, & velut omnium ſcelerum & flagitiorum authorem aggrediuntur exponere, prout infra latius dicetur, cum de doctoribus agetur.

Act. 9.

Arianorũ perſecutio. Hier. in Chro.

Ruff. lib. 10. ca. 15.

Athanaſius præſul Alexãdrinus ab Arianis turpiter infamatur. Idem cap. 19.

Et cum per diuerſa loca orbis quæreretur ad mortem, & vix ei angulus ad ſe occultandum remaneret, ne graues alicui latebræ ſuæ fierent, & occaſio calumniæ innocentibus quæreretur, nihil ſibi iam tutum in Conſtantij regno præſumens, ad Conſtantis partes profugus abſcedit. A quo ſatis honorifice religioſeque ſuſceptus eſt, quod fuit antequam occideretur à Magnentio, vt dictum eſt. Quique cauſa eius, quam fama compererat diligentius cognita, ſcribit ad fratrem ſuum pro certo ſe comperiſſe, quod ſacerdos Dei ſummi Athanaſius iniuſte fugas & exilia pateretur. Hunc itaque recte faceret, ſi abſque vlla moleſtia loco ſuo reſtitueret. Si id nollet, curæ ſibi futurum vt ipſe id adimpleret, regni eius intima penetraturo, & pœnas digniſsimas de authoribus ſceleris ſumpturo. Quibus ſcriptis perterritus Conſtantius, quod poſſe facere ea, quæ minabatur conſcius erat fratrem, ſimulata benignitate vltro venire ad ſe Athanaſium iubet, & leui increpatione perſtrictum ad eccleſiam ſuam permittit ire ſecurum. Sed cum Magnentij ſcelere, imperator Conſtans regno ſimul & vita fuiſſet exemptus, rurſus in Athanaſium veteres illi incentores principis odia ſuſcitare cœperunt. Fugatóque de eccleſia, in locum eius Georgium quendam perfidiæ & immunitatis ſuæ ſocium mittunt.

Conſtans pro Athanaſio ad fratrem ſcribit.

Maximinus Treuerenſis epiſcopus S. Athanaſium ſuſcipit. Vincen. lib. 14. cap. 14. Hæc autem ſcripſit Lupus Vualdonus A.C. 889. quæ ſunt apud Sur. tom. 3.

Illo

A. C. 353.

§. III.

ILlo in tempore, vt ſcribit Hierony. in Chron. Maximinus Treuerenſis epiſcopus clarus habetur, à quo Athanaſius Alexandriæ epiſcopus, cum à Conſtantio quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt. Hic vt habetur ex geſtis eius referente Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 15. Pictauorum indigena, clariſsimis eſt ortus natalibus, cuius frater Maxentius Pictauorum pontifex fuit. Ipſe autem Maximinus, vt reuelatum eſt Agricio Treuerenſi epiſcopo per angelicum miniſterium, ordinatus eſt ſucceſſor eius. Hic cum aliquando pergeret Romam inuenit ſanctum Martinū nondum epiſcopum factum in via illuc pergentem. Quibus ſimul progredientibus, aſellum qui ſarcinulas eorum portabat, vrſus offendit & comedit. Tum vrſo dicitur Maximinus imperaſſe, vt obſequium aſini adimpleret, quod & fecit, donec reuerſi ſunt ad locum, qui Vrſarij villa dicitur, vbi idem ſanctus dedit vrſo priſtinam vagandi poteſtatem, cepta licentia lædendi. Coegitque Maximinus Martinum ſecum ire Treuirim. Et cum profectus eſſet Pictauos ad ſuos reuiſendū, ibi ad dominum migrauit, ſed tranſlatum eſt corpus eius ad Treuirim miraculis clarens. Et inter cætera miracula quidam presbyter exactus iurare veritatem ſuper quadam cauſa ſuper corpus eius, cū falſum iuraſſet, ſubito in via mortuus eſt. Alius archidiaconus de adulterio impetitus, cum ad requiſitionem epiſcopi ſui, ad purgationem de eo iuramentum exigeretur, & ad hoc ſe pararet, febribus correptus vehementibus confeſſus eſt crimen ſuum, & liberatus. Interea Sapor rex Perſarum noſtros perſequitur. Sub hoc coronati ſunt in ſuo regno, vt ſcribit Sozomenus ſedecim milia martyrum, inter quos Symeon Archiepiſcopus Seleuciæ & Creſiphontis ciuitatum regalium in Perſide, accuſatus à magis apud Saporem [tanquam amicus eſſet Cæſarum Romanorum, eiſque Perſarum negotia propalaret. Credens autem his derogationibus Sapor] primum quidem chriſtianos tributis immenſis affecit, & crudelibus viris has exactiones iniūxit. [Poſt hæc ſacerdotes miniſtróſque Dei gladiis minacibus interemit, Eccleſias ſubuertit, & vaſa eorum omnia publicauit.] Symeonem autem vinctum iuſsit ad ſe adduci. Qui adductus ad regem non adorauit eum. Interrogatus à rege cur eum non adoraſſet. Prius inquit non vinctus adducebar, vt negarem [veri Dei culturam, & nihil in hoc dubitans, quæ ſunt] ſolennia regia implebam: nunc autem fas mihi nō eſt hoc agere. [Veni namque pro noſtro dogmate & pietate decertaturus.] Iuſſus eſt demum adorare ſolem. Noluit, & ductus eſt in carcerem. Quo eunte obuius factus eſt ei Euſthazares ſenior eunuchus, nutritor regis & maior regiæ domus, Qui dudum factus Chriſtianus, vim paſſus adorauerat ſolem. Sedens ergo ante ianuas regis conſurgens adorauit Symeonem. Qui eum increpans iniurioſe, & cum furore clamans aduerſatus deſpexit. Mox eunuchus flens & gemēs, claram veſtem deponens, lugubrem induit. Quod audiens rex, cum eum flectere nequiret, iuſsit decollari. Qui impetrauit à rege, vt præconem clamare faceret, ſe non pro alia cauſa mori, quàm pro Chriſto. Quod ideo clamari fecit Euſthazares, vt qui per eius exemplum deiecti fuerant, reſumerent animos. Quod agnoſcens Symeon, in carcere lætus pro eo hymnos obtulit. Altera die Simeonem decreuit rex perimere. Deductus etiam è carcere ad palatium regis, valde intrepide loquebatur Sapori de dogmate, & nec illum nec ſolem ſuſtinuit adorare. Eadémque die interimi iuſsi ſunt, & alij centum in carcere conſtituti. Quorum alij epiſcopi, alij presbyteri, alij diuerſorum ordinum clerici. Cúmque omnes centum ſpiculator tranſiſſet, nouiſsime venit ad Simeonem, & ad Abedecallam & Ananiam. Ambo enim ſenes: & ſub eius eccleſia conſtituti cum eo fuerant comprehenſi. Pyſichius autem, qui ſuper omnes artifices regis erat, videns Ananiam quendam ſenem ſub gladio trementem, confortauit eum dicens. Paululū ô ſenex claude oculos, & ſecurus eſto. Mox enim videbis Chriſti aſpectum. Móxque cum aliis decollatus eſt. Paſſus eſt autem beatus Simeon 11. Cal. Maij, ſub rege Sapore. Et in craſtino multi ſocij eius. Vnde & in Martyrologio dicitur, quod vndecimo Cal. Maij, ſub rege Sapore in Perſide plures martyriū paſsi ſunt. In quo fidei certamine paſsi ſunt epiſcopi Mileſius & Accepſimas, Mareas & Bicor, & presbyter Iacobus cū clericis fere ducentis & quinquaginta monachis & ſacratis virginibus plurimis.

Sapor rex Perſarum chriſtianos perſequitur. Sozom. li. 3. hiſt. Trip. cap. 2. ex Sozo. li. 2. ca. 11. 12. & 13.

Simeonis cōſtantia

Euſthazaris pœnitentia.

Eiuſdem morti adiudicati pium cōſilium.

A. C. 353.

Vſuar. in Mart.

Conſtantius Arianiſmum vi & armis in occidentem obtrudere nititur Ruff. lib. 10. cap. 19.

§. IIII.

POrrò Conſtantius, eum ob vindictam necis fraternæ, ad occidentis partes veniſſet, & extincto Magnentio tyranno, regni ſolus arce potiretur, fatigare occidentales epiſcopos, & per deceptionem ad conſenſionem Arianæ hæreſeos cogere aggreditur, Athanaſij prius condemnatione præmiſſa, & velut obicis validiſsimi obiectione ſublata. Ob hoc apud Mediolanum epiſcoporum concilium conuocatur, pluréſque decepti ſunt. At verò Euſebius Vercellenſis epiſcopus, qui prouincias occidentis, ſicut Athanaſius orientis ab Ariana peſte ſua prædicatione purgabat & defenſabat, in tantum perſecutus eſt Arianos, vt Auxentium hæreticum Mediolanenſem epiſcopum ab omnibus chriſtianis expulſum damnaret, & pro eo Dionyſium epiſcopum ibi ordinaret. Propter quod iratus Conſtantius, ordinauit fieri concilium in oriente, vocans ad illud Euſebium, qui nominatiſsimus erat inter epiſcopos per literas. Sed ſciens ipſe malitiam plurimorum, excuſatorias literas miſit, allegās ſuam ſenectutem. Sed contra ſuam excuſationem imperator ſtatuit concilium Mediolani, quod non multum diſtat à Vercellis. Cum autem imperator aduenisſet, & deeſſe cerneret Euſebium, miſit iterum pro eo. Cum autem tardaret venire, iuſsit interea Conſtantius Arianos epiſcopos deſcribere fidem ſuam, ac etiam Catholicos, damnato Athanaſio, [e] quorum primus Dionyſius Mediolanenſis epiſcopus fuit.

Conciliū Mediolanenſe hæreticum. ibid. c. 20. Euſebius Vercellēſis epiſcopus Arianorū inſectator acerrimus.

Athanaſius in cōcilio Mediolanēſi hæret. cōdēnatur.

e Dionyſium non ſubſcripſiſſe Arianis ſatis indicat Ruff. ſcribens. Ob hoc apud Mediolanum Epiſcoporum conciliū conuocatur, plures decepti. Dionyſius verò Euſebius, Paulinus, Rhodanus, & Lucifer dolum in negotio eſſe proclamantes, aſſerentéſque, quod ſcriptio in Athanaſium, non aliam ob

cauſam

A.C.350.

cauſam, quàm deſtruendæ fidei moliretur, in exiliũ truſi ſunt. Vide etiam Tripar.hiſt.lib.5.cap.15. & D.Hilar.lib.ad Conſtantium.

Cum autem Euſebius de Vercellis exiret, venienti occurrit Dionyſius Mediolanenſis, procidens ad pedes eius, & dicens. Peccaui pater, libera me nunc pater, ſi potes. Vocatus autem Euſebius ab imperatore, cum nec blanditiis, nec minis flecti poſſet ad ſubſcribendum hæreticę ſententiæ contra decreta Nicæni cõcilij, demum dixit coram omnibus: Vos dicitis Patrem maiorem
B Filio, cur ergo filium meum, ſ. Dionyſium mihi prætuliſtis in ſubſcriptione? Non eſt filius ſuper patrem. Aliud ergo chirographum nouum fiat, in quo valeam primus omnium me ſubſcribere. Quod placuit omnibus. Et illud, in quo iam ſe ſubſcripſerant Dionyſius, & aliqui Catholici cõbuſtum eſt. Quod cum Dionyſius & Secundus epiſcopi Catholici, qui ex ſimplicitate ſe ſubſcripſerant, vidiſſent combuſtam ſcilicet ſuam ſubſcriptionem, cognito errore ſuo gauiſi ſunt. Euſebius autem noluit ſe in alia charta ſubſcribere,

Occidentales epiſcopi, qui decepti hæreticis ſubſcripſerant ſeſe retractãt.

C ſed nec Catholici epiſcopi. Propter quod iratus Imperator dimiſit Euſebium in manibus Arianorum, qui multipliciter afflixerunt, vt dicetur infrà. Et diſſoluto concilio ſtatuit Imperator aliud fieri Arimini, in quo determinatum fuit contra decreta Nicęni concilij de materia fidei. Vnde poſtea illa ſynodus Ariminenſis damnata fuit cum omnibus ſuis decretis, vt patet diſ.15.ſancta. Dionyſius vero epiſcopus Mediolanenſis, Euſebius epiſcopus Vercellenſis, Paulinus Rhodianus & Lucifer in exilium truſi ſunt. His etiam Hilarius Pictauenſis epiſcopus iungitur, cæteris vel
D ignorantibus, vel non credentibus fraudem. Sed tali conſilio geſtum fuiſſe negotium, rei exitus docuit.

Conciliũ Ariminẽſe hæreticum.

Illis namque de medio ſublatis, continuo ſynodus apud Ariminum congregatur: ibi ſecundum ea, quæ Orientales apud Seleuciam compoſuerant callidi homines & verſuti, ſimplices & imperitos Occidentalium ſacerdotes facile circumuenerunt, hoc modo proponendo eis. Quem magis colere & adorare vellent, ὁμούσιον, an Chriſtum? Illiſque virtutem verbi, quid ὁμούσιον ſignifi-
E caret, ignorantibus: velut in faſtidium quoddam & execrationem ſermo deductus eſt Chriſto, ſe credere non ὁμουσίῳ confirmantibus. Sic multorum, præter paucos (qui ſcienter prolapſi ſunt) animi decepti, contra ea quæ patres apud Nicæã conſcripſerant venientes ὁμούσιον, quaſi ignotum, & à ſcripturis alienum ſermonem auferri de fidei expoſitione decernunt, communionémque ſuam hæreticorum communione commaculant. Ea tẽpeſtate facies Eccleſiæ fœda, & admodum turpis erat. Non enim ſicut prius ab externis, ſed à propriis vaſtabatur. Fugabat alius, & alius fuga
F batur, & vterque erat de eccleſia. [Ara nuſquam nec immolatio, nec libamina, præuaricatio tamẽ ac lapſus erat ac ruina multorum. Similis pœna, ſed impar victoria. Similiter occidebantur, ſed non ſimiliter glorificabantur, quia dolebat Eccleſia, etiam illius caſum, qui impellebat ad lapſum.]

De Ariminenſi concilio. Ruff.c.21.

Eccleſia miſere turbata.

Liberius quoque papa in exilium truditur, & in eius locum Felix diaconus eius ab hæreticis
A ſubrogatur, qui non tam ſectæ diuerſitate, quàm communionis & ordinationis conuenientia maculatur. Hieroſolymis verò Cyrillus poſt Maximio ſacerdotio, cõfuſa iam ordinatione, ſuſcepto aliquando in fide, ſæpiús in communione variabat. Apud Alexandriam verò Georgius ſatis procaciter vi raptum epiſcopatum gerebat, ita vt magis ſibi iuris dicendi creditos faſces quàm ſacerdotium miniſtrandum religioſis officiis æſtimaret.

A.C.353.

Liberius in concilium mittitur. Id.c.22.

De Cyrillo & Georgio ca.23.

Apud Antiochiam ſane diuerſis temporibus
B multa & admodum confuſa geſta ſunt. Nam defuncto Eudoxio, cum multarum diuerſarum vrbium epiſcopi ad illam ſedem ſumma ambitione niterétur, ad vltimum Meletium de Sebaſtia Armeniæ ciuitate contra decreta concilij illud trãſferunt. Qui tamen ab ipſis in exilium truditur, quod contra ipſorum opinionem non Arij ſed noſtram fidem cœpit in eccleſia prædicare. Quẽ magna plebs de eccleſia depulſum ſecuta, ab hæreticorum ſocietate diuellitur.

De epiſcopatu Alexãdrino contẽtio c.24.

De ſchiſmate Arianorum inter ſe. cap. 25.

C

§. V.

INterea vt proſequitur Ruffinus vbi ſupra. Aliquando etiam in ſemetipſam vt prædiues malitia deſæuiret, ſacerdotes & populi, qui Ario duce primitus fuerãt ab eccleſia diuulſi: in tres denuo ſectas partéſque ſcinduntur. Eunomius enim vir corpore & animo leproſus, morbo regio, correptus, arte tamen dialectica præpotens contra fidem noſtram ſcripſit plurima, & diſputandi leges ſectatoribus ſuis dedit, à quo etiam nũc Eunomiana hæreſis dicitur. Alius quoque Macedo-
D nius nomine, quem noſtris expulſis immo potius necatis apud Conſtantinopolim conſtituerant epiſcopum. [quia ſimilem Patri filium fatebatur, licet Spiritum ſanctum æque vt illi blaſphemaret, tamen ab illis expellitur, quia ſimilia Patri etiam de filio prædicaret.] Itaque bellua illa peſtifera, quæ per Arium primo, quaſi de inferis extulerat caput, ſubito triformis apparuit. Per Eunomianos, qui dicunt per omnia filium patri diſſimilem, quia nullo genere poſſit eſſe factura ſimilis factori. Per Arianos, qui dicunt ſimilem quidẽ
E poſſe dici Filium Patri, ſed largitate gratiæ, non proprietate naturæ, inquãtum ſcilicet poteſt creatori creatura conferri. Per Macedonianos quoque, qui dicunt Filium quidem per omnia ſimilem Patri, ſanctum vero Spiritum cum Patre & Filio nihil habere commune. Quod hæ tres opiniones hæreſes ab Eccleſia iudicentur, habes 24. q.3.cap.penult. Iuſſerat autem Conſtantius, vt habetur ex hiſtoria Tripartita, apud Nicæã Bithyniæ concilium iterum celebrari, ſed momento temporis ciuitas concuſſa eſt. Quem terræmotum præcognouit Arſatius ex milite [confeſſor effe-
F ctus ſub Licinio] eremiticam vitã ibi in quadam turre ciuitatis incluſus [exercebat.] Quod cum cognouiſſet nunciauit populis, quibus non credentibus, reuerſus ad turrim, inuentus eſt pronus orando mortuus. Fertur autem rogaſſe Deum, vt prius moreretur, quàm cladem ciuitatis videret. Hic & dæmoniacum curauit, & draconem interfecit. Contigit autem hoc conſulatu Tatiani & Cerealis octaua die Auguſti.

Eunomius quis, vnde Eunomiani hæretici.

Macedoniana hæreſis.

Ex Iſid. l. 8. ca.5.

Li.5.ca.33. Conſtantius apud Nicæã cõcilium celebrature volens diuinitus impeditur.

Arſatij Eremitæ mors miranda.

Tranſla

A.C. 325.

Concilii Seleuciæ hæreticũ. Idẽ c. 34.

Vinc. ex Trip. hiſt. li. 33. c. 47. & Põt. in vita Liberij. de tota hac hiſtoria vide quæ ſcripſimus c. 2. tituli huius.

Tranſlatum eſt ergo concilium apud Seleuciã Iſauriæ. Et præcepit ibi Conſtantius adeſſe Lauritium Iſauriæ ducem, vt in quo opus eſſet, epiſcopis miniſtraret. Igitur poſt Iulium papam (vt tranſumptum eſt per Vinc. ſpec. hiſt. à libro pontificum, qui Iulius & ipſe multas tribulationes ſuſtinuit, & decem menſibus in exilio fuit, & defunctus ſepultus eſt via Aurelia Romæ.) Liberius quoque ſucceſſor eius à Conſtantio mulctatur exilio, eo quod noluit Arianæ hæreſi conſentire, & fuit in exilio annis tribus. Et congregans ſacerdotes cum cõcilio eorum Liberius ordinauit in locum ſuum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit concilium Felix, & inuenit duos presbyteros conſentientes Conſtantio Auguſto Ariano nomine Vrſatium, & Valentem & damnauit eos in concilio quadraginta octo epiſcoporum. Poſt paucos autem dies, zelo ducti Vrſatius & Valens, rogauerunt Conſtantium, vt reuocaret Liberium de exilio: vt vna tantum cõmunione participaret extra ſecundum baptiſmũ. Tunc miſſa authoritate per Catulinum agẽtem in rebus, Liberius conſenſit præceptis Auguſti, vt vna participatione cum hæreticis communicaret tantum, vt non rebaptizarentur, ſicque de exilio rediens habitauit in cœmiterio beatæ Agnes apud Germanam Conſtantij, vt quaſi per eius interuentionem rediret in ciuitatem. At illa, quę fidelis erat Domino noſtro Ieſu Chriſto, noluit rogare Auguſtum, quia ſenſerat conſilium. Conſtantius autem vnà cum Valente & Vrſatio, conuocauit aliquos ex fæce Ariana, & quaſi facto concilio, miſit & reuocauit Liberium de cœmiterio beatæ Agnes, Felicem de epiſcopatu Romano expellens, qui Catholicus erat, qui demum etiam martyrio coronatus eſt.

Pro infeſtatione malorum non licet epiſcopo gregem deſerere. Liberius epiſt. 2.

Sic ergo Liberius vt notat Hiero. in ebron. tædio exilij victus in hęretica prauitate ſubſcribẽs, Romam quaſi victor intrauit. Iſte tamen Liberius papa cohortatus eſt alios ad tolerantiam laborum, quod ipſe implere neglexit: ſic ſcribens omnibus epiſcopis. vt habetur 7. q. 1. ſuggeſtum. Suggeſtum eſt nobis, quod pro præteritis laboribus & infeſtationibus, nonnulli veſtrum aſsignatas ſibimet, & à Deo commiſſas reliquerunt plebes, & in futurum plures relinquere velint, eas quas tueri debent eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſsis laborare negligant, & monaſteriorum ſe quieti tradere feſtinent, & vacationem ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atque otio vitam magis ducere appetant, quàm in iis, quæ ſibi cõmiſſa ſunt, permanere, dicente Domino.

Matt. 10.

Beatus, qui perſeuerauerit vſque in finem. Vnde namque eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? quoniam ſecundum apoſtolicam prædicationem, omnes qui volunt in Chriſto pie viuere, perſequutionem patiuntur. Ideo fratres cariſsimi non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coerceat recedere, conſiderantes quanta pro abſolutione noſtri, & liberatione dominus & redẽptor noſter pertulerit, quibúſue contumeliis ſe afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret.

Act. 10.

Attendite itaque vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine ſuo, vt non ſit qui vos decipiat, aut ſeducat in ſublimitate ſermonis, vt plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui, propter opprobrium malorum hominum quieti vos tradatis, vt vos ſalutis ſolummodo & filios orphanos relinquatis. Hæc ille. Ab eo ergo die, quo Liberius ſe ſubſcripſit, vt ſcribitur in libro pontificum: fuit perſecutio in clero, ita vt intra eccleſiam presbyteri & clerici necarentur & martyrio coronarentur.

A.C. 325.

Felix in pace quieſcit, non igitur fuit martyr vt dictũ eſt ſupra c. 2.

Depoſitus autem Felix, habitauit in prædio ſuo via Portuenſi, vbi in pace quieuit quarto Calen. Auguſti.

De Euſebio Romanæ vrbis presbytero.

§. VI.

EVſebius autem, non Vercellenſis epiſcopus, ſed presbyter vrbis Romæ, vt habetur [a] ex geſtis eius, cœpit ipſum Liberium declarare hæreticum, multique per eius doctrinam communionem Liberij vitabant, & populum congregatum confortabat in Domino, tenetúrque à Conſtantio cum ipſo Liberio dicente: Tu ſolus es Chriſtianus in vrbe Romana? Qui reſpondit. Sic in Domino confidimus, quia fideles nos inueniet Chriſtus, ſicut benedictionem ſeruamus, quam à beato Iulio ſuſcepimus. Cui Liberius. Nonne Iulij vicibus fungimur? At ille. Si perſeueraſſes, inquit, in fide, quam in perſecutione tenere primo viſus fueras. At res ipſa te docet. Conſtantius ait. Et quid intereſt inter fidem & fidem? Qui reſpõdit. Nos peccatores integrè fidem tenemus, vos autem diaboli tenet inſania, & ſuperſtitionis inuidia, qui Felicem epiſcopum purum, & ſacerdotem ab omnibus declaratum, in exilium direxiſtis, & Chriſtianis, maximéque clericis & presbyteris & diaconibus necem inferri præcepiſtis.

Hæc habet Viua. in marty.

Tunc iratus Conſtantius rogatu Liberij includi fecit Euſebium presbyterum in quodam cubiculo domus ſuæ, quod humile erat quatuor pedum, & ibi menſibus multis in oratione cõnſtanter perſeuerans incluſus tandem poſt menſes ſeptem dormiuit in Domino 19. Cal. Septembris.

Gregorius & Oroſius S. Euſebiũ ſepeliunt.

Cuius corpus collegerũt Gregorius & Oroſius presbyteri, & ſepelierunt in cripta iuxta corpus beati Xiſti, vbi & titulum poſuerunt Euſebio homini Dei. Hoc audito Conſtãtius Gregorium ipſum in ipſa cripta viuum includi fecit. Tunc Oroſius presbyter collegit ſemiuiuũ beatũ Gregorium nocte occulte propter Conſtantium Auguſtum. Et emiſſo ſpiritu ſepeliuit iuxta corpus Euſebij, qui Oroſius hæc geſta conſcripſit. Ab eodem die intra eccleſias iuſſu Conſtantij imperatoris quicunque inuentus fuiſſet non ſic confiteri, vel participare ſicut Liberius, indiſcuſſus gladio puniebatur. Et in plateis, & in vicis, & in

a Hæc geſta eſſe cõficta magna ex parte conſtat ex eo, quod Liberium hominem ſemper catholicum & mitiſsimum, non ſolùm Arianum, ſed Arianorũ ſanguinarium propugnatorem fingunt. Neque verò Sur. hæc geſta inter ſuas Sanctorum vitas retulit, quæ ipſe non omiſiſſet, ſi fide digna iudicaſſet. Euſebij ſanctitatem veneramur, quam S. obſeruat Romana Eccleſia. Eum verò aliquid contra S. Liberium tentaſſe, vel S. Liberium grauius aliquid in ipſum ſtatuiſſe pernegamus, cum hoc eadem neque probet, neque alicubi tradat Romana Eccleſia, imo verò contrarium ſentiat. Vide Martyr. Gregor. & Valeſinianum.

eccle

A. C. 326.

Vſuari. in Martyro. cuius hiſtoriã habet Sur. Tom. 3 ex Metaphr. Vſuar. ib. 31. Auguſ. & S. Hie. in Chro. Trãſlatio S. Andreę Lucæ, & Timothei. S. Hiero. in Chron. & contra Vigilan.

eccleſiis, ſiue in balneis gladio trucidabantur: A perſequente Conſtantio chriſtianos, vnà cum Liberio. Conſtantinopoli quoque, vt habetur ex martyrologio: celebratur natale beati Pauli eiuſdem ciuitatis epiſcopi 7. idus Iunij, qui à Conſtantio Auguſto miſſus in exilium ob Catholicam fidem, Arianorum inſidiis crudeliter ſtrangulatus, ad cæleſtia regna migrauit. Treuiris quoque celebratur feſtum ſancti Paulini epiſcopi & confeſſoris, qui à Conſtantio ob catholicam fidem exilio relegatus, & vſque ad mortem mutando exilia fatigatus, apud Phrygiam beatæ paſsionis coronã accepit à Domino. Item 7. idus Maij, B ſacratiſsimũ corpus beati Andreæ apoſtoli cum oſsibus ſanctorum Lucæ euangeliſtę & Timothei diſcipuli beati Pauli, ſub Conſtantio imperatore Conſtantinopolim tranſlata ſunt.

Crux in cælo viſa. Eutrop. lib. 11. & Niceph. lib. 9. cap. 32. & D. Hier. in Chron.

§. VII.

Leontius à presbyteratus honore cur deiectus. hiſt. Trip. l. 4. c. 38.

VEniente autem Gallo Cæſare Antiochiam, vt narrat hiſtoria Tripartita, circa orientem ſub ſpecie crucis columna in cælo viſa eſt. Eo C tempore apud Antiochiam Leontius epiſcopus erat, qui Stephano ſucceſſerat. Hic antequam pręſul eſſet, à presbyteratus fuerat dignitate deiectus, quia cum muliere Euſtolia degens, & turpem ſuſpicionem celare volens, genitalia ſibimet noſcitur abſcidiſſe. Poſtea tamen ſtudio Cõſtantij imperatoris epiſcopus ordinatus eſt. Huius tempore ad hymnos dicendos Deo, in fine pſalmorum Catholici dicebant, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Ariani verò. Gloria patri in filio, per interpoſitionem propoſitionis, minorem patre filium ſignificare volentes. Cum verò D Leontius Arianus catholicos prohibere nõ poſſet, tangens caput ſuum iam canum dixiſſe fertur. Hac niue ſoluta lutum cogetur immenſum, ſignificans poſt mortem ſuam diſcordiam futuram in populo pro diuerſitate pſallendi.

Diuerſitas chori & populi in tẽplo pſallentis ibid. c. 35.

Qui primi chorũ in duas partes diuiſerint. li. 5. hiſto. Trip. c. 33.

[a] Sub hoc Leontio Flauianus & Diodorus primi in duas partes choros pſallentium diuidẽtes [ex ſucceſsione Dauidicam melodiam cantare docuerunt, & hoc in Antiochia primitus fieri cœpit,] & inde per totum orbem mos iſte ſeruari cœpit. Hi etiam ad ſepulchra martyrum vigilias celebrantes, amatores Dei ad tale obſequiũ E conuocabant. Hoc tempore, vt ſcribit Hiero. in chron. Magnentius Lugduni in palatio propria ſe manu interfecit. Et Decentius frater eius, quem

D. Hie. in Chron.

ad tuendas Gallias Cæſar emiſerat, apud Senones laqueo vitam finiuit, vt dictum eſt ſupra. Gallus verò Cæſar ſollicitatus à Conſtantio patruele, cui in ſuſpitionem ob egregiam indolem venerat, Hiſtriæ occiditur, & Iulianus frater eius Mediolani Cæſar appellatur. Quo tempore Martinus, vt legitur, ſub Iuliano Cæſare militauit. Et Antonius monachus decimonono imperij Conſtantij, centeſimoquinto vitæ ſuæ anno in eremo moritur. De cuius dictis infrà dicitur. Anno eodem, id eſt decimonono Conſtantij, vt teſtatur Hiero. in chron. Hilarius Pictauienſis epiſcopus factione Saturnini Arelatenſis epiſcopi, & reliquorum, qui cum eo erant, Arianorum ante triẽnium in Phrygiam pulſus, libros de noſtra religione compoſuit. Sed de eo & libris eius plenius dicetur, cum de doctoribus agetur.

A. C. 326.

S. Hilarius in exilium mittitur.

Donatus grammaticus pręceptor Hierony.

Victorinus vir clariſsimus de quo hæc ſine dubio. Aug. lib. 8. cõf. ca. 2.

Circa illud tempus Victorinus rhetor, & Donatus grammaticus & præceptor meus, inquit Hiero. in chron. Romæ inſignes habentur. E quibus Victorinus etiam ſtatuam in foro Traiani meruit. Et vt dicit Vin. in ſpec. hiſto. Hic eſt Donatus, cuius libellus vſque hodie in ſcholis legitur à pueris prima rudimenta grammaticæ diſcẽtibus. Et Victorinum iſtum ego credo eſſe illum, de quo Auguſt. dicit in lib. confeſsio. quod cum eſſet gentilis, & diceret Simpliciano amico ſuo, & deuotiſsimo viro. Noueris me eſſe chriſtianũ. Ille reſpondebat, Non credo, niſi te videro in Eccleſia. Et Victorinus ſubridendo, Ergo, aiebat, parietes faciunt Chriſtianum? Et cum pluries hęc dixiſſet, demum feruore fidei ſuperante verecundiam, qua timebat ſuis amicis diſplicere, intrauit Eccleſiam, publice petens fieri Chriſtianus. Et cum clerici offerrent ſibi libellum ad proteſtandum ſe credere articulos fidei, vt tunc moris erat inter eos, quaſi in occulto, velut parcentes eius erubeſcentiæ, ille noluit, ſed aſcendens in ambonem, vbi ab omnibus videretur, publice & alta voce confeſſus eſt, ea quæ ſunt fidei, plena fide Eccleſia gaudente chriſtiana, & mirante Roma.

Conſtantij imperatoris mors. hiſto. Tripar. lib. 5. cap. 50. Eutrop. lib. 11. & alij.

§. VIII.

DEmum, vt fertur ex hiſtoria Tripartitã, Conſtantius Mopſocrenis nimia cogitatione apoplexiæ paſsione defunctus eſt. Cui ſucceſſit Iulianus dictus apoſtata, Conſtantij non præfati imperatoris, ſed cuiuſdam conſobrini eius filius. Pro cuius explicatione refert Hug. Flori. vbi ſupra, quod Conſtantinus magnus, qui Byzantium ſuo nomine Conſtantinopolim appellauit, eam magnificans duos habuit ex eodem patre, ſed nõ ex eadẽ matre ſcilicet Helena fratres germanos (Ex Helena enim tantum Conſtantinũ Conſtantius pater habuit) Quorum germanorum vnus dictus eſt Dalmatius, & alter Conſtantius, Hic Conſtantius habuit duos filios, Gallum ſcilicet & Iulianum: quorum Gallus modico tempore ſub Conſtantio Auguſto Cæſar fuit, ſed eius ope occiſus. Iulianus verò factus ab eo Cæſar, & miſſus contra Gallos rebellantes, ſubito eos deuicit, & gratus factus militibus ſuis Auguſtus ab eis appellatus eſt. Et cum Conſtantius pergeret contra eum in bellum, in via defunctus eſt anno vitæ ſuæ quadrageſimoquinto. Itaque Con-

Ex Eutr. hæc accepit Hug. Flo.

[a] Morem Antiphonorum, hoc eſt alterius per reſponſionem carminum concinendorum eccleſia antiquitus iam ab Apoſtolis accepit. Diuinum namque Ignatium qui tertius in eccleſia Antiochena à Petro Apoſtolo hierarcha fuit, cum per ecſtaſim animi conſternatus eſſet, viſionem nouam vidiſſe ferunt, ſanctos videlicet angelos alternis & ſibi inuicem reſpondentibus carminibus ſanctam Trinitatem hymnis & laudibus vehentes. Et ipſe primus hanc concinendi formam Antiochenorum Eccleſiæ dedit. Vnde quaſi à fonte in alias Eccleſias Dei omnes huiuſmodi conſuetudo eſt propagata. Nicepho. lib. 13. hiſt. Eccle. cap. 8. cui conſentit Socra. lib. 6. cap. 8. ex quo hiſtoria Tripartita libro 10. cap. 9.

A.C. 350. ſtantius, qui Catholicos perſecutus fuerat, totum A tempus imperij ſui portulit inquietum.

De Iuliano Apoſtata, quàm ſæuus & crudelis fuerit in Chriſtianos.

C A P. V.

De Iuliano Apoſtata de quo hiſt. trip. l. 6. & Eutrop. & alij.

IVlianus ergo, [a] vt ait Hieronymus in chron. Rom. norum 36. imperauit Anno Domini 364. Mundi verò 4327. ſecundum minorem computationem, ſecundum maiorem 5563. Et imperauit anno vno, B & menſibus octo. Sed dicit Vincen. ſpec. hiſt. li. 15. quod alibi annotantur in regno eius anni tres, computatis ſcilicet illis octo menſibus pro duobus. Vnde videtur hic fuiſſe vitium ſcriptoris. Denique Beda in lib. de temporibus dicit eum regnaſſe annis duobus & menſibus octo. Hic Iulianus vt habetur in hiſtoria Tripartita, olim diſcens apud Conſtantinopolim, cum eſſet adoleſcens, pædagogum habebat Mardonium nomine grammaticum, Nicoclem Laconenſem, rhetorem verò Ecebolium ſophiſtam tunc Chriſtianũ. Erat enim Iulianus ab initio Chriſtianus. Cùmque in C lectione proficeret, fama per populum volitabat, quia Romanam etiam rem publicam gubernare poſſet. Quod dum latius panderetur, æſtuationes inducit imperatori Conſtantio. Quamobrem tranſtulit eum ab vrbe regia, & miſit Nicomediam, prohibens ne cum Libanio ſophiſtæ conueniret, qui ibi morabatur, paganus exiſtens. Iulianus ergo Libanium adire non audens, libris tantum eius vtebatur. Tunc venit ad eum Maximus philoſophus Epheſinus fama eius protractus, quem poſtea Valentinianus, quaſi magum iuſsit occidi. Cuius religionem cœpit Iulianus imitari, cum e- D ius verba quaſi philoſophica prægustaſſet. Is etiã imperij cupidinem in animum eius immiſerat. Cùmque hæc non laterent aures imperatoris, inter ſpem, metúmque conſtitutus, ſuſpitionem celare volens, quia qui dudum integer fuerat Chriſtianus, poſtea proditor eſt effectus, tonſus monaſticam ſimulabat vitam, & latenter quidem exercebatur in philoſophia; in manifeſto autem legebat libros chriſtianorum. Denique in eccleſia Nicomediæ lector eſt conſtitutus, & diuinos codices audiente populo legebat,] & ſub hoc habitu furorem declinauit Imperatoris. Hoc equidem præ timore faciebat, nequaquam à ſpe recedens, quam mente conceperat. Dicebat autem amicis ſuis, felicia tempora fore, cum fieret imperator.

Beda in l. de ſex mũdi ætatib.

Hieron. & Eutrop. ibi.

Iulianus in ſtientio.

Iulianus Apoſtata primo clericus fuit

Iulianus lector fit.

Denique factus ſuſpectus imperatori, diffugit: quem celatum inueniens Euſebia, vxor imperatoris, vix perſuaſit imperatori, vt non occideretur, ſed ad philoſophandum mitteretur Athenas. [Cœpit igitur Iulianus imperialia ſceptra deſiderare. Quamobrem diſcurrens vniuerſam Helladam, &] quærens vbique vates, inuenit vnum, qui ei apparere fecit ſolenniter dæmones. Quos F videns Iulianus ſignauit ſe, & ſtatim dæmones diffugerunt. Magus autem culpauit eum, quia ſe ſignauerat. Cùmque ille laudaret virtutem Crucis, ait magus. Ne putes ò bone vir, quia timuerunt ſignum, [b] ſed potius abominati hoc ſignum receſſerunt. Sicque capiés miſerum, repleuit quantũ odio ſignaculi Chriſtiani. Vocatus autem poſtea ab Athenis, conſtitutus eſt Cæſar à Conſtantio, accepta coniuge Conſtantia ſorore eius, & directus eſt in Galliam contra barbaros. Ingreſſo ergo eo in aliquam ciuitatem, corona laurea, quibus ſolent ornari ciuitates, inter columnas pendens, rupto fune decidit ſuper caput eius, & eum aptiſsime coronauit. Quo facto cuncti clamauere quia ei ſignum foret imperij. Vicit ergo regẽ barbarorum, & Auguſtus appellatus eſt. Cùmque deeſſet corona imperialis, vnus ſigna portantium, torquem quem habebat in collo [ſumens] capiti eius circumpoſuit. Quo nomine tumens Iulianus ſpreto Conſtantio, Italiam Illyricúmque peruaſit, vt ait Hugo vbi ſupra. Hoc audiens Cõſtantius in vrbe regia poſitus, inſtructione belli Parthici derelicta, cõtra eum ibat, ſed vt dictum eſt, in itinere defunctus eſt. Et Iulianus Conſtantinopolim veniens factus eſt imperator. Volens autem Iulianus placere omnibus, Catholicos, quos Conſtantius in exilium miſerat, reuocauit, & paganis dedit licentiam idolis immolandi. Expulit autem à palatio eunuchos, tonſores, & coquos. Eunuchos [quidem] quia vxor eius obierat, poſt quam non duxit aliam. Tonſores autem, quia vnus ſufficit multis. Coquos verò quia ſimplicibus vtebatur cibis. Solus imperator à Iulio Cæſare in curia ſenatus recitauit orationes. Philoſophos vndecunque congregauit. In oratione D quam ſcripſit de Cæſaribus, cunctos ante ſe principes lacerauit. Et hac motus arrogantia contra Chriſtianos ſcripſit. Et in tertio libro cõtra Chriſtianos: cum multa diſpoſitionis humanæ in Chriſto collegiſſet exempla, dixit. Horum ſingula ſi non haberent aliquam ineffabilem contemplationem, maxima de Deo blaſphemia plena ſunt.

A.C. 350.

Dæmones crucis ſigno diffugiunt Naz. oratione 1. in Iul.

Euſ. hiſt. Trip. lib. 6. c. 1.

Prodigiũ de imperio Iuliani.

Iulianus imperiũ occupat.

Iulianus coquos Eunuchos & tonſores ex aula eiicit.

Iuliani arrogantia.

a Flauius Auguſtus Iulianus 4. Pap. Roma. poſt Conſtantinum Imperator, imper. an. 1. men. 7. d. 27. Dum quòd tres annos Iulianus imperaſſe dicitur, hoc ad anni partem eſt referendum, cœpit enim regnare 3. Non. Nou. An. Chr. 360. & toto anno ſequenti 361. rerum potitus eſt; denique ad Ann. 363. 5. cal. Iul. interfectus fuit ex Onuph.

b Sic quidam ex his qui nihil aliud hoc tempore, quàm Chriſti gloriam ſe crepare dicunt, eo amentiæ blaſphemiæque prorupit, vt ſigno Crucis non ſerio demones fugari, ſed timorem & fugam, quo errorem confirment, ſimulare ſcripſerit. Vides lector vnde hic ... blaſphemum dictum, quod tamen lepidum videri vult, hauſerit, nimirum ab Ethnicis, & Chriſtianæ religionis hoſtibus acerrimis. Bill. in Nazianze.

Mores Iuliani & figura. Gregor. Nazianze. oratione 2. in Iul.

§. I.

DE moribus & effigie eius, inquit Greg. Nazianzenus lib. 2. contra paganos. Mihi mores Iuliani comperti ſunt. Dum eum Athenis clarius cognouiſſem, faciebat me cautum inconſtantia morum, exceſſus vbertor. Vates enim egregius eſt, qui bene cõſiderat. Nullum mihi ſignum in eo vtile videbatur, ceruix rigida, & inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currentes, huc & illuc directi, & furioſe reſpicientes, pedes impatiẽtes, nares ſpirantes iniurias & contemptus, ſchemata riſibilia, & hoc ipſum ſemper habentia, riſus incontinens

Schemata riſibilia i. vultus lineamenta ridicula.

A.C.362.

continens, & quaſi ſubbulliens conſenſus & negatio ſimul, operatio nulla ratione conſiſtens, interrogatio inordinata, reſponſio nulla congruentia ſibi conueniens. Hæc cum vidiſſem, repente dixi. O quale malum nutrit reſpublica Romanorum! Hæc ille.

Iulianum Antiocheni deridebant. lib. 6. hi. trip. cap. 40.

Ex hiſtoria tripartita habetur, quòd prolixam barbam nutriebat tanquam philoſophus, de qua Antiocheni ſic eum deridebant. Tondeatur eius barba, vt ad funes proficiat. Et quoniam ſuperſtitionis cauſa taurum frequentius idolis immolabat, aram & taurum in ſolido ſuo formari præcepit. Dicebant ergo Antiocheni. Iſte taurus euertit mundum. Qui reciprocis iniuriis ſe vindicãs, librum edidit aduerſus Antiochenos ſatis lepidum & vrbanum, quem Antiochicum nuncupauit.

Iulianus noſtrã religionem eiurat. li. 6. ca. 2. Ibid. c. 34. Sæuitia Iuliani in chriſtianos.

De ſæuitia eius in Chriſtianos ex hiſto. tripartita. Quibuſdam ſacrificiis & inuocationibus, atque immolationum ſangnine noſtrum baptiſma ſtudebat abluere, & eccleſiaſticæ profeſsioni abrenunciare. Fontes [vrbis & qui erant in] Daphne apud Antiochiam ſacrificiis violauit, vt aquam bibentes eius horrore potirentur. Cúmque etiam in publico venales cibos illo ſcelere polluiſſent (aſpergebantur enim ex eis panes & carnes poma & olera:) chriſtiani hoc videntes ingemiſcebant. Veruntamen iuxta præceptum Apoſtoli comedebant. Omnia, inquit, quæ in macello venduntur comedite, nihil interrogantes propter conſcientiam. Et Iulianus vultu quidem ſe mitẽ ſimulabat, porro laqueos quibus innocentes deciperet inſtruebat.

1. Cor. 10.

Iulianus crucẽ ex vexillis abſtulit & loco eius idola repoſuit. Ib. c. 2.

In publicis imaginibus Iouem, Mercurium, & Martem depingebat. Sicque latenter ſubditos deos adorare faciebat, paganóſque faciebat chriſtianorum officiis aſſueſcere. Et de huiuſmodi ſcripſit Arſacio pontifici Galatiæ monens, vt ſacerdos ad ſpectacula non procedat, in tabernis non bibat, rebus turpibus non interſit. Xenodochia per ſingulas inſtituerat ciuitates, ad quod opus ſingulis annis iuſsit dari [triginta millia modiorum frumenti, & ſexaginta millia ſextariorũ vini.] Horum inquit quinta pars pauperibus templum obſeruantibus debet expendi, reliqua indigentibus & peregrinis diſtribui. Et huiuſmodi collationes faciendas eſſe, & primitias frugũ diis offerendas inquit. Homerus probat introducens Eumæum talia facientem.

Chriſtianorũ religionem vult in paganiſmo æmulari. ibid. c. 29.

Chriſtianos tributis opprimit. ibid. cap. 39.

Chriſtianis eum adeuntibus, quod nimis grauarentur tributis & exactionibus, reſpondit. Veſtrum eſt, vt patienter mala ſuſtineatis, hoc enim eſt præceptum Dei veſtri. In Cæſarea Philippi Saluatoris imaginem de muliere liberata à fluxu ſanguinis per tactum fimbriæ eius æream depoſuit, pro qua ſtatuam ſuam ibi collocauit, quæ igne de cælo cadente circa pectus eius diuiſa eſt, & caput cum ceruice vna parte deiectum, reliqua pars hactenus reſtitit, & fulminis indicium reſeruauit.

Chriſti imagine depoſita ſuam collocat. ibi. c. 41. lege Euſe. li. 8. cap. 4. Nota punitionem per fulmẽ factam.

Eo autem ſacrificante, oſtenſum eſt ei in viſceribus pecudis ſignum Crucis corona circundatum. Quod aliis interpretantibus ſuper Crucifixi victoria, ipſe reſpondit. Crucifixum potius coarctari, nec ei relinqui ſpacium ſe dilatandi.

Crux in extis ei apparet. ibi. ca. 1. & Nazianz. orat. 1.

Placere autem volens Iudæis ſicut & gentilibus, præcepit eis, vt templum ſuum reædificarẽt. Quibus in opere nihil proficientibus, cum

A quid die facerent, nocte caderet cum multorum periculo [ſolutis prioris etiam fundamentis reliquiis noua omnia præparabant.] Et cùm tribus diebus hoc factum eſſet, quarta die apparuit in cælo ſignum Crucis ſplendidum, & Iudæorum veſtes ſignaculo Crucis ſunt impletę. Eo ſacrificante apud Fortunam Conſtantinopoli, Mares Chalcedonenſis epiſcopus ſenectute cœcatus: qui manu alterius regebatur, eum aperte appellauit apoſtatam & ἄθεον. Cui dicente Iuliano: Neque Galilęus Deus tuus curare te poteſt. Reſpondit Deo gratias ago, quod te non video pietate B nudatum.

A.C.362. Iudæi tẽplũ reſtituere conãtur, ſed fruſtra. ibi. c. 43.

Mareis in Iulianũ liberè dictũ. ibi.

Clericis noſtris omnia priuilegia ſubtraxit, & honores & leges poſitas pro eis ſoluit, ipſoſque curiæ tradidit. A virginibus & viduis, quæ ab eccleſiis paſcebantur, iuſsit exigi ea, quæ dudum à publico accepiſſe videbantur.

Clericis priuilegia adimit c. 7.

Auferebat ornamenta eccleſiarum, templa noſtra deſtruebat, & pecunias ad eorum ædificationem prius datas iterũ exigebat. Cæſarienſibus apud Palęſtinam nimis infeſtus erat, quia etiam eo regnante ſacellum fortunæ quod ſolum remanſe C rat, euerterant, & ideo poſſeſsiones & pecunias eccleſiarum illarum, cum verberibus exquirens, trecenta auri libras collegit ab eis. Omnes autem clericos inter milites aggregari fecit duci Prouinciæ ſeruituros. De hoc Iuliano ſic ait Auguſt. & Ambro. 11. q. 3. Iulianus. Iulianus extitit imperator infidelis, nonne extitit apoſtata, iniquus idololatra, & milites chriſtiani ſeruierunt imperatori infideli? Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, nõ agnoſcebant niſi eum, qui in cælis eſt. Quãdo volebat, vt idola adorarent, vel thurificarent, vel in Chriſtianos arma mouerent, præponebant ei D Deum, quando autem dicebat: Producite aciem, ite pro defenſione reipublicæ contra illam gentem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant omnium æternum à domino temporali. Hæc ibi.

Ornamẽta eccleſiarũ confiſcantur. ibid. c. 32. Cæſarienſib. erat infeſtus c. 4.

Clericos militare iubet. ibi. Auguſ. in pſal. 124.

Imperatori infideli quomodo obtemperãdum.

De Lucifero hereſiarcha narrat Ruffinus in hiſto. Eccle. lib. 10. dicens.

§. II.

LVcifer cum exoraretur ab Euſebio ſcilicet Vercellenſi epiſcopo, quia vterque in regio E nes vicinas Aegypto fuerat relegatus, vt ad videndum Athanaſium Alexandriam pergerent: communíque tractatu cum iis, qui ſuperfuerant ſacerdotibus de ſtatu Eccleſiæ decernerent, præſentiam ſui abnegans, legatum pro ſe diaconum ſuum mittit, atque ipſe intento animo Antiochiã pergit, & Paulinum epiſcopum cõſtituit propriis adhuc diſsidentibus partibus, ſed in vnum tamen reuocari poſſe ſperantibus, ſi ſibi talis eligeretur epiſcopus, erga quem non vna plebs ſed vtraque gauderet.

li. 10. c. 27.

Pergit interea Euſebius Alexandriam, ibíque confeſſorum concilio congregato, paucorum nu F mero, ſed fide integrorum & meriti multi, decernunt orientis procurationem Athanaſio occidẽtis Euſebio. Additur ibíque de Spiritu ſancto plenior diſputatio, vt eiuſdem ſcilicet ſubſtantiæ & deitatis, cuius Pater & Filius crederetur, nec quicquã prorſus in Trinitate aut creatũ, aut inferius, poſteriúſue diceretur: ſed de differentia ſubſtantiarum ac ſubſiſtentiarũ ſermo eis per ſcripturam motus eſt, Græci οὐσίας & ὑποστάσεις vocãt.

Conuẽtus confeſſorum Alexandriæ. ib. c. 28.

Spiritus ſanctus eiuſdẽ cũ patre ſubſtantiæ. ib. c. 29.

[A.C. 362. Quid οὐσία i. ſubſtantia in diuinis. Quid ὑπόστασις, i. ſubſiſtentia.]

Subſtantia namque ipſam rei alicuius naturam rationémque, qua conſtet ſignificat: ſubſiſtentia vero vniuſcuiuſque perſonæ hoc ipſum quod extat, atque ſubſiſtit oſtendit. Et ideo propter hæreſim Sabellij tres eſſe ſubſiſtentias ſeu hypoſtaſes confitendas: [quod quaſi tres ſubſiſtentes perſonas ſignificare videretur, ne ſuſpicionem daremus tanquam illius fidei ſectatores, quæ Trinitatem in nominibus tantum & non in rebus atque ſubſiſtentiis cōfitetur.] De incarnatione quoque Domini in illo concilio comprehenſum eſt, quia corpus quod ſuſcepit Dominus, neque ſine ſenſu, neque ſine anima ſuſceptum ſit. Euſebius autē quum rediſſet Antiochiam, & inueniſſet ibi ordinatum epiſcopum contra pollicitationem ſuā, pudore ſimul & indignatione compulſus abſceſſit, neutri parti communionem ſuam relaxans: quia digrediens inde promiſerat ſe acturum in concilio, vt is eis ordinaretur epiſcopus, à quo pars neutra deſciſceret. Interim Lucifer iniuriam dolens, quod epiſcopum à ſe ordinatum Euſebius non recepiſſet, nec ipſe recipere cogitat Alexandrini decreta concilij, ſed conſtringebatur legati ſui vinculo, qui in concilio ipſius authoritate ſubſcripſerat. Elegítque, vt legato ſuo recepto, erga cæteros ſententiam ſuam diſparem, ſed ſibi placitā[a] cuſtodiret. Ita regreſſus ad Sardiniæ partes, ſiue quia cita morte præuentus tempus ſententiæ mutandæ non habuit. (Etenim temere cœpta corrigi ſpacio ſolent,) ſiue hoc animo immobiliter tenens obiit. Verùm ex ipſo interim Luciferianorum ſchiſma ſumpſit exordium.

[Euſebius Antiochiam reuertitur. cap. 30.]

[Luciferianorum ſchiſma & error. Ex Iſid. li. 8. ca. 5.]

Error iſtorum fuit, vt habetur 24. q. 3. c. penult. in hoc, quod eos, qui adhæſerant Arianis nolebant recipi, vel permanere in ordinibus ſuis & dignitatibus, quis mois reuerterentur ad fidem catholicam, quos tamen concilium ſeu patres in ipſo, ex miſericordia decreuerant & ſtatuerant recipiendos. Et ob hoc ſeparauerunt ſe ab vnitate Eccleſiæ dicti Luciferiani, & hæretici declarati. Euſebius verò, vt proſequitur hiſtoria Eccleſiaſtica, circumiens orientem atque Italiam medici pariter & ſacerdotis fungebatur officio, ſingolas quaſque eccleſias abiurata infidelitate ad ſanitatem rectæ fidei reuocabat, maximéque Hilarium iam de exilio regreſſum & in Italia poſitum hæc eadem erga inſtaurandas eccleſias fidéque patrum reparandam reperit molientem: Niſi quod Hilarius vir natura lenis & placidus, ſimúlque eruditus, & ad perſuadendum commodiſsimus, rem diligentius & captius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter ſcriptos edidit, quibus & hæreticorum verſutias, & noſtrorum deceptiones, & male credulam ita ſimplicitatem diligenter expoſuit, [vt & longe poſitos & præſentes perfectiſsima inſtructione corrigeret.] Ita duo iſti viri, velut magnifica quędam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliáſque ſuo ſplendore illuſtrarunt, vt omnes etiam de abſconditis angulis & abſtruſis hæreticorum tenebræ fugarentur.

[Ruff. lib. 10. ca. 30. Euſebij Vercellēſis & Hilarij Pictauienſis me dici animorum. Hilarius qualis ca. 31.]

De Iuliani legibus cap. 32.

§. III.

DE impiis legibus Iuliani & perſecutione contra fideles. Poſtquam ergo Iulianus ad Orientem Perſas bello pulſaturus aduenit, & publica quam prius occultauerat, erga idolorum cultură ferri cœpit inſania, callidior cæteris perſecutor, non vi neque tormentis, ſed præmiis, honoribus, blanditiis, perſuaſionibus, maiorem pene populi partem, quam ſi atrociter pulſaſſet eliſit. Tunc etiam, vt dicitur in hiſto. tripartita, contra pietatem leges poſuit. Et primo quidem Galilæorum filiis, (ſic enim cultores Chriſti nominabat) poetarum, rhetorum, ac philoſophorum legerę diſciplinas interdixit.[a] Propriis enim, inquit, pennis ſecundum prouerbium vulneramur. Nam & noſtris armati conſcriptionibus contra nos bella ſuſcipiūt. Aliam quoque legem poſuit, Galilæos præcipiens militiis expelli.

[Chriſtiani à diſciplinis arcentur. li. 6. hiſt. tri. cap 17. & Ruff. lib. 10. ca. 32.]

Et dicit Hieronymo chron. quod Prohæreſius ſophiſta Athenienſis, lege data ne Chriſtiani liberalium artium eſſent doctores, cum ſibi Iulianus ſpecialiter concederet, vt Chriſtianos doceret, ſponte ſcholam dimiſit. Itaque, vt ait Ruffinus Iulianus ludos literarum illis ſolis, qui deos deáſq; venerarentur patere decreuit. Militiæ cingulum non dari niſi immolantibus iubet. Procurationem prouinciarū, iuriſque dicendi Chriſtianis ſtatuit non debere committi, vtpote quibus etiam lex propria vti gladio vetuiſſet. Et proficiebat quotidie in huiuſmodi legibus exquirendis, quibus ſi quid verſutum vel callidum, tamen quod minus videretur crudele, diſcerneret. Et cum velut tætri ſerpentes de cauernis terra ebullientes ad eum proceſsiſſent magorum, philoſophorum, aruſpicum, augurúmque manus profanæ, omnes pariter allegant, nihil ſuis artibus ſucceſſurum niſi prius Athanaſium velut horum omnium obſtaculum ſuſtuliſſet. Vnde & quæſitus eſt ad mortem, ſed latitauit.

[Ruff. ibid.]

[De ſæuitia Iuliani erga Athanaſium. c. 33.]

Dedit & aliud Iulianus væcordiæ ſuæ & leuitatis indiciū. Nam cum Daphnis in ſuburbano Antiochiæ litaret Apollini, & nulla ex eis, quæ quærebat reſponſa ſuſciperet, cauſáſque ſilentij percunctaretur à ſacerdotibus, dæmonis, aiunt: Babylæ martyris ſepulchrum prope aſsiſtere, & ideo reſponſa non reddi. Tunc ille venire Galilæos, & auferre ſepulchrum martyris iubet. Igitur Eccleſia vniuerſa conueniens, mulieres ac viri, iuuenéſque & virgines immenſa exultatione ſuccincti, trahebant longo agmine arcam martyris, pſallentes ſummis clamoribus, & cum exultatione dicentes. Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacbris ſuis. Hæc in auribus profani principis per ſex millia paſſuum plebs fidelis tanta exultatione pſallebat, vt cælum clamoribus reſultaret. Vnde ille in tantam iracundiæ rabiem deductus eſt, vt altera die cōprehendi Chriſtianos paſsim, & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

[Corpus martyris Babylę Iulianus amoueri imperat. c. 35. Nicep. li. 10. c. 28.]

[Pſal. 96. Nota quāta fuerit Chriſtianorum in perſecutionibus alacritas.]

Quod Salluſtius præfectus eius non probans, licet eſſet gentilis, tamen iuſſus exequitur. Et deprehenſum vnum adoleſcentem, qui primos occurrit Theodorum nomine, à prima luce vſque ad horam decimam tanta crudelitate & tot mutatis carnificibus torſit, vt nulla ætas ſimile factū meminerit, cum tamen ille in equuleo ſublimis,

[Salluſtius iuſſu Iuliani chriſtianos torquet. cap. 36.]

[a] *Græca illius verba, ſic refert Theodor.* Τοῖς οἰκείοις γὰρ φησὶ πτεροῖς κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα, ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον.

&

A. C. 363. & hincinde lateribus inſtante tortore, nihil aliud A faceret, niſi vultu ſereno & læto pſalmum, quem pridie omnis eccleſia cecinerat, iteraret. Cúmque ſe expenſa omni crudelitate Salluſtius nihil egiſſe perſpiceret, recepto in carcerem iuuene, abiiſſe fertur ad imperatorem, & quid egerit nunciaſſe, ac monuiſſe, ne aliquid [tale] tentare vellet de cætero, alioquin & illis gloriam, & ſibi ignominiam quæreret. Hunc Theodorum ipſi poſtmodum apud Antiochiam vidimus. Et cum requireremus ab eo, an ſenſum doloris habuiſſet ex integro, dicebat doloris ſe quidem parum ſenſiſſe, adſtitiſſe autem ſibi quendam iuuenem, qui B ſudanti ſibi linteo candidiſsimo ſudores abſtergeret, & aquam frigidam frequenter infunderet, & ita ſeſe delectatum, vt tunc mœſtior factus ſit, quando deponi mox de equuleo iuſſus eſt.

Et, vt dicitur in hiſto. tripartita, ablato corpore Babylæ martyris, fulmen cęlitus miſſum omne illud templum Apollinis & ſimulachrum ligneũ

li. 6. c. 32.

& deauratum redegit in puluerem. Iubentur quoque vaſa eccleſiarum fiſco ærarij deputari. Iulianus autem auunculus huius Iuliani cum pallia Deo dicata Antiochiæ in vnum collegiſſet, proiiciens ea in terram contumelioſe, & ſuper ea C ſedit, mox verenda eius & loca femoribus circũpoſita tanta putredine percuſſa ſunt, vt vermes crearent, qua paſsione vſque ad mortem, non caruit.

Grauis in ſacrilegos Dei vltio hiſt. trip. lib. 6. c. 30. & 31. & Nicep. li. 10. c. 29.

ª Virgines ſacras inſolitas populo videri, nudas ſtare in theatro cogebant, quas primum illudentes, poſtea rotonderunt nouiſsime per mediũ ſectas, porcos vt eas comederent prouocabant. In Aſcalone & Gaza pagani virgines diuidentes, & bordeo cumulantes feris apponebant. In Sebaſte Ioannis Baptiſtæ ſepulchrum aperuerunt, oſſa igni tradiderunt, & puluerem diſperſerunt. D

Virgines poreis obiectæ. c. 12.

Aſcaloni tarum & Gazæorũ feritas ib. ca. 15.

Beda tamen de temporibus dicit aliquos monachos tunc ibi exiſtentes collegiſſe aliquas particulas de oſsibus illis. In Heliopoli ciuitate Phœnicis, vt refert Theodoretus, pagani ſecantes ventrem Cyrilli diaconi etiam ex eius iecore comederunt. Quo ſcelere quicunque participati ſunt, caruerunt dentibus, & elingues facti ſunt, quinque et ipſæ linguæ eorum putreſcentes defluxerunt, viſum etiam perdiderunt. Narrat idem, quòd apud Antiochiam ſublatæ ſunt ianuæ maioris eccleſiæ.

Oſſa B. Ioannis Baptiſtæ diripiũtur.

Ingredientibus ergo Iuliano præfecto oriẽtis, E & quodam Chriſtianis Felice præpoſito theſaurorum regalium, & Elpidio ᵇ Comite rerum priuatarum: Iulianus præfectus contra ſacrum altare minxit.

Iuliani & aliorum duorũ facinora ib. ca. 42.

Felix videns vaſa pretioſiſsima, quæ Conſtãtinus & Conſtantius frequenter obtulerant, Ecce, inquit, quibus vaſis Mariæ filio ᶜ miniſtratur. Nec multo poſt Iulianus præfatus putrefactis viſceribus interiit, ſtercora emittens non inferius ſed ſuperius. Quem vehementer increpat vxor ſua chriſtianiſsima. Rogabat ergo imperatorem, vt Eccleſiæ redderentur ea, quibus fuerat F ſpoliata. Sed non flectens imperatorem, mortuus eſt. Felix autem fundens ſanguinem ore die ac nocte, veníſque corporis vndique euacuatis, celeriter eſt extinctus. Valẽtianus autem tunc millenarius, poſtea verò imperator, percuſsit vnum de miniſtris templi Fortunæ pugno, qui aſpergendo purgabat ingredientes in templum, cum

Valentianus miniſtrum templi pugno percutit ib. c. 35.

A vidiſſet aquæ guttam in pallio ſuo, dicens ſe illa purgatione inquinatum. Ob quam rem ſtatim miſſus eſt in exilium. A. C. 363.

a Hoc quarto ſæculo ſacrarum Virginum Sodalitates floruiſſe ex hoc loco perſpicere potes, ſicut etiam ex hiſtoria S. Crucis ab Helena inuentæ quã ex Ruffi. in fine 1. cap. huius tit. habet D. Anto. videre licet, eáſque in quadam domo clauſas ſimul vixiſſe hinc perſpicis, idq́; confirmat alia de Publia Abbatiſſa hiſtoria lib. 6. hiſto. tripart. cap. 36. quæ apud ſe habebat chorum conuerſatione digna B *virginitatem ſeruantium ſemper cum eis laudans factorem ſeruatorémque Deum. Hinc collige illos, qui noſtro ſæculo tales virgines clauſas in publicũ prodire, & viris coniugi compellunt, impij Iuliani non Ioniani viri religioſiſsimi eſſe imitatores.*

b Comes rerum priuatarum, quis fuerit declarat ſatis Sozom. Græcè ſic ſcribens, ἐλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τῶν βασιλικῶν χρημάτων τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτετραμμένος· κόμητα δὲ πριβάτων τὴν τοιαύτην προσαγορεύειν εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι. *id eſt, Elpidius autem cui credita erat pecuniarum ad regem propriè ſpectantium gubernatio, quem Romani comitem rerum priuatarum* C *vocare conſueuerunt.*

c Miniſtrari ex Act. Apoſt. cap. 13. Græci ſumũt pro eo quod nos dicimus Miſſam facere ſeu celebrare. Nam illi λειτουργίαν *Miſſam vocant, & verbum* λειτουργεῖν *ad actum ſacrificandi referunt, vt ex Chryſoſtomo & Baſilio facilè intelligitur, qui quas ſuis Græcis ſacrificandi formulas tradiderunt* λειτουργίας *nuncuparunt. Nota autem illo quarto ſæculo in ſacris vaſis ſplendorem maximum & ornatum eluxiſſe, vt ſcias quæ de donatione Conſtantini feruntur vera eſſe, illumq́; ſi Antiochenã pretioſis ornamentis ditauit Eccleſiã, Eccleſiæ Romanæ* D *longè plura conceſsiſſe, falluntur igitur Magdeburgenſes, qui poſt D. Gregor. hoc eſt ſeptimo demum ſæculo Eccleſiæ opes & diuitias acceſsiſſe aiunt, cum quarto ſæculo Eccleſia tam copioſa, locupleſq́; extiterit.*

De SS. Ioanne & Paulo & Terentiano, quem habet Sur. tom. 3.

§. IIII.

SVb iſto Iuliano apoſtata paſsi ſunt Ioannes E & Paulus fratres. Gallicanus & ſanctus Donatus Aretinus epiſcopus, & alij complures, vt narrat Vincen. vbi ſuprà, ex geſtis eorum. Audiens autem Iulianus quod Ioannes & Paulus de rebus ſuis pauperes ſuſtentarent, mandauit eis, quod ſicut Conſtantino, ita & ei adhærerent. At illi dixerunt. Dum glorioſi imperatores Conſtantinus, & filij eius Conſtans & Conſtantius ſe eſſe ſeruos Chriſti gloriabẽtur, nos Chriſtiani famulabamur eis. Tibi verò, quod religionem plenam virtutibus reliquiſti, obedire contemnimus, & à te nos omnino ſubtraximus. Quibus ille re- F mandauit. Ego quidem clericatum in Eccleſia tenui, & ſi voluiſſem ad primum Eccleſiæ gradũ perueniſſem. Sed conſiderans vanum eſſe inertiã ſectari & otium, militiæ animum dedi, & diis ſacrificans ita egi, vt ad imperium peruenirem, vnde vos in aula regia nutriti, non debetis deeſſe à latere meo, vt primos vos habeam in palatio meo. Quod ſi me contemnitis, agam, vt non

Vinc. lib. 14. ſpec. hiſt. c. 14.

A.C.363.

contemnas. At illi reſponderunt. Deum ſibi præ- A ponẽtes, nõ timemus perdere amicitias hominis mortalis, ne inimicitias incurramus Dei æterni. At Iulianus decem dies ſtatuit eis veniendi ad ſe vltro, poſt quos ad veniendum eos cogeret. Qui dixerunt. Hodie perfice quod poſt decem dies facturus es. Cum ergo per illos decem dies omnia ſua pauperibus erogaſſent, die vndecimo, hora cœnæ venit ad eos Terentianus afferens ſtatunculam Iouis, quam cum adorare recuſarẽt, fecit fieri foueam in domo illorum & ibi eos decollatos abſcondit, diuulgans, quod iuſſu imperatoris in exilium miſſi eſſent. Paulò poſt Iulianus in bello contra Perſas occiſus eſt, vt dicetur infra. Dæmones autem de obſeſsis corporibus intra domum ſanctorum eiiciebantur, confitentes paſsionem eorum, ita vt filius Terentiani clamaret in illa, quod à ſanctis martyribus vreretur. Quod videns Terentianus ad fidem conuerſus eſt, & filius à dæmonio liberatus.

S. Martyres trucidãtur, colũtur 26. Iunij.

De S. Gallicano martyre ex Terent. in vita SS. Ioannis & Pauli apud Sur. tom. 3. hæc etiam habet Vincent. lib. 14. c. 33.

§. V.

PAſſus eſt quoque ſub eo ſanctus Gallicanus, qui olim magiſter militię Conſtantini ab eodem valde dilectus, cum mitteretur ab ipſo contra Scythas, qui rebellauerant imperio, popoſcit, ſi reuerteretur victor è prælio, filiam eius Conſtantiam ſibi dari in vxorem. Super quo cum valde contriſtaretur Conſtantinus, conſiderans Gallicanum paganum eſſe, & filiam propoſitum habere virginitatis, Conſtantia ipſa conſolata eſt patrem, confortans eum ne de Deo diffideret, ſed D promitteret Gallicano, quod poſtulauerat, ſi victor contra Scythas rediret. Sicque firmatum eſt, vt Ioannes & Paulus primicerij Conſtantiæ & chriſtianiſsimi pergerent cum Gallicano in prælium, & duæ filiæ Gallicani Attica & Arthemia interim cum Conſtantia remanerent. Gallicanus itaque victor rediit, & ab omnibus gratanter acceptus, ad eccleſiam Apoſtolorum gratias Deo redditurus properauit. Quod cernens Conſtantinus obſtupuit: cum eſſet paganus. Et quærenti, cur hoc feciſſet, reſpondit. Dum eſſem in prælio, & deficientibus noſtris, quid agerem, ignorarem, E Paulus & Ioánnes dixerunt mihi, quòd victoriá obtinerem, ſi facerem votum Deo cæli. Quod ſtatim vt feci, apparuit mihi quidam iuuenis, & ferens crucem in humero, dixit mihi. Sume gladium tuum, & ſequere me. Tunc affuerunt mihi duo armati milites, qui me vtroque latere confirmãtes duxerunt me per medios hoſtes ad regem ipſorum, quem cum duobus filiis eius vinctus ab eis accepi, & nullum prorſus occidi, nec feci, nec iuſsi. Me verò Chriſtianum deuoui, & etiam à coniugio abſtinere propoſui.

Primicerij Conſtantiæ, i. cui pie ſideliterq; ſeruiebãt. Breu. Ro.

Gallicanus è prælio victor rediens Eccleſiã Apoſtolorũ mox adit.

Gallicanus à coniugio abſtinere propoſuit

Gaudentibus ergo cunctis, duæ filiæ eius iam F per Conſtantiam conuerſæ, cum ea in virginitate permanſerunt. Ipſe verò inde recedens, apud Oſtienſem vrbem monaſterium ædificauit, & ibi pauperibus & peregrinis manu propria miniſtrauit. Rogatus verò, vt ibi eſſet epiſcopus, noluit, ſed ipſe qui eum ordinaretur elegit. Tantáque ibi miracula faciebat, quod ex ſolo iuſſu dæmones à corporibus obſeſsis effugaret. Habebat autem quatuor domos in quibus ſuſtentacula pauperum reponebat, quas Deus ita cuſtodiebat, quod quicunque malitioſe vel cauſa tollendi aliquid intraret, ſtatim aut dæmoniacus, aut leproſus fiebat. Tunc interrogata dæmonia reſponderunt, quod niſi Gallicanus ſacrificaret, morbus qui contigerat, omnes redituum exactores inuaderet. Sed quia tantum virum nullus de hoc conuenire audebat, mandauit ei Iulianus imperator, vt aut inde diſcederet, aut idolis immolaret. Qui ſtatim relictis omnibus, Alexandriam petiit, & B ibi ſanctis per annum continuum coniunctus fuit. Inde verò receſsit in eremum, vbi eum adhuc inuitatus ſacrificare contemneret; decollatus migrauit ad dominum.

A.C.363.

Gallicanus Iuliani iuſſu fugatur, & capite mulctatur, colitur 25. Iun.

De S. Donatore cuius geſta à Quadrantali ſcripta quæ habet Vincent. lib. 14. cap. 35. cus conſent. Breu. Roma.

§. VI.

SVb eodem Iuliano paſſus eſt & ſanctus Donatus epiſcopus Aretinus. Hic Romæ quon- C dam clericus, nutritus eſt à Pigmenio presbytero: eruditus eſt omni mundana ſapientia cum Iuliano imperatore diuina doctrina manſuetus, & humilis lector. Poſtquam autem Iulianus ſumpſit imperium, patrem & matrem Donati iuſsit occidi. Donatus verò fugit in oppidum Aretinum, & recepit eum in domo ſua Hilarianus monachus cum gaudio. Simulque habitantibus & orationibus & abſtinentiis inſiſtentibus, multi ægrotantes meritis eorum ſanabantur. Fuit autem Donatus ordinatus in ſacerdotem à Satyro epiſcopo ciuitatis Aretinæ.

In diebus illis erat quidam nomine Euſtachius exactor fiſci, qui dum ageret municipalia ſuperuenit bellum, quod exagitabat prouinciam. Vxor autem eius nomine Euphroſyna dum vidiſſet hoſtem aduenire, timens pecuniam fiſci quam vir eius habebat, ſibi auferri, abſente viro tulit pecuniam publicam: & abſcondit eam, & in hac tribulatione morte præuenta eſt. Pace reddita reuerſus Euſtathius in ciuitatem, inueniénſque vxorem defunctam, quærebat dictam pecuniam per domum, & cum non inueniret, & ab officialibus repeteretur pecunia ſibi commendata, captus cum filiis, vt traderetur ad ſupplicia cum bona cuſtodia, acceſsit ad ſanctum Donatũ preſbyterum, exprimens afflictionem ſuam & periculum. Qui dixit ei. Oſtende mihi ſepulchrum vxoris tuæ. Ad quod cum eo accedens, facta oratione ſuper ſepulchrum, dixit ſanctus Donatus. Euphroſyna adiuro te per ſpiritum ſanctum, vt dicas quid feciſti, aut vbi poſuiſti pecuniam, pro qua nunc vir tuus torquetur. Et ſubito facta eſt vox de ſepulchro dicens. In ingreſſu domus meę ibi eam fodiendo abſcondi, & quæſitam ibi inuenerunt. Per hoc liberatus eſt vir ab anguſtia illa.

Mulier mortua ab eo interrogata è ſepulchro reſpondit.

Defuncto autem epiſcopo ciuitatis Aretinæ, eligitur voce omnium Donatus, & licet plurimũ renitens, conſecratur. Cùm autem quadam die miſſam celebraret, & diaconus eius ſanguinẽ Chriſti populo fidelium miniſtraret, impulſus à paganis cecidit, & calix ſanctus confractus eſt, ſed collectis fragmentis eius qui vitreus erat: ſanctus Donatus ſua oratione in formam priſtinam

Calix fractus ab eo reparatur Grig. li. 1. dial. ca. 7.

A.C 363.

nam redintegrauit, ex quo miraculo complures conuerſi ad fidem baptizati ſunt. Poſt hæc Quadrantianus Auguſtalis Hilarianum & Donatum captos, ad ſacrificia cogebat, & cum recuſarent, iuſsit os Donati lapidibus tundi. Qui cum cæderetur, dicebat. Ego ſemper hoc optaui. Demum Hilarianum fecit tandiu fuſtibus cædi, donec ſpiritum exhalaret, & Donatum in carcerem trudi.

De eius miraculis ex Vincẽ. cap. 36.

Liberatus verò poſtea à vinculis, acceſsit ad fontem aquæ prope ciuitatem vbi draco erat inficiens aquam, & venenoſam reddens. Et appropinquanti ad locum in aſello, cum draco obuiam ei exiſſet eum deuoraturus, ſanctus Donatus flagello percutiens eum occidit, & aquam ipſam a veneno purgauit, potabilem reddens. Et alium fontem oratione populo procurauit. Inſuper & filiã cuiuſdam magni viri, ſed pagani, qui Theodoſius dicebatur, à dæmonio liberauit, ſed & quod mirabilius eſt, quendam mortuum ad horam reſuſcitauit. Nam cum haberet quendam creditorem ſuum, cui debebat ducentos ſolidos aureos, ſuper quo habebat chirographum manu illius, & reſtituta ei pecunia non recepiſſet chirographum impediebat iſte ſepulturam, donec ſibi ſatisfieret de debito, oſtendens chirographum. Vxor autem defuncti ſciens pecuniam illi redditam, ad ſanctum Donatum acceſsit, ſe ei recommendans in huiuſmodi caſu. Qui cum ea venit ad feretrum, & dixit defuncto. Surge, vide quid agas cum homine iſto, qui te non permittit ſepeliri. Qui ſurgens, & in loculo reſidens, confutauit eum de debito ſoluto, & accipiens ipſe chirographum, ſcidit eum. Et aſpiciens ſanctum Dei, ait. Iube ergo me dormire iterum. Qui reſpondit. Vade fili in pace.

Propter debitũ aliquẽ non poſſe ſuũ debitorẽ ſepultura prohibere, cautũ in Authẽ. vtcum de appel. cognoſ. c. 5. §. meminimus.

Alia quoque vice cum ſiccitas magna eſſet, vnde & fames ſequeretur, facta oratione impetrauit pluuiam abundantem. Et cum extra ciuitatem tunc eſſet, reuerſus eſt domum ſiccis veſtibus, vt nec gutta aquę ipſas veſtes contigerit. Demum Quadrantianus audiens mirabilia, quæ faciebat, propter quæ populus chriſtianus augebatur, iuſsit eum capite truncari.

Colitur 7. Augu.

Gordianus quoque vicarius Iuliani, cum ſanctum Ianuarium presbyterum compelleret ad ſacrificia, eius prædicatione conuerſus eſt Gordianus ad fidem, & baptizatus cum vxore ſua Marina, & quinquaginta tribus de domo ſua, conflato prius ſimulachro Iouis quod habebant in domo, & per ſanctum Ianuarium in cloacam proiecto. Quod quum poſt aliquot dies audiſſet Iulianus, mandauit Clementiano, vt Ianuarium in exilium mitteret, & Gordianum, ſi nollet ſacrificare, decollaret. Quod & factum eſt, & proiectum corpus eius ad canes, ſed nocte à familia eius acceptum, ſepultum eſt cum beato Epimacho, quem illis diebus Iulianus fecerat occidi.

De Gordiano & Epimacho, hæc habet Surium tom 3. ex Ms. quæ etiã Vinc. refert ca. 37. Coluntur 1. Maij.

Sed & ſanctum Pigmenium, qui Iulianũ ipſum imperatorem à puero nutriuerat, & ſacris literis erudierat: ipſe Iulianus apoſtata in Tyberim pro fide Chriſti iactari fecit: & complures alios martyres Chriſti fecit, vt patet ex martyrologio.

de S. Pigmenio ex Vſuar. 24. Mar. & Vinc. c. 38.

De S. Cyriaco & Anna matre Vinc. ibid. cap. 40. Alij eum vocant Quiriacum.

§. VII.

A.C 363.

CVm autem contra Perſas pergeret Iulianus ad bellum, veniens Hieroſolymam fecit exquiri Cyriacum epiſcopum. Is enim ad requiſitionem ſanctæ Helenæ inuenerat crucem Dominicam. Et à parentibus vocatus eſt Iudas, ſed conuerſus ad fidẽ appellatus eſt Cyriacus. Huic ergo coram ſe præſentato Iulianus ſuadebat, vt idolis immolaret, diuitias & honores magnos repromittens. Qui cum hoc recuſaret, iuſsit eum extendi, & ore aperto plumbum liquefactũ immitti. Sed cum non recepiſſet læſionem, exinde fecit eum ſuper lectum ferreum extendi, carbones ignitos ſubſternendo, & ſuper eos ſpargi ſal & adipem, & corpus deſuper virgis cædi, qui hebraice loquens Deum orabat. Et admiratus tyrannus patientiam eius, iuſsit eum in carcerem recipi. Ad quem accedens mater eius nomine Anna, hortabatur eum viriliter agonizare pro Chriſto. Quod cum nũciatum eſſet Iuliano, iuſſu eius præſentata coram ipſo, cum nollet ſacrificare, mandauit ſuſpenſam capillis inuogulari. Et cum per tres horas torta nihil loqueretur, dixit imperator. Quid eſt Anna, bene acceperunt te vngulæ? Quæ reſpondit. Inſenſate canis, & omnis iniquitatis operatie, ſi habes maiora tormenta, infer. Parata ſum enim contra patrem tuum ſathanam certare, quem ſpero per nomen Chriſti vincere. Tunc iuſsit apoſtata lampades incenſas lateribus eius applicari, quæ emiſit ſpiritum.

Vocatum poſtmodum Cyriacum, cum interrogaret, quibus maleficiis hoc eſſet, vt pœnas nõ ſentiret. Reſpondit. Anathematizo te indigne canis, qui virtutem Dei conuertis in maleficia, non poſt multos dies plaga cæleſti percutieris. Tunc iuſsit tyrãnus foſſam profundã fieri, & per incantatores multitudinem ſerpentum immitti, & ad eos illum proiici, quæ omnia in nullo eum læſerunt. Ex quo miraculo quidam miles nomine Amon, cum argueret tyrannum de tanta dementia, confitens magnum eſſe Deum Chriſtianorum, decollatus eſt. Poſt hæc præcepit Cyriacum in cacabum oleo feruenti plenum immitti. Demum cum nil ex hoc læſionis ſuſciperet, fecit eum validiſsimo inſtrumento ferreo in pectus percuti. Ex quo aſſumptus eſt in gloriam 4. nonas Maij. Hic cum eſſet epiſcopus Hieroſolymis, multa miracula per eum Dominus faciebat, expellendo dæmones, & ſanando infirmos.

Colitur 4. Maij.

Monachus Publius dæmonem ne in occidentem tranſeat impedit. lib. vitæ patrum de ſanctis ſenioribus, qui ſigna faciebat.

§. VIII.

Publium monachũ per decẽ dies oratione contra Iulianum produxiſſe ſcribit li. 6. hi. trip. c. 45. & hi. Lauſ. in vita eius.

PRoſequens autem Iulianus apoſtata contra Perſas, miſit dæmonem in occidentem, vt habetur in vitis patrum, vt adduceret ei inde aliquod reſponſum. Qui dæmon tranſire volens per locum, vbi quidam monachus Publius nomine habitabat, tranſire non poterat, ſed per decẽ dies ibi moram traxit, quo ſpacio temporis monachus ille ab oratione non ceſſauerat die noctuque. Qui demum reuerſus ad Iulianum ſine effectu, nunciauit ei quomodo Publius monachus non permiſerat eum tranſire. Iratus ille ait. Cum

A. C. 363. reuerſus fuero, faciam in eum vindictam, ſed A non multo poſt, vt dicetur, extinctus eſt.

Vt autem teſtatur Socrates in hiſtoria tripartita, Cum in Antiochia eſſet inter alios quidam optimus adoleſcentium pædagogus, & Iulianus comminatus fuiſſet in reuerſione à Perſide omnes chriſtianos euertere, Libanius nomine ſophiſta ait ad illum pædagogum, quaſi deridens eum, & chriſtianos. Fabri filius, quid putas nunc agit? Cui ille prophetice reſpondit. Creator omnium, quem tu Fabri filium vocaſti: fabricat locellum ſepulturæ Iuliani. Et ſic accidit, vt poſt paucos dies corpus eius mortuum adductum ſit in locel- B lo.[a] Reſponſum tamen illius dæmonis fuerat de victoria habenda, ſed ipſe eſt mendax, & pater eius.

Pædagogi cuiuſdã ad Libanii de morte Iuliani prophetia li. 6. hiſt. tri. cap. 44.

Ioan. 8.

Transeunti autem apoſtatæ Iuliano per partes Cæſarienſium obuiam proceſsit Baſilius epiſcopus Cappadociæ cum pluribus aſsiſtentibus. Quem videns imperator dixit. Super te philoſophatus ſum ô Baſili. Qui reſpondit. Vtinam philoſophareris. Et obtulit ei pro benedictione tres panes hordeaceos. Imperator autem iuſsit ſuos ſtipatores illos ſuſcipere, & reddere ei fœnum dicens. Hordeum pabulum eſt iumentorum C quod dedit nobis, recipiat igitur & ipſe fœnum. Qui recipiens dixit. Nos quidem, ô imperator, ex quibus comedimus tibi obtulimus, tu autem, quibus nutris irrationabilitatem naturæ tuæ dediſti nobis: voluntaria quidem noſtra irridens, non voluntarie autem nobis in paſtum dediſti hoc fœnum. Audiens hoc Iulianus, & inſaniens, dixit ad eum. Paſtio iſtius fœni ſine ablatione dabitur tibi. Quando autem reuerſus fuero à Perſis, ſubiiciam ciuitatem tuam, & deſulabo, vt fiat magis fœnifera, quàm hominifera. Non enim ignoro audaciam à te populo ſuaſam, vt à me adoratam D Deam, poſtquam eam ſtatueram non ferens feſtinationem conſtringeret vſque in finem. Quibus dictis, pergebat ad Perſarum regionem.

Amphil. in vita S. Baſilij apud Sur. tom 1.

S. Baſilius epiſcopus procedit obuiam Iuliano.

D. Baſilij cũ Iuliano colloquium.

Regrediens autem Baſilius in ciuitatem, & vocans omnem multitudinem, narrauit ei imperatoris verba, & dedit ei conſilium optimum dicens. Pecuniam fratres ad nihilum reputate, & ſaluti veſtræ prouidere, vt ſi datum fuerit tempus tyranno, muneribus eum placemus. Qui abeuntes in domos ſuas, quæ habebant in manibus ſuis, vnoſquiſque attulit ei cum alacritate, ſcilicet auri, argenti & lapidum pretioſorum infinitam multitudinẽ. Qui poſuit in theſaurario ſuo E ſuperſcribens vniuſcuiuſque nomen dicens eis. Potens eſt Deus, & illum attrectare, & veſtra vobis reſtituere. Statimque præcepit omni populo & clero ciuitatis, cum mulieribus & infantibus

Cæſarienſes pretioſiſsima quæque ad D. Baſilium deferunt.

aſcendere in montem, in quo erat templum conſtructum ad honorem Dei genitricis Mariæ, & tribus diebus ieiunium ſuſcipientes, poſtulauerunt Dominum diſsipare iniqui imperatoris ſenſum. A. C. 363.

Et perſeuerantibus in oratione, vidit Baſilius multitudinem militiæ cæleſtis hincinde in monte, & in medio ſuper thronum glorioſum ſedentem quandam in muliebri habitu dicentem ad proxime ſibi ſtãtes magnificus viros. Vocate mihi Mercurium. Ibi aſtanti ait. Interfice Iulianum in Deum, & in filium meum blaſphemantem. B Sanctus autem Mercurius qui miles fuerat in vita, viſus eſt cum armatura ſua ab ea velociter abire. Et aduocans domina illa Baſilium dedit ei libellum habentem in hiſtoria omnem mundi facturam, dextrorſum vero hominem à Deo plaſmatum [A fronte autem libri hæc erat inſcriptio dic in fine.] In fine autem vbi plaſmatur homo, Parce. Et continuo Baſilius expergefactus à ſomno, cum timore ſimul & gaudio conſtitutus erat. Similem viſionem mortis Iuliani vidit eadem nocte Libanius ſophiſta, cum eſſet in Perſide, & quæſtoris ageret dignitatem,

C Expergefactus ergo magnus Baſilius, cum Eubulo ſolo venit in ciuitatem, & adiit locum ſepulchri ſancti martyris Mercurij, vbi & conſeruabantur arma eius. Quærens autem ea arma, & non inueniens, ſciſcitabatur à cuſtode, vbi illa eſſent: qui cum ſacramẽto affirmabat veſperi ibi ea fuiſſe. Intellexit Baſilius viſionem, & lætificatus ex ea, rediit ad montem nocte adhuc dormiẽtibus cũctis. Quibus excitatis reuelauit viſionem: dicens Iulianum imperatorem ea nocte interfectum. Et Deo gratias agentes, reuerſi in ciuitatem, accedentes ad ſepulchrum ſancti Mercurij, D vbi lancea eius tenebatur affixa, viderunt eam ſanguine madidatam. Omnibus autem in eccleſia congregatis, & Deum laudantibus, ecce Libanius quæſtor Iuliani fuga vſus venit in ciuitatem & inueniens populum congregatum in Eccleſia, narrat mortem impij Iuliani dicens, quod cum ſecus fluuium Euphratem eſſet Iulianus cũ exercitu, & excubiæ militum cuſtodirent illum[b] venit quidam ignotus miles cum armis ſuis & lancea: qui valido & terribili impetu perfodit eum, & ſubito diſcedens nuſquam comparuit. Ipſe autem miſerrimus Iulianus horribilem vociferationem emittens, cum blaſphemo clamore expi- E rauit. Narrans etiam viſionem ſimilem, quam ha-

a Multa à dæmonibus Iuliano data fuere reſponſa, quibus ei victoriam pollicebantur. quæ habes apud Nicepho. lib. 10. cap. 36. vnum tamen cuius meminerunt Theod. lib. 6. hiſto. Tripar. c. 44. & Nicepho. lib. 10. cap. 29. afferendum putaui, vt omnes F dæmoniorum vanitatem apertè cognoſcerẽt. ſic autem Græcè illud habet Theodor. νῦν πάντες ὁρμήθημεν θεοὶ νίκης τρόπαια κομίσασθαι παρὰ θηρὶ ποταμῷ, τῶν δ' ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμοκλόνος Ἄρης. Id eſt,

Nunc dij deaq́ omnes conſurgite, ſumite bellum,
Atque fero certũ de flumine ferte triumphum.
Dux ego veſter ero Mars ſæuus belligerator.

Nicephori interpres.

b De nece Iuliani varia ſunt apud ſcriptores, tam noſtros quàm externos ſententiæ, quas colligunt Grego. Nazian. in 2. inuectiua in Iul. & Billius in commen. & Nicepho. lib. 10. cap. 34. Cæterùm hæc, quam ex Amphil. D. Ant. refert, mihi maximè probatur. Nam imprimis ſic Niceph. concludit. Ateuim quemadmodum veriſsima & conſtantiſsima, quæ ad nos quoque peruenit, vbique & obtinuit fama, vindicta diuina trucidatum eſſe conſtat, percuſſerémque eius libri nobis clarum illum & magnũ Mercuriũ eſſe produnt. Præterea quotquot de eius morte ſcribunt, eũ ab ignoto & obſcuro quodam percuſſum eſſe ferunt. Denique Calliſtus, qui res eius geſtas verſibus complexus eſt, eum à dæmonio peremptum ſcribit: quod non de vero dæmone eſt exiſtimandum, ſed de D. Mercurio, quem ille vtpote ſupra humanã ſortem poſitum dæmonẽ exiſtimauit.

buerat

A.C 363. buerat ſuper hoc, vnde & baptiſma petiit & accepit.

Die verò ſequenti præcepit Baſilius vnumquemque reſumere res depoſitas apud eum. Qui omnes vna voce dixerunt. Si hæc omnia voluimus dare terreno imperatori, vt non demoliretur ciuitatem noſtram, multomagis æterno imperatori ea offerre debemus, qui nos liberauit à tanto excidio. Ecce in manibus tuis ſunt omnia, fac de eis, vt tibi iuſſerit Deus. Qui tertiam partem totum etiam nolentibus dedit eis, reliqua vero in ornamentum eccleſiæ expandit: & pauperibus partem dedit.

Hiero. autem in Chro. ſic ait, Iulianus in Perſas profectus, noſtrum poſt victoriam diis ſanguinem vouerat, vbi à quodam ſimulato perfuga ad deſerta perductus, cum fame & ſiti apoſtata perdidiſſet exercitum, & inconſultius à ſuorum erraret agminibus, ab obuio fortè equite hoſtiũ conto ilia perfoſſus interiit anno ætatis ſuæ trigeſimoſecundo. Et, vt inquit Hugo Floria. dum moreretur Iulianus, cœpit blaſphemare Chriſtũ dicens: Viciſti Galilææ, viciſti: & in iſtis vocibus expirauit miſer, anno imperij ſui tertio.

Ex hiſto. trip. lib. 6. c. 47. Niceph. lib. 10. c. 35.

Teſtante autem Socrate in hiſto. Tripartita, apud Carras, ciuitatem inuenta eſt in templo, vbi ille proficiſcens occultè ſacrificauerat, mulier capillis appenſa, extenſas habens manus, & vterum apertum, in cuius iecore victoriam aſpexerat. In Antiochia repertæ ſunt in palatio plures arcæ humanis capitibus plenæ, & innumera in puteis corpora demerſa mortuorum. In qua vrbe cùm nunciata eſſet mors eius publicam feſtiuitaté celebrarunt, dicẽtes in theatris cum exhortatione, Maxime fatue, vbi ſunt vaticinia tua? Vicit Deus & Chriſtus eius.

De imperio pij Ioniani. Hiſtor. Tripar. lib. 7. cap. 1. Eutrop. lib. 11. & aly. Fuit autem Iouianus V. poſt Conſtantinũ pop. Rom Imper. imper. m. 7. d. 22. Onuph.

§. IX.

POſt Iuliani necem, vt teſtatur Hugo Floria. imperauit Iouianus menſibus octo. Is erat vir fortis & nobilis, & illo tempore millenarius fuit, quo Iulianus electionem militibus ſuis lege propoſuit, vt aut ſacrificarent, aut militiæ cederent: qui magis elegit cingulum amittere, quàm impiis præceptionibus imperatoris obedire. Húc tamen ad bellum proficiſcens propter belli neceſsitatem inter viros militares habebat. Qui cũ violenter poſt Iuliani necem à militibus traheretur ad imperiũ dixit non ſe velle paganis hominibus imperare, cum ipſe Chriſtianus exiſteret. Cúmque vox omnium communiter ei acclamaſſet, dicentium ſe etiam Chriſtianos eſſe, ſuſcepit imperium.

Capitali pœna ſacrarũ virginũ nuptias ambiẽtes feriũtur. vt Cod. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam. & 36. q. 2. C. eod.

Sozomenus.[a] Iouianus imperator ſecundo nomine præfecturam gubernante prætorianam legem dedit, vt capitali ſententia plecterentur, qui vel ſacram virginem nuptiali thalamo violare præſumeret, vel impudico aſpectu aſpicerent, ne dicam arripere forte tentarent. Mox autem inquit Ruffinus in hiſtoria eccleſiaſtica: vt Iouianus electus eſt, affuit ei diuina clementia, contráque omnem ſpem, cum clauſi vndique hoſti- A bus tenerentur, nec euadendi facultas vlla ſuppeteret, ſubito emiſſos à barbaris oratores vident pacem depoſcere, exercitui quoque inedia conſumpto, cibos cæteraque neceſſaria in mercimoniis polliceri. Itaque in viginti & nouem annos pace compoſita, ad Romanum regreſſus eſt ſolũ, lapſũque prædeceſſoris admonitus, honorificis & officioſiſsimis literis Athanaſium requirit, A quo formam fidei, & eccleſiarum diſponendarũ ſuſcepit modum. A.C 364.

Iouianus ab Athanaſio formã fidei petit. Ruf. lib. 11. c. 1. Iouianus cũ Perſis pacem facit. hiſto. trip. lib. 7. c. 1. Oroſ. li. 7. c. 31.

Factus ergo imperator, ait Hugo Flo. Iouianus cogitabat de communi ſalute, & quomodo poſ- B ſet de medio hoſtium exercitum illæſum educere. Sed cum & locorum iniquitate captus, & hoſtibus circumſeptus, nullam euadendi facultatem proſpiceret, pepigit fœdus cum Sapore rege Perſarum, & Niſibim oppidum, partémque ſuperioris Meſopotamiæ ei cõceſsit. Móxque Perſarum rex forum venalium illi in deſerto præparari fecit, & ita Iouianus de medio hoſtium Romanorum illæſum eduxit exercitum. Verum cum ad Illyricũ remeaſſet, in quoddam cubiculum nouum ſeſe recepit. Vbi calore prunarum, & nidore parietum nuper calce illitorum prægrauatus & C ſuffocatus, octauo demum menſe quàm imperare cœperat, vitam finiuit. Et tam pia inita, tamque læta principia mors immatura corrupit. Fuit autem hic Iouianus, vt refert Iacobus de Columna, de Pannonia, cuius patri cum appropinquaret partus vxoris ſuæ, de eo in ſomnis fuit nunciatum, quòd Iouianum vocaret. Fuit autem corpore inſignis, animo lætus, ingenio literarũ ſtudioſus, pronus ad ciuitatem, & naturaliter liberalis, & in rebus bellicis peritiſsimus, & cui ad regendum imperium nihil deeſſet. Mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ trigeſimotertio. Et in iſtum finit D Eutropius hiſtoriographus hiſtoriam ſuam, quem proſecutus eſt Paulus Diaconus.

a Hac lex his verbis edita eſt. Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantum iungendi cauſa matrimonij ſacratiſsimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. Addit Sozome. quam legem ideo poſuit, eo quod Iuliani temporibus quidam huiuſmodi virgines ducere auſi fuerant. Quæ idcirco hîc retuli, vt hinc perſpici poſſet hæreticos noſtri temporis (ſicut & in multis alijs quæ enumerare longum eſſet) plurimum cum Iuliano impio conue- E nire quod illi has ſacratas virgines ad nuptias adigant, & ipſi non modo cum eis coniugium attentare præſumant, quod capitali ſupplicio legibus imperatorijs plectendum eſt, ſed eas libere ſibi matrimonio copulare minime vereantur: quod ſane grauiſsimis tum in hoc ſæculo, tum in altero pœnis luendum erit.

De Apollinari Laodiceno Hieron. in Catal. & Trip. lib. 9. cap. 3.

§. X.

CIrca ea tempora claruit Apollinaris Laodi- F cenus, de quo ſic ait Hierony. de viris illuſtribus, Apollinaris Laodicenus Syriæ epiſcopus, patre Probo presbytero, magis grammaticis in adoleſcentia operam dedit, & poſtea in ſanctis ſcripturis innumerabilia ſcribens volumina ſub Theodoſio imperatore obiit. Extant eius aduerſus Porphyrium triginta libri, qui inter cætera eius

A.C.365. eius opera vel maxime probantur. Sed Ruffinus A 11.lib.hiſto.eccle.eum de hæreſi arguit, ſic dicés. Apollinaris Laodicenus vir ſane in cæteris inſtructus, ſed dum cõtentionis vitio nimis agitur, & aduerſus omne quod quiſque dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij male fortis hæreſim ex contentione generauit, aſſerens corpus ſine anima à Dei filio fuiſſe aſſumptum. Et cum euidẽtibus euangelij teſtimonijs vrgeretur, vertit ſe poſt, & ne ex toto vinci videretur, ait eum habuiſſe animam quidem, ſed non ex ea parte qua rationalis eſt, ſed ea ſolum, qua viuificat cor- B pus. Ad ſupplementum verò rationalis partis dixit fuiſſe ipſum verbum Dei. Vnde iſtud hæreticum eſſe determinatum eſt, & declaratum 24.q.3.cap.penult.

Error Apollinaris corpus ſine anima à Christo eſſe aſſumptũ. Aug. li 7. conf. cap.19.

Li.5.c.44. Hiſtoria tripartita ponit duos Apollinares in Laodicæa fuiſſe illo tempore. Patrem presbyterum & filium lectorem: patrem grammaticum, filium rhetorem, videtúrque potius ſecundum Vinc.ſpec. hiſto. pater, quam filius fuiſſe epiſcopus, qui patrem habuit Probum presbyterum, vt ſupra dixit Hieron. Et hunc dicit Beda hæreſim dictam introduxiſſe, qui ſcilicet fuit epiſcopus C Laodicęæ.

Bed. in li. de ſex mun.ętat.

De Valentiniano imperatore, in quo incipit Paul. Diac. Oroſ. lib. 2. cap. 32 & alij de eo loquuntur. hiſt Trip.lib.6.cap.35. & Paul.Diac. lib 12.hiſto. Tripar.lib.7.cap 7.

CAP. VI.

VAlentinianus[a] trigeſimusoctauus extitit imperator. Qui & ipſe ſecundum Vincen.ſpec. hiſto. vt vetus catholi- D cus, pro fide orthodoxa ab impuſiſimo Iuliano militia priuatus fuerat. Iouiano ergo defuncto apud vrbem Nicæam, Romanorũ conſenſu militum adeptus eſt imperium, quod tenuit 11. annis. Hic non modo fortitudine, ſed & prudentia, temperantia atque iuſtitia, & corporis magnitudine pręfulgebat. Ipſe autem fratrem ſuum Valentem ſibi in conſortium regni aſſumpſit. Et ſibi quidem occiduas partes retinuit, fratri vero ſuo orientales partes regendas conceſsit. Hic vt ait Hieron. in chron. imperator egregius Valentinianus, & Aureliano moribus ſimilis, niſi E quod eius ſeueritatem nimiam & parcitatem, quidam auaritiam & crudelitatem interpretabantur.

Cœpit autem regnare cum fratre ſuo Valente anno Domini 367. mundi vero 4330. Anno ſequenti terræ motu per orbem facto, mare littus exiit, & Siciliæ multarúmque vrbium innumerabiles populos oppreſsit. Anno autem tertio imperij huius Valens frater Valentiani ab Eudoxio Arianorum epiſcopo baptizatur, & noſtros proſequitur.

Valentinianus de epiſcopo deligẽdo quid ſenſerit. tripa. hiſt.lib.7. c.8 & Pau. diacon & Ruff.li 11. cap.11.

Vt autem habetur ex hiſtor. tripartita & nota. F diſt.63. Valentinianus. Valentinianus imperator ab oriente veniens ad Heſperias partes, mortuo Auxentio Arianæ fidei magiſtro, qui Mediolanenſem eccleſiam, vt lupus dilaniauerat, cum vellet imperator Catholicum Deo ordinante epiſcopum ibi conſecrari, euocans epiſcopos hæc eis locutus eſt. Noſtis aperte eruditi diuinis eloquiis, qualem oporteat eſſe pontificem. Et quia A non decet eum verbo ſolo, ſed etiam conuerſatione gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem virtutis oſtendere, teſtémque doctrinæ conuerſationem bonam habere. Talem itaque in pontificali conſtituite ſede, cui & nos, qui gubernamus imperium ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita dum tanquam homines delinquimus, neceſſario veluti curantis medicamina ſuſcipiamus. Hæc cum dixiſſet imperator, petiit ſynodus, vt magis ipſe decerneret ſapiens & pius exiſtens. At ille inquit. Supra nos eſt talis B electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo ſplẽdore fulgentes melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſsi de epiſcopali ſede tractabant. Cum autem ordinatione diuina Ambroſius nondum baptizatus electus fuiſſet, exultans imperator ait. Gratias tibi ago Domine omnipotens, quoniam huic viro ego quidem commiſeram corpora, tu autem animas, & meam ſententiam oſtendiſti iuſtitiæ tuæ conuenire. Cúmque ſanctus Ambroſius contriſtaretur de hoc, quod acciderat, confortauit eum imperator & ait. Noli timere, quia Deus qui te elegit, ſemper te adiuua- C bit: & ego adiutor & defenſor tuus [vt meum ordinem decet, ero ſemper. Hæc ibi.

A.C.365.

Valentinianus epiſcopum deligere renuit.

a Poſt mortem Iouiani Imperatoris interregnum fuit dierum octo, quibus tranſactis Flau. Valentinianus 5. à Conſtantino populi Romani Imperator ſolus imperauit men 1.di.4 poſt autem cal. Aprilis Valentem fratrem Auguſtum appellauit, diuiſo deinde imperio Valens Orientis pop. Rom. imperator & Valentinianus Occidentis 7. Imperarũt vnà an.3 m.4. & d 24 cum fratre verò & filio Gratiano an.8.m.2.d 28. Onuph.

Valentinianus qualis fuerit. Paul.Diaco.

§. I.

HIc Valentinianus, vt ſcribit Iaco. de col. de Pannonia mediocri ex ſtirpe oriundus fuit. Vir quidem egregius, vultu decorus ſolers ingenio, grauis motibus ſermone cultiſsimus, quáquam eſſet ad loquendum parcus. Pingere nouerat venuſtiſsime, noua arma meditari: fingere limo ſeu cera ſimulachra. Et (vt dicunt quidam) hic omnibus eſſet præferendus, qui ante ipſum fuerant, ſi fœdis hominibus, quibus ſeſe quaſi fi- E diſsimis dederat, caruiſſet, [aut probatis monitoribus vti licuiſſet, perfectus hauddubie princeps enituiſſet.] Cum autem quaſi inuitus ſalutatus eſſet imperator, & diebus illis exercitus alium ſibi conſortem imperij dare vellent, ille congregata multitudine dixit. Veſtrum, ô milites, fuit mihi dare imperium & regimen. Verùm vbi ego illud inuitus ſuſcepi, iam non eſt veſtrum, ſed meum de rebus cogitare communibus. Vnde & mox fratrem ſuum Valentem imperij conſortem vocauit, vt dictum eſt. Cum autem Valentinianus F iam tertium annum ageret cum Valente fratre ſuo, Gratianum filium ſuum, necdum plene puberem, exhortatione vxoris & ſocrus Auguſtum creauit.

Valentiniani dictum acutum.

Eo tempore Valentinianus Saxonum gentem ferociſsimam in oceani litoribus, & paludibus inuiis ſitam virtute atque agilitate terribilem, in Romanis finibus eruptionem meditantem, magno & difficili bello in ipſis finibus Francorum

Saxones à Valentiniano victi.

oppre

A.C.365. oppreſsit. Burgundiones quoque nouorum hoſtium nouum nomen cœpit, qui plus quàm octoginta millia (vt ferunt) armatorum relictis ſedibus in ripa fluminis Rheni inſederant, quos Druſus & Tiberius Cæſares, ſicut Cornelius refert, poſt ſubactam ſuperiorem in ſedes proprias repulerunt. Hi Valentiniani poſtea temporibus ad Rhodanum fluuium deſcendentes, ibidem caſtra poneotes locum Burgos appellarant. Et exinde incolæ appellati ſunt Burgundiones. Cumque duobus annis eo in loco ſedentes conſediſſent, à Romanis & Gallis cum vxoribus & liberis tanquam geotes magnæ virtutis & audaciæ victi & tranſlati ſunt.

Burgūdiones primo cognitti.

Primo ea tempeſtate Alanorum gens feroeiſsima, ſuis finibus egreſſa multa damna Romanorum prouinciis intulit, cum quibus Valentinianus congreſſus difficillimo bello eos vicit, atque eos intra Mæotides paludes fugere cōpulit. Quos cum Romanis legionibus inſecutus Imperator, dum ſitu & locorum difficultate impediretur, graue damnum erumpentibus ſæpe barbaris patiebatur. Quare ſaniori vſus conſilio edictum omnibus propoſuit, vt ſi qua gens aut natio has paludes intrare, aut Alanos conterere poſſet, per decennium ab omni tributo liberaretur.

Erat autem eo tempore Sicambrorum natio Alanis vicina. Ibi Troia capta duce Antenore egreſsi, in fines Pannoniorum deuenerunt, ibíque ciuitatem ædificantes Sicambriam vocauerunt. Et multo tempore inibi habitantes magnus populus effectus eſt. Ij ergo multis prœliis Alanos vicerunt, eóſque Romano imperio, parere coegerunt. Sed cum à tributo per decennium à Romano imperio, quod ſoluebant, liberi ſtetiſſent, elapſo decennio Romani conſueta tributa exigere cœperunt à Sicambris, quos Valentinianos Francos propter virtutem eorum ac ferocitatem vocauerat. Qui Franci reſponderunt, Romanis ſe tributa proprij ſanguinis impeoſa Romano imperio exoluiſſe, Alanos ſub iugo Romani dominij reducendo. Quare de cætero tributa ab eis non quærerēt. Cúmque illis exigentibus Sicambri ſeu Franci recuſarent exoluere, legati imperatoris ſuper hoc tumultu exorto in populo occiſi ſunt. Quare eis indignatus Valentinianus, coogregato exercitu illis bellum indixit. Qui vno bello adeo attriti ſunt, vt relictis propriis ſedibus, in fines Germanorum deuenirent, vbi ædificata ciuitate Colonia, multis annis ibi habitauerunt, & multiplicati valde finitimis terribiles facti ſunt.

Sicambri Alanos Romano imperio ſubijciūt.

Sicambri dicti ſunt Franci à Valentiniano.

Frāci ſeu Sicambri Rom. imperij iugū excutiūt.

Sub ipſo Valentiniano Procopius quidam apud Conſtantinopolim tyrannidem aſſumpſit, multóſque ex Valentiniani ducibus in ſocietatem ſecum tyrannidis adſciuit, ſed à Valentiniani exercitu apud Phrygiam victus & extinctus eſt, plurimiq; partis eius cæſi ſūt, atq; exilio relegati.

Procopius tyrannidē aſſumit Paul. diaco.

Oroſ ibid. & Paul. Diac.

§. II.

DEnique Valentinianus anno imperij ſui vndecimo, cum gens Sauromatarum ſe per Pannonias diffudiſſet atque incendiis, rapinis, & cæde proſterneret plurimos, bellum contra eos paratis apud Brigitionem oppidum dum legationibus reſponderet, anno ætatis ſuæ quinquageſimo quinto venas corporis recſſa ſubita per nares ſanguinis effuſione, quā Græci [illegible] vocāt, voce amiſſa, ſenſu & memoria integra expirauit. Reliquit autem filios duos, ſcilicet Gratianum, quem ex prima vxore ſuſceperat, & Valentinianum iuniorem, quem Iuſtina ſecunda vxor eius illi genuerat.

A.C.365.

Valentiniano mortuo, vt habetur ex hiſto. tripartita, Italiæ milites ſexto die poſt mortem eius, filium eius Valentinianum puerum imperatorem conſtituunt. Cuius imperium frater ſcilicet Gratianus & patruus ſcilicet Valēs licet inuite, [quia eis ignorantibus factum eſſet:] tamen poſtea ſuſceperunt. Hic natus eſt de Iuſtina, quam cū Seuera Valentinianus pater ſimul habuerat vxorem hoc modo, Iuſtus pater Iuſtinæ Conſtantij temporibus, cum eſſet Piceni iudex, vidit in ſomnis, quod de dextro femore imperialem purpuram genuiſſet: Quæ viſio cum per famam perueniſſet ad Conſtantium, fecit occidi Iuſtum. Cuius filia ſcilicet Iuſtina intantum peruenit ad Seueræ notitiam, vt eum ea habitaret. Cuius pulchritudine Seuera admirata dixit imperatori, quod Iuſtina adeo ſpecioſa eſſet, vt eius amore etiam ipſa caperetur. Quam imperator volens accipere, non tamen Seueram abiicere, ex qua Gratianus iam natus erat, legem per ciuitatem publicè propoſuit, vt liceret volentibus ſimul duas habere vxores. Ex hac ergo Iuſtina coniuncta vt ſecunda vxore Valentinianum ſuſtulit, qui poſtmodum Romano præfuit imperio, & ex eadem Iuſtina tres filias Gratam, Placidiam, & Gallam.[a] Illa tamen lex de duabus vxoribus habendis, poſtea ablata eſt iure canonico & ciuili.

Hiſt. tri. li. 8. ca. 10. & Paul. diac. lib. 12.

Valentiniani lex improba.

a Duas vxores habere & diuina lege Gen. 2. & Matt. 19. eſt prohibitum, & Canonica 32. quaeſt. 4. per totum, & de diuortijs cap. Gaudemus, & ciuili, Cod. De Iudæis. l. Nemo Iudæorum, & Cod. de inceſtis nuptiis. l. neminem, & C. de donation. ante nupt. §. Ea quæ tibi.

Valens ab vxore factus eſt Arianus. hiſt. trip. lib. 7. cap. 13.

§. III.

DE Valente fratre Valentiniani, qui imperauit cum eo, narrat hiſtoria tripartita, quòd cum Catholicus eſſet, vxor ſua fecit eum Arianum. Cuius ſeductionis Eudoxius epiſcopus Cōſtantinopolitanus author fuit. Qui cum baptizaret eum, iureiurādo alligauit eum, vt in illa ſecta permaneret. Hic igitur Valens exiliauit Euſebiū Samoſatenum, qui nunciū, qui in literas exilij ſui attulerat, celauit, ne perimeretur à populo. Nocte verò cum vno ſolo famulo egreſſus eſt plumarium tantummodo, & codicem ſecum ferens. Cuius in locum ordinato Ariano quodam Eunomio, nullus de populo ad eccleſiam veniebat. Quod ille videns à ciuitate diſceſsit.

Euſebius Samoſatenus in exiliū mittitur. ibid. c. 36.

Poſt quem Lucius ordinatus eſt. Quo tranſeunte aliquando contigit adoleſcentes pila ludentes ibi eſſe. Cúmque eorum pila forte per pedes aſini epiſcopi tranſiret, pueri eiulantes accenderunt ignem, & pilam per medium iactantes quaſi expiauerunt. Eo tempore erat Agellius Nouatianorum epiſcopus, qui ſemper vna tunica vtebatur, & excalceatus ambulabat.

Pueri quātum Ariana epiſcopū deteſtantur.

Refert autem Amphilochius in geſtis beati Baſilij

A C.369.

Baſilij, quod Ariani obtinuerunt à Valente imperatore, vt eiicerent Chriſtianos ab eccleſia Nicęę ciuitatis, & daretur eis. Ad quẽ S. Baſilius veniens locutus eſt pro chriſtianis. Demoſthenes autem epularũ imperatoris præfectus, cum patrocinaretur hæreticis, loquens blaſphemiam fecit barbariſmum. Cui Baſilius. Tuum eſt (inquit) de pulmẽtariis cogitare, & nõ diuina dogmata decoquere. Qui mox confuſus obticuit. Valens autem ait Baſilio. Vade & iudica inter eos, ſed non ſecundum immoderatum amorem populi tui, quia non decet. Cui Baſilius. Si iudicium meum reprehenderis, me exula, & catholicos eiice. Tunc abiit, & ait ad Arianos. Venite vos, & Catholici, & clauſam eccleſiam vtrique ſignate. Et poſt tres dies, ſi orationibus veſtris aperitur, veſtra ſit, ſin autẽ & nos idem faciendo vna nocte nobis non aperitur, accipite eam. Quod & factũ eſt, & aperta eſt Chriſtianis non Arianis. Nam facta oratione contriti ſunt vectes, & ceciderunt claues cum peſſulo, & ſub vento vehementi portæ appulerunt parietibus. Præcinente ergo Baſilio: Attollite portas pricipes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Eis apertis Chriſtiani intrauerunt. Ob quod miraculum multi Arianorum conuerſi ſunt ad fidem Catholicam.

Apud Sur. to. 1. Theodo. hoc refert lib. 7. hi. trip. ſed in quodam alio cum Valente colloquio.

Eccleſia ad preces Catholicorum aperitur.

Hieronymus, Anno quarto imperij Valentiniani tanta Conſtantinopoli tempeſtas orta eſt, vt miræ magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit. Apud Attrebatum lana è cælo pluuiæ mixta defluxit. Anno ſequenti Nicæa quæ ante ſæpe corruerat, terræmotu funditus eſt euerſa. Anno ſequenti Athanaricus rex Gothorum in chriſtianos perſecutione commota, plurimos interfecit, & de propriis ſedibus in Romanum ſolum expulit. Euſebius Vercellen. epiſcopus moritur. Et per biennium antè Hilarius Pictauienſis & Didymus & Baſilius, Gregorius Nicænus, & Gregorius Nazianzenus florebant. Sed de his doctoribus, & aliis plenius infra in titu. ſequen. de doctoribus eccleſiæ.

Athanaric° Chriſtianos perſequitur.

De imperio Valentis. ex Oroſ. lib. 7. cap. 32. & Paul. Diac. lib. 12.

§. IIII.

POſt Valentiniani igitur deceſſum vt teſtatur Iaco. de Col. Valens eius frater cum duobus nepotibus eius, ſcilicet Gratiano & Valentiniano iuniori, filiis ſcilicet ipſius Valentiniani ſenioris imperauit quatuor annis. Et licet ipſe Valens vt ſupra dictum eſt, declinaſſet in hæreſim Arianam, tamen inſectationem, quam intendebat cõtra catholicos diu celauit, fraterna poteſtate & timore compreſſus. Contemplabatur enim quantam vim in vlciſcendo fidem fidelis imperator egerat. Sed impietatem quam viuente fratre Valentiniano meditatus fuerat, eo mortuo ſtatim oſtendit. Nam liber effrenata audacia legem dedit: vt monachi & clerici, qui ad diuinum opus fidei deputati erant, dimiſſa ſæcularium rerum multimoda actione, ad militiam cogerentur. Quo tempore vaſtas illas ſolitudines Aegypti, arenaſque diffuſas, quas propter ſitum & ſterilitatem, periculoſiſſimamque ſerpentium abundantiam conuerſatio humana non nouerat, magna inhabitantium multitudo monachorum compleuerat. Ad hunc igitur locum imperatoris Valentis iuſſu tribuni cum eorum militibus miſſi ſunt, qui ſanctos ac vere Chriſti milites alio ac nouo more perſecutionis vel à fide vel ab eremo abſtraherent, qui & ibidem interfecerũt multa ſanctorum agmina. Quæ autem per diuerſas vbique prouincias ſimilibus iuſſionibus aduerſus Catholicas eccleſias, ac rectæ fidei populos geſta ſunt, longum eſſet ſtylo terere.

Valentis imperatoris in chriſtianos ſæuitia.

A. C.369.

Cum autem Athanaſius moriens ſucceſſorem ſibi delegiſſet Petrum in ciuitate Alexandriæ, (qui Petrus tam facilis fuit in ſuſcipiendis hæreticis, vt ſcribit Hiero. in chron. in proceſſu temporis, vt nonnullis ſuſpicionem acceptæ pecunię intulerit.) Lucius Arianæ partis epiſcopus (vt ait Ruffinus) tanquam lupus ad oues aduolat. Petrus autem præfatus protinus nauem conſcendens ad vrbem Romanam profugit. Lucius autem tanquam materia crudelitatis oblata, ita ibat in ſanguinem, vt nec ſpeciem religionis aliquam ſeruare videretur. Ingredienti autem hoc Lucio Alexandriam (vt ait Theodoritus) dicebant gentiles. Bene veniſti epiſcope, qui filium non defendis. Te Serapis amat, & huc introduxit. Ipſius autem primo ingreſſu in Alexandriam, tanta & tam turpia in virgines & continentes eccleſiæ geſta ſunt, quanta in perſecutionibus gentilium non memorantur. Veſtes enim ſanctarum virginũ ſecundum Theodoritum diſrumpebat, nudas per totam vrbem circumferens quibus cum turpitudine prout poterat illudebat. Puerum quendam indutum veſte fœminea, oculis & vultu fucato colore depicto, ſuper ipſum altare huc atque illuc agere, & manibus ſaltationem celebrare faciebat. Poſtea quendam ex ſuis turpitudine notiſſimum, veſte genitalibúſque nudatum, in ſede ponentes Eccleſiæ, turpem concionatorem contra Chriſtum fecerunt, pro ſacris verbis ſcelera proferentem, laudantem luxuriam, impietatem, fornicationem, maſculorum concubitum, furtum, cibos & potum.

Athanaſij ſucceſſor ab eccleſia à Lucio deiicitur. hiſ. trip. l. 7. c. 37. Ruff. li. 11. c. 3.

Lucij grauis perſecutio in Catholicos.

Poſt fugas ciuium (inquit Ruffinus) & exilia, poſt cædes & tormenta, flammáſque, quibus innumeros confecerat Lucius, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit, tria millia ſimul (aut eo amplius) viros per totam eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum & peditum manum. At illi econtra gladus obiectabant ceruices. Et nihil aliud dicebant niſi, Amice ad quid veniſti?

Matth. 26.

Et, vt habetur ex hiſto. tripartita, cum iuſsiſſet Valens omnes Catholicos ab Edeſſa vrbe expelli, quædam mulier paupercula filium ſuum ferens in brachio, oſtio non clauſo currebat ad eccleſiam, vbi omnes Catholici conuenerant, cum præfectus eis mandaſſet, vt nemo in eccleſia remaneret, volens eis parcere. Indignatus autem propter illam mulierem ait. O infelix, quò ſic indecenter curris? At illa, quò alij. Tunc ille, Non audiſti (inquit) quod præfectus occiſurus eſt vniuerſos qui ibi reperirentur? Audiui (inquit) & ideo feſtino, vt inueniar inter illos. [Et quò inquit, paruulum iſtum trahis? vt & ipſe, ait, martyrium conſequi mereatur.] Quo audito ſtatim ille recurrens ad principem, dixit omnes eſſe paratos ad mortem, impium vero eſſe tantos in breui occidere.

Mulieris Edeſſanæ conſtãtia admirabĩlis li. 7. c. 32. & Ruff. li. 11. c. 5.

A. C 369.

eidere. Et ſic ab ira reuocauit principem.

Poſtea præfectus (vt ait Theodoritus) ex præcepto principis cógens duces eorũ, id eſt, presbyteros & diaconos, aut Arianis communicare, aut in exilium ire, cunctis tacentibus, aut duci eorum Eulogio, cur taces? Non oportet (inquit) nihil interrogatum reſpondere. At ille. Nonne vobis omnibus locutus ſum? & quibus communicat imperator, communicare vos monuit? Et ille. Paſtorem (inquit) habeo, & illius nutibus obedio. Mox præfectus octoginta ex eis deſtinauit in Thraciam. Cum autem maximus quidam imperatoris præfectus veræ fidei columnam Baſilium niteretur ſubuertere, & nunc blanditiis, nunc minis & terroribus ad imperatoris voluntatem inclinare conaretur, intrepidus præfecto reſpondit. Adoleſcentulis hæc verba congere. Illi quidem & horũ ſimiles talia promiſſa reſpiciunt. Cum auté præfectus diceret, quod pro vno verbo, quod eſt ὁμοούσιον, non eſt tanta perſecutio ſuſcitanda, reſpondit Baſilius. Qui diuinis ſaginãtur eloquiis, corrumpere de diuinis dogmatibus, nec vnam ſyllabam patiuntur, ſed pro iis omnes mortis ſpecies amplectuntur. Amicitias autem imperatoris magnas cum pietate iudico, ſine qua potius perniciem appello. Cúmque præfectus vocaret eum ſtultum. Hanc (ait ille) ſtultitiam ſemper habere exopto. Et cum ſibi minaretur mortem, ait Baſilius. Vtinam mihi aliquid eſſet digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Baſilium de nodo follis huius abſolueret. Et cum ei daretur nox media ad deliberandum ſpatium à præfecto, ait Baſilius, Ego die] craſtino ipſe ero, qui nunc, tu te vtinam non mutares. Eadem nocte imperatoris vxor velut tortoribus tradita cruciatur, [a] & qui erat ei vnicus filius [extinctus] paternæ impietatis exoluit ſupplicia. Quare tot terroribus affectus imperator, miſsis nunciis rogat, vt pro ſe & eius imperio Dominum exoret, ſed & in poſterum eius conſtantiam amplexatus, ad vſum pauperum & leproſorum qui ab eo gubernabantur optima prædia illi dedit. Poſt paucum verò tempus priorum oblitus legem de illius exilio propria ſubſcriptione roborare volés non potuit. Calamus enim contritus eſt, quod etiam paſsi ſunt ſecũdus & tertius. Tunc ille tremens ambabus manibus chartam rupit.

Baſilij pro fide conſtãtia. lib. 7. c. 36.

Intere a Valente furente apud Antiochiã contra Catholicos, erat ibi Affraates monachus, qué per plateam tranſeuntem de palatio reſpiciens imperator, viliſsimo indutum pallio & longæua ſenectute properantem, dixit ei. Dic mihi quo vadis? Pro tuo (inquit) oraturus imperio. Cui imperator. Oportebat te domi orare ſecundum monaſticum morem. [b] Optime (inquit) dicis, ſi permitteres, ſic facerem, & hoc egi quamdiu oues Chriſti pace fruebantur. Quia ergo tumultu maximo commouentur, vt captiuæ teneantur, me oportet diſcurrere vbique, & eas à neceſsitate ſaluare. Hoc audito imperator interminatus tacuit. Vnus autem cubicularius eius, qui curam balnei habebat, aſpere locutus eſt viro ſancto. Sed ſtatim poſt verba deſcendens, vt imperatori pararet balneum, mente captus in feruentem aquam deſcendit, ibique extinctus eſt. Tunc Valétem Antiochiæ furentem reuocauit liber Themiſtij philoſophi, in quo perorauit, quia propter diſcordiam Eccleſiaſticam non deberet eſſe ita infeſtus Chriſtianis, cum apud paganos ſectarũ differentia videretur, & vt vnuſquiſque in ſua ſententia permaneret. Et forte hoc Deo magis gratum eſſet, dum non facile cognoſcitur, & diuerſim glorificatur, quatenus vnuſquiſque amplius timeat, dũ integritatem ſciẽtiæ eius vel quo modo, vel qualiter, vel quantus ſit magis ignorat.

Monachi tempore Valentis per vrbes vagãtur, & cur hi. trip. lib. 8. cap. 4.

Regis cubicularius viro Dei moleſtus punitur.

A.C. 375.

a Filius ipſius ægrotãs circa mortis metas agebatur. Tum itaque magnus Baſilius veniens ad palatium, vidénſque principis filium circa mortem ad vitam eum remeaturum eſſe promiſit, ſi per pios viros ſacro baptiſmate potiretur. Hac cum dixiſſet, egreſſus eſt. At ille iuriſiurandi, quod baptiſmatis tempore promiſerat memor ſecundum ſtultum errorem præſentibus Arianis filium baptizare præcepit. Quo geſto mox infans finem vitæ ſortitus eſt. Trip. hiſt lib. 7. cap. 36.

b Sed dic mihi ſereniſsime imperator, ſi puella eſſem in cubiculo reſidens & lanæ vacans, viderémque paternam domum ignibus concremari quid me facere deceret? Sedere intus & ardentem contemnere domum? an certe diſcurrere. vt aquam ferrem & flammam extinguerem? Credo te dicere hoc potius eſſe faciendum. Id enim puellæ ſapientis eſt opus. Hoc ergo nunc agitur imperator. Te namque in paternam noſtram domum mittente flammas diſcurrimus, vt eas velociter extinguamus. hiſt. trip. ibidem. Ex quibus perſpicuis monachos non eſſe ſemper otioſos, vt heretici garriunt, ſed maxime tunc ſatagere & laborare conſueuiſſe, cum Eccleſiam Dei perulitantem cernunt, quamuis etiam pacis Eccleſiaſticæ tempore precibus, ſacriſq; vacantes exercitijs otioſi minime dicendi ſunt.

Oroſ. lib. 7. cap. 33. & Dia. lib. 12.

§. V.

EA tempeſtate, vt refert Iacobus de Columna, in Aphricæ partibus Firmus quidam excitatis Maurorum populis, ſe regem conſtituit, & aſſumpto ſibi imperatoris nomine Aphricam & Mauritaniam vaſtauit. Contra hunc Valens imperator Theodoſium ex Hiſpania patrem magni Theodoſij, qui poſtea Romanum rexit imperiũ, cum exercitu miſit. Qui in Aphricam tranſiens, Maurorum gentem, magnis prælijs fudit, ipſúmque Firmum afflictum prælijs & oppreſſum, ad voluntariam mortem coegit. Qui poſtquam experientiſsima prouidentia res in Aphrica compoſuiſſet, ſtimulante inuidia iuſſus eſt à Valente interfici apud Carthaginem. Quo comperto, Theodoſius in remiſsionem peccatorum baptizari ſe fecit. Et poſtquam Chriſti ſacramentum, quod deuote quæſierat, aſſecutus eſt, poſt glorioſam ſæculi vitam etiam de vitæ æternitate ſecurus, vltro iugulum percuſſori præbuit.

Firmus tyrãnidem aſſumit.

Socrates tamen in hiſtoria tripartita ſic de hoc dicit. Eo tempore Valens necromantia fecit perſcrutari, quis poſt eum imperaret. Dæmon autem quatuor literis demonſtrauit th. e. o. d. Imperator igitur zelo ductus multos huius nominis occidit, putans eos tyrannydem velle aſſumere. Occidebantur ergo Theodori, Theodori, & Theodoſij, & quicunque has literas in capite ſui nominis portabant. Quo timore plurimi ſua nomina mutauerunt, negantes cum iuramento, quæ prius habuerant. Et hac occaſione dicit Vincen. vide-

Valẽs hæreticus necromantiæ ſtudet. hiſt. trip. li. 7. ca. 35. Sic Caluiniſtæ tandem fiunt athei.

A.C. 375. tur occiſus Theodoſius pater Theodoſij imperatoris, quamuis Hiero. hoc tacuerit.

Gratiani res in occidente geſta. Oroſ. & Diaco. ibidem.

§. VI.

Alemani à Gratiano ſuperati.

INterea Gratianus Valentiniani filius, Valentis nepos, qui occidentale gubernabat imperium, cum inæſtimabilem hoſtium multitudinem Romanis infuſam finibus cerneret, Chriſti potentia fretus, longe minori numero militum apud Argentinam Galliarum oppidum aggreſſus, formidoloſiſsimum bellum incredibili fælicitate confecit. Nam pluſquam triginta millia Alemanorum minimo ſuorum detrimento eo prælio interfecit.

Gothi Danubium tranſeũt. hi. trip. li. 8. cap. 13. Diac. ibi.

Temporibus etiam illis Gothi Scythiæ fines fugientes à facie Hunnotum, bello cum eis inito magna cæde ſuorum victi, atque fugati ſunt. Quapropter Gothi relictis propriis ſedibus, tranſito Danubio cum omni eorum multitudine & armentis in ſolum Romani imperii deuenerunt, qui à Valente imperatore ſine vlla fœderis pactione ſuſcepti ſunt. Præerant autem tunc Gothis duo duces, ſcilicet Frigidernus & Athanaricus, qui cum inter ſe de potentia contenderent: graue ſatis inter illos bellum geſtum eſt. Commiſſóque adinuicem ciuili prælio, Athanaricus vno & altero prælio victus eſt. Sed ipſe Athanaricus cum ſuis copiis, qui bello ſuperfuerant, confugit ad imperatorem, qui non ſolum eum recepit, ſed & contra Frigidernũ iuuit. Qui Romanorum fretus auxiliis, iterum reparatis viribus Frigidernũ aggreditur, atque ipſum victum prælio vita & exercitu ſimul priuauit. Cuius beneficij gratia maior pars Gothorum, quæ Athanaricum ſecuta fuerat, & quæ poſt mortem Frigiderni ſe ei dederat, miſsis ad Valentem nunciis ſuppliciter popoſcerunt, vt illis epiſcopos mitteret: à quibus in regula Catholicæ veritatis inſtruerentur:[a] erant enim tunc Gothi idololatræ. Tunc Valens maligna vſus prauitate ad illos doctores Ariani dogmatis miſit, Arianus & ipſe exiſtens. Sicque vniuerſa gens illa Ariana effecta eſt.

Gothi Ariana hæreſi Valentis maleficio infecti.

a Gothi pridem, id eſt, longo ante hac tempora diuina ſcientia radiis imbuti Apoſtolicis dogmatibus paſcebantur. Trip. hiſt. lib. 8. cap. 13 & ad Concilium Sirmienſe Catholicã Vulphilas eſt vocatus, qui prius Nicenam comprobauerat fidem, deceſſorem ſuum ſequutus Theophilum, qui Synodo interfuerat, & calculo ſuo ſententiam confirmauerat. Nicepho. lib. 9. cap 40. Sed poſtea Eudoxius Arianus eundem Vulphilam verbis pecuniiſq; flectens corrupit. Cumq; Gothi eum valde ſequerentur, eiuſq; verba quaſi leges immobiles exiſtimarent, is egit vt Barbari communionem amplecterentur imperatoris, eos ſic decipiens ac dicens certamen eſſe verborum, non differentiam dogmatum. Tripart. hiſto. ibid. vnde liquet falſum eſſe, quod aiũt Gothos vſque ad Valentis tempora Chriſtum penitus ignoraſſe. Geneb.

Gothi in Romano orbe deſæuiunt. Diaco. & Oroſius. A. C. 375.

§ VII.

ANno autem decimotertio Valentis imperij, poſtquam is per totum orientem eccleſiarum lacerationes, ſanctorúmque cædes egerat, radix illa miſeriarum noſtrarum Gothorum gens, quæ ab imperatore Valente in fœdus recepta fuerat, propter intolerabilem auaritiam Maximi ducis, fame & iniuriis compulſi in arma ſurgentes, primo victo Valentis exercitu ſeſe per Thracias diffuderunt, omnia incendiis, rapinis, cædéque vaſtantes. Quibus cognitis Valens Antiochia egreſſus, cum aduerſus Gothos bellum inſtrueret, ſera peccati pœnitentia ſtimulatus, clericos, epiſcopos, cæteróſque ſanctos, quos ipſe prauo ductus conſilio à ſedibus ſuis expulerat, reuocari ab exilio imperauit. A.C. 375.

Itaque decimoquinto imperij eius anno lacrymabile illud bellum in Thracia cum Gothis iam tunc vtrium exercitatione rerúmque abundantia inſtructiſsimis geſsit. Vbi ad primum ſtatim Gothorum impetum perturbatæ Romanorũ equitũ turmæ, nuda peditum deſeruere præſidia. Quæ mox hoſtium equitatu circumdata, ac ſagittarum nubibus obruta, quum velut amentes huc illúcque fugitarẽt, funditus cæſa ſunt. Ipſe autem Imperator Valens in fugam verſus, ſagitta ſaucius, quum nimio dolore ſæpè equo dilaberetur, ægrè in cuiuſdam villulæ caſam à ſuis deportatus eſt. Cúmque ibidem lateret, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubito igne conſumptus eſt[b]. Iuſto Dei iudicio ab illis igne crematus: quos igne perfidiæ Arianæ cremauerat ipſe. Et ipſi illum viuum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arſuri erant. Gothi verò occiſo Imperatore, ac plena potiti victoria, iam ſecuri ad vrbem Conſtantinopolitanam properãt. Cúmq; illã potentiſsimã vrbiũ obſidione cõtinua coarctarẽt: Dominica Valẽtis vxor Auguſta multa pecunia largita, ab vrbis vaſtatione hoſtes ſubmouit, imperiumque cognatis, qui occidentale gubernabant imperium, fideliter ſeruauit. Et in hoc Hieron. finit chronicum ſuum, quod proſecutus eſt, vbi dimiſerat Euſebius. Et proſequitur exinde ipſum poſt Hiero. Proſper, Beda, & Sigebertus monachus.

Gothi vincunt Romanos.

Gothi Cõſtantinopolim obſident.

b Vnus Deus vnam fidem tradidit, vnam Eccleſiam toto orbe diffudit, hanc aſpicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet ſe quiſque nomine tegat, ſi huic non ſociatur alienus. ſi hanc impugnat, inimicus eſt. Conſolentur ſe Gentiles inquantum volunt, Iudæorum, hæreticorumq; ſuppliciis, tantum & vnum Deum eſſe, & eundem perſonarum acceptorem non eſſe, vel ex hac potiſsimum Valentis extincti probatione fateantur. Oroſ. lib. 7. cap. 33.

De Theodoſio Chriſtianiſsimo Imperatore, Gratiano Imperatore occiſo Ex Oroſ. Diaco. & aliis.

CAP. VII.

VAlente Imperatore hæretico occiſo à Gothis, Gratianus eius nepos, & Valentiniani ſenioris filius, qui cum Valentiniano filio prædicti Valentiniani & fratre ſuo occidentale regebat imperiũ, Romani faſtigij obtinet principatum. Cœpit autem imperare anno Domini ccclxxxj. & imperauit ſex annis poſt mortem patrui eius. Fuit autem Gra

Gratianus qualis.

A.C. 379. Gratianus qualis. Diaconus id habet.

tem Gratianus hic, vt teſtatur Iacobus de Col. A literis non mediocriter eruditus: carmen facere, ornate loqui, more rhetorum, controuerſias explicare. Erat præterea in armis exercitatiſsimus. Nam quotidie ſe more maiorum ſpiculis ac miſſilibus exercebat. Fuit uiſu, et vini parcus, cibique ſomnique ac libidinis victor, & (vt dicunt hiſtoriæ) cunctis bonis actibus plenus, ſi circa curam reipublicæ ſerioſius animum occupaſſet, à qua alienus non modo voluntate, ſed etiam exercitio fuit.

Cùm igitur poſt mortem Valentis in oriente collapſum ſtatum reipublicæ videret, eadē prouiſione, qua quondam legerat Neruam Hiſpanū virum Traianus, per quem reſpublica reparata B eſt, legit & ipſe Gratianus accitum ab Hiſpania Theodoſium fauentibus cunctis, & apud Syrmium purpuram induit, & in conſortium imperij adſciuit: ipſúmque orientalibus prouinciis præfecit. Ita Theodoſius factus Imperator, afflictam rempublicam ita Dei, reparandam credidit miſericordia Dei. Omnem ſui fiduciam ad ſpē Chriſti conferens, maximas illas Scythicas gentes, maioribúſque antea formidatas, ab Alexandro quoque magno euitatas, ac tunc maxime fortiſsimas, C atque occiſo Romanorum principe Valente, & contrito Romano exercitu Romanis equis armiſque inſtructiſsimas, hoc eſt Alanos, Hunnos Thaphalos, Gothos, incunctanter aggreſſus, magnis multiſque præliis vicit ac domuit, Thraciámque ac orientem pro magna parte ab his nationibus occupatum liberauit, atque ab omni bellorum ſtrepitu eripuit. Quibus glorioſe geſtis volente Gratiano triumphans Conſtantinopolim eſt ingreſſus.

Theodoſius 8. popu. Ro. in oriēte imperator imperauit an. 26. d. 2.

His itaque geſtis, & compoſito orientis ſtatu, Gratianus ad partes occidentales ſe contulit: re- D licto Conſtantinopoli Theodoſio, qui paruam ſuorum manum conſiderans, ne eam aſsidue bellando depereret: fœdus cum Athanarico rege Gothorum percuſsit, qui non multo poſt tempore Conſtantinopolim ad Theodoſium venit, quem ille mira cum iucunditate & affectione ſuſcepit. Cum autem Athanaricus ipſe vrbem intraſſet: & ciuitatis ædificia, & quàm exornati forent qui ad diem feſtum conuenerant aſpexiſſet, ac per ſingula mente attonitus inhæreret, tandem imperatoris aulam regiam intrauit. Cumque ibidem obſequia officiaque diuerſa conſpiceret, conuerſus E ad Theodoſium dixit. Sine dubio Deus terrenus es, ô imperator, contra quem quicunque manum eleuare auſus fuerit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtet. Cúmque rex Gothorum Conſtantinopoli moram traxiſſet: rebus exceſsit humanis. Cuius exequias imperator ipſe præcedens, dignę ipſum tradidit ſepulturæ. Poſt cuius mortem omnes Gothorum gentes benignitatem ac munificentiam, cæteraſque Theodoſij virtutes conſpicientes, ſeſe voluntarie Romano imperio dediderunt.

Athanaricus rex Gothorū Conſtātinopolim ingreditur & moritur.

Gothi ſe imperio Ro. dedunt. Ex Aug. lib. 5. ciuit. cap. 26.

Quo poſtea tempore gens Parthorum, quæ nunc etiam victo Iuliano ac mulctato, Romani F imperij finibus [Valentéque in fugam acto] feroces erant, vltro Conſtantinopolim ad Theodoſium miſerunt legatos pacem & fœdus poſtulantes, quibus mira cum alacritate ſuſceptis, cum eis fœdus percuſſum eſt. Igitur pacato oriente non quieuit optimus imperator iuſtiſsimus ac miſericordiſsimus legibus laboranti eccleſiæ ad- A uerſus impios ſubuenire, quam Valens hæreticus Arianis fauens vehementer afflixerat. Cuius eccleſiæ membrum pius imperator eſſe magis, quàm in terris regnare gaudebat. [a] Inſuper & ſimulacra gentium vbique euertenda præcepit, ſatis intelligens terrena munera, non in dæmonum, ſed in Dei veri eſſe poſita poteſtate. Nec multo poſt ſubactis barbarorum nationibus, Arcadium filium ſuum conſortem fecit imperij.

C.A. 378.

Theodoſius q ipſo Eccleſia fecerit. ex Aug. li. 5. ciu. c. 26.

a Inter leges Theodoſij ea maximè excellit, quæ in Cod. Theodo. lib. 16. tit. 1. leg. 2. & in Tripar. hiſt. B lib. 9. cap. 7. ex Sozom & denique Cod. de ſumma trinit. habetur his verbis: Cūctos populos, quos clemētia noſtra regit imperiū, in tali volumus religione verſari, quam Diuum Petrum Apoſtolū tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quámque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam Euangelicamq́; doctrinam, Patris & Filij, & Spiritusſancti vnam deitatem, ſub pari maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus. Hāc legem Chriſtianorum catholicorū C nomen iubemus amplecti, reliquos verò dementes, veſanosq́; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina primum vindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus vltione plectendos. hæc ille. Quæ lex quāuis aduerſus hæreticos illius temporis lata ſit, tamen noſtros ita transfodit, vt illi vel ex hac ſola lege euerti poſſe videantur.

Maximus Tyrānus Romanum inuadit imperium. Paul. Diac. & Oroſ. lib. 7. cap. 34.

§. I.

D EOdem tempore, quo Theodoſius orientale moderabatur imperium, & Gratianus cum fratre ſuo Valentiniano iuniori occidentale optimis legibus tuebantur, ac lapſam rempublicam reparabant. Maximus quidam ex Romanis ducibus vir quidem probus & ſtrenuus, vt quidam volunt, per omnia Octauiano Auguſto ſimilis, niſi contra ſacramentum fidem fregiſſet, in Galliis tyrannidem arripuit. Hic enim Maximus miſſus à Gratiano in Britanniam, Pictos & Scotos inſulam incurſantes bello pluries ſuperauit. Qua E victoria elatus, & (vt quidam volunt) militibus cogentibus, in Galliam tranſiit, ibíque omnibus fauentibus purpuram ſumpſit. Vbi cum Gratianus imperator eſſet, & exercitum ac Romanas legiones negligeret, atque paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad ſe tranſtulerat, veteri ac Romano militi præferret, ac illorum comitatu ſemper vteretur, adeo vt nonnumquam eodem habitu iter faceret, hanc ob cauſam in ſe veteranorum militum animos concitauit. Quod poſtquam Maximus comperit, conſiderans iam adeſſe tempus, quo ſibi Romanum vendicaret imperium, multis barbarorum ac Romanorum fretus auxiliis F aduerſus Gratianum caſtra mouit. Quod poſtquā Gratianus comperit, ſubito eius aduentu perterritus, præcipue quum omnis eius exercitus ad Maximum tyrannum acceſsiſſet: cum in Italiam vbi frater eius imperabat tranſire diſponeret: dolis Maximi circumuentus apud Lugdunum Galliæ, vt quidam volunt, occiſus eſt.

Maximus Romanus Romanū inuadit imperiū. Pau. Diac. & Oroſ. lib. 7. c. 34. A.C. 383.

Gratiani imprudētia.

Gratiani apud Lugdunum cædes.

A.C.385.

Igitur Maximus occiſo Gratiano, facile totá A Galliam occupauit, eámque partem, quę Armorica nuncupatur, quæ mari Oceano verſus occidentem adiacet, Britonibus, quorum opera iis bellis, contra duces Gratiani vſus fuerat, poſsidendam tradidit: quæ poſtea ab incolis Britonibus minor Britannia nunc vſque nuncupatur. Maximus igitur occupatis Galliis, ad totius orbis imperium aſpirans, cum incredibili bellico apparatu contra Valentinianum ad Italiam tranſire diſponit. Cuius aduentu cognito Valentinianus cum ſe imparem & numero militum, & viribus B cerneret, voluntarie relicta Italia in orientem Conſtantinopolim ad Theodoſium confugit. Et ſic occiſo Gratiano, & fratre eius Valentiniano fugato, occidentale imperium Maximus tyrannus obtinuit, & tota Italia fere excepta vrbe Roma partes Maximi eſt ſecuta.

Maximus 20. Pop. Rom in occid. impe. imper. an. 5. d. 4.

D. Martinus erga Maximum imperatorem qualis. Seu. Sulp. in vita D. Mar. c. 23.

§. II.

EO autem imperante in Gallia, beatum Marti- C num epiſcopum ſæpius euocatum receptúmque intra palatium multum honorabat, totúſque cum eo ſermo de futuris, de fidelium gloria, de æternitate ſanctorum erat. Et cum ad hunc cæteri conuenissent epiſcopi, & fœda omnium circa principem adulatio notaretur, ſola in Martino Apoſtolica authoritas reſidebat. Nam & ſi pro aliquibus ſupplicandum fuit, imperauit potius, quàm rogauit. Sed & ad conuiuium eius rogatus frequenter abſtinuit, aſſerens ſe eius menſæ non poſſe eſſe participem, qui contra ſacramentum duos legitimos imperatores, vnum vita, alterum D regno priuaſſet. Sed cum Maximus non ſponte ſe imperium ſumpſiſſe diceret, ſed impoſitam ſibi à militibus imperij neceſsitatem armis defendiſſe, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili euentu victoria fuiſſet, nec vllus ex aduerſariis, niſi in acie occubuiſſet, tandem victus Martinus ratione vel precibus ad conuiuium imperatoris venit, mirum in modum gaudente imperatore, quod hoc impetraſſet. aderant illuſtriſsimi viri Euodius præfectus idem & conſul quo nihil iuſtius vnqnam fuit, comites duo magni, frater imperatoris & patruus. Medius E autem Martini presbyter accubuerat. Ipſe autem beatus præſul ſellula iuxta regem poſita, ſedebat. Ad medium autem conuiuij, vt moris eſt, pateram auream regi miniſter obtulit. At ille ſancto admodum epiſcopo dare potius innuit, expectans atque ambiens, vt ab illius dextera ipſe poculum ſumeret. Sed Martinus vbi ebibit, pateram presbytero ſuo tradidit, nullum exiſtimans digniorem, qui poſſet bibere prius. Quod factum imperator, & omnes qui aderant ita mirati ſunt, vt hoc ipſum quod quaſi contempti erant, eis cô- placeret. Et cum ad occupandam vrbem, & reſi- F duum Italiæ cum maximo exercitu properaret, beatus Martinus ei prædixit, ſi hoc attentaret, paruo poſt tempore eum periturum, cum exiſtimaret Maximus primo ſuo aduentu ſe futurum eſſe victorem, quod euenit, vt infra patebit.

Gratianû intelligit quem Maximus occiderat, & Valentinianum in niorem, quem ipſe fugarat.

Martinus presbyterum imperatori præfert.

Valentinianus enim cum Côſtantinopolim ad Theodoſium confugiſſet, ille memor patris & fratris in ſe collatorum beneficiorum, cum paterna A beneuolentia ſuſcepit. Et non ſolum viuo [Gratiano] ſeruauit fidem, quam debebat, verumetiam poſt mortem pulſum [eius paruulum fratrem tanquam pupillum excepit, &] ſeruata eius imperatoria dignitate ſuſceptum ipſa humanitate & gratia conſolatus bonæ ſpei eſſe iuſsit.

A.C. 385. Theodoſij erga Valentinianum pulſum pietas. Aug. li. 5. Ciui. c. 26.

Theodoſij contra Maximum expeditio. Oroſ. lib. 7. cap. 37. & Diac. lib. 13.

§. III.

THeodoſius igitur iuſtis neceſſariiſque cauſis ad bellum ciuile permotus, cum de duobus Auguſtis fratribus vnius interfecti vltionem alterius reſtitutionem procuraret, ſeſe aduerſus Maximum tyrannum ſola fide maior, nam longe minor vniuerſi apparatus bellici comparatione proripuit. Quem cum terribilem faceret ille ſucceſſus, Theodoſius tamen in anguſtiis curarum ſuarum non eſt lapſus ad curioſitates ſacrilegas, ſed ad Ioannem in Aegypti eremo conſtitutum, quem Dei ſeruum prophetandi ſpiritu præditum fama crebreſcente didicerat, miſit, atque ab eo victoriæ nuncium certiſsimum accepit. A Conſtantinopolitana igitur vrbe digreſſus, & orientalibus partibus, cum totius orientis viribus Theodoſius Romam venit. Aquileiæ tunc Maximus victoriæ ſuæ ſpectator inſederat. Andragathius autem dux eius ſummam belli adminiſtrabat, qui cum largiſsimis militum copiis aſtuto conſilio omnes Alpium ac fluminum aditus communiuiſſet, dum nauali expeditione incautum hoſtem præuenire & obruere parat, ſponte eadem quæ obſtruxerat clauſtra deſeruit, atque maritimo itinere ire obuiam Theodoſio parat. Sed Theodoſius terreſtri itinere feſtinans, nemine ſentiente vacuas Alpes intrauit, atque Aquileiam, vbi Maximus cum paruis copiis erat, hoſtem illum magnum & trucem Maximum, & ab immaniſsimis quoque Germanorum gentibus tributa atque ſtipendia ſolo terrore exigentem, ſine dolo & controuerſia clauſit, cepit, & occidit. Andragathius autem comes, qui nauali expeditione incautum hoſtẽ præuenire parauerat, cognita Maximi nece, ac decętero ſe Theodoſio poſſe reſiſtere deſperâs: præcipitio ſe è naui in vndas dedit, ſicq; ſubmerſus vitam finiuit. Ecce (inquit Oroſius) Chriſtianis temporibus qualiter ciuilia bella, cum vitari nequeunt, tranſiguntur. Nam capta eſt ciuitas: tyrannus belli concitator occiſus. Ecce à parte alia victus hoſtilis exercitus, atque ipſo tyranno truculentior (tyranni comes Andragathius ad mortem coactus, tantę diſſolutæ ac eluſæ inſidię, tanti apparatus bellici exinaniti ſunt, & tamen nullos dolos ſtruxit Theodoſius, nullû gladium de vagina extulit, & tamen formidoloſiſsimum bellum ſine ſanguine vſque ad victoriam duorum morte confectum eſt.

Aug. li. 5. Ciuit ca. 26.

Theodoſij de Maximo & Andragathio victoria.

Bella ciuilia quomodo trâſigenda. Oroſ. 16.

Theodoſius in Gallia victorem Maximi filium vicit. ijdem.

§. IIII.

ITaque occiſo maximo Valentinianus iunior per Theodoſium regno reſtitutus ac Italia recepta, inſtauratis copiis contra Maximi tyranni filium adhuc in Galliis imperantem properauit, quem primo prælio victum occidit. Quo occiſo,

&

A. C. 386.

A & omni illa tyrannorum multitudine eliminata, regna occidentalia ſub ſui ditione recepit, atque rempublicam in Galliis reſtituit.

Iuſtina imperatrix Ariana fuit. Augu. lib. 9. confeſſ. cap. 7. & Ruff. li. 11. c. 15. A. C. 386.

Erat autem huic Valentiniano Iuſtina mater, ſenioris (vt dictum eſt) Valentiniani vxor. Hæc vt ait Ruffinus in hiſtor. eccleſiaſtica, hæreſeos Arianæ alumna, impietatis ſuæ venena, quæ viuére viro ſuppreſſerat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum poſita, conturbare Eccleſiarum ſtatum, comminari ſacerdotibus depulſiones & exilia, niſi Ariminenſis concilij decreta, quibus fides patrum temerata fuerat, confirmarent. B Quo bello Eccleſiæ murum & turrim validiſsimam pulſabat Ambroſium, eúmque minis, terroribus atque omni oppugnationis genere fatigans, primum ſibi aditum debellandæ rimabatur Eccleſiæ. Sed quamuis illa Iezabel ſpiritu armata eſſet maligno, reſiſtebat tamen Ambroſius ſpiritu Heliæ repletus. Ipſa tamen in eccleſiis garrire, ſtrepere, animare, & inflammare ad diſcordiam populos non deſiſtebat, & quod minus ex ſententia res cederet, iniuriam putare, & pro hoc apud filium conqueri. Vnde adoleſcentulus pro contumeliæ inuidia, quam falſo C conflauerat mater, accenſus armatorum globum ad eccleſiam mittit, confringi ianuam, oppugnare ſancta, ſacerdotem Dei pertrahi, atque in exilium agi iubet.[a] Sed tanta fuit perſeuerantia fidelium populorum, vt animas potius amittere, quàm epiſcopum Ambroſium mallent.

3. Reg. 18. & 19.

Beneuoli magiſtri fidelis cõſtantia. ca. 16. vel memoriæ ſcrinius.

Iterum dictanda aduerſus fidem patrum imperialia decreta mandantur Beneuolo cuidam, tunc archiuis imperialibus præſidenti, ſed ille, vt chriſtianiſsimus, abnegat ſe impia verba poſſe proferre, & contra Deum loqui. Cúmque ei promitteretur celſior honor, ſi impleret iniuncta, ille D ait. Quid mihi pro impietatis mercede altiorem promittitis gradum? hunc ipſum, quem habeo tollite, tantum mihi fidei conſcientia duret illæſa. Et hæc dicens ante pedes impia præcipiẽtium cingulum iecit.

Ambroſius vero aduerſus reginæ furorem nõ ſe manu defendebat aut gladio, ſed ieiuniis continuatíſque vigiliis ſub altari poſitus per obſecrationem defenſorem ſibi atque Eccleſiæ Deum parabat. Et notandum diligenter quod cùm imperator Valentinianus iunior ad inſtantiam ma- E tris ſuæ Iuſtinæ Arianæ poſtularet ab Ambroſio vnam eccleſiam pro Arianis, Ambroſius non acquieuit dicens, quæ habentur 23. q. 8. conuenior. Conuenior ego ipſe à comitibus, vt per me fieret baſilicæ matura traditio, dicẽtibus imperatorem iure ſuo vſſiſſe tradi debere, eo quod in eius poteſtate eſſent omnia, reſpondi. Si à me peteret quod meum eſſet, id eſt fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meũ me non refragaturum,

Eccleſiæ Imperatoribus non ſunt obnoxiæ. Amb lib. 5. epiſt. 33. ad Marcel. ſoro.

A quamquam omnia quæ mea ſunt, pauperum ſint. Verùm ea quæ diuina ſunt, imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta. Si patrimonium petitur, inuadite, ſi corpus, occurram. Vultis me in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati eſt mihi. Non ego me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans, ſed pro altaribus gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad baſilicam Eccleſiæ occupandam miſſos cognoſcerem, ne dum populus baſilicam vendicat, aliqua ſtrages fieret, quę in perniciem B totius vergeret ciuitatis. Orabam ne tantæ vrbis vel potius totius Italiæ buſto ſuperuiuerem. Et infrà. Aduerſus arma, milites, & Gothos lachrymæ meæ arma mea ſunt. Talia ſunt munimenta ſacerdotis, aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere. Vtinam eſſem ſecurus, quod eccleſia hæreticis minime traderetur. Ad palatium imperatoris iré libenter, ſi hoc congrueret ſacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quàm in eccleſia, ſed in conſiſtorio non ſolet Chriſtus reus eſſe, ſed iudex cauſam fidei agendam in eccleſia quis abnuat? ſi quis confidit huc veniat. Et infrà. Allega- C tur imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo. Noli grauare te imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus. Scriptum eſt. Quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. Ad imperatores palatia pertinent, ad ſacerdotes, Eccleſię. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Sanctus Naboth vites ſuas proprio cruore defendit. Si ille vineam ſuam non tradidit, ſcilicet Achab regi, nos trademus Eccleſiam Chriſti? Et infrà.[b] Quid honorificentius, quàm vt Impe- D rator filius Eccleſiæ eſſe dicatur? Quod cum filius dicitur, ſine peccato dicitur, & cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Eccleſiam eſt, non ſuprà Eccleſiã. Bonus enim Imperator quærit auxiliũ Eccleſiæ, non refutat. Si id quod mei iuris eſt peteretur, vt domus, fundus, aurum, libenter offerrem. Templo Dei nihil poſſum nec decerpere, nec detrahere. Illud cuſtodiendũ non tradendum accepi. Hæc ibi. Inter hæc autem impia illa Iezabel, ne inceptam contra eccleſiã perſequutionem perficeret, vitam finiuit.

A. C. 386.

Ambr. in oratio. de baſi. trad. li. 5. epiſt. Arma clericorũ lachrymæ.

Hæc habet epiſto. 33. Ad Imperatorẽ diuina non pertinẽt. Matth. 22. Hæc in oratione. 3 Reg. 21.

Imperator eſt filius Eccleſiæ.

Hæc habentur ſe rè in principio orationis. Mors Iuſtinæ.

a Nimirum annus erat, aut non multo amplius cùm Iuſtina Valentiniani regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequebatur hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arianis, excubabat pia plebs in Eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Tunc hymni & pſalmi, vt canerentur ſecundum morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illo in hodiernum diem retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Aug. lib. 9. confeſſ. cap. 7.

E *b Eccleſiæ nomine Ambroſius hic paſtores Eccleſiæ intelligit. Hinc hoc diſcrimen apud veteres obſeruare licet, vt Epiſcopi Eccleſiæ Dei ſaculi, magiſtratus, & principes filios, Epiſcopos autem & ſacerdotes fratres appellent. Sic Dulcitio & Marcellino tribunis, Apringio iudici, aliiſq; ſcribens Aug. eos filios vocat Staplet. lib. 5. de principio fidei. cap. 17.*

De Theodoſio Imperatore præſtantiſsimo ex Diacono, Oroſio, Socr. & aliis.

CAPVT VIII.

F OCciſo Gratiano Maximo, & Valentiniano in imperio occidentali reſtituto, Theodoſius imperium orientale ſolus obtinuit. Cœpit autẽ imperare anno Domini ccclxxxvij. Ab origine autẽ mundi quater milleſimo ccclj. ſecundum Hebræos, & Hierony. ſecundum lxx. & Euſebium quinquies milleſimo cccclxxxvj. ab vrbe cõdita milleſimo cxxxviiij. Et imperauit poſt mortẽ Gratiani annis xj. Hic fuit ex Hiſpania, vt dictum eſt, ex

A. C. 392. patre Theodoſio occiſo iniuſtè à Valente Imperatore.

Ex Diac. Hic fuit fidei catholicæ (vt ait Iaco. de Colum.) deuotiſsimus, atque Reipubl. propagator & defenſor egregius, moribus & corpore Traiano ſimilis, à quo (vt aliqui ſcribunt) originem duxit. In iis tamen diſsimilis, quia Traianus gentilis, Theodoſius deuotus catholicus fuit, animo clemés, miſericors cõmunis, ſolo habitu differre à cæteris putans, liberalis in omnes, in bonos effuſior. Simplicia ingenia diligere, erudita mirari, amare ciues, illóſq; honoribus ac pecunia munerari, præſertim quorum erga ſe, vel reinpublicam aduerſo caſu officia comprobaſſet. Illam tamen, qua Traianus aſperſus eſt, cupiditaté triumphandi vſque adeò deteſtatus eſt, vt bella non mouerit, ſed inuenerit. Fuit & literis mediocriter doctus, ſtudioſus tamen, multúmque diligens ad noſcendum geſta maiorum. Cúmque illa legeret, execrabatur principes ſuperbos atque crudeles, Habuit tamen, quod negari non poteſt, ſeuera præcepta, (habuítque à naturæ munere, quod Auguſtus a Philoſophiæ doctore.) & iraſcebatur ſubitò rebus indignis, ſed inſtanter flectebatur. Vnde ipſum beatus [a] Ambroſ. monuit, ne ſtatueret aliquid aſperum, ſed cum iraſci cœpiſſet vigintiquatuor nomina literarum Græcarũ memoria reuolueret, vt ita cogitatione mente aliò traducta, parui temporis interiectu illa concitatio langueſceret. Elegans lætúmque conuiuium inter amicos facere conſueuerat, nec tamen ſumptuoſum. Regebat valetudinem veſcendi continentia. Huic coniugio ſociata eſt Flacilla nomine, ex qua Arcadium & Honorium filios ſuſcepit. Qua defuncta Gallam Valentiniani ſenioris, & Iuſtinæ filiam duxit vxorem, quę ei Placidiam genuit. Cui poſtea de matris nomine Gallæ nomen impoſuit.

Traiano in quo diſſimilis.

B C D

§. I.

Oroſ. lib. 7. cap. 35. & Diac.

IGitur cũ Theodoſius in oriẽte, & Valẽtinianus iunior in occidente Romanum gubernarent imperiũ, vt ferunt quidam, dolo Arbogaſtis Comitis Valentinianus occiſus eſt. Sed vt alij volunt, cauſis latentibus laqueo vitam finiuit. Sed hoc dolo ſupradicti ducis, qui ſibi parabat imperium, occiſus eſt apud Viennam Galliæ ciuitatem. Quo extincto dictus Arbogaſtes Eugenium quendam natione Francum creauit Imperatorẽ. Fuit autem hic Eugenius quondam grãmaticus, & latinarum literarum doctor, ſed relictis ſcholis in palatio militabat, & erat Valentiniani Imperatoris ἀντιγραφεύς, [b] qui propter ſingularẽ eloquẽtiam ab omnibus honorabatur. Hi ergo duo in mortẽ domini ſui magnis promiſsionibus induxerunt eunuchos, qui dormientẽ ab eis ſtrangulatus eſt, ita vt voluntariam vitam finiſſe putare-

Valentiniani cædes.

A. C. 392.

E

a Hoc præceptum traditũ fuiſſe ab Athenodoro philoſopho Auguſto Imperatori, cùm ei vale diceret, ſcribit Plutarch. in Apophth. Roman. & Fulgo. lib. 7. cap. 2. ſcribunt.

b [illegible] ex Demoſth. contra Androtionem, ſunt obſeruatores coactorum, ſeu minorum quæſtorum, qui pecuniam ad principem vel rempublicam ſpectantem cogunt. hos Cic. in Rullum & Vlpianus lib. 3. D. de admin. tuto. Cuſtodes vocat. Galli contrerolleurs. Bud. in annot. in Pandect.

Arbogaſtes qualis.

A tur. Talem ſanè Arbogaſtes elegit ad imperium, cui ſoli titulum Imperatoris imponeret: ipſe pro arbitrio gubernaturus imperium. Nam ipſe Arbogaſtes genere Frãcus, vel (vt dicunt alij) Gothus, animo verò & conſilio barbarus, ſæuus & crudelis, ac cultor ſordidiſsimus idolorum. Cui Valentinianus propter ſingularem rei militaris ſcientiam omnium exercituum curam cõmiſerat.

A. C. 392.

Arbogaſtes.

Eugenius igitur tyrannus ſtudio Arbogaſtis Romanum ſibi imperium parans, vndiq; ſe innumeras inuictáſque copias, vel è Romanis præſidiis, vel auxiliis barbarorum, quorum alios poteſtate, alios affinitate contraxerat, congregauit, ad Italiámque cum iis copiis contra Theodoſiũ principem iter arripuit. Theodoſius autem Imperator collegæ ſui Valentiniani morte comperta, nihilò ſegnius ad vltionem inflammatus, contra Eugenium arma arripuit, Dei tamen voluntate per Ioannem anachoretam, ſanctiſsimum virum & ſpiritu prophetico præditum, pacémne retinere, an bellum gerere vtrum melius eſſet, Imperator pius ſciſcitabatur. Qui ſicut de Maximo, ita & de hoc, licet non abſque plurima ſanguinis inundatione, vtriuſque partis victoriam promittit.

Eugenius 11. popu. Roma. in occidente Imperator imperauit an. 4. d. 13.

Theodoſius igitur contra Eugenium præparatur ad bellum: non tam armorum, telorumque, quàm ieiuniorum, & orationũ ſubſidiis, nec tam excubiarum vigiliis, quàm obſecrationum pernoctatione munitus. Circumibat cum ſacerdotibus & populo loca omnia orationum, & ante Apoſtolorum & martyrum thecas iacebat, cinere & cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida ſanctorum humili interceſsione poſcebat. At pagani cœperunt innouare ſacrificia, & Romam, vbi tunc Theodoſius erat, funeſtis victimis cruentare, inſpicere exta pecudum, & [ex fibrarũ præſcientia] ſecuram Eugenio victoriam nunciare. Sed Theodoſius vbi Alpium fauces, quas hoſtes obſederant, cœpit vrgere: primi illi, qui ſacrificauerant diis, in fugam verſi ſunt. Et præcipuè Fabianus vrbis præfectus & paganus, qui Eugenio fauens omnium ſacrificiorum cauſa fuerat, qui maximè Chriſtianis inſultans certam Eugenio victoriam promiſerat, cùm poſſet euadere mortẽ incurrit. Eugenius verò & Arbogaſtes inſtructas acies campis expedierant, alta alpium latera atq; ineuitabiles tranſitus præmiſsis callidè inſidiis occupauerant, ita vt ſola belli diſpoſitione deberent eſſe victores, niſi Dominus pro Theodoſij iuſtitia pugnaſſet.

Ruff. lib. 11. cap. 32.

Nobilis de Eugenio tyranno victoria.

Theodoſius igitur in ſummis alpibus conſtitutus [expers cibi ac ſomni, ſciens quòd deſtitutus à ſuis, neſciens quod clauſis alienis, Dominum Chriſtum ſolum ſolus qui poſſet omnia] corpore humi proſtratus mente cœlo fixus [orabat. Dehinc poſtquam in oratione noctem duxit inſomnem, & teſtes propemodum, quas in pretium cœleſtis præſidij appenderat lachrymarum lacunas reliquit:] fiducialiter arma corripuit ſolus, ſciens ſe eſſe nõ ſolùm, ſigno [c] crucis

F

c Hinc apparet quanta in veneratione ſignum Crucis illo ſæculo habitum à piis principibus fuerit. Et quemadmodum Theodoſius ſignũ Crucis eſt veneratus, ita ab omnibus illud voluit venerari lege lata Cod. Nemini licere. in hæc verba, Cùm ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis religionem

A.C 392.

ligionem tueri, ſignum Saluatoris Chriſti nemini licere, vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis, inſculpere, vel pingere, & quocunque reperitur tolli, grauiſſima pœna multando eos, qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerint, ſpecialiter imperamus.

tuendum, ſed & victoriam adepturum, ac ſigno crucis ſe muniẽs, ſignum victoriæ dedit, ac ſigno crucis ſignum prælio dedit: ac ſe in bello, etiam ſi nemo ſequeretur victor futurus immiſit, verùm vbi ad primos vẽtum eſt, ſe illi ſine certamine legitimo principi tradiderunt. Cum cæteris verò qui in vallibus denſatis aciebus cum Eugenio & Arbogaſte erant, cõflictus acerrimus geritur. Stetit aliquandiu anceps victoria. Fundebantur iam auxilia barbarorum, quos ad bellum Imperator conduxerat, atque iam terga hoſtibus dabant. Sed fiebat hoc, non vt Theodoſius vinceretur, ſed ne per barbaros vincere videretur. Tunc Theodoſius, vt conuerſas ſuorum acies vidit proiectis armis ad ſolita ſe conuertit auxilia, & proſtratus in conſpectu Dei ait. Omnipotens Deus, tu noſti, quia in nomine Ieſu Chriſti filij tui vltionis iuſtæ prælia iuſta ſuſcepi. Si ſecus, in me vindica. Si verò cum cauſa probabili in te confiſus huc veni, porrige dexteram tuam, ne forte dicant gentes, vbi eſt Deus eorum?

Theodoſij exercitus initio funditur & cur.

Stabat enim in edita rupe vnde conſpici, & conſpicere poſſet à ſuis cum hæc diceret. Quam ſupplicationem pij principis certi adeo ſuſceptã hi qui ſecum aderant duces, animantur ad cędem. Accidit præterea, vt Arbitrio hoſtilium partium comes, cum circumpoſitis inſidiis ignarum imperatorem excepiſſet, Deo volente conuerſus ad Auguſti reuerentiam non ſolum ipſum periculo liberauit, verumetiam auxilio inſtruxit. Compertum eſt etiam, quod poſt illam imperatoris précem, quam Deo fuderat, magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hoſtium ruit. Ferebãtur per aerem ſpicula miſſa fidelium, atque vltra menſuram humanì iactus in aere portata hoſtes conficiebant. Econtrario hoſtium tela, quæ in fideles iaciebantur, in hoſtes retorquebantur. Quibus viſis proſpexit ſibi humanæ conſcientiæ pauor. Nam continuo ſeſe victori Theodoſio hoſtilis proſtrauit exercitus. Eugenius verò conſpecta ſuorum aliorum cæde, aliorum deditione, cũ ſe clam bello ſubtrahere niteretur, à Theodoſij militibus captus atque occiſus eſt. Arbogaſtes verò cum ſalutem fuga quærere niteretur, & vndique ſe hoſtibus circumſeptum cõſpiceret, cum nulla ſalutis via ſibi pararetur: propria ſe manu interemit. Et ita horum duorum ſanguine bellũ ciuile reſtinctum eſt.

Ducis hoſtium defectio mirabilis.

Diuina plane atque cæleſtis Theodoſij victoria.

Sane Theodoſius ante bellum contra Arbogaſtem decem millia Gothorum, quos mercede cõduxerat miſit, qui dolo barbarico ab Arbogaſte circumuenti, funditus ſunt deleti, quos perdidiſſe lucrum, & vinci fuit vincere. [a] Dicãt nunc Chriſtianæ religionis obtrectatores, ſi vnum aliquod ab initio orbis bellum ciuile fuerit tam pia neceſſitate ſuſceptum: tam diuina fælicitate confectum, tam clementi benignitate ſopitum. Patuit itaque virtute diuina, non humanarum virium potentia, victorem ſemper Theodoſium fuiſſe bellorum. Tanta fuit aut poſt hanc victoriam Theodoſij clementia atque benignitas, vt hoſtiũ

A ſuorum filios nondum Chriſtianos ad Eccleſiam confugientes, Chriſtianos fieri voluit, & illos poſtea Chriſtiana caritate dilexit, nec priuauit rebus, ſed honoribus auxit. A.C. 392.

a Poſſumus etiam Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ aduerſariis ſic obiicere. Dicant etiam nunc Catholicæ religionis obtrectatores, an is Imperator, qui cum ſacerdotibus circumibat omnia orationum loca, qui ante Martyrum cinres eproſtratus iacebat, qui Sanctorum auxilia, (eorum ſcilicet ante quorum thecas iacebat) humili interceſſione po- B *ſcebat, & ſigno crucis ſe muniens, & ſignum crucis pro ſigno militibus dedit, & ſigno crucis eſt prælium auſpicatus, religionis Chriſtianæ verus cultor aſſertorq́ extiterit, nécne? Si negent, præterquam quod cõmuni hominum ſententiæ iudicioq́ repugnant, in Deum ipſum ſunt impij, qui tam inſigni illuſtriq́ miraculo, huic inſigni Papiſticarum, vt aiunt, fabularum, vel ſtipularum, & nauorum & inclinationum veræ doctrinæ, vt loquuntur Magdeburg. aſſe. læ fauere viſus eſt, & quidem eo ſæculo quo Chriſtiana religio caput alte exerere, & de* C *omnibus hoſtibus ſuis palam triumphare cœpit, quæ quidem rem tam peſſimi, vt volunt, exempli atrociter vindicare, eius ſingulari prouidentiæ congruere videbatur. Si verò eum verum Chriſti cultorem prædicant, agnoſcant quæſo, quomodo ipſi à vero Chriſti cultu longè abſint, qui ea quæ Chriſtianiſſimus Imperator geſſit, non ſolùm non faciunt, ſed piis hominibus quidem faciunt idololatriæ crimen & ſuperſtitionis notam imponunt. An vero id accidiſſe vnquam negabunt: hoc ſanè niſi ab his qui ſolem meridie non lucere affirmant, inficiari non poteſt. hoc enim referunt illius temporis* D *rerum geſtarũ ſcriptores. Ruff. lib. 11. cap. 32. Oroſ. lib. 37. cap. 35. Auguſt. lib. 5. ciuit. cap. 26. cuius hæc verba ſunt: Milites nobis qui aderant, retulerunt extorta tibi eſſe de manibus, quæcunque iaculabantur, cùm à Theodoſij partibus vehemens ventus iret, & non ſolùm quæcũque in eos iaciebantur concitatiſſime raperet, verùm etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret. Claudianus quoque illo tempore poeta præſtantiſſimus hanc victoriam his verſibus qui à D. Aug. & Paulo Diacono citantur celebrauit:*

E *Te propter gelidis Aquilo de monte procellis*
Obruit aduerſas acies, reuolutaq́ tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas acies, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.
Claud. in Panegyr. tertio.

Theodoſij in ſtabilienda religione Chriſtiana ſtudium & diligentia. Ruff. lib. 11. cap. 19.

§. II.

F POſt tyrannorum itaque victoriam, pius princeps Theodoſius ſumma cura, ſummóque ſtudio pulſis vbique hęreticis atque paganis, cultum Chriſtianæ religionis vbique dilatare curauit. Eccleſias, quas hæretici per violentiam abſtulerant, catholicis reſtituit, & contra paganorum ritus totis viribus inſurrexit, legéque data omnia vbique idolorum templa in toto Romano orbe mandauit euerti. Nam vſque ad tempora huius

A.C.392.

felicisſimi principis agentibus idola colebantur, ſed iſte pio zelo ſuccenſus, ea mandauit deſtrui.

Trip.hiſt. lib.9.c.27.

Cum autem apud Alexãdriam Aegypti quoddam templum idolorum ex mandato principis euertere Chriſtiani inchoarent, reſtiterunt gentiles etiam armis, aliquot etiam ex Chriſtianis occidentes in tumultu illo. Cúmque ſeditio & occiſio ſecuta ad principem deferretur, vindictam quidem in interfectores noluit exerceri, emendationi reſeruans potius, quàm perditioni exponens. Sed de cætero qui illa impediret, ſcilicet templa euerti idolorum, debere ſtatuit occidi. Quod cum ex reſcripto principis conſtaret, pauor & ſtupor gentiles apprehendit, nec vltra huic operi teſtiterunt.

Serapidis templũ.

Erat tunc temporis apud Alexandriam illud mirabile cunctis ſæculis Serapidis templum. In quo eiuſdem Serapidis vaſtum colebatur ſimulacrum, adeo vt dextera vnum parietem, ſiniſtra alterum pertingeret, quod monſtrum ex omnibus generibus metallorum, atque lignorum cõpoſitum ferebatur. Erant prętereà quędam in dicto templo, quæ dolis & arte compoſita ſtuporẽ inducerent. Data autem licentia ab imperatore per reſcriptum de idolis euertendis, quædam iam erat diſperſa in populo perſuaſio quod ſi humana manus illud contigiſſet Serapis templum, terra dehiſcens illico ſolueretur in chaos, cælúmque ſubito rueret in præceps.

Militis animoſi pia ſecuritas.

Sed vnus ecce ex militibus fidelis, fide magis quàm armis ſtipatus, correptam bipennem inſurgens omni niſu maxillæ veteratoris illiſit. Clamor attollitur populorum, neque tunc aut cælum ruit, nec terra dehiſcit. Inde iterum atque iterum repetens putridi ligni fumoſum ſimulacrum cædit. Poſt hoc reuulſum à ceruicibus caput combuſtum igne adhibito, tam facile quàm lignum aridum conflagrauit. Poſt quod & alia idola per totam Alexandriam deiecta ſunt ſimiliter.

Saturni ſacerdotis impoſtura ibid. c. 35.

In templo Saturni erat ſacerdos quidam Tyrannus nomine. Hic quaſi ex reſponſo numinis adorantibus in templo nobilibus quibuſque & primariis viris, quorum ſibi matronæ ad libidinem placuiſſent: dicebat Saturnum præcepiſſe, vt vxor ſua pernoctaret in templo. Tunc is qui audierat gaudens, quòd vxor ſua numinis dignatione vocaretur, exornatam comptius mittebat ad templum. In conſpectu omnium concluſa matrona, ſacerdos Tyrannus clauſis ianuis & clauibus traditis diſcedebat. Deinde facto ſilentio, per occultos & ſubterraneos aditus, intra ipſum Saturni ſimolacrum patulis cauernis irrepebat. Erat autem ſimulacrum illud à tergo exeſum, & parieti diligenter adnexum, ardentibúſq; intra ædem luminibus, intentę atque ſupplicanti mulieri vocem ſubito per ſimulacrum æris concaui proferebat, ita vt pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam ſe tanti numinis putaret alloquio: poſtea arte quadam lumina omnia extinguebantur. Tunc ille deſcendens conſternatæ mulieri adulterij fucum inferebat. Hæc cum quaſi per omnes matronas multo iam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruiſſe facinus, & attentius deſignantem cognouiſſe vocem Tyranni, ac domum reuerſam viro de fraude ſceleris indicaſſe. Ille de iniuria coniugis, immo ſua potius inflammatus, ſacerdotem illum Tyrannum ad tormenta deduci, qui fatetur fraudes, & pudor omnes inuaſit de turpitudine tãta & dolo. Pro quibus ille (quod meruit) non impunitus euaſit.

Canopis idoli deſtructio. ca. 26.

Iam verò Canopis idoli, quis enumeret ſuperſtitioſa flagitia, vbi magicæ artis erat publica ſchola? Ad quem locum à paganis tanquam ad fontem dæmonum maior celebritas quam apud Alexandriam habebatur, quod ſimulacrum ita fuerat arte doloſa confectum, vt ſudare videretur aquam, quæ in hydria erat recondita in ventre eius, quæ aqua deſcendens ignem ſubter ſimulacrum poſitum extinguebat, quaſi Deus maior eſſet Canopis Deo Chaldæorum, qui eſt ignis, cum eum extinguendo quaſi ſuperaret. Sed nullus profuit ſudor, quin & iſtud ad ſolum deduceretur fraude detecta.

Menſura Nili fluminis ad eccleſiam defertur.

Erat inſuper moris in Aegypto, vt menſura Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis authorem. Subuerſo autem eius ſimulacro, ignique conſumpto, omnes pagani negabant Serapin iniuriæ memorem, aquas vltra affluentiam ſolitã largiturum. Sed vt oſtenderetur Deus non Serapin qui Nilo multo erat poſterior, ſed ſe eſſe, qui aquas fluminis ſuis temporibus iuberet excreſcere, tanta fuit ex eo & deinceps inundatio, quantam fuiſſe prius nulla ætas meminerat. In quibus omnibus piiſsimus imperator gratias Deo agebat, quòd errores vetuſtiſſimę idololatrię tollerentur.

Theodoſij apud Theſſalonicam ſæuitia, eius denique pœnitentia. Ruff. lib 11. cap. 18. hiſt Tripar. lib 9. cap. 30. Auguſt. lib. 5. ciu. c. 26. Diac. lib. 13. & alij.

§. III.

PEr idem tempus ſubreptione quadam dęmonis, turpis macula religioſo principi illata eſt. Etenim cum apud Theſſalonicam ſeditione exorta: vir quidam ex militaribus, impetu populi fuiſſet extinctus, repentino nuncij imperator atrocitate ſuccenſus, ad ludos circenſes populum inuitari, eíque ex improuiſo circumfundi milites, atque obtruncari paſsim, vt quiſque occurriſſet, gladio iubet, & vindictam dari, non criminis ſed furori, vbi plus quàm quinque millia hominum trucidata ſunt.

Trip. l. 9. cap. 30.

Cum autem non multo poſt tempore imperator Mediolanum veniſſet, & ſacrum Dei templum voluiſſet intrare, Dei præſul Ambroſius qui adhuc illi eccleſiæ præerat, ad ianuam eccleſiæ occurrit, & aduenientem imperatorem ſic talibus aggreſſus eſt verbis. Neſcis imperator perpetratæ abs te cædis quanta ſit magnitudo? Cur poſt cauſam tanti furoris tuæ molem nequitiæ non agnoſcis? Sed forte cognitionem peccati prohibet poteſtas imperij. Decet tamen, vt vincat hic ratio poteſtatem. Scienda quippe natura eſt, & eius mortalitas, ac reſolutio, & puluis, ac vilis progenitorum conditio, ex quibus vile hoc ſuſcepimus cadauer, & non veſte purpurea confidentes infirmitatem & fragilitatem cooperti corporis ignorare. Quibus oculis aſpicies Deũ, & Dei templum? Quomodo manus extendes ad eum, ex quibus adhuc ſanguis innocentum manat?

Corpus Domini & ſãguis in Euchariſtia.

Qua præſumptione ſacrum Domini corpus accipies & ſanguinem, cum tuo præcepto tantus ſanguis innocentum fuſus eſt? Recede ergo recede,

A.C.382.

de, nec ſecundo peccato priorum nequitiam augere contendas. Suſcipe vinculum, quo te Dominus omnium ligat, (eſt enim medicina maxima ſanitatis.) His ſermonibus imperator obediens, eccleſiam Dei ingredi non præſumpſit, ſed flens & gemens ad palatium remeauit. Erat enim diuinis eloquiis eruditus, & ſciebat Chriſti præſulem vera dixiſſe. Nec ignorabat, quæ ſunt propria ſacerdotum, & quæ regum.

Alia ſunt regũ, alia ſacerdotum propria.

Cum autem octo menſium ſpacium tranſiſſet, appropinquauit Chriſti Domini noſtri ſacra natiuitas. Imperator autem aſsiduis lamentationibus in palatio reſidens, inceſſanter lachrymas effundebat. Quod Ruffinus magiſter militum attendens Auguſtum conſolari nitebatur. Ad quem plenus ſingultibus imperator dixit. Tu Ruffine non ſentis mala, quæ patior. Nam ſeruis & mendicantibus Dei aperta ſunt templa, communem omnium dominum licenter exorant, mihi verò eius denegatur ingreſſus: & (quod peius eſt) mihi cæli ſunt clauſi. Et hoc dicens interrumpebat verba ſingultibus. Tũc Ruffinus. Curro (inquit) ſi placet, & epiſcopo Ambroſio perſuadebo, vt vinculo, quo te ligauit, abſoluat. Cui Imperator. Nõ perſuadebis Ambroſio. Scio enim decretũ illius eſſe iuſtiſsimum, neque in hoc caſu imperialem potentiam reuerebitur, [vt legem præuaricetur diuinam.] Sed cum aſſereret Ruffinus, Ambroſium eſſe flectendum, Imperator ipſum pergere cum feſtinatione præcepit. Ipſe verò ſpe data cum humili comitatu ſecutus eſt veſtigia præcedẽtis. Porrò vir mirandus Ambroſius, cum Ruffinum ad Eccleſiam veniſſe proſpexiſſet, ipſum verbis præueniens ait. Canum impudentiam ſecutus es ò Ruffine, tantorum innocentium necis author exiſtens, & nunc pudorem ex fronte detergens non erubeſcis, nec metuis contra imaginem latrare diuinam. Cùm autem Ruffinus ſupplicaret, vt Imperatoris ſolueret vinculum, & addidiſſet illum è veſtigio ſecuturum. Ambroſius, Ego, inquit, Ruffine tibi prędico, quod ſacra limina eum ingredi prohibebo. Si verò ipſe imperium in tyrannidem mutauerit, libenter mortem pro veritate ſuſcipio. Hæc & alia Ruffinus audiens, nuntiauit Imperatori votum antiſtitis. At Imperator in media platea hoc cognoſcẽs. Pergam (inquit) & iuſtas in facie ſuſcipiam contumelias. Veniens ergo non eſt auſus intrare baſilicam, ſed inueniẽs epiſcopum [a] in ſalutatorio reſidentem, vt eius vinculum ſolueret, ſupplicabat. At ille tyrannicã eius aiebat eſſe præſentiam, & contra Deum inſanire Theodoſium, ac eius ſacras calcare leges. Ad quem Imperator. Non pater ſanctiſsime, ſurgo contra Eccleſiaſticas ſanctiones, neque ingredi ſacra limina contendo: ſed te ſoluere mea vincula depoſco, & communis Domini pro me orare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quã cunctis pœnitentiam agentibus Dominus noſter aperuit. Tunc antiſtes. Quam, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tantas impietates? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagaſq; curaſti?

Natiuitatis Chriſti feſtum celebatur.

Excõmunicato cæli ſunt clauſi.

Ambroſius inuehitur in Ruffinũ.

Theodoſius erga S. Epiſcopũ valde demiſsè loquitur.

Cui Imperator. Tuum opus eſt docere, & medicamina temperare, meum verò oblata ſuſcipere. Et cum Imperator induceret exemplum Dauid, qui adulterio adiunxit homicidium, & tamen ei indultum eſt, reſpondit. Imitatus es errantem, imitare ſe corrigentem. Quoniã ergo, inquit Ambroſius, furori tuum cõmiſiſti iudicium, & non ratio protulit ſententiam, ſed potius iracundia: ſcribe legem, quæ decreta furoris euacuet, & à triginta diebus ſentẽtia necis atque proſcriptionis in literis tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet. Quibus tranſactis diebus, ira videlicet iam ceſſante, ratio cauſam iudicans apud ſemetipſam, quæ cognouerit diſponat ſub veritate. Hanc admonitionem libenter Imperator ſuſcepit, [b] optimámque eſſe legem confitens, repentè conſcribi fecit, & propriæ manus literis confirmauit. Sic ergo ſacratiſsimus Imperator de licentia antiſtitis limina ingredi præſumens, non ſtans domino ſupplicauit, neque genua flexit, ſed pronus in pauimento iacens Dauidicam proclamauit vocem. Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum. Manibus capillos euellens, frontémque percutiens, & pauimentum lachrymarum guttis aſpergens, veniam impetrare poſcebat. Cúmque tempus accederet, quo munus ad altare ſolebat deferre, ſurgens cum lachrymis eſt ingreſſus. Cùm verò obtuliſſet ſicut ſolitus erat, intra cancellos ſtetit. Rurſus Ambroſius non acquieuit, [ſed differentiam locorum edocuit, & primò quidem interrogauit] quid ibidem expectaret. Imperatore verò dicente ſuſtinere ſe perceptionem ſacrorum myſteriorum, per archidiaconum remandauit. O Imperator interiora loca tantùm ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri, nec ingredi, nec contingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe cõmunem. Purpura nanque imperatores, non ſacerdotes facit. Tunc fideliſsimus Imperator, & hanc traditionem animo gratanti ſuſcipiens remandauit. Non audaciæ cauſa intra cancellos manſi, ſed in Conſtantinopolitana vrbe hanc cõſuetudinem eſſe cognoui, vnde gratias ago pro huiuſmodi medicina. Tali ergo tantáque virtute, & præſul & imperator clarebant. Ille zeli feruore atque fiducia, iſte fidei puritate atque obedientia.

A.C.383.

Pſal. 118.

Purpura non facit ſacerdotes, ſed imperatores.

Cùm autem reuerſus Conſtantinopolim in feſtiuitatibus ad Eccleſiam proceſsiſſet, oblatis in altari muneribus mox egreſſus eſt. Cúmque Nectarius ibi præſul mandaſſet, cur intus ſtare noluiſſet, mandauit Imperator: Vix (inquit) diſcere potui, quæ ſit differentia imperatoris & ſacerdotis. Vix enim veritatis inueni magiſtrum. Ambroſium ſolum noui dignè vocari pontificem.

Huius autem viri vxor Placilla non multum erga Dei deuotionem à viri ſui propoſito diſcrepabat. Dici non poſſet quantum Dei ſacerdotes,

Placillæ vxoris Theodoſij pietas. hiſtoria trip. lib. 9. cap. 31 & Diac. ibi.

a Pro Salutatorio Græcè apud Theodor. lib. 6. cap. 18. legitur, ἐν οἴκῳ ἀσπαστικῷ, quod domum vel ædem ſalutatoriam reddere potes. ex quo apparet Salutatorium porticum quandam ante ſacras ædes fuiſſe, in qua ſeſe mutuo homines ſalutabant, & aduenientes alij alios excipiebant.

b Hæc lex habetur lib. 8 hiſtor. tripar. cap. 30. ex Theodo. lib. 5. cap. 17. & Sozom. lib 7 cap. 24. & Cod. de pœnis. lib. 9 l. ſi vindicari. his verbis: Si vindicari in aliquo ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſa intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam aut excipere ſentẽtiam, ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorum, ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè excipiat, vinciátque cuſtodia, & excubiis ſolertibus vigilãter obſeruet.

&

A.C. 395.

& maximè Chriſti pauperes venerabatur. Nam A pauperibus infirmis proprijs manibus miniſtrabat, non ſeruis, non alijs vtens miniſtris, ſed per ſemetipſam diſcurrebat per habitacula pauperũ, & hoſpitalia infirmis ſeruiens, ollas eorum contergens, pedes lauans. Dicebat autem optima fœmina. Aurum diſtribuere opus imperij eſt, ego autem pro imperij ſalute hoc opus altiſsimo offero bona omnia mihi conferenti.] Et Theodoſio viro ſuo ſæpe dicebat. Oportet marite cogitare, quid dudum fueris, & quid modo ſis, quod ſi aſsiduè feceris, nunquam de tantis beneficiis ingratus eris. In decretis diſt. 96. duo ſunt. Dicitur, B quòd Ambroſius excõmunicauit Theodoſium. & 11. q. 3. cum apud Theſſalonicam. habetur ex hiſto. Eccleſiaſtica tranſſumptũ, quod pro illa occiſione inordinata ex impoſitione Ambroſij fecit publicam pœnitentiam, & condidit illam legem, de qua dictum eſt.

De morte Theodoſij Imperatoris, qua fuit A. C. 395. 16. Cal. Febr. Vide Diac. lib. 13. & Trip. hiſto. lib. 9. cap. 50. Oroſ. lib. 7. cap. 36. & Ruff. lib. 11. cap. 34.

C A P. IX.

THeodoſio itaque Imperante, & cum magno Dei timore & Eccleſiæ exaltatione, dedit dominus Deus pacem in diebus ſuis. Nam ſopitis bellorum fragoribus, mundus tranquilla republica pace optima fruebatur. Sed non poſt longum tempus fideliſsimus imperator apud Mediolanum ægritudinem incurrit, qui reipublicæ diſponendæ cura perſtrictus, pro filiis miſit. Et aduenientibus Arcadio maiori ex filijs imperium dedit præci- D pue in partibus orientis, & Honorio filio minori pari dignitate prædito, occidentis imperium tradidit gubernandum. Et demum de terreno imperio migrauit, vt creditur ad cæleſte. Eius autem tempore in Emaus puer naſcitur gemellus ab vmbilico, & ſurſum diuiſus. Et corpora propheratũ Abachuc & Michææ reuelata inueniuntur. Auguſtinus conuerſus ad fidem ab Ambroſio baptizatur. Et Hieronymus floret, ſed de iis infra.

Diac. ibi. hiſt. trip. li 9. c. 49.

Arcadius 9 pop. Rom. in oriente Imperator. imper. an. 13 m. 3. d. 15. Honorius 12. pop. Rom. in occi- E dente Imperator imper. an. 28 m. 11. d. 10. Hæc partim ex Diac partim ex Oroſio li. 7. c. 36.

§. I.

MOrtuo igitur Theodoſio duo eius filij imperio ſucceſſerunt. Qui imperare cœperũt anno Domini 398. & imperauerunt ſimul annis 13. Horum pater, vt refert Iaco. de Colum. adhuc viuens, curam filiorum duobus viris commiſerat, quorum vnus Ruffinus, quem orienti curę præfecerat, alteri verò ſcilicet Stiliconi commiſerat aulam occidentalem. Sed & Gildo quidam ex F Theodoſij comitibus partes Aphricæ gubernabat. Hic Gildo, vt primum cognouit Theodoſiũ rebus humanis exemptum, arbitratus modicam ſpem fore in filiis eius paruis, fracta fide Aphricam occupauit. Cuius frater Maſcezel, Gildonis fratris deteſtatus perfidiam, relicta Aphrica in Italiam ad Honorium venit, & rebellionem fratris ei nunciauit. Hoc cum cognouiſſet Gildo,

A.C. 407.

A ſcilicet fratrem ad Honorium commeaſſe, duos filios Maſcezelis in Aphrica relictos, dolo circumuentos occidit. Cõtra Gildonem igitur mittitur Maſcezel cum exercitu, vt idoneus ex occiſione filiorum, ſuccenſus contra fratrem. Sciens autem Maſcezel exemplis Theodoſij, quantum valet in rebus deſperatis oratio & humiliatio, ad inſulam Caprariam cum ſanctis viris prius acceſsit, pluribus diebus & noctibus orationibus ac ieiuniis Dei clementiam implorans. Indéque ſumpta de Deo fiducia, confortatus etiam de victoria viſione nocturna Ambroſio ſibi apparenti, & hoc innuenti, contra hoſtem procedit ipſe B cum quinque millibus contra octoginta millia armatorum. Qui primis occurrentibus cum pia pacis verba iactarent, & ſignifer inſolenter reſiſteret, educto gladio eum vulnerauit Maſcezel in brachio, propter quod debilitatus inclinauit vexillum, exiſtimantes ex hoc deditionem priorum certatim Gildonem relinquentes ſe Maſcezeli tradiderunt. Et cum Gildo per nauim fugam quæreret, ventis contrariis reductus ad locum captus & ſtrangulatus eſt. Maſcezel autem victoria elatus, C ſanctorum conſortia contemnens, eum quoſdam violenter de Eccleſia extraxiſſet, iuſſu Honorij occiſus eſt.

Ambroſius mortuus Maſcezeli victoriam pollicetur.

Dum hæc in Aphrica geruntur, Ruffinus, cui à Theodoſio cura orientalis aulæ commiſſa fuerat, malo perfidiæ deprauatus, cum barbarorum auxilijs imperium tentaret inuadere iuſſu Arcadij principis morte iuſtiſsima tanti facinoris pœnas luit. Arcadius iſte ad inſtigationem vxoris fecit congregari concilium ad deponendum Ioannem Chryſoſtomum, quia reprehenderat publice ipſam vxorem imperatoris aſsimilans Hero- D diadi. Et propter hoc Innocentius papa excommunicauit ipſum Arcadium Imperatorem, quia hoc procurauerat, ſcilicet deponi, & mitti in exilium, vt habetur diſt. 96. duo ſunt.

Arcadius ab Innocentio 1. excõmunicatur. Georg. in vita Chryſo. & Niceph. lib. 11. ca. 34.

Stilico autem cui cõmiſerat curam aulæ occidentalis Theodoſius, quia Honorius filius eius, cui dederat imperium occidentale, ſatis iuuenis erat, poſt mortem Arcadij paruipendens imperium Honorij, Eucherium filium ſuum in imperio quaſi ſibi ſubſtituere nitebatur. Vnde & occulte tractabat fœdera cum gente Gothorum. E Permittebat Vuandalos, Sueuos, & Burgundiones in prouincias Romanas deſęuire & infeſtare, eum poſſet propulſare, vt vel ſic Honorius cogeretur Eucherium filium ſuum imperatorem facere. Et Alaricum regem Gothorum cum ſæpe viciſſet, ſæpe concluſiſſet, ſemper dimiſiſſet, [occulto fœdere fouens, publicè autem & belli & pacis copia negata, ad terendam terrendamque rempub. reſeruauit]. Cum tantorum malorum ſcena Honorio patefacta fuiſſet, iuſtiſsimè contra eum commoto exercitu occiſus eſt. Et filius eius Eucherius, qui ad conciliandum ſibi fauorem paganorum, templorum idolorum reædifi- F cationem & eccleſiarum deſtructionem promiſerat, ac perſecutionem Chriſtianorum, cum ſatellitibus ſuis punitus eſt.

Stiliconis perfidia. Oroſ. ca. 37.

Radagaiſus rex Gothorum Romanum inuadens imperium vincitur. Aug. lib. 5. ciu. cap. 23. Oroſ. lib. 7. ca. 37. & Diac. lib. 13.

§. II.

Priore

A.C. 407.

PRiore autem tempore imperantibus ſimul Arcadio & Honorio, Radagaiſus quidam ex Gothorum regibus potentiſsimus, qui nondũ fidem Chriſti ſuſceperat, repentino impetu totam inuaſit Italiam, in cuius exercitu plus quàm ducenta millia fuiſſe Gothorum ſcribuntur. Sed ſupra hanc inuictam multitudinem, inuictamque virtutem paganus & Scytha erat, qui omnem Romani generis ſanguinem diis ſuis deuouerat. Hac igitur immaniſsima bellua Romanis mœnibus appropinquante, pauor ingens Romanos inuaſit. Fiebatque intra vrbem ingens paganorũ concurſus clamantium ſe hæc ideo perpeti, quod à Romanis neglecta eſſent ſacra magnorum deorum. Quare de repetendis colendiſque ſacris vbique magnis agebatur querelis. Feruebántque in tota vrbe blaſphemiæ, noménque Chriſti à paganis publice blaſphemabatur. Et inter eos præcipue Symmachus quidam magnus orator ac inſignis futebat, qui etiam epiſtolis & ſcriptis agebat cum populo pro idololatria repetenda. Hac igitur occaſione conducuntur à Romanis duo pagani duces Gothorum & Hunnorum, ſcilicet Sarus & Vldinus. Sed non ſinit Deus rem ſuæ potentiæ virtutem hominum & maxime hoſtium videri. Nam Radagaiſus ſubito diuina virtute conterritus, in aſperum Fæſulani montis iugum ſe cum ſuis recepit copiis. Ex quibus à principio anguſta videbatur Italia, in vnum ac paruum montis verticem diuina virtute truduntur. Qui cum fame & ſiti laborarent ludentibus, bibentibúſque noſtris confecti ſunt.] Radagaiſus ſolus ſpem fugæ ſumens clam ſuos deſeruit, ſed in noſtros incidens capitur, móxque interficitur. Cæteri vero à Romanis, aut capti aut occiſi ſunt. Tanta tum multitudo captiuorum Gothorum fuiſſe fertur, vt viliſsimarum pecudum modo, ſingulis aureis paſsim greges hominum venderentur.

Romanorum adhuc paganorũ de idolorum cultu neglecto querelæ.

Radagaiſus fugit.

Hoc rege barbaro occiſo, alius rex Gothorum potentiſsimus Alaricus nomine in Romanas debacchatur prouincias, hic tamen Chriſtianus erat. Hic iam receptus ſinu Italiæ Romam è proximo trementem terrore quaſſabat. Hic mandauit Honorio imperatori, vt aut ſecum bello congrediatur, aut Gothis locum ad inhabitandum in ſuo imperio tribuat. Quare Honorius communicato cum ſuis conſilio, Gallias furori Vandalorum expoſitas (nondum enim ad Hiſpanias tranſierant) illis ad habitandum aſsignauit. Cum itaque Alaricus hanc conceſsionem acceptaſſet, & cum vniuerſo exercitu ſuorum Gallias peteret, & recreationem iumentorum aliquãtulum apud vrbem Placentiam faceret: Stilico comes in reipublicæ perniciem Gothos perſequens, dum illos inſidiis aggredi cuperet, belli ſummam Sauli hebræo duci pagano commiſit: qui die ſacratiſsimo Paſchæ Gothis nihil tale ſuſpicantibus ſuper ipſos crudeliter irruit, & eorum non modicam partem ſtrauit. Nam primo & ſubito illorum impetu perturbati Gothi, propter ſanctum Dei religionem bellum vitabant. Demum corripientes arma, & ſemetipſos cohortantes, iam victorem exercitum virtute potiori proſternunt, atque illos in fugam vertunt. Quibus omnino profligatis magna illorum parte cæſa, Gothi ſe in rabiem furoris excitantes, acceptũ iter deſerentes, verſus Romam vrbem iter arripiunt, cuncta per quæ ierant cæde, rapinis & igne vaſtantes. Nec mora, ad ipſam iam vrbem venientes obſident, quam diu obſeſſam [a] iuſto Dei iudicio capiunt. Dato tamẽ prius præcepto, vt ſi qui in ſancta loca, præcipue Petri & Pauli baſilicas confugiſſent, hos inuiolatos ac liberos eſſe ſinerent, deinde quantum poſſent prædæ inhiantes à ſanguine temperarent. Capitur igitur Roma mundi domina, diripitur, incenditur, deuaſtatur. Quid ergo per multas Gẽtes, quæ in ſe bella geſſerunt, & nunquam victis in Deorum ſuorum ſedibus pepercerunt, noſter ſermo diſcurrat, & tamen in hac vrbis vaſtatione voluit Deus vt ad ſanctorum eccleſias confugientes liberi eſſent.

A'aricus rex Gothorũ Romanas inuadit prouincias. A.C. 408.

Duces à noſtra religione alieni Gothos die Paſchatis petentes grauiter multãtur.

A.C. 408. Gothi Romam capiunt.

Multa circa huiuſmodi ſcribit Augu. luculentiſsime in princi. de ciui. Dei. ad confutandum eorum falſitatem Romanorum, qui iniuſtiſsime querebantur Romam ſemper mala & aduerſa perpeſſam poſt fidem Chriſti receptam, tentantes idolorum cultum reduci, quorum errorem efficaciſsimis rationibus reprobat. Quidquid ergo vaſtationis, trucidationis, deprædationis, concremationis, afflictionis, in iſta recentiſsima Romana clade commiſſum eſt, fecit hoc conſuetudo bellorum. Quod autem nouo more factum eſt, quod inuſitata rerum facie inhumanitas barbara tam mitis apparuit, vt ampliſsimæ baſilicæ implendæ populo cui parceretur, [eligeretur & decernerentur,] vbi nemo feriretur, vnde nemo raperetur, quo liberandi multi à miſerantibus hoſtibus

Aug. li. 1. Ciu. c. 7. A.C. 410. Aug. ibid. c. 6.

In euerſione vrbis quid ſit geſtũ, ex bellorum conſuetudine & qui l nõ. Augu. ib. c. 7.

[a] Terribilis de occidente rumor affertur, obſideri Romam & auro ſalutem ciuium redimi, ſpoliatoſq; rurſum circundari, vt poſt ſubſtantiam, vitam quoque amitterent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis. Capitur vrbs quæ totum cepit orbem, imo fame perit antequam gladio, & vix pauci qui caperentur inuenti ſunt. D. Hieron. ad Marcel. ep. 16 tom. 1. Obſederat Romam Alaricus biennium, verùm cum expugnare vi non poſſet, ad dolum Barbarus vertitur. Profectionem in patriam ſimulat, trecentoſq; iuuenes corpore & animis vt præſtantes deligit, quos Romanis principibus dono det, inſtructos prius vt omni obſequio dominos ſuos promereri ſtudeant, & ad certam diem cum Romani principes ſomno vel otio vacarent, ad portam Aſinariam aduolent, interfectiſq; improuiſo inſultu cuſtodibus portam ſibi præſto futuro aperiant. Interea Gothi cum reditum alia atque alia deeſſe ſibi ſimulantes differrent, trecenti illi iuuenes, occaſione egregie vſi portam ſtato die ſuis aperiunt, & intromiſſis Gothis maiore ignominia quàm damno vrbem populatur. Egnat. lib. 1. Roma. princ. in fine.

Duo autem ſingularis Dei prouidentiæ & benignitatis ſigna erga Romanam Eccleſiam obſeruanda maxime duxi. Accidit enim, vt B. Innocentius Romanæ vrbis Epiſcopus, tanquam iuſtus Loth ſubtractus à Sodomis occulta prouidentia, apud Rauennam tunc poſitus peccantis populi non videret excidium. Oroſ. lib. 7. cap. 39. Deinde vaſa D. Petri miniſterio ſacra, pondere, magnitudine ac pulchritudine eximia, cum ad cuiuſdam Barbari manus perueniſſent, regis iuſſu in Baſilicã, cuius erant, arcam magna cum Romanorum Gothorũque admiratione fuerunt relata. idem. Capta eſt autem vrbs 11. Calen. Septemb. An. Chriſti 400. Onuphius.

A.C. 411.

hoſtibus ducerentur, vnde captiuandi nulli nec à crudelibus hoſtibus abducerentur, hoc Chriſti noſtri, hoc Chriſtiano tempori tribuendum quiſquis non videt cæcus, quiſquis videt, & non laudat, ingratus, quiſquis laudanti reluctatur, eſt inſanus. Abſit, vt prudens quiſquam hoc feritati imputet barbarorum. Truculentiſsimas ac ſæuiſſimas mentes ille terruit, ille frænauit, ille mirabiliter temperauit, qui tantn tempore ante per prophetam prædixerat. Viſitabo in virga iniquitates eorum & in flagellis peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.

Pſal. 88.

Populata vrbe, barbari tertia die, qua ingreſsi fuerant, ſponte diſcedunt, facto aliquantulo ædium incendio. Et ne quis forte dubitaret ad correctionem ſuperbiæ, laſciuiæ, ac blaſphemiæ ciuitatis hoſtibus hoc fuiſſe permiſſum, eodem tempore clariſsima vrbis loca fulminibus diruta ſunt, quæ ab hoſtibus inflammari nequiuerunt. In ea irruptione Placidia Theodoſij principis filia, ac Arcadij & Honorij ſoror Imperatorum ab Ataulpho Alarici propinquo capta, atque in vxore aſſumpta fuit, hoc poſtmodum multo reipublicę commodo. Capta igitur fuit Roma à Gothis anno Domini 400. vel circa. A conditione vero ſua anno 1174.

Recedẽtes ergo ab vrbe barbari per Campaniam, Lucaniam, Brutiámque ſimili cæde bacchantes ad Calabriæ ciuitates peruenere. Qùumque aſcenſis nauibus Siciliam tranſire cuperent, perpeſsi naufragium multos ſuorum ibi amiſerunt. Inter hæc Alaricus, dum quid agere debeat, deliberat, ſubita morte extinctus eſt. Quo mortuo Conſentiæ, Gothi Baſentium amnem de Alueo ſuo captiuorum labore deriuantes, corpus Alarici regis ſui cum infinitis theſauris ſepelierũt. Quo ſepulto, fluuium priſtino curſui reſtituerũt. Ne quis autem de cætero ſepulturæ locum ſcire poſſet, omnes captiuos, quos ad opus perficiendum occupauerunt, crudeliter occiderunt. Quo facto Ataulphum omnium vno animo regem creauerunt. Deinde Romam redeuntes, ſi quid reſidui erat, locuſtarum more eradunt auferentes exinde Gallam Placidiam, Theodori principis filiam, quam ſibi Ataulphus apud forum Cornelij coniugio ſociauit. Quæ multo poſt reip. commodo fuit. Mulier enim ſagax & prudens ſubtilibus blandimentis ad hoc mariti animum inflexit, vt vltro à Romanis imperatoribus pacem expeteret. Quam poſtquam adeptus eſt, ſatis ſtudioſe dum viuit coluit, ac Honorio imperatori pro defenſione reipublicæ militare, & vires Gothorum impendere præoptauit.

Alaricus rex Gothorum moritur. Diac. ibi.

Ataulphus rex Gothorum.

Pax cum Gothis facta.

Hic Ataulphus cum eſſet vir prudens & acer, & multis ſuffultus Gothorum viribus, in primis regni ſui diebus vehementer inhiaſſe dicitur, vt obliterato & abolito Romano nomine, omne Romanũ ſolum Gothorum imperium faceret & vocaret, & ipſa Roma Gothia diceretur. Ipſeque Ataulphus in republica, vt Octauianus monarchiam teneret. At vbi multa experientia probaſſet, neque Gothos vllo modo parere legibus propter efferatam barbariem eorum poſſe, neque reipublicæ leges intercidere oportere, ſine quibus reſpublica non eſt res [publica, elegiſſe ſe,] ſaltem, vt gloriam ſibi de reſtituendo in integrum augendoque Romano nomine Gothorum viribus quæreret, habereturque apud poſteros Romanæ reſtitutionis auctor, poſtquam non potera eſſe immutator. Ob hoc abſtinere à bello, & inhiare paci nitebatur, præcipue vxoris ſuæ Placidiæ fœminæ ingenio acerrimæ ac religionis ſatiſ probatæ ad omnia bonarum ordinationum opera, perſuaſu & conſilio. Cumque paci petendæ procurandæque apud Barchinonem Hiſpaniæ citerioris vrbem inſiſteret, dolo ſuorũ, vt fertur occiſus eſt.

Ataulphus Romanũ ex hominũ memoria delere vult.

A.C. 411.

Poſt hunc Sigericus à Gothis rex creatus eſt. Hic cum feciſſet pacem, à ſuis interfectus eſt. Deinde Vallias ſucceſsit in regnum, ad hoc electus, vt pacem cum Romanis infringeret: ſed à Deo ad hoc ordinatus, vt pacem confirmaret. Quare datis optimis & lectiſsimis obſidibus, pacem optimam cum Honorio compoſuit. Inſuper & Placidiam Gallam eius ſororem, & olim vxorem Ataulphi reſtituit, ſeſeque obtulit cum ſuis Gothis aduerſus cæteras gentes, quæ Hiſpanias occupauerant.

Pacẽ iterum cum Romanis Gothi faciunt.

Mors Arcadij ex Diac. lib. 13.

§. III.

A.C. 408.

ARcadius vero qui apud Conſtantinopolim ſedem tenuerat imperij orientalis, graui infirmitate occupatus, cum morti ſe propinquum cerneret, Theodoſium filium ſuum Auguſtum vocauit, eique curatorem ſuum Hiſbigerdem regem Perſarum dedit, qui pueri tutelam benigne ſuſcepit, & pacem firmiſsimam cum Romanis fecit. Incepit autem imperare hic Theodoſius iunior poſt mortem patris ſui cum Honorio patruo ſuo anno Domini 415. Cum autem Vandali per Gallias debaccharentur propter recentem vrbis irruptionem, Honoriúſque aliis & arduis negotiis in Italia detineretur, legiones plures ad tuendas Gallias deſtinauit. Sed & legiones Conſtantinum quendam ſola ſpe nominis, & virtutis imperatorem creauerunt. Qui continuo vt inuaſit imperium, contra barbaros congregauit exercitum, qui vana ſpe ad totius occidentis imperium anhelans etiam Hiſpanias occupare niſus eſt. Vnde cum quoſdam ex ſuis armata manu miſiſſet, & multi eis adhæſiſſent, dum tamen nobiles & locupletes Didymus & Viridianus Honorio fauentes, congregato non paruo exercitu Conſtantino tyranno reſiſtebant. Aduerſus quos Conſtantinus ille tyrannus, Conſtantem filium ſuum [a] ex monacho, proh dolor, Cæſarem factum miſit, qui auxilio barbarorum fultus, ipſos bello victos fugauit & occidit. Vandali autem, qui Gallias turbabant, videntes ſe Conſtantino non poſſe reſiſtere, relictis Galliis cum vxoribus & filiis & ſubſtantia eorum Hiſpanias intrauerunt, omniáque cædibus, rapinis, incendiis vaſtantes ad tantam miſeriam incolas deduxerunt, vt famis indigentia humanas carnes ederent.

Theodoſius iunior 10. pop. Ro. in oriẽte Imperator imperauit an. 42 m. 2. d. 28. Onup.

Vandali in Hiſpaniaſe conferunt.

Honorius igitur, dum vires reipublicæ cerneret

a Dolet grauiter pio viro Oroſio ex monacho aliquem Cæſarem fieri. Quid ſi noſtri temporis monachos cerneret Lutheri & Caluini & doctrina & exemplo faſcinatos omnem rerum diuinarũ curam abiicere, & ſeſe in omnem proiicere libidinem & impuritatẽ vidiſſet? Sed hæc ſunt præclari iſtius Cacangelij operapretia.

A. C. 411.

neret quotidianis labefactari incommodis, virum ſtrenuum & bellicoſum Conſtantium comitem omni exercitui præfecit, & multis copiis inſtructum contra Conſtantinum in Gallias miſit. Qui Gallias ingreſſus, conflictu habito cum eo, apud Arelatenſem ciuitatem ipſum Conſtantinum Conſtantius extinxit, & eius filius Conſtantius apud Viennam captus & occiſus eſt. Plures autẽ prouincias Hiſpaniæ Vandali, Sueui, & Alani deuaſtauerant & occupauerant. Sola Celtiberia à Romanis iudicibus tenebatur, quam Alani continuis incurſionibus infeſtabant. Sed Conſtantius præfatus regis Gothorum Valliæ fultus auxilio, Alanos difficillimo bello victos maxima cæde effecit, rege eorum occiſo. Et qui ſuperfuerunt relictis Luſitaniæ ſedibus & noua Carthagine, ad Gondoricum regem Vandalorum in Galitia regnantem confugerunt, ſe eius ſubdentes imperio, vnuſque populus cũ eis eſt effectus.

Constantinus tyrannus occiditur, & filius eius et cucullatus.

Interea dum hæc in Hiſpania agerentur fauẽtibus aliquibus ex Italia populis, Tertullus quidam ex patritiis, vir diues & potens ſibi vſurpat imperium. Qui ſtatim deſertus à ſuis, à fautoribus Honorij occiſus eſt. Poſt hunc Attalus quidã Romæ inuaſit imperium, qui tertia die à Conſtantio captus, & ad Honorium miſſus truncata manu vitam ei donauit. Præterea in Aphrica Heraclianus cum Sabino ſuo genero duces Rom. exercitus multa Maurorum & aliarum nationum auxilia contrahens cum tribus millibus nauium ad occupandam Romam & Italiæ imperium iter arripuit. Sed comitis Marini occurſu territus, primus relictis ſuis arrepta naui Carthaginem, quam occupauerat refugit, & ibi a ſuis non multo poſt occiſus eſt. Itaque tot tantiſque incommodis Deo fauente in toto orbe ſopitis, Honorius imperator Gallam Placidiam ſororem ſuam Conſtantio comiti, ingentibus viribus, viro, & fide integerrimo, & iam ſibi promiſſam magno cunctorum gaudio coniugio ſociauit. Ex qua Valentinianus huius nominis tertius, poſtea imperator natus eſt. Reges autem illarum nationum, qui Hiſpanias occupauerant, videntes Honorij conſtantiam in omnibus proſperari, atque Gothos amicitia Romanis ſociatos, Honoriu imperatori legatos cum lectiſsimis obſidibus miſerunt, ſe ei ſubiicientes. Sed & Honorius cernens virtutem & induſtriam Conſtantij apud Rauennam, cunctis laudantibus purpura eum induit, cumque imperij conſortem fecit, qui inde ad menſes ſeptem vita functus eſt, cum maximo reipublicæ detrimento. Denique Honorius imperator religioſus & optimus religione & magnificentia patri non diſsimilis, tranſactis annis decem, quibus cum Theodoſio patre, & ſex quibus cum Arcadio fratre, & tribus cum Theodoſio iuniori nepote ſuo imperauerat, vbique rempublicam pacatam relinquens, apud vrbem Romam vita functus eſt, cuius corpus iuxta Petri Apoſtoli tumulum ſepultum eſt. Hic Honorius fecit conſtitutionem in caſu ſchiſmatis quid agendum, vt patet diſt. 79. ſi duo. Sed quia laici cuiuſcunque ſtatus nil poſſunt diſponere de eccleſiaſticis, nec conſtitutiones facere ſuper clero, ideo intantum valet illa conſtitutio, inquantum approbata & canonizata fuit ab eccleſia, immo ad requiſitionem Bonifacij papæ hoc egit, vt habetur diſt. 97. Eccleſiæ meæ.

Tertullus vſurpat imperiũ, & Attalus & Heraclianus. Oroſ. & Diac.

Constantius creatur imperator. A.C. 414.

Honorius imperator Chriſtianiſsimus moritur. A.C. 424.

A.C. 414.

TITVLVS SEQVENS XI.

CONTINET GESTA PRINCIPALITER ſanctorum doctorum, & notabiliores ſententias eorum. qui fuerunt à Conſtantino primo imperatore, vſque ad tempora Arcadij & Honorij imperatorum: ſcilicet ab anno Domini 300. vel circa, vſque ad annum Domini 450. vel circa. De his videlicet Euſebio, Athanaſio, Ambroſio, Auguſtino, Ioanne Chryſoſtomo, Paulo Oroſio, Ruffino, Maximo, Ioanne Damaſceno, Claudiano poeta, Lactantio, Sulpitio Seuero. De quibuſdam ſanctis pontificibus & aliis ſcilicet Martino, Britio, Zenobio epiſcopo Florentino, Maurilio, Alexio, Paula.

De Euſebio papa. & Euſebio Cæſarienſi hiſtoriographo, Euſebio Vercellenſi epiſcopo, & Euſebio Emiſſeno.

CAP. I.

QVI docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Dann. 12. Licet in ſacroſancta Eccleſia poſt apoſtolos ſemper fuerint viri illuſtres, qui non ſolum ſanctitate, ſed etiam doctrina ſplenduerunt, & erudierunt ſapientes, & inſipientes illuſtrarunt tenebras effugantes errorum & vitiorum, quaſi ſtellę, quas non obſcurat nox [a] maxime tamen hi claruerunt à tempore Conſtantini magni vſque ad tempora Arcadij & Honorij imperatorum, viri

a Hoc ſæculum virorum ſanctiſsimorum doctiſsimorúmque copia fœliciſsimum fuiſſe, nec ipſi noſtri aduerſarij negant. Calui. enim vt vnum pro multis teſtem proferam in epiſtola ad Sadoletum, ita ſcripſit, Si veterem illam Eccleſiæ faciem, qualem Hilarij, Ambroſij, Chryſoſtomi Baſilij, Auguſtini, Cyrilli monumenta exprimunt, & deinde ruinas quæ ſuperſunt, contemplemur, videri ſane poteſt, illam fuiſſe Eccleſiam, qualis ſub Dauide & Salomone floruit, hanc verò, qualis ſub Ioachim & Sedechia vitiata erat. hæc ille. Scio tamẽ eũdem aliis in locis huic ſæculo florentiſsimo detraxiſſe, imo verò ne Apoſtolis quidem ipſis peperciſſe. Inſtit. lib. 4 cap. 8. 4. tum Magdeburg huius ſæculi multas ſuperſtitiones variè cumulatas Iudæorum & Gentilium ritus taxaſſe, tamen non eſt dubitandum, quin præcipuè noſtræ religionis poſt Apoſtolos lumina hoc ſæculum produxerit, ex quibus maximè vera religionis doctrina confirmari, & falſa & ementita pietatis impoſtura redargui facilè poſsit, vt diſerte docet Staplet, orat. 1. Ab his igitur ſanctiſsimis doctiſsimisq́; Patribus, quæ occurrent apud D. Antoninum pro noſtra Catholica religionis fulcimento obſeruare maximè decreuimus, vt omnes intelligant Eccleſiam Catholicam Romanam, quæ hodie eſt, in fidei doctrina cum illa florentiſsima Eccleſia quarti ſæculi conuenire.

A.C. 350.

ſanctiſsimi & doctiſsimi in ſcientia diuina atque A humana, qui non ſolum verbo populos docuerunt, & hæreſes confutarunt, ſed etiam ſcriptis, quæ dimiſerunt, quotidie homines erudiunt, vnde eorum opuſcula ab Eccleſia ſunt approbata, vt patet diſtin.15.ſancta Romana. Opuſcula videlicet beati Cypriani martyris epiſcopi Carthaginenſis, opuſcula beati Gregorij Nazianzeni epiſcopi: opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi, opuſcula beati Hilarij Pictanienſis epiſcopi, opuſcula beati Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi, opuſcula beati Ambroſij Mediola- B nenſis epiſcopi: opuſcula beati Auguſtini Hippo nen. epiſcopi, opuſcula beati Hieronymi presbyteri, opuſcula beati Proſperi viri religioſiſsimi, opuſcula beati Baſilij Cæſarienſis epiſcopi, ſed & diſt.16.in c. quoniam ſanctę. in ſynodo generali celebrata ſub Iuſtiniano confirmauit opuſcula quorundam aliorum doctorum Græcorum, ſcilicet Theophili Alexandrini epiſcopi, Dionyſij Alexandrini epiſcopi, Gregorij Niſſeni, & Gregorij theologi (hic vt puto, eſt Naziãzenus,) Timothei Alexandrini epiſcopi. Cyrilli Alexandrini epiſcopi, & quia horum Græcorũ vltimo di- C ctorum pauca habemus in latino opuſcula, ideo iis omiſsis, de aliis prioribus, & vitam & aliquos flores ex libris eorum inferius ponemus, & maxime, quæ tranſſumpta habentur in decretis in diuerſis locis.

Gelaſij decretum in Concilio. Doctores quorum opera ab Eccleſia probãtur.

De multis claris viris Euſebij nomine appellati.

§. I.

INter cæteros autem refulgens, vt ſplendor firmamenti fuit Euſebius Vercellenſis epiſcopus, contemporaneus Athanaſio. E quibus ſicut Atha- D naſius defenſauit fidem contra perfidos Arianos in Oriente, ita Euſebius in Occidente Et licet ſcripta non dimiſerit, verbo tamen plurimum Eccleſiam illuſtrauit ſanctitatis exemplo. Sed ad tollendam æquiuocationem, quæ eſt mater erroris, aduertendum multos illuſtres viros ſub hoc nomine militaſſe contemporaneos, vel quaſi vicinos. Et omiſſo Euſebio, illo Nicomedienſi epiſcopo, qui fuit maximus fautor & defenſor Arianorum, fuit primo quidam Euſebius papa & martyr, præcedens immediate Melciadem papam, cui ſucceſsit Syluester tempore Conſtantini.

Eodem fere tempore multi claruere Euſebij.

Floruit circa idem tempus Euſebius Cæſa- E rienſis epiſcopus, qui ſcripſit hiſtorias eccleſiaſticas & chronica à tempore Nini vſque ad tempora ſua, & paſſus dicitur martyrium: de quo ſupra dictum eſt. Sanctitate quoque vitæ & conſtantia refulſit Euſebius presbyter Romæ, qui arguens in faciem & Conſtantium imper. Liberiũ papam Arianos de errore ſuo intrepide, in cubiculum arctiſsimum clauſus ibi coronatus eſt.

Euſebius Cæſarienſis.

Fuit in illis temporibus alius quidam Euſebius Emiſſenus, qui aliqua opuſcula edidit multum luculenta, ex cuius dictis hæc habentur de F conſe. diſt. 2. quia corpus. Quia corpus aſſumptũ ablaturus erat, ſcilicet Chriſtus, ab oculis, & illaturus ſyderibus, neceſſarium erat, vt die cœnæ ſacramentum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium quod ſemel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redẽptio, perpetua eſſet redemptionis oblatio, & pe- A rennis victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia, vere vnica & perfecta hoſtia, fide æſtimanda non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu: vnde cæleſtis cõfirmat authoritas, quia caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quoniam quidem qui author eſt muneris, ipſe eſt etiam teſtis veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam ſui corporis & ſanguinis verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens. Accipite & B comedite, hoc eſt corpus meum. Et ſanctificatione repetita. Accipite & bibite (ait) hic eſt ſanguis meus. Sicut ergo ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cælorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum, pari poteſtate in ſpiritualibus ſacramentis verbo præbetur virtus, & rei ſeruit effectus. Quanta itaque & quàm celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur, & quomodo nouum tibi & impoſsibile eſſe non debeat, quod in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia conuertuntur, teipſum, qui in Chriſto es regeneratus, interroga. C Dudum alienus à vita, peregrinus à miſericordia, & à ſalutis via intrinſecus exulabas mortuus: ſubito initiatus Chriſti legibus, & ſalutaribus myſteriis innouatus, in corpus Eccleſiæ non videndo, ſed credendo tranſiliſti, & de filio perditionis adoptiuus Dei filius fieri occulta diuinitate (alias puritate) meruiſti. In menſura viſibili permanens, maior factus es teipſo inuiſibiliter, ſine quantitatis augmento, cum idem atque idem ipſe eſſes, multo aliter fidei proceſsionibus extitiſti. In exteriori nihil additum eſt, & totum in interiori mutatum eſt, ac ſic homo Chriſti filius ef- D fectus, Chriſtúſque hominis in mente formatus eſt. Sicut ergo ſine corporali ſenſu, vilitate præterita depoſita, ſubito nouam indutus es dignitatem: & ſicut hoc, quod Deus læſa in te curauit, infecta diluit, maculata deterſit: non oculis, ſed ſenſibus tuis ſunt credita: ita cùm ad reuerẽdum altare cibis ſpiritualibus ſatiandus aſcendis, ſacrum Dei tui corpus, & ſanguinem fide reſpice, honora, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè totum hauſtu interioris hominis aſſume. Hęc ille. Hęc rhetoricus, vt refert Vincen. Specul. hiſto. innumerabiles, qui ad plauſum E populi pertineant, confecit libros, magiſque hiſtoriam ſecutus ab iis, qui Iudæos, & Gentes, & Nouatianos præcipuè libros decem. Et Homilias breues ſuper Euangelia plurima. Floruit autem ſub Conſtantio Imperatore Antiochię ſepultus.

A.C. 350.

Corpus & ſanguis Chriſti eſt in Eucharistia. Ioan. 6.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Tranſſubſtantiatio hic clare habetur.

Vinc. lib. 14. c. 22. ex Hiero. in Catal.

De Euſebio Vercellenſi de quo Max. Taurin. duos fecit tractatus. Meminerunt eiuſdem Hil. lib. ad Conſt. Aug. Ambro. ep. 82 Hier. de viris illuſt. Ruff. lib. 10. cap. 30. & alij. Hæc porrò ex Vinc lib. 14. cap. 52. ſunt deprompta.

§. II.

EVſebius Vercellenſis temporibus Diocletiani & Maximiani adhuc catechumenus paruulus cum parentibus ſuis Romam venit, & ab Euſebio Papa baptiſma, & nomen accepit. Papa verò Euſebius ab angelo antequam eum baptizaret, qualis & quantus vir exiſteret, inſtructus eſt, & quo eum nomine vocitaret. In ipſo eius baptiſmo manus angelicæ viſæ ſunt, quæ eũ de ſa-

cro

A.C.350.

cto fonte leuauerunt. Virgo ſemper manſit. Nul- A
lamque fœminam poſt baptiſmum, nec etiam ma
trem oſculando tetigit, non deſpiciendo matrem:
ſed culpam fugiendo. Cum autem quædam ma-
trona nobilis eius pulchritudine capta, vellet e-
ius adire cubiculum, tota nocte plateas vrbis cir
cumiuit, & ad eius cubiculum cuſtodientibus an-
gelis peruenire non potuit. Vnde in craſtinũ com
puncta ad pedes eius prouoluitur, & veniam pe-
tens, quod cogitauerat crimen, fatetur. Marcus ve
rò Papa, qui ſucceſsit Syluestro, eum presbyterũ
ordinauit, eo quod conſtantia fidei in eo præpol-
leret: & iam quinquaginta annorum eſſet. Tanta B
autem ſanctitate claruit, vt in Miſſarum ſoléniis
inter manus eius ſacrum myſterium appareret.

Vercellẽſis epiſcopus conſecratur.

Poſt hæc Iulius Papa vidẽs Arianos ſub Con
ſtantio Imperatore quaſi præualere, conſecrauit
eum vrbis Vercellenſis epiſcopum, quæ tunc ob-
tinebat inter alias ciuitates Italiæ principatum.
Cùm autem Vercellas fuiſſet ingreſſus, facienti-
bus hæreticis cuncta eccleſiarũ oſtia clauſa ſunt,
vt nullus intraret. Sed beato Euſebio comperta
eorum malitia ante oſtium maioris Eccleſiæ fle-
xis genibus oranti, oſtia clauſa ſunt diuinitus re-
ſerata. Cùm autem beatus Euſebius omnes pro- C
uincias occidentis, ſicut Athanaſius orientis ab
Ariana peſte purgaret ſua doctrina, Conſtantius
Imperator in exilium eum propellere laborabat.
Intantum autem beatus Euſebius Arianos inſe-
quebatur, vt Auxentium Arianum epiſcopũ Me-
diolanenſem ab omnibus Chriſtianis expulſum
damnaret, & pro eo ſanctum Dionyſium ibi epi-
ſcopum ordinaret. Vnde iratus Conſtantius con-

De cruciatibus eius & obitu. cap 54.

tra eum concilia congregauit. Cum autem adue-
niens ad concilium Mediolanen. ad quod ab Im-
peratore fuerat euocatus, ibi lacerasset ſcripturã
in fauorem Arianorum factam contra veritatem D
fidei: cum ſubſcriptione plurimorum Epiſcopo-
rum Catholicorum, qui ex ignorantia fuerãt de-
cepti in verbo, ὁμοούσιον, iratus Conſtantius Im
perator, tradidit eum voluntati Arianorum. Qui
extrahentes eum de medio aliorum Epiſcoporũ,
fortiter flagellantes traxerunt per gradus palatij
à ſummo vſque ad imum, & rurſus ab imo vſque
ad ſummum. Cúmque lapidibus graduũ quaſſato
capite multum ſanguinem iam ſudiſſet, & adhuc
eis conſentire non vellet, iunctis retro manibus
cum per collũ trahebant, vt eis aſſentiret: ſed ipſe
nihil paſſus, dicebat conſtanter ſe in ſua confeſ- E
ſione manere, & pro ea libẽter occumbere. Cum
aliis autem Catholicis Epiſcopis animatis exem
plo eius miſſus in exilium, in cauea cõſtrictus &
clauſus eſt apud Scythopolim. Deinde Ariani in-
de abſtractum negato cibo & potu ſeptẽ diebus
in loco arctiſsimo clauſerũt, & poſt aliquot dies
ad arctiſsimum locum miſerunt, vt ex nulla parte
ſe poſſet vertere, vel aliquem ſuorum videre, vbi
angelica viſitatione in tanta afflictione fuit con-
ſolatus.

Iulianus apoſtata religionis libertatem, vt vocant, cõceſsit.

Demum Conſtantio defuncto, cum Iulianus
apoſtata ſumpſiſſet imperium, vt redderet ſe cũ- F
ctis amabilem, permiſit in ſui principio imperij,
quẽque viuere ſub lege, qua vellet: propter quod
epiſcopi ab exilio ſunt reuocati, & ipſe Euſe-
bius liber dimiſſus. Poſt Iulianum imperante Io-
uiano ſopitis Arianis, Euſebius Vercellas rediit,
& eum populus cum magna exultatione ſuſce-
pit. Sed Valente poſtea imperante Ariano, re-
pullulant Ariani, & vires reſumunt contra Ca-
tholicos, & contra Euſebium diœceſes viſitan-
tem ſeditionem excitant, & vallata domo eius ca
pientes, & ſupinum trahentes extra domum la-
pidibus obruunt, ſicque ad dominum migrauit
martyrio coronatus, ſepultus à diſcipulis in ec-
cleſia, quam ipſe conſtruxerat. Vixit autem annis
88. ad minus.

A.C.350. Euſebius Vercellẽſis lapidibus obruitur. A.C.380. colitur. 1. Aug.

De S. Athanaſio, de quo hiſt. Trip. lib. 3. cap. 4. & alibi. Ruff. lib. 10. & 11. Hiero. in Catal. Sim. Metaph. Lucifer Caralitanus.

CAPVT II.

QVaſi flos roſarum in diebus vernis,
ſic effulſit in templo Dei Athanaſius.
Roſa enim pulcherrimus flos, odore
fragrans confortat, colore albo & ru-
bro viſum delectat, ſubſtantia ſeu ſucco reficit &
refrigerat. Sic Athanaſ. Chriſti bonus odor fuit
fama probitatis, videntes delectauit puritatis ni-
tore & feruore caritatis. Doctrina refecit infir-
mos veritatis. Et quod mirabilius, quia inter ſpi-
nas perſecutionum, plus cæteris doctoribus ver-
ſatus eſt. Hic igitur tempore, quo apud Alexan-
driam Petri martyris diem Alexander epiſcopus
agebat, cum poſt expleta ſolennia conuenturos
ad conuiuium clericos expectaret, in loco mari
vicino, vidit eminus puerorum ſuper oram maris
ludum, imitantium (vt fieri ſolet) epiſcopum &
ea, quæ geri mos eſt in eccleſiis, quos cum intente
diutius inſpectaret: vidit etiam ab iis geri quæ-
dam myſteria ſecretiora. Perturbatus illico com-
prehenſos pueros imperat ad ſe adduci, qui cum
adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, vel quo-
modo, percunctatur. Illi (vt talis habet ætas) pa-
uidi negauere primo, deinde rem geſtam per or-
dinem pandunt, & baptizatos à ſe quoſdam ca-
techumenos confitentur per Athanaſium, qui lu-
di illius puerilis fuerat præſul ſimulatus. Tunc
ille diligenter inquirens ab iis, qui baptizati di-
cebantur, quid interrogati fuerint, quídve reſpon-
derint: vbi vidit ſecundum religionis noſtræ ri-
tum cuncta conſtare, collocutus cum concilio cle
ricorum ſtatuiſſe dicitur illis, quibus integris in-
terrogationibus & reſponſionibus aqua fuerat
infuſa, non debere iterari baptiſmũ, ſed [a] ad-
impleri ea, quæ ſacerdotibus mos eſt. Athanaſium
verò, & eos, quos ludus ille vel presbyteros ha-
bere viſus fuerat, vel miniſtros, conuocatis pa-
rentibus ſub obteſtatione Dei tradidit eccleſiæ
nutriendos. Paruo autem tempore tranſacto, cum
à grammatico fuiſſet Athanaſius ſufficienter in-

Athanaſius puer à pueris epiſcopus deſignatur. Ruff. li. 10. c. 14.

Baptiſmus non iterandus.

a Quæ hic adimpleri iubentur, ſunt antiqua illa cæremoniæ, quibus Romana Eccleſia in baptiſmo vtitur. Nam imprimis in hoc baptiſmo, & quæ ad eſſentiam ipſius pertinent omnia ſeruata fuerunt, alioquin S. Alexander baptiſmum repeti cõſtituiſſet: deinde interrogationes & reſponſiones integræ ſecundũ religionis noſtræ ritum illæ ſunt, quæ pueris baptizandis fieri ſolent, cùm ab eis petitur, an Sathanæ renuncient, fidei articulis credant, & huiuſmodi. Quare hinc cæremoniarum noſtrarũ apparet antiquitas, quæ etiam ante quartum ſæculum ſeruabantur. Obſerua obiter baptiſmum à miniſtro non legitimo collatum probari, contra Caluin.

A.C.342. ſtructus, mox tanquam fidele domini commen- A datum à parentibus reſtituitur ſacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo domini nutritur: qui 1.Reg.2. etiam tempore Nicæni concilij ipſius Alexandrini epiſcopi aderat à conſiliis, ſenem quamplurimum iuuans, & ab eo pergente ad patres in ſenectute, bona ad portandum poſt ſe ephod ſacerdotale electus eſt, id eſt epiſcopus Alexandrinus.

Conſtantio Ariano Athanaſius inuiſus redditur.

Sub anno autem imperij Conſtantij [quinto,] cum ipſe Imperator multum faueret Arianis, Arianus & ipſe, vt ait Ruffinus lib. 10. eunuchi, & B qui circa eum erant, edocti ad hoc ab Arianis epiſcopis, diligenter attendebant ne copia adeundi Imperatorem daretur Athanaſio, ne per eum de veritate fidei [quam peruertebant] edoceretur, ſed frequenter incuſabant Athanaſium apud Imperatorem, vt auctorem omnium ſcelerum & flagitiorum, adeo vt humani corporis brachium d[…]latum loculo imperatori ipſi oſtenderent, quod ab Athanaſio exciſum magicæ ar[t]is gratia de Arſenij cuiuſdam corpore confirmabant.

Apud Tyrum Coniliũ contra Athanaſium congregatur. ca. 16. & 17. A.C.341.

Quapropter iratus imperator conuocato apud Tyrum concilio, iubet Athanaſium condemnari, C miſſo vno è latere ſuo & comitibus: & ab eo adducitur Athanaſius. In concilio igitur ſedentibus, ſurgunt æmuli eius Ariani dicentes. Ecce brachium Arſenij, quod ipſe ei abſcidit: qua de cauſa ipſe, qui præſens eſt, dicat. Hic Arſenius iuuenis clericus erat, & perpetrato quodam delicto cum timeret punitionem Athanaſij, fugit ad loca ignota. Interea Ariani exiſtimantes illum illo tẽpore non reuerſurum ad locum illum ſeu acceſſurum, brachium præſcindentes à quodam cadauere, ſecrete illud oſtenderunt Imperatori, poſito D in concilio, aſſerentes Athanaſium abſcidiſſe Arſenio, non punitionis prætextu, ſed ad faciendum maleficia.

Sponte ſe Athanaſio obtuliſſe ſcribit Ruff.

Sed cum aliqui ex Catholicis antea percepiſſent calumniam paratam contra Athanaſium, procurarunt, vt ille Arſenius, quæſitus & inuentus occulte veniret ad ciuitatem, vbi erat concilium congregatum, & latenter maneret, quouſque pro eo mitteretur. Cum ergo ſurrexiſſent in concilio illi æmuli eius, & brachium exciſum omnibus oſtendiſſent, propter quod multi epiſcopi ex Catholicis neſcientes fraudem illorum, cœperunt ipſum horrori habere. Surrexit in E medio Athanaſius dicens. Noſtis hunc Arſeniũ? Reſponderunt plurimi. Optime nouimus. Et ille. Mittatur ergo pro eo, & veniat, & veritas facti eluceſcat.

Calũniæ omnes in Athanaſium cõuincuntur.

Subito, qui eum nouerant, & locum eius, pergunt pro eo. Et cum aduenisset, dixit Athanaſius. Oſtẽde Arſeni brachium dextrum. Quod cum oſtendiſſet integrum, dixit. Oſtende & ſiniſtrum. Et cum integrum etiam appareret, detecta eſt calumnia.

Introducitur quoque accuſatio mulieris cuiuſdam, quæ ſe diceret (ſubintroducta ad hoc ab Arianis) aliquando hoſpitio Athanaſium recepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem vim cor- F ruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hoc Athanaſius iubetur. Ingreditur cũ Timotheo presbytero ſuo, eumque monet, vt poſtea quàm mulier dicendi finem feciſſet, ſe tacente ipſe ad ea, quæ dixerat reſponderet. Cúmque mulier ea, quæ edocta fuerat, perorăſſet, Timotheus conuerſus ad eam. Vere (inquit mulier ego manſi apud te aliquando, aut vim tibi, vt aſſeris feci? Tunc illa,

A.C.370.

A vt mulierum ſe talium procacitas habet, obiurgans Timotheum, Tu [i]nquit mihi [v]im feciſti. Tu in illo loco contaminaſti caſtitatem meam. Simul & conuerſa ad iudices obteſtari fidem Dei cœpit se vere d[ixiss]e. Tunc omnes ridiculoſus pudor habe[re] cœpit, quod iam facile tacente reo, factio [i]mpoſiti criminis p[atu]iſſet. Verùm quia non i[ud]icandi, ſed opprimendi hominis cauſa concilium ge[r]eba[tu]r, frag[o]r omnium repente attollitur, magum eſſe Athanaſiũ, & decipere obtuentium oculos conclamatur, factóque impetu ſuis eum diſcerpere manibus parabant.

Archelaus concilio contra Athanaſiũ coacto præſidebat.

B Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto imperatoris concilio præſidebat, ereptum eum de manibus diſcerpentium per occultos exitus eduxit. Concilium tamen rurſum conueniens, tanquam ſi omnino nihil deprehenſum fuiſſet, vt confeſſum de intentatis criminibus Athanaſium condemnat.

Et geſta in hunc modum per orbem terræ mittentes ad ſceleris ſui conſenſum Imperatore cogente cæteros epiſcopos perpulerunt. Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanaſius, nec vllus C ei ad latendum locus ſupererat tutus. Tribuni, præpoſiti, comites, exercituſque ad inueſtigãdum eum mouentur edictis Imperialibus. Præmia delatoribus proponuntur, ſi quis viuum maxime, ſin minus caput Athanaſi[i de]tuliſſet. Ita totis regni viribus fruſtra aduerſus eum, cui Deus aderat certabatur. Interea ſex continue annis ita latuiſſe fertur in lac[u] ciſternæ non habentis aquã, vt nunquam ſolem videret. Sed cum per ancillã, quæ ſola conſcia dominorum officij, qui ei latebras præbuerant, videbatur, indicatus fuiſſet, tãdem ſpiritu admonitus ipſa nocte, qua ad e[u]m D comprehendendum cum iudicibus venieb[atu]r, emigrauit ad alium locum. Ita illi, qui venerunt fruſtrati, dominis quoque in fugam conuerſis, de ancilla, vt falſa indice pœnas ſumunt.

Athanaſius ad Conſtantem fugit cap. 19. A C.345.

Extunc acceſsit Athanaſius ad partes, vbi regnabat Conſtans frater Conſtantij, à quo honorifice ſuſceptus eſt: auditáque eius vera doctrina & iniuſta perſecutione, literas ſcripſit Conſtans fratri etiam cum minis, vt eum reſtitueret in locum ſuum. Sícque reuocatus ex exilio Alexandriam reuertitur. Vt autem refert Sozomenus in E hiſto. tripartita, procedente aliquando Athanaſio per Alexandriam: contigit auolantem corniculam clamitare, & ſtatim pagani circumſtantes quaſi mago derogantes, petebant, vt eis aperiret, quid cornicula illa ſignificaret. Quibus ille ſubridens. Cras inquit Latina lingua dies futura eſt in proximo. Hoc ergo clamitans, triſtem vobis futurum craſtinum diem ſignat. Altera die veniunt literæ imperatoris ad iudices iubentes, vt pagani non permitterẽtur ingredi ad templa ſua, neque ſolennitates ſuas celebrare: tunc ergo deſtructa eſt venerabilior eorum generaliſque feſtiuitas.

Athanaſio Georgius ſubrogatur. Ruff. lib. 10. ca. 19.

F Sed interfecto Conſtante, iterum Athanaſius de voluntate Conſtantij eiicitur de ſede Alexandrina, & alius Georgius nomine pro eo ab hæreticis epiſcopus deputatur. Sed vt ſcribit Hieron. in chron. poſt aliquod tempus Georgio per ſeditionem populi incenſo, qui in locum Athanaſij fuerat ordinatus, Alexandriam reuertitur Athanaſius. Sed poſtea imperante Iuliano apoſtata, cum omnes magi & aruſpices, quibus ille

intende

intendebat, aſſererent nihil ei proſperum ſucceſſurum, niſi Athanaſium prius occiderent: iterum (vt ait Ruffinus) mittitur exercitus, iterũ duces, iterum oppugnatur eccleſia. Cúmque mœſti & flentes populi circumſtarent, prophetico apud eos ſermone vſus fuiſſe perhibetur. Nolite (inquit) ô filioli perturbari, quia nubecula eſt, & cito pertranſiet. Cúmque diſceſsiſſet, & naui per fluuium iter ageret, comes, qui ad hoc ipſum miſſus fuerat, cognito eius itinere inſtanter eum inſequi cœpit. Et cum forte applicuiſſet Athanaſius nauicula ad quendam locum, comperit à prętereuntibus poſt tergum eſſe percuſſorem ſuum, B & iam iámque niſi perſpiceret, imminere. Côterriti omnes, qui aderant ſocij, eremum ſuadebant ad fugæ præſidium petendam. Tunc ille. Nolite, inquit, ô filioli deterreri. Eamus magis in occurſum percuſſori noſtro, vt ſciat, quia longe maior eſt, qui nos defendit, quàm qui nos perſequitur. Et conuerſa nauicula, iter agere obuiam ei, qui ſe inſectabatur, aggreſſus eſt. Ille qui nullo genere ſuſpicari poſſet in occurſum ſibi venire, quem quæreret, tanquam prætereuntes aliquos interrogari iubet, vbi audiſſent eſſe Athanaſium. Cúmque reſpondiſſent ſe vidiſſe eum non longe euntem, tota celeritate pertranſiens properat in vanum, feſtinans capere, quem ante oculos poſitum videre non potuit. Ille vero Dei virtute monitus Alexandriam rediit, ibíque tuto latebras vſquequo perſequutio ceſſaret exegit. C

Athanaſij de Iuliano dictũ.

Athanaſius quo aſtu elapſus fuerit.

Et nota quod 19. q. 3. perlatum. §. econtra, dicit [a] Gratianus, quod Paulus primus eremita in teſtamento colobium ſuum reliquit Athanaſio epiſcopo Alexandrino, tunicã verò beato Antonio. Quod autem ſuprà dictum eſt, quod Athanaſius ſex annis in ciſterna latuit ſub Conſtantio imperatore, alibi aliter legitur, vt refert Vincen. ſpec. D hiſt. lib. 15. videlicet quod Arianis ſub Conſtantio præfecto beato Athanaſio calumnias excitantibus, ille corruptum iudicium declinans, non amico vel parenti, vel clerico ſe credidit. Sed cum apparitores ſubito domum eius intraſſent, tunica [b] birróque veſtitus, media nocte fugiens, ad quandam virginem deuenit, quæ virgo cum fuerit iuuenis pulchra valde, conſpectus hominum vitare conſueuerat in Alexandria. Cum ergo ad hanc virginem Athanaſius confugiſſet, tam inopinatæ rei perterritæ nouitate, ſanctus epiſcopus ait. Ab Arianis inquietor, & calumnioſis criminibus incuſor. Ne igitur & ego irrationabili nota E deformer, & qui ad pœnam meam inique parati

S. Athanaſius apud virginẽ latet. Pallad. 136. Metaphra. & Nicepho. li. 10. c. 7.

a Paulus primus Eremita iamiam moriturus ab Antonio petiit, vt pallium quod ei dederat Athanaſius, ad inuoluendum corpus ſuum deferret, nec quicquam aliud habuiſſe dicitur niſi tunicam, quã ipſe ſibi ex palmarum foliis in modum ſportæ contexuerat. Quam pius hæres Antonius, ne quid ex inteſtati bonis poſſideret, ſibi vindicauit, qua ipſe diebus ſolennibus Paſcha & Pentecoſtes vtebatur. Hieron. in vita Pauli. Eſt autem Colobium veſtis F genus ſine manica, ac mutilata, à κολοβὸν verbo Græco, quod breue, mutilatum & truncum ſignificat, qua olim virgines vtebantur, & ſancti Patres. Onuph.

b Pro birro Pallad. habet Scitharium, quod veſtis genus intimæ ſacerdotalis interpres dicit, eſtque linea veſtis, quam rochetum dicimus.

A ſunt propter me ruant in peccatum, magis credidi fugiendum. Deus autem reuelauit mihi hac nocte, quod apud nullum ſicut apud te poſsim ſaluari. Tunc illa congaudens in domino, proiectis cogitationibus vanis, ſanctum illum per ſex annos intra cellæ ſuæ ſecreta celauit, quamdiu præfatus Conſtantius imperator vixit. Ipſa pedes ei abluẽs, omnia neceſſaria per ſe ei miniſtrabat, libros quoque quos ille quærebat, mutuo ſumens & legendos præbens. Nullus tamen in vrbe vbi degeret, inuenire potuit, donec Conſtantio mortuo, rurſus nocte propriis veſtibus indutus in eccleſia ſubito cunctis ſtupentibus apparuit. Omnes enim ſe videre credebant eum, tanquam ex mortuis ſuſcitatum. Amicis autem intimis ſuis ſatisfaciebat dicens. Idcirco me ad latebras veſtras non contuli, vt tutè iurare poſſetis, quia vbi degerem neſciretis. Et quia neceſſe erat vbique me quæri, in cella illius virginis latui, vbi me celari nullus ſuſpicaretur, eo quod iuuenis & pulchra videretur: [c] Sic ergo & ipſi, & famæ, vel gloriæ meæ profui.

Athanaſius amicis ſuis cur apud eos nõ latuerit red dit rationem.

c Alexandriæ in ſuo lectulo ſub Valente obiit Athanaſius, cùm in ſumma temporũ varietate ſex & quadraginta annos Eccleſiam Alexandrinam ſanctiſsimè gubernaſſet. Ex Sim. Met. Anno Ch. 373. colitur 2. Maij.

Libri ab Athanaſio conſcripti ex Hier. in Catal.

§. I.

DE libris Athanaſij ab eo editis, Hieron. de viris illuſtri. de eo ſic fatur. Feruntur eius aduerſus gentes duo libri. Et contra Valentem & Vrſatiũ vnus, & liber de virginitate, & de perſecutionibus Arianorum plurimi. Et de pſalmorum titulis, & de hiſtoria Antonij monachi multum prolixa & luculento ſermone ἑορταστικαὶ epiſtolas & plura alia, quæ à latinis raro habentur. Fecit & ipſe ſymbolum fidei, qui incipit: Quicunque vult ſaluus eſſe &c. quod cantatur in prima diebus dominicis in eccleſiis, niſi maior ſolennitas intercipiat. Et licet ad ſolum Romanum pontificem ſpectet ſymbolum fidei edere: [iſtud tamen Athanaſij Alexandrini epiſcopi vſu receptum eſt,] nõ quia ab Athanaſio editum, ſed quia ab eccleſia vniuerſali approbatum, & authentizatum, vt plenum catholica veritate: ideo ab omnibus & publice pronunciatur ſecundum Tho. 2. 2. Dicit autem Vinc. ſpe. hiſto. lib. 14. quod inuenitur liber Athanaſij exhortatorius ad monachos valde vtilis, de quo infraſcriptos flores excerpſi: videlicet, Gloriari vobis in Chriſto licet, ſacris huius principiis initiati, vt ſit inchoatio veſtra perfecta, & ad veram viuendi frugem gradus interpoſitos præuolantes apice ipſius culminis occupato ſummam teneatis. Qui dum me nõ ſolum libenter, ſed etiam auide auditis, impudentem me veſtro amore feciſtis. Præcedentes enim duco, & vltra menſuram meæ poſsibilitatis extenſus, quos ſequi cupio, ducere compellor. Abſtinentia continentiæ nutrix eſt, quæ facilius frenos patitur, ſi non deliciarum calcaribus incitetur. Qui illud, à quo abſtinent illicitum credunt, ipſi ſibi præmium ſui laboris imminuunt. Illicitis

D. Athanaſi⁹ ſcripſit Symbolũ. vide Geneb. 3. de Trin.

Athanaſij ad monachos exhortatio.

A.C. 373.

[a] enim cauere iugum neceſsitatis eſt, permiſſa A vincere, munus arbitrij, à malis abſtinere merces eſt diſciplinæ, bona ſupergredi, libertas meriti eſt non finis imperij. Orationes, ſi fieri poteſt, ſola legendi intercapedo dirumpat. Sit victus facilis, veſtitúſque vilis. Vita noſtra iubeat, lingua perſuadeat, quia plus authoritatis exemplum quã ſermo geſtat, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio. Fœminas probas & religionis ſtudio vero deditas, cum menſura venerationis honorate: vt nec auſteritas inhumana, nec ſedulitas ſit remiſſa: in loquendo autem cum eis præcipuè vobis ætas, hora, ſolitudo vitanda ſunt, vt B vitetur omne, quod contra vos poteſt fingi, tanquam poſsit & credi, ipſa famæ ſemina priuſquàm linguis nutriantur, intercãt. Non enim tantum vobis fides facti, ſed poſsibilitas verè etiam eſt releganda mendacij, vt non blaſphemetur bonum nomen veſtrum.

Orationes aſsiduæ eſſe debeat.

Quid in colloquiis mulieribus ſeruandũ.

Beata eſt vita & præclara, de qua nihil licet falſitati: nec me præterit ſecularis laboris iuuidiam in obtrectationem ſemper religionis ardere, ſed vtatur mundus ſua natura, dum tamen nihil inueniat in noſtra diſciplina. Falſitas ex more iactetur, dum nec veriſimile poſsit eſſe quod C dicitur. Nemo tamen debet contemnere vultus infamiæ, quia ſemper conſueuit rumor ſimulare, ſed eo attentius præcauere, quod ſolet & ficta cõponere. Neceſſarius ſit è domo & rarus egreſſus: quẽ aut religionis ratio exculerit, aut ad ſubſtantiam victus cauſa exercendi operis ordinauit. Muneribus cunctis, niſi quæ ad quotidianum cibum & annuum veſtitum ſuppetant, abſtinete, ſcientes eſſe ſcriptum, Habentes alimẽta, & quibus tegamur, iis contenti ſimus. Vidua pauper plus omnibus miſit, quia non poteſt eſſe parum quod totum eſt. Nec quiſquam amplius dedit, D quàm qui ſibi nihil reſeruauit. Cur viuendi voluntate non ſoluat, quod moriendi lege eſt rumpendum, faciens de ſorte mercedem, vt de neceſſitate virtutem rogeat? quinimo rem familiarem ſuam erogans, de paruis magna, de vilibus pretioſa, de caducis æterna faciat. Hæc ille.

Egreſſus è domo rarus.

Munera à religioſis niſi neceſſaria non capienda. 1. Tim. 6.

a Indicat D. Athanaſ. illam differentiam fuiſſe illo ſæculo vulgatiſsimam inter præceptum & conſilium, quam tradunt Hiero. lib. 1. aduerſus Iouinianum. Auguſt. ſer. 6. de tempore. & Ambr. epiſt. 82. & alij multi, Illicita enim cauere eſt non furari, non adulterare &c. permiſſa verò vincere eſt prorſus à coniugio abſtinere, facultates ſuas omnes abdicare, & huiuſmodi. Nota hic etiam arbitrij libertatem & meritum boni operis, cùm vtrunque hæretici negant.

De S. Hilario Pictauenſi Epiſcopo. de quo Ruff. lib. 10. cap. 30. & 31. hiſto. Tripar. lib. 6. c. 24. Hier. in catal. & in chron. Grego. Turon. de gloria confeſ. cap. 2. & fuſius Fortunatus Pictauorum Epiſcopus tom. 1. Sur. ex Vincentio tamen lib. 14. hæc ſunt potius hauſta.

CAP. III.

QVaſi luna plena in diebus ſuis, ſic effulſit in templo Dei Hilarius Pictauienſis epiſcopus, qui floruit etiam eo tempore. Hic, vt refert Vincentius ſpec. hiſt. lib. 15. cap. 23. ex geſtis eius, ante Burgenſis fuit gente Aquitanicus. Fuit autem ſemper A optimus Chriſtianus, & in ſacra ſcriptura ſapiẽtiſsimus. De eo legitur etiam, quod cum in adoleſcentia literis operam daret, nec ita cito proficeret, vt cupiebat, diffidens de adeptione ſcientiæ, receſsit à ſcholis proponens aliis vacare. Cum autem pergeret, in via reperit quendam puteum in ore habentem lapides erectos magnos, vt moris eſt. Cernens autem lapides illos cauatos in aliquibus locis ex aſsiduitate hauriendi cum fune, reſumpſit vires mentis, & fiduciam, dicens: Si funis, qui eſt ita mollis, ex aſsiduitate fricandi la- B pidem hunc ita durum ipſum inſecuit & cauum fecit, & ego continuando vtique proficere potero, & perficere deſiderium meum. Vnde ad ſcholas reuerſus continuauit ſtudium, & acutiſsimus atque doctiſsimus effectus eſt. Vnde cum vidiſſent Pictauenſes, quod tota virtute omnes hæreticos expugnabat, eum in epiſcopum omnes elegerunt pariter. Qui ſtatim ex ardore fidei non ſolum terram ſuam, ſed etiam totam Franciam ab hæreticis defendens, ſuggeſtione duorum hæreticorum ab imperatore Conſtantio, qui & ipſe hæreticus erat, exiliatus eſt, quia ſapientiam eius C ſuſtinere non poterat. Exiliatus autem acceſsit ad inſulam Gallinariam, quæ cum eſſet plena ſerpẽtibus, ipſo illic habitante omnes ſerpentes de illa inſula diſperierunt. In laicali vero habitu cum habuiſſet vxorem, ex ea ſuſcepit vnam filiam quã Afram vocauit, quæ poſtquam Hilarius pater eius eſſet epiſcopus factus, cum ſponſum terrenũ quæreret, Hilarius ſua perſuaſione ad propoſitũ virginitatis induxit. In quo cum firmam videret, timens ne in futurum à propoſito ſancto declinaret, inſtantius dominum rogauit, vt eam ad ſe vocaret, nec vltra viuere fineret. Quod & factũ D eſt, nam poſt paucos dies in domino obdormiuit. Quam pater propriis manibus ſepeliuit. Hoc vxor attendens, rogauit & ipſa, vt deuotiſsima mulier Hilarium epiſcopum, vt quod pro filia obtinuerat, hoc & pro ſe impetraret, quod & ſecurũ eſt ipſa ad dominum migrante.

Vrſatij & Valentis fraudibus Hilarius in exiliũ mittitur.

Afra S. Hilarij filia eo ſuadẽte virginitatẽm ſeruat.

Intellige vxorẽ ante ſacram ordinationem, poſt verò ſororis loco habitam.

Quarto autem anno exilij ſui, iuſsit Imperator Conſtans, vt omnes epiſcopi exiliati, reuerterentur, etiam Hilarius, & de veritate fidei diſputarent. Reuerſuſque ſanctus Hilarius petiit ab Imperatore ſibi dari licentiam loquendi. Sed illi duo epiſcopi non ſuſtinentes facundiam eius, E obtinuerunt ab Imperatore, quod redire Pictauos compelleretur. Redeunti ergo Pictauos, obuiauit ei quædam mulier flens filium ſuum ſine baptiſmo defunctum. Cuius precibus & lachrymis motus ſanctus Hilarius eum ſuſcitauit.

Hilarius mortuum ſuſcitauit.

Legitur etiam de eo, vt refert Vincen. vbi ſuprà, & Iacobus de Voragine, quod Ariana hæreſi per orbem furente, [b] etiam Leo papa hac peſte

b Fortunatus, qui omnia eius miracula accuratè percenſuit, nuſquam huius hiſtoriæ meminit, neque F etiam ex illis veterum monumentis Leonem quendam eo tempore Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe cõſtat. Cùm primus Pontifex hoc nomine dictus Leo magnus fuerit, qui cẽtum poſt annos ad minimũ vixit. Hieron. contra Lucifer. neque etiam ipſe Liberius Leonis nomen habuit, cum Onuph. diligentiſsimus in perſcrutandis Pontificum nominibus, illud omnino reticeat, neque Liberius poſt reditum ab exilio vllum Concilium conuocaſſe legitur, neque veriſimile

A.C.370.

riſimile eſt Hilarium, quem vt ſcribit D.Hieron. è prælio hæreticorum reuertentem Galliarum Eccleſia læto ſinu amplexa eſt, è Gallia rurſus in Italiam rediiſſe, cum præſertim in ea eſſent præclari Catholicæ fidei propugnatores Euſebius Vercellenſis, & alter item Euſebius presbyter Romanus, qui tam ſtrenuè aduerſus hæreticos pugnabant.

Hiſtoriæ quædam ſed dubiæ & ſuſpectæ fidei.

deprauatus, fecit omnium epiſcoporum concilium conuocari. Venit & ſanctus Hilarius quamuis tardius, armis tamen fidei munitus. Cùmque nunciatum eſſet eum adeſſe præ foribus, papa non velut ſero venienti, ſed magis, vt Catholico indignatus mandauit ſynodo, vt nullus ei aſſurgeret coepiſcoporum, aut locum confeſsionis ei annueret. Præſentatus ergo vir Dei concilio, reſidentes cum reuerentia ſalutauit. Cui papa quaſi eum ignoraret inſultans, ſic reſpondiſſe fertur: Tune es Hilarius Gallus? At ille: Non ſum (inquit Hilarius) Gallus, ſed de Gallia, ac ſi diceret, Non ſum natione Gallus, ſed de Gallia præſul: erat enim gente Aquitanicus, pontificali autem dignitate præeminebat Gallis. Papa autem animi ſtomachatione permotus ait. Et ſi tu es Hilarius de Gallia, ego ſum Leo apoſtolicæ ſedis Romanæ iudex. Tunc Hilarius eius pertinacem contumaciam intelligens, reſpondit ei. Si Leo es, non tamen de tribu Iuda. Et ſi iudicans reſides, ſed non in ſede maieſtatis. Mox ille ſpreta ſede, immo ſedis dignitate ſurrexit, multúmque præſago antiſtiti minans exiuit dicens. Vide, quia ad te reuertens ab his tumidis ſermocinationibus humiliatum deſtituam. Et ſi (inquit Hilarius) nō redieris? Tunc vir ſanctus terræ ſe inſidere parans, dixiſſe ſupplex fertur, Domini eſt terra, & plenitudo eius. Ad quam vocem ſtatim ipſi ſellus (vt fertur) erumpens ſurſum excreuit, eíque in medio reſidentium epiſcoporum ſeſſum nec humiliorem præbuit. Quod vniuerſis & maxime catholicis ſtupentibus, Deúmque pro ſancti meritu collaudantibus, clamor attollitur, Apoſtolicum repentino defeciſſe interitu. Sicque ſynodus diſiungitur, & epiſcopi omnes cum reuerentia in laudibus beati Hilarij ad propria, erroris capite contrito reuertuntur. Verùm quia non reperitur clare eo tempore aliquem fuiſſe in papatu nomine Leonem, ideo ad conſonantiam miraculi huius cum hiſtoria dicit Vincen. vbi ſupra, & Iacobus quod poſſet dici, quod Liberius papa, qui Conſtantio fauebat, & aliis Arianis, eſſet binomior, & diceretur & Leo & Liberius. Nondum enim erat introductus mos in eccleſia, quod in creatione Papæ eius nomen mutaretur. Clarum eſt enim iſtum Liberium fuiſſe papam tempore Hilarij. vel forſan circa illud tempus fuit aliquis antipapa dictus Leo, In hiſto.eccle. ſed nec in tripartita. vel chroni. Hieron. nil de hoc dicitur, vnde pro dubia re habetur.

Poſſet quidem dici, ſed nō inde verum eſſe ſequitur.

Hæc hiſtoria eſt dubia vel omnino falſa.

§. I.

INfirmatus autem ſanctus Hilarius Pictauis reuerſus, cum obitum ſuum imminere cognoſceret, vt refert Vincen. fecit ad ſe venire Leontium ciuitatis ipſius presbyterum, quem maxime diligebat. Cúmque imminente nocte ea ire eum, & ſi quid foris audiret renunciare iuſsiſſet, ipſe voces tumultuantis populi ciuitatis ad hoc ſe audiſſe reuertens, expoſuit. Et cum circa eum vigilaret finem eius expectans, media nocte iterum iubetur exire, & quid audire poſſet iacenti referre. Qui dum ſe nihil audire renunciaret, mox tanta claritas, quam nec ipſe presbyter ſuſſerre poterat, intrauit ad eum, & ſic paulatim recedente lumine migrauit ad Dominum. Duo autem negociatores aliquando dum ad ſancti eiuſdem baſilicam deueniſſent, habentes formam ſeu maſſam ceræ quaſi ſocialiter in commune, vnus allocutus eſt alterum, vt eam tanto confeſſori offerret. Sed incaſſum ſua verba in animo ſui ſocij hoc nolentis expendit. Ipſe tamen cum collega ſuo in oratione proſternitur, ceràmque illam ante ſepulchri cancellos exponit. Mox ad omnem æqualitatem ſpecies ipſius ceræ ſe diuiſit. Et parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera videntibus plurimis voluendo ſe vſque ad alios cancellos, nutu diuino cum omni contumelia eſt repulſa, quaſi ſanctus nollet accipere, quod alter illi deuotus non obtulit. Tunc ille confuſus ingemuit, maioráque poſtea obtulit.

Vinc. lib. 14.

Moritur S. Hilari⁹ ſub Valēte & Valentiniano, Foreteciliter 14. Ianuar.

Item cum quidam puer quadam vice ad ſepē obdormiſſet iacens ore aperto, ſerpens ingreſſus eſt os eius. Quem cum parentes eius duxiſſent ad baſilicam ſancti Hilarij, proſtrauerunt ſe in oratione pro ſanitate pueri. Mox ex ore pueri egreſſus eſt ſerpens, qui ſtatim veneno coram omnibus effuſo moritur, puérque ſoſpes redditur.

Hiero. in lib. de viris illuſt. Hilarius aduerſus Arianos duodecim lib. compoſuit, (& intitulantur, credo, de Trinitate.) Alium librum de ſynodis, quem ad Galliarum epiſcopos ſcripſit. Item pſalmorum commentarios primum & ſecūdum, in quo opere imitatus Origenem: nonnulla & de ſuo addidit. Eſt & alius libellus ad Conſtantium, quem Conſtantinopoli viuenti porrexerat, & alius in Conſtantium quem poſt mortem eius ſcripſit. Item liber aduerſus Vrſatium & Valentem hæreticos, hiſtoriam Ariminenſis & Seleucenſis ſynodi continens. Item liber hymnorum, & myſteriorum alius. Item commentarij in Mattheum, & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis tranſtulit ad ſenſum. Et alius elegans libellus contra Auxentium. Et nonnullæ ad diuerſos epiſtolæ. Mortuus eſt autem Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus. Huius ex libro Trinitatis aliqua dicta ponuntur vt appareat profunditas doctrinæ eius.

Opera beati Hilarij. Hiero. in catal.

Deus naturam accepit humanam. D.Hilar. 10. de Trin. pag. 207.

§. II.

CIrca materiam paſsionis Chriſti Hilarius 10. de Trini. ſic ait. Vnigenitus Deus hominem verum ſecundum ſimilitudinem noſtri hominis, non deficiens à ſemetipſo ſumpſit. In quem quamuis aut ictus incideret, aut vulnus deſcenderet, aut nodi concurrerēt, aut ſuſpenſio eleuaret, afferrent quidem hæc impetum paſsionis, non tamen dolorem paſsionis inferrent, vt telum aliquod aquam perforans, vel ignem compungens, vel aera vulnerans. Omnes quidem has paſsiones naturæ ſuæ infert, vt perforet, vt vulneret, vt compungat, ſed naturam ſuam in hæc paſsio illata non retinet, dum in natura non eſt, vel aliquam perforari, vel pungi ignem, vel aera vulnerari,

Chriſtus ſecūdum diuinitatē impaſſibilis hic pronunciatur.

A.C.370. quamuis natura teli ſit vulnerare, & compungere, & perforare. Paſſus quidem Chriſtus dum cæditur, dum ſuſpenditur, dum moritur: ſed in corpus irruens paſsio, nec fuit paſsio, nec tamen naturam paſsionis exercuit, dum & pœnali miniſterio pœna deſæuit, & virtus corporis ſine ſenſu pœnæ, vim pœnæ in ſe deſæuientis excepit. Habuit ſane illud domini corpus doloris noſtri naturam, ſi corpus noſtrum id naturæ habet, vt calcet vndas, & ſuper fluctus eat, penetret etiam ſolida, nec clauſæ domus obſtaculis arceatur. At vero ſi Dominici corporis ſolum iſta natura ſit, vt B feratur in humidis, & inſiſtat in liquidis, & ſtricta tranſcurrat, quid per naturam humani corporis carnem ex ſpiritu conceptam iudicamus? Caro illa, panis ille de cælis eſt, & homo ille de cælo eſt, habens ad patiendum corpus, & paſſus eſt: ſed naturam non habens ad dolendum.

Matt.14. Ioan.20.

Ibidē paulò poſt pag.209. Et infra. Quam igitur infirmitatem dominatā huius corporis credis, cuius habuit tantā natura virtutem, ſcilicet conſternare eos qui ad eum capiendum venerant? Sed forte dolores vulnerum timuit. Quem rogo, ô tu dominicæ infirmitatis aſſertor, penetrantis carnem claui habuit terrorē, C qui exciſam aurem ſolo reſtituit attactu? Producens ergo hæc aurem manus, clauum dolet, ſentit vulnus, qui alteri dolorem vulneris non reliquit? Pungēdæ carnis metu triſtis eſt, cuius attactui licet carnem donare poſt cædem. Et infra. Collatis igitur dictorum geſtorúmque virtutibus, demonſtrari non eſt ambiguum, in natura corporis eius infirmitatem naturæ corporeæ non fuiſſe, & paſſionem illam licet corpori illata ſit: non tamen naturam dolendí corpori intuliſſe, quia licet forma corporis noſtri eſſet in domino, non tamē vitioſæ infirmitatis noſtræ. Forma erat in corpore, D quod ex conceptu ſpiritus ſancti virgo progenuit. Hæc ille.

Ioan.18.

D. Hilarij ſententia exponitur. D. Tho. in 3. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 3. q. 2. & in 3. par. q. 15. art. 5.

Quæ verba, quia obſcura ſunt, in mentibus ſimplicium generare poſſent errorem non ſane intelligentibus. Nam in ſuperficie ſonare videntur, quod Chriſtus in paſsione non habuit verum dolorem, inquantum homo. Vnde beatus Thom. in 3. ſen. diſt. 15. ponit triplicem modum dicendi. Primum eſt ſecundum Guillelmum epiſcopum Pariſienſem, qui dixit Hilarium iſta retractaſſe in quadam epiſtola, quæ eius dicitur. Secundus modus eſt, quod loquatur hic de Chriſto ſecundum E naturam diuinam, in qua ſine dubio non fuit dolor, vel alia paſsio. Diſputabat enim Hilarius in illis verbis contra illos, qui dicebant Dei filium creaturam eſſe. Tertius modus exponendi eſt magiſtri ſen. in 3. lib. vbi ponit dicta verba, & conſiſtit in hoc. Nō ſimpliciter Hilarius voluit à Chriſto excludere dolorem, timorem, & huiuſmodi, ſed tria quæ ſunt circa dolorem. Primum eſt dominium doloris, vnde dicit. Quam igitur infirmitatem dominatam &c. id eſt, quia dolor & timor fuerunt in eo, nō ſecundum paſsionem, prout eſt in nobis, quia obfuſcant aliquantulum rationem F in nobis, ſed non in Chriſto. Secundum eſt meritum doloris, quod notatur, cum dicit. Non tamen vitioſæ infirmitatis &c. Et iterum. Non habens naturam ad dolendum: quod dicit, quia non erat in natura ordo ad dolorem ex aliquo merito peccati, ſicut eſt in nobis, ſaltem ex originali peccato. Tertium quod excludit à Chriſto eſt neceſsitas doloris, quod notatur cum dicit. Videamus an ille paſsionis ordo &c. Habebat enim in ratione, vnde timorem & triſtitiam à ſenſualitate excluderet, ſi voluiſſet, quod non eſt in nobis. Diffuſius hæc ibi potes videre. A.C.370. pag.141.

Chriſtus tribus modis non ſuſcepiſſe noſtros dolorés dici poteſt.

De Euchariſtiæ veritate. Hilar. lib. 8.

§. III.

De ſacramento euchariſtiæ idem Hilar. 8. lib. de trini. ſic fatur. Non eſt humano aut ſeculi ſenſu de his rebus loquendum, neque per violentiam atque imprudentem prædicationem dictorum cæleſtium, ſanitatis alienæ, atque impiæ intelligentiæ peruerſitas extorquenda eſt. De naturali enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtulte atque impie dicimus. Ipſe enim ait. Caro mea vere eſt eſca, & ſanguis meus vere eſt potus. Et qui edit carnem meam, & bibit ſanguinē meū, in me manet, & ego in eo. [a] De veritate ergo carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus. Nūc enim & ipſius Ioan.6.

a Quam bene & diſertè Hilarius noſter illius quarti ſæculi fidem circa ſacroſanctū Euchariſtiæ Sacramentum expoſuit, quem certè ſatius eſt multò audire & ſectari, quàm Sacramentariorum deliramenta, qui noſtro tēpore Eccleſiæ Catholicæ aduerſantur. Habes igitur ex illo acerrimo fidei Catholicæ propugnatore nullum eſſe locum ambigendi relictum de veritate carnis & ſanguinis in Euchariſtia. Habes de ea nemini planè dubiū eſſe id poſſe, niſi iis qui Ieſum Chriſtum verum eſſe Deum negant. Habes ita illum verè eſſe in nobis per ſacramentum communicatæ carnis, ſicut ipſe eſt in Patre. Quemadmodum ergo is eſſet blaſphemus, qui Filium in Patre eſſe negaret per veritatē ſubſtantiæ ſuæ, quia verè in Patre eſt ipſius filij ſubſtātia: ita verè etiam in filium is eſt blaſphemus, qui cum eſſe nobiſcum per veritatem carnis ſuæ in ſacramento negat. Sed quid ego aduerſus noſtros aduerſarios diſputo, cum ipſum Hilarium habeamus eos eodem in loco apertiſsimè redarguentem? Sic enim ait: ibid. Si enim verè verbum caro factum eſt, & nos verè verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ, iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub Sacramēto nobis cōmunicandæ carnis admiſcuit? Ita enim omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergo naturaliter Patrem in Chriſto negabit, neget prius non naturaliter, vel ſe in Chriſto, vel Chriſtū ſibi ineſſe, quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in nobis, vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnē corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, nóſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis, quomodo voluntatis vnitas aſſeritur, cùm naturalis per Sacramētum proprietas perfectæ ſacramentum ſit vnitatis? hæc ille. Nota autem illo ſæculo veritatam corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ ita omnibus fuiſſe compertam, vt D. Hilarius ea tanquam medio vtatur ad Chriſti veram cum Patre vnitatem ſtabiliendam. Hinc ſequitur hanc fuiſſe illius ſæculi fidem, neminémque Chriſtianæ

religio

A.C. 370.

religioni initiatum, quantumuis in alijs fidei articulis a Catholicis diſsidentem, hanc veritatem in dubium reuocaſſe.

domini profeſsione, & fide noſtra vere caro eſt, & vere ſanguis eſt, & hæc accepta atque hauſta efficiunt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Contingat plane his verum non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant.] Eſt ergo ipſe in nobis per carnem, & ſumus in eo, dum ſecũ hoc quod nos ſumus in Deo eſt.] Quod autem nos in eo per ſacramentum communicatæ carnis ſimus ipſe teſtatur dicens. Vos me videtis, quia ego viuo & vos viuetis, quoniam ego in patre maneo, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum intelligi vnitatem vellet, cur gradũ quendam atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit: niſi vt cum ille in patre per naturam diuinitatis eſſet, nos econtra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederemur, ac ſic perfecta per mediatorem vnitas doceretur, cum nobis in ſe manentibus, & ipſe maneret in patre, & in patre manens ipſe maneret in nobis, & ita ad vnitatem proficiſceremur cum eo, qui naturaliter ſecundum natiuitatem ineſt, nos quoque in eo naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturali permanente: hæc Hilarius de conſe. diſt. 2. In Chriſto pater.

Myſteriũ S. Trinitatis immẽſum & incomprehenſibile. Hil. lib. 2. pag. 29. & 30.

De diuinis perſonis & proprietatibus earum & huiuſmodi, ſic ait in eodem lib. de trini. Immẽſum eſt, quod exigitur, ſcilicet quærendo de myſterio Trinitatis, & incomprehenſibile, extra ſignificantiam ſermonis, extra ſenſus intentionem. Non annunciatur, non attingitur, non tenetur, verborum ſignificantiam ipſius rei natura conſumit. Senſus contemplationem imperſpicabile lumen occæcat, intelligentiæ capacitatem, quod fine nullo continetur, excedit. Mihi ergo in ſenſu ſilendum eſt. In intelligentia ſtupor eſt. In ſermone verò nouam infirmitatem, ſcilicet ſilentium confiteor. Periculoſum nimis eſt de rebus tantis ac tam ſecretis aliquid vltra præſcriptum cæleſte proferre, vt vltra præfinitionem Dei ſermo de Deo ſit. Forma fidei certa eſt. Non ergo aliquid addendum eſt, ſed modus conſtituendus audaciæ, quicquid vltra quæritur, non intelligitur.

Verba ſũt intelligẽda ſecundum mentem proferentis li. 5 decreta. tit. 40. c. 6.

Idem in 1. de Trini. Optimus ille lector eſt, qui dictorum intelligẽtiam expectat ex dictis potius, quàm imponat, & retulerit magis quàm attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum. Cum igitur de rebus Dei ſermo eſt, concedamus Deo ſui cognitionem, dictiſque eius pia veneratione famulemur. Idem in eodem. Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed ſermo rei debet eſſe ſubiectus, extra de verbo. ſignifi. intelligentia.

De S. Baſilio de quo Gregor. Nazianzenus & Niſſenus in eorum operibus, Hieronymus, Suidas, Philoſtergius & Theodoritus in initio operis eiuſdem denique Amphilochius 1. tom. Sur. & in Vitis patrum ex quo hæc ſcripta ſunt.

CAPVT IIII.

Qvaſi ignis effulgens & thus ardens in igne, fuit magnus Baſilius tempore Iuliani apoſtatæ & Valentis & aliorum. Ignis per ardentem dilectionem, effulgens per doctrinæ irradiationem, thus ardens in igne per deuotam contemplationem. Pater dicitur monachorum in oriente, ſicut Benedictus in occidente. Regulam viuendi eis ſcripſit. Monaſteria duplicia inſtituit, ſcilicet virorum & mulierũ in vno monaſterio, ſeparatim tamen in maxima honeſtate, quæ poſtmodum eccleſia propter pericula abſtulit, vt habetur 18. q. 2. diffinimus. Hic in viſione oſtenſus eſt ſancto viro Effren, columna ignis pertingens vſque ad cælum.

A.C. 370.

Refert autem ſanctus Amphilochius, qui vitã eius mirabilem ſcripſit, quod cum Baſilius eſſet ſeptennis à parentibus literis traditus eſt. Poſtea matrem verborum Athenas adiit: vbi cum Gregorio Nazianzeno & Iuliano apoſtata, & Libanio ſophiſta ſtuduit in doctrina Græca, in qua inuenire non valuit Deum omnium creatorem. Vbi dum eſſet, quadam nocte diuinitus quidam cum ſibi [illegible] accẽdit, & perluſtrare totius Chriſtianæ religionis ſcripturas præcepit. Quo accenſus ſpiritu, in Aegyptum profectus eſt, libriſque ſanctos petiit. Rediẽnſque diuinarũ ſcripturarũ ſtudio vacauit, ac in Græcia multis mundanis philoſophis viã ſalutis oſtendit. Inter quos Eubulum præceptorem ſuum requirens, inuenit eum inter diſcipulos iam cõfectum ſenio diſputantem. Reprehendiſque eum. Ii autem qui cum eo erant, quis [illegible] reprehendit te (inquiunt) ô philoſophe? Qui reſpondit: aut Deus, aut Baſilius. Conuerſuſque ad Baſilium ait. Quæ eſt definitio philoſophiæ? Qui reſpondit. Prima definitio philoſophiæ eſt meditatio mortis. Et ille admirãs ait. Quis eſt mundus? Et ille. Qui eſt ſuper mũdum. Et [illegible] quidem ſunt mundi ſermones. Amarus autem eſt mundus ei, qui continet eum vitioſè. Et alia eſt voluptas corporis, alia voluptas ſpiritus, & ſimul hæc coeſſe non poſſunt cuidam. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Tribúſque diebus incibati manſerunt conquirentes de verbo vitæ. Tunc Eubulus cognita ab eo via veritatis, humiliauit ſe ſub eo, offerens ſe & ſua, venditiſque omnibus quæ habebat, & datis pauperibus, vt irent Hieruſalem, veniunt Antiochiã: vbi Libanio ſophiſtæ & diſcipulis eius, cum verbum Dei prædicaſſent, venerũt Hieruſalem, ibíque ab epiſcopo Maximo regenerationem proſtrati petentes, veniunt cum eo ad Iordanẽ. Et orauit Baſilius ſignum reuelari fidei eius. Tũc venit ſuper eos fulgur, & columba ex eodem fulgure, quæ turbans aquas reuolauit in cœlum. Et poſt annũ baptizati redierunt Antiochiam, vbi ſub Miletio epiſcopo diaconus ordinatus eſt Baſilius. Deinde Cæſaream adeuntibus, nocturna viſione reuelatus eſt Euſebio aduentus eorum, quia ſucceſſor eius fieret Baſilius. Quod non multò poſt factum eſt.

Diuinitus S. Baſilius ſcripturas ſacras legere monetur.

Baſilius & Eubul⁹ baptizãdi eunt Hieroſolymã.

Conſecratus autem petiit ſibi dari gratiam, & intellectum proprijs ſermonibus offerendi ſacrificium altaris. Et poſt ſex dies in ecſtaſi factus in aduẽtu Spiritusſancti miniſtrare cœpit. Quadam nocte venit Dominus Ieſus in viſione cum Apoſtolis faciens propoſitioné panis in altari, & excitauit eum dicens. Repleatur os tuum laude, vt ſingulis diebus offeras mihi ſacrificium. Qui nõ ferens oculis viſionem, acceſsit ad altare, & ſcripſit in charta. Repleatur os meum laude, vt hymnum dicam gloriæ tuæ. Et poſt finem orationis, exaltauit panem, & diuidens in tres partes, vnam commu

Sacrificiũ altaris offerre cœpit Baſilius.

A.C. 370.

communicauit, aliam reſeruauit conſepeliri ſibi, tertiam imponens columnæ aureæ ſuper altare pependit. Et exeunte eo Eubulus & cleri princeps, qui adſtabant ante portam templi proſtrati, dixerunt ſe vidiſſe lucem intelligibilem in templo, & viros candidatos, & audiſſe vocem populi glorificantis Deum. Et congregata multitudine in eccleſia ad diuinum myſterium, quidam Hebræus myſterium officij explorare volens, permiſcuit ſe populo, & vidit infantem partiri in manibus Baſilij. Et accedens cum aliis ſumpſit verè carnem & verè ſanguinem. Quod indicans vxori ſuæ baptizatus eſt cum omni domo ſua.

Hebræus videt infantem in manibus ſacerdotis D. Th. opuſc. 58. cap. 22.

Puer quidam ſe dæmoni miſerabiliter deuouet. Vinc. cap. 79.

§. I.

QVidam etiam ſenior, nomine Procerius, ſuam filiam voluit Deo conſecrare. Cui inuidens diabolus, vnum de ſeruis eius ad amorem ſuum accendit. Qui alloquens incantatorem, vnam accepit ab eo epiſtolam dicentem. Vade & ſta ſuper monumentum gentilis noctu, & exalta chartam in aere, & adſtabunt dæmones, qui ducent te. Quo facto diabolus legens epiſtolam ait. Credis in me? Et ille. Credo. Subdit diabolus. Abrenuncias Chriſto? Qui ait. Abrenuncio. At diabolus. Perfidi (inquit) eſtis vos Chriſtiani, qui quando opus habetis venitis ad me, ſed poſt cópleta deſideria veſtra reuertimini ad Chriſtum veſtrum qui benigne ſuſcipit vos. Fac ergo mihi ſcriptam Chriſti tui & baptiſmatis abrenunciationem voluntariam, & profeſsionem mei, quam habeam in die iudicij, & ſtatim complebo deſiderium tuum. Quod & fecit. Tunc ſathanas miſit ſpiritus fornicationis ad puellam, qui inflammauerunt eam in amorem iuuenis. Quæ proiciens ſe in terram, clamare cœpit ad patrem. Miſeremini mihi pater, quia torqueor propter talem puerum: coniunge me illi, alioquin moriar. Ille vero multis precibus & blandiciis non valens reſiſtere, demum dedit eam puero in vxorem. Qui poſt modicum tempus depræhenſus eſt ab aliis eccleſiam non intrare, neque ſacra communicare: & dixerunt coniugi eius. Scis quia vir tuus nó eſt Chriſtianus, ſed alienæ fidei? Tunc illa dolore repleta, proſtrauit ſe, & cœpit ſe vngulis diſcerpere, & pectus ſuum tundere clamans. Heu cur nata ſum? Ad quam vir eius accurrens, non eſſe verum quod audierat, contendebat. Tunc illa in conſolationem veniés ait. Si vis mihi ſatisfacere, craſtina die eamus ſimul in Eccleſiam, & coram me participa ſacrum myſterium. Tunc ille coactus explicauit ei ſeriem facti ſui, & pacti cum diabolo.

Chriſtianus nó eſt qui in eccleſia Chriſti non eſt.

At illa cucurrit ad ſanctum Baſiliũ narrans ei geſtorum ordinem. Qui vocans puerum ſciſcitatus eſt, an ita res haberet. Et ille cum lachrymis retulit omnia. Cui ſanctus. Vis reuerti ad Deum? Et ille. Volo, ſed non valeo, quia ſcripto abrenunciaui Chriſto, & profeſsionem feci diabolo. At ſanctus ad ipſum. Non ſit tibi curæ, benignus eſt Deus. Credis (ait Baſilius) ſaluari? Et ille. Credo domine. Adiuua incredulitatem meam. Tunc occludens eum facto ſigno Crucis in eo conlaborabat ei per tres dies, poſtea viſitauit eum dicens. Quomodo te habes fili? Et ille. Sancte Dei non fero clamores dæmonum, terrores & lapidationes, tenentium in manu ſcripta mea & dicentium. Tu veniſti ad nos, non nos ad te. Cui ſanctus. Noli timere, in Deum crede. Danſque ei modicam eſcam, cum ſigno crucis Chriſti occluſit eum. Et poſt paucos dies, iterum viſitauit eum, quærens quomodo ſe haberet. Qui reſpondit. A longe audiu minas eorum, & clamores, ſed non video eos. Et iterum dans ei eſcam & occludés, quadrageſimo die reuerſus eſt, & interroganti quomodo ſe haberet, ait. Bene ſancte Dei. Vidi enim te hodie pugnantem pro me, & vincentem diabolum. Tunc vir ſanctus vocans omnem Eccleſiam, monuit, vt orarent pro eo illa nocte. Apprehenſumque puerum ducebat in eccleſiam. Quem etiam diabolus inuiſibiliter apprehendés, conabatur eum rapere de manu eius, ita vt virum ſanctum impelleret trahens puerum. Cui ait. Præiudicas mihi Baſili, ego enim non veni ad eum, ſed venit ad me. Ecce manu ſua ſcriptam chartulam, quam ego ad iudicium fero. Audiebant & plurimi vocem eius, clamante populo. kyrie eleyſon. Cui ſanctus. Benedictus Deus. Non deflectet populus iſte manus ab altitudine cæli donec reddas chartulam manu ſcriptam. Et durante populo in oratione, ecce ſcripta ſcedula per aerem delata ab omnibus viſa venit, & in manibus Baſilij depoſita eſt. Qui gratias agens ait puero. Cognoſcis has literas? Qui reſpondit. Etiam pater, quia manu mea ſcriptæ ſunt. Et diſrumpens eam tradidit eum coniugi ſuæ, dans ei regulam decentem viuendi.

Memorãdum D. Baſilij aduerſus dæmones certamẽ.

A.C. 370.

Puer qui ſe dæmoni deuouerat mirabiliter liberatur.

De Anaſtaſio quodam viro religioſiſsimo. Vinc. cap. 20.

§. II.

SAnctus quoque Baſilius quadam die ſplendore diuino illuſtratus, exiuit de ciuitate ſua dicens quibuſdam ex diſcipulis ſuis. Filij ſequimini me, vt videatis mecum gloriam Dei, & admiremur de diſcipulis magiſtrum. Cognouit etiam hoc virtute Spiritusſancti presbyter Anaſtaſius: qui habebat vxorem ſexaginta annis ſecũ in virginitate cohabitantem, & ipſe quotidie in pane & aqua ieiunabat, præter ſabbatum, & diem dominicam. Dixítque mulieri ſorori ſuæ vſu. Ego vado agricolari, tu ſurge, & orna domum, & circa horam nonam thuribulum & cereos accipiés, vade obuiam ſancto Baſilio archiepiſcopo, venit enim diuertere in domũ peccatorum. Quod cùm illa cum veneratione & timore feciſſet, ſanctus pater Baſilius adueniés data ei benedictione ait. Quomodo te habes domina Theogenia? Quę expauena in vocatione nominis ſui, ait. Bene ſancte Dei. Et Baſilius. Vbi eſt dominus Anaſtaſius frater tuus? Et illa. Domine (inquit) vir meus eſt, & abiit agricolari. Qui dixit. In domo tua eſt. Expauens mulier, in his verbis, & ſtupefacta cecidit in terram clamans. Sancte Dei ora pro me peccatrice, quia magnas & admirabiles video in te cauſas. Qui faciens ſuper eam orationẽ coram omnibus ait. Extende pannum inter brachia tua. Et cum extendiſſet, iuſsit ſuper eum effundi carbones viuos de thuribulo, & ſuperponens incẽſum ambulabat præcedens eos. Venientibus ergo in domum presbyteri, obuiauit & ipſe. Et oſculatus ſancti pedes ait. Vnde mihi, vt veniat ſanctus Dei

Presbyter vxoré habet ſuæ loco ſororis.

ad

A.C.370. ad me? Cúmque abiiſſent in Eccleſiam iuſſu archiepiſcopi Baſilij, presbyter ad ſanctum myſterium ſtetit.

Presbyter ad ſanctū myſterium ſtat. i. miſſam celebrat.

Et dum miniſtraret, vidit ſanctus Baſilius, & quidam de dignis tempore exaltationis corporis Dominici Spiritumſanctum deſcendentē in ſpecie ignis, & circumdantem presbyterū & altare. Cúmq; cómunicaſſent, & ad domum rediiſſent, accipientibus illis eſcam, dixit ei ſanctus Baſilius, Enarra mihi vnde tibi theſaurus iſte, & quæ eſt vita tua? Qui reſpondit. Ego ſum peccator, ſubditus tributis publicis, habens iuga boum duo: vnum ad adminiſtrationem peregrinorum, alterū ad adminiſtrationem vectigaliū. Et eſt conancilla mea mulier iſta, quæ miniſtrat pauperibus, & mihi. Dixit ei Sanctus, Voca eam ſororem tuam ſicuti eſt, & enarra mihi virtutes tuas. Qui ait, Nō habeo quicquam boni, & alienus ſum ab omni virtute. Tunc dixit eum Sanctus ad vnam de cellulis domus. Et dixit ei, Aperi mihi oſtium. Qui cum nollet aperire, dicés ibi eſſe neceſſaria domus, Sanctus aperuit illud ſermone. Et introiens inuenit ibi leproſum pluribus corporis membris defluxum. Dixítque Baſilius presbytero. Cur voluiſti occultare theſaurū tuum iſtum? Qui reſpōdit. Furioſus eſt, & iniurioſus, ideoque timui, ne fortè laberetur in ſermone. Cui ille. Bene in illū certaſti. Sed ſine me hac nocte miniſtrare ei, vt & ego mercedem recipiā. Tunc reliquerunt ſanctum Dei in cellula cum leproſo, clauſerúntque oſtium. At ille tota nocte faciens orationem ſuper eum, ſanauit eum, & educens reuerſus eſt in ciuitatem.

S. Baſilius leproſum curat.

Flores D. Baſilij. Hieron. in Catal.

§. III.

De doctrina Baſilij Hiero. lib. de viris illuſtri. Baſilius Cæſareæ Cappadociæ epiſco. egregius elaborauit contra Eunomium hæreticū libros nouem & de ſpiritusſancto volumen, & in hexameron homilias oct, alióſq; tractatus. Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 15. De libris huius hos reperi. In hexameron libros nouē de inſtitutione monachorum vnum. Et nota quod ex libro de Spiritufancto contra Eunomium in concilio Florétiæ celebrato præſenſe Imperatore Græco, & epiſcopis pluribus Græcorum, coram Do. Eugenio papa iiij. probatum eſt, & concluſum contra errorem Græcorum, Spiritumſanctum non ſolum à Patre, ſed etiam à Filio procedere, quod apertè atteſtatur Baſilius in dicto libro. Qui Baſilius magnæ authoritatis eſt & venerationis (& merito) apud eos.

Ex lib. 3. contra Eunomiū in cóc. Flor. probatū eſt Spiritum ſanctum à Filio procedere. ſeſſ. 18.

Scripſit & ipſe regulam Monachorum, vbi inter cætera ait. Ea quæ nobis inſita ſunt, ſi rectè & competéter moueamus in opus, hoc eſt ſecundum virtutem viuere. Si verò naturæ beneficia corrumpamus, hoc eſt in malitiam vergere. Eſt ergo mali definitio iſta, Non rectè vti motibus animi à Deo nobis inſitis. Virtutis autem definitio eiſdem motibus rectè vti ſecundum mandatum Dei & conſcientiam. Igitur affectu quodam naturali conſtringimur ad omne quod bonū putamus. Si erga carnis noſtræ propinquos nullo docente cōſtringimur in amorem, & iis quoque, quorum beneficia accipimus, omni affectu & officus copulamur, & quid tam bonū, quàm Deus? Ineffabilem prorſus ego ſentio amorem Dei, & qui ſentiri magis, quam dici poſsit: quia ergo in nobis dominus ſemina virtutum ſeminauit, ſine dubio bonum & fructum requirit.

In regul. fuſius diſputatis interr. 2.

De laude verò vitæ ſolitariæ, & communis ſic ait. Plurimum prodeſt ad cōſeruandam Dei memoriam, ſecretius & remotius habitare, nec cum iis, qui negligentius agunt, viuere. Accidit enim hoc, vt aſpiciens anima ad multitudinem nequiter viuentium, primo quidem impediatur, ne malorum ſuorum capiat intellectum, & poſsit, quæ deliquit per pœnitentiam purgare, vel cauſas eius per vitiorum emendationem reſcindere: quia in comparatione peſsimorum iam ſe aliquid magni exiſtimat perfeciſſe. Deinde impeditur perturbationibus & occupationibus, quas cómunis vita hominum habere ſolet.

Verumtamen in multis etiam video vtile eſſe cómunem vitam ducere cum iis qui einſdem voluntatis ſunt atque propoſiti, plus quàm ſolitariam. Primò quidem, quia ad vſus etiam corporales victúſque miniſterium vnuſquiſque ſibi ſolus non ſufficit, ſed inuicem opera noſtra indigemus. Sed nec ratio charitatis permittit, quod ſuum eſt quærere. Deinde nec culpas ſuas facilè quis cognoſcit, cum qui arguat, nemo ſit. In conuentu autem fratrum delinquenti delictū ſuum facilè apparet, cùm à pluribus arguitur vel notatur. Sed & aduerſus inſidias diaboli cautior eſt vtilior ſocietas plurimorum, quàm vita ſolitaria.

Cur in cœnobiis ſeu cōgregatione ſit viuendum. ibi. reſp. 7.

Incontinentiæ ſignum eſt, inordinatis & incópoſitis motibus agere. Indecorum eſt crepitātem cum ſonitu eleuare riſum, quod per incontinentiam mentis accidere ſolet etiam inuitis, quæ res grauitatem & conſtantiam animi emollire ac reſoluere ſolet. Naturale eſt cibi deſiderium, ſi quid autem illud eſt, quod poteſt vel breuius vel facilius hanc explere corporis neceſsitatem, id potius in cibis eligendum eſt. Sed & quæcúque manifeſtam inferunt noxā corporis, deuitanda ſunt.

Veſtimentum tale nobis eligendum eſt, quo poſsit nuditas operiri, & vis frigoris, atque quod extrinſecus lædit, arceri. Veluti pædagogus quidam eſt infirmis habitus ipſe religionis, vt etiam inuitos eos ab opere inhoneſto, atque indecenti cuſtodiat.

Gaudium in domino eſt, cùm ſecundum mandatum Dei gerimus nos, vel in gloriam Dei agimus, vel pro nomine eius gaudenter patimur, vel aliis rectè agentibus congratulamur.

Quid ſit gaudere in Domino in reg. breu. int. 193.

Manducat quis, & bibit in gloriam Dei, ſi in memoriam ſemper habeat Deum à quo paſcitur. Si quis animā ita intendat in ſingula verba pſalmorum, ſicut guſtus intentus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum, ille eſt qui complet quod dicitur in pſalmis. Pſallite ſapienter.

Pſal. 49

Illum qui præeſt, oportet diligenter diſcutere ad quam partem aptus ſit vnuſquiſque, & ita iniungere, quod conueniens eſt operis vel officij, vt nec illi qui iniungunt, ex hoc ipſo cōdemnentur vt mali diſpenſatores, quod non aptum alicui officium iniunxerunt: nec ipſi quibus iniungitur, occaſionem peccati habere videantur.

Monachus qui authoritate ſua aliquid facit: manifeſtiſsime morbo ſuperbiæ detinetur, ſed oportet illud ſuſcipere, quod ab iis qui præſunt iniungitur. Qui fideliter & purè diligit Deum, & certus

Monachus ſua authoritate nihil debet agere. ibi. cap. 4.

A.C. 370.

A & certus eſt de retributione Domini, non putat ſibi ſufficere, quæ ſibi iniunguntur, ſed ſemper vlterius augmenta operis quærit, etiam ſi ſopra vires ſuas eſſe videatur, quod facit.

Monachi votũ ſine conſenſu Abbatis nullũ eſt. 2. de inſti. mon. & c. 28. mon. inſt.

In decretis ex verbis Baſilij hæc habentur 20. q. 4. cap. 2. Monacho non licet votum vouere ſine conſenſu abbatis ſui. Si autem vouerit, frangendum erit.

Et 21. q. 4. omnis dicitur. Omne quod nõ propter neceſsitatem, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniã, quemadmodum magnus ait Baſilius.

Veſtis monachi qualis in reg. breu. cap. 49.
Corripiuntur qui lites amãt in reg. 1. fid. ca. 17.
Quæ ſunt cõmunicanti neceſſaria, Baſil. in reg. breu. inter. 172.
a 1. Cor 11.
b Mat. 26.
c Luc. 22.
d Phil. 2.
Rom. 8.

B Item diſ. 90. ſi quis. j. ex octaua Synodo, quæ tamen fuerunt ex verbis Baſilij ſumpta dicitur. Si quis monachus contentiones vel rixas amauerit, vel manifeſtum conuicium fratri iotulerit, iuxta arbitrium rectoris modumque peccati, diutina expietur pœnitentia. Et qui contentioſus aut murmurans extiterit, ſed arbitrium prioris tamdiu pœniteat, qoamdiu qualitas culpæ extat. Idem Baſilius de conſe. diſt. 2. timorem. ſic ait, Timorem docet nos apoſtolus dicẽs.[a] Qoi manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.[a] Fidem vero edocet nos ſermo domini dicẽs.[b] Hoc eſt corpus meum, quod pro multis datur.[c] Hoc C facite io meam commemorationem. Et apoſtolus de vnigenito Dei filio.[d] Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autẽ Crucis. Cum ergo fidem habet anima his, & conſiderat gloriam magnificentiæ ipſius, & admiratur nimietatem humilitatis ſuæ: quomodo tantus ac talis obediens fuit patri vſque ad mortem pro vita noſtra, puto quod poſsit prouocari ad effectum & dilectionem ipſios, & Dei patris qui proprio vnico non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Talem fidem & affectum D parare debet in animo ſuo is, qui panem & calicem Domini percipit.

a Baſilius magnus illius ſaculi totius orientis magnum lumen, hic plane diſertis verbis fidem Eucharistiæ eam tradit, quam Romana hodie tenet Eccleſia. Chriſti enim verba non portenteſit hæreticorum expoſitionibus quas ſupra eſtuaginta inter ſe diuerſas doctiſsimus Sanctesius protulit. Sed pure, ſimpliciter, & nude nobis fidem de hoc myſterio facere aſſerit, & proinde ipſum verũ Chriſti corpus in hoc myſterio contineri: plura in eandem ſententiam Chriſti verba idem congerit Reg. 21. E Moral. cap. 1. 2. & 3. Euchariſtiam autem eſſe ſacrificium, quamuis ex Amphilochio & Liturgia ſeu miſſa eiuſdem clariſsime perſpiciatur. Satis tamen euidenter id etiam docuit in com. in cap. 1. Iſa. Caterum ait, obſerua eum non dixiſſe ſe nolle omnino ſanguinem, ſed enim repudiat qui ex eiuſmodi quibuſdam animalibus effunditur. Nam qui in hoc ſaculorum fine in remiſsionem peccatorum eſt effuſus, melius loquens quam Abel, hunc habet gratiſsimum. Quum & haſce victimas ad ſpirituale transfert ſacrificium, quandoquidem erat futura F tranſlatio ſacerdotij. & paulo poſt. Qui igitur ex ſemine Aaron conſecrabantur excluſi ſunt, vt iſtis ſuccederet ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Nota autem hic dici ſanguinis ſacrificium Deum habere gratiſsimum. Cuius quaſo ſanguinis ſacrificium Deus habet gratiſsimum, niſi ſanguinis Chriſti, qui quotidie in miſſa Deo patri offertur? Quid eſt praterea illud ſpirituale ſacrificium, in A quod ſunt victima veteres tranſlata, niſi Euchariſtia, qua quidem propter latentem in ſacramento exiſtentia modum ſpiritualis cibus & eſt & dicitur, & ſpiritualiter immolatur? Denique Chriſtus ſacerdos eſt ſecundum ordinem Melchiſedech: non quidem ratione ſacrificij ab eo in cruce peracti. (nihil enim ſacrificium Crucis cum ſacrificio Melchiſedech commune habet) ſed ratione Euchariſtia, qua in forma panis & vini inſtar Melchiſedechiani ſacrificij Deo immolatur. Idem etiam oſtendi poteſt ex lib. de baptiſmo. cap. 8. & ex hom. in pſal. 115. Multa alia aduerſus hereticos noſtra B religionis dogmata ex D. Baſilio facile eſſet comprobare, ſed nimis longum eſſet hic omnia in medium proferre: tamen quoniam Baſilius is eſt qui duriorem illum antiquorum monachorum ritum ad meliorem formam redegit, magiſq́; religioni accommodatam, non erit alienum à propoſito hic aliqua eius loca proferre, ex quibus qualis ſub eo inſtitutore monachiſmi forma fuerit, & praſertim an à propoſito reſilire monachis licuerit intelligetur. Sic igitur in lib. inſtitut. Monach. ſerm. 1. Quocirca ante religioſe iſtius vita profeſsionem, liberum eſt vnicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges C permittunt, communem cum cateris viuendi morem ſequi, ſibiq́; vxorem adiungere. Vbi verè iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſeipſum debet, veluti eorum aliquid, qua dicata ſunt Deo, ne ſacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod ſemel Deo conſecrauit, miniſterio rurſus communis vita contaminet. Et in reg. fuſius diſputatis inter 14. Qui poſteaquam intra religioſorum fratrum Societatem adſcriptus fuerit, ſi factam iam ab ſe profeſsionem reſciderit, is perinde aſpici debet, vt qui in Deum peccauerit, quem videlicet profeſsionis ſua teſtem adhibuerit cuique D ſolemni voto ſe obligarit. Etenim qui ſeipſum ſemel Deo denouit, hic ſi ad aliud deinde vita genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſum Deo cui ſe conſecrauerat, veluti ſubterfuratus ſit, hac ille. Idem docet Conſt. Monac. cap. 34. & in lib. de vera virginit. & in hom. de recuperanda imagine, & in epiſt. ad virginem lapſam.

San9. lib. 1. de Euchar. c. 10.
Gen. 4.

De Gregorio Niſſeno D. Baſilij fratre, Ruff. lib. 11. cap. 9. de quo in Trip. lib. 6. cap. 37. & Theod. lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 30.

E

§. IIII.

FVerunt autem Baſilio duo fratres, Gregorius & Petrus, vt ait Ruffinus lib. 11. hiſto. Eccleſiaſticæ. quorum alter in verbo doctrinæ, alter in operibus fratrem ita exæquabat, vt vterque Baſilium vel Gregorium redderet. Extãt autem huius Gregorij minoris aliqua opuſcula luculenta. de quo etiam Hiero. ſic ait. Gregorius Niſſenæ ciuitatis Epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis anto paucos annos mihi, & Gregorio Naziãzeno ſuos contra Eunomium legit libros, qui & multa F alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur. Huius Gregorij liber eſt de Imagioe, id eſt, hominis conditiooe. quem edidit in ſupplementum hexameroo Baſilij. Qui tamen liber, vt ait Vinc. ſpec. hiſto. lib. 15. cautè legendus eſt, propter quaſdam notulas falſitatis intermixtas. Ex quo libro hæc pauca excerpta ſunt.

Vinc. li. 4. cap. 85.

Nudus quidem naturalibus tegumentis, inermis

A.C.370.

mis etiam & inops, omniúmque neceſſariarum rerum egentiſsimus homo in hanc vitam producitur. Qui iuxta id quod cernitur, miſeratione potius, quam felicitate dignus eſſe videatur. Non enim armatur productione cornuum, non vnguiũ vel dentium tuitione munitur, nec aliquo aculeo letiferum infundit virus, quibus rebus pleraque ferarum atque ſerpentum, in vltionem ſui naturaliter inſtruuntur. Nec pilis corpus obtegitur, cum oporteret eum, qui ad aliorum proponebatur imperium, proprius armis naturali prouiſione vallari, ne ad cuſtodiam ſui aliorum adminiculis indigeret. Nam leo quidem & aper ſufficientem pro ſua ſalute virtutem naturaliter poſsident. Et tauro cornua ſunt, & pernicitas lepori, ceruóque ſaltus, & certus intuitus. Et aliis animalibus magnitudo, & cæteris prominens oris officium. Volatilibus etiam pennarum officium, & apibus aculeus, cunctiſque prorſus vnum aliquod naturale præſidium conſtat eſſe collatum, ſolus homo præ omnibus creditur deſtitutus.

Cur homo his præſidiis deſtitutus ſit.

Et quomodo, dicet aliquis, vniuerſorum talis ſortitus eſt principatum? Sed hoc nihil arbitror difficile eſſe demonſtrare, quia per illud, quod naturæ noſtræ deeſſe creditur, certa datur occaſio, quare ſubditorum omnium dominium conſequatur. Nam ſi huiuſmodi adminicula corpori ſuo naturaliter attributa haberet, primom quidẽ beſtiis ſimilis exiſteret, & occurſione ipſa difficilis appareret. Deinde in alios exercere dominatũ ſperneret, quorum nullis prorſus adiutoriis indigeret. Nunc autem in ſingulis, quæ nobis mancipantur, vſus vitæ noſtræ ditimitur, vt neceſſariũ in eis habere principatum videamur. Nam corporis noſtri tarditas, & ad motum celerem difficultas, equorum nobis prouidentiam fecit adhibere, quæ & annuis lanarum reditibus ea, quæ naturæ deerant ſupplementa proſpiciens ex aliis quoque cauſis, quæ ad vitam neceſſaria comprobata ſunt, iumenta nobis ad onera ferenda ſubiecta ſunt. Quia vero morſu indigebamus & dentibus ad cohibẽdas tales vltione beſtias, id quod nobis defuit, canum natura ſuppleuit. Pro cornibus etiam vel vnguibus fortius atque penetrabilius ferrum ab hominibus inuentum eſt.

Colitur 9. Mar.

De S. Ephren ex Amphil. in vita D. Baſilij, de eodem teſtamentum Ephren & Metaph. apud Sur. tom. 1. Sozom. lib. 3. cap 15. & Grego. Niſſe. in vita eiuſdem.

§. V.

HVius magni Baſilij audiens opera ſanctus Effren Syrus, cum eſſet in eremo, ſine intermiſsione poſtulabat ſibi qualis eſſet, reuelari, vt refert Amphilochius ſupradictus. In ecſtaſi ergo ſanctus vidit columnam ignis, cuius caput cælũ tangebat, & vocem deſuper dicentem. Talis eſt magnus Baſilius. Et continuo accipiens interpretem venit Cæſaream. In feſto autem Theophaniæ intrans clam in eccleſiam, vidit procedentẽ magnum Baſiliũ in ſtola candida cum clero candidiſſimo, & ait ſequenti ſe. In vanum laborauimus, vt ſuſpicor frater. Iſte enim in tali ordine cum ſit, non eſt quemadmodum vidi. Et procedente eo ſtans in loco occulto eccleſiæ dicebat ſecum. Nos qui portauimus pondus diei & æſtus, nihil

Theophaniã Græci Seruatoris noſtri Epiphaniam, ſeu trium Regũ feſtum vocãt in ſuo Calend.

conſecuti ſumus. Et hic cum ſit in tali ſtipatione & honore humano, columna ignis eſt! Miror.

Hæc eo proloquente miſit ſanctus archidiaconum ſuum dicens. Vade circa portam occidentalem, & in angulo eccleſiæ inuenies abbatem habentem cucullam, cum altero quodam puſillo, & voca eum ad me. Cúmque beatus Effren didiciſſet per interpretem, quæ dicebantur, reſpondit. Errasti frater, nos peregrini ſumus. Et abiens archidiaconus hæc archiepiſcopo retulit. Quo ſcilicet Baſilio ſacros libros legente, vidit ſanctus Effren igneam linguam loquentem per os eius. Rurſúmque vir beatus dixit archidiacono: vade, & dic ei. Domine Effren intra in presbyterium. Obſtupeſcens ſanctus in his, & genu flectens ait. Vere vere magnus Baſilius: verè columna ignis, vere Spiritus ſanctus loquitur per os eius. Poſtulauit autem archidiaconum excuſare ſe, & vt magis poſt miniſterium in ſecretario ſalutaret eum.

Presbyteriũ locus ſacris miniſtris deputatus, vide ſuprà tit. 9. cap. 3.

Intrans itaque poſt completionem miniſterij Baſilius in ſecretarium, ſalutauit eum dicens. Bene veniſti, o pater filiorum eremi, qui multiplicaſti diſcipulos Chriſti in ea, & dæmones eliminaſti. Veniſti videre hominem peccatorem. Deus det tibi mercedem ſecundum laborem tuum. Et beatus Effren cum ſocio de manibus eius communicauit. Et faciente eo caritatem, rogauit eum à Deo poſtulare, vt loqueretur Græce. Qui ait. Super virtutem meam poſtulaſti. Sed quia fideliter petiiſti, veni poſtulemus Deum, qui voluntatem timentium ſe faciet. Cúmque facta oratione ſurrexiſſet, dixit ei Baſilius. Cur non accipis ordinationem presbyterij? Qui reſpondit. Quia peccator ſum. [Et Baſilius ait, vtinam ego talis peccator eſſem. addidítque flectamus genua.] Et iacentibus eis in humo, poſuit ſanctus manus in Effren & Græca lingua dixit. Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus tua gratia. Lætati ſunt autem ſpiritualiter per tres dies. Et ordinãs ſanctus Baſilius interpretem diaconum, ipſum verò presbyterum, dimiſit eos in pace.

ἀγάπη, id eſt, caritas pro cõuiuio pauperibus exhiberi ſolito tritum. Pſal. 144.

Effren Syrus miraculosè loquitur Græcè.

Ante autem quàm Baſilius vir ſanctus migraret à corpore, in infirmitate, qua & mortuus eſt, quendam Iudæũ nomine Ioſeph medicinali arte valde peritum, quem vir Dei plurimũ diligebat, eo quòd eum ad fidem conuertendum præuidebat, ad ſe quaſi opera eius indigeret, vocauit. Ille verò eius pulſum tangens, & ex tactu mortem in ianuis eſſe cognoſcens, dixit familiæ. Quæ ad ſepulturam neceſſaria ſunt præparate, quia continuò morietur. Illud autem Baſilius audiens dixit. Neſcis quid dicas. Cui Ioſeph. Crede domine, quia ſol cum ſole hodie occidet. Cui Baſilius, Quid dices ſi non morior hodie? Et Ioſeph ad eum. Hoc impoſſibile eſt domine. Baſilius autem ad eum. Et ſi vixero in craſtinum vſque ad horam ſextam? Cui Ioſeph. Si vſque ad illam horam vixeris, ego moriar. Et Baſilius. Moriaris peccato, viuas autem Chriſto. At ille. Scio quid dicis. Si vſque ad illam horam vixeris, faciam quod hortaris. Tunc beatus Baſilius, licet ſecundum naturam tunc eſſet moriturus, à Deo tamen mortis inducias impetrauit, & vixit in craſtinum vſque in horam nonam. Quod cernens Ioſeph, & ſtupens credidit in Chriſtum. Et Baſilius virtute animi imbecillitatẽ corporis ſuperans, de cubiculo ſurrexit, & eccleſiam ingre-

Baſilius qua ratione Iudæum ad Chriſtum conuerterit.

A.C.370.

dies eum propriis manibus baptizauit, & poſtea A ad lectulum rediens feliciter emigrauit.

De libera eius & intrepida allocutione ad Valentem imperatorem hæreticum, & Iulianum apoſtatam, & præuiſione mortis ipſius Iuliani per Mercurium dictum eſt ſuprà titu. 9. cap. 5. §. 8. & cap. 6. §. Peccata etiam, quæ ſibi quædam mulier in ſcriptura clauſa dederat, vt à Domino impetraret remiſsionem eorum, orans obtinuit. Vnde mulier recipiens ſcripturam, inuenit ea delera vno excepto. Et cùm mortuus portaretur ad eccleſiam, proiiciens chartam illius ſcripturæ B ſuper feretrum, orauit, vt & illud ſibi procuraret à Deo deleri, quæ poſt modicum recipiens chartam inuenit obliteratá, vt refert Sigebertus. Delato autem corpore eius in eccleſiam, Gregorius Nazianzenus audiens eius tranſitum, feſtinus acceſsit, & procidens ſuper honorificum corpus eius, teneras lachrymas copioſe effudit. Et cum duodecim epiſcopis, & multitudine ciuitatis venerabiliter ſepulturæ tradiderunt. Prima autem die Ianuarij obiit.

S Baſilius iam defunctus mulieri peccati veniã impetrat.

Hoc refert Amphilochius.

Adhuc de S. Ephren ex Hier. in Catal. C

§. VI.

SAnctus Ephren, de quo dictũ eſt, inquit Hierony. in lib. de viris illuſtribus. Edeſſenę eccleſiæ diaconus, multa Syro ſermone compoſuit, & ad tantam venit claritudinem, vt poſt lectionem ſcripturarum publicè in quibuſdam eccleſiis eius ſcripta recitentur. Legi de Spiritu ſancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat, & acumen ſublimis ingenij eius etiam in tranſlatione cognoui, qui deceſsit ſub Valente principe. Huius ſeptem opuſcula extant D apud nos, vt ait Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 15. ſcilicet de pœnitentia, de luctaminibus ſæculi, de compunctione cordis, de beatitudine animę, de reſurrectione, de die iudicij.

Vincen. li. 14. c. 87.

Er inter cætera in libro de compunctione cõtra tepidos religioſos ſic inuehitur. Huic ſęculo renunciaſti cariſsime, & rurſus requiem ſecularé quæris? In tribulationem vocatus es, & tu de refrigerio percũctaris? In nuditate (iuſſus es ire & ecce) & ſtudiũ veſtrũ adhibere contendis? In ſiti quoq; vocatus es, aquã renuens, vinũ bibere delectaris? Ad vigilias quoque vocatus es, & inertia E ſomni reſolueris? Ad flendũ & lamentandũ vocatus es, & tu cũ cachinno riſus effundis, in ſubiectione, & cõtradicis? In manſuetudine & humilitate, & tu ſuperbus & elatus incedis? In caritate, & fratrẽ odis? Quid aduerſus proximũ tuũ triſtis ambulas, cuius onus portare debueras? Quid iugum Chriſti bonum & ſuaue propter tuam ignauiam quaſi durũ & graue atque importabile detrahis & incuſas?

Cõtra tepidos religioſos. S Ephr. li. 1. cap. 7.

Et infra. Venite cariſsimi, negotiemur, quouſque nundinæ celebrentur. Sæcularis homo interdum excuſationes prætendit, vtpote qui in ſæcu- F lo colligatus eſt. Nos autem quid dicemus? Qualem ſi neglexerimus, excuſationem habebimus? Timendum eſt ac tremendum, ne forte, qui nos hic conſtitutos, laudibus efferunt, illic nos deridere incipiant, & nobis inſultent. Hæc ille. De ſancto Ephren legitur, quod exiſtens eccleſiæ Edeſſenæ diaconus, per gratiam Dei rerum naturalium habere notitiam promeruit, quietam ſem-

Religioſus ſe à Chriſti cultu excuſare nõ poteſt. li. 2. cap. 4.

per vitam egit, & omnes, qui ad eum videndum veniebant per annos plurimos docens, tandem de cella ſua quadam neceſsitate proceſsit. Cum enim fames grauis in eadem vrbe ſæuiret, ſuper multitudinem ruſticam miſeratus, acceſsit ad diuites, dicens: Quare vos nulla miſericordia mouet humanæ naturæ ſic ante oculos veſtros deficientis? ſed putrefacta veſtra frumenta intrinſecus ad condemnationem veſtram ſeruatis? Tunc illi inquiunt. Non habemus quibus pecuniã egenis diuidendam credere debeamus. Omnes enim negotiari pro ſuis cõmodis volunt. At ille. Qualis vobis ego videor? Scimus (inquiunt) ſeruum Dei te eſſe. Date ergo mihi (inquit) pecunias veſtras, & ego miniſterium peregrinorum, & miſerorum ſuſcipiam. Accepta itaque pecunia, certis parietibus porticus ciuitatis intercluſit. Et trecẽtos in eis lectos poſuit, in quibus fame pereuntes reficiebat, ægrotantéſque curans, & mortuos ſepeliens. Impleto autem anno illo, poſt quẽ frugum copiæ grandes fuerunt, ad cellam ſuam rediit, in qua poſt ſpaciũ vnius menſis obiit. Vincen. hæc refert in Specu. hiſto. lib. 18. Vtrum iſte Ephren ſit ille, de quo prius dictum eſt, non eſt certum.

De D. Gregorio Nazianzeno, de quo Gregorius presbyter à Billio verſus iniuſsũ operum einſdem, & apud Sur. tom 3. Ruff. in præfatione in eius apologeticum. & Metap. apud Sur. Vinc. lib. 14.

CAP. V.

QVaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, ſic Gregorius Nazianzenus & Didymus, iuxta aquas literarum ſecularium poſiti florentes in Græcia in albedine D puritatis, & fuluedine æternæ ſapientiæ, fragrantiam odorificæ doctrinæ in eccleſia diffuderũt. Et primo de Greg. Hic Greg. vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 15. ſignaculum caſtitatis integrũ cuſtodiẽs, cum philoſophiæ ſtudiis adhuc iunior apud Athenas floreret, vidit per ſoporẽ ſedenti ſibi & legenti duas ſatis decoras dextra læuáque fœminas conſediſſe. Quas ille caſtitatis inſtinctu oculo toruiori reſpiciens, quænam eſſent, & quid ſibi vellent percunctabatur. At illæ familiarius eum complectentes aiunt. Ne moleſte accipias iuuenis. Notæ tibi & ſatis familiares ſumus, altera e- E orum ex nobis ſapientia, altera caſtitas dicitur, & miſſæ ſumus tecum habitare, quia iucundum ſatis & mundum in corde tuo habitaculum præparaſti. Deinde cum ob nimium literarum profectum Athenis, vt oratoriam doceret aſtringeretur, furtim nauim aſcendens abſceſsit, mariſque tempeſtate vexatus, Deo ſeruiturum ſe vouit, quod & fecit.

Hoc ſomnium ipſe refert in pœni. de calamitate animæ ſuæ. Greg. presbyt in vita ipſius.

Cum autem à patre epiſcopo in ſacerdotium eſſet ſubrogatus, hoc ægreferens receſsit ad tempus. De eo ſic fatur Ruffinus lib. 11. hiſt. eccleſiaſticæ. Gregorium Cappadocia cum Baſilio ger- F minauit, ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digreſsi ad profitendam rhetoricam rogabantur. Quod opus magnifice quidem impleuit Baſilius, Gregorius vero magnificentius contemnebat. Quíque cum ſe totus Dei ſeruitio mancipaſſet, tantum de collegæ amore præſumpſit, vt ſedentem Baſilium de doctoris cathedra deponeret, ac ſecum ad monaſterium manu iniecta perduceret. Ibíque per an-

Ruff. ri. cap. 9.

nos

A.C.370.

A nos, vt aiunt tredecim omnibus Græcorum ſecularium libris remotis, ſolum diuinæ ſcripturę voluminibus operam dabant, eorúmque intelligentiam non ex propria præſumptione, ſed ex maiorum ſcriptis & authoritate ſequebantur, quos & ipſos ex apoſtolica ſucceſsione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat, quorum præcipue in prophetas commentarios diſcutientes, theſauros ſapientiæ & ſcientiæ reconditos in vaſis fictilibus requirebant.

Nota vnde petēda ſacræ ſcripturæ interpretatio nō ſic noſtri hæretici, qui ſunt αὐτοδίδακτοι.

B Verum cum iam ipſi ſufficienter inſtructi, diuina diſpenſatione ad imbuendos populos vocarentur, & alius alio itinere ad idem tamen opus vterque traheretur, Baſilius Ponti vrbes & rura circumiens, deſides gentis illius animos, & parū de ſpe futura ſolicitos, ſtimulare verbis & prædicatione ſuccendere cœpit [ſubegítque, abiectis inanium rerum & ſæcularium curis ſuimet notitiam recipere, in vnum coire, monaſteria conſtruere, pſalmis & hymnis & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eíſque habitacula honeſta, & quæ victui neceſſaria ſunt præbere, C virgines inſtituere, pudicam caſtámque vitam omnibus pene deſiderabilem facere.] Gregorius vero bonam terram cordis ſui iugiter excolebat. Et multo amplius hic in ſemetipſo, quàm ille in cæteris proficiebat. Suſcipiebat ille, quæ renunciantes ſæculo deferebant ad pedes ſuos: iſte nihil habendi & omnia poſsidendi contentus ſacramento, erga ſolas ſapientiæ diuitias auarus, & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in vnum, & ſui inuicem in neceſſariis habere ſolicitudinem docebat, hic ſuo exemplo quod erat abſolutus & liber, cunctis ſermone Apoſtolico D prædicabat. Ego volo vos omnes ſine ſolicitudine eſſe. Ille miſericordiam delinquentibus condolere, & à delicto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam delinquendi incitamenta præuenire, nec ſinere clabi qui difficulter erigeretur eliſus. Ille in fide purus, hic in prædicatione liberior. Ille Deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in vtroque diuerſa gratia vnum opus perfectionis explebat.] Igitur Baſilius non multo poſt Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus fuit, Gregorius vero apud Nazianſon oppidum in locum patris E epiſcopus ſubrogatus, hæreticorum turbinem fideliter t[illegible]lit. Reddita vero pace, Conſtantinopolim ad docendam eccleſiam venire exoratus non abnuit, vbi conſtitutus eſt epiſcopus, vbi breui tempore tantum ad emendandum populum ve[illegible]ſtis hæreticorum infectum venenis profecit, vt tunc primum Chriſtiani ſibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis aſpicere, cum religionis doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis. Sed vbi gloriam conſecuta inuidia eſt, obniti quidam cœperunt, vt ipſo ad propria remeante, alius ordinaretur epiſcopus. Quod ille F ſuſurrari tantum, & ſub dente ſentiens ruminari, ipſe profert, quod nullus ei dicere audebat, Abſit (inquit) vt mei cauſa aliqua ſimultas in Dei ſacerdotibus oriatur. Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite me & mittite in mare, & deſinet à vobis quaſſatio. Tunc regreſſus in eccleſiam ſuam, quod ſuperfuit vitæ tempus exegit. Et qui feſſa iam ætate & corpore inualidus erat, ſucceſſorem ſibi delegit, quo eccleſiam gubernante debilitatis & ſenectutis otio frueretur.

Comparatio D. Baſilij & Gregorij.

Gregori⁹ epiſcopatui Conſtantinopolitano cedit. Ion. 1.

A Hiero. in lib. de viris illu. ſic de eo ſcribit Gregorius Nazianzenus epiſcopus, vir eloquentiſsimus præceptor meus, & quo ſcripturas ſacras explanante didici, ad triginta millia verſuum omnia opera ſua compoſuit. E quibus ſunt iſta. De morte fratris Cæſarij. περὶ φιλοπτωχίας, id eſt de amore paupertatis. Laudes Machabæorum, Laudes Cypriani, Laudes Athanaſij, Laudes Maximi philoſophi poſt exilium reuerſi. Liber hexametro verſu virginitatis & nuptiarum contra ſe differen-B tium. Aduerſus Eunomium libri duo. De Spiritu ſancto liber vnus. Contra Iulianum Imperatorem liber vnus. Ruri vitam monachi exercuit, deceſsítque ante hoc fere triennium ſub Theodoſio imperatore. Fuit autem tantæ authoritatis inter antiquos ſecundum Thomam in 1. parte, vt nullus auſus fuerit reprobare ſententias vel dicta eius, licet illud, quod ipſe opinatus eſt de angelis, quod ſcilicet creati ſunt ante mundi creationem multo per prius, communiter non teneatur hodie, ſed quod creati in principio ſæculi fuerint, quando & alia.

Catalog⁹ librorum D. Gregorij.

D. Gregorij Nazianzeni auctoritas. Tho. in 1. par. q. 61. ar. 5.

C

Vitæ religioſæ præſtantia. Greg. in Apolog. pag. 2. colum. 1.

§. I.

IN libro apologetico eius, vbi cauſas aſsignat fugæ curæ paſtoralis, ſic ait. Illius perturbationis meæ cauſa, qua tanquam pertinaciter contradixi, & ſoluta verecundia, quæ ſemper mihi comes indiſſolubilis extitit, tam impudenter reſtiti, fuit repentina ſuperuentio: ſicut eum ſonus repentinus increpuerit, turbantur ſubito terrore D perculſi: deinde recordatio quietis & ſilentij mei, cum hoc viderem mihi impediri, quod ab initio vitæ dilexi, & in maximis periculis Deo voui. Nihil enim reuera videtur mihi homini præſtantius ad beatam vitam, quàm clauſis carnalibus ſenſibus, extra carnem mundúmque effectum quempiam, in ſemetipſum conuerti, alienúmque à mortalibus curis effectum, ſibi ſoli, & Deo loqui, vt cunctis viſibilibus altior factus, mentem ſuam diuinis ſenſibus repleat, & cæleſtibus formis abſque admixtione terrena, vere ſpeculum immaculatum effectus imaginis Dei, & ex ipſius E lumine ſemper lumen accipiens, auſpicia quædā vel initia futuri ſæculi in en ferens, atque in terris adhuc poſitus conſortio angelorum quodammodo perfruens, deſpecta atque derelicta fragilitate terrena, ad ſuperna Spiritus ſancti ſuperuentione transferatur. Si quis forte veſtrum huiuſcemodi amoris ardorem aliquando ſenſit, ſcit quæ dico, quæ loquor agnoſcit. Sed quibuſdam inuidiæ languor recte iudicandi impedit ſenſum, & operi optimo nomen infligunt vitioſum, philoſophiam cœnodoxiam vocantes, & præclaram ſapientiam ac ſtudia iactantiæ appellationibus infamantes.

Vita religioſorum fœliciſsima.

Cœnodoxia. i. inanis gloria.

F Paratior eſt turba imperitorum ad derogandum, quàm ad imitandum bona ſtudia. Erubui quoque de quibuſdam, quos vidi nihil penitus ad emendationem vitæ ſuæ pertinens habere, & immundis pedibus in ſancta certatim irruere, & prius quàm primo aditu ac ianuis digni haberentur, ad tribunal continuo tendere, & ad ſacerdotium feſtinare, ac repulſis cæteris ipſis ſacris altaribus incubare, ita vt ſecundum antiquum pro-

Imperiti facilius redarguūt quę ſequūtur optima.

A.C. 370

uerbium merito dicatur, quod Saul inter prophetas.

Quamuis autem difficile ſit ſcire regi, id eſt, regenti ſe obtemperare, multo difficilius eſt ſcire alios regere. Cuius ſcilicet regiminis quáto ſpes & gloria maior, tanto periculum grauius, quippe habentibus intellectum. Nam & ſi quis eſt in rectoribus vitiorum morbus, facile in eos, qui ad obtemperandum prҿſto ſunt ei, transfunditur: & multo facilius, quod malũ eſt, ab eo tranſit, quàm ſi quid in eo virtutis & induſtriæ fuerit. Nihil enim tam facile eſt, quàm fieri malum, etiam ſi nemo doceat vel compellat: perdifficile autem eſt fieri bonum. Parati ſumus ad recipiendum malum quamplurimi.

Cauẽdum ne mali pictores ſimus 16. pag. 3. col. 2.

Verendum autem (ait idem in eodem lib.) ne inueniamur in virtutis decore pictores quidam peſsimi præ alijs pictoribus, id eſt plebi, quҿ eam debet in ſemetipſa depingere, imaginis eius peſſima præbentes exemplaria. Vel certe, ne accidat, nobis res vſitati prouerbij, vt qui ad alios curandos præſumus, inueniamur ipſi ſcatentes vlceribus. Cæterum non ſatis eſt malum non eſſe eum, cui docendi ſumma committitur, quod vtique culpabile & dedecorum eſt etiam iis, qui docentur, ſed oportet eum omnibus bonis eſſe præditum.

Nunquá finis proficiẽdi ſtatuendus.

Nunquam etiam putare debemus aliquem nobis finem factum bonorum, aut proficiendi terminum poſitum, nec ita ad lucem deducẽda ſunt, quæ recte à nobis geſta ſunt, quàm detrimento computanda, quæ nondum implere voluimus. Et aſcenſus quidam nobis putandus eſt vita hæc, ex qua nihil refert explicuiſſe, quod aſcenderis, niſi quod reſtat euaſeris. Nec noſmetipſós ex cæterorum collatione metiamur, vel magnum aliquid eſſe putemus, ſi forte aliquibus præſtantiores inueniamur, ſed damnum potius illud arbitremur, ſi nos non digne loco & gradu noſtro geramus. Et ſi qua à nobis gerantur, non ex negligentium comparatione, ſed ex prҿcepti authoritate pendantur.

Subditi non ſunt vi cogendi, pag. 4. eiuſ. lib. col. 1.

Non oportet autem illos, qui præſunt vi, vel neceſsitate ſubiectos conſtringere, ſed ratione & exemplis vitæ ſuadere, quia omne quod extorquetur inuitis, cum eo quod tyrannicum videtur, nec perſeuerare quidem poteſt. Solet enim redire, quicquid violenter attrahitur, ſicut nouellæ arboris, ſi quis cacumen inclinauerit, relaxata rurſus in quod fuerat, redit. Quod autem ex propoſito & voluntate fit, tam legitimum eſt, quàm certum, validiſsimis ſcilicet vinculis propriҿ voluntatis adſtrictum.

Ars artiũ regere hominem.

Reuera mihi videtur ars artium eſſe, & diſciplina diſciplinarum hominem regere vel imbuere, qui certè eſt & inter omnes animantes maximè & moribus varius, & volũtate diuerſus. Nos autem qui hoc poſſumus, quorum ſummum ſtudium eſt vincere eos, qui carnaliter amant, nec vllo modo volunt nobis credere aduerſus ſemetipſos dimicantes, ita vt ſint nobis velũ quoddam aduerſus eos, pro quibus militamus, dum vnuſquiſque tantum ſtudium gerit in contegendis & occultandis morbis peccatorum: quantũ opottebat habere ſtudij ad ҿgritudinem medico oſtendendam. Alios conuenit coram omnibus argui, quia monita ſecretiora contemnunt. Alios ſecretius cómoueri, quia publicè correcti impudenA tiores fiunt. Aliorum conuenit omnia diligẽtius obſeruari, & vſque ad minimum diſcuti, eorum præcipuè, qui dum mala quadam arte ſua celari ſe putant, aduerſus cæteros eriguntur, & inflãtur. Aliorum oportet nonnulla præterire, & videntes tanquam non vidiſſe, & audientes tanquam non audiſſe, ne ad contemptum vltim::m veniant per increpationẽ, qui fortaſſe erubeſcunt culpas extendere & multiplicare.

A.C. 370.

Grego. in 3 parte paſtoralis, toto fere libro.

Quod Gregorius iſte breuiſsimè tangit de vario modo admonendi & corrigendi ſubditos delinquentes ſecundum varietatem cõditionis eoB rum. Gregorius magnus, id eſt Papa, diffusè pertractat deſcendendo ad particularia in lib. Paſtorali allegans iſtum Grego. Nazianze.

Denique (ait Nazianze. ipſe) philoſophari ſecundum Deum, & ſcire animarum gubernacula continere, & regere alios, cùm ipſe rectè regentibus obedire nõdum didicerim: ſupra me eſſe negotium duxi: præcipuè hoc tempore quo videmus homines huc illúcque conuerti, ac perturbare omnia, vt nihil eſſe melius videatur quàm fugere è medio, & latere.

Plus interna quàm externa bella metuenda. pag. 17. col. 2.

C Externa quidem bella non metuo, nec iſtam beſtiam, quæ nunc inſurrexit eccleſiis, id eſt, Iulianum apoſtatam pertimeſco, in quo eſt diaboli plenitudo, licet ignes minetur, gladios, & beſtias, licet omnes qui ante ſe perſecutores fuerint, crudelitate excedat, licet noua ſuppliciorum genera exquirat, vnum mihi eſt ad omnia ſtare medium, vna victoria libenter pro Chriſto mortem ſuſcepiſſe. Ad inteſtinum verò bellum vitiorum, quid agam neſcio, quҿ mihi auxilia comparem, quod donum Spiritusſancti inuocem, quibus armis ſpiritualibus aduerſus inſidias diaboli me circumD dem. Ego quidem inualidiſsimum me eſſe ad huiuſmodi prælia fateor, & ideo me terga dediſſe confiteor. Et velans confuſione faciem meam ſingularis ſedi, & quia amaritudine repletus ſum, tacere quæſiui, intelligens quòd tẽpus malum ſit.

Thren. 3. Epheſ. 5.

§. II.

DE modo decenti vitæ monaſticæ & prædicatorum monachorum modeſtia, hæc habet Grego. in oratio. 1. de pace. pag. 71. col. 2. Idem Gregor. Poſui ego ori meo cuſtodiam, & labiis E meis ſilentium dedi, quoniam quidem videbam conſequens eſſe prius op: re philoſophiæ purgari mentem debere, & ita demum aperire os, & attrahere ſpiritum, & eructare verbum bonum, & loqui Dei ſapientiam inter perfectos. Deſiderabam videre, ſcilicet illum pſallentem chorũ, gloriam Deo in eccleſia offerentium, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui ad exẽplum & commonitionem melioris vitæ cæteris omnibus viuunt.

pſal. 38.

pſal. 118.

pſal. 44. 1. Cor. 2.

pſal. 1.

Encomia monachatus. ibid. pag. 72. col. 1.

Legis quoque Dei & euangelij Chriſti taciti prædicatores, in quibus ipſe quoque habitus præfert virtutis inſignia. Hirſutum caput, incomptis F & horrentibus comis, & quantum ſufficit attonſis, pedes nudi & apoſtolicis ſimiles, indumenti vilitas, arrogantiam, ſæculi ſuperbiámque condemnans, zona ipſo ſui neglectu pretioſior, & parum quid cohibens veſtimenti, quantum euagari non ſinat. Inceſſus ordinatus, oculus non oberrans, nuſquam ridentes, ſed placide ſubridentes. Sermo cum ratione prolatus, aut ſilentium verbo pretioſius, laudando non nimij, ſed quantum ad

exhor

A.C.370.

Monachorum mores.

exhortationem ſufficiat, non ad adulationem. A Increpatio omni laudatione pretioſior, ac triſtitiæ & lætitiæ menſura iuſtiſsima, & commodiſsimum ex vtroque temperamentum. Lenitas cum auſteritate, libertas cum verecundia, ita vt alterū non impediatur ex altero. Miſceri turbis, & ſecedere ad ſecretum, & vtrunque agere cum menſura, vt in altero cum hominibus, in altero Deo cō iungantur. Communem vitam ſine communibus

Paupertas monachorum. 2.Cor 6. Caſtitas. Mat.5. Hæretici qui ſuſcipiendi, & qui non. pag.87. col.2.

vitiis agentes, ſecretam vero non abſque communi ducentes fraternitatis affectu. Et quæ maiora omnibus & clariora ſunt, in paupertate diuites, nihil habentes & omnia poſsidentes. Nihil in B mundo habentes, & ſupra mundum viuentes. Quibus labor deliciæ, qui in carne poſiti extra carnem viuunt, quorum pars dominus: propter regnum paupetes, & propter paupertatem reges. In humilitate glorioſi, in infirmitate fortes. [Hoc fratres agamus, hoc animo ſimus, eóſque qui aliter ſentiunt, vt veritatis labem & corruptelam, quoad quidem licebit, aſſumamus atque curemus.] Illos autem qui inſanabiles ſunt refugiamus & vitemus, ne fortè contagiis eorum maculemur, & non tam ſanitatem noſtram illis tradamus, quàm illorum nos ægritudines capiamus. C

Tribunalia regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubiecta. Grego. in oratio. ad ſuos. Nazian pag 18. col. 1.

Hæc ille vbi ſuprà. Idem imperatoribus Conſtantinopolitanis ait, diſt. 10. ſuſcipitis. Suſcipitis ne libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex Chriſti ſacerdotali vos ſubiicit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit? ª Dedit enim Deus nobis poteſtatem, dedit & principatum multo perfectiorem principatibus veſtris. Aut nunquid vobis iuſtum videtur, vt cedat ſpiritus carni, ſi à terrenis cæleſtia ſuperentur, & ſi diuinis præferantur humana? Idem 1.q.1. qui ſtudet. Qui ſtudet do E num Dei pretio mercari, in ſacro ordine decætero nulla ratione permanere aut reuocari poſſe dubium non eſt. Talis à communione modis omnibus abſcindatur. Nam Spiritus ſancti donum pretio comparari, quid aliud eſt, quàm capitale crimen, & ſimoniaca hæreſis? Quod quàm deteſtabiliter in vtroque teſtamento vindicatum ſit: multis exemplis facile apparet. Giezi enim quia gratiam ſanitatis Naaman Syro vendidit, eandem gratiam ſanitatis Heliſæo vindicante leproſus factus amiſit. Iudas omnium redemptorem vendidit, mox laqueo ſuſpenſus eamdem redemptionis gratiam non obtinuit, & merito, quia nemo F poteſt retinere, quod vendidit. Simon etiam magus cum eamdem Spiritus ſancti gratiam emere vellet, damnationis ſuæ ſententiam à Petro audiuit. Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri. Dominus etiam, vt ementes & vendentes huius gratiæ expertes oſtenderet, cunctos alios peccatores in

Nullus ordinariaut promoueri in Ecclesia pecunia debet. Taraſius ad Adrianum.

4.Reg 5.

Mat. 26. & 27.

Act. 8.

Luc 19. Ioan. 2.

a Hic apertè docet D. Gregor. alium eſſe Eccleſiaſticum, alium verò ſecularem, vt vocant, magiſtratum, illúmque ſeculari longè præſtantiorem, & diuina lege inſtitutum, cui ipſi quoque Imperatores ſubditi eſſe debent. Deſcribam autem totum locum D *hunc ex Billij editione. Quid verò vos principes & præfecti? ad vos enim iam noſtra ſe conuertit oratio, ne alioqui iniquè animo facere videamur, atque his quidem, quæ in rem futura ſunt conſulere, veſtra autem dignitati potētiaq; cedere, quaſi vel pudore, vel metu, noſtram ſecundum Chriſtū libertatem demittentes, aut rationibus quidem illorum accuratiùs prouidere, veſtri autē curam nimis tangi, quibus eo etiam maiori ſollicitudine proſpiciendum eſt, quòd ea res plus in vtramque partem momenti habeat, vberiorq; inde vtilitas promanet, ſi negotium proſperè ſucceſſerit. Contrarium enim tum à nobis abſit, tum ab oratione noſtra. Quid igi-* E *tur dicitis, aut quid inter nos conuenit? An me liberè loquentem, æquo animo fertis? Nam vos quoque poteſtati meæ, meiſq; ſubſellijs lex Chriſti ſubiicit. Imperium enim ipſi quoque gerimus, addo etiam præſtantiùs ac perfectius, niſi verò æquū eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere. Sed non dubito, quin hanc dicendi libertatem in optimam partem accepturus ſis, vtpote ſacri mei gregis ouis ſacra, magniq; Paſtoris alumna, rectéq; iam inde à primis annis à ſpiritu ducta, & inſtituta, ſanctaq; ac beata Trinitatis lumine æquè ac nos ipſi colluſtrata. hactenus ille.* F *Multa alia ab eodem aduerſus hæreticos notari poſſent, vt liberum arbitrium loco in §. ſuperiore notato, & clarius in oratione in ſanctam Chriſti natiuitatem. pag. 343. col. 1. Sanctorum interceſſio & inuocatio in laude S. Baſilij pag. 168. col. 1. & 2. Habitus monaſticus diuerſus à cōmuni & vſitata, eſt eorundem Paupertas & Caſtitas, virginitatem* A *autem voto eo ſeculo firmari ſolitam ipſe ſatis indicat, in carmine de virginitate. pag. 758. col. 2. Denique ſacrificij incruēti in laude S. Baſilij. pag. 168. col. 2. & 1. Inuectiua in Iul. pag. 556. his verbis. Manúſque ſuas profanat Iulianus, vt nimirum eas ab incruento illo ſacrificio, per quod nos Chriſto ipſiuſq; paſsionibus & diuinitati cōmunicamus, elueret ac repurgaret. & in 2. pag. 600. col. 2. & in oratione in Silentium. pag. 816. col. 1. Equidem (inquit) ipſe puris ſacrificiis, quibus magnum regem mortalibus cōcilio puram linguam ſeruabo. Neque enim cōmittam, vt ab aliena lingua, fœdáque at-* B *que obſcœna mente viuificum illud ſacrificium puriſsimo Deo mittam: hæc ille. Neque verò turbare quemquam debet, quòd Theologus in laudem Gorgonia. pag. 67. col 1. & in oratione ad ciues. pa. 181. Euchariſtiam vel ſignum pretioſi corporis & ſanguinis vel ſignum ſalutis nominet, vel enim de Euchariſtia loquutus eſt antequam conſecretur, vt interpretatur Damaſ. lib. 4. de fide orthodoxa. cap. 14. vel certè per ſignū nihil aliud intellexit, quam partem eam ſacramenti, quæ in oculorum ſenſum cadit, hoc eſt accidentia panis & vini. Sunt enim hæc ſigna, ſed rerum præſentiū, nimirum Corporis* C *Chriſti & ſanguinis realiter & ſubſtantialiter ibi præſentiū. Denique ipſe locus ſatis indicat fidem Gregorij fuiſſe Chriſtum in Euchariſtia contineri. Gorgoniam enim mulieri comparat, quæ fluxu ſanguinis laborans ad Chriſtum ſanatura fimbria veſtimenti eius tactu acceſsit. Sicut ergo veſtimento Chriſtus verè indutus erat, ſic hæc mulier & S. etiam Gregorius Chriſtum verè in hoc ſacramento contineri exiſtimauit. Accedit quod, vt ibidem ait Gregor. hæc mulier eum qui ſuper altare colitur cum magno clamore, obteſtans cum omnibus hominibus appellans ſatis certè fidem ſuam de* D *hoc myſterio prodidit Chriſtum quæ verè in ſacrificio incruento offerri indicauerit. Denique quis adeò amens erit, vt diuerſam de hoc ſacramento fidem habuiſſe Theologum à D. Baſilio dicat, quem clariſsime Romana Eccleſia fidem hoc myſterio tenere ſuprà obſeruauimus.*

A. C.370.

Paginę citantur ex editione Colonieſi

Mat. 9.

A.C.370. templo dimiſit, ſingulariter ementes & vendentes in templo increpans & flagellans de templo eiecit, in quo venditores & emptores ſuos gratia Spiritus ſancti conſtat deſtituros eſſe, & vacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, nunquid Spiritus ſanctus facit ſibi templum? Hæc ibi. De ſimonia habes diffuſe in ſecunda parte ſummę.

De Didymo Alexandrino. Ruff. li. 11. cap 7.

§. III.

B Didymus, vt ait Ruffinus lib. 11. hiſto. eccleſiaſticæ, in parua ætate, cum prima adhuc elementa literarum ignoraret, luminibus orbatus maiori deſiderio veri luminis inflammatus eſt, audiens ſcriptum in euangelio. Quod apud homines impoſsibile eſt, poſsibile eſt apud Deum. Vnde confiſus in domino precabatur obnixius, vt illuminationem cordis acciperet. Miſcebat que precibus ſtudia & laborem, & iuges continuaſq; vigilias, vt quod aliis viſus hoc illi conferret auditus. Cúmque poſt lucubrationis laborem (vt fieri ſolet) ſomnus legentibus adueniſſet, Didymus tanquam mundum animal ruminans cibum, quem ceperat ex integro reuocabat, & ea quæ dudum aliis percurrentibus ex librorum lectione cognouerat, memoria & animo retexebat. Ita in breui Deo docente, in tantam diuinarum humanarúmque rerum eruditionem ac ſcientiam venit, vt ſcholæ eccleſiaſticæ doctor exiſteret, Athanaſio epiſcopo cæteriſque viris ſapientibus in eccleſia Dei admodum probatus.

Mar. 18. Mar. 10.

C

Didymus ſcholæ eccleſiaſticæ perficitur.

Sed & in cæteris, ſiue dialecticæ, ſiue geometriæ, ſeu aſtronomiæ quoque & arithmeticæ diſciplinis ita erat peritus, vt nullus vnquam philoſophorum aliqua ex his artibus proponẽs, obtinere eum vel concludere quiuerit, ſed ſtatim vt reſponſiones eius acceperat, magiſtrum eum illius de qua propoſuerat, credidit diſciplinæ. Eius ſcripta in magna omnium admiratione habẽtur. Nos tamen, qui & viuæ vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, [& ea quę à nonnullis dicente eo deſcripta ſunt legimus:] longe maiorem gratiam, ac diuinum neſcio quid ac ſupra humanam vocem ſonans, illis magis ſermonibus qui de ore eius proferebantur agnouimus.

D

E Huc etiam beatus Antonius cum fidei Athanaſij teſtimonium laturus aduerſus Arianos de Thebaide Alexandriam deſcendiſſet, magnificis conſolatus eſt verbis. Nihil, inquit, te offendat Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus. Deſunt enim tibi illi oculi, quos mures vel muſcę & lacertæ habent. Sed lætare, quòd habes oculos, quos angeli habent, & quibus Deus videtur, per quos magnum tibi ſcientiæ lumen accenditur.

D. Antonij ad Didymum verba.

Hiero. in catal. Hiero. in lib. de viris illuſt. ſic ait de eo. Didymus Alexandrinus captus à parua ætate oculis, & ob hoc elementorum ignarus, tãtum miraculum ſui omnibus præbuit, vt dialecticam quoque, & Arithmeticam, & geometriam, quæ vel maxime viſu indigent, vſque ad perfectum didicerit. Hic plura opera nobiliáque conſcripſit. Commentaria in pſalmos omnes. Commentaria in euangelia Matthæi & Ioannis. De dogmatibus contra Arianos libros duos. Et de Spiritu ſancto librũ vnum, quem ego in latinum verti. In Iſaiam tomos octodecim. In Oſeæ commentariorum libros

F

A tres. In Zachariam meo rogatu libros quinque. Et commentarios in Iob, & multa alia. A.C. 370.

Dicit autem Vin. c. ſpecu. hiſt. lib. 15. Omnium horum librorum Didymi nihil vſpiam reperitur præter librum de Spiritu ſancto, quem reſtatur Hieronym. ſe tranſtuliſſe. Et in prologo eius ipſe Hieron. ſic ait. Volens aliquid garrire de Spiritu ſancto, malui alieni operis interpres exiſtere, quã vt quidam faciunt, informis cornicula alienis me coloribus adornare. Legi dudum libellos de Spiritu ſancto, & iuxta comici ſententiam, ex græcis bonis, latina vidi non bona. Nihil ibi virile, nihil diſtrictum, ſed totum flaccidum, molle, & nitidum Didymus verò meus oculum habens ſponſæ de cantico canticorum, & illa lumina, quæ in candentes ſegetes Ieſus præcepit ſubleuari, procul altius intuens, antiquum nobis morem reddit, vt propheta vocetur videns. Certe qui hunc legerit, latinorum furta cognoſcet, & contemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus.

Vin. li. 14.

Hieronymi de lib. Didymi de Spiritu ſancto.

B

Ioan. 4. Reg. 9.

Ex illo libro Didymi contra errores Græcorum ſic habetur in decretis. de conſecrat. diſt. 5. c. vlt. Saluator qui & veritas, ait de Spiritu ſancto. Non enim loquetur à ſemetipſo, hoc eſt non ſine me, & ſine meo & patris arbitrio, quia inſeparabilis eſt à mea & patris voluntate. Et amplius, quia ex ſe non eſt, ſed ex patre & à me eſt, hoc enim ipſum quod eſt, & quod ſubſiſtit & loquitur à patre, & à me illi eſt. Ego veritatem loquor, id eſt inſpiro, quæ loquitur, ſiquidem ſpiritus veritatis eſt. Dicere autem & loqui in Trinitate, non ſecundum conſuetudinem noſtrã, qua ad nos inuicem ſermocinamur, & loquimur, accipiendum eſt, ſed iuxta formam incorporalium naturarum, & maximè Trinitatis, quæ voluntaté ſuam ingerit in corde credentium, & eorum qui eam digni ſunt audire. Siquidem dicere patrem, & audire filium: vel econtra filium loquentẽ, audire patrem, eſt eiuſdem naturæ eſſe patrem & filium, & in patre & filio conſenſus ſignificatio. Spiritus quoque ſanctus, qui eſt ſpiritus veritatis, & ſpiritus ſapientiæ, non poteſt audire filio loquente quæ neſcit, cùm hoc ipſum ſit, quod profertur à filio, id eſt, procedens Deus de Deo: ſpiritus veritatis procedens à veritate, & conſolator manans de conſolatore Deus de Deo ſpiritus veritatis procedens. Hæc ibi.

In li. 2. de Spiritu ſancto. Ioan. 14.

C

D

Dicere in Deo quid ſit.

E

De beato Hieronymo & libris eius.

De D. Hieronymo cuius vitam Marianus Victorius edidit. & Sur. tom. 5.

CAPVT VI.

Qvaſi aurcus refulgens inter nebulas gloriæ, ſic beatus Hieronymus gloriæ, id eſt, glorioſus, inter nebulas obſcuras delinquentium & errantium poſitus irradiauit Eccleſiam. Scripturam ſacram obnubilatam falſitatibus Hebræorum, & Græcorum & Latinorum male interpretantium, veriſsima & tenaciſsima interpretatione ex Hebręo, quo ad vetus teſtamẽtum, & ex Græco, quo ad nouum, exceptis paucis transferens in latinum fidelibus tradidit, plures eius libros commentando, multos hæreticos ſua doctrina confutando. Cui eccleſia tantum authoritatis, propter clarum lumen ſapientiæ eius tribuit, vt quas ſententias de libris ſcribentium ipſe reprobauit, reprobatæ habeantur

F

Hieronymi quanta ſit in Eccleſia auctoritas.

A.C. 380

tur,& quæ ipſe ſcripſit firma teneantur, vt patet A diſt.15.ſancta Romana. Et cum densæ nebulæ æmulatorum eum conatæ fuerint diuerſis calumniis totius gloriam obfuſcare, inter eas magis reſplenduit veritas,& ſanctitas eius.

Iſte itaque Hieronymus Euſebij filius, oppido Stridonis, quod Dalmatiæ & Pannoniæ confines tenet, fuit oriundus. [a] Romæ puer baptizatus, Græcæ, Hebraicæ, & Latinæ linguæ pleniſsime eruditus eſt. Donatum in grammatica, [b] Victorinum in rhetorica, Gregorium Nazianzenum in ſacra ſcriptura præceptorem habuit.

Vt autem ipſe de ſe ſcribit ad Euſtochium, cũ B in adoleſcentia ſua nimis delectaretur ſtudio authorum gentilium: de die Ciceronem, de nocte Platonem auide legens, & ſi quando libros prophetarum videret, ſermo horrebat incultus, vnde eos omittebat, quadam vice circa mediam quadrageſimam tam ſubita & ardenti febre corripitur, vt toto frigeſcente iam corpore, vitalis calor in ſolo [tepente peruſculo] palpitaret. Dum ergo exequiæ funeris pararentur, ad tribunal iudicis rapitur, vbi immenſum lumen inerat. Interrogatus cuius conditionis eſſet, reſpondit Chriſtianus ſum. Ad quem iudex, Mentiris, inquit, Ciceronia- C nus es, non Chriſtianus. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. At Hieronymus obmutuit. Et continuo iudex diutiſsime eum cædi ab aſtantibus iuſsit. Hieronymus vero clamans & eiulans ait. Miſerere mei domine, miſerere mei. Et qui adſtabant iudicem precabantur, vt veniam tribueret adoleſcenti. Ipſe vero per Deum iurare cœpit & dicere. Domine ſi vnquam habuero gentilium codices, ſi vnquam legero, te negaui. In hæc verba iuramenti dimiſſus ad ſe reuerſus, inuenit ſe lachrymis infuſum, & ne putaretur ſomnium, liuentes ſcapulas ex verberibus ante tribu- D nal ſuſceptis ſe habuiſſe fatetur. Hoc in puncto tangit Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis dicens. Legimus beatum Hieronymum ab angelo flagellatum, eo quòd vir chriſtianus gentilium figmentis intenderet. diſt.37. legimus 1. Tanto ergo ſtudio poſtmodum libros ſacros legit, quanto vnquam gentilibus vacauerat.

D. Hierony. quòd profanos nimis legerit, vapulat. Mat. 6.

Et ſi quando poſtmodũ in libris ſuis teſtimonia inducat gentilium: cauſam huius rei aſsignat diſt.37. qui de menſa. dicens. Si quando cogimur literarum ſæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quę olim omiſimus, non noſtrę volontatis E eſt, ſed (vt ita dicam) grauiſsimę neceſsitatis, vt probemus ea, quę à ſanctis prophetis ante ſecula multa prędicta ſunt, tam Gręcorum quàm Latinorum & aliarum gentium literis contineri.

Hieronymus cur profanorũ vtatur teſtimoniis.

Annorum itaque trigintanouem, cum eſſet Romanæ eccleſiæ [c] cardinalis presbyter ordinatur, & dum Romæ per triennium ſacris literis inſudaſſet, & puritate vitæ & abſtinentiis eximia ſanctitatis exempla præberet, tantum apud populos C fauoris obtinuit, vt omnium iudicio ſummo ſacerdotio dignus cenſeretur. Sed dum quorundã clericorum & laicorum laſciuiam increparet, & illi non ferentes, inſidias ei tenderent, veſaniæ eorum locum præbens, ab vrbe recedens ad Gregorium Nazianzenum Conſtantinopolitanum epiſcopum profectus eſt eruditionis pleniſsimæ cauſa in diuinis oraculis. Qualiter as inſidiarum inſinuatur à quibuſdam, quæ ei paratæ ſunt, videlicet per immiſsionem occultam muliebris veſtis in thalamum ſuum remota propria, & cum de nocte ad matutinas ſurgens, illam muliebrem in- D dueret, propriam exiſtimans, ingreſſus eſt chorum deriſus ab æmulis, quaſi mulierem teneret in camera, ſed hoc non eſt multum autenticum.

Poſtquam vero excellentiſsime notitiam ſacræ paginæ adeptus eſt à Gregorio, ad eremum tranſiit, vbi quanta ſuſtinuerit ipſe narrat ſic ſcribens ad Euſtochium. Quoties in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putaui me Romanis intereſſe deliciis. Sedebam ſolus, quia amaritudine repletus eram. Horrebãt ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſitum E Aethiopiſſę carnis obduxerat, quotidie lachrymę quotidie gemitus. Et ſi quando repugnãtem ſomnus grauis imminens oppreſsiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam. De cibis vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennę metum, tali me carcere condemnaueram, ſcorpionum tantum ſocius & ferarum, ſępe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, & mens deſideriis ęſtuabat. In frigido corpore, & ante hominẽ ſuum iam carne premortuum, ſola libidinum in- F cendia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabã. Non erubeſco confiteri infælicitatis meæ miſeriam, quin potius plango me non eſſe, quod fuerim. Memini me clamãtem diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quàm domino incre-

Graues carnis tentationes D. Hieronymo moleſtæ epi. 22. ad Euſtoc. quas tamen ei accidiſſe in prima ſua Hieroſolymorum peregrinatione ſcribit Mar. Victor.

a Ex dictis D. Hieron in epiſt. 43. ad Chromat. & in epiſt. 1 ad Heliod & 22 ad Euſtochium. apparet illum Chriſto Romæ iam adoleſcentem renatũ. Marian Victor. linguam verò Hebraicam ſe didiciſſe in Eremo, quæ eſt in Chalcyde Syria, ipſe te- F ſtatur epiſt. 4 ad Ruſtic.

b Victorinus autem, quòd preceptor eius in rhetorica fuerit, falſum eſt, quippe cum Hieronymus, qui de eo ſæpè meminit, id nunquam aſſerat, & cùm Donatum ſemper preceptorem ſuum appellet, Victorinum quem ei ſemper adiungit, ne ſemel quidem aut magiſtrum, aut amicum ſuum vocet. Ma- A rianus Victor.

c Inuenio in antiquis tabulis apud Eccleſiam Aretinam donationis cuiuſdam formulam Zenobij Senatoris Romani eidem Eccleſiæ, vſque à tempore Damaſi facta vbi eſt huiuſmodi ſubſcriptio. Et ego Ioannes S. R. E. Cardinalis Diaconus ex parte Damaſi Pontificis laudo & confirmo. Itaque nõ video, cur D. Hieronymus Damaſo carus non fuerit S. R. E. presbyter Cardinalis. Volaterra. lib. 20. Anthropol. tradit Hieronymum presbyterum fuiſſe, & Chriſti ſacrificium incruentum Romæ pro ſalute omniũ obtuliſſe Romæ teſtis eſt, quæ diu ſacrificij ſeruauit B caſulam, & adhuc eius calicem ſeruat. Denique Nepotianus ei veſtem Miſſarum ſacrificiis aptam ei reliquit, hanc tunicam, inquiens, qua vtebar in miniſterio Chriſti, mitto dilectiſsimo mihi, ætate pari fratri & collegio. Hiero. epiſt. 3. Cæterum Cardinales in Eccleſia Romana Euariſti primum tempore, i. anno Chr. 96. creari cœptos oſtẽdit Onuph. in lib. de orig. Cardin. & alibi.

A.C. 380.

pante rediret tranquillitas. Ipſam quoque cellulam meam, quaſi cogitationum mearum conſciā pertimeſcebam, & mihimet iratus & rigidus ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua vallium, vel aſpera montium prærupta cernebam ibi meæ orationis locus, ibi illud miſerrimum carnis ergaſtulum, & vt mihi teſtis eſt Deus, poſt multas lacrymas, poſt oculos cælo inhærentes, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus angelorum, & lætus gaudénſque cantabam. Poſt te in odore vnguentorum tuorum currenius. Hæc ille.

Poſt tētationes cō ſolationibus illuſtratur. Can. 1.

D. Hieronymus monaſterium conſtruit.

§. I.

Qvadriennio autem huius pœnitentiæ ſic exacto, ad oppidum Bethlehem remeauit, ibíque breui multos diſcipulos coadunans, in ſancto propoſito vitæ religioſe, & tranſlatione & expoſitione ſcripturarum quinquaginta annis & ſex menſibus deſudauit. Quadam autem die adueſperaſcente, dum de ſcripturis cum diſcipulis ſuis diſputaret, ſubito leo claudicans ingreſſus eſt, cuius timore dum fratres diffugerent, Hieronymus ei quaſi hoſpiti obuiauit. Et dum leo ſibi pedem oſtenderet, iubens illum à fratribus ablui, inuenit, quod à ſentibus læſus eſſet. Nec mora, leo conualuit, & omni feritate depoſita, inter eos quaſi domeſticum animal habitauit. Tunc Hieronymus videns, quod tam pro ſanitate pedis, quàm pro eorum vtilitate veniſſet, ex conſilio fratrum id ei iniunxit officij, vt aſinum, qui ligna de nemore deferebat, in paſcuis cuſtodiret. Interea leo ſicut obediens, quadam die paſcente aſino, ſomno preſſus dormiuit, & ecce negotiatores aſinum ſine cuſtode videntes ſecum duxerūt. Expergiſcens leo ſocium non inuenit, & cum diu vbique perquirens non inueniſſet, ad portam cœnobij triſtis aduenit. Et videntes fratres, quod tardius ſolito ſine aſello veniſſet, & veniens ingredi non auderet, putauerunt, quòd fame compulſus aſinum comediſſet, nihil ei dantes, ſed ad reſiduū cadaueris remittentes: cum tamen de hoc ambigerent, exierūt ad paſcua ſi forte aliquod ſignum mortis eius inuenirent. Qui reuerſi, quòd nihil inueniſſent, Hieronymo retulerunt. Et damnum patienter ferentes, & leonem humane tractantes, impoſuerunt ei aſelli officium, vt ſcilicet ligna de ſylua deferret.

Vinc. hoc refert li. 16. ca. 18.

Leo ingens D. Hieronymo ſeſe mācipās.

Cum autem hoc diligenter ageret, quadam die dum portatis lignis ad agrum exiſſet, quaſi adhuc ſocium ſuum ſollicite quærens, vidit à longe negotiatores onuſtis camelis aſino illo præcedente eos venientes. Mos eſt enim regionibus illis, vt cum longius cum camelis gradiuntur, aſinum præcedentem, & in collo funiculum cum nolula habentem, ſecum ducant. Cum ergo inuicem propinquarent, leo recognito aſino, cum magno rugitu irruit ſuper eos. Et fugientibus hominibus, leo cauda terribiliter terram feriens, oneratos camelos ante ſe ad monaſterium ire coegit. Audiés hæc Hieronymus, iubens ſummum ſilentium benigne aperire præcepit, vt exoneratis camelis diuinam voluntatem ſuper hoc expectarent. Tunc leo per monaſterium, vt ſolebat deambulans, & ad ſingulos fratres ſe proſternens, quaſi de culpa, quam nō fecerat, cauda veniam poſtulabat. Cum autem vt ſanctus Hieronymus monuerat, venturis hoſpitibus neceſſaria præparaſſent, ecce hoſpites ſtare præ foribus nunciant, qui abbatem videre volebant. Ingredientes ergo verecunde ante Hieronymum proſternuntur, vt pro culpa commiſſa furti veniam mererentur. At ille eos clementer eleuans, & monens deinceps ne aliena vſurparent, præcepit, vt reficerentur, receptíſque camelis cum mercibus abirent. Illi vero nihil comedere voluerunt, donec Hieronymo plurimum reluctanti darent medietatem olei, quod ferebant. Et deinceps à ſe & ſuis hæredibus eadem olei menſura annuatim, vt mitteretur ei, ſpoponderunt. Et ſic læti ad propria redierunt.

Leo mercatores qui aſinū ſurripuerāt irruit.

A.C. 380.

Legitur in quibuſdam opuſculis, quæ intitulātur Auguſtino, & alia Cyrillo, vel alijs de multis miraculis factis poſt mortem Hiero. ad inuocationem eius. Et præcipue de tribus mortuis ſuſcitatis poſita tunica ſuper eos, qui retulerunt pœnas & gloriam eis oſtenſam in alia vita. Sed quia non eſt autenticum tales doctores illa ſcripſiſſe, vnde nec Vincen. in ſpec. hiſto. nec Iacobus de Voragine, nec alij hiſtoriographi de illis faciunt mentionem, ideo illa referre omittimus.

Extāt tomo 2. operū D. Aug. & to. 4 operum D Hieronymi.

De ſcriptis ſic dicit Vincen. lib. 17. ſpec. hiſtor. Expoſitiones fidei ſuæ edidit ad Damaſum papā. Tractatum vnum de ſymbolo Niceno. Commentaria ſuper Eccleſiaſtem librum vnum. Super Iſaiam libros 18. Super Hieremiam libros 20. Super Ezechielem lib. 14. Super Danielem librum vnum. Super Oſeā libros 3. Et ſimiliter ſuper ſingulos minores prophetas. Super Matthæū libros 4. Super Marcum librum vnum. Super epiſtolam ad Epheſios. Et ſuper epiſtolam ad Galatas. Et ſuper epiſtolam ad Titum. Et ſuper epiſtolam ad Philemonem: plures libros de hoc, quod ſcriptū eſt, Vnius vxoris virum, ad Oceanum. De duodecim quæſtionibus ad Heldibiam. De vndecim quæſtionibus, ad Algaſpam. De quæſtionibus Hebraicis librum vnum in Geneſi. De tribus quæſtionibus ad Damaſum papam librum vnum. De quæſtionibus Hebraicis in librum regum libros 2. De quæſtionibus Paralipomenon libros 2. Breuiarij ſuper pſalterium librum vnum. De optimo genere interpretandi ad Pammachium librum vnum. De interpretationibus Hebraicorum nominum lib. 1. De ſtudio ſcripturarum ad Paulinū librum vnum. De veſte ſacerdotali librum vnū. De filio prodigo ad Damaſum librum vnum. De corruptione ſeptuaginta, in pſalterio librum 1. De quadraginta duabus manſionibus filiorum Iſrael librum vnum. Contra hæreticos in genere tractatum vnum. Contra Pelagianos libros tres. Contra Iouinianum lib. 2. Contra Luciferianum lib. 1. Contra Eluidium de perpetua virginitate Mariæ librum vnum. Contra Vigilantium lib. 1. Contra Origenem de reſurrectione librum vnū. Ad Auitum presbyterum de erroribus Origen. lib. 1. Contra Ruffinum presbyterum Aquileiæ librum vnum. Apologeticum ad Augu. lib. 1. Exhortatorium ad Iulianum lib. 1. De pœnitentia ad Ruſticum lib. 1. De homine perfecto lib. 1. De hiſtoria Ioachim & Annæ lib. 1. De ſignis quindecim iudicium præcedentibus, tractatum vnum. De illuſtribus viris lib. 1. De diſtantia locorum librum vnum. De vita clericorum ad Nepotianū librum vnum. Epitaphium Nepotiani ad Helidorum, librum vnum. De inſtitutione clerici vel mona

Libri ab Hieronymo editi.

Hæc omnia inter opuſcula fere comperantur.

A.C. 380 monachi ad Paulinum librum vnũ. De vita monachi ad Ruſticum lib.1. De vita clerici ad Oceanum librum vnum. De virginitate ſeruanda ad Euſtochium librum vnum. Ad Demetriadem virginem lib. 1. Ad Lætam de inſtitutione filiæ ſuæ lib.1. Ad matrem & filiam in Gallia commorantes lib.1. Obiurgationes Suſannæ virginis cõſecratæ. De lapſu ſuo librum vnum. Ad Ageruchiam de monogamia lib.1. Ad Furiam de ſeruãda viduitate lib. 1. Ad Celantiam de morte Nebridij lib. 1. Ad Paulam conſolatorium ſuper dormitione Bleſillæ lib. 1. Ad Pammachium ſuper dormitione Paulinæ librum 1. ad Oceanum B de morte Fabiolæ lib. 1. ad Tiraſium conſolatorium ſuper dormitione filiæ ſuæ. Epitaphium & de morte Paulæ lib.1. Ad Numenium & Alexandrum de reſurrectione carnis lib. 1. Apologeticum ad Pammachium lib. 1. Ad Heliodorum de contemptu ſeculi lib.1. Ad Cteſiphontem lib. 1. Ad Domnionem lib.1. De tribus virtutibus tractatum 1. de morte Oziæ & Seraphim, & calculo, lib. 1. Expoſitiones pſalmot. 44. Ad Principiam virginem lib.1. Epiſtolas breues ad diuerſos 70. Sermones 10. & pręcipue de aſſumptione beatæ C Mariæ virginis multum prolixus & notabilis. Ex his breuiter aliqua excerpta hic ſubduntur, quorum plura habentur etiam in decretis.

Sententia D. Hieronymi.

§. II.

Christiani hominis proprietates. Hiero. ad Ruſt. ep. 4. tom. 1. Luc. 23. Ioan. 13.

NIhil Chriſtiano fælicius cui promittuntur regna cælorum. Nihil laborioſius eo, qui de vita quotidie periclitatur. Nihil fortius eo, qui vincit diabolum. Nihil imbecillius eo, qui à carne ſuperatur: [vtriuſque rei exempla ſunt plurima. Latro credit in cruce & ſtatim meretur au- D dire. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.] Iudas de apoſtolatus faſtigio in proditionis baratrum labitur, & nec familiaritate conuiuij, nec intinctione buccellę, nec oſculi gratia frãgitur, ne quaſi hominem tradat quem filium Dei nouerat. Quid Salomone ſapientius? attamen infatuatur amatribus mulierum. Hæc dicimus, vt prima te, fili Ruſtice, fronte doceamus magna cœpiſſe, excelſa ſectari, & adoleſcentiæ, immo & pubertatis incẽtiua calcantem, perfectę quidem ætatis gradum ſcandere, ſed lubricum iter eſſe, per quod ingredieris, nec tantum gloriæ ſequi E poſt victoriam, quantum ignominiæ poſt ruinã. Scio me offenſurum quamplurimos, qui generalem de vitiis diſputationem, in ſuam referunt contumeliam, & dum mihi iraſcũtur, ſuam indicant conſcientiam, multóque peius de ſe quàm de me iudicant. Ego enim neminem nominabo, nec veteris comœdię licẽtia certas perſonas eligam atque perſtringam. Prudentis viri eſt diſſimulare, immo emendare, quod in ſe intelligat, & indignari ſibi [magis quàm mihi] nec in admonitorem maledicta congerere.

3. Reg. 11.

Et infrà, vt habetur 16. q. 1. ſi clericatus.[a] Si cle- F ricatus te titillat deſiderium, diſcas quod poſsis docere, & rationabilem hoſtiam offeras Chriſto, ne miles ſis antequam tyro, ne magiſter ſis prius quàm diſcipulus Nunc monachi incunabula motéſque diſcutimus. Primúmque tractãdum eſt, vtrum ſolus an cum aliis in monaſterio viuere debeas. Mihi placet vt habeas ſanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam, quam nuſquam ingreſſus es: ſtatímque in partem alteram declinandum ſit, & errori pateas pluſquã aut minus ambules quàm neceſſe eſt, ne currens laſſeris: morámque faciens E obdormias, in ſolitudine cito ſubrepit ſuperbia, & ſi parumper ieiunauerit, hominémque non viderit, putat ſe alicuius eſſe momenti, oblitúſque ſui ſeruos iudicat alienos. Quo gula voluerit, porrigit manus, dormit quantum vult, facit quod voluerit. Nullum veretur. Omnéſque exiſtimat inferiores. Quid ergo ſolitariam vitam reprehendimus? minime quippe, quam ſæpe laudauimus.

In monaſterio ſub certa regula ſtãdum. Rom. 14.

Et infrà: & habetur de conſec. diſ. 5. nunquam. Nunquam de manu & oculis tuis liber recedat. pſalterium diſcat ad verbum, oratio ſine intermiſſione. Vigil ſit ſenſus, nec vagis cogitationibus F patens, corpus pariter & animus tendat ad dominum. Iram vince patientia. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis: nec vacet mens tua variis perturbationibus, quæ ſi pectori tuo inſederint, dominabuntur tui, & deducent te ad delictum maximum. Facito aliquid operis, vt diabolus ſemper te inueniat occupatũ. Si apoſtoli habentes poteſtatem de euangelio viuere

Studendũ eſt monacho. ibid. paulopoſt

a Ex his apparet monachos eo ſæculo non merè laicos fuiſſe, ſed ad ſacros ordines promoueri, & in iiſdem miniſtrare conſueuiſſe, quod etiam paulò poſt euidentius oſtenditur, cum D. ſcribit Hieron. Ita igitur age & viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis, vt adoleſcentiam tuam nulla ſorde A *cõmaculet, vt ad altare Chriſti quaſi virgo de thalamo procedas. Quid quod Epiphanius in fine libri contra hæreſes ſcribit, ſolitariam vitam ducentes ad ſacerdotium promoueri fuiſſe ſolitos, nónne apertè eos redarguit, qui antiquos monachos nullũ Eccleſiaſticum gradum obtinuiſſe calumniantur? Multa alia ex hac vna epiſtola à monachis eo ſæculo obſeruata fuiſſe comperiuntur, quæ dum pij viri noſtro tempore exercent, ab hæreticis deridentur. Nam imprimis paupertas & abdicatio rerum omnium his verbis oſtenditur. Quid Chriſti negotiatori faciendum eſt, qui venditis omnibus quærit* B *pretioſiſsimum margaritum, qui totus ſuæ ſubſtantiæ opibus emit agrum, in quo reperit theſaurum, quem nec fur effodere, nec latro poſsit auferre. Caſtitas verè illorum tum multis è locis, tum maximè ab illius iuuenis exemplo, quem grauiter carnis moleſtiis oppreſſum pater monaſterij mira arte ſeruauit edocetur. Obedientia autem ex his verbis: Præpoſitum monaſterij timeas vt Dominum, diligas vt patrem. Credas tibi ſalutare, quicquid ille præceperit, nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt. Quæ tria voto & profeſsione corroborata fuiſſe &* C *confirmata, hæc verba ſatis declarant, iter, inquit, quod ingrederis, non tantùm gloria poſt victoriam, quàm ignominiæ poſt ruinã habet. Et vidi ego quoſdam, qui poſtquã renunciauere ſæculo, veſtimentis duntaxat, & vocis profeſsione, non rebus, nihil de priſtina cõuerſatione mutarunt. Habes ibidem habitum diuerſum à communi, victum cõmunem, cantum, ſilentium, ieiunia, ciborum delectum, nocturnas vigilias, & cætera ferè omnia, quæ à viris religioſis factitantur. Vnde apparet meras eſſe calumnias, quas hæretici in viros religioſos debacchãtur.*

A.C.380. viuere, laborabant manibus ſuis, ne quemquam A
grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in vſus tuos ſucceſſura non præpares? Vel fiſcellam texe iunco vel caniſtrum lentis plecte viminibus. Seratur humus. Areolæ æquo limite diuidantur. In quibus quum olerum iacta ſint ſemina, vel plantę per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum verſuum ſpectator adſiſtas:

Virgi. 2. Georg.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſq́; arentia temperat arua. B

Inſerantur fructuoſæ arbores, vel gemmis vel ſurculis, vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabrica aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, & monaſteriorum ordinem & regularem diſciplinam in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus. Scribantur & libri, vt manus operetur cibos, & anima lectione ſatietur. In deſideriis enim eſt omnis otioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc tenent morem, vt nullum abſque opere & labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem, ne vagetur C
pernicioſis cogitationibus.

Eccl. 12.

Addit exempla ſequidem, quia in iuuentute ſua, cum etiam iuuenis mens eius æſtuaret cogitationibus, dedit ſe diſcipulum cuidam ex Hebræis conuerſo ad fidem ad diſcendum idioma Hebraicum, in quo multum laborauit. Subdit & aliud exemplum de quodam adoleſcente Græco in monaſterio Aegypti, quod oculis vidit, qui tentatus grauiter vitio carnis cùm nulla corporis abſtinentia flammam carnis extinguere poſſet, pater monaſterij hac arte eum curauit. Præcepit vni ex monachis, vt iurgiis & conuiciis eum inſe- D
ctaretur, & poſt hæc veniret ad accuſandum eum ad abbatem, tanquam ei conuiciatus iniuriam irrogaſſet. Super qua re adoleſcens adeo afflictus eſt ex illatis huiuſmodi contumeliis, & falſis accuſationibus, vt intra annum à tentationibus illis fieret liber. Vnde abbati interrogáti, quomodo ſe in huiuſmodi tentatione haberet, reſpondit. Papæ mihi viuere non licet, & fornicari libeat.

Iuuenis monach⁹ qua arte à carnis moleſtiis liberatus ſit.

Et infrà. Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. Et muta animalia & ferarum greges ductores ſequuntur ſuos. In apibus princeps vnus. Grues vnam ſequuntur ordine literato. Imperator vnus. E
Iudex prouinciæ vnus. Epiſcopus vnus. Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere nō potuit reges, & parricidio dedicatur. [Singuli Eccleſiarum epiſcopi, [a] ſinguli archipresbyteri, ſinguli archidiaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui vnus gubernator. In domo vnus dominus. In quouis grandi exercitu vnius ſignū expectatur. Per hæc omnia ad illud tēdit oratio, vt doceā te nō tuo arbitrio dimittēdū, ſed viuere debere in monaſterio ſub vnius diſciplina patris, conſortióque multorū, vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam, hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinē. Non facias quod B
vis. Comedas quod iuberis. Veſtiaris quod acceperis. Operis tui penſa perſoluas. Subiiciaris cui non vis. Laſſus ad ſtratum venias, ambulánſque dormites: necdum expleto ſomno ſurgere compellaris. Dicas pſalmum in ordine tuo, in quo nō dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur. Seruias fratribus. Hoſpitum pedes laues. Paſſus iniuriam taceas. Præpoſitum monaſterij timeas vt dominum, diligas vt parentem. Credas tibi ſalutare, quicquid tibi ille præceperit, nec de maioris ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt. C

Religioſo neceſſariū habere magiſtrum.

Et infrà. Nequaquam conſideres quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas. Ita igitur age & viue, vt ad altare [b] Chriſti quaſi virgo de thalamo procedas, & habeas de foris bonum teſtimonium.

In Societate quomodo viuendum.

Idem ad Paulinum. Si officium vis exercere presbyteri, ſi epiſcopatus te honor vel opus forte delectat, viue in vrbibus & caſtellis, & ad aliorum ſalutem fac lucrum tuum. Si autem cupis eſſe quod diceris, id eſt, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula ſed multorum? Habet vnum quodque D

a monaſterio, vt clericus eſſe merearis, adoleſcentiam tuā nulla ſorde cōmacules.

a Hinc perſpice eo ſæculo illuſtres fuiſſe in Eccleſia dignitates archipresbyteri atque archidiaconi, & quidem cùm hoc loco ordinis eccleſiaſtici meminit, notat diuerſos fuiſſe ſicut nunc videmus in Eccleſia tunc ordines, quos aliqua ex parte in epiſt. 2. ad Nepotianum recenſet dicens. Si lector, ſi acolythus, ſi pſaltes te ſequitur non ornentur veſte, ſed moribus, quod de minoribus eſt ordinibus intelligendum. Maiorum verò ordinum ſæpe mentionem facit, inter quos tertium locum diaconatui tribuit ep. 1. ad Heliod. Denique in li. aduerſus Vigilantium ordines ſacros ſacramentu vocat dicēs. Pro nefas., epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes, qui male de omnibus ſuſpicantur, & niſi prægnantes viderint vxores clericorum, Chriſti ſacramenta non dant. A.C.380.

b Ex hoc loco duo de Euchariſtia poſſumus elicere, primum in ea eſſe verum corpus Chriſti, ſed multò clarius hoc tradit Epiſt. 1. Abſit de his quicquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, & multò clarius ad Hedibiam quæſt. 2. Nos autem, inquiens, audiamus panem, quem fregit Dominus, dedit q́; diſcipulis eſſe corpus Domini ſaluatoris, ipſo dicente ad eos. Accipite & comedite: hoc eſt corpus meum. Si ergo panis qui de cælo deſcendit, corpus eſt Domini, & vinum quod diſcipulis dedit, ſan- E
guis illius eſt noui Teſtamenti, qui pro multis effuſus eſt in remiſsionem peccatorum, Iudaicas fabulas repellamus, & ſæpè alibi. Deinde eam eſſe ſacrificium, quod clarius ab eo traditur in lib. aduerſus Vigilantiū Malè facit inquiens, Romanus Pontifex, qui ſuper mortuorum hominū Petri & Pauli ſecundum nos oſſa veneranda, ſecundum te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria. Et in dialogo aduerſus Luciferianos. Quamobrem obſecro te, vt F
aut ſacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptiſma probas, aut reprobes eius baptiſma, quem non exiſtimas ſacerdotem. Et in quæſtionibus ſeu traditionibus Hebraicis. Quod autem ait, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, myſterium noſtrum in verbo ordinis ſignificatur, nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis immolandis, ſed oblato pane & vino, id eſt, corpore & ſanguine Domini Ieſu.

prnpo

A.C.380.

propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones, Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Hiſtorici Salluſtium, Herodotum, Liuium. Oratores Lyſiam, Demoſthenem, Tullium. Et vt ad noſtra veniamus, epiſcopi & presbyteri apoſtolos & apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes Paulum, Antonium, Macariũ, Hilarionem. Noſter princeps Helias & Heliſæus. Noſtri duces filij prophetarum, & Rachabitæ.

Monachorum primi duces.

3. Reg. 1.

Sapientiæ ſtudio inuigilandum. epi. 2. tom. 1.

§. III.

QVòd ſapientia magis expetenda ſit, quàm eloquentia, & magis ſtudium ſacrarum literarum, quàm ſecularium. Hieron. in epiſtola ad Nepotianum. Dauid frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis, & niſi complexu adoleſcentulæ non tepeſcit. Quæ eſt igitur iſta Sunamitis vxor, & virgo tam feruens, vt frigidum calefaceret, tam ſancta, vt calentem ad libidinem non prouocaret? Exponat ſapientiſsimus Salomon patris ſui delitias, & pacificus bellatoris viri narret amplexus. Poſside (ait) ſapientiam, poſside intelligentiam. Ama illam, & ſeruabit te. Omnes pene corporis virtutes mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia cætera decreſcunt. Ieiunia, vigiliæ, eleemoſynæ, chameuniæ: huc illúcque diſcurſus, peregrinorum ſuſceptio, defenſio pauperum, inſtantia orationum, & perſeuerantia, viſitatio languentium, & operatio manuum, & cuncta, quæ per corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico, quod in iuuenibus frigeat ſapientia, quæ in pleriſque ſenibus ętate marceſcit: ſed quòd adoleſcentia multa corporis bella ſuſtineat, & inter incentiua vitiorum & carnis titillationes, quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocetur, vt ſuum non poſsit explicare fulgorem. Senectus vero eorum qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerũt, & in lege Domini meditati ſunt die ac nocte, ætate fit doctior, vſu certior, proceſſu temporis ſapientior, & veterum ſtudiorum dulciſsimos fructus metit.

Prouc. 4.

Enumeratio bonorum operum.

Senectus quæ prudens.

Vnde & ſapiens ille vir Græcię Themiſtocles cum expletis centum & ſeptem annis, ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tunc egrederetur de vita, quando ſapere cœpiſſet. Porro Sunamitis in lingua noſtra coccinea dicitur, vt ſignificet calere ſapiẽtiam, & diuina lectione feruere. Quorſum hæc tam longo repetita principio? Ne à me quæras declamationes pueriles, ſententiarum floſculos, verborum lenocinia, & per fines capitulorum ſingulorum acuta quædam breuitérque concluſa, quæ plauſus & clamores excitent audientium. Amplexetur me modo ſapiẽtia, & Abiſag noſtra, quæ nunquam ſeneſcit, in meo requieſcat ſinu. Audi ergo (vt beatus Cyprianus ait) non diſerta, ſed fortia. Audi fratrem collegio, patrem ſenio. Hæc ille.

Eloquentiſsimus vir eloquentiam ſpreuit.

D. Hieronymus quatenus profana ſtudia damnet.

§. IIII.

REprehendit autem idem Hierony. ſtudium Gentilium ſeu ſæcularium literarum, non ſimpliciter ex toto, ſed nimium, vel ob finem indebitum, ſcilicet ob delectationem eloquentiæ, vel oſtentationem gloriæ non ad eruditionem, vel per omiſsionem ex hoc magis vtilium & congruentium ſuo ſtatui, vnde & ipſe Hieron. ait ad Damaſum ſuper euangeliũ de prodigo. Sacerdotes Dei, omiſsis euangeliis & prophetis videmus comœdias legere, amatoria, Bucolicorũ verſuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris eſt neceſsitatis, crimen in ſe facere voluptatis. diſt. 37. Sacerdotes.

A.C. 380.

Hier. epi. 146. ad Dam. to. 3.

Idem cap. ſeq. Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui phyſicus perſcrutator oculos trans cælum leuat, & vltra profundum terrarum & abyſsi in quoddam inane demergitur, qui iambum ſtruit, qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & congerit, & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit, qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento cui ſit relicturus ignorat?

Hier. li. 2. comm in ep. ad Ephe. in c. 4. tom. 9.

Idem ſuper Eſai. cap. ſeq. Sicera inebriantur, qui abutuntur ſæculari ſapientia, & dialecticorũ tendiculis, quæ non tam tendicula ſunt appellanda, quàm phaſinata, id eſt vmbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt & reſoluuntur. Et figuratæ ſunt ſecundum ipſum Hiero. per ſiliquas, quas porci manducabant, quibus prodigus ille euangelicus cupiebat implere ventrem ſuum, nec poterat. Cibus enim dęmonum eſt talis doctrina, quę mentem inflat non ſatiat. Sed ad debitum finem & debito modo talibus ſtudere non arguit Hieron. ſed ſuper epiſtolam ad Titum inquit. Si quis grammaticam artẽ nouerit, vel dialecticam, vt recte loquendi rationem habeat, & inter vera & falſa diiudicet, non improbamus. Geometria & arithmetica & muſica habent in ſua ſcientia veritatem, ſed non eſt ſcientia illa pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legẽ, ſcripturas intelligere, prophetas, euangelio credere, apoſtolos non ignorare, diſt. 37. ſi quis. & cap. ſeq. dicit de Daniele & ſociis eius. Diſcant ea mente doctrinam Chaldaicam, qua Moyſes omnem ſapientiam Aegyptiorum didicerat. Diſcant autem, non vt ſequantur, ſed vt iudicent atque conuincant. Quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos velit ſcribere imperitus μαθήσεως, riſui pateat, & aduerſus philoſophos diſputans, ſi ignoret dogmata philoſophorum. Hæc ille.

Siliquæ quas porci mãducãt, ſæcularem doctrinã figurant. Hie. epiſt. 146. to. 3. Luc. 15.

Hæc duo ſunt pontificis opera, ait Hiero. ſuper Leuiticum, vt à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando, aut populum doceat, ſed illa doceat, quæ ipſe à Deo didicerit, non de proprio corde vel ex humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus quod facit Moyſes. Ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat, & donec orat vincit populus eius. Si dimiſerit & relaxauerit manus, vincitur populus eius [& fugatur.] Oret ergo ſacerdos indeſinenter, vt vincat populus eius, qui ſub eo eſt, vt vincat hoſtes inuiſibiles Amalechitas, id eſt, dæmones, diſt. 36. Si quis.

Orig ho. 6. in ca. 8. Leuit. to. 1.

Sacerdotis officia. Exo. 17.

De

A.C.380.

§. V.

Clerici etymon. epi.2.to.2.

DE vita & moribus clericorum Hieron. ad Nepotianum. Clericus, qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ primo interpretetur vocabulum ſuum, & nominis interpretatione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim κλῆρος græcè, latinè ſors dicitur, propterea clerici vocantur, vel quia de ſorte domini ſunt, vel quia dominus ipſe ſors eorum eſt, id eſt pars clericorum. Tales igitur exhibere ſe debent, vt poſsideant dominum, & ipſi à Domino poſsideantur. Qui poſsidet dominum, B & cum propheta dicit, Pars mea dominus, nihil extra dominum habere poteſt. Quod ſi quippiam aliud habuerit præter dominum, eius pars non erit Dominus. Verbi gratia. Si aurum, ſi argẽtum, ſi poſſeſsiones, ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus pars eius Dominus fieri non dignabitur. hæc 12. q. 1. clericus.

Pſal. 15.

Clericus negotiator eſſe nõ debet. ibid.

Et iterum negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum factum, quaſi quandam peſtem deuita. diſtinctio. 88. negotiatorem.

Epiſcopi gloria eſt prouidere pauperibus. ibi.

Et infra: Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus C prouidere, ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo, & tugurio ruſticano, qui vix milio & cibario pane rugiẽtem ventrem ſaturare poteram, nunc ſimilam & mella faſtidio.

Et infrà: Multi ædificãt parietes, & columnas eccleſiæ ſubſtruunt, marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla eſt electio. Neque vero mihi aliquis opponat diues in Iudæa templum, mẽſam, lucernas, & thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabricata, tunc hæc D probabantur à Domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguinis pecudum erat remiſsio peccatorum, quamquam hæc omnia præceſſerint in figura, ſcripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus ſuæ pauper dominus dedicauerit, cogitemus crucem eius & delitias lutum putabimus.

Deteſtatur ſacerdotum auaritiam. ibi. circa finem.

Et infrà: Amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiam fraudare ſacrilegium. Accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis illud reſeruare, vel timidum eſt vel cautum. E Aut (quod apertiſsimi ſceleris eſt) exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat.

Et infrà: Socrates (alias Crates) ille Thebanus, homo quodam ditiſsimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnũ auri pondus abiecit: nec putauit ſe poſſe & virtutes ſimul & diuitias poſsidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus venter facile de ieiuniis diſpu F tat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt, hæc omnia Hiero. 12. q. 2. gloria epiſcopi.

Idem ad eundem. Eſto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parentẽ ſuſcipe. Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe ſciant, non dominos. Honorent clericos, quaſi clericos, vt ipſis epiſcopis à clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitum eſt

A.C.380.

A illud oratoris Domitij. Cur ego te habeam (inquit) vt principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem? Quod Aaron & filios, hoc epiſcopum & presbyteros eſſe nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum, vnum ſit etiam miniſterium. Recordemur ſemper, quod Petrus apoſtolus præcepit ſacerdotibus, Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum. Neque turpis lucri gratia, neque vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo, vt cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſsibilem gloriæ B coronam. Peſsimæ conſuetudinis eſt in quibuſdã eccleſiis tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui, quaſi aut inuideant, aut eos non dignentur audire, ſed ſi aliud (inquit Apoſtolus Paulus) fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat. Gloria patris filius ſapiens. Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo, cum tales elegerit ſacerdotes, hæc diſt. eſto.

1. Pet. 5.

Præſentibus epiſcopis presbyteri poſſunt concionari.

1 Cor. 14.

Prou. 10.

Idem ad Lucinium diſt. 12. illud. [a] Illud breuiter te admonẽdum puto, vt traditiones eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant: ita putes obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt. Nec aliC quorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti.

Idem: Hoſpitiolum tuum, aut nunquam aut raro mulierum pedes terant, quia non poteſt toto corde habitare cum Deo, qui fœminarum acceſsibus delectatur: fœmina conſcientiam ſecum pariter inhabitantis exurit. Nunquam de mulierum formis diſputes, fœminæ nomen tuum neſciant. Fœminam, quam videris bene conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere. diſt. 32. hoſpitiolum.

Mulierũ ſuſpecta familiaritas. epi. 2 to. 1. ante mediũ. & ad Ocea. to. 4.

D Idem, omnes puellas & virgines Chriſti aut æqualiter ignora aut æqualiter dilige. Vide ne ſub eodẽ tecto maneas, nec in præterita caſtitate cõfidas, quia nec Dauide ſanctior, nec Sãſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapiẽtior. Memento ſẽper quod paradiſi colonum de propria poſſeſſione mulier eiecit. Si propter officium clericatus aut vidua à te viſitatur, aut virgo, nunquam domum ſolus introeas, ſolus cum ſola ſecreto, & abſque arbitro vel teſte non ſedeas, tales quoque habeto ſocios, quorũ contubernio non infameris. [Si lector, ſi pſaltes, ſi acolythus te ſequi E tur,] non veſte, ſed moribus ornentur, nec calamiſtro criſpent comas, ſed pudicitiam habitu polliceantur. Caueto omnes ſuſpiciones, & quicquid contra te probabiliter fingi poteſt, ne fingatur ante deuita. Crebra munuſcula, & ſudariola, &

1. Cor 7. lib. 1. aduerſus Iouin. tom. 2. paulo poſt principium. In epi. 2. to. 1. ſere in medio. 2 Reg. 11. Iud 16. 3. Reg. 11. Geneſ. 3.

a Quàm ſunt alieni à doctrina D. Hieron. qui traditiones omnes conculcant, & pro nihilo ducunt. de quibus idem Hierony. ſic ſcribit in dialo. aduerſus Lucifer. An neſcis eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptizantis poſtea manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus ſanctus. Exigis, vbi ſcriptum ſit in F *Actibus Apoſtolorũ. Etiamſi ſcripturæ auctoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſia obſeruantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerunt. Talem traditionem eſſe ieiunare Quadrageſimã ſcribit epiſt. 54. tom. 2. Nos vnam dicens, Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus.*

Act. 8. & 19.

faſciolas

A.C.38?.

faſciolas, & veſtes ori applicitas & oblatas, ac deguſtatos cibos, blandaſque & dulces literulas ſanctus amor non habet. Mel meum, lumen meũ, meũq; deſideriũ: & oẽs delicias & lepores, & riſu dignas vrbanitates, & cæteras ineptias amatorũ in comœdiis erubeſcimus, in ſæculi hominibus deteſtamur, [a] quanto magis in clericis & in monachis; [quorum & ſacerdotum propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio.]

Quã clericis ſit pernicioſa mulierum familiaritas. tom. 4.

Idem ad Oceanum. Prima tentamenta clericorum ſunt mulierum frequẽtes acceſſus. Nociuum genus fœmina, ianua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſsio. Flammigero igne percutit, cum proximat. Stipula ignem incendit, exuritque fundamenta montium. Ego iudico, ſi cum viris fœminæ habitent, non deerit viſcarium diaboli. Remotio igitur viri, caſtitatis collocat arma. Tecla poſt tentationem paſsionis Antiochiæ cum Paulo prohibetur pergere.

Et idem ad Nepotianum. Diuinas ſcripturas ſæpius lege, immo de manibus tuis nunquam ſacra lectio deponatur. Diſce quod doceas, permane in his quæ didiciſti. Non confundant opera tua ſermonem tuum, ne cum in eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat. Cur ergo hæc, quæ dicis, non facis? Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de ieiuniis diſputat. Accuſare auaritiam & latro poteſt [ſacerdotis Chriſti os, mens, manúſque concordent.] Docente te in eccleſia, non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorum laudes tuæ ſint. Sermo presbyteri ſcripturarum lectione conditus ſit. Nolo te declamatorem eſſe, & rabulam garrulúmque ſine ratione, ſed myſterij peritum. Attrita frons interpretatur ſæpe, quod neſcit, & cum aliis perſuaſerit, ſibi quoque vſurpat ſcientiam. Nihil tam facile quàm vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur. Ornatus vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. [Non abſque amictu lineo incedere, ſed pretium veſtium linearum non habere laudabile eſt. Ruſticus & ſimplex frater non ideo ſe ſanctum putet, quia nihil nouerit, & eloquens linguæ non æſtimet ſanctitatem.] Melius eſt è duobus imperfectis ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. Conuiuia tibi vitanda ſunt ſecularium, maxime eorum qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi & pauperis, & qui cibo quoque veſcebatur alieno, lictores conſulum & milites excubare, iudicémque prouinciæ melius eſt apud te prandere, quàm in palatio.

Cõcionator quis maxime probetur.

Idem: & habetur de conſe. diſt. 5. ſint tibi 2. Sint

a Nota hìc D. Hierony. in clericis & monachis eandem continentiæ obſeruationem exigere, vt intelligas vtroſque eo ſæculo ab omni coniugio abſtinuiſſe, quod certa quadam voti obligatione fieri ſolitum, ſatis indicat verbum propoſitum. Nam propoſitum eſt ibi id quod ait Apoſto. 1. Corint. 7. Nam qui ſtatuit in corde firmus nõ habens neceſsitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & id iudicat in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Deniq; propoſitũ pro conſtanti & firma in aliquo viuendi inſtituto voluntate ſumus. Horatius libro tertio Carm.

Iuſtum & tenacem propoſiti virum. & alij paſſim.

tibi ieiunia pura, caſta, ſimplicia, moderata: & non ſuperſtitioſa ieiunia continua, id eſt quotidie prandere, quotidie eſurire. Ieiunium curat vulnera delinquentis, curatóſque ſanctificat.

Ieiunia qualia eſſe debeãt. ibi. non procul à fine.

Idem, ſint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens. Nihil enim prodeſt biduo vel triduo vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur. de conſecratione, diſtinctione quinta, ſint tibi. 1.

Idem in eadem. Caue ne linguam aut aures habeas prurientes, id eſt, ne aliis aut ipſe detrahas, aut alios audias detrahentes. Et ſcito, quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua ſententia iudicatis. Neque vero illa eſt iuſta excuſatio referentibus aliis ego iniuriam facere non poſſum. Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nunquam figitur, interdum reſiliens percutit dirigentem. Nunquam de formis mulierum diſputes. Nec alia domus, quid agatur in alia, per te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos, antequam doceat, & in verba ſua iurare compellit. Extorquet ſacramento ſilentium, ſermonem, inceſſum, manſuetudinis habitum, moréſque deſcribit, quanto magis nos, quibus animarum cura commiſſa eſt? Omnium Chriſtianorum domos debemus amare quaſi proprias. Conſolatores nos potius in mœroribus ſuis, quàm conuiuas in proſperis nouerint. Facile contemnitur clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium, non recuſat. Hęc omnia habentur apud diuum Hieronymum in dicta epiſtola.

In ep. 22. ad Euſt. to 1. ſatis procul ab initio.

Hippocratis iuramentũ vide in initio operũ eius.

Quàm nihil nos debeat à Chriſti ſequela retrahere. ep. 1. tom. 1. ſtatim ſere in initio.

§. VI.

DE contemptu ſæculi ad Heliodorum Hiero. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine & ſciſsis veſtibus vbera, quibus te lactauit, mater oſtendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Summum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Faciliter rumpit hæc vincula amor Chriſti, & timor gehennę. At contrà Scriptura præcipit parentibus obſequendum, ſed quicunque eos ſuper Chriſtum amat, perdit animam ſuam. Gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Et infra idem. Paupertatem times, ſed beatos pauperes Chriſtus appellat. Labore terreris? at nemo athleta ſine ſudoribus coronatur. De cibo cogitas? ſed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiuniis membra collidere? ſed Dominus tecũ iacet. Squallidi capitis horret inculta cæſaries, ſed caput tuum Chriſtus eſt. Infinita te terret eremi vaſtitas, ſed tu paradiſum mente deambula, quotieſcunque illuc contenderis cogitatione, toties in eremo non eris. Et, vt breuiter ad cuncta Apoſtolum audias reſpondentem, non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Delicatus es frater, ſi & hic vis gaudere cum ſæculo, & poſtea regnare cum Chriſto. Veniet, veniet illa dies, qua [iudicaturo domino] tubæ vocem pauebit terra cum populis, lugubre mundus immugiet. Potentiſsimi quondam reges

Inanes ſęcularium tationes diluũtur. Exo 20. Mat. 10.

Cauillationibus tep'tium ſatisfacit. circa finẽ. Mat. 5.

Rom. 8.

A.C. 380.

nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole A ſua vera. Tunc ignitus Iupiter, adducetur & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis, Ariſtotelis argumēta non proderunt. Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis: ridebis, & dices. Ecce crucifixus Deus meus. Ecce iudex, qui obuolutus pannis in præſepio vagijt. Hic eſt ille operarij, & quæſtuariç filius. Hic qui fugit in Aegyptū, hic veſtitus cocçino, hic ſentibus coronatus, hic magus, & dæmonium habens, & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras, cerne latus Romane, quod foderas.

Mediocre bonū nō eſt maiori præferendū.

Idem Hiero. de conſe. diſt. 5. non mediocriter. Non mediocriter errat, qui minus bonum præfert meliori. Noone rationabiliter homo dignita- B tem amittit, qui vel ieiunium caritati, vel vigilias præfert ſenſuum integritati, vt propter innocentiam immoderatam, & indiſcretam pſalmorum vel officiorum decantationem, aut amentiæ aut triſtitiæ notam incurrat? Nunquid verborum flecti multitudine Deus vt homo poteſt? Non enim verbis, ſed corde orandus eſt Deus. Quapropter melior eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate ac ſerenitate, ac ſpirituali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis atque triſtitia.[a] Cum igitur pro cunctis animabus pſalmus, vel miſſa dicitur, nihil C minus, quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur. Audiant itaque, qui ea quę neceſſaria ſunt corpori ſubtrahunt, illud quod per prophetam dominus loquitur. Ego dominus odio habens rapinam holocauſtorum. De rapina holocauſtum offert, qui temporalium bonorum: ſiuę ciborum nimia egeſtate, vel manducandi, vel ſomni penuria corpus ſuum immoderatę affligit. Videat itaque, quid dicat apoſtolus. Carnis curam

Hæc ſunt apud D. Hiero. in reg. mon. ca. de cōtempla.

Iſa. 61.

Rom. 13.

a Quamquam hic locus ex eo opere D. Hieron. ſit allatus, de quo dubitatur nomen, illo ſaeculo tritum D fuiſſe compertiſſimum eſt. Nam imprimis ipſe D. Hieron in 11. cap. Prouerb. illud habet, inquiens. Notandum autē quod & ſi impiis poſt mortem ſpes venia non eſt, ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui, vel pœnis videlicet caſtigari, vel ſuorum precibus & eleemoſynis, miſſarumq́, celebrationibus. Vbi nota interim purgatorij pœnus & animas viuorum ſuffragiis poſſe iuuari. Habet illud item D. Ambro. epiſt 33. & D. Auguſt. ſerm. de temp. 51. & 91. & 137. denique Victor Vticenſis nomen Miſſa habet. lib. 2. de perſecut. Vandal. ex E quo illud habet D. Anton. tit. 11. cap. 10. §. 5. Locum hunc autem ſic explicat Sot. lib. 9. de iuſtit. & iur. q. 2. art. 2. Illud demum Hieronymi verbum, arbitror eodem modo ſoluendum, quo ſecundum S. Thomam aliud nuperrimè ſoluebamus. Nempe quòd ſi oblatio aſtimetur ex radice caritatis viuentis mem bra Eccleſia, non minus prodeſt ſingulis, ſi offertur pro multis, hoc eſt meritum caritatis offerentis aqualiter ſingulos iuuat, quia extenſione non minuitur: ſi tamen conſideretur in ratione ſatisfa- F ctionis, ac ſolutionis debita ad tales perſonas applicata, non tantùm prodeſt, ac ſi ſingulis applicaretur. Haud enim negaret Hieron. quin ſi hunc Pſalmum pro vno recitares, mox eundem rurſus pro alio, atque iteratò pro alio, plus prodeſſet ſingulis, quàm ſi vnum diceres pro omnibus tribus. Hac ille.

A ne feceritis in concupiſcentiis veſtris.

Ciborum deliciæ ſi abundauerint lędunt. in 2. aduerſus Iouin. ſatis procul ab initio.

Idem de conſec. diſt. 5. ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſtos magno partos & perditos labore doleamus, oleorum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus eſt, & arte impenduſque coquorum non indiget; & ſine cura ſuſtentat humanum genus, moderateque ſumptus, (quia nec auide deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet,) leuiori digeſtione decoquitur. Nemo enim vno aut duobus cibis, hiſque vilibus, vſque ad inflationem vētris oneratur, quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione concipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad eſum ſui pro explenda eſurie B quaſi captiuos trahunt, Onde & morbi ſatietate nimia generantur. Multique impatientiam gulæ, vomitu remediantur, & quod turpiter ingeſſerūt, turpius egerunt. Hippocrates docet in aphoriſmis. Craſſa & obeſa corpora, quæ creſcendi menſuram impleuerint, niſi cito ablatione ſanguinis immuātur, in paralyſim & peſsima morborum genera erumpere. Et idcirco neceſſariam demptionem eſſe, vt rurſum habeant, in quæ poſsint creſcere. Non enim in vno ſtatu manere natura corporum poteſt, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere, nec poſſe viuere animam, niſi creſcendi C capax ſit. Hæc ille. Idem ad Donionem contra quemdam qui ei detrahebat, eo quod contra Iouinianum ſcripſerat, ait. [Scribis monachum imo neſcio quem de triuio, de compitis, de plateis circumforaneum, rumigerulum, vafrum tantum ad detrahendum, qui per trabem oculi ſui feſtucam alterius nitatur eruere.] Concionari aduerſum me, & libros quos cōtra Iouinianum ſcripſi, canino dente rodere. Stultus ego qui ſine cauſa Gregorium Nazianzenum & Didymum in ſcripturis ſanctis catechiſtas habui. Nihil mihi profuit Hebræorum eruditio, & ab adoleſcentia vſque in hanc ętatem quotidiana in lege, prophetis, D euangelicis apoſtolis meditatio. Inuentus eſt homo abſq; pręceptore perfectus [illegible], qui eloquentia Tullium, argumentis Ariſtotelem, prudentia Platonem, eruditione Ariſtarchum, multitudine librorum Chalcenterum, Didymum ſcientia ſcripturarum: omnes ſui temporis vincat tractatores. Denique dicitur materiam poſcere, & Carneadeum aliquid referens, in vtramque partem hoc eſt, & pro iuſtitia & cōtra iuſtitiam diſputare. Quæſo igitur te pater cariſsime, vt moneas eum ne loquatur contra pro- E poſitum ſuum, ne caſtitatem habitu pollicens verbis deſtruat, ne virgo vel continens (ipſe enim viderit quid ſe iactet eſſe) maritatas virginibus cōparet.[b] Miror autem non erubeſcere iuuenem & monachum, vt ſibi videtur diſertum, cuius de ore

Carpit quemdam qui eius libris detrahere auſus fuerat. ep. 51. to. 2. ſtatim in initio.

Eruditio Hieronymi.

b Quantum admiratus fuiſſes, ô bone Hieronyme monachum noſtri ſaeculi, omnium turbarum & ſeditionum auctorem, qui non tuis ſolum libris eruditiſsimis detrahere auſus eſt, atque caſtitati omni & ſacra religioni bellum indicere, ſed cum in om- F nem fuiſſet pietatem debacchatus, eo proceſsit amētiæ, vt monachus, profeſſus, ſacerdos, ſacra Theologia doctor annis vt puto, ſatis grauis, virginem ſacram profeſſam virginitatem, & ſacri virginū chori ducem ſit auſus innuptis & inceſtis ſibi nuptiis copulare, & publicè retinere, ex eáque liberos gignere.

veneres

A.C. 380.

venetes fluunt, & qui tanto in ſermocinando eleganti æ eſt, vt comico ſale ac lepore conſperſus ſit luſtrare nobilium domos, hærere ſalutationibus matronarum, religionem noſtram paganam facere, & fidem Chriſti contentione torquere verborum, atque inter hæc fratri ſuo detrahere. Parcat ſibi, parcat mihi, parcat nomini Chriſtiano. Monachum ſe eſſe, non loquendo & diſcurſando, ſed tacendo & ſedendo nouerit. Non damno nuptias, non damno coniugium, ſed volo omnes, qui forſitan propter timores nocturnos ſoli cubitare nó poſſunt vxores ducere. hæc ille. Quod debet quilibet timere & cauere pericula animæ: Hiero. ad Euſtochium 32. q. 5. ſi Paulus. Si Paulus apoſtolus, vas electionis, & ſeparatus in euangelium Chriſti, ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum reprimit corpus ſuum, & in ſeruitutem ſubiicit, ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniatur, & tamen videt aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in lege peccati. Si poſt nuditatem, ieiunia, famé, carceres, & flagella, & ſupplicia in ſemetipſo reuerſus clamat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tu te putas ſecuram eſſe debere? Caue quæſo ne quando dicat de te Deus. Virgo Iſrael cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eam. Audenter dicam, cum omnia poſsit Deus, ſuſcitare virginem poſt ruinam non poteſt. Valet quidem liberare de pœna, ſed non vult coronare corruptam. Hæc ibi.

Quiſtum ſit de ſui ipſius lapſu pertimeſcẽdũ epi. 22 to. 1. paulo poſt initium.

1. Cor. 9. Rom. 7.

Amos 5.

Idem in eadem epiſtola. Nolo tibi venire ſuperbiam de propoſito, ſed timorem. Onuſta inccedis auro, latro vitandus eſt. Stadium eſt vita hæc mortalibus, hic contẽdimus, vt alibi coronemur. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. En inebriatus eſt (inquit dominus) gladius meus in cælo, & tu pacem arbitraris in terra quæ tribulos generat & ſpinas, quam ſerpens comedit? Magnis inimicorum circundamur agminibus, hoſtium plena ſunt omnia. Caro fragilis & cinis futura poſt modicum pugnat ſola cum pluribus. Quod ſi te eorum multitudo turbauerit, & ad ſingula incitamenta vitiorum cœperis æſtuare, & dixerit tibi cogitatio tua. Quid faciemus? Reſpõdebit tibi Heliſæus. Noli timere, quoniam plures ſunt nobiſcum, quàm cum illis, [& dicet. Domine aperi oculos puellæ tuæ.] Et apertis oculis videbis currum igneum, qui te ad exemplũ Heliæ in aſtra ſuſtollat, & tunc læta cantabis. Anima noſtra ſicut paſſer [erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.] & infrà. Rectius fuerat hominem ſubiiſſe coniugium, & ambulaſſe per plana, quàm ad altiora tendentem in inferni cadere profundum. Nolo ſinas cogitationem creſcere. Dum paruus eſt hoſtis, interfice. Nequitia elidatur in ſemine. Ne fiat obſecro ciuitas meretrix filia Siõ: ne poſt Trinitatis hoſpitium ibi dæmones ſaltent, & Sirenes nidificent, & hericij 32. q. 5. ſi Paulus.

Cur ſit virginib. timendũ. ibi. paulo ante.

Iſa. 34.

Gen. 3.

4. Reg. 6.

4. Reg. 2.

Pſal. 123.

Idem Hiero. in epiſtola ad Algaſiam ait, & allegatur 32. q. 2. ſicut ſemina. Sicut ſemina paulatim formantur in vtero & tamdiu non reputatur homo, donec elementa confuſa ſuas imagines membráque ſuſcipiant, ita ſenſus ratione conceptus niſi in opera prorupetit, adhuc in ventre retinetur, & cito abortio perit. Quod poſt baptiſmum poteſt quis peccare, & reſurgere ad pœnitentiam probat Hiero. per multas authoritates vtriuſque teſtamenti ſcribens contra Iouinianum contrarium aſſerentem, vnde & hæreticum. de pœn. diſt. 2. ſi cuim inquit. Vbi exponit Hier. illud verbum Io. Omnis qui natus eſt ex Deo, nõ peccat, quod Iouinianus pro ſe inducebat, quia ſcilicet intelligitur coniunctim, id eſt, dum permanet in natiuitate ſpirituali per gratiam, non peccat. Quomodo enim, ait Hiero. dies & nox miſceri non poſſunt, ſic nec iuſtitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Chriſtus, & Antichriſtus. Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio pectoris noſtri, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingreſſus fuerit diabolus, protinus recedit Chriſtus. Vnde & Dauid poſt peccatum. Redde (inquit) mihi lætitiam ſalutaris tui, quã ſcilicet amiſerat per peccatum, & infrà. Ipſe Ioã. in cano. 1. ait. Si peccauerimus, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Habemus (inquit) non habetis. Et non ſolùm pro Ioannis aliorúmque peccatis, ſed etiã pro totius mundi, in quo toto mundo & Apoſtoli erant, & omnes credentes. Ex quibus liquido comprobatur hominem, poſt baptiſmum poſſe peccare. Et infrà, quod ait Apoſtolus ad Hebr. Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, & guſtauerunt donum cœleſte: & participes facti ſunt Spiritusſancti, & prolapſi ſunt renouari ad pœnitentiam, iterum rurſus crucifigentes Dei filium [& oſtẽtui habentes. Certè eos qui illuminati ſunt, negare non poſſumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non poſſunt, quomodo nunc Apoſtolus dicit, & prolapſi ſunt?] Ergo & baptizati poſſunt labi in peccata. Sed ne Montanus & Nouatus hinc firment errorem ſuum, contendentes baptizatos non poſſe de peccatis poſt baptiſmum patratis per pœnitentiam veniam conſequi, ſoluit Apoſtolus hunc errorem ſubdens. Cõfidimus autem de vobis dilectiſsimi meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquamur. Nõ iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri &c. q. d. Apoſtolus, Loquutus ſum, vt retraherem vos à peccatis, & deſperationis metu facerem cautiores.

Peccatũ nõ eſt niſi cõſenſus rationis exiſtat. epiſ. 51. quæſt. 4. 10. 3.

A.C. 380.

Eos qui baptizati ſunt poſſe peccare probat D. Hier. contra Iouin. li. 2. to. 2. ſtatim in principio. 1. Ioan. 3.

Pſal. 50.

Quomodo nõ ſit impoſsibile eos, qui illuminati ſunt per pœnitentiam reuocari. Heb. 6.

Et infrà idem, Liberi [a] arbitrij nos condidit Deus, nec ad virturem, nec ad vitia neceſsitate

Liberum hominis arbitriũ. ibi. paulo poſt.

a Hic multa habes quæ ſunt doctrinæ hæreticorũ contraria, & in primis liberum arbitrium quod ſæpè D. Hierony adſtruit, ſed inter alia hæc ſunt eius verba in epiſt. 146 tom. 3. Qui dimiſit eis ſubſtantiam, ſignificantius in Græco legitur, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ βίον. id eſt, dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriæ libertatem, & vt viueret vnuſquiſque non ex imperio Dei, ſed ex obſequio ſuo, id eſt non ex neceſsitate, ſed ex voluntate, vt virtus haberet locum, vt à cæteris animantibus diſtaremus, dum ad exemplum Dei permiſſum nobis eſt facere, quod velimus, vnde & in peccatores æquũ iudiciũ, & in ſanctos & iuſtos iuſtũ præmiũ retribueretur. Habes hic etiam Deũ mali nequaquam eſſe auctorem, ſed illius incentiua, & quaſi ſemina in nobis exiſtere, perfectionem verò à diabolo proficiſci, hoc item D. Hieron. adſtruit in 2. aduerſus Pelagianos dicens. Phariſæorum eſt hoc ſupercilium, vt peccata propriæ voluntatis referant ad conditoris iniuriam, & illius iuſtitiam calumnientur. 3. habes Deum nos adiuuare, vt peruenire valeamus ad calcem, id eſt, ſicut ait Apoſtol.

A C.380. *1.Corint 3. Θεοῦ γὰρ ἐσμεν συνεργοί. id eſt, nos ſumus* A
cooperatores Dei. Sic ad Cteſiphontem idem dicit.
Velle & currere meum eſt, ſed ipſum meum ſine
Dei auxilio non erit meum. Dicit enim idem Apo-
Philip.2 *ſtolus. Deus eſt qui operatur in nobis, & velle &*
perficere. & multa alia contra Pelagianos in hanc
ſententiam ibidem reperies. Hinc habes non certā
eſſe, & ſecuram virtutum poſſeſſionem, & proinde
illos turpiter falli, qui vnumquemque ſecurum de
ſua ſalute eſſe iubent. plura in hanc ſententiā ſcri-
bit D Hieron epiſt 4 quæ § 2. D. Aug retulit. &
22.epiſt. quæ ſunt paulò ante in hoc ipſo §. recitata. B
Denique hic habes meritum boni operis, quod ad-
uerſum Iouin. multis in locis adſtruit D Hiero. &
lib 1.aduerſus Pelagianos. Putamus ne vnam &
eandem in vtroque (ſcilicet Paulo & Timotheo)
fuiſſe iuſtitiam & non plus habere meritorū eum,
Joan 14. *qui plus omnibus laborauit? Multæ māſiones ſunt*
apud Patrem, quia & merita diuerſa. Hæc ille.

trahimur. Alioquin vbi neceſsitas eſt, ibi nec co-
rona eſt. Sicut autem in bonis operibus perfe-
ctior eſt Deus. Non enim eſt volentis, nec curren
Rom. 9. tis, ſed Dei miſerentis, & adiuuantis, vt peruenire C
Deus non eſt auctor peccati. valeamus ad calcem. Sic in malis atque peccatis
ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio dia-
1.Corin 3. boli. Cùm viderit nos ſupra fundamentum ædi-
ficare fœnum, ligna, & ſtipulam, tunc ſupponit
incendium. Ædificemus aurum, argentum, & la-
pides pretioſos, & tentare non audebit: quam-
quam & in hoc non ſit certa, & ſecura poſſeſsio.
Pſal 9. Sedet enim leo in inſidiis, vt interficiat inno-
centem.

Antiqui patres eiuſdem cū nobis meriti. ibid paulo poſt. Et infrà. Quis ignorat ſub altera Dei diſpen-
ſatione omnes retro ſanctus eiuſdem fuiſſe me-
riti, cuius nunc Chriſtiani ſunt? Quomodo antè D
Abraham placuit in coniugio, ſic nunc virgines
placent in perpetua caſtitate. Seruiit illi legi &
tempori ſuo, ſeruiam us & nos Euangelio & tem-
1. Cor 10. pori noſtro: in quo fines ſeculorum decurrerunt.
Dauid electus ſecundum cor Domini, qui om-
nes eius fecerat voluntates, tentatus à diabolo
poſt peccatum pœnitens loquitur. Miſerere mei
Pſal 50. Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.
Magnum peccatū, magna vult miſericordia de-
3 Reg. 11. leri. Salomon amabilis Domino, & cui Deus bis
fuerat reuelatus: quia amator fuit mulierū, à Dei E
4 Paral 33 amore diſceſsit. Manaſſen impiiſsimum regem
poſt captiuitatem Babylonicam in priſtinam di-
gnitatem liber dierum reſtitutum refert. Vir ſan-
4 Reg. 23. ctus Ioſias in campo Magedo à rege Aegyptio
Zach 3. Ieſus filius Ioſedech figura Chriſti. confoditur. Ieſus quoque filius Ioſedech ſacer-
dos magnus, quamquam in typo præceſſerit ſal-
uatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenā
ſibi ex gentibus copulauit Eccleſiam: tamen ſe-
cundum literam poſt ſacerdotium ſordidatus in-
ducitur, & ſtat diabolus à dextris eius, & candi-
da illi deinceps veſtimenta redduntur. Superfluū
eſt de Moyſe & Aaron ſcribere, quod ad aquam F
Num. 20. contradictionis offenderint Deum, & terram re-
promiſsionis non intrauerint. Quid enim ſi ille,
qui in paradiſo delitiarum inter nouem nutritus
lapides, vulneratus eſt, Lucifer de monte Domini
Iſa. 14. ad inferna deſcendit. Si altiſsima illa ſublimitas
cecidit, quis cadere non poteſt? Si in cœlo ruina:
quanto magis in terra? Hæc autem omnia Di-
uus Hieronymus, de pœnitentia, diſtinctione 2.
ſi enim.

A C.380. Idem Hieron. ad Ruſticum. de pœnit. diſtin. 3.
Prouer. 24 ſepties. Septies in die cadit iuſtus, & reſurget. Si
iuſtus, quomodo cadit? Si cadit, quomodo iu-
ſtus? Sed iuſti vocabulum non amittit, qui per
pœnitentiam ſemper reſurgit, & non ſolum ſe-
pties, ſed etiam ſeptuagieſepties. Gloſ. exponit
Deus peccatori pœnitēti miſericors. li. 2. cōm. in Thren. in c. 3 paulò ante medium. tom. 5. iſtum caſum ſeu lapſum tripliciter. Vno modo
pro aduerſitate, & tunc dicitur cadere à proſpe-
ritate. Secundò modo pro mortali peccato, &
tunc cadit à caritate. Tertio modo pro peccato
veniali, & tunc cadit ab aliqua puritate. Et
B ponitur numerus determinatus pro indetermi-
nato.

Pœnitētia ſecunda poſt naufragiū tabula. li. 2. cōmen. in Iſa. in c 3. ſe è in med. to. 5. Idem Hieron. de pœnit. diſt. 1. quia. Quia diui-
nitatis natura clemens eſt & pia, magiſque ad in-
dulgentiam, quàm ad vindictam prona: ſi quis
poſt lapſum peccatorum ad veram pœnitentiam
ſe conuerterit: citò à miſericordi iudice veniam
impetrabit. Idem diſtinct. ca. ſecunda.[a] Secunda
poſt naufragium tabula, eſt culpam ſimpliciter
confiteri.

a Sic in epiſto. 8 ad Demetr. Verum, inquit, nos
C *ignoramus pœnitentiam, ne facile peccemus. Illa*
quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris tabula ſit,
ut virgine integra ſeruetur nauis. Hanc porrò eſſe
Pœnitētia eſt ſacramentum. *ſacramentum ſatis indicat lib 2. aduerſus Pelag.*
Et qui ligna inquit cædit, ſi ſecuri ac ferro fugiēte
Deute. 19. *de illo homo fuerit occiſus, pergere iubetur ad vr-*
bem fugitiuorum, & tamdiu ibi eſſe, quamdiu ſa-
cerdos maximus moriatur, id eſt redimatur ſangui-
ne Saluatoris, aut in domo baptiſmatis aut in pœ-
nitentia, quæ imitatur baptiſmatis gratiam, per
ineffabilem clementiam Saluatoris. Tres porrò pœ-
nitentiæ partes indicat, & imprimis contritionem
D *inquiēs epiſt. 8 quam aſſumere iubetur, & Tyrus*
multis peccatorum confoſſa vulneribus, vt agat pœ
nitentiam, & maculas fœditatis cum Petro amaris
lachrymis abluat. Confeſsionem verò epiſto. 30. de
Fabiola ſic ſcribens. Sed quid ego in abolitis & an-
tiquis moror, quærens excuſare culpam, cuius pœni
tentiam ipſa confeſſa eſt. & epiſt. 54. tom. 2. Rigidi
autem ſunt (loquitur de Montaniſtis) non quod
& ipſi peiora non peccent, ſed hoc inter nos & il-
los intereſt, quod illi erubeſcunt confiteri peccata,
quaſi iuſti, nos dum pœnitentiam agimus, facilius
E *veniam impetramus. Abſolutionem etiā peccato-*
rum à ſacerdotibus exhiberi ſolitam epiſto. 1 ſic
oſtendit. qui (ſcilicet ſacerdotes) claues regni cœ-
lorum habentes quodammodo ante iudicij diem iudi
cant. Satiſfactionē denique in epiſt. 30. de Fabiola
ſic declarat. Quis hoc, inquiens, crederet, vt poſt
mortem ſecundi viri in ſemetipſam reuerſa, ſaccū
indueret, vt errorem publicè fateretur, & tota vr-
be ſpectante Romana antè diem Paſcha, in baſilica
quondam Laterani ſtaret in ordine pœnitentium,
Epiſcopo, presbyteris, & omni populo collachryman
tibus, ſparſum crinē, ora lurida, ſqualidas manus,
F *candida colla ſubmitteret. Non eſt confuſa Dominū*
in terris, & ille eam non confundet in cœlo. Ape-
ruit cunctis vulnus ſuum, & decolorem in corpore
cicatricem flens Roma conſpexit, diſſuta habuit la-
tera, nudum caput, clauſum os. Non eſt ingreſſa
Eccleſiam Domini, ſed extra caſtra cum Maria Num. 12.
ſorore Moyſi ſeparata conſedit, vt quam ſacerdos Iſa. 47.
eiecerat, ipſe reuocaret. Deſcendit de ſolio delicia-
rum ſuarum, accepit molam, fecit farinam, & diſ-
calceatis pedibus trāſiuit fluenta lachrymarū. Fa-
ciem

A.C. 380. *ciem per quam ſecundo viro placuerat, verberabat, oderat gemmas, linteamina videre non poterat, ornamenta fugiebat: ſic dolebat quaſi adulteriũ commiſiſſet, & multis impẽdiis medicaminũ vnum vulnus ſanare cupiebat. hæc ille. multa alia proferri poſſent, ſed ego breuitati conſulo.*

Moderatio Dei. & ad Ruſtic. de 7. ord. Eccl. tom. 4. cap. de diac.

§. VII.

De miſericordia Dei & clementia erga pœnitentes. Hieron. ad Ruſticum. diſt. 93. diaconi. 5. ait. Moderatio Dei ac pietas ſolum noſtrũ reditum quærit, ac nos cupit longa ſua bonitate ſaluare. Quòd ſi non conuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi vſque ad mortem in peccatis perſeueramus, aſsiduè peccantium non miſeretur Deus.

D. Hier. ad Damaſũ, cui debeat in Syria cõmunicare conſulit. ep. 58. to. 2. Luc. 18. & 12. & 18. Ion. 3.

Idem Hieron. de pœnit. diſt. 1. importuna. Importuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri, & clauſo oſtio cum ſeris, licet media nocte ab amico amicus panes accepit. Deus ipſe, qui nullis contra ſe viribus ſuperari poteſt, publicani precibus ſuperatur. Niniuæ ciuitas, quæ peccato periit, fletibus ſtetit. [a] Quorſum iſta tam

a In hac Epiſtola ſatis indicat D. Hiero. Romani Pontificis ditionem certis Italiæ finibus illo ſæculo non fuiſſe concluſam: ſed transmarinas quoque regiones & ipſam Syriam, in qua ipſe degebat penetraſſe: eius verba ſunt. Ego igitur vt ante iam ſcripſi, Chriſti veſtem in Romana vrbe ſuſcipiẽs, nunc barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius de me hanc fuiſſe ſententiam, quod mererer ipſe conſtitui, verum, vt ait Gentilium poëta, Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit: ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, vt maiora in ſolitudine bella nunc patiar. Hinc enim præſidiis fulta mundi Ariana rabies fremit, hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat, monachorum circa me manentium antiqua in me ſurgit auctoritas. Ego interim clamito, ſi quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt. hæc ille. Epiſtola verò 57. ſic in totam Eccleſiam Romani pontificis adſtruit auctoritatem. Quamquam igitur tua me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A ſacerdote victimam ſalutis, à paſtore præſidiũ ouis flagito. faceſſat inuidia, Romani culminis recedat ambitio: cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor. Ego nullum primũ, niſi Chriſtũ ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri cõmunione conſocior, ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiã ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in Arca non fuerit, peribit regnante diluuio. & paulò pòſt. Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. hæc ille. Viderint igitur noſtri temporis hæretici, qui cum Romano pontifice tantùm abeſt vt colligant, vt apertè ab eo regiones prouinciasq́; quantum in ipſis eſt auellant & ſeparent, Chriſtine ſint, an Antichriſti. Multa alia aduerſus noſtri temporis hæreticos ex D. Hieron. obſeruari facilè poſſent, ſed vereor modũ excedere, cum præſertim quæcunq; ferè contra Iouinianum, Vigilantium, & Pelagianos ab ipſo ſcripta ſunt, ea noſtros hæreticos conficiant, qui illorum affines erroribus à D. Hier. cum illis pariter confutantur.

Hora. ep. 11. lib. 1.

Mat 16. Exod. 12. Gen. 7.

longo reperita principio? videlicet vt paruũ magnus aſpicias, vt diues paſtor morbidam ouem non contemnas. Chriſtus de cruce in paradiſum latronem intulit, & ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium. Chriſtus inquam, prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus in deſerto relictis, vna ouicula quæ remanſerat, humeris boni paſtoris aduehitur. Vbi vero peccator agnoſcens vulnus ſuum, medico tradiderit ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis. Hæc ibi.

A.C. 380. Luc. 23. Luc. 15.

Idem Hieron. ſuper Danielem de pœn. diſt. 1. quamobrem. Loquitur Deus per Hieremiam ſe mala minari ſuper gentem, & ſi bona fecerit, ſcilicet pœnitendo, minas in clementiam commutare. Rurſum ſe aſſerit polliceri bona agenti, & ſi mala fecerit, ſuam ſe dicit mutare ſententiam, non in homines ſed in opera, quæ mutata ſunt. Neque enim hominibus iraſcitur Deus, ſed vitiis, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum eſt. Et infrà. Cum Daniel præſcius futurorum, de ſententia Dei dubitet dicẽs, Si forte ignoſcat Deus peccatis ſuis, ſcilicet Nabuchodonoſor, rem temerariam faciunt, qui audacter peccantibus veniam pollicentur, & tamẽ Nabuchodonoſor bona facienti opera venia repromittitur.

Deus poteſt minas in clemẽtiam mutare. in c. 4. Dan. poſt medium. Hier. 18.

Idem ſuper librum Iudicum de pœni. diſtin. 1. vide. Vide benignum dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcentem, & ipſius pœnæ modũ iuſta & clementi libratione penſantem. Non in perpetuum tradit pœnæ delinquentes, (ſcilicet in præſenti,) ſed quanto tempore ſeruierunt Chuſanraſathaim, hoc eſt octo annis. Diſce, ô tu auditor quiſquis ille es, qui tibi conſcius es alicuius erroris, & quanto tempore erraſſe te noſti, & quanto tempore deliquiſti, tanto nihilominus tẽpore humilia teipſum Deo, & ſatisfacito ei, cõfeſsione pœnitentiæ. Non expectes, vt humiliet te Chuſam Raſathaim, id eſt timoris neceſsitas extorqueat pœnitentiam, ſed ipſe præueni tortoris huius duritiam, quia ſi te ipſe emendaueris, ſi te ipſe correxeris, plus eſt & miſericors, qui vindictam temperet ab eo, qui illam pœnitendo præuenit. Et illud conſideremus, quia non antequam clamauerunt, ſed poſtquam clamauerunt ad Dominum, ſuſcitauit eis ſaluatorem.

Deus miſericordiam cũ ſeueritate miſcet. Orig. ho. 3. in 2. & 3. ca. Iud. tom. 2.

Idem ſuper Exodum, de pœni. diſt. 1. & venit. Omnia quæ faciunt ſancti, in conſpectu Dei faciunt: peccatores autem fugiunt à conſpectu Dei ſicut Caim. Sancti ſi manducant & bibunt, in cõſpectu Dei faciunt, ſicut hic dicitur de Aaron, cũ venit ad manducandum cum ſocero Moyſi, & omnia quæ agunt, in conſpectu Dei agunt, etiam ſi peccauerint, ſicut egit ille qui ait, Dauid ſcilicet. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Hoc eſt autem facere malum in conſpectu Dei, quamcito pœnitere de commiſſo. Fugere autem à conſpectu Dei, eſt non conuerti, nec pœnitentiam agere.

Quomodo ſancti in cõſpectu Dei omnia faciat. mali verò fugiãt. Orige. ho. 11. in ep. to. 1. Gen. 4. Exod. 18.

Idem Hiero. de pœni. diſt. 1. menſuram. Menſuram temporis in agenda pœnitentia, idcirco non ſatis aperte præfigunt canones pro vnoque crimine, vt de ſingulis dicant qualiter vnumquodq; emendandum ſit, ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquendum ſtatuunt. Quia apud Deum nõ tam valet menſura temporis, quàm do-

A.C. 380.

loris,nec abſtinentia tantum ciborum, quantum A mortificatio vitiorum.Propter quod tẽpora pœnitentiæ pro fide & conuerſatione pœnitentium abbreuianda præcipiũt,& pro negligentia protelanda exiſtimant.

Duobus modis homines ab Eccleſia Sathanæ traduntur. Orig. hom. 2. in cap. 2. Iudic. tom. 1.

§. VIII.

QVòd excommunicatio fit ab Eccleſia, vt B redeat peccator ad pœnitentiam,qui à Deo erat excommunicatus per peccatum. Hiero.ſuper lib.Iudicum 11.q.3.audi,ait.Vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de Eccleſia in poteſtatem Zabuli. Vno modo, cum delictum eius manifeſtum ſit Eccleſiæ, & per ſacerdotes Dei de Eccleſia pellitur,vt notatus ab omnibus erubeſcat,& conuerſo ei ſcilicet ad pœnitentiam eueniat illud quod ſequitur, vt ſpiritus ſaluus fiat in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Alio modo quis traditur Zabulo, cum peccatum eius non ſit manifeſtum hominibus. Deus autem qui C videt in abſcondito,perſpiciens mentem eius,& animum vitiis ac paſsionibus ſeruientem, & in corde eius ſe non diligi,ſed auaritiam, aut libidinem,aut iactantiam, & alia huiuſmodi: iſtum talem dominus tradidit ſathanæ,quia ſcilicet diſcedit à mente eius,& auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malignis & deſideriis eius indignis,& relinquit domum cordis eius vacuam. Hæc ibi.

1.Cor.5.

Quod mali non ſunt in Eccleſiam inducendi per baptiſmum,ſed permanentes in malo, in Eccleſia iam exiſtentes ſi ſunt manifeſta eorum mala D & incorrigibiles,ſunt de ea eiiciendi per excommunicationem:ſi vero non ſunt notorij,ſunt in Eccleſia tolerandi,ſed cum cautela. Idem cap. ſequen.Deprecor vos,qui fideles eſtis, vt ita vitã veſtram & conuerſationem ſeruetis, ne in aliquo vel ipſi ſcandalum patiamini,vel aliis ſcandalum faciatis, ſed ſit vobis ſummi ſtudij ſummæque cautelæ,ne quis in hanc ſanctorum congregationem pollutus introeat, ne quis Iebuſæus habitet in vobis. Interpretatur autem Iebuſæus conculcatio.Igitur,quia non poſſumus eiicere eos, qui nos conculcant(quorum ſcilicet peccata ſunt occulta)eos ſaltem,quos poſſumus,quorum ſcilicet E peccata manifeſta ſunt,eiiciamus.Vbi enim peccatum euidens non eſt, eiicere de Eccleſia neminem poſſumus,ne forte eradicantes zizania eradicemus cum eis & triticum.Iebuſæi autem, id eſt conculcantes in Eccleſia ſunt, quos non potuerunt eiicere filij Iſrael, nec nos ſpiritualiter, qui indigni audiunt verbum Dei, & cum audierint,neque vt infideles diſcedunt, neque vt fideles permanent,ſed percepta myſteriorum notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus perſcrutatis, cõuerſi poſtmodum impugnant nos, & contradictioni- F bus ſuis corda noſtra dirumpunt conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. Hæc ibi. Quod magnum detrimentum ſequitur ex omiſsione correctionis, cum fieri debet.Hiero.ſuper Ioſue diſt.45.cap.penul.Sed & illud non otioſe tranſcurrendum eſt quod vno peccante ſcilicet Achor:ira Dei ſuper omnem populum venit.Hoc quomodo accidit? Quando ſa-

Peccatores manifeſti ab Eccleſia eiiciendi, occulti vero minime. Orig.ho.21. in lib.Ioſ. tom.1.

Mat. 13.

Iebuſæi in Eccleſia qui ſint.

Correctio fraterna quã to cũ periculo omittatur. Hier. ho. 7. in Ioſ. tom. 1.

A.C. 380.

cerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes benigni volunt videri, & verentes peccantium linguas,ne forte male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores,nolunt implere,quod ſcriptum eſt. Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Et iterum. Auferte malum de vobiſipſis.Nec zelo Dei accenſi imitantur Apoſtolum dicentem.Tradidi huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis,vt ſpiritus ſaluus fiat.Nec illud euangelicum, Si peccauerit in te frater tuus,corripe illum inter te & ipſum ſolum. Et dum parcunt vni, vniuerſæ Eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ eſt iſta bonitas? quæ eſt iſta miſericordia?vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna morbida oue totus grex inficitur.

1.Tim.5.

1.Cor.5.

Et de huiuſmodi etiam, ſcilicet peccatis manifeſtis intelligitur illud Hiero.24.q.3. reſecandę. Scintilla ſtatim vt apparuerit extinguenda eſt,& fermentum à maſſæ vicinia ſemouendum. Reſecandæ ſunt carnes putridæ, & ſcabioſa à caulis ouis repellenda, ne tota domus,maſſa,corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, & intereat.

Peccator impœnitẽs repellendus. li.3. cõ.ad Gal. fere in princi. tom.1.

Sed vbi quis ex paſsione ſe recognoſcit, benigne agendum eſt cum eo & miſericorditer, & de huiuſmodi intelligendum eſt quod idem Hiero.ait ſuper Hieremiam diſt.45.recedite. Recedite (inquiunt) polluti, recedite, abite, nolite nos tangere,nolite in aliquo nobis communicare.Talis loquela non illuminat cœcum, non ſanat ægrotum,non curat infirmum, ſed magis occidit, atque in deſperationem periclitãtem mittit. Boni rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes, magis per humilitatis & manſuetudinis lenimentum ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis nutantes propellere.Vnde doctor gẽtium.Factus ſum(inquit) infirmus infirmis, vt infirmos lucrifacerem.

Peccatores pœnitentes benigne ſuſcipiendi. li.5. com. in Thren. c.4. fere in medio tom.5.

Deus cur in hac vita ſupplici de peccatoribus ſumat. In cap. 1. Nahum, fere in initio. tom. 6.

§. IX.

DE flagellis Dei conferentibus ad ſalutem. Hieronymus ſuper Nahũ.23.q.5.quid ergò. ait. Quid ergo contra dominum cogitatis? Ipſe qui creauit mundum, & conſummationem eius faciet: quod ſi vobis videtur crudelis regibus & cruentus,qui in diluuio genus deleuit humanũ,ſuper Sodomã & Gomorram ignẽ & ſulphur pluit, Aegyptios ſubmerſit in fluctibus: Iſraelitarum proſtrauit in eremo cadauera,ſcitote eum ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret.Certe,aut vera ſunt, quæ prophetæ loquũtur,aut falſa.Si vera ſunt, quæ de ſeueritate domini prophetæ dicere videntur,ipſi dixerunt: Nõ iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione. Si autem falſa ſunt,& falſum eſt hoc quod dicitur, Non conſurget duplex tribulatio, falſa eſt ergo, & crudelitas quæ in lege deſcripta eſt. Quod ſi verum eſt,vt negare non poterunt, dicente propheta. Non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione.Ergo qui puniti ſunt,poſtea nõ punientur:ſi autem poſtea punientur,ſcriptura mentitur,

Gen.6. & 19. Exo.14. Exo.32.

Nah.1.

A.C. 380.

titur, quod nefas eſt dicere. Receperunt ergo, & A
qui in diluuio perierant, & Sodomitæ & Aegy-
ptij & Iſraelitæ in ſolitudine mala ſua in vita
ſua. Sed hoc intelige ſecundum doct. quantum
ad illos, qui inter ipſa flagella compuncti ſunt.

Et ſi quis obiiciat, quod ſi quis in præſenti pu
nitur, ſecundum hæc non punietur in alia vita,
quia non iudicat Deus bis in idipſum, & ſic op-
raodum eſt adulteris, & aliis ſceleratis, vt in præ-
ſentiarum breui & cita pœna cruciatus fruſtren-
tur æternos, reſpondet Hiero. Deum vt omnium
rerum, ita & ſuppliciorum ſcire menſuras, & nō
præueoiri ſentētia iudicis, nec illi in peccatorem B
exercendæ dehine pœnæ auferri poteſtatem, &
magnum peccatum magnis diuturniſque lui cru-
ciatibus. Si quis autem punitus ſit, vt ille, qui in
ſabbato ligna collegerat: tales poſtea non puniri,
quia culpa leuis præſenti ſupplicio compenſa-
ta eſt.

Hiet. ibi.

Num. 15.

Hierony. ſuper Malachiam diſt. 50. & purga-
bit. Et purgabit filios Leui. Tempus enim, eſt vt
iudicium incipiat à domo Dei. Et alibi ſcribitur.
A ſanctis meis incipite. In filiis Leui intelligens
omnem ſacerdotalem dignitatem. Si autem ſa-
cerdotes purgandi ſunt & colendi, ſcilicet per tri C
bulationes, vt purum aurum, & argentum inue-
niantur, quid de cæteris dicendum? qui cū emen-
dati fuerint & colati, tunc offerent Deo iuſta ſa-
crificia? Et placebit Den ſacrificium eorum
quod offerent pro Iuda & Hieruſalem, hoc eſt
pro iis, qui dominum confitentur & pacem eius
mente conſpiciunt.

Sacerdotes à Deo purgādi. in cap. 3. Mal. fere in initio to. 6.
1 Petr. 4.
Ezech. 9.

De hæreticis Hieron. ſuper epiſto. ad Galatas
8. q. 1. Marcion. Marcion & Baſilides, & cæteræ
hæreticorum peſtes non habent Dei Euangeliū:
quia non habent Spiritumſanctum, ſine quo hu-
manum fit Euangelium quod docetur. Nec pute- D
mus in verbis ſcripturarum eſſe Euangeliū, ſci-
licet tantum, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed
in medulla. Non in verborum foliis, ſed in ra-
dice rationis.

Hæretici nō habēt euāgeliū. li. 1. com. ad Gal. c. 1. fere in medio.

Idem in Aggæo. Sic populus iſte hæreticorum
eſt in cōſpectu meo, dicit Dominus. Omne quod
fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota vel pro
ſalute, vel pacifica, vel pro peccato, vel in holo-
cauſtum, ſiue per eleemoſynas, ſiue per ieiunia,
ſiue corporis caſtitatem, cōtaminata erunt in con
ſpectu meo, quamuis enim ſancta videantur ſpe-
cie ſui, tum quia offeruntur ab eo, qui pollutus E
eſt in anima, polluuntur omnia quantum ſcilicet
ad ſalutem. 1. q. 1. ſic populus iſte.

Duo ſunt genera Chriſtianorū, inquit Hiero.
ad quemdam Leuitam. Eſt vnū genus, quod man
cipatum diuino officiō & deditū contemplationi
& orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare
conuenit, vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet
conuerſi. [illegible] enim Græcè, Latinè ſors, quia
tales Dominus in ſortē, id eſt, partē ſuam elegit,
& infrà. Aliud genus eſt Chriſtianorum, vt ſunt
laici. [illegible] enim Græcè, Latinè populus. His licet
temporalia poſsidere, ſed non niſi ad vſum, id eſt F
nō ad fruendū. Nihil enim miſerius, quā propter
minimum Deum contemnere. His conceſſum eſt
vxorem ducere, terrā colere, inter virum & virū
iudicare, cauſas agere, oblationes ſuper altare im
ponere, decimas reddere. Et ita ſaluari poterunt,
ſi vitia bene faciendo euitauerint. 12. q. 1. duo ſunt.

Duplex eſt genus Chriſtianorum.

Quod clerici debent præcellere laicos in bo-
nitate Hier. 8. q. 1. qualis. Qualis eſt ædificatio di-
ſcipuli, ſi intelligat ſe magiſtro eſſe maiorē? Vn-
de non ſolùm Epiſcopi, presbyteri & diacones
debent magnopere prouidere, vt cunctum popu-
lum, cui præſident, cōuerſatione & ſermone præ-
cellant, verumetiam inferiores gradus: vt lecto-
res, ædirui, exorciſtæ, acolyti, & omnes omni-
no, qui domui Dei deſeruiunt, quia vehementer
Eccleſiam Chriſti deſtruit meliores laicos eſſe,
quàm clericos.

A.C. 380.

Cur ad ordinationem ſacerdotum laici aduocentur.

§. X.

QVod debent ad prælaturam meliores aſſu-
mi. Hiero. ſuper Leuit. 8. q. 1. licet. Licet Do-
minus de conſtituendo principe præcepiſſet, &
Dominus elegiſſet, tamen conuocatur etiam ſyna
goga. Requiritur enim in ordinando ſacerdote
etiam populi præſentia, vt ſciant omnes & certi
ſint: quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui
doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminen
tior, ille eligitur ad ſacerdotiū. & infrà. Amplius
etiam aliquid video in eo quod dicit, quod Moy
ſes conuocauit omnem ſynagogam, ſignat: quia
omnes animi virtutes debent in eligendo ſacer-
dote eſſe in vnum collectæ, vt inuigilent in eo
omnes animi virtutes, & intentæ ſint. Nihil in eis
ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: ſed
adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis con-
gregatio ſanctarum cogitationum.

Orig. homilia 6. in Leuit. tom. 1.

Idem Hieron. in lib. Nume. 8. q. 1. ſi ergo. Si er-
go tantus. ſic ait, Dicit Dominus ad Moyſen. Aſ-
ſume ad temetipſum Ieſum filium Naue, & im-
pones manum ſuper eum, [& ſtatues eum coram
Eleazaro ſacerdote, & omni multitudine, & da-
bis ei præcepta cunctis videntibus, & partem
gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis ſynagoga filio-
rum Iſrael.] Audis euidenter ordinationē prin-
cipis populi tam manifeſte deſcriptam, vt pene
expoſitione nnn egeat? Nulla hic populi acclama-
tio, nulla conſanguinitatis ratio, nulla habita eſt
contemplatio propinquitatis. Propinquis agro-
rum & prædiorum relinquatur hæreditas, guber
natio vero populi illi tradatur, quem Deus ele-
git, homini ſcilicet tali, qui habeat in ſe ſpiritum
Dei, & præcepta Dei in conſpectu eius ſint, qui
ſit Moyſi valde familiaris, id eſt in quo ſit clari-
tas legis & ſcientia, vt poſsint eum audire filij
Iſrael. Contra appetentes vel ſuperbientes de
prælatura. Idem Hiero. 8. q. 1. illud, ſic ait. Illud in-
ferendum eſt aduerſus eos, qui de epiſcopatu in-
tumeſcunt, & putant ſe non diſpenſationē Chri-
ſti, ſed imperium conſecutos, quia non ſtatim iis
omnibus meliores ſunt, quicunque non fuerint
epiſcopi ordinati, & ex eo, quod ipſi electi ſunt,
ſe exiſtiment magis comprobatos, [ſed intelligāt
propterea quoſdam à ſacerdotio remotos, quia
eos vitia liberorum impedierint.] Si autem pec-
cata filiorum ab epiſcopatu iuſtum prohibent,
quanto magis vnuſquiſque ſe conſiderans, &
ſciens quia potentes potenter tormenta patien-
tur, retrahet ſe ab hoc non tam honore quàm o-
nere, & aliorum locum, qui magis digni ſunt non
ambiet occupare? Contra malos præſidentes di-
cit Hiero. 8. q. 1. audacter fortaſſe aliquid dicimus,
tamen quod ſcriptum eſt dicimus. Non ſemper
princeps populo, & iudex Eccleſiæ per Dei ar-

In eligendo principe diuinæ voluntatis ſolum ratio habēda eſt. Orig. hom. 22. in Nu. tom. 1.

Quandoque prelatus malus populo malo diuino iudicio tribuitur.

A.C.380. bitrium darur, ſed prout merita noſtra depoſcũt. A
Si mali ſunt actus noſtri, & operamur maligna
in conſpectu Dei, dantur nobis principes ſecun-
Oſ. 8. dum cor noſtrum. Audi namque, quid dominus
dicat. Fecerunt ſibi regem, & non per me: princi-
1. Reg. 10. pem, & non per conſilium meum. Et hoc dictum
videtur de Saule, quem dominus elegerat, & eum
regem fieri iuſſerat. Sed quoniam non ſecundum
Dei voluntatem, ſcilicet beneplaciti, ſed ſecun-
dum peccatoris populi meritum fuerat electus,
negat eum cum ſua voluntate vel conſilio con- B
ſtitutum. Et infrà. Tale aliquid intelligamus etiã
in eccleſiis fieri, [quod pro meritis aut verbo aut
opere potens à Deo tribuitur rector Eccleſiæ,
aut (ſi malignum faciat populus) in cõſpectu Dei
& talis perſeueret.] talis Eccleſiæ iudex datur,
ſub quo famem & ſitim populus patiatur, ſcili-
Amos 8. cet audiendi verbum Dei.

Naſci in adulterio non eſt crimen. ep. 61. ad Pammachium aduerſus errores Ioan. Hier. fere in medio. tom. 2.

§. XI.

QVod filij non ſunt vel mali ex qualitate
parentum, vel ex coniugio aut fornicatione
geniti. Hiero. in epiſtola contra Ruffinum. diſt.
56. naſci, ſic ait. Naſci de adulterio non eſt eius
culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat. Quo-
modo in ſeminibus non peccat terra, quæ fouet,
nec ſemen, quod in ſulcis iacitur, non humor &
calor, quibus temperata frumenta in germen pul
lulant, ſed verbi gratia, fur & latro, qui fraude &
vi eripuit ſemina: ſic in generatione hominum
recipit terra, id eſt vulua, quod ſuum eſt, receptũ D
confouet, confotum corporat, corporatum in
membra diſtinguit, & inter illas ſecretas ventris
anguſtias Dei manus ſemper operatur: idemque
eſt corporis creator & animæ. Noli deſpicere bo
nitatem figuli, qui te plaſmauit, & fecit vt voluit.
Ipſe eſt Dei virtus & Dei ſapientia, qui in vtero
Heb 11. virginis ædificauit ſibi domum. Iepte inter viros
ſanctos apoſtoli voce numeratus meretricis eſt
Gen. 25. filius. Eſau genitus ex Rebecca & Iſaac, hiſpidus
tam mente quàm corpore, quaſi bonum triticum
in lolium auenáſque degenerat, quia non in ſe-
In voluntate naſcentis cauſa eſt virtutum atque vitiorum. minibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitio- E
tum eſt atque virtutum.
Idem ſuper Matth. diſt. e. cap. Dominus noſter
Ieſus Chriſtus voluit non ſolum de alienigenis,
ſed etiam de adulterinis commixtionibus naſci,
nobis magnam fiduciam præſtans vt qualicun-
que modo naſcamur, dum tamen eius veſtigia imi
temur, ab eius corpore non ſeparemur cuius per
fidem membra ſumus effecti.
De eleemoſynis dandis. Hierony. ſuper Mala-
chiam 16. quæſt. prima. reuertimini. tractans illud
Malachiæ. In decimis & primitiis configitis me,
& in penuria vos maledicti eſtis ait dominus: Si
quando fames & penuria & rerum omnium ege- F
ſtas opprimunt mundum, ait Hiero. ſciamus hoc
ex ira Dei deſcendere: qui ſe in pauperibus, ſi
non accipiant eleemoſynam, fraudari loquitur, &
ſua portione priuari poſſumus decimas & primi-
tias interpretari. Si quis doctus & eruditus in le-
ge Domini poteſt alios erudire, non debet ſuæ
aſsignare prudentiæ ingenióque quod poſsidet,
ſed gratias agat primum Domino, qui cuncta

largitur, deinde ſacerdotibus eius atque mini- A.C.389.
ſtris, à quibus doctus eſt. Hæc ille, & hoc eſt ſpi-
ritualiter decimas dare.
De eleemoſynis dandis à clericis, & quibus Clérici maxime eleemoſynis intenti eſſe debent.
Hiero. ad Damaſum papam ait 16. q. 1. cap. vltim.
Quoniam quicquid habét clerici, pauperum eſt,
& domus illorum omnibus debent eſſe commu-
nes, & ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum in-
uigilare debent, maxime curandum eſt illis, vt de
decimis & oblationibus cœnobus ex xenodo-
chiis qualem voluerint & poterint ſuſtentatio-
nem impendant, nec tam in pauperibus pauper-
tatem, quàm religionem attendere. liberum eſt e-
nim monachis & ſpiritualibus viris Deum colẽ-
tibus decimas & oblationes concedere. Vſum
autem decimarum & oblationum laicis nullo
modo poſſe prouenire, quod intelligitur ſecun-
dum gloſſ. quo ad ius percipiendi, quia illud ſpi-
rituale, ſed quo ad fructus poteſt ei concedi ad
tempus.
De amore inordinato coniugum. Hiero. con- Amor cõiugũ qualis eſſe non debeat. li. 1. aduerſus Iouin. fere in fine tom. 2.
tra Iouinianum 32. q. 4. origo, ait, Origo quidem
C erat honeſta amoris, ſed magnitudo deformis.
Nihil autem intereſt, ex qua honeſta cauſa quis
inſaniat. Vnde & Xiſtus pythagoricus ait in ſen-
tentiis. Adulter eſt (inquit) in vxorem ſuam ardẽ-
tior amator. In aliena quippe vxore omnis amor
turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens iudicio debet a-
mare vxorem, non affectu, id eſt paſsione. Reget
impetus voluptatis, nec præceps feretur ad coi-
tum. Nihil eſt fœdius, quàm vxorem amare quaſi
adulteram.
De vſuris quidem Hierony. ſuper Ezech. 14. q.
3. cap. 2. ait. Putant quidam vſuras tantum eſſe in
D pecunia, quod præuidens diuina ſcriptura, omnis
rei auferi ſuperabundantiam, vt plus nõ recipias Vſura ſacra ſcriptura prohibetur. li. 6. in Malach. c. 18. poſt medium.
quàm dediſti, ſcilicet mutuãdo. [Solent in agris
frumenti & olei, vini & milij vſuræ exigi, vt
hyemis tempore demus decem, & in meſſe reci-
piamus quindecim. Qui iuſtiſsimum ſe putauerit,
quartam plus accipiet portionem.]
Idem. Alij pro pecunia fœnerata ſolent mu-
nuſcula diuerſi generis accipere, & non intelli-
gunt ſcripturam vſuram appellare & ſuperabun-
dantiam quicquid illud eſt, ſi ab eo quod acce-
perint plus dederint. [a]

[a] Obiit D. Hieronymus corpore defecto, cùm è lecto ſeſe erigere non poſſet, niſi apprehenſo fune, qui de trabe pendebat, in Bethlehem anno Ch. 422. & ætatis ſuæ 90. Proſper, vel 98. Diaco. lib. 14. vel 99. Trithem. colitur 30 Septemb.

De S. Ambroſio, cuius vitam, teſte Iſidoro lib. de viris illuſt. cap. 4. Paulinus presbyter, vel vt alij volunt, Nolanus epiſcopus compoſuit, de eodem ſcribunt Ruff. lib. 11. & Trip. Hiſt. vt ſupra indicauimus. Baſil. epiſt. 55. & Metaph. 5. Decemb. Ex Paulino tamen hæc deſumpta ſunt.

CAPVT VII.

QVaſi ſtella matutina in medio nebulę,
quæ prę cęteris ſtellis magis irradiat,
& præcipue cùm nebula in aere exi-
ſtit, & ſolem oriturum præcedit: ſic
ſacer antiſtes Ambroſius in Italia maxime, vbi
erant denſæ tenebræ hæreſeos Arianæ tempore
ſuo præ cæteris in Eccleſia fulſit doctrina & ſan-
ctita

A.C.389.

ctitate, præcedens ætate & in fide paruum ante ſolem Auguſtinum. Vnde & ſuper ipſum dei an-ctum in feretro in eccleſia poſitum, viderunt quidam ſtellam radioſam. Et Hiero. de 12. doct. ait, Ambroſius frater profundorum penna raptus, & aeris volucer, quamdiu in profundum ingreditur fructum de alto capere videtur, cuius omnes ſententiæ fidei & Eccleſiæ ſunt columnæ. Et Auguſtinus dicit quòd eius fidem & puriſsimum in ſcripturis ſenſum, nec inimicus auſus eſt reprehendere. Eius vitam Paulinus Nolanus epiſcopus ſcripſit.

Hiero. in catal. qui eſt inter illius opera, to. 4.

Hic igitur Ambroſius filius Ambroſij præfecti Romæ, cum in cunabulis, in atrio eſſet poſitus & dormiret, examen apum ſubito adueniens faciem eius, & os ita compleuit, vt quaſi in alueolum ſuum intrarent pariter & exirent, quæ poſtea euolantes in tantam aeris altitudinem ſubleuatæ ſunt vt humanis oculis minime viderentur. Quo peracto territus pater ait. Si vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Romæ igitur literis eruditus, cum cauſas prætorij ſplendide peroraret, à Valentiniano imperatore ad regendum Aemiliã Liguriámque prouincias directus eſt.

Cúmque Mediolanum veniſſet, & ibidem epiſcopus tunc deeſſet, mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ epiſcopo, conuenit populus vt ſibi de epiſcopo prouideret. Sed cum inter Arianos & Catholicos de eligendo epiſcopo ſeditio nõ modica oriretur, illuc Ambroſius cauſa ſedandæ ſeditionis perrexit. Et ſtatim vox infantis intonuit dicens Ambroſium epiſcopum, cuius voci omnes vnanimiter conſenſerunt, Ambroſium epiſcopum acclamantes. Quo ille cognito, vt eos ab hoc terroribus remoueret, eccleſiam exiens tribunal conſcendit, & contra conſuetudinem ſuam tormenta perſonis adhiberi iuſsit. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat. Peccatum tuum ſuper nos. Tunc ille turbatus domum rediit, & philoſophiam profiteri voluit. Qui ne hoc faceret reuocatus eſt. Publicas quoque meretrices ad ſe ingredi fecit publice, vt his viſis ab eius electione populum reuocaret, non vt cum eis inquinaretur. Sed cum nec ſic proficeret, ſed ſemper populus acclamaret. Peccatum tuum ſuper nos, fugam media nocte petiit. Cúmque Ticinum pergere ſe putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanenſis, quę dicitur Romana, inuenitur. Qui inuentus cum cuſtodiretur à populo, relatio miſſa eſt ad clementiſsimum imperatorem Valentinianum: qui ſummo gaudio accepit, quod iudices à ſe directi ad ſacerdotium peterentur. Lætabatur etiam Probus præfectus, quod verbũ ſuum eſſet impletum. dixerat enim ei proficiſcẽti cum daret mandata. Age non vt iudex, ſed vt epiſcopus. Et cum iterum abſconditus fuiſſet inuentus, cum eſſet catechumenus, perſpiciens in hoc Dei voluntatem, baptizatus fertur omnia Eccleſiaſtica officia impleſſe, & octaua die in epiſcopali ſede ſublimatur.

A Probo præfecto Prætorij hoc ei monitus fuiſſe impoſitũ ſcribit Paul. & Rom. Breu.

Hinc ipſe Ambro. in epiſtola ad Vercellenſes ait, Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia. Sed ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio, vbi cauſa non hæret, vitium non imputatur. Ordinationem itaque meam occidentales iudicio, orientales exemplo probauerunt, diſt. 61. §. his omnib. vbi gloſ. in hoc dicit ceſſare conſtitutionẽ, ſcilicet, vt ſecũ diſpenſetur in noti

Quomodo quis Neophytus ordinari poſſit. ep. 82. li. 10. poſt me 1. 610. 5. Tit. 3.

Ambroſius epiſcopum non niſi Catholicum vult ordinari.

A.C.389.

§. I.

CVm autem in quandam ciuitatem pro ordinando epiſcopo iuiſſet, & eius electioni Iuſtina Imperatrix & alij Ariani contradicerẽt, volentes, vt vnus de ſecta ſua ordinaretur: vna ex Arianis virginibus impudentior cæteris tribunal conſcendit, & beatum Ambroſium per veſtimentum apprehendit, volens eum ad partem mulierũ trahere, vt ab eis cæſus de Eccleſia cum iniuria pelleretur. Cui Ambroſius ait. Et ſi ego tanto ſacerdotio indignus ſum, te tamen non conuenit in qualemcunque ſacerdotem manum mittere, vnde timere debuiſti iudicium Dei, ne tibi aliquid contingat. Quod dictum euentus cõfirmauit. Nam die alia mortuam ad ſepulchrũ deduxit, gratias pro contumelia rependens. Quod factum omnes valde perterruit.

Mulier hæretica eſſ. õs, ſed non impune.

Mediolanum reuerſus, innumeras inſidias & perſecutiones paſſus eſt a Iuſtina Imperatrice matre Valentiniani iunioris Ariana, muneribus & honoribus contra eum populos concitante. Cum autem multi ea Arianis præcipue eum in exiliũ mittere niterentur, vnus cæteris infelicior [nomine Euthymius] in tantum furorem excitatus eſt, vt domum ſibi iuxta eccleſiam Ambroſij locaret, hac de cauſa, vt in eadem quadrigam paratam haberet, quo procurante Iuſtina facilius captum in exilium deportaret. Sed Dei iudicio ipſa die, qua eum capere attentabatur, in eadem quadriga de eadem domo in exilium ipſe pulſus eſt. Cui tamen Ambroſius reddens bona pro malis, ſumptus & neceſſaria miniſtrauit.

Iuſtina imperatrix Ambroſium perſequitur.

Erant autem tunc temporis multi à dæmonibus obſeſsi, qui ſe ab Ambroſio torqueri magnis vocibus clamabant. Iuſtina autem & multi alij Ariani calumniantes hunc ſermonem, dicebant Ambroſium homines comparare, vt dicerent ſe obſeſſos ab Ambroſio torqueri. Tunc ſubito vnus ex illis Arianis à diabolo arreptus, clamare cœpit. Vtinam ſic torqueãtur, vt ego, qui Ambroſio non credunt. At illi confuſi demerſum in piſcinam hominem necauerunt.

Paulinus dicit in inuentione SS Geruaſij & Protaſij hos dæmoniacos fuiſſe curatos.

Quidam hæreticus acerrimus diſputator, durus & inconuertibilis ad fidem, quum audiret beatum Ambroſium prædicantem, vidit ad aurea eius angelum loquentem verba, quæ populo prædicabat. Quo viſo, fidem quam perſequebatur, cœpit defendere. Quidam aruſpex dæmones aduocabat, & eos ad Ambroſium, vt ei nocerent, tranſmittebat. Sed reuerſi dæmones nunciabant, quod non ſolum ad ipſum, ſed nec ad fores domus appropinquare poterant, quoniam ignis inſuperabilis omne illud ædificium communiret, vt etiam à longe poſiti ab eo vrerentur. Cum autem dictus aruſpex propter quædam ſua maleficia torqueretur à iudice, clamabat ſe ab Ambroſio torqueri. Quendam dæmoniacum ingredientem Mediolanum dæmon dimiſit, & egredientem de ciuitate iterum inuaſit. Interrogatus autem, quare dimiſerat ingredientem ciuitatem, reſpondit quia timuerat Ambroſium. Altera vice cum diabolus per obſeſſum ab eo, clamaret ſe ab Ambroſio torqueri, ait ſanctus. Obmuteſce miſer, quia non te torquet Ambroſius, ſed inuidia tua, quia vides homines illuc aſcẽdere, vnde tu infelix corruiſti,

Ambroſius vt ſapienter dæmoni reſponderit.

nam

A.C.390.

nam Ambroſius neſcit inflari. Et ſtatim obmu- A tuit. Cum autem quadam nocte quidam occulte adiiſſet cubiculum ſuum, à Iuſtina prece inductus & pretio, vt eum occideret, quando dextera gladium eleuauit vt eum percuteret, ſtatim aruit manus eius.

Macedonius, qui palatium claudit Ambroſio, clauſam inuenit eccleſiam, dũ ad eam vellet cõfugere.

Quadam die Ambroſius ad palatium Macedonij magiſtri officiorum, vt pro quodam intercederet, venit. Sed cum fores clauſas inueniſſet, nec intrandi copiam habere potuiſſet, ait. Et tu quoque ad eccleſiam venies, & non ianuis clauſis, ſed apertis ingredi non valebis. Poſt aliquod B tempus timens Macedonius inimicos, qui eum inſequebantur, fugit ad eccleſiam, ſed apertis ianuis intrare non potuit.

Ambroſius mortuum ſuſcitat.

Cuiuſdam clariſsimi viri filius qui dicebatur Panſophus, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 17. admodum paruulus, cùm immundo ſpiritu laboraret, frequenti oratione & manuum impoſitione ſacerdotis ſanatus eſt. Deinde ſubita infirmitate præuentus ſpiritum exalauit. Cuius mater fide plena tollens eum in lecto ſacerdotis Ambroſij abſente Ambroſio compoſuit. Quem cum reuertens in lectulo mortuum inueniſſet, miſeratus C matrem & contemplatus eius fidem, Heliſæo ſimilis ſupra corpus infantis ſe compoſuit, & orãdo viuum matri reddidit.

Ambroſius domum illius qui nullas vnquam paſſus fuerat aduerſitates deteſtatur.

§. II.

VT refert Iacobus de Voragine: Cum beatus Ambroſius Romam pergeret, & in quadam villa Tuſciæ apud quendam hominem nimis locupletem hoſpitatus fuiſſet, illum ſuper ſtatu ſuo D ſollicite requiſiuit. Cui ille. Status meus domine ſemper felix, & glorioſus fuit. Ego diuitiis infinitis abundo, ſeruos & famulos complures habeo, copioſam familiam filiorũ & nepotum poſſideo, & omnia ſemper ad votum habui, nec mihi vnquam aliquid aduerſum contigit, quod me cõtriſtaret. Quod audiens Ambroſius ait iis qui ſecum erãt. Surgite, & hinc quamcitiſsime fugiamus, quia dominus noſter non eſt in loco iſto. Feſtinate, nec in fugiendo moram facite, ne nos diuina vltio apprehendat, & in peccatis iſtorum pariter inuoluat. At cum fugiſſent, & aliquantu- E lum proceſsiſſent, ſubito terra ſe aperuit, & illum cum omnibus pertinentibus ad eum abſorbuit, vt nullum veſtigium remaneret, niſi quædam fouea profundiſsima. Quod cernens Ambroſius dixit ſuis. Ecce fratres quàm miſericorditer Deus punit, cum hic aduerſa tribuit, & quàm ſeuere iraſcitur, cum ſemper proſpera elargitur.

Synagogã Iudæorũ à Chriſtianis incẽſã reædificari prohibet Ambr. li. 5. ep. 29 ad Theodo. tom. 3. & Paul. in vita.

In partibus orientis in quodam caſtello referente Vincen. poſt Paulinum vbi ſupra, ſynagoga Iudæorum à Chriſtianis concremata eſt, eo quod Iudæi monachis Chriſtianis inſultarent. Super quo facto, cum comes orientis ad Theodoſium F imperatorem retuliſſet, præcepit imperator, vt ſynagoga ab epiſcopo reædificaretur. Quod præceptum cum audiſſet Ambroſius ad Imperatorẽ epiſtolam miſit, in qua commonuit, vt ſtatutum illud reuocaret. Qui ſi dignus non eſſet, vt audiretur, dignus etiam non eſſet, qui pro eo audiretur, vel cui præceps & vota ſua committeret, paratus etiam pro tali negotio mortem ſubire, ne diſsimulatione ſui Imperatorem præuaricatorem faceret, qui tam iniuſta contra Eccleſiam præcepiſſet. Poſtea vero de Aquileia vbi tunc erat, Mediolanum reuerſus Imperatore in eccleſia poſito, de eadem cauſa tractauit in populu. In quo tractatu introduxit perſonam Domini loquentis Imperatori. Ego te ex vltimo Imperatorem feci. Ego tibi exercitum inimici tui tradidi. Ego de ſemine tuo ſuper ſolium regium conſtitui: & tu de me inimicis meis donas triumphos. Cui deſcendenti ab exhedra imperator ait. Contra nos hodie epiſcope propoſuiſti. At ille reſpondit non ſe contra ipſum, ſed pro ipſo fuiſſe locutum. Itaque obtinuit, vt ſtatutum illud reuocaretur, nec prius ad altare accedere voluit, niſi prius fide ſua illud imperator agere ſe debere teſtaretur. Qua reſpõſione fide ſua iterata, peregit Ambroſius diuina myſteria.

A.C. 390.

Vide epiſt. D. Ambr. in qua multa in hanc ſententiã eleganti ſsime diſſerit.

Magna ac diuina res eſt immunitas eccleſiaſtica, & ideo non ſine periculo violatur.

Cùm quadam die quidã nomine Creſconius, propter ſcelera ſua capi iuſſus ad eccleſiam confugiſſet, à militibus Stiliconis comitis orientis de eccleſia raptus eſt, & eductus, non obſtante prohibitione & defenſione Ambroſij cum clericis ſuis. Perſeuerante autem Ambroſio in oratione cum clero, & ſubito virtute diuina dimiſſi leopardi ſaltu celeri ad locum in quo ſedebant, qui de eccleſia triumphauerant, venerunt, aſcendentéſque grauiter laniatos dimiſerunt. Quo viſo Stilico pœnitentia ductus eſt ita, vt per multos dies ſatisfaceret Ambroſio, & illæſum illum reum, qui ablatus de eccleſia fuerat, dimiſit.

Ambroſius vir magna auctoritatis.

§. III.

EX prædictis igitur, & etiam ex iis, quæ dicta ſunt ſupra in præcedenti titulo circa correctionem factam erga Theodoſium, & Valentinianum, & Iuſtinam, patet Ambroſium fuiſſe maximæ authoritatis & conſtantiæ nullum timendo fuit: & valde deuotus in officio diuino, vnde & officium in eccleſia Mediolanenſi ſpeciale inſtituitur, & cantum, quod ſolum illa eccleſia retinet. Præfationes pene ad feſta omnium ſanctorum magis nominatorum edidit. Valde compaſſus eſt lapſibus humanis.[a] Cum enim, vt refert

a Vel ex hoc loco videre licet ſacram confeſsionem illo ſæculo in vſu fuiſſe: quam etiam ſecretam, & vt vocamus, auricularẽ, ex Paulini verbis, quæ D. Antoninus prætermiſit, facilè perſpici poteſt. Cauſas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli niſi Domino ſoli, apud quem intercedebat loquebatur, bonum relinquens exemplum poſteris ſacerdotibus, vt interceſſores apud Deum ſint magis, quàm accuſatores apud homines. hæc ille. Porrò confeſsionem peccatorum ad ſalutem neceſſariam eſſe ex D. Ambr. §. 6 huius cap. ſatis disertè oſtendit D. Anto. hanc autem confeſsionem non Deo ſoli, ſed & ſacerdoti faciendam ſcribit his verbis in exhortat. ad pœnitent. tom. 1. Non ſolùm poſt pœnitentiam ab iſtis intus homo ſeruare ſe debet, ſed & ante pœnitentiam, dum ſanus eſt, quia neſcit ſi poſſit ipſam pœnitentiam accipere, & confiteri Deo & ſacerdoti peccata ſua. Præterea dum contra Nouatianos in 2. cap. lib. 1. de pœnitentia tam accuratè defendit Eccleſiæ ſacerdotibus eſſe ligandi atque ſoluen

A.C. 390. *ſoluendi poteſtatem, & illos remittendorum criminum ius habere, ipſis ſacerdotibus confitendum eſſe ſatis aperte denunciat. Verba eius hæc ſunt. Sed aiunt ſe domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruēt. Imò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui volunt eius mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cum ipſe in Euangelio ſuo dixerit Dominus*
Ioan. 20. *Ieſus, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Quis eſt, qui magis honorat, verū qui mandatis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroque ſeruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet Hæreſis in altero immitis, in altero inobediens non vult ſoluere quod ligauit, in quo ſua ſe damnat ſententia. Dominus enim par ius & ſoluendi eſſe voluit & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit, & paulò pòſt. Ius hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. Quid quod etiā idem Ambroſ. in lib. de dignit. ſacerd. cap. 2. quod & citat D. Ant. cp. §. 9. ait regum colla & principum ſummitti genibus ſacerdotum, nonne ſatis indicat illo ſæculo confeſſionem peccatorum ad genua ſacerdotum, atque adeò in ipſorum aurem fieri ſolitam? hæc ex D. Ambroſio, cui etiam D. Baſilium adiungere viſum eſt ſecretæ huius confeſſionis aſſertorē, qui ſic quæſt. 288. ſcribit in reg. breu. Neceſſarium videtur his quibus diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata: ſic enim & hi qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua. Ex his habes, quàm hallucinentur hi qui ſecretam confeſſionem in Lateranenſi Concilio inſtitutam primum credant, cùm illa iam hoc ſæculo, imo verò ab ipſis Apoſtolorum temporibus teſte D. Dionyſio Areopagita in epiſt. 8. ad Demoph. fuerit vſitata.*

Ambroſi° in excipiendis confeſſionibus peccatorum qualis. Paulinus ibid.

Paulinus, ſi quis ſuum lapſum confiteretur, amariſsime flebat, vt & illum ad lugendum compelleret. Nec tamen ita compatiens & miſericors, quod peccata præcipue manifeſta impunita dimitteret. Vnde cum quendam flagitioſum ei quidam præſentaſſent, ait. Oportet hunc tradi ſatanæ in interitum carnis, ne de cætero talia audeat perpetrare. Quem mox arripuit diabolus diſcerpens eum. Patet etiam in pœnitentia iniuncta Theodoſio Imperatori.

Tantæ fuit abſtinentiæ quod quotidie ieiunabat, niſi ſabbato & dominica, & feſtis præcipuis, quia ſic ibi mos erāt, ſcilicet non ieiunare die ſabbati & dominica. Maximæ fuit caſtitatis. Nam refert Hieronymus eum dixiſſe. Virginitatem non ſolum efferimus, ſed ſeruamus. Tātę fuit pietatis & dulcedinis, vt cum alicuius ſancti ſacerdotis vel epiſcopi obitus ei nunciarētur, ita amare flebat, vt vix conſolari poſſet. Et cum interrogaretur, cur ſanctos viros, qui ad gloriam præceſsiſſent, ſic defleret, reſpondit. Nec putetis me flere quia deceſſerit, ſed quia præceſſerit. Et quia difficile inuenitur, qui tam dignus eius officio habeatur. Summæ liberalitatis & miſericordiæ ad pauperes: vnde ipſe ait lib. de offi. diſt. 86. cap. pulchra. Compatiamur alienis peccatis vel calamitatibus. Neceſsitates aliorum quantū poſſumus adiuuemus, & plus interdum, quàm poſſumus. Melius eſt enim præſtare cauſas pro miſericordia, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam. Nos aliquando in inuidiam inci-

Alienis calamitatibus cōpatiendū. l. 1. offic. cap. 28.

A dimus, quòd fregimus vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus. A.C. 390.

Tria documenta beatus Auguſtinus, qui ab eo baptizatus eſt, refert à beato Ambroſio ſe recepiſſe. Primum, ne cuiquam cōiugium procuraret, & hoc, ne poſtea coniuges adinuicem irati, ei vt mediatori coniugij eorum maledicerent. Secundum, quod militare volentē non ad hoc commendaret. Ratio huius eſt, ne militantes calumniam exerceant, & alij in eum culpam refundant. Hodie autem diſſuadendum, & ſi fieri poſſet prohibendum, quia non vacant niſi rapinis amicorum
B & inimicorum, & omnibus flagitiis. Tertium, quod ad conuiuia inuitatus non accederet, ex eo videlicet ne forte intemperantiæ modum excederet.

Tria documenta D. Ambroſij D. Aug. data. Poſsido. in vita D. Aug. c. 27.

Demum cum Ambroſius radicem omnium malorum auaritiam magis ac magis creſcere cerneret, & maximè in potentatibus ſæculi, & in miniſtris Eccleſię valde ingemuit. Et de huius ſæculi periculis eximi eum poſtulauit. Quod ſe obtinuiſſe gaudens, fratribus reuelauit ſe vſque ad reſurrectionem dominicam cum eis manſurum. Cumque decumbens in infirmitate notario ſcri-
C benti in pſalmum quadrageſimum tertium dictaret, ſubito vidente notario in modum ſcuti breuis caput eius ignis operuit, & per os eius tanquā in habitatorem intrauit. Tunc facies eius tanquam nix immutata eſt, ſed poſteà ad ſpeciem eius reuerſa eſt. Laborante igitur eo in infirmitate, cùm hoc audiſſet comes Stilico qui Mediolani erat, nobiles conuocauit dicens, quod tanto viro decedente periculum eſſet, ne Italiæ interitus immineret: rogauitque eos, vt ad virum Dei accederent, deprecantes eum, vt adhuc à Deo ſpacium viuendi impetraret. Quod vt ille ab eis audiuit,
D reſpondit. Non ita inter vos vixi, vt me adhuc viuere pudeat, nec mori timeo, cum bonum dominum habeamus.

Ambroſio reuelatur ſuus exitus ex Paulino.

Præclara vox S. Ambroſij morituri.

Eo tempore ob firmitatem ſuæ, cùm quatuor diaconi conueniſſent ad tractandum, quis poſt eius obitum ad regendum bonus eſſet, & longe eſſent colloquentes à lectulo Ambroſij, nominauerunt Simplicianum ita ſubmiſſe, vt vix ſemetipſos audirent. Longe ille poſitus ab eis clamauit dicens, tertio. Senex eſt, ſed bonus. Quod audientes territi fugerunt. Non tamen alium, quàm ipſum Simplicianum poſt mortem eius elegerunt. Honoratus epiſcopus Vercellenſis cùm ſe ſopori dediſ-
E ſet, tertio vocatus clamantem audiuit. Surge, quia modo eſt receſſurus. Qui confeſtim ſurgens ei ſacramentum euchariſtiæ dedit. Móxque ille manus in modum Crucis expandit, & vltimum ſpiritum inter verba orationis efflauit. Circa annos domini 390. floruit. Cùm autem poſt mortem eiuſdem quidam presbyter in conuiuio cū aliis poſitus ſancto detraheret, eum continuo plaga percuſsit, & vitam finiuit. In vrbe Carthaginenſi cum tres epiſcopi conueniſſent, & vnus eorum
F beato Ambroſio detraheret, relatum eſt, quid illi presbytero, qui ei detraxerat, accidiſſet. Quod cùm ille paruipenderet, tale vulnus accepit & tam extremum, quòd continuò die ipſa vitam clauſit.

Ambroſius moriturus cōmunicat corpori Chriſti.

§. IIII.

DE libris editis ab Ambroſio. De paradiſo lib. 1. De vnica pœnitentia lib. 2. De fuga ſæculi

Catal. lib. Diui Ambroſij.

A.C.390.

A. ſæculi li.1. De Trinitate ad Gratianũ li.5. De Spiritu ſancto lib.3. De incarnatione Chriſti li.1. De ſacramẽtis li.6. De cura paſtorali li.1. de officiis li.3. De exceſſu Satyri fratris ſui lib.5. De cõſolatione Valẽtiniani li.1. De eligendo põtifice ad Vercellenſem eccleſiam lib.1. In hexamerõ lib.6. De arca Noe lib.1. De Iſaac & anima lib.1. De bono mortis lib.1. De Iacob & vita beata lib.2. De ſancto Abraham lib. 2. De ſancto Ioſeph lib. 1. De benedictionibus patriarcharum lib.1. De ſancto Dauid apologia lib. 1. De Helia & ieiunio lib. 1. De ſancto Tobia lib.1. De ſancti Naboth vinea lib.1. De ſancta virginitate lib. 3. B Super 12. pſalmos tractatus 12. Super beati immaculati lib.1. Super Lucam lib.10. Super epiſtolas Pauli lib.14. De traditione baſilicæ tractatus lib. 1. De obitu Theodoſij lib.1. De viduis lib.1. De Symbolo ad Neophytos lib.1. De infirmitate & interpellatione hominis lib.4. Epiſtolę breues ad diuerſos 77. Sermones declamatorij 75. Scripſit & legendam ſeu paſsionem beatæ Agnes, & inuentionem corporum Geruaſij & Protaſij.

Scripſit etiam paſsionem ac tranſlationem beatorum Vitalis & Agricolę, in quorum tranſlatione ipſe præſens fuit in ciuitate Bononiæ, vt legi- C tur in diuino officio ad vſum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Ex libris eius aliqua excerpta ſunt, & præcipue quæ in decretis in diuerſis locis tranſſumpta ſunt. Quod autem dicitur Ambroſium dixiſſe ſuper epiſtolam ad Corint. quod mulier recedens à viro cauſa fornicationis, aut reconcilietur, aut remaneat innupta, id eſt, alteri non nubat, ſed vir ipſe poteſt ducere aliam, cum dimittit vxorem cauſa fornicationis, dicit Gratianus 32.q.7.§. Sed illud Ambroſij hoc fuiſſe appoſitum à falſariis librorum Ambroſij, vel dicit aliter intelligendum, quàm litera ſonat, vt ibi o- D ſtendit.

Ambr. in comm. 1. Cor.ca.7. de quo vide quæ § 8. annotabimus.

Euchariſtię veritas perſpicue declaratur.

§. V.

DE ſacramento Euchariſtiæ quòd ibi ſit veraciter Chriſtus Ambro. lib. de ſacramentis & de conſe. diſt. 2. omnia ait.[a] Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cælo & in terra, & quia ſic voluit, licet figura panis & vini hic ſit omnino, nihil tamen aliud, quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credendum eſt: vnde ipſa veritas ad diſcipulos. Hæc caro mea eſt pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar, non alia plane, quã quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce, & reſurrexit de ſepulchro. Hæc inquam ipſa eſt, & ideo Chriſti eſt caro, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur: & cum digne accipitur, vitam vtique in nobis æternam operatur.

Pſal.134.

Poſt conſecrationem licet figura panis & vini remaneat, tamẽ nihil eſt ibi, niſi corpus & ſanguis Chriſti.

De excellentia eius idem Ambroſius de eodẽ D diſt. ca. reuera. Reuera mirabile eſt, quod manna pluit Deus patribus in deſerto, qui quotidiano cæli paſcebantur alimento, vnde dictum eſt. Panem angelorum manducauit homo, [ſed tamen panẽ illum qui manducauerunt, omnes in deſerto mortui ſunt. Iſta autẽ eſca, quã accipis, iſte panis viuus qui deſcendit de cælo, vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat, & quicũq; hunc panẽ mãducauerit, non morietur in æternũ, & corpus eſt Chriſti. & poſtea. Conſidera nunc vtrũne prǽſtãtior ſit panis angelorũ, an panis Chriſti, qui vtiq; corpus eſt vitæ. Manna illud è cælo, hoc ſuper E cælum. Illud cæli, hoc domini cælorum. Illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienũ ab omni corruptione, quod quicunque religioſe guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis ex Chriſto. Illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis Chriſti diluit in æternum. Iudæus bibit & ſitit, tu cum biberis, ſitire non poteris. Et illud in vmbra, hoc in veritate. Potior autem eſt lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus authoris, quam manna de cælo. Forte dicas. Aliud video, quomodo tu aſſeris mihi, quod corpus Chri- F ſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus hoc non eſſe, quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis quam naturę, quia benedictione & ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes in manu, proiecit eam, & facta eſt ſerpens. Rurſum apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ

Præclara mãnæ cũ Euchariſtiæ comparatio.

Benedictione natura ipſa mutatur, aut in tranſſubſtantiatione.

a Due hic aduerſus hæreticos adſtruuntur, Euchariſtia veritas, & oblatio, & quoniam locus hic Gratiano allatus iiſdem planè verbis, quod ſciam, apud D. Ambroſium non extat, ſed apud Paſchaſium lib. de corpo. Chr. cap. 1. ad maiorem tamen huius veritatis certiſsima probationem aliquot D. Ambroſij indubitata proferam teſtimonia. Sic ergo ait in cap. 5. lib 4. de Sacramen. vide ſingula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequam conſecretur panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Denique audi dicentem. Accipite & edite ex hoc omnes. hoc eſt corpus meum. Et ante verba Chriſti calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit, & paulò pòſt. Quid eſt amplius manna de cælo, an corpus Chriſti? Corpus Chriſti vtique, qui auctor eſt cæli. Deinde manna qui manducauit mortuus eſt, qui manducauerit hoc corpus fiet ei remiſsio peccatorũ, & non morietur in æternum. Ergo non otioſè tu dicis, Amen, iam in ſpiritu confitens, quòd accipias corpus Chriſti. dicit tibi A. ſacerdos. Corpus Chriſti. & tu dicis, Amen. hoc eſt verum. Quod confitetur lingua teneat affectus. Plura habet etiam loca Ambroſiana confeſsio, quibus huius ſacramenti veritas adſtruitur, ſed hæc, cum his quæ D. Anto. attulit, ſufficiant. Oblatio autem Euchariſtiæ prætorquam quod ex Ambroſiana Miſſali, quod paſsim extat, & ex cap.6. lib.4. de Sacramen. clariſsimè oſtendatur, certè D. Ambroſius niſi credidiſſet Euchariſtiam eſſe ſacrificium, nunquam hos ſermones D. Laurentio tribuiſſet lib. 1. Officio. cap. 41. Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine diacono properas? Nunquam B ſacrificium ſine miniſtro offerre cõſueueras. & in Pſal. 38. Vidimus principem ſacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinem ſuum, ſequamur, vt poſsimus ſacerdotes, & offeramus pro populo ſacrificium, & ſi infirmi meritò, tamen honorabiles ſacrificio: quia & ſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur. Immo ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium, quod offertur: Hæc ille.

Matt.26.

Ioan.6.

A.C.390.

A.C.390.

virgæ naturam reuertitur. Vides ergo propheticá gratia bis naturam eſſe mutatam ſerpentis & virgæ. Ponit & alia plura exempla, ſcilicet aquarum Aegypti, quæ conuerſæ ſunt in ſanguinem verbo Moyſi, & poſtea ad naturam ſuam priorem. De aquis mari rubri & fluuij Iordanis, quæ ſteterunt vel conuerſæ ſunt retrorſum. De aquis amariſsimis, quæ immiſſo ligno dulcoratæ ſunt. De petra, quæ percuſſa virga à Moyſe dedit aquas. De ferro excuſſo de manubrio, & in profundum aquæ demerſo: quod enatauit, & in manubrium intrauit ad nutum Heliſæi. De igne de cœlo veniente ad preces Heliæ. Et ſubdit. De totius mundi operibus legiſti, quia dixit, & facta ſunt, ex nihilo. Sermo igitur qui potuit facere ex nihilo, quod non erat, non poteſt ea, quæ ſunt, mutare in id, quod non erant? Non enim minus eſt dare nouas naturas rebus, quàm mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? ſuis vtamur exemplis, incarnationiſque myſterij adſtruamus veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſsit cum dominus Ieſus naſceretur ex Maria? Si quærimus naturæ ordinem, [viro mixta fœmina generare conſueuerat, liquet igitur quod præter naturæ ordinem] virgo generauit. Et hoc quod conficimus corpus ex virgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturæ ordinem ſit ipſe Chriſtus partus ex virgine? Vera vſque caro Chriſti eſt, quę crucifixa eſt, quę ſepulta eſt, [vere ergo carnis illius ſacramentum eſt.] Ipſe dominus clamat: Hoc eſt corpus meũ. Hæc ibi.

Exo. 4. Exo. 7. Exo. 14. Ioſ. 3. Exo. 15. Exo. 17. 4. Reg. 6. 3. Reg. 18. B Pſal. 148.

Tranſubſtantiatio multis argumentis adſtruitur. C

Idem in eodem de conſec. diſt. 2. panis. Panis eſt in altari vſitatus ante verba ſacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Fit autem conſecratio verbis Ieſu. Non enim ſuis ſermonibus vtitur ſacerdos, ſed ſermonibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum. Quis eſt ſermo Chriſti? Hic quo facta ſunt omnia. Iuſsit enim dominus & facta ſunt cælum, terra, mare &c. De baptiſmo ait idem Ambroſ. in eodem libro de ſacramentis, de conſec. diſt. 4. per aquam. Per aquam baptiſmi tranſitus eſt, de terrenis ad cæleſtia, ideo Paſcha tranſitus dicitur. Et hic tranſitus eſt à peccato ad vitã, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad ſanctificationem. Qui ſuper hanc aquam tranſit, non moritur, ſed reſurgit. Non omnis aqua ſanat; ſed illa, quæ habet gratiam Chriſti. Non ſanat aqua, niſi prius deſcendat Spiritus ſanctus.

D

Virtus Baptiſmi li. 1. de ſacra. ca. 4.

E

Idem Ambroſ. 1. q. 1. non ſanat. Non ſanat baptiſmus perfidorum, non mundat, ſed polluit, qui in diluuio aquarum ad Deum non approximabunt, quia vt per apoſtolum dicitur: quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt: & ipſis, qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt, ſed ad iudicium eſt. Et dicit Gratianus in §. ſeq. quod loquitur Ambroſ. de baptiſmo illorum hæreticorum, qui in baptizando non ſeruant formã Eccleſiæ, vt ſunt Ariani & Sabelliani.

Rom. 14.

F

Idem Ambroſ. ſuper epiſtolam ad Roma. de conſe. diſt. 4. ſine pœnitentia, ait. Gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum, non planctum, vel aliquod opus, ſed ſolam ex corde profeſsionem, & omnia gratis condonat. Et intelligitur ſecundum gloſſ. de pœnitentia exteriori, id eſt, ſatisfactione.

Gratia Dei in baptiſmo quære in cap. 11 ad Rom.

A.C.390.

De ſacramento pœnitentiæ.

§. VI.

De pœnitentia Ambro. de pœni. diſt. 1. nemo. Nemo poteſt bene agere pœnitentiam niſi qui ſperauerit indulgentiã. [Sed negant oportere his reddi communionem, qui præuaricatione lapſi ſunt. Si vnum tantum crimen exciperent, durè tamen, ſed tamen diuinis redargui viderentur eloquiis.] Deus autem nullum crimen excipit qui omnia peccata donauit, & cap. ſeq. Dominus par ius & ſoluendi eſſe voluit pariter & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit. Ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi habet. Certum eſt, quod Eccleſia vtrumque habet. Hæreſis vtrumque non habet, id eſt, neutrum habet. Idem, diſtinctione eadem, ſunt qui arbitrãtur, ait. Facilius inuenis qui conſeruauerit innocentiam, quàm qui congrue egerit pœnitentiam.

Pœnitẽti ſpes veniæ neceſſaria. lib. 2. de pœ. ca. 2.

Idem, Nonnulli ideo poſcunt pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint, & hi non tam ſoluere ſe cupiunt, quàm ſacerdotem ligare: ſuam enim conſcientiam non exuunt, ſacerdotem induunt. Propter quos præceptum eſt. Nolite ſanctum dare canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos, hoc eſt immundis [aliàs impuritatibus] ſpiritibus, id eſt, permanentibus in peccatis: ſacræ communionis non ſunt facile tribuẽda conſortia. de pœn. diſt. 1. nonnulli.

Poſt pœnitẽtiam nõ ſtatim ad cõmunionem accedendum. ibi. cap 9. Mat. 7.

De contritione Ambro. in ſermone quadrageſimæ. Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. de pœni. diſt. 3. pœnitentia, id eſt, proponere non committere.

Idem de pœni. diſt. 1. ſunt qui arbitrantur, ait. Nihil eſt, quod tam ſummo dolori ſit, quàm ſi vnuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati, recordetur vnde lapſus ſit, atque vnde deciderit, eò quòd ad corporea atque terrena ab illa ſpecioſa & pulchra diuinæ cognitionis intentione defluxerit.

Idem Ambroſ. in apologia Dauid. de pœnit. diſt. 3. ille rex, ſic ait. Ille rex tantus & potens, ſcilicet Dauid: nec exiguo quidem momento manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam, ſcilicet poſtquam à Nathan fuit reprehenſus, ſed prẹmatura confeſsione atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum domino, ſcilicet dicens: Peccaui. Et infra. Denique dominum dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret. Quoniam pœnituit te, dominus tranſtulit peccatum tuum. Maturitas itaque veniæ profundam in rege fuiſſe pœnitentiam, id eſt dolorem declarauit: quæ tanti erroris offenſam traduxit. Hæc ille, ſcilicet, quo ad culpam & pœnam æternam. De confeſſione idem in lib. de paradiſo. de pœnit. diſt. 1. non poteſt, 1. ait. Non poteſt quiſquam à peccato iuſtificari, niſi peccatum fuerit ante confeſſum, id eſt, ſaltem mentis propoſito.

Pœnitentiam non eſſe differendã. li. de apolo. Dau. ca. 2. tom. 4. Ibid. 2. Reg. 15.

Idem in ſermone quadrageſimæ, & habetur cap. ſequenti. Ecce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo confeſsio animam à morte liberat, cõfeſsio aperit paradiſum, confeſsio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde ſcriptura dicit, dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris.

Hic ſermo in Ms. cod. eſt, & incipit ecce nunc tempus adeſt. Iſa. 43.

Idem in lib. de paradiſo. Serpens decepit me, & comedi, ſcilicet dixit Eua domino inquirenti. Veniabilis culpa, id eſt digna venia, quam ſequi-

Gen. 3.

A.C.390. tur confeſsio delictorum. Ideo non eſt deſperata mulier, quæ non reticuit Deo, ſed magis confeſſa eſt peccatum ſuum, quam medicabilis ſententia ſecuta eſt, de pœn. diſt. 1. ſerpens. De ſatisfactione Ambroſ. in ſermone in dominica de Abraham. Medicina miſericordiæ tollit peccata magna, habemus plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus. Pecuniam habes, redime peccata tua. Non venalis eſt dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis. Vilis eſt pecunia tua, ſed pretioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna (inquit ſcriptura) à peccato liberat. de pœni. diſt. 1. medicina.

Satisfactionis opera. in li. de Hel. & ieiun. cap. 20.

Thob. 12.

Idem in lib. de pœnitentia. & diſt. ea. ca. Adam. Adā inquit poſt culpam ſtatim de paradiſo Deus eiecit, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delicijs, vt ageret pœnitentiam: ſtatim tunica veſtiuit pellicea, non ſericea.

Idem in eodem. Deus diſtinctionem non facit, qui miſericordiam ſuam omnibus promiſit, & relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine vlla exceptione conceſsit, ſed qui culpam exaggerauit, exaggeret & pœnitentiam, id eſt, maiorem faciat. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus: de pœni. diſt. 1. Deus. Quod autem ipſe Ambroſ. dicit in lib. de vnica pœnitentia. Quod ſi eſt vnum baptiſma, ita & vnica pœnitentia: intelligitur, ſecundum Gratianum de pœn. diſtin. 3. reperiuntur, de ſolemni pœnitentia, quæ tantum ſemel fiebat, de qua habetur diſtinctione 50. in capite.

Quomodo dicat Ambr. vnicam tantum eſſe pœnitentiam. in 2. de pœni. cap. 10.

Animæ pulchritudo lib. 6. Hexaem. cap. 7. to. 4.

§. VII.

De virtutibus Ambroſ. in Hexaëmeron ait. Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendorémq; pietatis. Illa anima bene picta eſt, in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ & paternę imago ſubſtantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretioſa eſt: ſecundum hanc imaginē ante peccatum depictus eſt Adam, ſed vbi lapſus eſt depoſuit imaginem cœleſtis, ſumpſit terreſtris effigiem. de pœni. diſt. 2. illa anima.

Idem in libro de fuga ſæculi, ait, Similem eſſe Dei, eſt habere iuſtitiam, ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum, de pœnitentia, diſtinctione 2. ſimilem.

Quid eſt eſſe Dei ſimilē. li. de fuga ſæc. ca. 4. tom. 1.

Item Ambroſ. 32. q. 1. cum renunciatur. Cum renunciatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus. Egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum. Eodemque ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

Idem Ambroſ. de vita beata ait. Sapiens nunquam eſt inanis, ſemper in ſe habet amictum prudentiæ, qui poteſt dicere, Iuſtitiam induebam, veſtiebam iudicium. Mentis namque hæc ſunt interna velamina, quæ nemo alius poteſt auferre, niſi cum aliquē ſua culpa deſpoliat. Denique ſic ſpoliatus Adam nudus inuentus eſt. de pœni. diſt. 2. ſapiens.

Idem in lib. de paradiſo. Paſtor ille euangelicus lapſam ouem legitur vexiſſe, non abieciſſe. Et Salomon ait, Noli eſſe nimis iuſtus. debet enim iuſtitiam temperare moderatio, nam quemadmodum tibi curandus præbeatur, quem faſtidio habeas? qui contemptui ſe non compaſsioni medico ſuo putet futurum? de pœni. diſt. 1. ſerpens.

Compatiendum peccatoribus. Luc. 15. Eccl. 7.

A.C.390. Idem Ambroſ. in lib. de officiis. Eſt iniuſta miſericordia, de qua in lege ſcriptum eſt de quodā. Non miſereberis illius. Et in libris regum legitur, quod Saul contraxit offenſam, quia miſertus eſt Agag hoſtium regis, quem prohibuerat diuina ſententia ſeruari. Et infra: [In ipſa Eccleſia, vbi maxime miſereri decet.] Teneri quammaxime debet forma iuſtitiæ, ne quis è conſortio communionis abſtentus, breui lachrymula, atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem, quamplurimis debet poſtulare temporibus, à facilitate ſacerdotis extorqueat. Nonne cum vni indigno indulget plurimos facit ad prolapſionis contagium prouocari? Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquenti, 24. q. 4. eſt iniuſta.

Iniuſta miſericordia. in pſal. 118. ſer. 8. ante medium. tom. 4. Deut. 19. 1. Reg. 15.

Idem Ambroſ. in ſermone qui incipit Amarior, ſic ait. Non oſculatur ſemper pater filium, ſed aliquando caſtigat. Ergo quando caſtigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amarius inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſsio. 5. q. 5. non oſculatur.

Etiam amātes caſtigāt. ſer. 84. to. 5.

Heb. 12.

Idem Ambroſ. ſuper Beati immaculati, ait. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in ſeipſo condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducitur. Et poſt pauca. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſcitis iuris obtemperat, nō indulget propriæ voluntati. Nihil paratum vel meditatum domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, ſicut ſe habet natura, decernit, obſequitur legibus, non aduerſatur, examinat cauſæ merita, non mutat. 3. q. 7. iudicet.

Bonus iudex quis. ibid. non multo poſt.

Idem in lib. de offic. Fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena eſt iuſtitia, 24. q. 3. fortitudo.

Idem: Non in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam in vitio eſt, quam ille, qui facit, ibidem, cap. non inferenda.

Idem Ambroſ. in ſermone qui incipit, Diuinum ad patrem, & diſtin. 35. ſexto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta eſt edendi poteſtas, & vſus eſcarum, vbi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi. Vbi cœpit ſua incrementa neſcire, ibi cœperunt diuina circa eum opera feriari: quo iudicio declaratum eſt, quod per cibos mundus habere imminui, per quos deſiit augeri. Et infra. Vt ſciamus nouum non eſſe ieiunium, primam illic legem conſtituit de ieiunio, & infra. Eouſque nemo præuaricari nouerat: vt adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt, præuaricatio. Indictū eſt ieiunium abſtinentiæ. Lex à domino Deo, Præuaricatio legis à diabolo. Culpa per cibum, latebra poſt cibum. Cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis virtus in ieiunio. Serpens gulæ perſuadet, dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiſo errantem expulit: abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem. Hæc ibi. Et pulchra ſubdit de ſobrietate

Ieiunium quando inſtitutū. in lib. de hel. & ieiu. cap. 4. tom. 4. Gen. 1.

Ieiunij & gulæ comparatio. ibid.

A C.390.

tate & ebrietate. De liberalitate & miſericordia, idem in lib. de offic. ait. A Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur, vt primum opereris circa domeſticos fidei. Grandis enim culpa, ſi ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, famem tolerare, ærumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcat. Si in cauſam ceciderit aut captiuitatis aut calumniæ, & non adiuues. Si ſit in carcere & pœnis & ſuppliciis propter debitũ aliquod iuſtus excrucietur. Nam etſi omnibus debetur miſericordia, iuſto amplius. Si tempore afflictionis ſuæ nihil à te impe- B tret. Si tempore periculi, quo rapitur ad mortẽ, plus apud te valet pecunia tua, quàm vita morituri, non eſt leue peccatum. Et infrà: Eſt etiam probanda illa liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi illos egere cognoſcas. Conſideranda eſt etiam in largiendo ętas & debilitas, nonnunquam & verecundia, quæ ingenuos prodit natales. Pulchra etiã liberalitas in ipſo quoque dato menſuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum effluere. [Quicquid ex affectu puro & ſincero promitur.] Hoc eſt decorum, non ſuperfluas aggre- C di ædificationes, nec prætermittere neceſſarias. [Et maxime ſacerdoti hoc conuenit.] ornare Dei templum honore congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat, impenſas miſericordiæ conuenientes frequentare,] quantum oportet peregrinis largiri, non ſuperflua, ſed cõpetentia, nõ redundãtia ſed congrua humanitati, ne ſumptu pauperum alienam ſibi quærat gratiam, ne reſtrictiorem erga clericos aut indulgentiorem ſe præbeat.]

Liberalitas perfecta quæ. li. 1. offic. c. 30.

Propinquis eſt ſubueniendum. ibid.

Et infrà: idem ſuper Lucam. Miſericordiæ cõmunis eſt vſus, ideo commune præceptum eſt, D omnibus officiis, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel vrbanus, diues & pauper. Omnes in commune monentur, vt conferant non habenti. Miſericordia enim plenitudo virtutum eſt, & ideo omnibus propoſita eſt perfectæ forma virtutis, diſtinctio. 86. non ſatis. cum ſequen.

Miſericordia omnibus conuenit. li. 2. cõ. in Luc. in c. 3. poſt principiũ ro. 5.

Idem in lib. de offi. Aurũ habet eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat neceſſitatibus. Quid enim eſt opus cuſtodire, quod nihil adiu- E uat? An ignoramus quantum auri & argenti de templo domini Aſſyrij abſtulerunt? Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Nonne dicturus eſt dominus, Cur paſſus es tot inopes fame mori? cur tot captiui in commercium deducti ſunt, nec redempti? cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quàm metallorũ. His non poſſet reſponſum referri. Quid enim dices? Timui ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet. Aurum ſacramenta non quærunt, nec F auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt. Et vere illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus domini, qui operatur, quod ſanguis eius operatus eſt, 12. q. 2. aurum.

4. Reg. 25.

Idem de fuga ſæculi. Cui portio Deus eſt, nihil debet amare niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic

Clerici ab omni officio ſæculari alieni eſſe debent. li. de fug. ſęc. c. 2. to. 2.

A noſtro officio decerpitur. Hæc eſt enim vera ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio cariſsimorum, vt ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire geſtit, 12. q. 1. cui. A.C.390.

Idem in lib. de offi. Denique ſi non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter datur, cõmodius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum. Et infrà. Sacerdotis eſt nulli nocere, prodeſſe velle omnibus: poſſe autem, ſolius eſt Dei, 14. q. 5. denique.

Nulli eſt ſubueniendum cum alterius iniuria. li. 3. cap. 9.

Idem Ambroſ. lib. de offi. 22. q. 4. innocens. Innocens credit omni verbo. Non vituperanda fa- B cilitas, ſed laudanda bonitas. Hoc eſt innocẽtem eſſe ignorare quid noceat. Et ſi circunſcribitur ab aliquo, de omnibus iudicat bene, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis ſuæ dote inclinatus Ieſus, vt crederet Gabaonitis teſtamentum diſpoſuit, pacem dedit, confirmauit ſocietatem. Fraude autem depræhenſa populus indignari cœpit. Ieſus tamen pacem, quam dederat reuocandam non cenſuit, quia firmauerat eam ſacramenti religione.

Ioſ. 9.

Idem in eodem. Nihil promittat quis inhoneſtum, aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt non facere C promiſſum, quàm facere quod turpe eſt. Non ſemper promiſſa ſoluenda ſunt omnia. Denique ipſe dominus Deus frequenter mutat ſuam ſententiam, 22. q. 4. vnuſquiſque.

Promiſſa inhoneſta non ſeruanda. cap. 12.

Auari inſani oſtenduntur. ſer. 81. circa medium tom. 5.

§. VIII.

DE diuerſis vitiis. Et primo de auaritia. Ambroſius ſuper Lucam in expoſitione exempli illius, Hominis cuiuſdam diuitis vberes fru- D ctus ager attulit, ſic ait, diſt. 47. ſicut hi. Sicut hi, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed paſsionis ſuæ phantaſias vident: ita & mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat, gratius aurum quàm ſolem intuetur. Ipſa eius oratio & ſupplicatio ad Deum petit aurum. Interdum etiam ex vſuræ arte nequiſsima ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis? nec ſatietas vnquam nec finis aderit cupiditati. Et infrà. Sed ait, ſcilicet auarus. Quid iniu- E ſtum eſt, ſi cum aliena non inuado, propria diligentius ſeruo? O impudens dictum! propria dicis? Quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? quando hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exiſti, quibus, quæſo facultatibus, quibúſque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es? & paulo poſt. Proprium nemo dicat quod cõmune eſt: plus quàm ſufficienter ſumptum, violẽter obtentum eſt. Nunquid iniquus eſt Deus, vt nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidem eſſes affluens & abundans, alijs autem deeſſet, & egerent? An idcirco magis, quia voluit tibi F benignitatis ſuæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, & in ſinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus, tam auidus, quàm qui multorum alimenta ſuum non vſum ſed abundantiam & delicias facit? Neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſsis & abundas, indigentibus denegare. Eſurientium eſt panis, quem tu detines,

Vſuræ ars nequiſsima.

Nihil eſt cuiquã in mundo proprium.

Cur Deus alios diuites, alios egenos eſſe vult.

A.C. 390. nudorum indumentum quod recludis, miſerorum A redemptio pecunia, quam in terram confodis. Tot ergo te ſcias inuadere bona, quot poſsis præſtare quod velis. Hæc ibi. Et vide gloſ. quæ exponit verba aliqua obſcura, vt illud, Quod commune eſt, id eſt communicandum tempore neceſſitatis.

Simoniæ deteſtatio lib de dignit ſacerd. ca 5. to. 4. De ſimonia Ambroſ. in lib. de myſteriis. Quod dedit, cum ordinaretur epiſcopus, aurum fuit, & quod perdidit, anima fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit, aurum fuit: quod dedit, lepra fuit: ſcilicet ſpiritualis lepra peccati & ſuſpenſionis. Idem: Gratiam cum ordinareris non ſuſcepiſti, quia gratuito eam non meruiſti.

In Luc. commen. li 4. in ca. 4 poſt medium. Idem: Cito turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia male quæſita corpus animámque cômaculat. Vides quia facto authoris ſcilicet Giezi, ſucceſsio damnatur hæredis. Cur ergo ſemen Giezi damnatur in æternum, niſi vt vitiorum magis, quàm ſemen generis intelligas, id eſt ſimoniacos? 1. q. 1. cum ordinaretur, & ſequen. De vſuris, lib. de Nabuthe ait, 14. q. 3. plerique. Plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia vſuras exigũt, ſed de mercibus eorum tanquam emolumenta vſurarum percipiunt. Ideo audiant, quid lex dicat. C

Deut. 23. Neque (inquit) vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum.

Vſura mortale peccatum lib. de bono mor. ca. 12. to. 1. Idem: Eſca vſura eſt, veſtis vſura eſt, & quodcunque ſorti accedit, vſura eſt: & quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. Quod intellige in mutuo præcedente intentione principali ad hoc. Idẽ de bono mortis, 14. q. 4. ſi quis, 3. Si quis vſuram accipit, rapinam facit, vita non viuit. Contra luxuriam Ambro. lib. de patriarchis 32. q. 4. nemo. [a] Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum, omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore B debetur caſtimonia. Quicquid in ea, quæ non ſit legitima vxor commiſſum fuerit, adulterij damnatur crimine.

Idem in eodem: Nulli licet ſcire mulierẽ præter vxorem. Ideòque coniugij tibi datum eſt ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Tolerabilius eſt, ſi lateat culpa, quàm ſi culpæ vſurpetur authoritas. *Cognoſcere nulli licet mulierẽ præter vxorẽ. ibi. cap 7.* Contra ſuperbiam Ambroſ. lib. de offi. 11. q. 3. ſi quis. 6. Si quis non obediat epiſcopo, ſeſe extollere atque exaltare deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectatione doctrinæ, aut humilitatis aut miſericordiæ, is à vero deuius ſuperbit. *Non obediens epiſcopo ſuperb° eſt. lib. 2. offic. c. 24.* Quoniam veritatis ea regula eſt, vt nihil facias commendandi tui cauſa, quo minor alius fiat. Neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas, non defendas improbum, & ſancta indigno committenda arbitreris. Neque iterum vrgeas & impugnes, cuius crimen non deprehenderis.

Quæ ſint in noſtra poteſtate. lib. 1. cap. 8. circa finem.

§. IX.

AMbroſius in Hexaemeron 15. q. 1. illa cauenda. [b] Illa cauenda ſunt, quæ ex noſtra vo-

n Hæc D. Ambroſij verba facilè ea conuellunt, D quæ pſeudoambroſius in com. 1. ad Corint. ſcribit, licere ſcilicet viro innocenti, cuius vxor eſt adultera, alterum ducere, cum tamen mulieri continenti virum habenti adulterum alteri nubere non liceat. *Nõ licet viro cuius vxor adultera eſt, aliam ducere.* Nam ſi viro non licet quod mulieri non licet, & ſi eadem à viro quæ ab vxore debetur caſtimonia, neceſſariò colligitur neque virum vxore adultera, neque vxorem marito adultero aliud poſſe contrahere matrimonium. Hoc etiam clarius ex his D. Ambr. verbis cap 7 eiuſdem libri perſpicitur. Habent quidem omnes viri mulieriſq; cõcubitus, nulla legitimi matrimonij ſorte copulati, ſuam culpam. E Diſcite etiam qui ad gratiam baptiſmi tenditis, velut quidam fidei candidati continentiæ diſciplinam. *1. Cor. 7.* Nulli licet ſcire mulierem præter vxorem. & paulo poſt. Iunctus es vxori, noli quærere ſolutionem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere. Nam & aliam quærere cum habeas tuam, crimen eſt adulterij, hoc grauius quod putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Hæc ille: ex cuius verbis liquet D. Ambroſium idem penitus ſenſiſſe cum Trid. Conc. ſeſſ. 24. can. 8. Si quis dixerit Eccleſiam errare, cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adul- F terium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrunque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero cõiuge viuente aliud matrimonium contrahere, mœcharíq; eum qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero alij nupſerit, Anathema ſit. Vide Turr. lib. 5. pro defenſ. Cano. Apoſt. cap. A 11. Ex his apparet quàm execranda deteſtandaq; ſit Geneurſium illa conſtitutio tit de diuo tijs, quæ concedunt viro, qui vxorem ſuam certò adulterium commiſiſſe deprehenderit. teſtibuſq; fide dignis cõprobauerit aliam vxorem ducere. Hæc enim expreſſe contra ius diuinum Chriſti Domini pugnat. Matt. 5. & 19. Mar. 10. Luc. 16. 1. Corinth. 7. Talia ſunt fere omnia illius Eccleſiæ, ſi deo placet, reformata operapretia.

b Hic multa adſtruuntur aduerſus hæreticos, & in primis arbitrij libertas quam in libris de vocatio. gentium acerrime tuetur, & præſertim cap. 3. lib. 1. dicens. Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideo ſe putet liberum arbitrium non habere, quod nec tunc quidem perdidit. quando diaboli voluntati ſe dedit, a quo iudicium deprauatum eſt non ablatum. Deinde E mala noſtra nobis, inquit Ambroſ. debemus adſcribere: ex quo ſequitur Deum mali auctorem non eſſe, quod ipſe in hoc eodem capite euidenter contra Manichæos affirmat. Nunquid, inquiens, ſimul malitiam Deus creauit? Sed ea ex nobis orta, non à conditore Deo condita, morum leuitate generatur, nec vllam creaturæ habens prærogatiuam, nec auctoritatem ſubſtantiæ naturalis, ſed mutabilitatis vitium & errorem prolapſionis. Tertio cum dicit voluntarium militem ſibi Chriſtum legere, notat proculdubio vocationi noſtræ atq; adeo F iuſtificationi nos aſſentiri, neque proinde haberi nos in noſtra iuſtificatione ſolum paſsiue, vt hæretici dicunt. Denique hic virginitatem matrimonio longe præferri audis, & eam D. Ambroſium conſulere, a qua noſtri hæretici adeo abhorrent, vt etiam virgines ſacras ad nuptias inceſtas impulerint. Sed hæc omnia & alia noſtra Catholicæ religionis dogmata ex D. Ambroſij dictis Ambroſiana confeſsio luculenter demonſtrat, in qua licet perſpicue

ſtitue noſtræ ſidei cum ſide Ambroſiana conſenſionem animaduertere.

luntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles corporis paſsiones. Quorum igitur nos ſumus domini, horum principia extrinſecus nõ requiramus, nec deriuemus in alios, ſed agnoſcamus ea, quæ proprie noſtra ſunt. Quod enim poſſumus nõ facere, ſi nolumus, [huius electionem mali nobis potius debemus quàm aliis adſcribere. Ideo etiam in iudiciis iſtis voluntarios reos, non ex neceſsitate compulſos culpa ſtringit, pœna condemnat.] Hoc igitur de eo quod proprie malum videtur dictum eſt. Mala enim non ſunt, quæ nec crimine mentem implicant, nec conſcientiam ligant. Vnde paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem, nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauerit, quia nec contraria iſtis in bonis habentur.

Peccatum poſſumus nõ facere ſi nolumus.

Idem lib. de beata vita. Non eſt quod cuiquam noſtram adſcribamus culpam niſi noſtræ voluntati. Nemo noſtrum tenetur ad culpam, niſi propria voluntate deflexerit. Non habent crimẽ, quæ inferuntur reluctantibus. Et infrà. Voluntarium militem ſibi elegit Chriſtus, voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi quis ſe prius peccatorum ære vendiderit, 15. q. 1. non eſt. Idem Ambroſ. Nuptiæ replent terram, virginitas paradiſum. Idem, Integritas corporis vobis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola enim eſt virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt, 32. q. 1. nuptiæ. & ſequen.

Culpa nulli niſi nobis imputanda. lib. 1. de Iaco. ca 3.

Idem in lib. de paradiſo, 15. q. 1. nec is. Illud quoque ſpecta, quia cum occiditur impius, Chriſtus infunditur, & vbi abominatio aboletur, ſanctificatio conſecratur, quia dominus dixit. In ea die, qua interfeci omne primogenitum Aegypti, ſanctificaui mihi omne primogenitũ Iſrael, quod ad omne tempus refertur.

Peccato virtus ſuccedit. lib. 2. de Caim & Abel. c. 4. Num. 3.

Idem Ambroſ. Circa principium ſui paſtoralis. Honor & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, ſi diademati principum, longe erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorẽ compares. Quippe cum videas regum colla & principum ſummitti genibus ſacerdotum, & oſculata eorum dextera ſe credant eorum orationibus communiri. diſt. 96. duo ſunt.

Idem Ambroſ. in paſtorali ait. Homines prius diſcunt, quod doceant. Ego autem à tribunalibus raptus ad ſacerdotium, docere cœpi, quod ipſe non didici. Itaque docendum mihi ſimul & diſcendum eſt, quoniam diſcere ante non vacauit. Quid autem præ cæteris debemus diſcere quàm tacere, vt poſsimus loqui? Lingua tua menti ſubdita ſit, & frænos habeat quibus poſsit reuocari ad menſuram. Sermones proferat libra examinatos iuſtitiæ, vt ſit in ſenſu grauitas, in ſermone põdus, atque in verbis modus. Tunc enim maxime inſidiatur diabolus, quando in nobis videt paſſiones iracundiæ generari.

Ambroſio ſimul docendũ & diſcendum fuit. lib. 1. off. cap. 1.

Ego quidem non minus vos diligo, quos genui in euangelio, quàm ſi vos ſuſcepiſſem ex coniugio. Non enim vehementior eſt natura ad diligendum quàm gratia. Sicut autem in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adoleſcentibus

A verecundia velut quadam dote commendatur naturæ. Eſt autem in ipſo motu, geſtu, & inceſſu tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. Et vox quædam eſt animi, corporis motus. Sunt qui ſenſum ambulando hiſtrionicos geſtus imitentur, vt quotieſcũque gradum transferunt, modulos quoſdam ſeruare videantur. Nec curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cum cauſa exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſsitas. Si quid ſane in natura vitij eſt, ars emendet. Non ſolum nihil indecorum loqui: B ſed nec aurem quidem præbere debemus dictis huiuſmodi. Quoniam quem audire delectat, alium ad loquendum prouocat.

Verecundia in iuuenibus laudatur. cap. 17.

Verecundia quoque in ipſo corporis decore plus eminet, ita tamen vt etiam non ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis quàm expeditus. Non pretioſis & albentibus veſtimentis adiutus ſed communibus, vt honeſtati vel neceſsitati nihil deſit, nihil accedat nitori. Vox ipſa non remiſſa, non fracta, nihil fœmineum ſonans, ſed formam quandam ac regulam ac ſuccum virilem reſeruans. Sicut autem C molliculum & infractum aut vocis ſonum aut corporis geſtum non probo, ita nec agreſtem nec ruſticum, naturam imitetur. [Eius effigies, formula diſciplinæ, forma honeſtatis eſt.] Conuenire quidem arbitror eccleſiaſticis & maxime miniſtrorum officiis, extraneorum vitare conuiuia. Vel vt ipſi hoſpitales ſint peregrinantibus, vel vt nullus ſit opprobrio locus. Viduarũ & virginum adire domos iuniores non eſt opus, niſi viſitandi gratia, & hoc cum ſenioribus, vel cum epiſcopo: vel ſi grauior eſt cauſa, cũ presbytero. D Cur non ô clerice, tempora illa, quibus ab eccleſia vacas lectioni impendis? Cur Chriſtum non reuiſis? Chriſtum alloqueris? Chriſtum audis? Illum alloquimur, cum oramus, illum audimus, cũ diuina oracula legimus.

Verecundia in decore corporis eminet. ca. 19.

Eccleſiaſtici conuiuia deuitent. ca. 20.

Licet autem honeſta ioca ſuauia ſint, tamen ab eccleſiaſtica abhorrent regula. Nec ſolum perfuſos, ſed omnes etiam iocos arbitror eſſe declinandos.

Idem Ambroſ. Tantus eſt honeſtatis ſplẽdor, vt vitam beatam efficiat trãquillitas conſcientię E & ſecuritas innocentiæ. Beata plane, quæ non iudiciis alienis æſtimatur, ſed domeſticis ſenſibus percipitur, tanquam ſui iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, nec pro ſupplicio pauet.

Splendor honeſtatis quãtus lib. 2. off. ca. 1.

Popularis eſt grata omnibus bonitas, nihílque eſt quod tam facile humanis ſenſibus illabatur. Quis autem eius conſilio ſe committat: quem nõ putat plus ſapere, quàm ipſe ſapiat? Vel quomodo potes iudicare conſilio ſuperiorem, quem moribus vides inferiorem? An vero putabo eum idoneum, qui conſilium mihi det, quod ſibi non dedit? & mihi cum vacare credam, qui ſibi non vacet? Cuius animum voluptates occupent, libido F deuincat, auaritia ſubiuget, cupiditas perturbet, motus quatiat? Quomodo hic locus conſilij, vbi nullus quieti? Hæc ille.

Cõſilium alteri daturus debet eſſe altero pręſtantior. ca. 8. & 11.

De beato Auguſtino, & ſcriptis eius.

CAPVT VIII.

A.C.400

D Aug elogia.

A Quaſi ſol refulgens, qui dominus dicitur planetarum & pater luminis, ſuper omnia lominaria ſplendens, delectabilis oculis, & per omnia reſpiciens: ſic Auguſtinus eccleſiam illuſtrauit, gemma doctorum, pater theologorum, ſoauis eloquio, omnes materias penetrando dilucidans. Vnde de eo Hierony. in lib. de 12. doct. ait. Auguſt. epiſcopus volans per montium cacumina quaſi aquila, & ea, quæ ſunt in radicibus montium non conſiderans, multa cælorum ſpatia terrarúmque ſitus, & aquarum circulum claro ſermone pronũtiat. Proſper verò de eo loquit lib. de vita contemplatiua.

Hiero. in li. de 12. doctorib. tom. 4.

Lib. 3. c. 3.

B Sanctus Auguſtinus acer ingenio, ſuauis eloquio, ſecularis literaturæ peritus, in eccleſiaſticis laboribus operoſus, in quotidianis diſputationibus clarus, in omni ſua actione compoſitus, in quæſtionibus ſoluendis acutus, in conuincendis hæreticis circunſpectus, in expoſitione fidei noſtræ catholicus: in exponẽdis ſcripturis canonicis cautus. Emiſcius quoque poſtquam Hieronymum & qooſdam alios doctores commemorando laodauit, ſic concludit. Hos omnes Auguſtinus ingenio & ſcientia ſua vincit.[a] Nam licet Hieronym. 6. millia voluminum Origenis ſe legiſſe fateatur, iſte tamen tanta ſcripſit, vt non ſolum diebus & noctibus ſcribere libros eius quis non poſsit, ſed C nec legere occurrat. Voluſianus etiã dicit de eo, quod legi Dei deeſt, quicquid Auguſtinum contigerit ignorare. Sed & deuotus Bernardus appellat eum validiſsimum malleum hæreticorum. Merito igitur ſicut ſol refulgens, ſic iſte in templo Dei refulſit, ſplendore doctrinæ clariſsimæ, feruore dilectionis feruentiſsimę, decore vitæ ſanctiſsimæ. Quam vitam deſcripſit D. Auguſtini doctoris incomparabilis vita ex eiuſdem cõfeſſionibus & Poſsidonio collecta: eius præterea mentionem faciunt permulti veterum, qoos collegit Caniſ. in initio operis catechiſtici, & Tor- D renſis Auguſtinianæ confeſsionis auctor. Poſsidonius Calamenſis epiſcopus, vt refert Caſsiodorus. Auguſtinus igitur in prouincia Aphricana ciuitate Thagaſtenſi ex honeſtis parentibus, patre Patritio gentili, matre Chriſtianiſsima. Monica dicta oriundus fuit. Hic in adoleſcentia ſua in liberalibus artibus ita plene fuit eruditus, vt ſommus philoſophus, & rhetor luculentiſsimus haberetur, & ex maximo & acutiſsimo ingenio per ſe quaſi libros artium liberalium intellexit. Vnde in lib. confeſsionum de ſe ait. Omnes libros artium, quas liberales vocant, quoſcunque legere E potui, per meipſum legi & intellexi, tunc nequiſſimus malarum cupiditatum ſeruus. Et quicquid eſt, de arte diſſerendi & loquendi, quicquid eſt de dimenſionibus figurarum, & de muſicis & numeris, ſine magna difficultate, nullo hominum tradente intellexi. Scis tu domine Deus meus, quia celeritas intelligendi & diſcendi donum tuum eſt, ſed non inde ſacrificabam tibi.

Aug. omnes doctores ſcientia vincit.

Ber. ſer. 80 ſuper cant.

Iſido. de viris illuſtri. ca. 8.

Augu. artes omnes ſine magiſtro didicit li. 4. conf. c. 54.

A.C. 400.

2. Cor. 8.

Verùm quia ſcientia ſine caritate inflat, non ædificat, ex gentilitatis errore incidit in hæreſim Manichæorum, qui ponunt duo principia rerum, Deum ſcilicet authorem inuiſibilium: diabolum viſibilium. Qui etiam aſſerunt corpus Chriſti nõ fuiſſe verum, ſed phantaſticum, id eſt acreum. In quo errore permanſit Auguſtinus per nouem annos.

Ciceronis eum ad mundi cõtemptum inducit. li. 3. c. 4.

Cum autem eſſet iam annorum nouendecim, B & deueniſſet ad manus eius qoidam liber Ciceronis exhortatorius ad philoſophiam ſeu ſapientiam acquirendam, multum affectus eſt ad doctrinam eius, eo quòd ad contemptum mundi inuitabat, & vacandum ſapientiæ. Hoc tamẽ refringebat eum, & non totum rapiebat, quia ibi non erat nomen Ieſu Chriſti in illo libro, quod nomẽ à lacte matris imbiberat, & alte retinebat. Et quicquid legebat vbi hoc nomen non eſſet, quãuis expolitum & verum, non ſatisfaciebat. Cœpitque ei vileſcere vanitas mundi, & ſtudio totus intendere.

Adeodatus Aug. filius qualis, lib. 9. ca. 6.

C Habuit nihilominus ex quadam muliere ſoluta fornicarie filium nomine Adeodatum, qui poſtea cum eo baptizatus eſt. Et tam acuti ingenij erat, vt ipſi patri Auguſt. eſſet admirationi, ſed in ſua adoleſcentia ex hac luce ſubtractus eſt.

Huius autem Auguſt. mater deuotiſsima Monica nomine, iam defuncto viro vidua in magna ſanctitate permanens vitæ quotidie flebat pro errore filij, aſsidue orans pro acceleratione cõuerſionis eius. Quadam autem die, vt ipſe Auguſt. refert in li. confeſ. cum oraret mœrẽs, videt ſe ſtare in quadam linea lignea. Cui apparens quidã pul- D cherrimus iuuenis, ſcilicet angelus, quæſiuit ab ea cauſam tantæ triſtitiæ. Quæ reſpondit perditionẽ filij mei Auguſtini ego deploro. Cui iuuenis. Eſto ſecura, quia vbi tu, ibi & ille. Reſpiciénſq; videt Auguſt. iuxta ſe in illa linea ſtantem. Cum ergo illa exhilarata retuliſſet Auguſt. Reſpondit ille. Falleris mater, non ſic tibi dictum eſt, ſed vbi ille, ibi & tu. Econtra illa, non ſic mihi dictum eſt, vbi ille, ibi & tu, ſed vbi tu, ibi & ille, quia videlicet Auguſti. educendus erat ad rectam regulam fidei Catholicæ, in qua tunc mater eius erat, ſed non ipſe.

Epiſcopi ad Monicam de Aug. reſponſum cap. 12.

E Cum autem pia mater eius ſedula eſſet in quærendo conuerſionem filij, acceſsit ad quemdam ſanctum epiſcopum, rogans vt intercederet pro eo: & cum eo loqueretur ad inducendum eum de errore ſuo, reſpondit. Adhuc inflatus eſt nouitate illius erroris, ſed legens inueniet quanta ſit impietas eius. Et cùm illa cum lachrymis adhuc inſtaret, reſpondit importunitate deuictus. Vade ſecura [ita viuas] impoſsibile eſt, vt filius (aliàs F fluuius) tantarum lachrymarum pereat.

Romam proficiſcitur cõtra matris voluntatem. li. 5. cap. 8.

Poſtquam autem multis annis Charthagini rhetoricam legiſſet, audiens quod Romę quietius ſtudium ageretur, & perfectius, neſciente matre, ne ſcilicet eum ſequeretur, aſcendens nauim ad vrbem profectus eſt. Ad quem multi diſcipuli congregati ſunt audientes doctrinam eius, vbi & infirmatus eſt matre ignorante, ſed ea aſsidue pro ſalute eius orante, cito ſanitati reſtitutus eſt.

Tempo

a Hieron. hoc de ſeipſo non refert, ſed quendam alium fuiſſe ait, qui ſe ſex millia librorum Origenis legiſſe quamplurima, fratrum multitudine ibidem audiente confeſſus eſt, quem ipſe redarguens ſubiecit. Quod Origenes non ſcripſit, quomodo ille legere potuit? Numera indices librorum eius qui in 3. volumine Euſebij, in quo ſcripſit vitam Pamphili continentur, & non dico ſex millia, ſed etiam partem non reperies. Apolo. in Ruff. Idem. Sex millia Origenis tomos non poterat quiſque legere, quos ille non ſcripſit, faciliuſq; credo teſtem huius ſermonis quàm auctorem eſſe mentitum. Hiero. ep. 62. ad Theop. tom. 2.

A.C 400. Tempore illo Medioianenſes à Symmacho A præfecto Romanorum petierunt ſibi deſtinari aliquem doctorem in rhetorica. Propter quod Auguſt. ab eo illuc directus eſt, vbi tunc præſulabatur ſanctus Ambroſius. Mater vero eius quieſcere non valens, licet cum multa difficultate, eum ſecuta eſt vſque ad Mediolanum.

Reſipiſcit audito Ambroſio. lib. 5. cap. 14. & lib. 6. cap. 1.

§. I.

FRequentabat autem Auguſt. audire Ambroſium prædicantem cũ multa deuotione.[a] Et B vna die prædicando diutius diſſeruit de tali materia, ita efficaciter errorem illum euacuando rationibus, vt Auguſt. ex toto hæreſim illam à mente ſua abdicauerit. Quod cum mater ab eo percepiſſet, gaudens plurimum dixit ei. Credo Deo meo, quia non prius ex hoc mundo tranſitura ſum, quàm videam te perfectum chriſtianum. Vnde & ipſa Ambroſium venerabatur & diligebat, percepto quod per doctrinam eius errorem illum dimiſerat.

Aug. de instituenda vita deliberat. li. 8. ca. 11.

Cùm ergo via Chriſti iam ſibi placeret, ſed C per eam ire pigebat, dubitans[b] ſe ſufferre non poſſe mores Chriſtianæ religionis, ſeipſum arguens, vt patet in lib. cõfeſ. ſibiipſi dicebat. Quot pueri & puellæ ſunt in Eccleſia, qui in omni caſtitate & obedientia ſeruiunt Deo ſuo? Quid in te ſtas, & non ſtas? Proiice te in eum, & excipiet te & ſanabit te.

Augu. ad S. Simplicianũ accedit ibi. c. 1. & 2.

Miſit quoque dominus in mentem eius, vt iret ad quendam ſeruum Dei Simplicianum nomine, magnæ famæ virum, eo quod à iuuentute ſua deuotiſsime Deo ſeruierat, & multa expertus fuerat. Iam tunc ſenex erat, & lucebat in eo gratia diuina, vt conferret cum eo æſtus ſuarum cogitationum, & conſuleret eum, quis eſſet ei aptus modus ambulandi in via Dei, ſic affecto vt ipſe erat, in qua alius ſic, alius ſic ibat. Simplicianus autem hortatus eſt eum ad ſuſceptionem baptiſmi inducens ei exemplum Victorini amici ſui maximi in arte oratoria, qui ex gentilitate cõuerſus ad Chriſtum intrauit Eccleſiam plenam populo, nec erubuit publice confiteri ſe credere, & recitare articulos fidei.

Politiano narrante vitam D. Antonij omnino religioſã vitã ducere propoſuit. c. 6. & 7.

Confortatus autem Auguſtinus, reuerſus eſt domum, & cùm vna dierum colloqueretur cum Alipio amiciſsimo ſuo, & compatriota in atrio domus ſuæ, ſuperuenit quidam notus eorum de Aphrica Politianus nomine, cœpítque eis enarrare de D mirabilibus, quæ diuulgata erant in partibus ſuis de beato Antonio Eremita, & ſanctitate eius, qui fuerat idiota, & paulo ante defunctus. Auguſtinus autem facie immutata, ait ad Alipiũ. Quid audiuimus Alipi? Quid patimur? Surgunt indocti & rapiunt cælum, & nos cum noſtris doctrinis ecce vbi volutamur in carne & ſanguine. An quia præceſſerunt pudet ſequi. Móxque compunctus exarſit in Deum ad exemplum Antonij, audita vita eius.

[c]Et dimiſſo Alipio, ſolus intrauit hortũ ipſius domus, ponens ſe ſub arbore fici, & dimiſsis habenis oculis reſolutis in fletus compunctionis, E imbrem lacrymarum emiſit ingentem, ſeipſum reprehendens, & dicẽs. Quamdiu, quamdiu? Cras & cras? Sine modo, ſine paululum. Sed modo & modo, non habebat modum, & ſinens paululum prodibat in longum. Et Domine vſquequo? quãdiu ponam conſilia in anima mea? Pſal. 6. & 12.

Quomodo rapiat hominẽ Deus. lib. 10. ca. 27.

De iſta ſui retardatione plurimum poſtea conquerebatur in ipſo libro confeſsio. dicens. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua, ſero te amaui. Et ecce intus eras, & ego foris, & ibi F te quærebam, & in iſta formoſa, quæ feciſti deformis irruebam. Mecum eras, & tecum non erã. Vocaſti & clamaſti, & rupiſti ſurditatem meam. Coruſcaſti, & ſplenduiſti, & fugaſti cœcitatem

Auguſtinus quomodo reſipuerit.

a Sic ſe reſipuiſſe ſcribit Auguſt. lib. 5. confeſſ. cap. 13. Studioſe inquit audiebam diſputantem Ambroſium in populo, non intentione, qua debui, ſed quaſi explorans eius facundiam, vtrum conueniret famæ, & maior minórue proflueret, quàm prædicabatur, & paulo poſt cap. 14. Et dum cor aperirem ad excipiendum quàm diſerte diceret, pariter intrabat, quàm vere diceret, gradatim quidẽ. Nam primo ipſa defendi poſſe mihi iam cœperant videri, & fidem Catholicam, pro qua nihil poſſe dici aduerſus oppugnantes Manichæos putaueram, iam non impudenter aſſeri exiſtimabam, maxime audito vno atque altero, & ſæpius ænigmate ſoluto de ſcripturis veteribus. Quare non primum omnino à D. Ambroſio ad veritatis viam deductum, ſed ad ancipitem fluctuationẽ: ipſe enim lib. 6. c. 1. ait, vnde & Matri aduenienti Mediolanum reſpondit, ſe quidem iam non eſſe Manichæum, ſed neque Catholicum Chriſtianum.

Caſtitas poteſt cũ Dei gratia cuſtodiri.

b Hæc D. Augu. dubitatio intelligenda eſt de cœlibatu. Nam ipſe plurimum angebatur cœlibémne vitam ducere in Chriſtiana profeſsione deberet, an communem: & vtrumne in ſuæ conuerſionis initio deberet ſe diuino obſequio penitus addicere, an verò mundanis curis implicari. Prior itaque ſentẽtia, quia melior, ideo in D. Auguſt. obtinuit. vt oſtẽdimus in 3. par. tit. 24. cap. vltimo. lege item cap. 5. lib. 8. & 11. Ex quo hæc verba plena omnis pietatis & dulcedinis excerpſimus. Aperiebatur ab ea parte, qua intenderam faciem, & quo tranſire trepidabam, caſta dignitas continentiæ, ſoluta & non diſſoluta, hilaris, honeſte blandiens, vt venirem neque dubitarem, & extendens ad me ſuſcipiendũ & amplectendum pias manus, plenas gregibus bonorũ exemplorũ. Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuẽtus multa, & omnis ætas & graues viduæ & virgines, anus, & in omnibus ipſa continẽtia nequaquã ſterilis, ſed fœcũda mater filiorũ gaudiorum de marito te Domine. Et irridebat me irriſione exhortatoria, quaſi diceret. Tu non poteris, quod iſti & iſtæ? An verò iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, & non in A domino Deo ſuo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Proiice te in eum, noli metuere, non ſe ſubtrahet, vt cadas. Proiice te ſecurus, excipiet te, & ſanabit. Et erubeſcebam nimis, quia illarum nugarum murmur audiebam, & cunctabundus pendebam. Et rurſus illa quaſi diceret, obſurdeſce aduerſus immunda iſta membra tua ſuper terram, vt mortificentur. Narrant tibi delectationes, ſed non ſicut lex Domini Dei tui. A.C. 400. Pſal. 118.

c Abſceſſi ergo in hortum, & Alipius pedem poſt pedem. Neque enim ſecretum meum non erat vbi ille aderat. Aut quando me ſic affectum desereret. Auguſt. ibid.

A.C.400. meam. Flagraſti: & duxi ſpiritum, & anhelo tibi. Guſtaui, & eſurio, & ſitio te. Tetigiſti me, & exarſi in pacem tuam. A

Vocis admonitu ve cóuerſus fuerit. li.8.ca.12.

Cum autem amariſsime fleret ſubtus illam ficum poſitus, audiuit vocem dicentem ſibi. Tolle, lege, tolle, lege. Repreſsis ex hoc lachrymis, cogitare cœpit, verum ne illa vox audita, eſſet puerorum circa murum horti cantantium ex ſolatio. Sed cum nullam reminiſceretur talem vocem audiſſe cantari à pueris vel alijs, exiſtimauit quod erat, ſcilicet vocem illam à Deo formatam: vnde reuerſus ad locum horti domus, vnde diceſſerat ab Alipio, B & ibi reperiens librum epiſtolarum Pauli, quem ibi dimiſerat ſuper tabulam, quando in hortum lachrymas retinere non valens ſeceſſerat, aperuit librum. Coniectiſque oculis ad primum verſum, qui occurrit, legit [Nó in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.] Induimini dominum Ieſum Chriſtum. Et ſtatim quaſi infuſa luce ſecuritatis ab eo dubietatis omnis tenebræ diffugere: intelligens ex verbis illis ſibi à domino dici, vt indueret dominum Ieſum Chriſtum baptiſma recipiendo, quod omnino ſe C ſacturum propoſuit.

Rom.13.

Quomodo à dolore dentiú ſit curatus. lib. 9.cap.4.

Interea vehementiſsimus dolor dentium eum apprehendit, ita vt loquelam amitteret. Quapropter in tabulis ceteris ſcripſit, ex quo loqui non poterat, vt orarent, quatenus dominus dolorem mitigaret. Quibus orantibus cum eo, ſtatim ſanatum ſe ſenſit.

Demum adueniente ſolennitate Paſchali baptizatus eſt à beato Ambroſio, cum iam eſſet triginta annorum, cum Adeodato filio ſuo & amico Alipio. [a] Tunc vt fertur, Ambroſius inquit. Te Deum laudamus. Et Auguſtinus reſpondit. Te D Dominum confitemur. Qui alternatim ipſum hymnum vſque ad finem ediderunt. In fide autem Catholica mirabiliter confirmatus, & maximo feruore diuini amoris repletus, dimiſit omnem ſpem & ſolicitudinem ſeculi: [b] ac etiam ſcholis, quas regebat, renuntiauit.

Mirabilis Aug. poſt & ante ſuſceptá baptiſmi gratiam commotio ca. 6.

Nec ſatiabatur diebus illis dulcedine mirabili (vt ipſe ait) conſiderare altitudinem diuini conſilij, ſuper ſalute generis humani. Quantum fleui (ait) in hymnis & canticis ſuaue ſonantis Eccleſiæ vocibus commotus. Tunc in eccleſia Mediolanenſi cantari hæc inſtituta erant. E

Ib.ca. 2.

Sagittaueras (inquit) in dicto libro confeſsio. ad dominum loquens, tu domine charitate tua cor meum, & verba tua transfixa geſtabam in viſceribus meis, & exempla ſeruorum tuorum, quos de mortuis viuos feceras, congeſta in ſinum cogitationis meæ vrebant, & abſumebant grauem torporem, tanquam carbones vaſtatores. O Ieſu adiutor meus, quàm ſuaue mihi fuit ſubito carere

Ibid.ca.1.

a A beato Ambroſio cunctis fidelibus vrbis adſtãtibus & videntibus in nomine ſancta & indiuidua Trinitatis Auguſtinus baptizatus & confirmatus eſt. In quibus fontibus prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis, Te Deum laudamus cantantes, cunctis qui aderant, audientibus & mirantibus ediderunt. Quod ab vniuerſa Eccleſia Catholica vſque hodie tenetur & religioſe decantatur. Datius Mediol. Chron.lib.1.cap.10. F

b Hoc ante ſuum baptiſmum ſe feciſſe oſtendit. li. 9. confeſſ. cap. 2.

ſuauitatibus nugarum mearum, & quas amittere metus fuerat, nam dimittere gaudium erat. Eiciebas enim eas à me vera tu & ſumma ſuauitas, eiciebas, & intrabas pro eis: omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini, omni luce clarior, omni ſecreto interior, & omni honore ſublimior, ſed non ſublimibus in ſe. A.C.400.

Reuertitur in Aphricam. ibid. cap. 8.

§. II.

Colloquium cú matre. ca. 10.

POſt hæc aſſumptis ſecum Nebridio & Euodio, ac matre, & filio ſuo Adeodato, remeabat ad Aphricam. Et cum eſſent apud oſtia Tiberina, & de naui deſcendiſſent ad ſe recreandũ, loquebantur adinuicem de cæleſtibus valde dulciter. Tunc ait illa filio. Nulla re iam delector in hac vita. [Quid hic faciam adhuc & cur hic ſum neſcio, iam conſumpta ſpe huius ſæculi. Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantulum immorari cupiebam, vt te Chriſtianum Catholicum viderem, priuſquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præſtitit, vt] te, contempta terrena fælicitate, videam ſeruum Chriſti. Infirmata autem ibi, pia mater eius defuncta eſt, & ſepulta. De cuius tranſitu pias lachrymas fudit, & deuotas pro ea orationes ad Deum fudit.

Ex poſsidonio ſiũ quæ deinceps ſequuntur cap.3.

Poſt mortem autem matris reuerſus eſt Auguſ. ad agros proprios, vbi cum amicis ieiuniis & orationibus vacans, ſcribebat libros, & docebat indoctos. Comperta autem eius fama, beatus Valerius Hipponẽſis epiſcopus eum ad ſe accerſiri fecit, & licet inuitum, presbyterum ordinauit lachrymantem de tanto ordine. Eum autem quibuſdam conſolantibus, & dicentibus, quia maiori dignus eſſet honore. Reſpondit ſe ideo lugere, quia presbyterium epiſcopatui appropinquaret, quod valde refugiebat: vnde & vitabat accedere ad aliquam ciuitatem carentem epiſcopo, ne cõtingeret in illo occupari.

Cõſtruit monaſterium. cap. 5.

Factus ergo presbyter, monaſterium clericorum mox inſtituit, & cœpit viuere ſecundum regulam ſub ſanctis apoſtolis conſtitutam. [Maxime vt nemo quicquam proprium in illa Societate haberet, ſed eis eſſent omnia communia: & diſtribueretur vnicuique prout cuique opus erat. Quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet.] Verùm, quia prædictus Valerius epiſcopus ordinator eius erat Græcus, & minus in Latina lingua & literis eruditus, Auguſtino poteſtatem tribuit, vt contra morem Aphricanæ Eccleſiæ coram ſe populo prædicaret peritiſsimus in græca & latina Auguſtinus. Et licet hac re multis epiſcopis derogaret, ſanctus tamen epiſcopus non curabat, dummodo populo ſatiſfaceret, quod non ita apte per ſe valebat. Eodem tempore Fortunatus presbyter Manichæorum verſutia plurimos ſeducebat, quem ſanctus Auguſ. publice diſputans ſuperauit. Sed & Fauſtum magnum laqueum diaboli, & alios Manichæos. & Donatiſtas hæreticos reuincebat, propterquod ei inſidiabantur, & mortem intentabant, vt inimico eorum, prædicantibus inter ſe hæreticis nõ eſſe peccatum eum occidere, ſed habendam ex eo remiſsionem peccatorum. Timens autem Valerius ne Auguſtinus ſuæ eccleſiæ auferretur, & in epiſcopum alteri ciuitati daretur, (nã aliquando ſibi ad hoc ablatus fuiſſet, niſi ad locum ſecretum

Aug. aduers' Fortunatum diſputatio extat to.6. poſt ca.7. & 9.

A.C.400. tum ire feciſſet,vt minime inueniri potuerit) impetrauit ab archiepiſcopo Carthagineſi, vt ipſe cederet epiſcopatui, & Auguſ. Hipponenſi Eccleſiæ epiſcopus promoueretur. Qui licet plurimum renuiſſet,demum compulſus eſt epiſcopari,& eccleſiam Hipponenſem pontificaliter gubernare.[a] Quod poſtmodum fieri non debuiſſe,vt ſuo viuente epiſcopo ipſe ordinaretur, & dixit & ſcripſit,propter vniuerſalis concilij prohibitionem,quam poſtea ordinatus didicit: vnde & poſtea ſategit in concilijs epiſcoporum,vt omnia ſtatuta patrum ordinandis deberet ab ordinatoribus intimari.Ipſe autem de ſe dixiſſe poſtmodum legitur. In nulla re ſentio mihi dominum ſic iratum ſicut in hoc quod cum dignus eſſem vix poni ad remum,poſitus ſum ad apluſtre, ſcilicet in apice regiminis Eccleſiæ.

a Hoc indicat epiſt. 110. inquiens.Sedi cum patre & epiſcopo meo ſene Valerio, quod Concilio Niceno prohibitum fuiſſe neſciebam:hoc autem teſte Ruff.lib.10.cap.6.Canone 10.cautum eſſe videtur his verbis, Ne in vna ciuitate duo ſint epiſcopi, vel certe aliquo canone,qui non extat, conſtitutum fuit, quo cautum fuit, ne epiſcopus ſibi ſucceſſorem deſignaret,vt vult Sand. lib. 7. de viſit. mon.

Veſtis eius qualis, ibid. cap. 22.

§. III.

DE conuerſatione eius.Veſtimenta eius, calceamenta, & alia ornamenta, nec abiecta nimium,nec nitida plurimum, ſed moderato & competenti habitu. Qui & de ſe dixiſſe legitur. Fateor,de pretioſa veſte erubeſco, & ideo cum datur mihi,vendo eam, vt quia veſtis communis eſſe non poteſt,pretiũ ſit commune. Clerici enim eccleſiæ ſuæ viuebant in communi, vt canonici regulares,vt patet 12.q. 1. nolo. & c. certe. Et ab eo dicitur ordo canonicorum regularium habuiſſe initium,quibus & regulam ſcripſit, quam hodie plurimi religioſi profitentur,vt Prædicatores,Eremitæ,Seruitę,Canonici regulares omnes, licet diuerſarum religionum,& alij.

Auguſtinus regulæ monaſticæ auctor.

De qua regula tranſſumptum eſt illud capitulum.Non dicatis aliquid proprium,[ſed ſint vobis omnia communia.] 12.q.1.Et illud capitulum 52. q. 5.

Nec ſolo tactu, & affectu quoque, ſed aſpectu appetitur & appetit concupiſcentia fœminarum. [Nec dicatis habere vos animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus,impudici cordis eſt nuncius.]

Religioſi ſub regula D. Augu. militantes.

Et illud 5.q.5. Non vos iudicetis eſſe maleuolos,quando crimen alterius iudicatis, ſcilicet ex charitate. [Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros quando iudicando corrigere poteſtis,tacendo perire permittitis.]

Reg.3.c.1. Et illud ad prælatos diſt. 86. Quando neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere vos
Reg.3.ca.11. dura verba compellit,non à vobis exigitur, vt à
Reg.3.ca.13. vobis ſubditis veniam poſtuletis, [ne apud eos
Reg 3.c.4 quos oportet vobis eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas,regendi frãgatur auctoritas.] Ibi vide.Menſa frugali & parca ſemper vſus eſt, & inter olera & legumina propter infirmos hoſpites plerumque carnes habebat. In ipſa autem menſa magis lectionem vel diſputationem,quam epulationem diligebat. Et contra peſtem detractionis ſcriptum ibi in pariete habebat,

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.

Et cum aliquando quidam ſibi familiariſsimi epiſcopi ad detractionem linguam laxaſſent, adeo dure eos redarguit,vt diceret vel verſus illos delendos, vel ſe de menſa receſſurum, niſi à detractione ceſſarent.

Pauperum ſemper memor erat,& iis, quæ habere poterat,liberaliter exhibebat.Nam & de vaſis dominicis,vt calicibus & huiuſmodi,ſi populus non ſubueniebat, iubebat conflari, & dari propter pauperes & captiuos, quod ſe à beato Ambroſio didiciſſe factum referebat. Conſanguineis ita prouidit,non vt diuitias haberent,ſed vt aut non,aut minus egerent. Vaſa non argẽtea, exceptis cocleatibus, ſed lignea vitrea vel marmorea ſeu terrea habebat:non propter paupertatem, quia non poſſet, ſed propter honeſtam. Fabricarum nouarum nunquam ſtudium habuit, deuitans in eis implicationem animi ſui,quem liberum eſſe volebat, vt ſcripturis plenius vacare poſſet.Non tamen illas ædificare volentes impediebat,niſi immoderate fieri conſpexiſſet.Domũ, agrum,vel villam emere noluit. Multas hæreditates reſpuit dimiſſas,eo quod mortuorum filiis potius deberi dicebat: vnde & ipſe dicit 17. q. 4. c. vlti. Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam,quærat alterum, qui ſuſcipiat quàm Auguſtinum, immo Deo propitio neminem inueniet.Et addit exemplum Aurelij Carthaginenſis epiſcopi,quod egit, iure tamen poli, non fori.

Benignitas ipſius in pauperes.c.23.

Hæreditatibus ſibi oblatis cedit. ibid.

Fœminarum nullam vnquam, nec etiam germanam ſororem,aut fratris ſui filiam, quæ Deo pariter ſeruiebant,ſecum habitare permiſit. Dicebat enim,quia etſi de ſorore vel neptibus nulla poſsit oriri mali ſuſpicio,tamen quia tales ſine aliis ſibi neceſſariis,ſecúmque manentibus eſſe nõ poſſunt,& ad eas aliæ aduentarẽt, ex illis poſſent infirmiores aut humanis tentationibus commoueri,aut malis hominum ſuſpitionibus diffamari. Nunquam cum muliere ſolus loqui volebat,nec ſi ſecretum aliquod interueniret. Docti ergo viri (ait Gregor.de hoc)magna cautela magna nobis debet eſſe inſtructio,diſt.81.legitur.

Nullam apud ſe fœminã patitur.c.26.

Raro pro aliquo literis vel verbis intercedere volebat,recolens quemdam philoſophum contẽplatione famæ amicis multa non præſtitiſſe. Et ſæpe dicebat.Poteſtas quæ præſtat,premit. Cum autem id faciebat,ſic ſtylum temperabat,vt onerosus non eſſet,ſed mereretur vrbanitate dictaminis exaudiri.Volebat autem magis inter ignotos,quàm notos cauſas audire,dicens,quia poſſet inter hos libere cognoſcere iniquum,& vnum ex eis amicum facere, pro quo ſcilicet iuſtitia mediante ſententiam ferret. Ex amicis vero vnum perditurum, contra quem ſcilicet ſententia veniret.

Audit inter ſe diſceptãtes. cap.19.

Laudabat quoque plurimum quibus deſiderium moriendi inerat,& ſuper hoc trium epiſcoporum exempla ſæpius recitabat. Et omiſsis duobus,aiebat Cyprianum referre de quodam epiſcopo,quod cùm infirmitate graui laboraret, adhuc ſibi ſanitatem reſtitui orabat. Cui iuuenis ſpecio

Deſideriũ moriendi probabat cap.27.

A.C.400.

ſpecioſius apparens cum indignatione infremuit, A & ait. Pati timetis, & exire non vultis, quid faciã vobis? A multis eccleſiis inuitabatur, vt ibi verbum domini prædicaret: & prædicando multos ab erroribus conuertebat. Aliquando in prædicatione digreſsionem à propoſito faciebat, & tunc dicebat, quoniam ad profectum alicuius hoc Dominus ordinaſſet, ſicut accidit de quodam negotiatore Manichæo, qui cum prædicationem eius audiret, diuertens Auguſ. à propoſito locutus eſt contra illam hæreſim, vnde ille conuerſus eſt.

Verbum Dei paſſim prædicat c.9. & eius digreſsiones c.15.

Ipſe etiam refert, quod cum mater eius eſſet cum eo Mediolani, & inueniſſet ibi fideles non ieiunare die ſabbathi, quæ tamen alibi ſolita erat ieiunare, cœpit in ſe fluctuare, vtrum ne deberet B ieiunare ſecundum morem ſuum priſtinum, an non ieiunare ſecundum morem Mediolanẽſium. Vnde ſuper hoc conſuluit per filium ſuum Auguſtinum Ambroſium quid agere deberet. Cui Ambroſius reſpondit. Cum Romæ ſum, ieiuno ſabbatho, cum Mediolani ſum, non ieiuno. Sic & tu ad quamcũque eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi non vis cuiquam eſſe ſcandalum, nec quẽquam tibi, diſt. 12. illa. Quod eſt intelligendum in iis, quæ non ſunt contra mandata Dei, vel Eccleſiæ, vel votum, & regulam ſuam. Vnde idem Auguſt. in lib. 4. de baptiſmo ait. Hoc plane verum C eſt, quia ratio & veritas conſuetudini ſemper præponenda eſt. Quod ſi conſuetudini ratio ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri, diſt. 8. fruſtra. Et ad Caſulanum presbyterum ait, diſt. 11. in his. In his rebus, de quibus nil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores legum diuinarum, ſic tranſgreſſores conſuetudinum eccleſiaſticarum coercendi ſunt. In diebus autem eius, ſcilicet circa annos domini 411. Vandali totam Aphricæ prouinciam occupantes, qui infideles erant, nec parcentes ſexui, ordini, vel ætati: tan D dem Hipponenſem ciuitatem, vbi præſulabatur Auguſt. manu valida obſederunt. Sub hac tribulatione Auguſt. ſenectutia ſuæ amariſsimam & lugubrem vitam duxit, cum videret alios occiſos, alios effugatos, Eccleſias ſacerdotibus viduatas, ciuitates cum accolis diſsipatas.

Conſuetudines rationi conſentaneæ retinẽdæ. lib. 4. de bapt. c. 4. to. 7.

Conuocatis itaque fratribus ait. Ecce rogaui Dominum, vt aut nos de his periculis eruat, aut patientiam tribuat, aut me de hac vita ſuſcipiat, ne tot calamitates videre compellar. Et ecce tertium, quod petiui, obtinui. Vnde tertio obſidionis menſe febribus laborans lecto decubuit. Intelli- E génſque diſſolutionem ſui corporis imminere, ſeptem pſalmos pœnitentiales ſibi ſcribi fecit. Ipſóſque contra parietem poſitos lecto decubãs dicebat vbertim flens. Et vt Deo vacaret liberius & eius intentio à nullo impediri poſſet, ante decem dies ſui exitus nullum ad ſe ingredi præcepit, niſi vel medicus ad eum ingrederetur, vel cũ ſibi refectio portaretur.

Suum ipſe prædicit obitum. c.29.

Acceſsit autem ad eum quidam infirmus, cùm F infirmitate ipſe detineretur, rogans eum vt imponeret ſibi manum pro ſanitate recuperanda. Cui Auguſt. Quid eſt fili, quod loqueris? putas, quia ſi tale aliquid facere poſſem, mihi ipſi hoc non conferrem? Ille vero cum inſtaret, dicens ſibi à Domino in viſu præceptum eſſe, vt accederet ad eũ, & ſic ſanitatem reciperet, videns Auguſti. fidem illius, pro eo orauit, & ſanatus eſt. Energumenos A multos curauit, & plura alia miracula fecit. In 22. de ciuita. Dei narrat duos à dæmonio liberatos, & vt creditur, licet non nominet per ipſum. Denique cum diſſolutioni corporis appropinquaret, hoc memoriale documentum reliquit, nullũ hominem quantumcunque excellentis meriti ſine confeſsione, & Euchariſtia debere tranſire, quod & ipſe fecit. Ad extremam autem horam deductus, membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu, & auditu anno ætatis ſuæ 76. epiſcopatus vero ſui 45. coram poſitis fratribus & orantibus [a] dormiuit cum patribus ſuis. Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Chriſti non habuit. Cum autem gens barbarica B totam illam terram occupaſſet, & loca ſancta profanaſſet, aſportatum fuit occulte corpus Auguſtini ad Sardiniam. Et poſt annos 722. à trãſitu eius, Viprandus Longobardorum rex audiens Sardiniam à Saracenis depopulatam, dato magno pretio inde tulit corpus beati Auguſtini, & Papiæ tranſlatum collocauit.

A.C.400.

Nullus quamuis ſãctus ſine pœnitentia & viatico exire debet.

Mors D. Auguſtini.

a Moritur magnus ille Auguſtinus Hippone non anno Chriſti 440. vt vult Sigeb. in Chron. nec 446 vt vult Beda, ſed 432. Diac. li. 14. vel 433. Proſper in Chron. Geneb. A nobis autem pro eius C *commendanda anima Sacrificium Deo oblatum eſt. Poſſ. cap. 31.*

Opera D. Auguſt. ex Vincen. li. 18. cap. 6. vide indiculum Poſsid.

§. IIII.

DE libris editis ab Auguſt. vt refert Vincent. ſpecu. hiſto. lib. 19. Librorum Auguſti. tractatuúmque atque epiſtolarum numerus ad mille triginta extenditur, vt merito de eo illud dictũ conueniat. Mentitur qui ſe totum legiſſe fatetur. D Præcipui tamen ex libris eius & magni voluminis & quotidiani vſus ſunt, liber de ciuita. Dei diſtinctus in 22. libros contra errores paganorum de cultu Deorum ſuorum, vbi deſcribit duas ciuitates, ſcilicet Hieruſalẽ ſeu Eccleſiæ cuius rex eſt Chriſtus, & ciues eius virtuoſi, vera fide & viua: & Babylonis infernalis, cuius caput & rex eſt diabolus, & ciues eius reprobi. Et in præſenti electi affliguntur, & à malis opprimuntur, reprobi frequenter in mundanis florent. Et ciuitatem Hieruſalem ædificat amor Dei in humilitate fundatus, & creſcit vſque ad contemptum ſui, ſed E Babylonem infernalis ædificat amor ſui creſcens vſque ad contemptum Dei. De Trinitate lib. 15. De confeſſ. lib. 13. Contra Donatiſtas de baptiſmo lib. 7. Ad Marcellum de baptiſmo paruulorũ lib. 3. De doctrina chriſtiana lib. 4. De anima & eius origine lib. 4. De libero arbitrio lib. 3. Contra Iulianum Pelagianum li. 6. Contra epiſtolam Parmeniani lib. 3. Contra literas Petiliani Donatiſtæ lib. 3. Contra Creſconium grammaticum li. F 4. De ſymbolo tractatus 4. Super geneſim ad literam lib. 12. Quæſtiones in pentateuchum lib. 7. Locutionum in heptatico lib. 7. Super pſalmos centum & quinquaginta, vbi exponit totũ pſalterium. Super Ioan. homilias 124. De verbis Domini tractatus 65. De verbis Apoſtoli tractatus 20. Super primam epiſtolam canonicam Ioannis homilias 10. Super epiſtolam ad Galatas li. 1. Super epiſtolam ad Romanos libr. 1. De ſermone Domini

Libri de Ciuit præcipui inter Aug. opera.

A C.420. Domini in monte lib.2. De quæſtionibus in Matthæum & Lucam lib 2. De conſonantia Matthęi, & Lucæ in generationibus Domini tractatus 1. Super Mulierem fortem quis inueniet tractatus 1. Annotationum in Iob lib.1. De diſciplina chriſtiana lib.1. De 83. quæſtionibus lib.1. De incarnatione Chriſti lib. 2. De fide & operibus lib. 1. Ad Valentinum de gratia & libero arbitrio lib.1. Ad ipſum,& monachos, qui cum eo erant, de correctione & gratia lib.1. De natura & gratia lib.1. De perfectione iuſtitiæ lib.1. Ad Bonifacium lib. 1. Ad Macedonium lib. 1. De videndo Deum ad Paulinam lib.1. Ad Probam religioſam fœminam B lib.1. De quantitate animæ lib. 1. De continentia lib.1. De pœnitentia lib.1. De patientia lib.1. De virginitate lib.1. De bono viduitatis lib.1. De bono coniugali lib.1. De adulterinis coniugiis lib.1. De decem chordis lib.1. De prædeſtinatione diuina lib.1. Contra aduerſarium legis & prophetarum lib.2. De mendacio lib. 1. De gratia Dei, lib.1. De fide ad Petrum lib.1. De catechizandis rudibus lib. 1. De præſentia Dei ad Dardanũm lib.1. De natura boni contra Manichęos librum 1. Speculum lib.1. De concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum orationes 4. Cõtra quinque hoſtium C genera li. 1. De nuptiis & concupiſcentia li.1. De prædeſtinatione ſanctorum & perſeuerantia lib. vnum. De vnico baptiſmo li. vnum. Ad Aureliũ de opere monachorum li. vnum. De igne purgatorio li. vnum. De natura dæmonum li. 1. De laudibus caritatis li. vnum. De cura agenda pro mortuis li. vnum. De diuerſis conſuetudinibus ad inquiſitionem Ianuarij li. vnum. De gratia noui teſtamenti li.1. De quæſtionibus veteris teſtamenti li. vnum. De vtilitate credendi li. vnum. De vita Chriſtiana li. 1. De agone Chriſtiano li. 1. De vera religione li. vnum De nctoginta octo hære- D ſibus li. vnum. Ad Oroſium presbyterum li. vnũ. De errore Priſcillianiſtarum li. vnum. De muſica li. 6. Contra Fauſtum Manichæum li.32. Enchiridion ad Laurentium li. vnum. Soliloquiorum li. 2. De immortalitate animæ li. vnum. De vita beata li. vnum. De ordine li.2. De academicis li.3. De diſciplinis liberalibus li. vnum. Ad Iulianum comitem lib. vnum. Epiſtolas partas ad diuerſos 150. Sermones diuerſos 206. Epiſtolæ etiam eius ad Hieronymum. Regula de inſtitutione canonicorum li. vnum. Retractationum li. 2. De ſpiritu & litera li. 1.

Hic multa pro libris quæ ſunt inter epiſtolas recenſentur.

E Omiſsis titulis aliorum, fertur vt ait Vincent. ſpec. hiſto. ipſum etiam edidiſſe librum, qui intitulatur de anima & ſpiritu, qui proculdubio eſt vtiliſsimus, elegans, & diſertus. Sed mihi non videtur hunc librum ſtylum Auguſt. ſapere. Vnde fertur ab aliquibus potius ab Hugone de ſancto Victore è diuerſis libris Auguſtini ad compendium extractum & compilatum.

Liber de ſpiritu & anima ſic ut Aug. dubium.

Fuit autem ipſe Auguſt. valde humilis, vt dicit idem. Senex à iuuene, epiſcopus tot annorum à collega nondum anniculo paratus ſum edoceri. F 24.q.3. ſi habes. Idem diſt.9. noli. Noli literis meis quaſi canonicis ſcripturis inſeruire. Sed & in illis, & quod non credebas cum inueneris incunctanter crede. In iſtis autem, quod certum habebas, niſi certum intellexeris, noli firmum retinere. Idem diſt.ea.cap.noli,2. ait. In eo quippe numero ſumus, vt non dedignemur etiam nobis ab apoſtolo dictum accipere. Et ſi forte aliquid ali-

Aug. humilitas in tanta eruditione mirabilis ep.75. ad Auxilium circa medium to. 2.

A ter ſapitis, hoc quoque Deus reuelauit. Sed & quantæ puritatis fuerit, oſtendit in li. confeſsionum, in quo ſe coram Deo & hominibus accuſat de iis, quæ minima vel nulla peccata reputantur, & pueritiæ & adoleſcentiæ, vt ibi patet. A C.420.

Pater, Filius, & Spiritus ſanctus vnus eſt Deus, lib.1. de Trinit. cap.4. tom.3.

§. V.

DE myſterio Trinitatis ſic ait Auguſt. in lib. de Trinit. vt habetur etiam de conſec. diſt. B 3. cap. vlti. Omnes, quos legere potui, qui ante me ſcripſerunt de Trinitate, quæ Deus eſt, diuinorũ librorum veterum & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt ſecundum ſcripturas docere, quod Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnius eiuſdémque ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuent vnitatem, & ideo nõ ſunt tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Quamuis Pater Filiũ genuerit, & ideo Filius non ſit, qui Pater eſt, Filius à Patre ſit genitus, & ideo Pater non ſit, qui Filius, Spiritúſque ſanctus, nec Pater ſit, nec Filius, ſed Patris & Filij Spiritus, Patri & Filio etiã C ipſe coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. Non tamen eandem Trinitatem natam de virgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam, & ſepultam, & reſurrexiſſe, & in cælum aſcendiſſe dicimus, ſed tantummodo Filium. Nec eandem Trinitatem dicimus deſcendiſſe ſuper Chriſtum baptizatum in ſpecie columbæ, vel ſuper apoſtolos in ſpecie ignis, ſed tantùm Spiritum ſanctum. Nec eandem Trinitatem dicimus dixiſſe de cælo ſuper Chriſtum baptizatum vel transfiguratum; Tu es vel hic eſt Filius meus dilectus, quamuis Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſicut D inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operentur. Hæc ibi.

In proœ. lib. 3. de Trin. ante mediũ to. 3. epiſ. 48. ad Vincen. to. 2. poſt medium.
Philip 3.
Diſtinctio perſonarum.
Mat. 3.
Act. 2.
Mat. 3. & 17.
Trinitas inſeparabilis ex[illegible] operatur.

Vnde tota Trinitas operata eſt, & creauit Chriſti humanitatem ſeu formauit, & illam columbam, & nubem, & ignem, & illam vocem, tamen vnio humanitatis illius fuit ad perſonam verbi, non Patris vel Spiritus ſancti, & columba illa vel ignis non ad vnionem, ſed ſignificationẽ Spiritus ſancti tantum, & illa vox ad repræſentandum Patrem tantum.

Explicatur D. Hilarij de proprietatibus diuinarum perſonarum dictum, lib.6. cap.10. in principio tom. 3.

E

§. VI.

DE proprietatibus diuinarum perſonarum ſic ait Auguſt. in 6. de Trini. cap. vlti. Quidã cum vellet breuiſsime ſingularum in Trinitate perſonarũ inſinuare propria æternitas (inquit) in patre eſt, in imagine ſpecies, in munere vſus. Et quia non mediocris authoritatis in tractatione ſcripturarum & aſſertione fidei vir extitit. (Hila- F rius enim in libris ſuis hoc poſuit) verborum horum, id eſt, Patris, imaginis, & muneris, æternitatis, ſpeciei, & vſus, abditam ſcrutatus intelligentiam, quantum valeo, non eum ſecutum arbitror in æternitatis vocabulo, niſi quod Pater non habet Patrem, de quo ipſe ſit.

Hilar. in lib. de Synod. in medio.

Filius autem de Patre eſt, vt ſit, atque illi coæternus ſit. Imago enim ſi perfecte implet illud, cuius eſt imago, ipſa coæquatur ei, non illud imagini

Filius cur imago dicatur.

A.C. 420.

gini ſuæ. In qua imagioe ſpecie͂ nominauit, credo A propter pulchritudine͂, vbi tanta eſt congruentia, & prima æqualitas, & prima ſimilitudo in nulla re diſsidens, & nullo modo inæqualis, & oulla ex parte diſsimilis, ſed ad identide͂ reſpondens ei, cuius imago eſt. Vbi eſt prima & ſumma vita, cui nó eſt aliud viuere, & aliud eſſe, ſed idem eſt eſſe, & viuere. Et primus ac ſummus intellectus, cui non eſt aliud viuere, & aliud intelligere, ſed id quod eſt intelligere, hoc viuere, hoc eſſe eſt: vnum omnia, tanquam perfectum verbum, cui non deſit aliquid. Et ars quædam omnipotentis & ſapientis B Dei, plena omnium rationum viuentium incommutabilium. Et omnes ſunt vnum in ea, ſicut ipſa vnum de vno, cum quo vnum. Ibi nouit omnia Deus, quæ fecit per ipſam, & ideo cum decedant & ſuccedant tempora, non decedit aliquid, vel ſuccedit ſcientiæ Dei. Non enim hæc, quæ creata ſunt ideo ſciuntur à Deo, quia facta ſunt: ac non potius ideo facta ſunt vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo ſciuntur.

Quicquid in Deo eſt Deus eſt.

Ille ergo ineffabilis quidam complexus Patris & Imaginis non eſt ſine perfruitione, ſine gaudio, & ſine caritate. Illa ergo dilectio, delectatio, C fælicitas vel beatitudo, ſi tamen humana voce aliqua digne dicitur, vſus ab illo appellata eſt breuiter. Et eſt in Trinitate Spiritus ſanctus, non genitus, ſed genitoris genitoriſque ſuauitas, ingenti largitate atque vbertate perfundens omnes creaturas pro captu earum, vt ordinem ſuum teneant, & locis ſuis acquieſcant.

Pater & Filius nó eſt ſine Spiritu ſancto.

Hæc igitur omnia, quæ arte diuina facta ſunt, & vnitatem quandam in ſe oſtendunt & ſpecie͂ & ordinem. Quicquid enim horum eſt, & vnum aliquid eſt, ſicut ſunt naturæ corporum, & ingenia animarũ, & aliqua ſpecie formatur, ſicut ſunt D figuræ vel qualitates corporum, ac doctrinæ vel artes animarum, & ordinem aliquem petit aut tenet, ſicut ſunt pondera vel collocationes corporum, & amores, aut delectationes animarum. Cæterum in illa ſumma Trinitate tantum eſt vna, quantum tres ſimul, nec plus aliquid ſunt duæ quam vna. Oportet igitur, vt creatorem, per ea quæ facta ſunt, intellectum conſpicientes, Trinitatem intelligamus, cuius in creatura, quomodo dignum eſt, apparet veſtigium. In illa enim Trinitate ſumma origo eſt rerum omnium, & perfectiſsima pulchritudo, & beatiſsima delectatio. E Itaque illa tria, & ad ſeinuicem determinari videntur, & in ſe infinita ſunt.

Omnia creata vnitate͂, ſpecie͂ & ordinem oſtendunt.

Veſtigiũ Trinitatis in creaturis.

Sed hic in rebus corporeis, non tantum eſt vna, quantum tres ſimul, & plus aliquid ſunt duæ, quàm vna res. Cæterum in ſumma Trinitate, tantum eſt vna, quantum tres ſimul ſunt, nec plus aliquid ſunt duæ quàm vna, & in ſe infinita ſunt. Ita & ſingula ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Qui videt hoc vel ex parte, vel per ſpeculum in ænigmate, gaudeat cognoſcens Deum, & ſicut Deum honoret, & gratias agat. F Qui vero non videt, tendat per pietatem fidei ad videndum, non per cæcitatem ad calumniandum quoniam vnus eſt Deus, ſed tamen Trinitas. Hæc Auguſt.

Rom. 1.

Quæ verba Hilarij ſunt tantæ profunditatis, vt dicit magiſter in primo ſententiarum diſt. 31. vt etiam exhibita dicta expoſitione Auguſt. vix aliquatenus humanus ſenſus valeat intelligere.

Bona omnia à Deo c. 1. 10. 3.

Augu. in enchiridio. A ſumma & æqualiter & immutabiliter bona Trinitate creata ſunt omnia, nec tamen ſumme, nec æqualiter, nec immutabiliter bona. Et tamen bona etiam ſingula, & vniuerſa ſimul valde bona, quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud, quod malum dicitur, cum ex eo bonum elicitur, ordinatum loco ſuo poſitum, eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis.

A.C. 420.

Mala cur ſint in operibus Dei.

Hæc idem Auguſt. in enchiridio. Nihil fit niſi omnipotens fieri velit, vel permittendo fieri, (quo ſcilicet ad mala) vel ipſe faciendo, quo ſcilicet ad bona.

Idem Deus omnipotens, adeo eſt potens & bonus, vt nullo modo ſineret eſſe aliquid mali in operibus ſuis, niſi eſſet ita potens, vt de omni malo eliceret maius bonũ, ſicut de impietate Iudæorum in paſsione Chriſti redemptioné hominum, & de crudelitate tyrannorũ infidelium, patientiá & coroná martyrum. Ipſe Auguſt. de pœnit. diſt. 2. §. vlti. Solus Deus omnipotens dicitur, qui cum omnia poſsit, hoc ſolum non poteſt, cuius poſſe non eſt aliquid poſſe, ſcilicet peccare, hoc enim non eſt poſſe, ſed deficere.

Ex malis Deus elicit bona. cap. 11.

Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur. Auguſt. lib. de præd. & gratia. cap. 15.

§ VII.

DE præſcientia Dei, & prædeſtinatione, quod non tollunt liberum arbitrium ad bonum vel malum. Auguſt. 23. q. 4. Nabuchodonoſor, ſic ait. Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat ruſus accepit? Pharao autem ipſis eſt flagellis durior effectus, & periit. Hîc mihi rationem reddat, qui diuinum conſilium nimis alte ſapienti corde diiudicat, cur vnum medicamentum vnius medici manu confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad ſalutem, niſi quia Chriſti bonus odor in omni loco, aliis quidem eſt odor vitæ in vitá, aliis odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges, quantum ad cauſam, ambo populum Dei captiuum poſsidentes, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quod vnus Dei manum ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter contra Dei miſericordiſsimam veritatem libero pugnauit arbitrio? Idem in eodem. [a] Vaſi iræ nunquam Deus red-

Dan. 4.

Exod. 14.

1. Cor.

a Hæc verba habet Fulgentius lib. 1. ad Monymum. Proſper in reſponſis ad capitula. Cæterum ſenſum verborum Gallorum & alys multis in locis, habet Auguſtinus & præſertim epiſto. 105. decens. Volens Deus oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, & vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, cui non poteſt figmentum dicere, Quare me ſic feciſti? cum habeat poteſtatem ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Vbi quia vniuerſa iſta maſſa merito damnata eſt, contumeliam debitam reddit iuſtitia: honorem donat

Homines nó ex maſſa Dei ſeruitute ſed iuſto Dei iudicio dãnantur. Rom. 9.

indebitum

A.C.410.

indebitum gratiæ, & clarius poſt multa alia. Sed A excuſabunt ſe homines, qui nolunt rectè & fideliter viuere, dicentes. Quid nos facimus, qui malè viuimus, quandoquidem gratiam, vnde benè viueremus, non accepimus? Non poſſunt veraciter dicere, nihil mali ſe feciſſe, qui malè viuunt. Si enim nihil mali faciunt, bene viuunt. Si autem malè viuunt, de ſuo malè viuunt, vel quod originale traxerunt, vel quod inſuper addiderũt. Sed ſi vaſa ſunt iræ, quæ perfecta ſunt ad perditionem, quæ illis debita redditur, ſibi hoc imputent, quia ex ea maſſa facta ſunt, quam propter vnius peccatum (in quo omnes peccauerunt) meritò Deus iuſtéque damnauit. & epiſt. 57. ante medium. Meritò autem videretur iniuſtum quod fiunt vaſa iræ ad perditionem, ſi nõ eſſet ipſa vniuerſa ex Adam maſſa damnata. Quod ergo fiunt inde naſcendo, pertinet ad debitam pœnam. Quod autem fiunt renaſcendo vaſa miſericordiæ, pertinet ad indebitam B gratiam. Oſtendit ergo Deus iram ſuam non vtique animi perturbationem, ſed iuſtam fixámque vindictam. Hæc ille & plura alia, tum his in locis, tum alibi. Ex quibus ſequitur ex ſententia D. Aug. vaſa omnia iræ, ideo in æternum perire, vel quia in eis Deus reperit originale peccatum, quoad paruulos nondum baptizatos, quorum tamẽ pœna eſt mitiſsima, & ſola diuinæ viſionis priuatione continetur, vel præter peccatũ originale cum multa alia, quoad eos, qui iam adulti, & nondum baptizati ex hac vita diſcedunt, vel ſublato originali per baptiſmum, multa poſtea peccata perpetrarunt, quo ad eos, qui baptizati extra Dei gratiam emigrant.

Cur vaſa iræ intereant.

deret interitum, ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum, quia nec Deus peccanti homini iuſte inferret iram, ſi ex prædeſtinatione Dei homo cecidiſſet in culpam.

Prædeſtinatio nulli in rebus imponit neceſſitatem.

Idem. [a] Prædeſtinationem Dei ſiue ad bonum, ſiue ad malum in omnibus operari ineptiſsime dicitur, vt ad vtrumque homines quædam neceſſitas videatur impellere, cum in bonis voluntas ſit intelligenda, ſed non ſine gratia, in malis volũtas intelligenda ſine gratia. Cum vero aliquos à Deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos legimus, aut relictos peccatis ſuis, hoc ipſos meruiſſe profitemur, quia talia eorum crimina præ-

Liberum arbitriũ ſemper prædeſtinatione intelligitur. Rom. 1. Exod 7.

a Hæc etiam ſententia iiſdem verbis in operibus Auguſtini, vt puto, non extat, ſed apud alios ſupra citatos. Cæterum certiſsimum eſt apud D. Auguſti. prædeſtinationem arbitrij noſtri libertatem non tollere. Nam 1. lib retract. cap. 9. ſic ſcribit. De gratia vero Dei, qua ſuos electos ſic prædeſtinauit, vt eorum qui iam in eis vtũtur libero arbitrio præpararet voluntates, nihil in his libris diſputatũ eſt. Et in lib. de prædeſti. & gratia. cap. 9. tom. 7. ſatis aperte prædeſtinationem diuinam cum libertate noſtra coniungit dicens. Non vere rurſum homo in vltimam fecem deſidia reſolutus arduum virtutis iter, & quamuis adiuuante gratia Dei non niſi labore gradiendum, inertis ſibi crederet poſſe deferri, & nullam laboris induſtriam ſtudio ſui profectus adhiberet: ita inter ſe atque homines Deus tempora officiaq́; diſtribuens ordinauit, vt vocatione ipſius bonorum principia ſumeremus, vocati autem, atque illuminati vias mandatorum eius boni ingenij intelligentia noſceremus, & eas libero vel eligeremus vel relinqueremus arbitrio. Hæc ille & multa alia in hanc ſententiam.

Prędeſtinatio non tollit arbitrij libertatem.

A.C.410.

A ceſſerunt, vt ipſi ſibi pœnam debuerint, quæ eis & ſupplicium verteretur in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. Vires itaque obedientiæ non ideo cuique ſubtraxit, quia eum non prædeſtinauit, ſed ideo eum non prædeſtinauit, quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe præuidit. Prædeſtinatio quoque Dei ſemper in bono eſt, quæ peccatum ſola hominis voluntate commiſſum, aut remittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In maB lis autem operibus noſtris ſola Dei præſcientia intelligẽda eſt, quia ſicut pręſciuit & prędeſtinauit quæ ipſe fecit, & vt faceremus dedit, ita præſciuit tantùm, & non prædeſtinauit, quæ nec ipſe fecit, nec vt faceremus dedit. Hæc ibi.

Prædeſtinatio ſemper in bonis.

Idem Augu. [b] Nulla neceſsitas cogit voluntatem hominis voluntarie incedentis ad ambulãdum, quamuis neceſſarium ſit eum ambulare, dũ video ipſum ambulare. Eodem modo ſi quid prouidentia Dei præſciens videt, id neceſſe eſt eſſe, & ſi nullam naturæ habeat neceſsitatem. At quiC dem ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præſcientia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum, neceſſaria ſunt per diſpoſitionem diuinæ notionis, cui ſcilicet ſunt omnia præſentia. Per ſe verò conſiderata abſolutam naturæ ſuę libertatem non deſerunt. Fient ergo proculdubio cuncta, quæ futura Deus eſſe pręnoſcit, ſed eorum quædam ex libero proficiſcuntur arbitrio, vt ſcilicet actus humani.

Neceſsitas ex hypotheſi nõ cogit: hæc à Burch. li. 20. c. 21. & Iu par. 17. c. 51. ex Aug li. de præde citantur.

Idem Augu. 24. q. 3. corripiantur. in fi. ait. Neſcientes quis pertineat ad prædeſtinatorum nuD merum, quis non pertineat, ſic ad omnes caritatis affectu debemus affici, vt velimus omnes ſaluari.

Idem 23. q. 4. ſicut t. Sicut non eſt ab oratione ceſſandum pro iis, quos corrigi volumus, etiam ſi nullo hominum orante pro Petro dominus reſpexit eum, & ſuum fecit flere peccatum, ita non eſt negligenda correctio, quamuis Deus quos voluerit, non correctos faciat eſſe correctos. Tunc autem ex correctione proficit homo, cum miſeretur Deus, atque adiuuat ille qui facit, quos voluerit etiam ſine correctione proficere. Augu. in E lib. de correctione & gratia. Sicut ergo cogũtur

Erga omnes bene affecti eſſe debemus. de correp. & gratia. ca. 15.

Mat. 16.

b Nec hæc verba, quod ſciam, apud Auguſt. vſquã leguntur. Porro horum verborum ſententia ſæpiſſime apud eundem extat, vt in 5. De ciuit. cap. 10. Neque enim ideo peccat homo, quia Deus illum peccaturum præſciuit, imo ideo nõ dubitatur ipſum peccare cum peccat, quia ille, cuius præſcientia falli non poteſt, ipſum peccaturum eſſe præſciuit, qui ſi nolit omnino non peccat: ſed ſi peccare noluerit, hoc etiam ipſe præſciuit, & in Ioan. tract. 53. Non propterea quemquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam præſciuit. Ipſo-F rum enim præſciuit peccata non ſua, non cuiuſquã alterius, ſed ipſorum. Quapropter ſi ea, quæ ille præſciuit ipſorum, non ſunt ipſorum, non vere ille præſciuit: ſed quia illius præſcientia falli non poteſt, ſine dubio non alij, ſed ipſi peccant quos Deus peccaturos eſſe præſciuit. Fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, ſed futuros eſſe prædixit, quem nihil latet.

Præſcientia Dei non eſt cauſa peccati.

A.C.410. homines fateri donum Dei eſſe, vt huiuſmodi homo A vitam iſtam, antequam ex bono mutetur in malum, finiat, quia dicitur: Raptus eſt, ſcilicet à Deo donus ne malitia mutaret mentem eius. Cur autem id donum alijs detur, alijs non detur, ignoratur. Ita donum Dei eſſe in bono perſeuerantiam ſecundum ſcripturas, de quibus multa iam poſui teſtimonia, fateantur nobiſcum, & cur iſtud donum detur alijs, alijs non detur, ſine murmure aduerſus Deum dignentur ignorare nobiſcum, & illud Apoſtoli exclamare, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Hæc de pœn. diſt. 4. ſi ex bono. B

Sap. 4.

Rom. 11.

Augu. ſuper Ioan. ſuper illud. Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Magna gratiæ commendatio, ait Augu. Nemo venit ad Chriſtum niſi tractus. Quem trahat, ſcilicet gratia ſua, quem non trahat, cur iſtum trahat, illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare. Semel accipe & intellige. Non traheris: ora vt traharis. Non autem trahitur animus inuitus, ſed amore.

Ad Chriſtum à Patre trahimur, ſed non inuiti. tract. 26. in Ioan ſere in principio 10. 9.

Trahit etiam Deus aliquando homines ad ſe verbere tribulationum. Vnde Augu. lib. ad Vincentium donatiſtam. Quis nos poteſt amplius amare quàm Deus, & tamen nos non ſolum docere ſuauiter, verùm etiam terrere ſalubriter non ceſſat. Fomentis lenibus (ſcilicet beneficiorum,) quibus nos conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas etiã pios & religioſos, populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non aufert ab apoſtolo ſtimulum carnis ter rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. Et infra. Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & paſtorem aliquando flagello pecora errantia reuocare. Et qui D phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus, ambos amat, hæc 5. q. 5. non omnis.

C

Idem Augu. lib. de libero arbitrio de conſec. diſtin. 4. gratia. Gratia, quæ per Chriſtum datur, non ſolum remiſſionem peccatorum facit, ſed etiam, vt lex impleatur, vt natura liberetur, nec peccatum dominetur. Spiritus etiam gratia dat fidem, quæ etiam non petita à Deo conceditur. Nam fides non eſt liberi arbitrij tantum, ſed donum Dei.

Grat. q. ſ. ſectus, de gratia & libero arbitrio. cap. 14

Idem contra Iulianum de conſec. diſt. 4. nemo. E Nemo tollit peccata, niſi Chriſtus ſolus, qui eſt agnus tollens peccata mundi. Tollit autem & dimittendo, quæ facta ſunt, vbi & originale continetur, & adiuuando ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi omnino fieri non poſſunt. Hæc ibi. Tollit autem Chriſtus inquantum Deus, authoritate cum Patre & ſpiritu ſancto, inquantum homo, meritorie.

Idem Augu. de pœn. diſt. 3. pium eſt.[a] Gratia cum deſtruit mala priora, ſcilicet per præſcientiam de eis, etiam remunerat bona. Et cum deſtruit, quod ſuum non inuenit, diligit & remunerat, quod in peccante plantauit. F

Lib. de vera & falſa pœn. c. 14.

a Huic ſimilis eſt illa D. Auguſti. in pſal. 27 non procul à principio ſententia. Gratia inquit Dei non ſolum remiſſionem peccatorum, ſed etiam cooperantem ſibi facit hominis ſpiritum in opere bonorum factorum.

Beatitudinem veram à Deo tribui. A.C.410.

§. VIII.

DE beatitudine, ad quam perducit virtus. Auguſ. de ciui. Dei lib. 10. cap. 1. ait. Omnium hominum, qui ratione quoquo modo vti poſſunt, certa ſententia eſt, omnes homines velle eſſe beatos. Qui autem ſint, vel vnde fiant, dum mortalis quærit infirmitas, multæ magnæque controuerſiæ concitatæ ſunt. In quibus philoſophi ſua ſtudia & otia contriuerunt, quæ re elegimus Platonicos inter philoſophos omnium nobiliſſimos: B propterea, quia ſiauit ſapere potuerunt, immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam dixerunt, niſi participato lumine ipſius Dei, a quo & ipſa & mundus factus eſt, beatam eſſe non poſſe. Ita illud quod omnes appetunt, id eſt, vitam beatam, quemquam iſti aſſecuturum negant, qui non illi vni optimo, quod eſt incommutabilis Deus, puritate caſti amoris adhæſerit. Sed ipſi quoque in hoc errauerunt, quia plures deos colendos putauerunt, vel colentibus populis aſſenſerunt.

Idem Auguſ. in lib. confeſſ. Omnes beate viuere volumus. Beatus autem neque ille eſt, qui non habet quod amat, qualecunque illud ſit, neque qui habet, quod amat, ſi illud noxium ſit, neque qui non amat, quod habet etiam ſi ſit optimum. Nam & qui appetit quod adipiſci non poteſt, cruciatur. Et qui adeptus eſt, quod appetendum non eſt, fallitur. Et qui non appetit, quod adipiſcendum eſſet, ægrotat.

Quis ſit beatus li. 1 de moribus Eccle. Cath. c. 3. 4.

Reſtat ergo quartum, vbi vita beata inueniri poſſit, cum id quod eſt hominis optimum, & amatur & habetur. Hoc autem Deus eſt, quem ſi ſequimur, bene: ſi autem aſſequimur, beate viuimus. Sed quomodo ſequimur, quem non videmus, aut quomodo videmus, qui inſipientes ſumus, ſcilicet ex nobiſipſis circa diuina tenebroſi? Sed per fidem ſacrarum ſcripturarum, per dilectionem operantem iuuamur.

Deus ſummum hominis bonum c. 6.

Vnde ſubdit Auguſ. Refugere ergo in tenebroſa cupientibus, per diſpenſationem ineffabilis ſapientiæ nobis illa authoritatis opacitas occurrat, & mirabilibus rerum vocibuſque librorum veluti ſignis temperatoriis veritatis vmbriſque blandiatur. Itaque veræ religionis fide præceptis ſeruatis, non deſeramus viam, quam nobis Deus Patriarcharum ſegregatione, & legis vinculo, & prophetarum præſagio, & ſuſcepti hominis ſacramento, & apoſtolorum teſtimonio, & ſanguine martyrum, & gentium occupatione muniuit, noſtraſque ratiunculas diuinis ſubmittamus afflatibus.

Audiamus ergo, quem finem bonorum nobis Chriſtus præſcribat. Nec dubiũ, quin is ſit finis, quo nos ſummo amore tendere iubet. Diliges (inquit) dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Dilectione homo igitur in Deum redit, qua ſe illi homo non componere, ſed ſupponere affectat. Quod quanto fecerit inſtantius, tanto erit beatior & ſublimior: & illo ſe dominante liberrimus. Fitque per charitatem, vt conformemur Deo, & circuncisi ab hoc mundo, non cõfundamur cum iis, quæ nobis debent eſſe ſubiecta. Denique ſi virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil virtutem eſſe affirmauerim, niſi ſummum amorem Dei. Nam & illud,

Matth.

Charitas Deo connectimur c. 12. & 11.

A.C 420. illud, quod virtus quadripartita dicitur, ex ipſius A amoris vario quodam affectu dicitur. Eſt enim temperantia amor integrum ſe præbens ei, quod amatur. Fortitudo eſt amor facile tolerans omnia propter id quod amatur. Iuſtitia amor amato ſeruiens ſuli, & ideo recte dominãs. Prudẽtia amor ea, quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur ſagaciter ſeligens Sed hunc amorem non cuiuſlibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummę concordiæ.

Caritas quid c.17. Eſt enim caritas ſimplex & pura, quæ Spiritu ſancto inſpirata perducitur ad filium, per quem Pater cognoſcitur.

B Nunc igitur officium temperantiæ eſt exuere veterem hominem, & in Deo renouari, id eſt cõtemnere illecebras corporeas omnes, laudẽmque popularem, totúmque amorem ad diuina & inuiſibilia conferre, ne ſubiiciat ſe humo per peccata iis rebus, quæ ſibi per recte facta diuina lege ſubiecta ſunt. Quid enim eſt aliud falſis bonis illudi atque decipi quàm reipſo inferiora miranda & appetenda arbitrari?

Fortitudinis officia ca.22. De fortitudine non multa dicenda ſunt. Amor namque ille, de quo loquimur, quem tota ſanctitate oportet inſlammatum eſſe in Deum, in non C appetendis iſtis temperans, in amittendis fortis vocatur. Sed inter hæc omnia, quæ in hac vita poſsidentur, corpus grauiſsimum vinculum eſt iuſtiſsimis Dei legibus propter antiquum peccatum, quo nihil eſt ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum ſecretius. Hoc ergo vinculum, ne concutiatur atque vexetur, laboris & doloris, ne autem auferatur, atque perimatur, mortis terrore animam quatit. Amat enim illud vi conſuetudinis, non intelligens ſi eo bene atque ſcienter vtatur, reſurrectionem reformationemque eius ope & lege diuina ſine vlla moleſtia iuri ſuo ſub D ditam fore, ſed cum ſe hoc amore totã in Deum conuerterit, his cognitis non ſolum mortem contemnet, ſed etiam deſiderabit. Ad exemplum nobis conſiderandi ſunt amatores auri vel laudis, vel fœminarum, quàm fortes ſunt in perferendo pro eo quod diligunt.

Iuſtitię officia c.24. Iuſtitiæ verò congruit, vt Deo, quem diligit, libentiſsime ſeruiat, cæteráque omnia partim ſibi ſubiecta regat, partim ſubiicienda præſumat. Et vt dicit Auguſt. lib. confeſ. & habetur diſt. 8. quæ contra.

Deo ſemper obtẽperandũ li.3. conf. ca.8. Cum Deus aliquid contra morem aut pactum E quorumlibet iubet, & ſi nunquam ibi factum eſt, tamen faciendum eſt: & ſi omiſſum, inſtaurãdum eſt, & ſi ſtatutum non erat, ſtatuendum eſt. Si enim regi licet, in ciuitate cui regnat, iubere aliquid quod nec aliquis ante ipſum, nec ipſe vnquam iuſſerat, & non eſt contra ſocietatem ciuitatis eius, ſi ei obtemperatur, immo contra ſocietatem eſſet, ſi ei non obtemperaretur, ſcilicet in licitis, (Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ, obtemperare regibus ſuis) quanto magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ ad ea, quæ iuſſerit ſine dubitatione ſeruiendum eſt? Si- F cut enim in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas ad obediendum minori præponitur, ita Deus omnibus. Hæc ibi. Et hoc pertinet ad iuſtitiam, ſcilicet obedire ſuperioribus.

De prudentia diutius diſſerẽdum eſt, ad quam dignoſcentia pertinet appetendorum & vitandorum, quæ ſi deſit, nihil horũ, quæ dicta ſunt effici poteſt. Huius excubiæ & diligentiſsima vigilantia, ne ſubrepente paulatim mala ſuaſione fallamur. Qui enim ſpernit modica, paulatim decidit. Dicit autẽ Aug. diſ. 38. quãuis. Quamuis error quantũ poſſumus, cauendus ſit, non ſolũ in maioribus, ſed etiã in minoribus rebus, nec niſi ignorantia rerũ poſsit errari: non tamẽ eſt cõſequens, vt continuo quis erret, qui aliquid neſcit, ſed qui exiſtimat ſe ſcire quod neſcit: pro vero quippe approbat falſum, quod erroris eſt proprium. Verum in qua re quis erret intereſt plurimũ. hęc ibi. A.C. 420.

Eccl.19. Error qd. Enchir.c. 17. tom.3.

Error innoxius. ibi.ca.22. Nam, vt idem ait in enchiridio & 22. q. 2. in B quibus. In quibuſdam rebus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei, vtrum credantur vel nõ, & vtrum vera putentur vel nõ, in iis errare arbitrandum eſt nullum eſſe peccatum, vel minimum. Sed in iis ſine quorum fide vel notitia Deus coli nõ poteſt errare vel falli pernitioſum. Vbi etiam notandum, quod in omni crimine eſt error electionis, quia rationi obſcuratæ paſsione videtur illud, quod ſi proponitur faciendum, & ſi in ſe illicitum, tamen vt maius bonum mandato Dei præponendum. Vnde in prouerbiis dicitur. Errãt qui operantur malum. Et Augu. dicit, quod pec- C catum non eſt appetitus malarum rerum, ſcilicet in ſe, ſed deſertio meliorum, vnde & contra prudentiam agit, quæ eſt recta ratio agibilium, & vt meliora præponantur minus bonis. Prou.14.

Bene viuere quid ſit. lib. de mor. Eccl. Cath. ca. 25.

§. IX.

DE dilectione Auguſt. in lib. confeſſ. Quid amplius de moribus diſputem? Si Deus eſt ſummum bonum hominis, nihil aliud eſt homini bene viuere, quàm ex toto corde, ex tota mente, D ex tota anima, Deum diligere, à quo exiſtit, vt incorruptus in eo amor cuſtodiatur, quod eſt temperantiæ, nullis frangatur incommodis, quod eſt fortitudinis, nulli alij ſeruiat, quod eſt iuſtitiæ. Vigilet in diſcernendis rebus, ne fallacia ſubrepat, quod eſt prudentiæ. Hæc eſt hominis vna perfectio, qua ſola impetratur, vt veritatis ſynceritate perfruatur. Hæc nobis vtroque teſtamento concinitur.

Dilectio ſui & proximi c.26. Non poteſt autem homo ſeipſum non diligere, qui Deum diligit: immo ille ſolus ſe diligit, qui Deum diligit, quia ſedule agit, vt ſummo bono E perfruatur. Quod autem agis tecum, agendum eſt cum proximo, ſcilicet vt ad id bonum eum adducas, ad quod ipſe tendis. Illud enim eſt vnum bonum, quod omnibus tecum tendentibus non fit anguſtum. Ex qua ſcilicet dilectione proximi, naſcuntur officia ſocietatis humanæ, in quibus non errare difficile eſt.

Corpori proximi quomodo ſubueniendum. cap.27. Duobus enim modis peccatur in hominem, vno ſi lædatur, alio ſi cum potes, non adiuuetur. Cúmque homo ſit rationalis anima vtens mortali corpore, partim corpori, partim animæ benefacit, qui proximum diligit. Ad corpus conuenit F medicina, ad animam diſciplina. Medicinam voco quicquid corporis inſtaurat, vel tuetur ſalutẽ, vt eſt cibus & potus, tegumentum, tectum, & huiuſmodi.

Diſciplina vero illa, quæ animæ medicina eſt, in duo diſtribuitur: ſcilicet cohibitionem & inſtructionem. Cohibitio timore, inſtructio amore perficitur, eius dico, cuius per diſciplinam ſubue-

A.C.420. nitur. Nam qui ſubuenit, nihil horum duorum habet niſi amare. In his duobus, [Deus ipſe cuius bonitate & clementia fit omnino vt aliquid ſimus] teſtamentis [vetere & nouo] diſciplinæ nobis regulam dedit. In veteri enim timor, in nouo, amor præualet quia ibi ſeruitus, hic libertas ab Apoſtolis prædicatur. A

Sol' Deus adorãdus cap.30.

Meritò igitur Eccleſia Catholica non ſolum ipſum Deũ, cuius adeptio vita beata eſt, pure colendum prædicas, cui ſoli anima rationalis cohærendo nõ miſera eſt, excludens omne quod factũ eſt, quod ſubditum tempori, neque confundens, quod æternitas, quod veritas, quod pax diſtinguit, neque ſeparãs quod maieſtas vna coniungit, ſed etiam proximi caritatem ita complecteris, vt variorum morborum, quibus pro peccatis ſuis animæ ægrotant, omnis apud te medicina præpolleat, ſcilicet ſacramentorum. B

Rerũ diuiſio.li.1. de doctr. Chriſt. c. 3.10.3.

Idem Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana ait. Res quibus fruendum eſt, nos beatos faciunt, ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnus Deus. Iſtis, quibus vtendum eſt, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quaſi adminiculamur, vt ad illas, quæ faciunt nos beatos peruenire, & eis inhærere poſſimus. Nos vero qui fruimur & vtimur, inter vtraque conſtituti, ſi eis quibus vtendum eſt, vt ſunt omnia creata, frui voluerimus, impeditur curſus noſter vt ab iis rebus quibus fruendum eſt, obtinendis vel retardemur, vel etiã reuocemur, inferiorum amore præpediti. C

Frui enim eſt inhærere alicui rei propter ſeipſam, quod ſolum in Deo fiendum eſt. Vti vero eſt quod in vſum venerit, ad id quod amas obtinendum referre, ſi tamen amandum eſt. Nam vſus illicitus potius abuſus dicendus eſt.

Quid ſit diligendũ. c.24.

Et dicit alibi Augu. quòd nil peius, quàm vti fruendis: vt ſcilicet ſeruire Deo propter temporalia, & frui vtendis, ſcilicet in rebus creatis conſtituere finem ſui amoris. Non autem omnia, quibus vtendum eſt, diligenda ſunt, ſcilicet ex caritate, ſed illa ſola quæ aut nobiſcum quadam ſocietate referuntur in Deum: ſicut eſt homo vel angelus, aut ad nos relata beneficio Dei per nos indigent, ſicut corpus humanum. D

Quatuor ſunt diligenda. Vnum quod eſt ſupra nos, ſcilicet Deus. Alterum, quod nos ſumus, ſcilicet anima. Alterum quod eſt iuxta nos, ſcilicet proximus quu ad animam. Quartum quod eſt infra nos, ſcilicet corpus noſtrum & proximi.

Angeli vt proximi diligẽ li. cap.30.

Præcepto autem, quo iubemur diligere proximum, etiam ſanctos angelos cõtineri certum eſt, à quibus nobis magna nunc beneficia impenduntur. E

Et vt ait idem Augu. ad Macedonium 24. q. 4. cap. penul. Debet homo diligere proximum ſicut ſeipſum, vt quem potuerit hominem beneficentiæ conſolatione, vel informatione doctrinæ, vel diſciplinæ coercitione inducat ad colendum Deum, quo ſcilicet ad viuentes in ſæculo.

Perfecta caritas quæ. in 1. Can. Ioã. trac.5. ante mediũ tom. 9. Philip.1.

Idem ſuper epiſtolam primam Ioan. de pœnit. dist.2. ſi quis, 2. Si quis tãtam habuerit caritatem, vt paratus ſit pro fratribus mori, perfecta eſt in eo caritas. Sed nunquid mox, vt naſcitur, prorſus perfecta eſt? Vt perficiatur, naſcitur, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectum venerit, tunc dicit, Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. F

A *Deus quid ſit & quomodo cognoſcitur. lib. 10. confeſſ. cap. 6 tom. 1.* A.C. 420

§. X.

DE gradibus contemplationis per creaturas viſibiles, & animæ vires ad cognoſcendum & amandum Deum. Augu. lib. confeſſ. ait. Percuſsiſti Domine cor meum, & amaui te. Sed & cœlum & terra & omnia, quæ in eis ſunt, ecce vndique mihi dicunt, vt amem te, nec dicere ceſſant omnibus, vt inexcuſabiles ſint. Quid autem amo cùm te amo? Non corporis ſpeciem, non dulcem cãtilenam, non aromatum ſuauitatem, vel aliquid huiuſmodi, & tamen amo quandam lucem, vocẽ, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei, vbi fulget animæ, quod non capit locus, vbi ſonat, quod non rapit tempus, vbi olet quod non ſpargit flatus, vbi ſapit, quod non minuit edacitas, vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Hoc eſt quod amo, cum Deum meum amo. Et quid eſt hoc? Interrogaui terram, & dixit. Non ſum, & omnia quæ in ea ſunt idem confeſſa ſunt. Interrogaui cælum & luminaria eius, & dixi omnibus, quæ circundãt fores carnis meæ. Dicite mihi de Deo, quod vos non eſtis, dicite mihi de eo aliquid. Exclamauerunt voce magna. Ipſe fecit nos. Interrogatio mea [intentio mea eſt] & reſponſio eorum ſpecies eorum. Et direxi me ad me, & dixi mihi. Tu quis es? Et reſpõdi mihi. Homo. Et ecce in me præſto ſunt corpus & anima, vnum interius aliud exterius, ſed melius quod interius eſt. Ei quippe renunciabant nuncij corporales præſidẽti, & indicanti de reſponſione cæli & terræ dicẽtium. Nõ ſumus Deus, ſed ipſe fecit nos. Ego itaque interior homo cognoui hoc per exterioris miniſterium, id eſt, per ſenſus corporis mei. Nonne ergo omnibus, quibus integer eſt ſenſus, appa ret hæc ſpecies? Cur autem non eadem omnibus loquitur? animalia puſilla & magna vident eam, nec tamen interrogare valent. Non enim præpoſita eſt in eis ſenſibus nunciantibus iudex ratio. Homines autem poſſunt interrogare, vt inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciantur. Sed amore ſubduntur eis, & ſubditi de eis iudicare non poſſunt. Nec illa reſpondent interrogantibus, niſi iudicantibus. Et vox quidem eorum, id eſt ſpecies eorum omnibus loquitur, ſed illi ſoli intelligunt, qui eam foris acceptam intus cum veritate conferunt. Dicit enim mihi veritas. Non eſt Deus tuus cælum & terra, nec omne corpus, quia moles minor eſt in qualibet parte, quàm in toto. Iam tu melior es, ô anima, quia tu vegetas molem corporis tui, præbens ei vitam, quod nullũ corpus præſtat corpori. Deus autem tuus etiam tibi vita eſt.

Omnis creatura Deũ prædicant.

Soli homines ex creatura cognoſcũt creatorem. Rom.1.

Corporali virtute Deus non inuenitur cap.7.

Per ipſam igitur animam meam ad illum aſcendam. Tranſibo autem vim meam qua corpori hæreo, & vitaliter compagem eius repleo, quia communis eſt equis & mulis. Tranſibo & illam, quæ carnem meam ſenſificat, quia ipſa communis eſt beſtiis.

Memoriæ vis. cap.8.

Et ecce venio in campos, & lata prætoria [memoriæ meæ] vbi ſunt theſauri innumerabilium imaginum de huiuſcemodi rebus ſenſibus inuectarum. Ibi quando ſum poſco, vt [proferatur quicquid volo, & quædam ſtatim prodeũt, quædam requiruntur diutius, quædam cateruatim ſe proruunt,] quas & ipſas à facie recordationis

meæ

A C 410

meæ abigo, donec enubiletur quod volo, atque in conſpectu prodeat ex abditis. Ibi mihi cælum & terra præſto ſunt cum omnibus, quæ ſentire in eis potui, præter illa, quæ oblitus ſum. Ibi mihi & ipſe occurro, méque recolo quid, quãdo, & vbi, egerim, & quomodo cum agerem, affectus fuerim. Ibi ſunt omnia, quæ ſiue experta à me, ſiue credita memini. Ex eadem copia etiam ſimilitudines rerum, vel expertarum, vel ex eis, quas non expertus ſum creditarum alias atque alias, & ipſe contexo præteritis, & ex iis etiam futuras actiones, & euenta, & ſpecies, & hæc omnia quaſi præſentia meditor.

Memoria diſciplinarum. ca. 9.

Hic ſunt & illa omnia, quæ de doctrinis liberalibus percepta nondum exciderunt quaſi remota interiori loco, nec eorum imagines, ſed res ipſas gero.

Nam cum audio, tria genera eſſe quæſtionum, an ſit, quid ſit, quale ſit, ſonorum quidem quibus hæc verba confecta ſunt imagines teneo, & eas per aures cum ſtrepitu tranſiiſſe, ac iam non eſſe ſcio. Res vero ipſas, quæ illis ſignificantur ſonis, neque vllo ſenſu corporis attigi, neque vſpiam vidi, præter animum meum. Et in memoria mea recondidi, non imagines earum, ſed ipſas. Quæ vnde, & quomodo ad memoriam meam intrauerint, neſcio.

Mathematicorũ memoria cap. 12.

Item continet memoria numerorum dimenſionúmque rationes & leges innumerabiles, quarum nullam corporis ſenſus impreſsit: quia nec ipſe coloratæ ſunt, nec olent, nec ſonant, nec guſtatæ, nec contrectatæ ſunt.

Affectiones quoque animi mei continet, nõ eo modo, quo eas habet animus, cum patitur, ſed longè alio, ſicut ſe habet vis memoriæ. Per hæc ómnia diſcurro & volito, hac illac penetro, & nuſquam finis. Tranſibo igitur & hanc vim meã: tranſibo eam vt perueniam ad te dulce meum. Quid dicis mihi? Ecce ego per animum meum aſcendens ad te, qui deſuper mihi manes. Habent enim memoriã pecora, & aues, alioquin non cubilia nidóſque repeterent, non alia multa quibus aſſueſcũt. Neque enim aſſueſcere valent vllis rebus, niſi per memoriam. Sed vbi te inueniam verè bona, & ſecura ſuauitas, ſi præter memoriam meam te inuenio.

Beatam vitã quærunt omnes. c. 20.

Quomodo ergo te quæro domine? Cùm enim te quæro domine, beatam vitam quæro. Sed quomodo eam quæro: vtrum per recordationem tanquam eam oblitus ſim, oblitúmque me adhuc teneam? An per appetitum diſcendi incognitam, ſiue quam nunquam ſciuerim, ſiue quam ſic oblitus fuerim, vt me nec oblitum eſſe meminerim? Nónne ipſa eſt beata vita, quam omnes volunt? Vbi ergo nouerunt eam, vt amarent? Nimirum habemus eam, ſed neſcio qua notitia, de qua ſatago vtrum in memoria ſit, quia ſi ibi eſt: iam beati fuimus aliquando.

Meminimus & eorum quæ nunquam habuim⁹. cap. 21.

Nunquid meminimus eam, ſicut meminit Carthaginem, qui vidit? Non ita, quia non videtur beata vita oculis, quia corpus non eſt. Nunquid ſicut meminimus numeros? Non. Qui enim habet hos in notitia, non adhuc quærit adipiſci. Nunquid ſicut meminimus gaudium? Fortaſſe ita.

Iſa. 48.

Sed abſit Domine, vt ſi quocunque gaudio gaudeam, putem me beatum. Eſt enim gaudiũ, quod non datur impiis, ſed eis, qui gratis Deũ colunt, quorum gaudium tu es, & ipſa eſt beata vita gau-

A dere ad te, de te, & propter te. Qui autem [aliam putant eſſe] aliud ſectantur gaudium, non ipſum verum, ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum non recedit. A.C. 410.

Beata vita quæ. cap. 23.

Eſt igitur beata vita gaudium de veritate. Hoc gaudium omnes volunt. Beatus autem perfectè erit, ſi nulla interpellante moleſtia, de ipſa per quam vera ſunt omnia, ſola veritate gaudebit.

Vbi ergo veritas te inueni, vt diſcerem te. Neque enim iam eras in memoria mea, prius quàm te diſcerem. Vbi ergo te inueni, vt diſcerem te, niſi in te, ſuprà me, & nuſquã locus? Accedimus
B & recedimus, & nuſquam locus. Veritas vbique præſides omnibus conſulentibus te, ſimúlque reſpondes omnibus etiam diuerſa conſulentibus. Liquide tu reſpondes, ſed non omnes liquide audiunt.

Sola Dei cognitio beat lib. 5.

Infœlix, idem ait, qui omnia iſta creata ſcit, te autem neſcit. Beatus autem qui te ſcit, & ſi iſta omnia neſciat. Qui verò te, & iſta nouit, nõ propter iſta beatior, ſed propter te ſolùm beatus eſt, ſi cognoſcens te, ſicut Deum glorificat, & diligit. [Sicut enim melior eſt, qui nouit poſsidere arborem, & de vſu eius tibi gratias agit, quamuis neC
ſciat, vel quot cubitis lata ſit, vel quanta latitudine diffuſa, quàm ille, qui eam metitur, & omnes ramos eius numerat, & neque poſsidet eam, neque creatorem eius nouit aut diligit.] Sic fidelis homo, cui totus mundus diuitiarum eſt, & quaſi nihil habens omnia poſsidet, inhærendo tibi, cui ſeruiunt omnia, quamuis ſaltem nec ſeptentrionis gyros nouerit, vtique melior eſt, quàm mẽſor cœli, & numerator ſiderum, & penſor elementorum, & negligens tui, qui omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.

Hiero. in prol. Bibliæ.

2. Cor. 6.

Sap. 11.

D

Deus qualis & quantus. lib. 1. c. 4.

§. XI.

DE magnitudine Dei. Auguſt. in lib. Confeſſ. Quid eſt Deus meus? quid, rogo, niſi Dominus meus? Summe, optime, omnipotentiſsime, miſericordiſsime, & iuſtiſsime, ſacratiſsime, præſentiſsime, pulcherrime, & fortiſsime, ſtabilis, & incõprehenſibilis, immutabilis, mutãs omnia. Nunquam nouus, nunquam vetus. Innouãs omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos, & neſciunt. Semper agens, ſemper quietus, colligens, & non
E egens, portans & implens & protegens, creans, & nutriens, & perficiens. Quærés, cum nihil tibi deſit. Amas nec æſtuas: zelas, & ſecurus es. Pœnitet te, & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas conſilium, recipis quod inuenis, & nunquam amittis. Nunquam inops & gaudes lucris. Nunquam auarus & vſuras exigis, ſupererogatur tibi, vt debeas. Et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita, nulli debens, donas debita, nihil perdẽs. Et quid dicimus Deus meus, vita mea, dulcedo mea ſancta? aut quid dicit aliquis, cũ de te dicit? & væ tacentibus de te:
F [quoniam loquaces muti ſunt.]

Orat veniam admiſſorũ & caritatem Dei. cap. 5.

Quis mihi dabit, vt venias in cor meum, & inebries illud [vt obliuiſcar mala mea] & vnũ bonum meum amplectar te? Quid tibi ſum ipſe, vt amari iubeas à me, & niſi faciam, iraſcaris mihi, & mineris ingentes miſerias? Dic animæ meæ Deus, Salus tua ego ſum.

Auguſt. 22. de ciuit. Dei. cap. 24. poſtquàm enu-

A.C. 420.

Bona huius vitæ nulla, alterius bonorum comparatione

A meravit plurima, quæ Deus contulit nobis in vita iſta, ſubdit. Hæc omnia ſunt miſerorum damnatorúmque ſolatia, non præmia beatorum. Quæ igitur illa ſunt, ſi tot, & tanta ſunt iſta & talia? Quid dabit eis, quos prædeſtinauit ad vitam, ſi hæc dedit eis, quos etiam prædeſtinauit ad mortem? Vnde apoſtolus de ipſis in illud regnum prędeſtinatis loquens. Qui proprio (inquit) filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Cum hęc promiſsio cõplebitur, quid erimus? Quæ bona in illa vita beata faciet eos ſumere, pro quibus in hac miſeria filium vnigenitũ voluit vſque ad mortem tãta mala perferre? Quæ

Rom. 8.

B bona in illo regno accepturi ſumus, quãdo Chriſto moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis tunc erit ſpiritus hominis, nullum tunc habens vitium, nec ſub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra quod ſaltem laudabiliter dimicet, pacatiſsima virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quàm ſpecioſa, quàm certa ſciẽtia, ſine errore aliquo vel labore, vbi ipſa Dei ſapiẽtia in ſuo fonte potabitur, cum ſumma fælicitate, ſine vlla difficultate? Quale erit corpus, quod omnimodo ſpiritui erit ſubditum, & viuificatum nullis alimoniis indigebit?

De æterna fælicitate cæleſtis patrię li. 22. c. 30.

C Idem cap. vlti. de ciui. Dei, ait. Omnes illi, qui nunc latent, corporalis harmonię numeri, non latebunt intrinſecus & extrinſecus per corporis cũcta diſpoſiti: & cum cęteris rebus, quę ibi magnę & mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione ſuccendent. Qui motus illic talium corporum ſint futuri temere definire non audeo, tamen & motus & ſtatus, ſicut ipſa ſpecies, decẽs erit, quicunquę erit, vbi quod non decebit non erit. Certe vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum poſsit decere nec corpus.

Agilitas corporis glorioſi.

D Vera gloria ibi erit, vbi nec laudantis errore quiſquam nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno nulli deferetur indigno, nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ibi eſt, vbi nihil aduerſi, nec à ſeipſo nec à quoquam quis patietur. Præmium virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit, eíque ſeipſum quo maius aut melius nihil eſſe poſsit, promiſit. Ibi vacabimus & videbimus, amabimus, & laudabimus. [Ecce quid erit in fine ſine fine, nam quis alius eſt noſter finis niſi peruenire ad regnum cuius nullus eſt finis?]

E

De mediatore Chriſto Ieſu. Augu. in lib. confeſſ.

§. XII.

Chriſtus veritas li. 10. ca. 41.

TV es veritas, ſuper omnia præſidens. At ego per auaritiam meam non amittere te volui, ſed volui tecum poſsidere mendacium. Sicut nemo vult ita falſum dicere, vt neſciat ipſe quid verum ſit. Itaque amiſi te, quia non dignaris cum

F mendacio poſsideri. Quem ergo inuenirem, qui me reconciliaret tibi? Mediatorem inter te & homines oportebat vt aliquid haberet ſimile tibi, aliquid ſimile hominibus, ne in vtroque ſimilis hominibus, longe eſſet à Deo aut in vtroque ſimilis Deo longe eſſet ab hominibus, atque ita mediator non eſſet. Hic eſt, quem ſecreta miſericordia tua demonſtraſti humilibus, & miſiſti, vt eius

Mediator hominũ quis.

Matth. 11.

exemplo ipſam diſcerent humilitatem. Hic inter mortales peccatores & immortalem iuſtum, apparuit mortalis cum hominibus, & iuſtus cum Deo. Et quia ſtipendium iuſtitiæ vita eſt & pax, per iuſtitiam coniunctam Deo euacuaret mortem iuſtificatorum impiorum, quam cum illis voluit habere communem. Hic demonſtratus eſt antiquis ſanctis, vt ipſi ita per fidem futuræ paſsionis ſicut nos per fidem præteritæ ſalui fierent. Quomodo igitur nos amaſti, Pater bone, qui filio tuo vnigenito non pepercisti, ſed pro nobis impiis tradidiſti eum? [Quomodo nos amaſti! pro quibus ille, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis tibi, factus eſt ſubditus vſq; ad mortẽ crucis.] Pro nobis tibi victor & victima, & ideo victor, quia victima, pro nobis tibi ſacerdos & ſacrificium, & ideo ſacerdos, quia ſacrificium, faciens tibi nos de ſeruis filios, de te naſcendo, nobis ſeruiendo. Merito mihi ſpes valida in illo eſt, quia ſanabis omnes meos languores per eum qui ſedet ad dexteram tuam, & te pro nobis interpellat, alioquin deſperarem. Multi enim & magni ſunt iidem languores, ſed [maior &] amplior eſt tua medicina. Potuimus putare, verbum tuum remotum eſſe à coniunctione hominis, & deſperare de nobis, niſi caro fieret, & habitaret in nobis. Iſte tuus vnicus in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, redemit me ſanguine ſuo. Non calumnientur me ſuperbi, quoniam cogito pretium meum, & manduco & bibo & erogo & pauper cupio ſaturari ex eo inter eos, qui edunt & ſaturantur, & laudãt Deũ qui requirunt eum. Hæc ille.

Rom. 8.

Pſal. 102.
Rom. 8.

Ioan. 1.

Coloſ. 2.

Pſal. 21.

Auguſt. de ciui. Dei. Vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipſa veritas Deus Dei filius homine aſſumpto non Deo conſumpto, veniens ſtabiliuit & fundauit fidem, ſcilicet docens quæ ſunt fidei. Auguſt. Omnia terrena contempſit homo Chriſtus, vt contemnenda eſſe monſtraret. Ambiunt homines dignitates, honorem, & potẽtiam. Rex fieri noluit, ſed quæſitus ad hoc fugit.

Chriſtus cur homo factus. li. 11. ca. 2.

Diuitias appetunt, & ipſe pauperrimus vixit, non habens, vbi caput ſuum reclinaret. Delicias quærunt, & ipſe vigiliis, ieiuniis, & abſtinẽtia laborauit. Aduerſa & opprobria refugiunt & horrent, ipſe autem contumelias, ſputa, flagella, maledicta, clauos, & lanceam non vitauit.

Chriſtus cur omnia mundana contempſerit li. de vera relig. cap. 16. to. 1.

Idem Auguſt. ſuper pſalmos, de conſec. diſt. 2. acceſſerunt. [a] Acceſſerũt Iudæi ad Ieſum, vt cru-

Ioan. 6.
Mat. 9.

a Hic locus Auguſt. manifeſte docet eum crediđiſſe in ſacramento Euchariſtia verum Chriſti corpus contineri. Sed deſcribam integrum locum, vt magis doctoris incomparabilis de tanto myſterio fides eluceſcat. Chriſtianus aliquis ſpiritalis ad ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, inuitat, vt accedamus. Sed accedamus ad eum, vt illuminemur, non quomodo ad eum acceſſerunt Iudæi, vt tenebrarentur. Acceſſerunt enim illi ad eum, vt crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus & ſanguinem eius accipiamus. Illi de Crucifixo tenebrati ſunt, & nos manducando Crucifixum & bibendo illuminamur. In fine eiuſdem concionis ſic ait item Auguſt. Attendite fratres propter illa quæ dicebamus. Vere magnus Dominus & miſericordia eius magna, qui nobis dedit manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt, & ſanguinem bibere. In præfatione in eandem concionem hoc idem

Chriſti corpus vere eſt in Euchariſtia.

A.C. 420.

idem demonſtrat. Coram regno ergo patris ſui mutauit vultum ſuum & dimiſit & abijt, quia erat ibi ſacrificium ſecundum ordinem Aaron: & poſtea ipſe de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, & paulo poſt. Et ferebatur in manibus ſuis. Quomodo ferebatur in manibus ſuis? Quia cum commendaret, ipſum corpus & ſanguinem ſuum accepit in manus ſuas, quod norunt fideles: & ipſe portabat quodammodo cum diceret, hoc eſt corpus meum. Paulò ante quod ex lib. Confeſſionum citat D. Anto. Non calumnientur me ſuperbi, quoniam cogito pretiũ B *meum, & manduco, & bibo, & erogo, id ſatis apertè inſinuat. Neque enim hic ſpiritualem manducationem per fidem intelligere neceſſe eſt. Nam & illius ſeparatim mentio facta eſt, dum dictum eſt, & cogito pretium meum. Veram igitur manducationem, veram etiam diſtributionẽ corporis Chriſti hic Auguſt. intelligere eſt neceſſarium. Infinita ſunt huiuſmodi apud Augu. loca, quæ multi alij, & præſertim Hieron. Torrenſis lib. 3. Confeſſ. Auguſt. cap. 6. collegerunt.*

Mat. 26.

eiſigerent. Nos accedamus, vt corpus & ſanguinem C accipiamus. Vere magnus Dominus & magna miſericordia eius, qui nobis dedit manducare corpus ſuum, & ſanguinem bibere. Idem de conſec. diſt. 2. quotidie. Quotidie Euchariſtiam ſumere nec laudo nec vitupero, ſingulis tamẽ dominicis diebus communicandum hortor, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit. Nam habẽtem adhuc voluntatem peccandi grauari magis dico Euchariſtiæ perceptione, quàm purificari. Hoc de illo dico, quem mortalia non grauant. Idem, Dixerit quiſpiam non quotidie percipiendam Euchariſtiam, alius affirmat quotidie. Faciat D vnuſquiſque ſecundum fidem ſuam quod pie crediderit eſſe faciendum.

In Eucharistia eſt corpus Chriſti. in pſalm. 33. col. 3. to. 8.

Ep. 118. ad Ianua. ca. 3. to. 2.

Iuſtitia non eſt, vbi non eſt vera fides. li. 1. de ſer. Dom. in monte. ca 9. to 4.

§. XIII.

DE fide Auguſtin. 24. q. 1. vbi ſana. Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter vbi E caritas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.

Abac. 2.

Idem, 28. q. 1. §. ex his itaque. dicit. Omnis vita infidelium peccatum eſt. Nec valet eſſe bonum, (ſcilicet meritorium,) quod fit abſque ſummo bono, id eſt, Deo: ſcilicet per gratiam inhabitantem. Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, ſcilicet per fidẽ, falſa virtus eſt: etiã in optimis moribus. Quamuis autẽ nullus ſit cogendus ad fidem recipiendam, ad receptam tamen ſeruandam cogi poteſt & debet.

Sine fide nõ eſt vera virtus. in ſententiis c. 106. tom. 3.

Vnde Augu. ad Vincentium donatiſtam 23. q. 6. vides. Vides ait, vt opinor, non eſſe conſiderandum, quod quiſque cogitur, ſed quale ſit illud F ad quod cogitur, vtrum bonum vel malum. Non quod quiſque poſſit eſſe inuitus, ſed timẽdo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animoſitatem, vel ignoratã compellitur cognoſcere veritatem, (vt timens vel reſpuat falſum, de quo contendebat vel quærat vtrumque quod neſciebat,) & volens iam teneat, quod nolebat. Mea primitus ſententia erat, neminem ad vnitatem

Qui fidẽ ſuſceperunt ad eam cogi debẽt. ep. 48. ante medium tom. 2.

A Chriſti eſſe cogendum, ſed verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberem, quos apertos hæreticos noueram. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis tantum, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primo opponebatur mihi ciuitas mea, quę cum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem catholicam legum, imperialium timore conuerſa eſt. Et ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur.

A.C. 420.

B *Correctio fraterna ab omnibus adhibenda concordat huic ſententiæ. Auguſtin. hom. 6. in lib. 50. tom. 10. & hom. 94. & 109. de tempore, ſed verba ſunt Bedæ in com. ad Gal.*

§. XIIII.

DE correctione ait Augu. ſuper pſalmos 23. q. 4. duo iſta. Duo iſta nomina, cum dicimus homo: vt peccator, non vtique fruſtra dicuntur. Quia peccator eſt, corripe, quia homo eſt, miſerere. Nec omnino liberabis hominem, niſi eum perſecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis C inuigilat diſciplina, ſicut cuique regenti apta & accommodata eſt. Non ſolum epiſcopo regenti plebem ſuam, ſed etiam pauperi regenti domum ſuam, diuiti regenti familiam ſuam, marito regenti coniugem ſuam, patri regenti prolem ſuam, iudici regenti prouinciam ſuam, regi regẽti gentem ſuam. Ita nulli homini claudenda eſt miſericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda. hæc ibi.

Idem ſuper pſalmos, cap. præcedenti. Ne amiſſo iudicio ſis pauperi in mala cauſa miſericors, etiius ſi parcis ſacello, percutis cor, & tanto ne-D quiorem reddis, quanto ſibi iuſtum fauere videt.

Pauperi iniuſte fauendum non eſt. Gloſſ. or. in pſa 32. ex Augu.

Idem in enchiridio, diſt. 45. & qui emendat, ait. Et qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, & tamen peccatum illius, à quo offenſus eſt dimittit ex corde, eleemoſynas dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum cõſulitur vtilitati non voluntati, quia ipſi ſibi inueniuntur inimici.

Idem in ſermone de verbis euangelij 23. q. 4. à malis. A malis ſemper corde diſiungimini, ad tẽ-E pus caute corpore copulamini. Duobus modis te non maculat malus, ſi ei non conſentias, & ſi redarguas. Et hoc eſt non conſentire, non communicare. Neque ergo conſentientes ſitis malis vt approbetis, neque negligentes, vt non arguatis, neque ſuperbientes, vt inſultanter arguatis.

Quomodo cũ malis verſari neceſſe ſit. lib. de verbis Domini ſer. 18. poſt mediũ 10. to.

Idem Augu. ſuper pſalmos 7. q. 1. §. hinc idem, ait. Vox contribulatorũ cum Chriſto, id eſt martyrum inter paſſiones periclitantium, ſed de capite præſumentium & dicentium. Deus in adiutorium meum intende. Cum illis eſt vox omnis iuſti, cui ex caritate refrigeſcente abundans iniquitas Chriſtianorum, paſſio eſt, vt Loth ille ſan-F ctus in Sodomis ab aliquo perſecutionem corporalem non ſuſtinuit, ſed mala eorum, cum quibus habitabat perſecutio eius fuerunt. Eſt ergo perſecutio iuſti vel à leone in impetu, vel à dracone in inſidijs. Vnde omnes clament. Deus in adiutorium meum intende.

Idem ad Vincentium diſt. 47. cap. penult. ait. Quantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo. Nec mihi arro-

A.C. 420.

gare audeo, vt domus mea melior ſit arca Noe, vbi inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt. Aut melior ſit quàm domus Abrahæ: cui dictum eſt. Eiice ancillam & filium eius. Aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt, Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. Simpliciter autem fateor caritati veſtræ coram domino Deo, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores quàm qui in monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quàm qui à monaſteriis defecerunt.

Gen. 7. 21. 49.

Mal. 1.

De peccato: & primo de originali. Augu. de fide ad Petrum. de conſe. diſt. 4. cap. 3.

§. XV.

Ephe. 2.

FIrmiſsime crede, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum maris & fœminæ concipitur, cum originali peccato naſci, impietati ſubditum, mortíque ſubiectum, & ob hoc natura iræ filium naſci. A qua ira nullus liberatur, niſi per fidem mediatoris hominis Ieſu Chriſti.

Non baptizati pereunt. cap. 27.

Firmiſsime tene non ſolú homines ratione vtentes, verùm etiam paruulos ſiue natos: ſiue in vtero morientes, ſi ſine ſacramento baptiſmi de hoc ſæculo tranſeunt, ſempiterno igne puniẽdos. Quia & ſi peccatum propriæ actionis nullum habent, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt.

Quomodo euacuatur peccatum per baptiſmum li. 1. de pecc. mer. & remiſſ. c. 39. to. 7.

Idem de baptiſmo paruulorum, de conſec. diſt. 3. ca. 2.[a] Per baptiſmum Chriſti id agitur, vt caro peccati euacuetur. Non ſic autem euacuatur, vt in carne concupiſcentia innata non ſit, ſed ne obſit mortuo, quæ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum ad ætatem naturalem peruenerint: ibi habent cum qua pugnent, eámque adiuuante Deo ſuperent, ſi non in vacuum gratiam eius ſuſceperint, & reprobati eſſe noluerint. Nam nec adultis hoc præſtatur in baptiſmo, niſi forte miraculo Dei, vt lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur & nõ ſit, ſed [b] vt quicquid ab homine factú, dictum vel cogitatum ſit, cum eidem concupiſcentiæ mente ſubiecta ſeruiret, totum aboleatur, & quaſi factum non ſit aboleatur.

Concupiſcẽtia nõ eſt peccatum.

a Hic habes in primis, quod notes contra hæreticos, Concupiſcentiam non eſſe in renatis peccatum. Nam ſi peccatum eſſet, obeſſet. Hoc clarius docet tom. 1. de nupt. & concup. cap. 23. tom. 7. Concupiſcentia iam non eſt peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non conſentitur, & aduerſus Iul. lib. 6. cap. 5. tom. 7. Tu autem qui putas, quod ſi malum eſſet concupiſcentia, careret ea, qui baptizatur, multum erras, omnis enim peccato caret, non omni malo. Conſentit igitur Auguſtinus Tridentino Concilio, quod de concupiſcentia ſic definiuit ſeſſ. 5. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam vel fomitem hanc ſancta Synodus fatetur & ſentit, quæ cum ad agonẽ relicta ſit, nocere non conſentientibus, & viriliter repugnantibus non valet.

Peccatũ penitus per baptiſmum ſeu pœnitentiam deletur.

b Aduerſus eos, qui peccatum tantum radi vel non imputari falſo aſſerunt, hic Auguſt. affirmat aboleri, & quaſi factum non ſit, haberi. Quod etiam clarius lib. 1. contra duas epiſtolas Pelag. cap. 13. Dicimus baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur quaſi raſorum in capite capillorum, vnde creſcant iterum reſecanda peccata. Quare & in hac parte Concilio Tridentino ſuffragatur D. Auguſti. quod definiuit in eadem ſeſſ. Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet, ſed illud tantum dicit radi & non imputari, anathema ſit. Plura vide in lib. 2. Confeſſ. Auguſtini cap. 2.

Peccatum omne in baptiſmo tollitur.

Idem ad Bonifacium 1. q. 4. iam itaque. Itaque homo cum in ſeipſo ab eo, qui genuit eum, alter eſt effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando quod traxit admiſſum eſt. Non autem trahit alter ab altero, quando ſua vnoquoque propria vita viuente iam eſt vnde dicatur, Anima quæ peccauerit ipſa morietur.

Ezech. 18.

Peccatum actuale quid. li. 1. ca. 15. to. 1.

De peccato actuali dicit idem Augu. in lib. retractationum 15. q. 1. §. 1. Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere. Hoc propterea verũ eſt, quia id definitũ eſt, quod peccatum eſt tantũmodo, non quod etiam eſt pœna peccati, ſcilicet commiſſum ex ignorantia. Et idem Auguſt. dicit ibidem eodem modo intelligendum, quod ipſe ſcripſit in lib. de vera religione, videlicet, Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt ſi non ſit voluntarium, nullo modo ſit peccatum. Et hoc adeo manifeſtum eſt, vt nulla huic doctorũ paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat: dicit intelligendum de commiſſo ſcienter, non ignoranter.

Peccata commiſſa ab ignorantibus & coactis ſunt voluntaria. ibid.

Quamuis etiam commiſſa à neſcientibus vel coactis non poſsint dici omnino inuoluntaria, quia videlicet ille qui ignorans peccat & vult illum actum agere, quod neſcit peccatum eſſe, & quia dum neglexit ſcire illud eſſe prohibitum, quod fecit, aliquo modo voluit illam ignorantiam vnde peccatum proceſsit. Et ſubdit Auguſt. in §. ſeq. Omnes homines, qui ſcientes faciunt, quod non licet, vellent licere. Vſque adeo ipſum peccare nemo appetit propter hoc ipſum: ſed propter hoc, quod ex eo conſequitur.

Peccare nemo appetit propter ipſũ. l. 4. queſt. ſup. Num. q. 24. to. 4.

Idem de ciui. Dei. lib. 5. Non vſquequaque abſurde dici poteſt ad ſolas differentias corporum afflatus quoſdam valere ſidereos, non autem & animi voluntates ſyderum poſitionibus ſubdi. Auguſt. 12. de ciui. Dei cap. 7. Nemo quærat cauſam efficientem malæ voluntatis. Non enim eſt efficiens, ſed deficiens, quia nec illa effectio eſt, ſed defectio. Deficere namque ab eo quod ſumme eſt, ad id quod minus eſt, hoc eſt incipere habere malam voluntatem. Cauſas autem defectionum iſtarum cum efficientes non ſint, ſed deficientes, velle inuenire, tale eſt, ac ſi quiſquam velit videre tenebras, vel audire ſilentium. Quod tamen vtrumque nobis notum eſt, nec illud niſi per oculos, nec hoc niſi per aures, non ſane in ſpecie, ſed in ſpeciei priuatione. Nemo ergo ex me ſcire quærat, quod me neſcire ſcio. Sicut ſpecies intelligibiles mens quidem noſtra intelligendo conſpicit, ſed vbi deficiunt, neſciendo cõdiſcit. Delicta enim quis intelligit? Hoc ſcio naturam Dei, nunquam, nuſquam, nulla ex parte Pſal. 18.

poſſe

A.C. 420. poſſe deficere. Quæ vero ex nihilo facta ſunt, vt A omnia creata, deficere poſſe, ſcilicet ex ſe. Quæ tamen quanto magis ſunt & bona faciunt, tunc enim aliquid faciunt cum cauſas efficientes habent: inquantum autem deficiunt, ex hoc malefaciunt: [quod enim tunc faciunt niſi mala, cauſas habent deficientes.]

De amore peruerſo rerum mutabilium c. 8. lib. 12. Ciu. 1.

Deficitur enim non ad mala, ſed male, id eſt, non ad malas naturas, ſed ideo male, quia contra ordinem naturarum, ab eo, quod eſt ſumme, ad id quod eſt minus. Neque enim auri vitium eſt auaritia, ſed hominis peruerſe amantis aurum iuſtitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi, hæc ibi, & ſic de aliis. B

Idem de ciui. Dei. & 15. q. 1. ſi concupiſcentia. Si concupiſcentialis inobediendia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter voluntatis noſtræ legem, quaſi ſua lege mouetur, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis, quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis?

Peccati tres differentiæ. li. 1 de ser. Dom. in monte c. 23. to. 4.

Auguſt. de ſermone Domini in monte, de pœnit. diſt. 2. ſicut 2. ait. Sicut tribus gradibus peruenitur ad peccatum, ſuggeſtione, delectatione, cóſenſione: ita & ipſius peccati tres ſunt differentiæ C in corde: in facto, & in conſuetudine, tanquã tres mortes, vna quaſi in domo cum in corde conſentitur libidini, id eſt delectationi cuiuſquam mortalis peccati. Secũda quaſi iam extra portam prolata cum in factum procedit aſſenſio. Tertia cum vi malæ conſuetudinis tanquam mole terrena præmitur animus, quaſi in ſepulchro iam fœtẽs. Quæ tria genera mortuorum dominum reſuſcitaſſe quiſquis euangelium legit, intelligit.

Idem Auguſt. de fide ad Petrum 15. q. 1. firmiſſime tene. Animalia (ſcilicet irrationabilia,) de ſuis factis nullam rationem reddituta ſunt, quia D rationabilia non ſunt. Homines verò, quia rationales facti ſunt, de ſe & de omnibus rebus, quas in vſum huius vitæ acceperunt, rationem reddituri ſunt Deo, & pro ſuorum actuum qualitate recipient, aut pœnam aut gloriam.

1 Corin. 3 Igne purgatorio non mortalia, ſed venialia purgãtur. ſer. 41. de ſanctis. to. 10.

Idem Auguſt. in lib. de igne purgatorij, & 25. diſt. §. aliàs ea, tractans illa verba apoſtoli, Si quis [a] ſuperædificauerit ſuper hoc fundamentum, lignum, fœnum, & ſtipulam & c. ſic ait. Multi ſunt, qui iſtam lectionem male intelligentes, falſa ſecuritate decipiuntur, dum credunt capitalia cri- E mina per ignem tranſitorium ſcilicet purgatorij poſſe purgari, & ipſi poſtea ad æternam vitam peruenire. Sed iſti ſe ſeducunt, qui ſic ſibi blandiuntur. Illo enim igne tranſitorio ſcilicet purgatorij non capitalia, ſed minuta, id eſt venialia peccata purgantur. Et ſubdit ibi exempla non de omnibus, ſed aliquibus, quę dicantur mortalia adiiciens. Quiſquis aliquod hurũ in ſe dominari cognouerit, niſi digne emendauerit, & ab illis abſtinuerit, æterna illum flamma cruciabit ſine remedio vllo. Ponit etiam multa de venialibus, quę B purgantur in alia vita per ignem tranſitorium purgatorij.

Purgatorium eſſe D. Augu. aſſerit.

a Purgatorium poſt hanc vitam, tum hoc in loco, tum in duobus ſequentib. §. aſſerit D. Auguſt. quod etiam ſæpiſſimè alibi facit, vt ex Geneſi cõtra Manich. lib. 2. cap. 20. tom. 1. & lib. 21. ciuit. cap. 13. & 14. & 7. contra Iulianum. Exponitur autem ab Auguſt. hic locus Apoſto. de Purgatorio tum in enchir. cap. 67. & 68. tom. 3. tum de fide & operib. cap. 15. tom. 4. tum de Ciuit. Dei. lib. 21. cap. 21. & 26. afferam tantum locum vnum ex cõmu. in pſal. 37. propè initium. Neque in ira tua emendes me, vt in hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus ſit, propter illos, qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Quare? niſi quia ædificant ſupra fundamentum, ligna, fœnum, ſtipulam. Si ædificarent aurum, argentum, lapides pretioſos, & de vtroque igne ſecuri eſſent. Non ſolùm de illo æterno, qui in æternum cruciaturus eſt impios, ſed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem ſalui erunt. vide plura in lib. 4. confeſſionũ. Auguſtin. cap. 1.

Pſal. 6

1 Corint. 3

Pœnitentia in fine vitæ valde dubia. lib. de pœn. med. cap. 17. tom 4.

§. XVI.

De pœnitente in fine vitæ, ait Auguſt. in lib. de pœnitentia. de pœni. diſt. 7. cap. vlt. Quoniam multa ſunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt à vera pœnitentia, vt afflictio infirmitatis, amor familiæ inordinatus, aſſuetudo in ma- C lis, affectus vitæ præſentis, & huiuſmodi, periculoſiſſimum eſt, & interitui vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum eſt, cui Deus tunc inſpirat. Sed ſi ſic conuerſus etiam vita viuat, & non moriatur, non promittimus, quòd euadet omnem pœnã. Nam prius purgandus eſt igne purgationis, qui ad aliud ſæculũ diſtulit fructum conuerſionis, id eſt ſatisfacere pro pœnis debitis, pro peccatis commiſſis.

Qui in fine pœnitẽtiam diſtulit, grauiter igne purgatorio cruciabitur. ca. 18. Ibid.

Et ſubdit Augu. Hic ignis, ſcilicet purgatorij, etſi æternus non ſit, ſcilicet quo ad officium purgandi, nam quo ad ſubſtantiam eſt æternus, miro D modo eſt grauis, excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia paſſi ſunt martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tanta ſæpe ſuſtinuerunt ſupplicia. Studeat ergo quiſq; ſic delicta corrigere, vt poſt mortem non oporteat pœnam tolerare. Quædam enim peccata ſunt mortalia, quæ in pœnitentia fiunt venialia: non tamen ſtatim ſanata. Languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, omnino moritur, & æ- E ternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitens finitur, ſi ſemper viueret, ſemper pecaret. At Dei miſerentis eſt, qui operatur finem peccandi. Hæc omnia ibi.

§. XVII.

De [b] ſuffragiis mortuorum ſic ait Auguſt. in enchirid. & 13. q. 2. tempus. Tempus, quod inter hominis mortem & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptacu-

Animarũ receptacula varia. in enchir. cap. 110. tom. 3.

F *b Mortuorum animas pietate ſuorum viuentium poſſe iuuari tum his in locis, quæ D. Anto. commemorat, tum in multis aliis tradit Auguſt. Præſertim autem Miſſæ ſacrificium ad liberandas è purgatorio animas iuuare conſtans fuit eius ſæculi fides: cuius rei religioſa fœmina Monica D. Auguſt. mater teſtis eſt, quæ vicina morti filium, vt habetur lib. 9. Confeſſ. cap. 11. ſic allocuta eſt. Ponite, hoc corpus vbicunque volueritis, nihil vos eius cura conturbet. Tantùm illud vos rogo, vt ad Domini altare*

Suffragia pro defũctis.

A.C 420.

tare memineritis mei, vbicũque fueritis. Quare pro A *matre ſacrificium fuiſſe celebratum indicat D. Auguſt. 12. cap. dicẽs. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea ſacrificiũ pretij noſtri, iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, priuſquàm deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui. Pro Auguſtino etiam vita functo ſe ſacrificium obtuliſſe ſcribit Poſſido. in vita eiuſdem vt ſuperius annotauimus.*

lis continet, ſicut vnaquæque digna eſt, vel requie vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. B

Bona opera proſũt defunctis cap. 110.

Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum poſſe releuari viuentium, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynę fiunt in eccleſia. Sed hæc eis proſunt, qui cũ hic viuerent, hæc ſibi, vt poſtea poſſent prodeſſe meruerunt. Et infrà. Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro valde bonis actiones gratiarum ſunt, id eſt, pro beatis, pro non valde bonis, vel malis, ſunt propitiationes, id eſt, pro iis, qui ſunt in purgatorio: pro valde malis vt damnatis, & ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, C tamen ſunt viuorum conſolationes. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt plena remiſſio, aut certe, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio. Hæc ille.

Ibid. paulo poſt.

Et intelligitur hic damnatio non pœna inferni, quæ nunquam tollitur, vel alleuiatur, ſed pœna purgatorij, quæ redimitur per ſuffragia, vel minuitur, ſecundum Thom. in 4.

Pro omnibus defunctis ſuffragia facieda ſũt. in epilog. li. de cura pro mortuis 10. 4.

Idem de gerenda cura pro mortuis ait. Quia non diſcernimus qui ſint, quibus proſint ſuffragia facta pro defunctis, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur ad quos hæc beneficia poſsint & debeant peruenire. D Melius ſupererunt iſta iis quibus nec obſunt nec proſunt, quàm deerunt illis, quibus proſunt. Diligẽtius tamen facit, quiſque pro ſuis neceſſariis, quo pro illo fiat ſimiliter à ſuis 13. q. 2. non eſtimemus. Et intelligendum eſt illud de iis, qui decedunt non in notorio crimine, quia tales ſicut ſepultura, ita & ſuffragiis priuantur.

Peccata venialia quæ. epiſ. 108. 12. 2.

De venialibus peccatis ait idem Augu. ad Seleucianam. de pœn. diſt. 1. tres ſunt. Eſt pœnitẽtia humilium & bonorum fidelium, pœna quotidiana in qua pectora tundimus, dicentes. Dimitte E nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Neque ea dimitti volumus, quæ in baptiſmo dimiſſa fuiſſe non dubitamus, ſed illa vtique, quæ humana fragilitate quamuis parua, tamen crebra ſubrepunt, ſcilicet venialia. Quæ ſi contra nos collecta fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, ſicut vnum aliquod peccatum grande. Quid enim intereſt ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & pro nauigantium negligentia derelicta atque contempta impleat nauem & ſubmergat? Propter F hoc ieiunia, eleemoſynæ, & orationes inuigilant. Hæc ibi. Et quod dicit multa parua opprimere ſicut vnum grande, id eſt mortale, intelligitur diſpoſitiue, non eſſentialiter vel effectiue.

De ſuperſtitionibus. lib. 2. de doctrina Chriſtiana. cap. 20. tom. 3.

A

§. XVIII.

A.C. 420.

DE peccatis in ſpecie, De ſuperſtitionibus, auguriis, & incantationibus, & huiuſmodi. Auguſ. in lib. de doctrina Chriſtiana ſic ait. Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda idola, & colenda pertinens, vel ad colẽdam ſicut Deum creaturam, partem ve vllam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita atque fœderata, qualia ſunt volumina magicarum artium, quæ quidem commemorare ſolent B potius quàm docere poetæ. Ex quo genere ſunt aruſpicum & augurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas characteres vocant, ſiue in quibuſcunque rebus ſuſpendendis atque ligandis vel etiam ſaltandis, [quodammodo non ad temperationem corporum.]

Genethliacorum ſuperſtitio ca. 21.

Neque ab hoc genere ſuperſtitionis pernicioſæ ſegregandi ſunt, qui olim Genethliaci propter natalium conſiderationem dierum, nunc autem C mathematici vocantur. Nam quod inde conantur actiones noſtras, vel actionum euenta prædicere, nimis errant. Et poſt multa exempla particularia, concludit.

Omnes artes huiuſmodi vel noxiæ vel nugatoriæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitus repudiandæ ſunt & fugiendæ à Chriſtiano. 26. q. 2. illud quod eſt. Idem in ſermone quodam ait. Qui obſeruat dies Aegyptios vel Calendas Ianuarij, vel alios dies, aut quaſcunque diuinationes, aut facta D aut auguria obſeruat, aut attendit aut conſentit obſeruantibus, magis ad ſui damnationem, quàm ad ſalutem tendit, ſiue per quoſdam numeros literarum & lunæ, & per Pythagoricam necromantiam, ægrotantium vitam vel mortem vel proſpera, vel aduerſa futura inquirit, ſiue qui ſomnialia ſcripta falſo Danielis nomine intitulata attendit, vel ſortes, quæ dicuntur apoſtolorum, vel pictatiolas pro quauis infirmitate ſcriptas ſuper homines vel animalia ponit præter ſymbolum & orationem dominicam, ſciant ſe hi fidem Chriſtianam præuaricaſſe, & vt inimicos Dei irã E eius grauiter incurrere 26. q. 7. non obſeruetis. Cõtra ſimoniacos Augu. 1. q. 1. ſicut eunuchus, ſic ait. Sicut eunuchus fuit, qui Ioſeph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuum ſemen non habet ſiccis genitalibus. Sic quoque ignis ſacrificij, qui per ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ ſub aqua vixerat, extinctus eſt Antiocho Iaſoni vendente ſacerdotium, quod ſignificauit ignem Spiritus ſancti non lucere in ſimoniacis ſacramentis.

Pictatiolæ, id eſt, amuleta quædã è collo ſuſpenſa, vulgo vocaoi breuia. Gen. 39.

2. Macc.

Fœnus quid & prohibitum, in pſalm. 36. con. 3. 10. 8.

Contra vſurarios Augu. ſuper pſalmos. Si fœneraueris homini, id eſt, ſi tu mutuo dederis F pecuniam tuam, à quo plus quàm dediſti expectes accipere, ſiue illud ſit triticum, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, ſi plus quàm dediſti expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus. 14. quæſt. 3. ſi fœneraueris.

Idem ad Macedonium 14. q. 4. cap. penul. Quid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi

A.C. 420.

reddi iubent? An crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Hæc ergo & huiuſmodi, male poſsidentur, & vellem vt reſtituerentur, ſed non eſt quo iudice repetantur, vide ibi gloſſ.

Idem de verbis Domini. Nolite facere eleemoſynas de fœnore & vſuris. 14. q. 5. nolite. Ex eo videlicet, quia reſtitui debent iis, à quibus extorta ſunt, ſi ſciunt & non pauperibus dari.

Ab initio licet aliquid accipere. epiſt. 54. poſt medium. tom. 2.

Contra iudices & teſtes Aug. ad Macedonium, 14. q. 5. non ſane. Non ſane quicquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem ſuum, nec operario mercedem, nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quæ potius per iniuriam non darentur. Sed nó ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen adhibentur, iſti ex vna parte conſiſtunt.

Idem 11. q. 3. quicumque 4. Quicumque aut conſanguinitate, aut amicitia, vel hoſtili odio, vel inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia.

Iſid. ibid. cap. 59.

Idem cap. ſequenti. Quiſquis cuiuſlibet poteſtatis veritaté occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. Aug. in homil. de pœnitentia. 2. q. 1. in cap. multi, ait. Nos quemquam à cómunione prohibere non poſſumus (quamuis hæc prohibitio nondum ſit mortalis ſed medicinalis) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari ſiue Eccleſiaſtico iudicio nominatum, atque conuictum. Quis enim ſibi vtrumque valet aſſumere, vt cuiuſquam ipſe ſit accuſator & iudex?

Vſus bonus nó iuſtificat iniuſte quęſita.

Neque enim (ait Aug. 14. q. 5. neque enim,) ſi agris inique ac perperam inuaſis ita quiſque vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo rapinam iuſtificat. Neque ſi alius rure paterno, vel iuſte quæſito auarus incumbat, ideo culpandus eſt ciuilis iuris regula qua poſſeſſor legitimus factus eſt. Nec tyrannicę factionis peruerſitas laudabilis erit, ſi regia clementia tyrannus ſubditos tractet. Nec vituperatur ordo regiæ poteſtatis ſi rex crudelitate tyrannica ſæuiat. Aliud eſt enim iniuſta poteſtate iuſte velle vti, & aliud eſt iuſta poteſtate iniuſte velle vti.

Quid in bello culpandum, lib. 22. con. Fauſt. cap 74 tom. 6.

§. XIX.

DE bellicis officiis Auguſti. Contra Manichæos 23. q. 1. quid culpatur. Quid culpatur in bello? an quia moriuntur, quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſum. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerumque ita culpantur, vt etiam iure puniantur. Aduerſus violétiam reſiſtentium, ſiue Deo ſiue aliquo legitimo imperio iubente gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis.

Iuſta bella quæ.

Idem in cap. ſequen. ait. Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt. Nec rempublicam gerere criminoſum eſt, ſed ideo gerere rempublicam, vt diuitias augeas, peccatum eſt. Propterea quadam prouidentia militantibus ſtipendia ſunt conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur. Vnde & Ioan. Baptiſta ait militibus. Eſtote contenti ſtipendiis veſtris. Hæc ſententia Ioannis dicta poteſt militibus, protectoribus, cunctiſque rectoribus. Quicúque ſibi ſtipendia publice decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tanquam calumniator & concuſſor Ioannis ſententia condemnatur.

A.C. 420.

Militare non eſt peccatum niſi propter ſe. maid. ina. de verb. Domi. ſer. 1, tom 4. Mat. 3.

Idem Aug. in lib. quæſtionum vete. teſta. ait. Cum iuſtum bellum ſuſceperit quis, vtrum aperte pugnet, an ex inſidiis vincat, nihil ad iuſtitiam intereſt. Iuſta autem bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias. Si qua gens vel ciuitas quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere, quod per iniuriam ablatum eſt. 24. q. 2. dominus.

Idem Aug. ad Macedonium 23. q. 5. cum homo: ait. Cum homo ab homine occiditur, multum diſtat, vtrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuſte aliquid auferendi, ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone. Aut vlciſcendi, id eſt, puniendi, vel obediendi ordine ſicut à iudice, ſicut à carnifice, vel euadendi, vel ſubueniendi neceſsitate, ſicut interimitur latro à viatore, hoſtis à milite. Et aliquãdo, qui cauſa mortis fuit, magis in culpa eſt, quam qui occidit. Nec tamen omnis, qui cauſa alterius mortis eſt, reus eſt, veluti ſi ſtuprum quis petat, & ſi non impetrauerit, ſe perimat. Vel ſi filius timens pia verbora patris, præcipitio pereat, & huiuſmodi. Hæc cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, & non propter illa, ne accidant, recte factorum reprimamus voluntatem.

Homo ab homine variis modis occidi poteſt. ep 54 to. 2.

Idem Aug. ad Publicolã ait. Abſit, vt ea, quæ propter bonum ac licitum facimus & habemus, ſi quid per hoc præter noſtram voluntatem alicui mali acciderit, nobis imputetur: alioquin nec ferramenta domeſtica vel agreſtia ſunt habenda, ne quis ex eis vel ſe vel alterum interimat. Quid eſt enim in vſu hominum bono aut licito, vnde non poſsit pernicies irrogari? 23. q. 5. de occidendis.

Non imputanda nobis mala, quæ nulla noſtra culpa eueniencia. ep. 154. to. 2.

Fornicari non licet nec clericis negotiari. lib. quæſt. noui & vet. Teſta. cap. 127.

§. XX.

COntra peccata carnalia Aug. diſt. 88. fornicari. Fornicari nunquam licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet. Antequam ſis clericus licet, poſtquam factus es clericus, non licet.

Idem Augu. in quæſtionibus Deutero. 32. q. 4. meretrices, ait. Meretrices eſſe, & ad meretrices accedere prohibet Dominus, quarum publice venalis eſt turpitudo. Sicut enim ſub furti nomine intelligitur omnis vſurpatio rei alienæ, ſic nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi. Idem ſecundo de ciui. Dei 32. q. 5. ita ne, ait. Propoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari meruit, ipſi corpori non aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ, quam ſeruat perſeuerantia ſuæ continentiæ. Potius autem debet quis omnia mala tolerare,

Ad meretrices accedere peccatum. li. 1. quæſt. vet. teſ. q. 57. to 4.

A.C. 410.

rare, quàm malo, id eſt, peccato conſentire. Augu. de igne purgatorij ponit fornicationem, id eſt ſoluti cum ſoluta inter mortifera, diſtin. 25. §. alias eas.

Augu. de verbis Domini 32. quæſtione 6. ſi ducturi eſtis. Si ducturi eſtis vxores, ſeruate vos vxoribus veſtris, quales vultis eas inuenire, tales & debent ipſæ vos inuenire. Quis inuenis eſt, qui non caſtam velit ducere vxorem. Et ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam dafideret? Intactam quæris, intactus eſto. Puram quæris, purus eſto. Non enim illa poteſt, & tu non potes.

Adulteriũ grauius in viris quàm in fœminis plectẽdũ. lib. 2. ca. 8. tom. 6.

Idem de adulterinis coniugiis, q. ea. indignantur. Indignantur mariti, ſi audiunt adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas, cũ tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

Idem de adulterinis cõiug. 32. q. 7. adulterij, ait. Adulterij malũ vincit fornicationẽ, vincitur antẽ ab inceſtu, ſcilicet adulteriũ, peius eſt enim cũ matre, quàm cum aliena vxore concũbere. Sed horum omnium peſſimum eſt, quod contra naturam fit, vt ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo vti voluerit. Sed iſtud quod eſt contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, execrabilius in vxore.

Idem Augu. lib. confeſ. 3. & 32. q. 7. flagitia, ait. Flagitia, quæ ſunt contra naturam, vbique & ſemper deteſtanda ſunt ac punienda, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent, eodẽ criminis reatu tenerentur diuina lege: quæ nõ ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ eum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe eſt author, libidinis peruerſitate polluitur.

Epiſcop' indecẽter aliquis fieri cupit lib. 9. Ciu. c. 19.

Contra ambitioſos. Quod non debet quis deſiderare regimẽ aliorum nec quærere, ſed ad hæc iuſſus debet obedire. Augu. 8. q. 1. ait in cap. qui epiſcopatum. A ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otiũ. Locus vero ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, & ſi ita teneatur & adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium ſanctum quærit caritas veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuẽdæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter caritatis neceſſitatem. Sed nec ſic omni modo veritatis delectatio deſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimatur iſta neceſſitas. Idem Augu. ad Valerium diſt. 40. ante omnia. Ante omnia peto, vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tempore facilius & leuius, & hominibus acceptabilius, epiſcopi aut presbyteri aut diaconi officio, ſi perfunctorie atque adulatorie res agatur, ſed nihil apud Deum miſerabilius, triſtius, & damnabilius. Item nihil eſſe in hac vita & maxime hoc tempore difficilius, laborioſius, & periculoſius epiſcopi presbyteri aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo Imperator noſter iubet. Quis autem iſte ſit modus, nec à pueritia, nec ab adoleſcentia didici. Et eo tempore quo diſcere cœperam, vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum. Nã quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere

Epiſcopat' delatus quomodo ſuſcipiendus. ep. 81. to. 2.

A.C. 410.

non noueram. Idem ad Eudoxium 15. q. 1. vos autem, ait. Vos autem fratres exhortamur in domino, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque in finem perſeueretis. At ſi quam operam veſtrã mater Eccleſia deſiderauerit, nec elatione inani ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis, ſed miti corde obtemperetis Deo, cum manſuetudine portantes eum, qui regit vos, qui dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos vias ſuas. Nec veſtrum otium neceſſitatibus eccleſiæ præponatis, cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini non inueniretis.

Octo genera mendaciorum c. 14. to. 4.

Omne mendacium peccatũ. c. 21.

Contra mendaces Augu. in lib. de mendacio. 22. q. 2. primum. Ponit octo genera mendaciorum ſic concludens. Quiſquis eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit putauerit, decipiet ſeipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitretur aliorum. Et in dicto cap. dicit. Ad ſalutem ſempiternam nullus ducendus eſt opitulante mendacio. Et in dicta quæſtione, cap. faciat, ait. Faciat homo etiam pro temporali ſalute hominũ quod poteſt. Cum autem ad id ventum fuerit, vt tali ſaluti niſi peccando conſulere non poſſit, iam ſe exiſtimet non habere quid faciat. Idem Augu. 22. q. 4. magnæ. Magnæ ſapientiæ eſt hominem reuocare, quod male locutus eſt.

Pro ſalute alteri' non peccandum. lib. cont. men. c. 17. tom. 4.

Pœnitentia omnino neceſſaria, epi. 48 tom. 2.

§. XXI.

DE [a] pœnitentia. Aug. ad Vincen. de pœn. diſ. 1. neminem. Neminem putes ab errore ad veritatem, & à quocunque ſeu magno ſeu paruo peccato, ad correctionem ſine pœnitentia poſſe

a Quæ hoc §. referuntur, tum maximè Catholicam de pœnitentia doctrinam confirmant: tum hæreticorum perfidiam planè euertunt. Nam tres eius partes disertè hic explicantur: contritio, quam cõmuni nomine pœnitentiam appellat, confeſſio ſacerdoti facienda, eiúſque ſacerdotis poteſtas iudiciaria ſatisfactio denique declaratur. Sed quicquid de pœnitentia à Catholicis dicitur, & traditur hoc ſæculo, id omne à D. Auguſtino prius dictum & traditum fuiſſe oſtendit Hieron. Torrenſis lib. 3. Aug. Confeſſ. cap. 9. Neque verò de hoc ſolo Eccleſiæ Sacramento eãdem habuit D. Auguſt. fidem, quam hodie Romana tenet Eccleſia, ſed de omnibus aliis noſtræ religionis capitibus, ſicut in eo Auguſtiniana confeſſionis opere, clarè fuit luculentérque demonſtratũ. Quæ quidem fides non tam fuit D. Auguſtini propria, quàm communis omnium virorum proborum, qui illo ſæculo veram orthodoxámque fidem profitebantur. Verum igitur eſt quod initio huius tituli ſignificauimus fidem & religionẽ illius florentiſſimi ſæculi, quam etiam Caluinus laudare ipſa re eſt veritate compulſus: omnino eandem eſſe cum illa, in qua nos Catholici Romanæ Eccleſiæ filij nati & educati ſumus, & ad mortem vſque, Deo iuuante, perſeuerabimus. Perſpicitur item Proteſtantium doctrinam Catholicam neque eſſe, neque dici poſſe, cum illius ſæculi doctores ſine vlla controuerſia Catholici, ei doctrinæ contrariã tenuerint. Apoſtolicam item illam nõ eſſe conſtat, eo quòd ab Apoſtolorum doctrina, quam ad id vſque ſæculum conſeruatam fuiſſe aduerſarij non diffitentur, ſit aliena. Quare cum Proteſtantium doctrina, neque ſit Catholica, neque Apoſtolica, ſequitur Proteſtantes

tes

tes nullo modo ad illam veram Eccleſiam, quam in ſymbolo & Catholicam & Apoſtolicam profitemur pertinere.

Pœnitentia quid. li. de vera & fal. pœ. ca. 8. 10. 4.

tranſire. Idem lib. de pœnitentia. de pœn. diſt. 3. pœnitentia 2. Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe. Continue dolendum eſt de peccato, ſcilicet actu, cum menti occurrit: vel ſaltem habitu, quod declarat ipſa dictionis virtus. Pœnitere enim eſt pœnam tenere, vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. Item in libro eodem, & de pœn. diſt. 5. c. 1. Conſideret pœnitēs qualitatem criminis, in loco, ſcilicet ſacro vel non, in tēpore, ſcilicet feſtiuo, vel alio, in perſeuerantia, ſcilicet quanto tempore permanſit in eo, & iterauit: in varietate perſonæ. Et quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius vitij multiplici executione. Sūt enim qui non expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem. Omnis iſta varietas confitenda eſt, & deflenda.

Confitendū ſacerdoti. ibid. ca. 10.

Idem in eodem, de pœni. diſt. 1. quem pœnitet, ait. Quem pœnitet omnino pœniteat, & dolorem lachrymis oſtendat, repræſentet Deo vitam ſuam per ſacerdotem, præueniat iudicium Dei per confeſsionem. Præcepit enim dominus mundandis leproſis, vt oſtenderent ſe coram ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata, non per nuncium, non manifeſtāda per ſcriptum. Idem in eodem, de pœn. diſt. 6. ca. 1. ait. Qui volt confiteri, vt inueniat gratiam, ſacerdotem quærat ſcientem ſoluere & ligare, ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet & petit, ne ambo in foueā cadant quam ſtultus euitare noluit, ſcilicet ſi cæcus ducatur à cæco.

Luc. 10.

Luc. 6.

Confeſſarius quomodo. ibi. ca. 10.

Et infra. Caueat ſpiritualis iudex, id eſt, confeſſor, vt ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſciētiæ. Oportet enim vt ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat, vt quod debet iudicare, diſcernat. Diligens igitur inquiſitor, ſcilicet confeſſor, & ſubtilis inueſtigator, ſapienter & quaſi aſtute interroget à peccatore, quod forte ignorat, vel præ verecundia velit occultare. Cognito crimine, varietates eius non dubitet inueſtigare, & locum & tempus, & cætera quæ ſupra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis, adſit beneuolus, paratus erigere, & ſecum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione: pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate. Adiuuet confitentem orando, eleemoſynas & alia opera bona pro eo faciendo. Sēper iuuet eum leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum opus fuerit, increpando. Hæc ibi.

Pœnitēti mutanda eſt vita. cap. 7. Gal. 5.

Idem in enchiridin, de pœn. diſt. 3. ſane cauendum. Sane cauendum eſt ne quiſquam exiſtimet illa crimina, qualia qui agunt regnum Dei non conſequentur, quotidie perpetranda, & quotidie eleemoſynis redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis propitiandus eſt Deus, non ad hoc emendus quodammodo, vt ea ſemper liceat impune committere. Nemini enim Deus dedit laxamentum peccandi, quamuis miſerando deleat commiſſa, ſi non congrua ſatisfactio negligatur.

Idem diſt. ea. ſatisfactio. Satisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſas excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere, id eſt, tollere radices & occaſiones peccatorum propinquas & remotas.

Pœnitentia iterari poteſt. li. de vera & falſa pœ. cap. 8.

Idem in eadem, de pœni. diſt. 3. adhuc inſtant. Adhuc inſtant perfidi, qui ſapiunt plus quàm oportet, & dicunt. Et ſi ſemel peccantibus poſt baptiſmum valeat pœnitentia, non tamen ſæpe peccantibus proderit iterata, alioquin remiſsio eſſet ad peccatum incitatio. Dicunt enim: Quis nō ſemper peccaret, ſi ſemper redire poſſet? [Dicunt enim Dominum incitatorē mali, ſi ſemper pœnitentibus ſubueniret, & ei placere peccata, quibus ſemper præſto eſt gratia.] Errant autem, immo conſtat ei multum diſplicere peccata, qui ſemper præſto eſt ea deſtruere. Si enim ea amaret, non ita ſemper deſtrueret, ſed conſeruaret. Medicum ſe vocat, [& non ſanis ſed male habentibus oportunum. Sed qualis hic medicus qui malum iteratum neſciret curare?] Medicorū eſt centies infirmum ſanare, qui cæteris minor eſſet, ſi alijs poſsibilia ignoraret. Memor eſt ſui qui promiſit, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Quem enim peccatorē excluſit, qui omnibus promiſit indulgentiam? Alijs quoque promiſsionibus declarat. Qui me (ait) confeſſus fuerit coram hominibus, id eſt. Omnis quantumcunque & quotieſcunque peccator, cuiuſcunque ordinis, etiam ſi fuerit ſacerdos, confitebor & ego eum coram patre meo, id eſt, manifeſtabo ei dimiſſum peccatum & virtuoſum factum. Nam quicunque inuocauerit nomen Domini, id eſt, ſecundum quod nominatur Dominus, id eſt, qui inuocauerit eum ad ſe ſeruiēdo & non contradicendo, vt forſitan ille fecit, omnis, id eſt, quicunque ſit ille peccator, ſaluus erit.

Mat. 9.

Ezech. 18.

Matt. 10.

Ioel. 2.

Extra Eccleſiā pœnitētia nō prodeſt. cap. 14.

Idem Augu. in eodem, de pœn. diſ. 6. cap. 1. Laboret pœnitens in Eccleſia eſſe, & ad vnitatem Eccleſiæ tendere. Niſi enim vnitas Eccleſiæ ſuccurrat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Sed credendum eſt, quod omnes eleemoſynæ totius Eccleſiæ & orationes, & opera iuſtitiæ & miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam ad conuerſionem. Vnde digne nemo pœnitere poteſt, quem non ſuſtineat vnitas Eccleſiæ. Augu. de verbis Apoſtoli 11. q. 3. omnis Chriſtianus, ait. Omnis Chriſtianus, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſathanæ tradi dicitur. Quomodo? quia ſcilicet extra Eccleſiam eſt diabolus, ſicut in Eccleſia Chriſtus. Idem ſuper Ioā. & cap. ſequenti. Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Qui enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt mēbrum eius, non vegetatur ſpiritu eius: ſed eſt membrum diaboli. Idem de pœni. diſ. 6. cap. 1. Non petat confitens ſacerdotes per aliquam culpam ab vnitate Eccleſiæ diuiſos, ſcilicet per hæreſim vel excommunicationem.

Præciſo ſacerdoti non cōfitendū. de vera & falſa pœ. cap. 11.

Reſtitutio neceſſaria, epiſt. 54 tom. 2.

§. XXII.

De reſtitutione, ait idem Augu. ad Macedonium 14. q. 6. ſi res. Si res aliena propter quam peccatum eſt, reſtitui poteſt, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi reſtitui poteſt. Sed de re-

A.C. 400. ſtitutione quomodo ſit facieoda habes in 2. parte, tit. 2. A

Decimæ dandæ ſacer lotibus.ſerm. 119. de tēpo te. 10.

Idem Augu. de decimis. 16. q. 1. decimæ, ſic ait. Decimæ ſunt tributa egentium animarum, quod ſi decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum conſequeris, ſed & ſanitatem corporis. Nō igitur dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem. Sed ſi tardius dare peccatum eſt, quanto peius non dare? Et infrà. Hæc enim eſt Dei iuſtiſsima conſuetudo, vt ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis date ſacerdoti. Benefacere ſemper Deus paratus eſt nobis, ſed malitia hominum prohibetur. Decimæ ergo ex debito requirūtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Hæc ille. Et de hac materia habes plene in ſecunda parte. B

In 2. part. tit. 4. ca. 3.

Palladij dialogus extat tom. 1. operum Chryſoſtomi, & apud Lippomanum. Sur. Metaphraſten edidit, eo quod, vt dialogorum mos eſt, in Palladio multa digreſsiones ab hiſtoria inſerantur.

De beato Ioanne Chryſoſtomo.

CAP. IX.

Quaſi vas auri ſolidum omni lapide pretioſo virtutum fuit Ioannes Chryſoſtomus epiſcopus Conſtantinopolitanus temporibus Honorij, & Arcadij imperatorum. Cui conſonat cognomen ſcilicet Chryſoſtomus: quod Græcum interpretatur, os aureum, propter maximam eius ſapientiam & eloquentiam. Qui valde copioſe in Græco ſcripſit, a ſed pauca ex eius opuſculis tranſlata ſunt in latinum. Ex quibus aliqua dicta hic inſeruntur. Dicit autem Thom. ſuper Ioanné, quòd Græci in expoſitionibus ſcripturarum diuinarum expoſitionem Chryſoſtomi omnibus aliis præponunt. Vas fuit gratiæ plenum, ſolidum, ex conſtantia intrepida cunctos etiam principes increpans & reprehendens. Huius vita conuerſatio, genus, & perſecutiones in hiſtoria tripartita ſatis declarantur. Palladius inſuper epiſcopus [Helenopolitanus] diſcipulus eius in Græco plenius C D

Hiſtoria trip. li. 10 fere per totum. & Nicepho. li. 13. Eccl. hiſto.

a Pauca fort: D. Anto. tempore diſertiſsimi illius Doctoris D. Ioannis Chryſoſtomi Latinè extabant opera, nunc verò tam multa eius opera edita ſunt, vt nullius Græcorum Theologi, tot opera in Latinum conuerſa ſermonem habeamus, pauci verò inter Latinos ſunt, quorum tot & tanta extent in ſacram maximè ſcripturam monumenta. De libris eius Græcis ſic ſcripſit Nicepho. lib. 13. cap. 2. Cùm in lectorum ordine conſiſteret, orationes contra Iudeos compoſuit. Diaconus autem factus dialogos de epiſcopali munere, & libros ad Stagerium, itē alios de incōprehēſibili, & alios rurſus [illegible]. Presbyteri verò honore cohoneſtatus, expoſitiones diuinorum Euāgeliorum, ἀνδριάντας, id eſt ſtatuas, Conſolationem, commentarios in Pſalterium de virginitate de miſericordia, & plurimos alios libros edidit Homilias verò myſticas in diuinum Apoſtolum, & in ſacra acta, aliaq; præterea plurima, feſtos dies & conuentus Eccleſiaſticos celebrans Conſtantinopoli in epiſcopatu condidit. Ego verò ſuprà mille eius viri lucubrationes legi ineffabili quadam ſuauitate diffluentes. Hæc ille. E F

A.C. 400. A perſecutiones, quas paſſus eſt Ioannes, præcipuè a Theophilo Alexandrino epiſcopo expreſsit in modum dialogi, quem librum venerabilis Abbas generalis Ambroſius Camaldulenſis ordinis de Græco tranſtulit in Latinum circa annos Domini 1430. vnde hæc omnia, quæ infrà ponūtur excerpſi, demptis iis quæ de hiſtoria tripartita allegantur. Ioannes genere Antiochenus fuit, natus ex parentibus nobilibus, & qui in Syria inter militares maximè illuſtres eſſent. Cum autem emenſis infantiæ rudimentis ad pueritiā peruenillet, literarum ſtudiis traditus eſt. Ad annum B igitur decimumoctauum ætatis perueniens, oratoriæ arti Ioannes operam dedit, quem Meletius Antiochenus epiſcopus, vir totius ſanctitatis, cernens modeſtum & ingenio pollentem, accitum ſecum manere fecit: & baptizatum lectorem ordinauit. Poſt triennium deinde vicinos occupans montes, cuidam Syro, continentiæ ſtudioſo ſe ſocium dedit. Manſitque apud illū annos quatuor, incēdia naturalis ardoris literarum ſtudiis ſuperans. Exinde eremū petiit, illicque ſpelunca inclusus biennium peregit. Quo tempore fermè ſine ſomno degens, ſacras ſcripturas penitus di- C dicit, nimiiſque vigiliis & abſtinentia infirmatus, coactus eſt ad ciuitatem redire. Ibique diaconus factus poſt quinquennium à ſanctæ memoriæ Flauiano Epiſcopo presbyter, licet inuitus & renitens ordinatur. Biſſenis annis in officio preſbyterii, verbo, ſcriptis, & vitæ ſanctitate Antiochenam decorauit Eccleſiam.

Ioannes Chryſoſt. Eremiticum vitæ genus ſectatur.

Diaconus ac deinde presbyter ordinatur.

Beato autem Nectario Coſtantinopolitanæ ſedis antiſtite, ex hac luce ſubtracto, multi ex clericis illam ſedem ambientes, muneribus & variis precibus ſedem inuadere nitebātur. Populus autem regem ſollicitabat dari ſibi paſtorē peritum & ſanctū. Suggeſtumq; fuit imperatori præcipuè ab Eutropio cubiculario eius, dari Ioannē Antiochenū presbyterum, cuius fama probitatis & doctrinæ, iam per regiones volabat. Quod cum ei placuiſſet, ordinatur, vt cautè vocaretur Ioannes Conſtantinopolim, ne fortè percipiens ſe occultaret. D

A.C. 400.

Theophilus autem Alexandrinus Epiſcopus conſtantiam eius irreprehenſibilémque eius fiduciam intuens, ordinationem eius impedire conatus eſt, ſed nō potuit. Igitur ordinatus epiſcopus, vt dicitur in hiſtoria tripartita, propter caſtitatis E zelum ſeuerior habebatur. Et propter vitæ rectitudinē incautus de futuris proſpicere neſciebat, in confabulatione arrogans a neſcientibus putabatur, in docendo erat præcipuus, in exponendo egregius. Ad mores coercendos optimus. Regnantibus igitur Honorio & Arcadio factus epiſcopus Conſtantinopolitanus, dum vitam clericorū repente corrigere voluit, omnes in ſuum odium concitauit. Cunctique eum velut furioſum declinabant, & apud omnes ei detrahebant. Et quia nūquam aliquem ad prandium inuitabat, nec ab F aliquo inuitari volebat, dicebant eum hoc ideo facere, quia turpiter mādùcabat. Alij propter excellentem & exquiſitum vſum ciborū, hoc eum agere prædicabant. Reuera autem propter abſtinentiam ſtomachus, & caput ſemper ei dolebat, & ideo prandiorum epulas euitabat. Populus autem propter ſermones, quos in eccleſia faciebat, eum nimis diligebat, paruipendens quicquid contra eum æmuli loquerentur.

Chryſoſt. qualis in epiſcopatu fuerit. Trip hiſt. li. 10. ca. 3.

Ioannes Chryſoſt. cur ſolus comederet.

A.C.400.

A Clericos concubinas,ſeu ſubintroductas mulieres habentes abiicere coegit. Contra cupiditatem prædicabat, à delicijs & crapulis abſtinere monebat. Ad vigilias nocturnas non ſolum clericos ſed viros quoque laicos hortabatur. Expenſas ſuperfluas domus ſuæ reſecauit pauperibus tribuens, propter quod multi eum obſeruabant, calumniam imponere perſcrutantes vitam priorem in Antiochia, ſed nil inuenere reprehenſibile.

Ioannes quomodo procerum animos aduerſus ſe cômouerit. Trip. hiſt.ca. 4.

Appoſuit quoque Ioânes quoſdam procerum obiurgare, & ideo contra eum maior inuidia eſt B accenſa. Aliud quoque fecit, quod multos valde commouit. Eutropius namque imperatoris præpoſitus, habens conſulis dignitatem, volens ſe in quoſdam, qui ad eccleſiam confugerant animaduertere ſtuduit, vt lex ab Imperatore poneretur, vt nullus ad Eccleſiam confugeret, immo & qui confugiſſent rei, inuiti inde extraherentur. Poſt paucos dies, cum Eutropius regem offendiſſet, ad Eccleſiam confugit. Ioannes autem hoc audiens ad eum ſub altari latitâtem acceſsit, & homiliam increpatoriam contra eum faciens, eum duriſsime obiurgauit. Quæ res multos offendit, eo quòd C homini infælici non ſolum noluit miſericordiam impendere, ſed non deſtitit obiurgare. Imperator vero inde eum rapiens caput eius abſcindi fecit. Pro diuerſis igitur cauſis multos fiducialiter obiurgans plurimis erat odioſus.

Theophilus Chryſoſtomo infeſtus.

Theophilus autem Alexandrinus epiſcopus eum deponere volebat, & presbyterum quemdam nomine Iſidorum intrudere affectabat, & ideo cauſas depoſitionis diligenter quærebat. Populus autem defendebat Ioannem, & eius doctrina mirabili auiditate paſcebatur. Sacerdotes quoque Ioannes ſecundum canonicas ſanctiones vi- D uere cogebat, dicens non debere eos frui honore ſacerdotali, qui vitam eorum nollent imitari. Non ſolum autem ciuitatem Conſtantinopolitanam ſtrenue gubernabat, ſed etiam circumiacentes imperiali authoritate prouidis legibus gubernabat. Cúmque cognouiſſet in Phœnice adhuc dæmonibus immolari, clericos & monachos illuc deſtinauit, & templa idolorum deſtrui fecit.

Eccleſiã Arianis non vult côcedere Chryſoſt.

Eodem tempore erat quidam Gainas nomine genere Scythicus, conſilio barbarus, tyrãnico ſtudio omnino elatus, Ariana peſte infectus, magi- E ſter militum factus. Hic imperatorem rogauerat ſibi ſuiſque, vt intra ciuitatem vnam daret eccleſiam. Quod cum promiſiſſet, rogauit Ioannem, vt vnam eccleſiam illi concederet, vt ſic eius tyrannidem refrænaret. At Ioannes virtute fortiſsimus, & totus zelo fidei ignitus ait. Nolo imperator hoc promittere, & ſanctum canibus dare. Ne hûc barbarum metuas, ſed ambos nos iube vocari, & ſub ſilentio inter nos quid dicetur audi. Ego eius linguam ſic refrænabo, vt hoc petere non præſumat. Quod audiens imperator gauiſus eſt, & vtrumque altera die vocauit. Cumque vnum pro ſe oratorium peteret, ait Ioannes. Vbique tibi domus Dei aperta eſt, & nullus te vetat orare. At ille. Ego alterius ſectæ ſum, & vnum templum cum meis depoſco habere. Multos quidem labores pro republica Romana aſſumpſi: ideo nô debeo in mea petitione contemni. Ad quem Ioannes reſpondit. Plurima præmia, & quæ tranſcendunt tua certamina percepiſti. Magiſter militum factus es, conſulari toga inſuper exornatus. Et

A.C.402.

A oportet te conſiderare, quis dudũ fueris, & qualis modo conſpiciaris. Quæ priſtina paupertas, & quæ modo ſubſtantia. Quibus veſtimentis vtebaris, & quibus modo veſtiaris. Quia igitur pauci labores maxima tibi præmia côtulerunt, erga honorantem te non ſis ingratus. Hiſque ſermonibus Ioannes os eius obſtruxit, eúmque compulit, vt taceret.

Quomodo meritis Chryſoſt. Conſtantinopolis ſit diuinitus liberata.

Dum igitur Conſtantinopolitanam vrbẽ ſtrenue gubernaret, Gainas præfatus imperium ambiens, cum in die nihil agere poſſet, nocte barba- B ros miſit, qui Palatium concremarent. Tunc aperte monſtratum eſt, quomodo ſanctus Ioannes cuſtodiebat ciuitatem. Barbaris enim angelorum armatorum ingens corpus habentium copioſa turba apparuit, quæ protinus eos effugauit. Quod cum domino ſuo nunciaſſent, ille valde miratus eſt, ſciens exercitum militum per alias ciuitates côſtitutum. Cum igitur ſequenti nocte alios iterum deſtinaſſet, à viſione angelorum ſunt ſimiliter effugati. Nouiſsime ille egreſſus cum multitudine miraculum vidit, fugit, exiſtimans milites in die latere, & nocte ciuitatem cuſtodire. Egreſſus C inde ad Thraciam iuit, & magno congregato exercitu vniuerſa vaſtabat, timentibus cunctis barbaricã feritatem. Imperator igitur Ioanni ſanctiſſimo onus legationis impoſuit. Ille autem inimicitiarum immemor alacriter eſt profectus. Gainas igitur agnoſcens eius fiduciam pro pietate ſuſceptam, longo itinere ei occurrit, ſuiſque oculis ad dexteram eius circumpoſuit, & filios eius ſacra ipſius genua oſculari præcepit. Huius namque virtutis Ioannes fuit, vt etiam valde terribiles humiliari cogeret, vt eum timerent.

Ioãnes ſacros hymnos aduerſus Arianos côpoſuit. ca. 8. lib. 10. hiſt. trip. Nicepho. li.13.ca. 8.

Igitur Ioannes Chryſoſtomus apud Conſtan- D tinopolim florebat, & apud omnes admirabilis habebatur. Verùm cum Ariani plurimum pullularent, & extra ciuitatem eccleſiam haberent, ſabbatho tamen & Dominica intra portas & porticus congregati hymnos & antiphonas de nocte cantabant, diluculo autem per mediam ciuitatem ingreſsi ad ſuam eccleſiam conueniebant cantâtes frequenter in vilipenſionem orthodoxorum, vbi ſunt, qui dicunt tria in virtute vnum? Ioannes autem metuens ne ſimplices huiuſmodi cantu traherentur, inſtituit ipſe, vt turba fidelium noctur- E nis hymnis inſiſteret, vt & illorum opus obſuſcaretur, & fidelium profeſsio firmaretur. [a] feciſque cruces argenteas, quæ cum cereis argenteis por-

Crucis veneratio & cultus.

a Ex his habes, vnde mos geſtandæ in publicis ſupplicationibus crucis proceſſerit. Cæterùm illo ſæculo Crucis ſignum in magna veneratione habitum fuiſſe ex his D. Chryſoſtomi verbis homi. 55. in Matth. collige. Sed veluti coronam, ſic læto animo crucem Chriſti circumferamus. Omnia enim, quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per ipſam conſummantur. Nam cum regeneramur, crux Domini adeſt, cum ſacratiſsimo alimur cibo, cum in ordine conſecrandi ſtatuimur, vbique & ſemper id victoriæ inſigne nobis aſsiſtit. Quapropter & in penetralibus, ac in parietibus, & in feneſtris, & in fronte quoque, ac mente, magno ſtudio crucem inſeramus, & in demonſtratione aduerſus Gentiles. Veruntamen hoc maledictũ, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, crux diadematibus & coronis clarius factum eſt. Neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu di-

A.C. 403.

gnior eſt,& quam omnes prius abhorrebant, eius A *figuram tantopere quærunt. & hæc ille, & multa alia in hanc ſententiam.*

tarentur. Tunc Ariani zelo accenſi inuidiæ vſque ad necem inſurgunt. Vna igitur nocte petra percuſſus eſt Bryſon eunuchus Auguſtæ, qui ad hymnos exercendos à Ioanne erat deputatus. Sed quidam etiam de populo vtriuſque partis extincti ſunt. Et his motus imperator prohibuit Arianos hymnos publice decantare.

Seuerianus Ioannem in odium adducere nititur. Tripar. li. 10. cap 12.

Eo tempore Seuerianus Gabalenſis epiſcopus B honorabilis apud multos proceres, & ab ipſo imperatore & Auguſta multum dilectus Conſtantinopolim venit, & à Ioanne gratanter ſuſceptus eſt. Cúmque Ioannes in Aſiam perrexiſſet, ſuam eidem eccleſiam commendauit. Ille autem non fidem, ſed ſeipſum populo commendabat. Serapion autem clericus Chryſoſtomi hoc eidem ſtuduit nunciare. Tranſeunti autem Seueriano non aſſurrexit Serapion. Ille vero indignatus clamauit. Si Serapion clericus mortuus non fuerit, Chriſtus in humana natura natus non eſt. Hæc audiens Ioannes rediit, & ipſum tanquam blaſphe- C mum de ciuitate eiecit. Quod Auguſtæ multum diſplicuit, & ipſum reuocari fecit, rogans Ioannem, vt ipſum ſibi reconciliaret. Qui nullatenus acquieuit, donec Auguſta filium ſuum Theodoſium eius genibus imponeret, ſupplicantem & coniurantem vt Seuerianum ipſius affectui recōciliaret. Maxime autem iſte Seuerianus epiſcopus, & Acatius & Antiochus, & quidam Iſaac Syrulus dux monachorum, viri diſcoli & indiſciplinati Ioannis æmuli tendebant ad depoſitionem eius. Cum propter increpationem vitiorum, & reformationem morum eſſet eis Ioannes gra- D uis etiam ad videndum. Vnde & cor ſuum per literas aperiunt Theophilo, cuius nouerant verſatile ingenium ad huiuſmodi machinamenta. Quod ille libenter amplectens, occaſionem ad hoc efficiendum quærebat, vel leuem.

Inimici Chryſoſtomi eū perſequūtur. Palladius.

Theophili in Chryſoſtomum machinamenta. trip. lib. 10. cap. 10. & Palladius.

§. I.

EO tempore Theophilus Alexandrinus Epi- E ſcopus Dioſcorum virum ſanctiſſimum: & Iſidorum prius amiciſſimum iniuſtè eiecit. Qui Conſtantinopolim venerūt, vt principi & Ioāni eius facta narrarent. Ioannes autem eos honorabat, ſed antè cauſæ cognitionem cum eis participare nolebat. Falſus tamē rumor ad Theophilum iuit quòd Ioan. cum eis cōmunicaret, & eis auxilium ferret. At Theophilus indignatus, nòn ſolùm vindictam in illos exercere, ſed vt Ioannem deponeret fortiter ſe armabat. Celans autem intentionem ſuam, miſit ad omnes ciuitatum ſingularum epiſcopos illius regionis, dicens ſe Origenis libros velle damnare. Epiphanium quoque vi- F rum ſanctiſſimum, Cypri epiſcopum circūuenit, & amicum ſibi fecit, rogans ſimiliter vt & ipſe libros Origenis damnaret. Epiphanius autē propter nimiam ſui reuerentiam atque ſimplicitatē, eius fallacias non intendens, epiſcopos ſuos apud Cyprum conuocauit, & lectionem librorū Origenis interdixit, rogans Ioannem, vt ſe ab horum librorum lectione ſuſpenderet, & quæ ordinata fuerant cōfirmaret. Ioannes autem hæc paruipendens in doctrina eccleſiaſtica laborabat, & in ea florebat, nihilque de his quæ contra eum cogitabantur, curabat. Demum Theophilus odiū celatum manifeſtauit, & ſe velle deponere Ioannem indicauit. Mox inimici Ioānis, & multi proceres Palatij, & clerici tempus opportunum inuenientes nitebantur, vt contra Ioannem cōcilium fieret Conſtantinopoli.

S Epiphanius à Theophilo circūuenitur.

A.C. 403.

Epiphanius Ioānis commanſionē vitat. c. 12.

Poſt hæc Epiphanius Cōſtantinopolim venit, damnationem librorum Origenis ſecum ferens, & inuitationem Ioannis cauſa Theophili declinauit: [in propria verò manſione habitare magis elegit. Et vocans tunc præſentes epiſcopos damnationem librorum Origenis legebat eis.] Et quidam propter reuerentiam Epiphanij damnationi librorum Origenis ſe ſubſcribebant, plurimi autem hoc facere recuſabant. Quorū vnus fuit Theotimus Scythiæ præſul, vir rectitudine vitæ famoſiſſimus. Qui ita reſpondit. Ego mi Epiphani, neq; eius qui pridem bene requieuit, iniurias infero, neque rem blaſphemam tentare præſumo, damnans ea, quæ priores noſtri reſpuere noluerūt. Nam neque malam doctrinam in libris eius cōſpicio. Qui his contumelias inferunt, neſciunt ſemetipſos. Athanaſius autē defenſor Nicæni concilij contra Arianos, teſtem ſuæ fidei hunc virum appellat, illius libros ſuis coniungens, & dicens. Mirabilis & laborioſiſſimus Origenes hoc de filio Dei nobis teſtimonium perhibet, aſſerens coæternum eum patri.

Athanaſij de Origene teſtimonium in lib. de decretis conc. Nicen.

Vbi aduertendum, quòd de doctrina Origenis fuit magna altercatio inter antiquos & ſanctos doctores, aliis approbantibus, aliis reprobantibus: & hoc quia non ita erant manifeſtati errores doctrinæ eius. Vnde & qui approbabant, fortè nondum legerant in eis illos errores, vel quia dicebatur à falſariis errores eſſe inſertos. Sed poſtea eis detectis per eccleſiam reprobata eſt doctrina cum authore ſuo: exceptis iis quæ Hieronymus non reprobat, & vt vera approbat.

Ioānis & Epiphanij inter ſe diſsidia. ca. 12. lib. 10. Tripart.

Ioannes autē Chryſoſtomus indignatus, quòd præter regulas ſcilicet eccleſiaſticas in eccleſia ſua Epiphanius ordinationem feciſſet, tamen rogabat, vt inter epiſcopos cū eo maneret. At ille, nec ſe cum eo manere velle, nec orare reſpōdit, niſi Dioſcorum eiiceret: & damnationi librorū Origenis ſubſcriberet. Ioanne autem hoc facere renuente: aduerſus Ioannem, ab eius inuidis Epiphanius incitatur. Vnde Epiphanius Dioſcorum adiudicauit, libros Origenis damnauit, ac Ioanni tanquam horum defenſori detrahere cœpit. Cui Ioannes mandauit. Contra regulas multa feciſti ô Epiphani, primum quidem quòd ordinationem feciſti in Eccleſia ſub meo iure conſtituta, deinde quia in ea authoritate propria ſacra celebraſti, rurſus quia inuitatus excuſaſti, & nunc denuo in teipſum confidis. Quapropter obſerua ne in populo ſeditio oriatur, & huius rei periculum ipſe ſuſcipias. Hæc audiens Epiphanius diſceſſit. Qui cum Cyprum reuerſurus eſſet, mandauit Ioanni dicens. Spero quòd epiſcopus non morieris. Et Ioannes remandauit Epiphanio, dicens. Spero, quod ad tuam patriam non redibis. Quod vtiq; vtrumque euenit. Nam Epiphanius in via obiit, & Ioannes Chryſoſtomus de epiſcopatu depoſitus in exilio vitam finiuit.

Verùm cùm Epiphanius receſsiſſet de Conſtantino

A.C. 404.

ſtantinopoli, relatum eſt Ioanni, vt dicitur in A tripartita hiſtoria, quod Eudoxia imperatrix Epiphanium cõtra eum incitaſſet. Propter quod accenſus Ioannes zelo ſermonem ad populum fecit, qui cũctarum mulierum vituperationem omnimodam cõtinebat. Hic ſermo ab omnibus fuit acceptatus, quaſi contra Auguſtam ſit prolatus.

A.C. 404

Quod cum Auguſta cognouiſſet, imperatori conqueſta eſt, dicens contumeliam illatam vxori in eum potius redundare. Motus ergo ob hoc imperator, B contra eum præcepit ſynodum celebrari. Theophilus ergo audiens deſiderium imperatoris & imperatricis, feſtine epiſcopos congregauit, iam quaſi paratos ad hoc, omneſque Ioannis inimici alacriter confluebant, ſuperbum & impium eum vocantes.

Theophilus cõtra Ioannem conciliũ cõuocat.

Multi ergo epiſcopi congregati in ſuburbano Chalcedonenſi, vt dicitur in hiſtoria tripartita, non iam de libris Origenis tractabant, ſed contra Ioannem ſe erigebant. Vnde & quater eum citauerunt ad ſynodum congregatam. Qui venire noluit, aſſerens illos manifeſtos inimicos ſuos, C ſed ſynodum vniuerſalem fieri proclamabat. Vnde propter hoc ſynodus damnauit eum, quia noluit obedire. Et ex hoc magna ſeditio concitata eſt in populo, Ioannem excuſante contra clerum. Sed iuſsio imperatoris coegit recedere. Palladius plenius iſta ponit, cuius verba ſunt omnia, quæ ſequuntur.

Ioan mittitur in exilium.

Iſidorus quare à Theophilo odiſſus, Palladius in vita Chryſoſto.

§. II.

CAuſam autem quare Iſidorum illum ſan- D ctum virum, & ſibi prius amicum Theophilus eiecit, Palladius exprimit. Hic enim Iſidorus fuit ab Athanaſio presbytero ordinatus, octogeſimum ætatis agens annum, ſuſceptor peregrinorum in ciuitate Alexandriæ. Huic ergo vidua quædam ex primoribus ciuitatis mille aureos dedit, adiurans eum, vt pauperculis mulieribus Alexandriæ pro veſtibus erogaret, ignorante Theophilo: & hoc, ne ſi ſciret, lapidibus emendis illos expenderet, quædam enim rabies ædificandi eum obſederat. Iſidorus igitur acceptam pecuniam diſperſit pauperibus. Quod cum perueniſſet ad au- E res Theophili (exploratores enim habebat ad iſta) vocari fecit Iſidorum, & ſciſcitatus ab eo, cum cognouiſſet ita rem ſe habere, nimis ægre tulit dictam pecuniam ad eum non perueniſſe. Et parumper intra ſe ſilentium continet, vt iniuriam vindicare volens, poſt duos menſes congregatis ſacerdotibus præſente Iſidoro protulit Theophilus chartulam, quam ipſe cõfinxerat, dicens. Hanc accuſationem Iſidore contra te accepi, iam eſt decimuſoctauus annus, ſed quoniam aliis occupatus fui obliuioni tradideram, & requirẽs alias chartas hanc inueni. Quid ergo ad eam reſpondes? Continebat autem charta ſcelus Sodomorum. Reſpondit Iſidorus illum euocandum, qui F dedit libellum. Cum autem, quia præſens non erat iuuenis, quem aſſerebat Theophilus libellum accuſationis dediſſe, cum quo malum dicebatur egiſſe, differtur iudicium in craſtinum, deprecatuſque eſt interea Theophilus per ſuos adoleſcentulum quendam promiſsis multis vt Iſidorũ de eo accuſaret, oblatis ei aureis quindecim ad hoc ipſum agendum. Quod cum diſpoſuiſſet exequi, in ſe reuerſus timens ex vna parte legum pœnas, ſi in probatione deficeret, ex altera indignationem Theophili, ſi calumniam detegeret, ad eccleſiam fugit non proſequendo factum. Theophilus tamen muto iudicio ab eccleſia Iſidorum eliminat: grauia illum commiſiſſe crimina pronũcians. Ipſe autem Iſidorus timens, ne grauiori indignatione concitatus Theophilus, ſaluti ſuæ inſidiaretur, ad montem Nitriæ tendit, repetens monaſticum ordinem, in quo fuerat iuuenis enutritus, ibique intra cellulam manſit.

A.C. 404.

Iſidorus à Theophilo pulſus ad Monachos Nitriæ ſe recipit.

Interea Theophilus ſibi conſcius, quam indecenter egiſſet, incertamque victoriam ſuſpectam habens, literas ad vicinos epiſcopos mittit, mandans quoſdam ex primoribus de monte abiici, atque interiori eremo monachos pelli. Qui vnà cum ſenioribus deſcendentes Alexandriam, orabant Theophilum, vt diceret, quam ob cauſam dãnati abiective fuiſſent. Ille ſanguineos oculos contorquens, [limis & tauri in morem illos intendebat, aliquando tumenti ore, aliquando] in pallorem verſo monſtri varij in morem inſaniẽs, Ammonij æqualis ſui ceruicibus torquem iniecit ferreum propriis manibus, maxillaſque illius propriis ictibus pulſans, & inrenſis digitis nares impetens atque cruentans, ac voce fremebundus minitans, Hæretice, ait, anathematiza Origenem, cum aduerſus Origenem nihil eſſet propoſitum, ſolúmque intercederet Iſidori odium. Sícque cruenti abſque reſpõſo vllo reuerſi ſunt ad ſuos, orationi ſe dantes.

Non quieuit ſic quoque Theophilus, ſed vicinos epiſcopos euocans concilium conflat aduerſus monachos. Cúmque illos neque vocaſſet ad reſpondendum, neque eos allocutus fuiſſet, tres ex illis damnat viros præcipuos, veritus contra multitudinem ferre ſententiam, dogmatum peruerſitatem illis impingens, quoſque ante ſæpe plus quàm epiſcopos honorauerat, nõ veritus eſt eos appellare magos, eo quòd Iſiduro affecti viderentur. Vbi vero illos monte fugauit, comparat ſibi quinque homunculos, qui nunquam in cœtu ſeniorum eremi viſi fuerant, indigniſsimos [qui foribus Eccleſiæ præfici meruiſſent:] vnum eorum ordinat, alium presbyterum, tres diaconos. Eóſque monet, aduerſus tres illos ſeniores dare libellos calũniæ, aliis ſimiles libellos, quos ipſe texuerat. Ingreditur ergo cum eis ad Auguſtalem, & contra illos ex perſona propria proponit accuſatorem Aegyptiæ diœceſis pontificem, orátque vt militari manu viri illi tota Aegypto pellantur. Pergens igitur ad montem manu armata, noctu monaſteria inuadit, prædatur cellulas eorum, & tres illos ſolita indignatione perquirit: nec tamen inuenit, quia in puteo abſconditi fuerant cum libris eorum.

Theophilus monachorũ Aegyptiorũ iniquiſsimus perſecutor.

Fugati igitur monachi in Paleſtinam contendentes Aeliam occupant, id eſt Hieroſolymam. Securíque ſunt illos [cum presbyteris ac diaconibus montis] trecenti monachi virtute præcipui aliis per alia loca diſperſis. Quod cum percepiſſet Theophilus, mandauit per literas epiſcopis Paleſtinæ, vt illos non retinerent, neque in eccleſiaſticum, neque in alium priuatum locum reciperent.

Monachi ex Aegypto fugati Hieroſolymã ſe recipiunt.

Inde ergo compulſi exire, tandem ad vrbem regiam deuenerunt, ſcilicet Conſtantinopolim,

A.C. 404.

Monachi ad Chryſoſtomũ cõfugiũt.

viſitantes Ioannem & cauſam ſui acceſſus, & expulſionis explicantes ei ſe cõmendabant, concludentes Si tu pater & ipſe nos deſpicis, aut reuerentia, aut metu Theophili iuxta reliquos epiſcopos, nihil iam ſupereſt nobis, niſi vt profecti ad Imperatorem ipſius Theophili opera peſsima ad iniuriã Eccleſiæ publicemus. Itaque ſi opinionis ecclaſiaſticæ tibi cura eſt, perſuade illi, vt nobis permittat in Aegypto remorari. Nihil enim peccauimus, nec in leges Dei noſtri, neque in illum ipſum. His auditis Ioannes poſt lachrymas compaſsionis, ratus facilè Theophili iram aduerſus illos in gratiam transferre poſſe, libenter ſumit negotium, admonens viros, vt aduentus ſui cauſam ſilentio tegerent, donec ipſe Theophilo ſcriberet. Interea de manſione eis prouideri fecit, & de vita eorum coadiuuantibus ipſis monachis de laboribus manuum ſuarum.

Cõtigit autem Theophili clericos in vrbe regia eſſe pro certis negotiis. Quos Ioannes ad ſe vocans, interrogauit an illos noſſent, & de cauſa eorum. Qui reſponderunt ſe optime noſſe, & iniuriam perpeſſos, ſed ſuum eſſe eos illi reconciliari, ita tamen quod interea non communicaret cum eis: ne ex his Theophilus contriſtaretur, ſed eis tamen humanitatis officia miniſtraret. Quod totum Ioan. fecit. Scripſit Ioan. Theophilo, ſupplicans & hanc ſibi, vt filio, ac fratri poſtulans gratiam, vt viros illos pacifice ad ſe reuocaret. Ad hæc Theophilus gratiam quidem Ioanni denegauit. Miſitque quoſdam ad huiuſmodi certamina exercitatos, de quibus ſuprà diximus, libellos vt porrigerent, quos ipſe dictauerat, mendacium & calumniam continentes obumbratam. Et cum non poſſet vitæ illorũ derogare, fecit vt intra palatium quaſi magi de Aegypto notarentur.

Chryſoſtomus pro monachis Theophilo ſupplicat.

Monachi verò vbi aduerterunt ſe nihil profeciſſe, verùm & in maioris iræ præcipitium illum declinaſſe, pleroſque in dignitatibus conſtitutos adducunt ſecum, omnémque anathematizantes hæreſim libellos Ioanni tradunt, in quibus viri iam tyrannidem notant quibuſdam capitulis adiectis, quæ referre coram infirmioribus piget & pudet. Rurſus & per ſeipſum, & per alios epiſcopos Ioannes Theophilum hortatur, & viros, vt ab huiuſmodi accuſatione deſiſterent, Theophilo iterum ſcribens. In tantum mœroris in te impulſi ſunt viri iſti, vt redatis etiam libellis accuſent. Iam, quid tibi videtur, reſcribe. Non enim me audiunt, vt ab hac intentione diſcedãt.

Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira, monachorum fratrem Dioſcorum epiſcopum, qui in eccleſiaſticis rebus conſenuerat, ab ipſa eccleſia prohibet: epiſcopo Ioanni ita ſcribens: Arbitror te non ignorare Nicæni concilij canones quid præcipiant, ſancientes epiſcopum, non iudicare cauſam citrã terminos ſuos. Si autem ignoras, diſce, & libellos contra me ſuſcipere deſine. Nam & ſi me iudicari opus ſit, ab Aegyptiis, non abs te id fieri oportet, qui ſeptuagintà quinque dierum itinere à nobis ſeparatus es. Accepta Ioannes epiſtola & lecta, eam ſiquidem ſeruauit ſibi, monachis verò vtriuſque partis dixit ea, quæ ad pacem ſunt. Audientes vtræque partes exaſperatæ ſunt. Illa quidem, quod quaſi vi tyrannidis preſſa videretur: hæc autem, ſcilicet pro Theophilo, quod abſque eo pacem inire nõ præſumerent, cuius iuſſu libellos dederant calumniæ plenos. Itaque Ioannes, eos allocutus à ſe dimiſit.

Theophili ad Chryſoſtomũ literæ.

A.C. 404.

Monachi imperatorem & reginam cõtra Theophilum adeunt.

Profecti deinde monachi, Auguſtiſque primũ congreſsi, reginam deinde adeunt in eccleſia Sãcti Ioannis, orantes, vt aduerſantium monachorũ, qui ſcilicet erant pro parte Theophili, libelli contra ſe apud præfectos vrbis examinarentur: tum vt Theophilus, vel inuitus adductus, Ioannis iudicio ſubiiceretur, tum demum, vt Theophili monachi, aut probarent crimina, quæ ſanctis ſenibus obiecerant, aut pœnæ calumnis ſubiicerentur. Sicque mittitur Alexandriam Elaphius, vt Theophilum ducat: ſententiam reliquam præfecti exequuntur. Cum autem cauſa ventilaretur, reis deprehenſis de calumnia, mittentes illi omnia in Theophilum retorquent, qui illos ſubornaſſet, libelloſque calumniæ dictaſſet. Qui vt rationis ordo poſcebat, omnes incarcerantur vſque ad aduentum Theophili. Ex iis alij moriuntur in cuſtodia Theophilo diutius remorante, alij poſt aduentum eius pecuniis iudicum ſeueritatem emoliuntur, in exilium miſsi.

Theophilus venit Conſtãtinopolim.

Appulit vel ſecundo Theophilus, adſtans veluti ſcarabæus fimo oneratus eis, quos ex Aegypto & India ipſa conduxerat. Remoratus illic tres hebdomadas dierum, nec epiſcopo Ioanni congreſſus eſt, vt ſolent epiſcopi, nec Eccleſiæ appropinquauit, ſed perſtitit nocte ac die certãs, nouamque odium contra Ioannem veteri copulans, eo quod Iſidorum & Dioſcorum iniuſte à ſe eiectos non ad communionem, vt illi ab iniquis relatum fuerat, ſed ad ſuſtentationem receperat. Machinatúrque contra eum, vt nõ ſolum ab eccleſia pellat, ſed vita ipſa priuaret, partim profuſione auri contra veritatem ſuperſtitionem potentium redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos, partim ſpe maioris dignitatis ex clericis quoſlibet inducens. Pulſi autem fuerant à Ioanne pro ſceleribus ſuis duo diaconi & ab eccleſia ſeparati, vnus propter homicidium, alter propter adulterium. Horum Theophilus abuſus leuitate, hortatur vt aduerſus Ioannem libellos darent, quos ipſe dictauerat, calumniam continentes, pollicitus eos reſtituere in locum miniſterij ſui; quod & poſtea fecit.

Aduerſarij præcipui Ioannis Chryſoſtomi.

Fuerunt ergo præcipui aduerſarij Ioannis epiſcopi quatuor. Theophilus Alexandrinus, Antiochus, Acacius, & Seuerianus, presbyteri duo, diaconi quinque, tres ex aula regis manu militari opem ferentes. Tres viduæ opulentæ in perniciẽ ſalutis ſuæ pecunias ex rapinis poſsidentes, quæ virorum quoque cõſtantiam perturbare poſſent, & incutere. Marſa, Craſtitia, & Eugraphia, vanæ & parum pudicæ, & maximè tertia. Conuerſatus eſt autem Theophilus apud Eugraphiam, vnà cum Seueriano, Acacio, & Antiocho, ac reliquis Ioanni propter caſtiſsima monita infenſis. Porrexerunt demum libellos Imperatori auro illis per omnia ſuffragante, calumniæ plenos contra Ioannem, vt ipſum Ioannem, etiam inuitũ ad concilium ſuum traherent.

Eramus (inquit Palladius iſte qui hæc ſcripſit) cum Ioanne quadraginta epiſcopi, tunc in epiſcopatus triclinio ſedentes, admirantéſque quomodò qui ſolus venire iuſſus erat, ac pro nefariis reſpondere criminibus, tot ſociatus epiſcopis veniſſet, quomodo etiam nunc ſententiis

prin

A.C. 404.

prin.ipum immutaret,& quam multos de clero A peruerteret. Sic colloquentibus nobis ait Ioãnes, Orate fratres,ac ſi quidem diligitis Chriſtũ: mea gratia ſuam nullus deſerat eccleſiam. Ego enim iam delibor,& tempus meæ reſolutionis inſtat. Multas,vt video,prius preſſuras patiar, ac demũ ex vita excedam. In orationibus veſtris memineritis mei. Mœrore igitur ineffabili detẽti alij quidem fundebamus maximam vim lachrymarum, alij oculos eius,ſacrũmque caput & os exoſculantes non ſe à fletibus & ſingultibus continere valebant. Sedete inquit Ioan. fratres, & flere deſiſtite,ne me amplius affligatis. Mihi viuere Chriſtus eſt,& mori lucrum. (Iam enim fama vulgaretur ob fiduciæ illius magnitudinem, ſcilicet in reprehendendo,capite eum truncandum eſſe.) Si tenetis memoria,inquit, rememoramini quomodo ſemper dixerim vobis : via eſt vita præſens, eius & triſtia & læta pertranſeũt. Nundinę ſunt, quæ cernimus omnia. Vendimus,emimus , modo diuertimus. Nam patriarchis meliores ſumus, & Prophetas & Apoſtolos antecellimus , vt immortalis nobis hic vita permaneat? Ad hæc ingemiſcens quidam ex præſentibus ait. At vices lugemus noſtras noſtramque deſolationem, qui pupilli relinquimur, Eccleſiæ viduitatem, confuſionem legum, ambitionem non timentium dominum , & gubernaculis Eccleſiæ ſeſe importune ingerentium, deſtituros pauperes , doctrinámque deſertam. His ille auditis alloquentem ait. Sufficit frater,noli plura proſequi. Verùm vt dixi, veſtras eccleſias non dimittatis. Neque enim à me doctrina Chriſti accepit initium, neque in me deſitura eſt. Nónne Moyſes mortuus eſt? nunquid Ieſus poſt illũ inuentus non eſt? Nónne Samuel obiit? Nonne David vnctus eſt? capite cæſus eſt Paulus , & Timotheum dimiſit. His dictis Culiſius Apamiæ,Bithyniç epiſcopus ait. Neceſſariò ſi eccleſias retinuerimus, cõmunicare cogemur, & ſubſcribere. Ad hæc ſanctus, Cõmunicate quidem, ne ſcindatis Eccleſiam: verùm nolite ſubſcribere, nihil enim mihi conſcius ſum , propter quod deponi aut deiici merear.

2. Tim. 4.

Chryſoſt. mortem ſuam prædicit moriens.

Philip. 1.

Via eſt vita præſens & tranſitur.

Doctrina Chriſti perpetua.

Ioannes à Theophilo citatur.

§. III.

DVm hæc inter ſe referrent , nunciatum eſt aſtare pro foribus , quos Theophilus miſerat, iubet eos protinus ingredi, ingreſſos , cuius eſſent gradus, interrogat. Epiſcopos eſſe vbi didicit, orat,vt ſedentes, quam ob cauſam venerint, dicant. Illi breue tantùm habemus , inquiunt. Iubet illud legi. Erat autem hic textus: Sancta ſynodus ad Quercum congregata Ioanni , ſcilicet ſignificat. Libellos cõtra te accepimus mala continentes innumera. Occurre igitur Serapionem & Tigrim presbyteros tecum aſſumens. Eſt enim illud opus. Locus vbi erant congregati Theophilus cum ſuis ſic vocabatur, ſcilicet Quercus , qui locus erat extra ciuitatem. Poſtquàm lecta eſt pagina, contradicunt ij, qui cum Ioanne erant epiſcopi. Ita Theophilo per epiſcopos tres, ſcilicet Lupicinum, Demetrium , & Euliſium , & duos presbyteros , ſcilicet Seuerum & Germanũ omnes viros ſanctos reſcribentes. Noli negotia Eccleſiæ ſoluere, noli ordinem confundere , & ne ſcindas Eccleſiã, propter quam Chriſtus deſcendit ad terras. Quòd ſi impatiens ſoluere vis Nicæni concilij canones, cauſamque extra tuos terminos cognoſcere vis, ipſe ad nos tranſi in bene inſtitutam ciuitatem. Neque inſtar Caim Abel in campum prouoces, vt nos te priũnum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitũ ſeptuaginta apertas ac nefarias actiones continentes: pluréſque per Dei gratiã ſumus , quàm ſynodus tua congregati, non ad euerſionem Eccleſiæ , ſed pacem. Nam tua ſynodus triginta & ſex habet epiſcopos ex vna prouincia , nos autem quadraginta ſumus ex variis prouinciis, in quibus & B ſeptem ſunt metropolitæ. Et neceſſariò conuenit pauciores à pluribus & præſtantioribus ſecundum canones iudicari. Habemus & epiſtolam tuam, per quam admones Ioannem coepiſcopum noſtrum non oportere epiſcopum extra terminos ſuos iudicare. Quocirca eccleſiaſticis obtemperans legibus, accuſatores tuos ora , vt à tua accuſatione deſiſtant.

Ioannes à Theophili concilium nõ vult accedere.

Gen. 4.

Ioannes autem epiſcopis ſoli ait. Vos quod videtur vobis ſcribite , me autem conuenit ad ea, quæ mihi ſcripta ſunt reſcribere. Sicque C mandauit Theophilo dicens: Ego , an aliquis dicere contra me aliquid poſſit, hactenus neſcio. Porrò ſi quis propoſuit contra me , vultiſque veniam, manifeſtos inimicos meos, quos mihi negligẽtia ſua fecit infenſos, conuentu veſtro abiicite. Neque iam de loco contendam, vbi oporteat me iudicari, etſi id maximè in ciuitate fieri oportuit. Sunt autem quos vt ſuſpectos renuo , Theophilum, quem in Alexandria & in Lycia dixiſſe certum eſt. In comitatum proficiſcor, vt Ioãné deponam. Id ex eo verum probatur, quòd aduenies D neque congreſſus eſt mihi, nec mecum communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus eſt, quid poſt iudicium facturum putatis? Acacium itidem abiici poſtulo, qui dixit. Ego illi ollam condio. Quid autem de Seueriano & Antiocho dicam, quorum facinora ſeculi quoq; theatra canunt? Itaque ſi me reuera venire vultis, hos quatuor, ſiquidem iudices ſunt , conſilio pellite. Hæc faciendo non ſolum ad caritatem veſtram , ſed ad omnem vniuerſalem ſynodum venite paratus ſum. Scitote igitur , quod ſi millies miſeritis ad me , nullum aliud reſponſum reportabitis.

Pulchra epiſtola beati Ioãnis ad Theophilum & alios.

E Illis exeuntibus notarius edictum habens regium , per quod iuxta illorum poſtulata inuitus traheretur ad iudicium, e veſtigiò ingreſſus vrgebat. Vbi notario reſponſum fuerat , nunciantur duo Ioannis presbyteri, Eugenius quidam (qui factionis contra Ioãnem mercedem acceperat Heracleç epiſcopatum & Iſaac monachum (ne aliter dicam) adeſſe. Qui dicunt Ioanni. Mandat tibi ſynodus , vt tranſeas ad nos reſponſurus ad crimina. Econtra Ioannes per alios epiſcopos reſcribit. Quanam oro conſequentia, quo ordine iudicatis, qui inimicos meos feciſtis iudices? Ad hæc F illi epiſcopis captis, alium cæciderunt, alium conſciderunt, alteri ferro collum impoſuerunt, quod ſancto viro præparauerant, vt ita iniectus in nauim ad loca mitteretur remotiora. Denique contra ſanctum Ioannem proferunt ſentẽtiam, cuius nec faciem viderant, nec vocem audierant, vnam conficientes nequitiam, quam longe ante texuerant. Miſſaque eſt relatio ad imperatoré ita exordiens. Quoniam accuſatus Ioannes quorundam

Sententia fertur in Ioannem Chryſo.

A.C. 405. criminum, conſciúſque ad ea occurrere noluit A diluenda, huiuſmodi autem deponunt leges, id quod & paſſus eſt. Continent autem libelli læſæ maieſtatis crimen, iubeat hunc pietas veſtra vel inuitum expelli, daturum tanti criminis pœnas. Nobis enim iſta non licet inquirere. Erat autem id crimen maledictum in reginam, quam (vt illi detulerant) Iezabel nuncupauerat.

Ioãnes in exilium mittitur.

In hunc modum Ioannes ab eccleſia pellitur: miſſo ad id comite cum auxilio militum, non ſecus quàm ad barbaricum prælium. Et quia populo multum hoc diſplicebat, ne fieret ſeditio, ſine reſiſtentia ſe eis tradidit, vt occulte duceretur B ad agellos Bithyniæ. Media vero fere tranſierat dies, cum motum quemdam, vt terræ-motum, in cubiculo fieri regis contigit. Perterriti ex hoc Ioannem miſſo notario reuocant, & proprio pacis poſt diebus reſtituunt eum ſolio. Theophilus vero cum Aegyptiis epiſcopis ſalutem fugæ committit ſuam. Adeo enim moleſte ciuitas factum eius tulerat, vt marinis vndis eum immergere quæreret.

Ioãne eiecto terræ motus exoritur. li. 10. ca. 14.

Et dicitur in hiſto. tripartita, Terræmotu facto, exortum eſt murmur in tota ciuitate, dicentibus cunctis hoc contigiſſe propter iniuſtam eie- C ctionem Ioannis. Rogauit regina imperatorem Ioannem reduci in ciuitatem. Deſtinati ſunt plures nuncij ſucceſſiue ex parte imperatoris & populi, rogantes vt rediret, & ciuitati pereunti ſuccurreret, & ſeditio populi ſedaretur. Qui licet coactus reuerſus eſt occurrente ei populo cum cereis & lampadibus. Et cũ populus vellet eum in ſua ſede more ſolito reſidere, nolebat, dicens oportere eum à ſynodo, quæ eum damnauerat, reponi. Tantum autem inſtiterunt populi importune hoc petentes, vt eis acquieſcerit, ſcilicet reſidere in epiſcopali throno.

D

Ioannes ad Auguſtæ ſtatuã ludos fieri vetat. cap. 15.

Eo tempore ſtatua argentea chlamyde circumamicta in columna porphyretica in platea iuxta eccleſiam ſanctæ Sophiæ ad honorem Auguſtæ poſita erat, vbi milites & proceres ludos publicos exercebant. Quod Ioanni plurimum diſplicuit, cum videret hoc ad Eccleſiæ ſpectare iniuriam. Conſueta igitur fiducia rurſus linguam ſuã armauit. Et cum oporteret principes ſupplicationis verbo deflectere, vt à tali luſu recederent: hoc non fecit, ſed impetu ſuæ vſus eloquentiæ iubentes talia fieri lacerabat. Auguſta ad ſuam trahebat talia iniuriam. Et denuo præparabat, vt con- E tra eum ſynodus celebraretur epiſcoporum. Ioãnes hoc ſentiens, illam famoſam homiliam protulit. Adhuc Herodias inſanit &c. Quod magis prouocauit reginam ad procurandum eiectionem eius.

Theophilus cõtra Ioannem iterũ accerſitur. Palla. ibi.

Poſt duos iterum menſes à plaga inflicta, modicum reſpirantes, ſecundo aduerſus Ioannem fremunt. Initiúmque probabile minime inueniẽtes, Alexandriam ad huiuſmodi rerum peritiſſimum ſophiſtam mittunt ita ſuggerentes. Aut iterum veni dux noſter aduerſus Ioannem futurus, F aut ſi populi cauſa id vereris, modum nobis aliquem ſuggere, ex quo ſumamus initiũ. Acceptis Theophilus literis ipſe quidem venire noluit, ſciens quo pacto effugiſſet. Miſit autem tres illos epiſcopos, mittens vnà & canones quoſdam ab Arianis contra beatiſſimum Athanaſium factos, quibus vtentes Ioanni calumnias ſtruerent, quod ſcilicet poſt depoſitionem ſuam auſus ſit redire A ſine epiſcopali decreto. Eſt enim ille natura feruidus, & temerarius, & audax, & ſupra modum contentioſus, & dum ſibi viſum fuerit, nec iudicium nec concilium ſuſtinet, id in primis ſtudens, vt iudicium ſuum atque ſententia vincat ſemper, & ſuperet. Faciunt illi, quod admoniti fuerant, àccercitíſque ex Cappadocia, & Syria, Ponto & Phrygia metropolitis & epiſcopis omnibus Cõſtantinopolim conuenere. Aduenientes iuxta canonum ſeriem Ioanni communicauerunt, ne eadem, quæ prius incurrerent. Ea re comperta, principes ægrè tulerunt. A.C. 405.

Cogitur iterũ ſynodus in Ioannem Chryſo.

B Et Theodorus quidem Tyaneus epiſcopus vir ſummæ grauitatis, vbi ab iis qui venerant, quid foret agendum percepit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, ad ſuam vale faciens conuiuatui remeauit ad eccleſiam. Leontius autem & Ammonius ſatellites Theophili in ſecunda ſynodo iſtam ſententiam nequiſſimam Acacio & Antiocho epiſcopi ferunt, obtinere, ſancientes contra Ioannem indiſcretum iudicium Theophili, vt locus purgandi ſe Ioanni daretur nullus, vigore ſcilicet canonum, quos Theophilus miſerat à quadraginta complicibus Arij editos, atque ita con- C tinẽtes. Si quis epiſcopus aut presbyter iuſte aut iniuſte depoſitus, ex ſeipſo abſque ſynodo in eccleſiam redierit, hic iam excuſationis non habeat locum, ſed omnino expellatur. Et iſta quidem regula, vt nequam & à nequiſſimis edita in Sardicenſi concilio à Romanis, Illyriis & Italis Macedonibúſque & Græcis eliminata eſt, quando Liberius aut Iulius ſub Conſtantis imperio Athanaſium & Marcellum Galatam admiſit ad communionem, quorum gratia canon ille fuerat editus.

Sardicẽſe cõcilium Catholicum.

Et duo illi, quidem Leontius & Ammonius D adiuncti Acacio, Antiocho, Cyrino, & Seuctiano inimicis Ioannis ingreſſi ſunt ad regem, vt vigore dicti canonis Ioannes ſine vlla audientia eccleſia pelleretur, eo quod reuerſus foret ad eccleſiam ſuam abſque authoritate ſynodi. Cúmque contentio fieret coram rege, Ioannitis, id eſt, qui iuuabant partes Ioannis, aſſerentibus illum canonem editum ab Arianis: Theophilitis, id eſt, qui fouebant iniuſtitiam Theophili, econtra aſſerentibus à Catholicis canonem illum ſtatutũ, vir venerandus Elpidius Laodiceæ Syriæ epiſcopus, vnà cum Tranquillo ſuadebant regi, non oportere E re Ioannem irrationabiliter eiici. Neq; enim prius depoſitus, ſed pulſus à comite fuerat. Neque à ſeipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuæ notario ad hoc miſſo. Præterea quos proferrent canones hæreticorum eſſe apertis indiciis oſtendi poſſe.

Ioannes non depoſitus, ſed pulſus fuerat.

Cum verò perſiſterent Ioannis aduerſarij indiſciplinate contendere, & alij clamoſa voce perſtrepere, alij improbis geſtibus præſente imperatore turgido ore inſanire viderentur, modeſte canonum ſcientiſſimus Elpidius modico impera- F to ſilentio ſic regem alloquitur. Non diutius mãſuetudinem tuam nos vexemus imperator, ſed iſtud fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius & Antiochus & cæteri ſe illorum eſſe fidei, qui illos canones expoſuerunt, quos ipſi obtendunt. Et ſoluta eſt controuerſia. Imperator vbi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho. Nihil afferri vtilius poteſt.

Erat autem in omnibus, quæ fiebant imperator

A.C. 404.

tor innocens Aliis quæ bene fuerant inſtituta mutantibus. Anxij igitur Seuerianus & cæteri circa huiuſmodi propoſitionem, cum ad iudiciũ regis reſpondere nihil poſſent, anguſtiis depreſsi, licet muti ſe ſubſcribere pollicentur. Sed egreſsi à facie regis promiſsionem, vt inconſultè factam implere detrectant. Conſultabant autem quonã modo Ioannes pelleretur.

Dum hæc aguntur, & alij ſic, alij aliter ſentiũt, nouem aut decẽ fluxere menſes. Cùm epiſcopus Ioannes adiunctis ſibi quadraginta duobus epiſcopis ageret indies, quæ Dei ſunt, & populi magna cum iucunditate eius doctrina fruerentur. Interea ſuperuenit Quadrageſimæ ieiuniũ, quod inſtar veris ſingulis annis efflorer. Ingreſsi rurſus Antiochus, & cæteri ad regem ſuadebant ei, vti Ioannem quaſi conuictum imminente paſcha iuberet expelli. Imperator autem improbitate fatigatus, veluti epiſcopis credidit. Mandat itaque Ioanni, vt Eccleſiam exeat. Cui Ioannes reſpondit. Ego à Deo ſaluatore noſtro hanc ſuſcepi eccleſiam, vt ſalutem populi curem diligenter, neque illam deſerere poſſum. Quod ſi id fieri omnino vis, quia ciuitas diſſentit a te, vi mecum age, vt excuſationem habeam, quod authoritate tua pulſus reliquerim ordinem meum. Et ita cũ quadam verecundia mittentes ex palatio depulerũt illum, mandantes interim, vt in epiſcopatus habitatione moraretur, expectantes ſimul aliquid diuinæ indignationis iudicium, vt ſi quid illius aduerſatiis aut ſibi cõtingeret, maturato illum in eccleſiam reducentes Deum reconciliarent ſibi, alioquin illi rurſum inſidiarentur; vt Pharao Moyſi.

Ioannes iterum in exiliũ truditur.

Inter hoc aduenit magni Sabbathi dies, in qua crucifixus ſaluator expoliauit infernum. Rurſus illi mandant, vt eccleſia exeat, quam officia peracturus intrauerat. Quibus ille iuxta priora reſpõdit. Veritus itaque rex diem ſanctam, & commotionem ciuitatis, accitos Acacium & Antiochum dixit eis. Quid facimus? Videte ne forte non rectè conſulueritis. Tunc fortiſsimi & nimium magnanimi in malitia dixerunt regi. Super caput noſtrum ſit ô Imperator Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij hi qui cum Ioanne aderant epiſcopi ſacri ieiunij numero æquales, regem & reginam adeunt in martyriis, orantes, cum lachrymis, vt Chriſti Eccleſiæ parcerent, maxime propter imminentẽ Paſcha, & eos, qui regenerandi erant iam plene eruditos, eſſique redderent ſacerdotem. Sed audĭti illi non ſunt, ita vt ſanctus Paulus epiſcopus interritus fiducia plenus, Eudoxiæ reginæ diceret. Deum time, filiiſque tuis miſerere: neque ſanguinis effuſione ſanctã Chriſti violes ſolennitatem. Ioannis denique presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Conſtantinianum appellatur congregatis populis vigilias inchoant.

Dies ſabbathi magni.

Martyria id eſt templa martyrũ nomini dedicata.

Hæc Antiochus Acacius, & Seuerianus perditæ mentis homines ſentientes, ad magiſtrum militum accedũt, importune rogantes, vt eam collectionem populi impediret. Quod cum recuſaret timens ſcandalum populi, illi autem ad hoc inſtarent negantes commotionem populi euenturam mendaciis innitentes, demum dedit eis quemdam Lucium tribunum militum gentilem. Hic Lucius quadringẽtos ſecum habens Thraces inſiliſt noctu ſubito vnà cum Acacij clericis & militibus in dominicum gregem, veluti lupus, fulgente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimens diuinis inſiſtentes. Conceſsit autem intra beatas aquas, vt eos, qui initiabantur prohiberet, ac diacono quidem procaciter imminens veneranda myſteria quæ manibus teuebat, fudit, presbyteros fuſtibus in capite feriens piſcinam cruore perfudit. Nudæ mulieres vnà cum viris, qui ad baptiſmum erant parati, fugæ ſe committebant metu cædis, aut inhoneſtæ fœditatis. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem conſciſſam verberibus trahebat, omnes ad prædandum conuerſi, omnia ornamenta & recondita ſibi applicabant. Presbyteri & diaconi in carcerẽ mittebantur. Edicta repetitis vicibus per loca ponebantur, varias minas continentia, niſi quis Ioannis communionem abnegaſſet.

Lucij in ſactã ædẽ impetus.

Completa quinquageſima poſt quintum diẽ ingreſsi Acacius, Antiochus, Seuerianus, & Cyrinus ad imperatorem dicunt ei. Rex tu nobis à Deo es datus, nemini ſubditus, omnibus dominans, licet tibi quodcunque vis facere. Noli eſſe presbyteris minor, & epiſcopis ſanctior, diximus tibi præſentibus omnibus, ſuper caput noſtrum ſit Ioannis depoſitio: noli igitur, vni parcere in perniciem omnium noſtram. Miſſo itaque rex Patricio notario, hæc mandat Ioanni Acacius, Antiochus, Seuerianus, & Cyrinus damnationem tuam ſuper caput ſuum poſuerunt. Teipſum ergo commendans Deo eccleſia egredere. Ita epiſcopus Ioannes poſt apertam iuſsionem deſcendens vnà cum epiſcopis ſibi fauentibus, dixit omnibus. Venite oremus. Tunc quidam ex primariis ciuitatis vir fidelis Ioanni iſta ſignificat. Quoniã Lucius nimis audax, & facie impudens, paratus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis, ſi fortè contradicas aut differas, te inuitum trahere & expellere. Fit autem in plebe magna commotio. Feſtina clam egredi, ne forte in tuum auxilium confluens populus, bellum cum militibus conferat.

Mali epiſcopi imperatorẽ contra D. Ioannem concitãt.

Tunc Ioannes oſculatus cum lachrymis ex epiſcopis quoſdam, orauit, reliquos, qui intus in ſacrario erãt dicens. Manete hic interim, vt profectus modicum requieſcam. Ingreſſuſque baptiſterium Olympiadem vocat, & Petachiam, & Proculam diaconas virgines deuotiſsimas nobiles, & iam maturæ ætatis, & Syluinam beati Hebridij coniugem tunc viduam, virtute præcipuam, dixitque eis. Venite huc filiæ, audite me. Quæ de me ſunt, vt video finem habent, nec vltra forte videbitis faciem meam. Hoc vnum rogo, hoc deprecor, vt ſolitam ne qua ex vobis ad eccleſiam beneuolentiam deſerat. Et quicunque non ſponte, nec ex ambitu fuerit ordinatus, ſed de conſenſu omnium, huic caput vt Ioanni inclinate. Neque enim eccleſia ſine epiſcopo eſſe poteſt. Miſeremini mei, vt ſemper in orationibus veſtris mei memoremini. Ad hęc illę lachrymis perfuſæ cum eiulatu ad ſacra eius veſtigia volutabantur. Tunc Ioannes vni ex honeſtioribus presbyteris annuit dicens. Tollite iſtas hinc, ne multitudinem perturbent. Egreſſus eſt autem ad orientalem plagam dimittens occidentalem, vbi erat iumentum paratum & populus præſtolans egreſſum eius inde. Quod Ioannes declinauit, ne fieret ſeditio in populo & conflictus.

Ioãnis in exiliũ abeũtis oratio.

Eccleſia ſine epiſcopo eſſe non poteſt.

Quod ſi particularis, multo minus vniuerſalis.

Poſt

A.C. 405. *Flamma de throno Chryſoſtomi diuinitus proſilit.*

§. IIII.

POſt hæc flamma de medio throno, in quo Ioannes ſedere conſueuerat, & veluti in medio corpore poſitum cor eloquia Domini cæteris membris exponere, repente proſiliens, verbi Dei doctorem requirebat. Quem vbi non inuenit, ſedem totam depaſcitur, paulatímque ſurſum aſcendens, & per tectum egrediens errat. Verùm vt eſſet feralis illius ſynodi perpetuum documentum, ignis ille interiectam populi multitudinem per medium, pontis inſtar innoxiè tranſiliens, non prius partem eccleſiæ propinquam, ne huiuſmodi caſum propinquitati adſcribamus, ſed pat- B tem aulæ regiæ proximam, vt miraculum diuinitus illatum per id ambigeret nemo, ignis ille circumuolans auſtrinis flatibus communicatur, veluti condicto quodam pergens, adiacentia tecta demoliens, ſolíque pepercit ædiculæ, in qua vaſorum ſacrorum multitudo fuerat recondita, non auri aut argenti materiam reueritus, ſed ne obtrectatoribus præberet mendacij locum, vt ſanctum

Ignis diuinus ſacris vaſis parcit.

inſimulare virum poſſent, quod pretioſæ ſupellectilis aliquid aſportaſſet. Nulla ignis illo impetu animæ amiſsio contigit, non hominum, non brutorum, cæterum ſordes illic ſcelerate conuerſan- C tium vis illa incendij diluebat, ab hora ſexta vſque ad nonam igne dominante.

Interea epiſcopi, qui iuuabant partes Ioannis, partim incluſi tenebantur, partim trahebantur ad cuſtodias, partim aliqui delireſcebant. Ioãnes autem vnà cum Cyriaco & Euliſio à præfectis mi-

Ioan. in exiliũ trahitur.

litibus vincti in Bithyniam deducebantur, non ſine comminatione ſuppliciorum, quòd Eccleſia fuiſſet incenſa. Poſtea vero Cyriacus & Euliſius cum reliquis clericis vincti adducti, atque innocentes comprobati, dimiſsi ſunt. Ioannes vero beatiſsimus ad reliquam fiduciam poſtremo hoc D addit conſtantiæ documentum, ſcribens illis in hunc modum. Etſi in aliis locus reſpondendi datus non eſt mihi, vel in facto Eccleſiæ audiar, ſi quidem, vt diciris, author incendij fui. Nec in hoc quidem auditus, à militibus in Armeniæ oppidũ remotiſsimum ducitur, vt ab Iſauris, qui illud noctu & interdiu obſidebant, necaretur. Cucuſus hic appellatur.

Arſacius ſubſtituitur Ioanni in epiſcopatu & Arſacio Atticus.

Arſacius autem quidam beati Nectarij frater, Ioannis ſubſtituitur loco, epiſcopus ſcilicet Cõſtantinopolitanus, homo quem & piſces facũdia & actu ranæ ſuperarent. Qui cum vno anno & E duobus menſibus vixiſſet, mortuus eſt in extremis iurans quod ſub iureiurando promiſerat fratri Nectario ſe nũquam admiſſurum electionem epiſcopatus aliquam de eo factam. Subſtituitur Arſacio Atticus presbyter, totius contra Ioannem machinationis architectus. Qui cum aduerteret ſecum epiſcoporum orientalium communicare neminem, nec ipſius ciuitatis populum, diuinarum ſcripturarum impetitus agit, vt qui non F communicarent, reſcriptis conuenti cogerentur. Habebat autem reſcriptum aduerſus epiſcopos huiuſcemodi minas continens. Si quis Theophilo, Porphyrio & Attico non communicauerit, eccleſia pellatur, & à ſuis facultatibus proiiciatur. Hinc iam alij plus æquo terrenorum pondere grauati inuiti quoque communicant, alij ad communicandum muneribus attrahuntur. Qui A vero genus & patriam & gloriam mundi & corporis preſſuram contempſerunt, fugerunt vt non communicarent. Et alij Romam, alij ad montes, alij ad monaſteria ſe ſeruarunt. Cõtinebat autem reſcriptum contra laicos, qui illi intruſo non cõmunicarent, ſi in dignitatibus eſſent, priuati manerent, ſi in militia, balthicum dimitterent militare, populares & artifices mulctati pecunia exilio pellerentur.

A.C. 405.

Pœna eorum qui Attico nõ communicabant.

Ioannes verò Cucuſi exulans, annũ ibi agens, plurimos Armeniæ pauperes verbo Dei pauit. Hinc inuidia concitati æmuli eius audito fructu eius, illum in Arabiſſum transferunt variis iniuriis ſubiicientes, vt eum vita etiam ſi poſſent, pel B lerent. Sed & ibi maxima perficiens virtutum inſignia, multos attraxit ad Deum etiam infideles ſermonibus ſuis. Hinc maioris liuoris flamma ſtimulati Seuerianus, & Porphyrius, & alij ex Syria epiſcopi, quia vbique creſcebat odor ſanctitatis eius: transferendum curant ad alium locum. Et audientes, Antiochiæ Ioannis gratiſsimã philoſophiam prædicari, diſſecabãtur cordibus ſuis. Eo miraculo perculſi pleriquc clerici aduerſæ factionis aiebant. Videte mortuum terribilem, & viuos victoréſque paruifacientem. Papæ ſæculares poteſtates, eccleſiaſticáſque opes amicti cum C ipſa poteſtate ſua, & principatu, ſacerdotem ſolum, ciuitate priuatum, carne infirmum, exulem trepidantes, metum pallore teſtãtur.

Geſta Chryſoſt. in exilio.

Non igitur ferentes, ad exercitum mittunt reſcriptum aliud fortius cum adiectione pœnæ pro curantes transferri, ſcilicet ipſum circa loci cuiuſdam anguſtias, vnde non liceret egredi, in Pytiuntem, ſcilicet locum penitus deſertum. Porro milites præfecti prætorij, qui illum ducebant, maxime per viam vrgebant, id ſe habere in mandatis aſſerentes, maioríque ſe putabant gradu promouendos, ſi per viam ille moreretur. Et vnus D quidem ex ipſis aliquid humanitatis in eum clam oſtendebat: alius vero adeo infeſtus & atrox, vt blandicias, quæ ei fiebant, vt ſancto compareretur, iniurias æſtimaret, id ſolum curans vt Ioannes moreretur. Denique cum imber eſſet vehemens, adeo vt dorſum & pectus inundatio illa percelleret, nihil curans egrediebatur. Ingentem rurſus ſolis æſtum pro deliciis habebat, ſciens hoc affligi ſanctum viri caput inſtar Heliſæi caluum.

Cùm inter hæc omnia trimeſtre tempus difficillimum illud iter conficiens, ſanctus ille ſicut E ſidus radians perſtabat. Peruenientes autem ad quoddam templum, vbi ſepultus erat quidam ſanctus Baſiliſcus nomine martyriũ paſſus ſub Diocletiano Nicomediæ cũ ſancto Luciano, ibi manſerunt. Et in illa nocte apparuit ei Baſiliſcus dicens, Frater Ioannes conſide. Cras enim ſimul erimus. Quod euenit. Nam cùm iter proſequerentur, ducentes Ioannem ad locum exilij, in via febribus laborantem reduxerunt eum ad dictum F templum Baſiliſci martyris, vbi Ioannes ſumptis cœleſtibus ſacramentis, coram omnibus adſtantibus fudit orationem dicens more ſuo: Gloria ſit Deo omnium cauſæ, conſignánſque ſe in fine orationis extẽdens pedes ſuos, migrauit ad Chriſtum. Tanta verò multitudo virginum, tantúmque monachorum, & honeſtioris vitæ teſtimonio inſignium, ex Syria & Cilicia, & Ponto agmen occurrit, vt putarent plurimi ex condicto aduenisse.

Moritur Ioannes A. C. 407. colitur 27. Ian.

A.C. 405. niſſe. Sepultúſque eſt honorifice cum martyre A Baſiliſco.

D. Ioannes quare ſolus comederit. lib. 10. cap. 3.

§. V.

QVare autem ſolus quaſi comedebat, nec inuitare alios ad comedendũ volebat, nec multi-aliquàm in hiſtoria tripartita aſsignata ſit aliqua ratio, vt ſuprà patet, tamen Palladius ipſe aſsignat multiplicem cauſam. Tum quia ob calorem capitis abſtemius erat, niſi quod in æſtu, eo, quod diarrhodon appellatur, vtebatur. (Id eſt, roſaceo.) Tum quia B infirmitatis cuiuſdā gratia ſtomachus eius ordinẽ deſiderabat, adeò vt ſæpius, quæ præparata erãt ingrata viderentur, & quæ non aderant inquiri oporteret. Tum quia plerunque cibi oblitus ad veſperam vſque ieiunabat, partim occupatus eccleſiaſticis curis, partim ſpiritualibus intelligentiis abſtractus. Tum ad vitandum riſus & cachinnos, & vaniloquia, & detractionem, quæ in conuiuiis accidunt, tum frugi erat nimium, & intemperantiam, deliciarum aduerſarius, omnino ſacrilegiũ exiſtimabat. Tum vt diſpenſatoribus furti occaſiones amputaret, ne obſoniorum pretia in C breuibus ſuis multiplicantes, quæ erant in vſus pauperũ deputata, ſibiipſis vendicarent. Præterea ciuitatis ingenia cogitans, conſiderabat ſe oportere eſſe vt Chriſti diſpenſatorem, aut dignitates omnes ex æquo honorare, aut ſe ſubiicere nemini. Et propter hæc valedicens maledictis propter huiuſmodi ſolus edebat.

Quæ Theophilus impoſuit Ioanni, falſa fuerunt.

§. VI.

ET quia Theophilus ille Alexandrinus epi- D ſcopus ad ſui temeritatem excuſandam in proceſſu & perſecutione contra Ioanem ſcripto ſuo aſſerebat Ioannem dominandi libidine concitatum, ſexdecim epiſcopos depoſuiſſe vna die, ſuóſque illorum vice ordinaſſe. Declarat Palladius hoc falſum eſſe, quia non ſexdecim, ſed ſex tantùm epiſcopos Aſiæ, non vna die, ſed poſt diſcuſsionem per biennium factam, & in concilio plurimorum epiſcoporum, & metropolitanũ dicit propter exceſſum eorũ fuiſſe amotos, & alios virtute præclaros, & doctrina facundos ſubrogatos. Conuenientibus enim Conſtantinopolim E epiſcopis Aſiæ neceſsitatum eccleſiaſticarum gratia, Euſebius epiſcopus Valentinopolitanus vna ſabbathi tradidit ſynodo libellum accuſationis contra Antoninum epiſcopum vel archiepiſcopum Epheſinum continentem ſeptem capita exceſſuum eius, quorum vltimum erat quod pro decreto & lege habebat ordinationes epiſcoporum vendere pro modo redituum. (Euſebius epiſ. Valentinopolitanus accuſat Epiſcopũ Epheſinum.) Adſúntque & qui dederunt, & qui accepit Antoninus. Et probationes non deerunt. Recepto libello hortatur Ioannes Euſebium deſiſtere, ne forte ex indignatione moueretur contra Antoninum, ſed recon- F ciliari fratri, & idem per alium epiſcopum familiarẽ ei procurauit. Euſebius autem inſtat iterum porrigens libellum eadem continentem, adiurãs Ioannem, vt procederet in cauſa, paratus enim erat probare crimina obiecta. Perlectis ergo capitulis illis cœperunt patres illi epiſcopi in concilio adunati examinare circa vltimum, ſcilicet de ſimonia, vt maioris ponderis & deteſtabilius crimen. (A.C. 405. Magnum crimẽ ſimoniæ.) Interrogatus ergo Antoninus, qui præſens erat, negat crimen obiectum. Interrogati & illi, qui nominati erant, dediſſe illi pecuniam pro ordinatione, ſimiliter negant. Offert ſe Euſebius ad probationem per teſtes, ſed quia præſentes non erant, differtur cauſa. Et quia timebat Ioannes ſubornationem teſtium ad inueniendum rei veritatem, diſponebat per ſe perſonaliter ire in Aſiam ad examinandum teſtes. Quod cum percepiſſet Antoninus ſceleris conſcius, tractauit occulte cum vno ex principalioribus curiæ ſibi amico, ne permitteret ire à principe Ioannes exire, vt magis neceſſarius negotiis ciuitatis. Quod cum factum fuiſſet, commiſſa eſt examinatio huius rei vni ex metropolitis & duobus epiſcopis, vt pergerent in Aſiam in ciuitatem Hypæpis, & intra duos menſes deberent ſub pœna excommunicationis teſtes inducti accedere. Diuerſis de cauſis illi non comparuerunt, nec Euſebius accuſator tempore debito, propter quod & ipſe excommunicatus fuit, ſiue vt deſertor, ſiue vt detractor.

Interea moritur Antoninus accuſatus. Et Epheſini ad Ioannem mittunt, vt detur eis antiſtes, qui eccleſiam bene regat, diutius afflictam, tum Arianis infeſtantibus, tum ab ſuis auaritiis & pecuniis ſtudentibus, rogantes eum perſonaliter accedere, & eccleſiæ illi formam bene viuendi præbere. Pergit Ioannes etſi corporis mala valetudine teneretur, & inclementia aeris obſtaret, & nauim intrans poſt tempeſtatem Epheſum tandem applicat. (Ioannes Epheſum venit.) Congregatiſque Lydiæ, Aſiæ, & Cariæ epiſcopis ad ſeptuaginta viros pertingentibus epiſcopum ibi ordinant. Adeſt Euſebius rogans reconciliari, & cum ſibi non denegaretur, quia calumniam fecerat, adiecit ille preces dicẽs. Quoniam cauſa iſta, etſi per biennium ventilata eſt, ſolaque dilatio teſtium obſtitit, obſecro pietatem veſtram, vt teſtes (nam præſto nunc ſunt) examinare dignemini. Nam etſi Antoninus qui auro accepto ordinationem fecit, deceſſerit, viuunt tamen qui dato pretio ſunt ordinati. Plácuit ſynodo rem diligentius diſcuti. Recitantur, quæ geſta erant. Ingreſsi ſunt teſtes, ingreſsi ſunt & qui ordinati ſunt auro dato. Negare primum, perſiſtentibus tamen teſtibus, partim laicis, partim presbyteris, quibus ante confidere videbantur, mulieribúſque quibuſdam & munerum ſpecies, & loca, & tempora quantitatẽmque recenſentibus, cum eos quoque conſcientia criminis vrgeret, ſua ſponte non vſque adeo coacti confitentur. (Mulieres in cauſa ſimoniæ teſtes eſſe poſſunt. li. 5. decr. tit. 3 ca. 7.) Dedimus (aiebant) hanc eſſe conſuetudinem exiſtimantes, vt videremur à curia liberari. At nunc ſiquidem honeſtum eſt, oramus vt in miniſterio Eccleſiæ ſimus. Si autem, vel aurum quod dedimus recipiamus. Quidam enim ex nobis vxorum noſtrarum aurum, & variam ſupellectilem dedimus. Ad hæc Ioannes ſynodo pollicitus eſt. Ego inquiens inſtabo apud regem, vt abſoluantur. Vos autem mandate illis ab Antonini hæredibus recipere, quod dederunt.

Præcepítque ſynodus ab hærédibus Antonini aurum reſtitui, eóſque à ſacerdotibus remotos in communione fieri, ne ſi iſta paſsim permitterentur, conſuetudo Ægyptiaca fieret vendendi ſacerdotium & emendi. (Simoniaci deponũtur ab ordinib⁹.) Horum omnium extant commentaria, & ſuperſunt iudices. Neque enim vna

die

A.C. 405.

die diſcuſsio facta eſt, vt Theophilus mentitur, ſed biennio integro. Nec ſexdecim, ſed ſex vitio Simoniæ depoſiti ſunt. In quorum locum ſubſtituti ſunt alij virtute clari, & gratia diuini ſermonis ornati. Verùm illi peſsimi Ioannis æmuli poſt eius exilium ante quadriennium hos in eccleſiam reuocant, pulſis illis, qui legitime ſubrogati fuerant, in ſummam ouium Chriſti perniciem & ſingulare detrimentum. Et ordinantes tribuni Victoris Eunuchum in ſede epiſcopi collocauerunt. Eum verò qui à ſeptuaginta epiſcopis fuerat ordinatus, carceri incluſum hactenus ſeruant, virum apprime liberalibus diſciplinis imbutum, & qui poſt ſolitariam vitam ob diuinarum peritiam literarum accerſitum, ex eremo [triennium diaconi fuerat perfunctus officio.] Ille autem eunuchus ordinatus, ventri ſubditus erat, in fœminas inſaniens & impudens ſcortum emptitium, illiberale, nec vir, neque fœmina: quod vt fama eſt, inter ſatyrica conuiuia theatricas humeris puellas geſsit capite edera coronato, etiã poſt baptiſmum ſuum.

Ioanois æmuli epiſcopos Simoniacos reſtituunt.

Flauiano quoque Antiochiæ epiſcopo ſeu patriarcha mortuo, vocatus fuit à populo in epiſcopum quidam homo ſanctiſsimus Conſtãtius, qui erat ſuper cæteros mitis, actu & contemplatione ſingularis, virgo, & breuiter omni virtute admirabilis. Hunc cernens tanti meriti virum Porphyrius ſceleratus, pecuniis hoc modo fugãdum curat. Scripſit ad principes, eúmque vt nouarum rerum ac ſeditionis authorem obtinuit in exiliũ relegari, quærens alium ibi præfici, quod & de facto egerunt: occulte intrudentes ipſum Porphyrium cum Acacio, Antiocho, & Seueriano cum complicibus accepto pretio ordinatus eſt.

Conſtantio eiecto ab Antiochena eccleſia intruditur Porphyrius.

§. VII.

Poſtquam autem Ioannes ſecundo fuit eccleſia eiectus, Theophilus miſit literas ſuas ad Innocentium papam, ſignificans, quomodo eum depoſuiſſet. Quas cum legiſſet Innocentius exhorruit temeritatem, & faſtum Theophili ægre ferens, quod ſolus ſcripſerat, & quod rei totius ſeriem omiſerat referre, cuius ſcilicet rei gratia, quibúſve ſecum adiunctis auſus fuiſſet illum deponere, nihilque voluit reſcribere rei indignitate commotus. Poſt triduum aduenerunt epiſcopi quatuor à Ioanne deſtinati, reuerendiſsimi viri, epiſtolas deferentes Innocentio papæ, vnã Ioannis, ſecundam epiſcoporum quadraginta de communione Ioannis, tertiam ſcripſerat clerus Ioan.

Theophilus ſcribit ad Innocentium Papam de Ioãnis eiectione.

Epiſtola Ioannis tale habebat exordium. Domino venerabili ac beatiſsimo epiſcopo Innocẽtio Ioannes in Domino ſalutem. Etiam ante litteras noſtras ad aures pietatis veſtræ perueniſſe putamus, præſumptum hîc facinus. Quippe magnitudo ſceleris fecit, vt nulla orbis pars reliqua ſit, quam non huius horrendæ cladis rumor impleuerit, immo ad ipſa quoque extrema terræ geſtorum fama pertingens, ingentem vbique gemitum luctúmque excitauit. Verùm quia iſta non modo lugere & planctibus proſequi, ſed & emendare pro viribus conuenit, & caute proſpicere quo pacto hæc ſæuiſsima procella Eccleſiæ ſopiatur, neceſſarium exiſtimauimus dominos meos honorandiſsimos præſules Demetrium, Panſophum atque Pappum, atque Eugenium hortari, vt dimiſsis ſuis eccleſiis pelago ſe traderent, & ad veſtram currerent caritatem, omnibúſque lucide expoſitis immaturæ tantæ cladi remedium dari ſalubre poſtularent.

Ioãnis ad Innocentium papam epiſtola.

Exinde narrat Ioannes rem geſtam diffuſe in ipſa epiſtola, videlicet quomodo Theophilus Alexandrinæ Eccleſiæ epiſcopus, cum ad diluenda crimina ſibi obiecta iuſſus eſſet ab imperatore Conſtantinopolim accedere, tandem venit cum multis epiſcopis non ad diluenda crimina, ſed ad deponendum Ioannem. Et congregata ſynodo ſuorum, cum traxiſſet ad ſe clerum Ioannis, vocari per epiſcopos fecit Ioannis ad ſynodum, ad reſpondendum accuſatoribus ſuis. Quod cum recuſaſſet, allegans accuſatores & iudices ſuos eſſe manifeſtos inimicos, ſed paratum ſe offerens ad reſpondendum obiectis, & ſe purgandum coram quibuſcunque, dum res fieret debito modo, ideo Theophilus depoſuit eum, & eiecit de eccleſia & de ciuitate. Sed cum reuocatus fuiſſet ab imperatore quamcitiſsime ad ſuam eccleſiam, ſuaſit ipſe Ioannes imperatori vt congregaret concilium ad quod veniret Theophilus & ipſe, vt negotium examinaretur. At Theophilus iam fugerat. Poſt quod à complicibus ſuis iterum congregatis Conſtantinopoli multis epiſcopis, iterum procuratione eorum, & conſpiratione, manu militari eiectus fuerat de Eccleſia ſua, magna cæde facta in eccleſia nocte paſchalis ſolennitatis. Et demum ſic cõcludit epiſtolam.[a] Hæc igitur cuncta cogitantes, & à dominis meis venerandis epiſcopis manifeſtius pleniúſque cuncta diſcentes, quod eſt partium veſtrarum munus, ſtudium veſtrum & operam ac diligentiam, quæſo inferre dignemini: ita enim non nobis tantum, ſed eccleſiis vniuerſis gratificabimini, & à Deo mercedem accipietis. Scripſimus iſta & ad Venerium epiſcopum Mediolani, & ad Chromatium epiſcopum Aquileienſem. Valete in Domino.

A.C. 405.

Pontificis Romani munus eſt vniuerſali eccleſiæ cõſulere.

Ad hoc reſcripſit beatiſsimus papa Innocentius cõmunione vtriuſque partis admiſſa, Theophili iudicium caſſum & irritum eſſe decreuit, dicens oportere conflari aliam irreprehẽſibilem ſynodum occidentalium & orientalium ſacerdotum, cedentibus amicis concilio primùm, & deinde inimicis neutrarum partium vt plurimum rectum eſſe iudicium.

Romani Pontifices ad Ioannem reſcriptum.

Paucis poſt diebus Petrus quidam presbyter Theophili cum diacono Conſtantinopolitanæ eccleſiæ venit, ipſius epiſtolas deferens, & quædã commentariola, in quibus videbatur Ioannes à triginta ſex epiſcopis damnatus. Quæ cum legiſſet

a Ex his perſpicitur quanta ſit Romani pontificis auctoritas, cuius partium munus eſt, tam de Chryſoſtomo quàm de eius aduerſariis iudicare. hoc etiam indicant clarius verba, quæ præceſſerunt. Quapropter, ne confuſio hæc omnem quæ ſub cœlo eſt, nationem inuadat, obſecro vt ſcribas, quod hæc tam iniquè facta, & abſentibus nobis, & non declinantibus non habeant robur, ſicut neque ſua natura habent. illi autem qui iniquè egerunt, pœnæ eccleſiaſticarum legum ſubiaceant. Poterat ergo Pontifex & irrita facere acta Theophili, & eum ſecundum canones punire. Denique ex hac de exilio Ioannis Chryſoſto. hiſtoria euidenter Pontificis Romani ſuper vniuerſos epiſcopos Orientales iuriſdictionẽ oſtendit. Sand. lib. 7. de viſib. Mon. pag. 326.

Romani Pontificis partes de Chryſoſtomo & eius aduerſariis iudicare.

A.C. 405.

A giſſet Innocentius, comperiſſétque, neque culpas eſſe graues, neque Ioannem præſentem fuiſſe, infamiam Theophili magis ac magis exhorruit, quod contra abſentem adeò ſæuam immitémque ſententiam euomuiſſet. His itaque dimiſsis cum literis grauibus temeritatem illius laceſſentibus, ſeſe ad orationis ſtudium dedit, indictóque Eccleſiæ ieiunio diuinam precabatur clementiam, vt huiuſmodi ſcandala auferrentur. Fuit autem epiſtolæ iſta ſententia. Frater Theophile, nos & te & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decernimus, ſicut & in prioribus literis expreſsimus, & in eadem ſententia nunc etiam B perduramus. Itaque ſi conſcientiæ tuæ confidis, tuo quoque iudicio, accurre ad ſynodum proxime celebrandam, & illic iuxta Nicæni concilij canones & decreta contende. Quod ſi obtinueris euidens & irrefragabilis erit ratio tua.

Epiſtola Innocentij ad Theophilum.

Modicum tempus fluxerat, cum Theotecnus presbyter Conſtantinopolitanus venit literas concilij Ioannis viginti quinque epiſcoporum ferens, quibus docebant Ioannem militum auxilio vrbe depulſum, & in exilium miſſum, Eccleſiamque incenſam fuiſſe. Poſt paululum applicuit C homunculus aſpectu fœdus, animo perditus, qui plurima contra Ioãnem maledicta vomebat. Hic literas quorundam epiſcoporum detulerat, Acacij, Antiochi, Cyrini, & Seueriani, & Innocentio reddidit, quibus Ioannem calumniabantur quaſi incendiſſet eccleſiam. Quod mendacium cum fuiſſet aperte deprehenſum cum Innocentius cum indignatione repulit, ne reſcribere quidem volẽs. Superuenerunt indies diuerſi epiſcopi de Ioannis concilio miſsi, literas deferentes à pluribus. Et inter cæteros Germanus presbyter, Caſsia- D núſque diaconus Ioannis, viri magnæ religionis, qui literas ab omni clero Ioannis attulerunt, cõtinentes eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe, epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo agentibus id Acacio, Antiocho, Seueriano, & Theophilo Alexandrino epiſcopis.

Epiſcopi Ioannis fautores Romam fugiunt.

Non tulit vltra Innocentius pontifex Romanus. Scripſitque ad Honorium imperatorem fratrem Arcadij: qui Honorius imperabat in occidente, vt congregari faceret ſynodum occidentalium epiſcoporum ſuper his, & cum in vnam decurriſſent ſententiam, ad ſe referre. Quo facto, & E relata ſententia, imperator Honorius ſcribit papæ Innocentio, vt mittat epiſcopos quinque, presbyteros duos Romanę Eccleſiæ, diaconum vnũ, qui ipſius ad fratrem epiſtolas ferrent. Erat autem hic tenor epiſtolæ. Tertio iam ſcribo ad mãſuetudinem tuam, orans vt quæ contra Ioanné Cõſtantinopolitanum epiſcopum maligne geſta eſſent, corrigeres. Verum vt video, id hactenus factum non eſt. Quocirca rurſus per ſanctos epiſcopos, & presbyteros ſcribo pacis eccleſiaſticæ auidus, & ingenti cura ſollicitus (pacatis enim eccleſiis, imperio quoque noſtro pax prouenit,) F vt epiſcopos orientales iubeas Theſſalonicæ cõuenire. Noſtri quippe occidentales epiſcopi electos viros miſerunt ſeueræ conſtantiæ, & qui neutram in partem inclinentur amore vel odio, epiſcopos quinque, presbyteros Romanæ eccleſiæ duos & diaconum vnum, quos vt omni cum honore ſuſcipias quæſo, vt ſi illis perſuaſum fuerit Ioannem iuſte fuiſſe expulſum, doceant me ab eius communione diſcedere. Si autem deprehenderint ſponte malignatos orientis epiſcopos, ab illorum te itidem communione ſecernãt. Quæ verò ſit de occidentalium de epiſcopo Ioanne ſententia, ex omnibus ferme epiſtolis conſtat, quas ad me frequẽtes dederunt. Ex iis duas idem continentes ſecundę quidem reliquæ ſubdidi, ſcilicet Romani & Aquileienſis epiſcopi. Hoc autem ante omnia de tua manſuetudine poſtulo, vt Theophilum Alexandrinum etiam inuitum adeſſe præcipias. Per hunc enim mala omnia emerſiſſe memorantur, vt aduenientium epiſcoporum ſynodus in nullo impedita, congruam temporibus noſtris afferat pacem.

Literæ Honorij ad Arcadium pro Ioanne Chryſoſtomo.

Acceptis igitur ſancti viri epiſcopi tres & duo presbyteri Honorij imperatoris, Innocentij papæ, & Italiæ epiſcoporum Chromacij Aquileienſis, & Venerij Mediolanenſis & aliorum epiſcoporum epiſtolis, & vno commonitorio concilij totius occidentis cõditionibus publicis iter aggredientes Conſtantinopolim pergebant. Erat autem commonitorium huiuſmodi, non oportere Ioannem iudicium ingredi, niſi prius eccleſia & communio redderetur, vt omnis dilationis occaſione ſublata, ſua ſponte concilium ingredi poſſit. Poſt quatuor menſes redierunt nunciantes res Babylonias, videlicet quod detenti ſunt Athenis à quodam tribuno militum, qui inde eis vnum centurionem adiecit, qui Theſſalonicam minime appropinquare permiſit. Ibi enim intendebant primum Anyſio epiſcopo literas ſuas reddere, quia ibi congregandum erat concilium. Et iniecti in nauigia duo poſt tempeſtatem, tertia die applicuerunt ante vrbem prope Victoris ſuburbana. Quo in loco detenti ab iis, qui obſeruabãt portus, retro iuſsi ſunt ire. Concluſique intra Thraciæ caſtellum maritimum, quod Athyram vocant: illic cruciati abinuicem diuiſi ſunt, Romani in cellula vna, alij in pluribus.

Romani Pontificis nuncij à Græcis male accipiũtur.

Cumque vt literas darent exigerentur, non acquieuerunt, dicentes non eſſe conueniens, vt qui ſenes eramus, non ipſi imperatori imperatoris literas & epiſcoporum redderemus. Cumque obſtinati recuſaremus, nec aduenienti notario, nec aliis ad hoc venientibus dare vellemus eas, poſtremo acceſsit quidam tribunus militum Valerianus nomine ex Cappadocia, perfractóque epiſcopi Mariani pollice per vim abſtulit ſignatam regis epiſtolam cum literis reliquis.

Poſteriori die miſerunt ad nos, ſiue regis aulici, ſiue Atticus, qui ferebatur ſedem inuaſiſſe Ioãnis, qui tria millia numiſmatum darent, vt communicaremus Attico orantes, & de Ioannis iudicio omnino taceremus. Quibus minime acquieuimus. Permanſerunt igitur orantes, vt quãdoquidem nihil pacificum peragere poſſemus, ſaltem ad eccleſias noſtras redire permitteremur. Mouebat eos immanitas hominum, & ſaluator etiam reuelationibus variis hoc monſtrauerat. Nam cuidam diacono ſancto, notiſsimo ac pudiciſsimo viro apparuerat Paulus apoſtolus in naui cum eſſent dicens. Videte quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Adſiſtens igitur ipſe idem tribunus Valerianus, iniecit eos in nauim vetuſtam & putrefactam, dato, vt ferebatur, naucleto pretio, vt perderet nauigantes, continuo Athyris expulit. Emenſis igitur ſtadiis plurimis, cum iam perituri videremur, appli-

Paulus legatis Romani Põtificis apparet.

Ephe. 5.

A.C 405.

cuimus Lampſaco, uide mutata naui inde Calabriæ Hydruntem peruenerunt.

Grando poſt mortem Ioãnis mirabilis. li. 10. c. 20.

Quid inde actum ſit amplius non refert Palladius. Sed ex hiſtoria tripartita habetur, quod Ioãne ad dominum migrante grando vehemens in Conſtantinopolim & in omnia ſuburbana eius deſcendit, dicentibus cunctis hoc ex ira Dei proceſsiſſe propter iniuſtam eiectionem Ioannis. Quibus verbis fidem fecit mors ſubſecuta reginæ, quarta ſcilicet die, quæ fuerat magna cauſa huius propter indignationem conceptam contra Ioannem. Occidentales autem epiſcopi audita morte Ioannis, nullo modo cum orientalibus cõmunicare voluerunt, donec illius ſacratiſsimi viri nomen inter prædeceſſores epiſcopos poneretur, ex hoc inſinuantes iniuſtiſsime depoſitum & relegatum.

Arcadius imperator anathematizatur.

Sed & [a] Innocentius papa excommunicauit Arcadium imperatorem, quia aſſenſit depoſitioni & exilio Ioannis, vt habetur diſt. 96. duo ſunt. Theodoſius quoque Chriſtianiſsimus imperator, filius Arcadij prædicti, [b] qui aui ſui nomen & pietatem tenebat, poſt mortem patris ſacras huius ſancti doctoris reliquias menſe Ianuarij in regiam ciuitatem transferri fecit. Cui fideliſsimus populus cum cereis & lampadibus obuiauit. Theodoſius autem ipſe ſuppliciter eius adorans reliquias, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus iam defunctis ſupplicauit, vt ignorãter delinquentibus veniam donaret.

Pontifex Roman⁹ imperatorem excommunicat.

a Hoc habet Nicepho li. 13. cap. 34. Quapropter (inquit Inno. in epiſt. ad Arcad.) Ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli concreditus eſt, ſeparo te & illam, id eſt Eudoxiam, à participatione immaculatorum ſacramentorum, & quemcunque clericum & epiſcopum, qui præſumpſerit ea vobis miniſtrare.

b Theodoſius iunior Imperator religioſiſsimus vt cap. 2. tit. 10. videbimus, multa hic agit, quæ hæretici tanquam ſuperſtitioſa repudiant. Nam imprimis reliquias S. Ioannis adorat. Vide Niceph. lib. 14. cap. 44. qui eius tranſlationem fuſe ſatis explicat. Deinde pro parentibus ſuis veniam à ſancto Chryſoſtomo precatur: vnde perſpicere licet vivos tunc homines ad Deum ſanctosque pro mortuis vota fundere conſueuiſſe. Tertio refert Theodor. hiſt. Trip. lib. 10. cap. 26. corpus D. Ioannis cum cereis & lampadibus per vndas Boſphori collucentibus à populis illuc concurrentibus fuiſſe ſuſceptum. Vnde etiam perſpicitur ſolitos eſſe Chriſtianos ſanctorum corpora cum cereis faſcibusq; ardentibus in pompis celebribus honorifice comitari.

§. XIII.

Theophylus Chryſoſtomi æmulus quis.

THeophilum Alexandrinum epiſcopum, qui fuit origo & cauſa principalis totius mali contra Ioannem Chryſo. non credo fuiſſe illum doctorem, qui ſcripſit ſuper euangelia, cuius opuſcula ſunt approbata, ſed alium. Qui inſurgente hæreſi Anthropomorphitarum, id eſt, dicentium Deum corporeum eſſe, & habere membra corporea, vt homines, quia ſcriptura frequenter exprimit de oculis, auribus, facie, manibus, & pedibus Domini, cui errori adhærebat turba maxima ſimplicium monachorum, prædicabat ac ſapiebat contrarium, ſcilicet Deum eſſe ſpiritualem non corporalem, & quia verba ſcripturæ non erant intelligenda ita ſuperficialiter, & ſecundum corticem, ſed per ſimilitudinem dicebantur, vt oculi Dei ſignificarent intuitum ſeu cognitionem Dei, & ſic de aliis. Hoc autem audientes monachi Aegyptiorum habitacula ſua deſerentes, venerunt Alexandriam ſeditionem contra eum excitantes, ita vt eum occidere niterentur, tanquam hæreticum, quia contrarium aſſerebat, & mandabat credendum. Quod ille præſentiens, cum acceſsiſſent ad eum, gaudio ſe recepit dicens. Sic vos video filij, ſicut vultum Dei. Cui illi. Si vere dicis (inquiunt) anathematiza libros Origenis, qui noſtræ opinioni aduerſantur. Quod ſi non feceris, quæ impiorum ſunt, & Dei rebellium pœnas à nobis ſuſtinebis. At ille. Nolite ſæuire. Ego quod vobis placet facio. Sicque repreſsit furorem illorum.

A.C. 405.

Anthropomorphitæ hæretici qui hiſt. trip. li. 10 ca. 7.

Illum errorem ſequebatur Serapion quidam prouectæ ætatis in eremo, & magnæ abſtinentiæ & ſanctitate nominatus, à quo errore reuocauerunt eum Ioannes Caſsianus cum ſocio, vt ipſe refert in colla patrum. Et ſub iſto prætextu, ſcilicet cõdemnandi libros Origenis, Theophilus fecit cõgregari epiſcopus Aegypti, Conſtantinopoli, & Epiphanium virum ſanctiſsimũ epiſcopum Cypri circumuenit, & amicum fecit, rogans vt ipſe ſimiliter libros Origenis damnaret. Quod & fecit. Sed cum congregati eſſent Conſtantinopoli, & Epiphanium contra Ioannem incitaſſet, non ei cura erat de libris Origenis tractare, ſed de depoſitione Ioannis.

Serapion monach⁹ anthropomorphita lib. 10. cap. 3.

Hic autem Epiphanius ſanctus vir, fuit miræ liberalitatis ad pauperes, qui cum quadam die totam eccleſiæ pecuniam erogaſſet, & nihil ſibi remanſiſſet, quidam adueniens ſubito ſacculum multarum pecuniarum obtulit, & ſtatim diſceſſit, nec vnde venerit, aut quo abierit vnquam ſciri potuit.

Quidam autem pauperes volentes eum decipere, vt aliquid eis daret, cõdixerunt ſibimuicem, vt vnus eorum in terram ſe ſupinum ſterneret, quaſi mortuum, alter ſuper eum ſtaret eum deflens, & quod nil haberet, vt eum ſepeliret clamitans querulis vocibus. Epiphanius ſuperueniens cum ab eo pecuniam, vt ſocium defunctum ſepelire valeret, poſtularet: vt in quiete dormiret orauit, & ſepulturæ neceſſaria miniſtrauit, hominẽque conſolatus ſuper mortuo abiit. Ille autem ſocium pulſans ait. Surge, hodie tuis laboribus epulemur. Quem cum crebro pulſaſſet, & mortuum agnouiſſet, ad Epiphanium cucurrit, & quod acciderat nunciauit, rogans vt reſuſcitaret. Epiphanius autem eum conſulatus eſt, nec eum reſuſcitare voluit, ne miniſtri Dei facile derideãtur.

Medicus ſe mortuum ſimulans vere poſtea mortuus eſt repertus, iidem.

Hic Epiphanius cum viſitaret Paulam matrẽ Euſtochij in infirmitate, & ab Hieronymo qui ibi præſens erat, fuiſſet clam rogatus, vt hortaretur eam vinum bibere propter infirmitatem, hoc eo faciente ſubtriſit Paula, dicens ſe ad hoc ab Hieronymo ſubmiſſum, nec tamen acquieuit rigorem relaxare. Cum autem Hieronymus interrogaſſet Epiphanium, quid inde ſecutum eſſet? Reſpondit. Ego tantum profeci, vt fere perſuaſerit mihi ſeni vinum non bibere. Scripſit hic aliqua ſed pauca. Feruntur etiam dæmones expulli ad ſepulchrum ipſius ſancti.

Epiphanius de Paula Romana, dictum. Hi... 10. in ep. 27 tom. ... poſt ... dium.

Ex his patet & alius Ioannem Chryſoſtomum

fuiſ

A.C. 405.

fuiſſe cootemporaneum Hieronymi: vnde ipſe Hierony. de illuſtribus viris. Ioannes Antiochenæ eccleſiæ presbyter, Euſebij Emiſſeni Diodorique ſectator, multa componere dicitur, de quibus πεϱὶ τῆς ἱεϱωσύνης tantum legi. Audiui à Cardinale Græco multum perito, quod ita copioſe ſcripſit in Græco, vt Auguſt. in Latino. Dicit autem Vinc. hos tantum libros eius reperiſſe tranſlatos. Quod nemo læditur niſi à ſeipſo, lib. 1. de reparatione lapſi. lib. 1. de compunctione cordis, lib. 2. Item Homil. multæ ſuper Matthæum & vario modo & numero. Homil. ſuper Ioan. 88. Super epiſtolam ad Hebræos, homil. multæ. De laudibus Pauli homi. 7. Sermones 30. in principio cum fuit lector factus, vt ex geſtis eius habetur, librum contra Iudæos, diaconus factus: librum de ſacerdotio compoſuit. Ex iis aliqua elicita ponentur.

Puto fuiſſe Beſſarionē de quo ſermo Cardinalem.

Quid ſit virtus. ibid. tom. 5.

§. IX.

CHryſoſto. in lib. Quod nemo poteſt lædi niſi à ſeipſo. Quid eſt virtus animi? Recte de Deo ſentire, & recte inter homines agere, hoc ſolum eſt, quod nemo auferre poteſt. Nam libertas & ſanitas corporis & diuitiæ & huiuſmodi auferri poſſunt, quia nec proprie bona hominis ſunt, ſed ſola virtus animi. Vnde pater, quod nemo ab alio lædi poteſt, quia virtus, quæ ſola bonum hominis eſt, ei auferri non poteſt. Nec dico, quod nemo lædit alium, ſed quia nemo læditur ab alio. Nam fratres Ioſeph eum læſerunt, & inique egerunt in eum, ſed ipſe læſus non eſt. Verùm & amplius aliquid dicam, quia illi ſoli læduntur, qui lædunt, & nulli alij nocet noxa, quàm aliis inferunt, niſi ipſis qui inferunt. Si quis autem ab aliquo verberatus, vel afflictus verbum blaſphemum vel impium protulerit, læſus quidem eſt in hoc, tamen non ab alio, ſed à ſe per impatientiam ſuam. Ignis quippe auaritiæ diuitiis accenditur, diuitiis paſcitur, & cum eis, qui manus ei dedetint, gladios acuant, quotidie foueas & præcipitia parent, milléque ſcopulis & naufragiis elidãt, volutari tamen tanquam ſues in cœno delectantur, & vt canthari ſtercus eius euoluere. Certum eſt itaque, quod niſi quis ſeipſum læſerit, ab aliis lædi non valet, etiam ſi contra eum totus mũdus coniuret. Nec lapſus & ruinæ cauſa tentatio eſt, ſed inſtabilitas animi atque ignauia, qui etiam ſine tentatione interdum, ſponte deiicitur, ſicut & ipſa fabrica, quæ ſuper arenã fabricata eſt, etiam ſi flumina & venti non vrgeant, ipſa tamen paulatim effluens ædificij crepidinem ſubruit & euertit. Tu quidem ſi facias omnia quæ in te ſunt, ſperare debes & ea, quæ à Deo ſunt. Aderit namque & tibi, ſi tu ipſe tibi prius non defueris.

Cur nemo ab alio lædi poſsit.

Gen. 37.

Cantharus eſt ſcarabæus.

Idem in lib. de compunctione cordis ait. Non video cauſſime, quòd aliquis noſtrum vera & perfecta cupidine teneatur cæleſtium: alioquin omnia quæ videntur eſſe grauia, vmbra, putaremus & riſum. Verus Chriſti amator, totum ſe illuc transfert, quo eum amoris ſui duxerit intentio. Illaque delectatio & ſuauitas quam per ſpiritum contuetur, omnem delectationem huiuſmodi viſibilis ſuauitatis obſcurat. Intantum enim ſuccenſus eſt & ardet amore Chriſti, vt etiam ſi flammas mortales adhibeas, neſciat, non ſentiat, non vratur. Multo namque vehementior eſt ignis Chriſti, quo vritur per amorem, & beato deſiderio conſtrictus ita fert omnia, vt ex iis, quas patitur pœnas, ſolatia magis amoris ſui capiat, quàm dolorem corporis ſentiat. Hic amantium mos eſt vt amorem ſuum ſilentio regere nequeant, ſed neceſſariis ſuis & caris efferunt & produnt, & flammas ſuas intra pectus cohibere non valent, ſed frequentius narrant, vt ipſa aſsiduitate narrandi amoris ſui ſolatium capiant, & refrigeria immenſi amoris aſſumant. Nunc non tam loquamur de compunctione cordis, quàm patiamur, quia docere & non facere non ſolum nihil lucri, ſed etiam damni plurimum cõfert. Grandis enim condemnatio eſt, ſermonem ſuum componenti, & vitam ſuam negligenti. Quomodo fieri poteſt, vt anima infirma & frigida compunctionis pariat verba? Nolo putes, quod montes vel deſerta ita poſsint animæ conferre ſilentium, perturbationéſque eius perimere, vt ignis ille quem in ea Chriſtus accendit. Requirenda itaque ſunt ſilentia & quies, non ſolum locorum, ſed & animi ac propoſiti. Si enim propoſitum quietis anima gerat, nec in vrbis habitatione turbabitur. Impoſsibile eſt autem compunctionem cordis in deliciis vigere. Vera cordis compunctio eſt magna agere, & humilia loqui, iuſte agere, & ſuper peccatores timere. De peccatis noſtris, quæ multa ſunt & grauia, non dico cogitamus aut ingemiſcimus, ſed nec mentionem quidem facimus. Dum autem de peccatis præteritis nullus dolor eſt, facilius ſuperuenientibus malis peſſundamur.

V... Chriſti amator qua... lib. 2. poſt medium 5.

A.C. 405.

Hæc in fine 2. li. habentur.

Quid maxime cõpũctionẽ pariat. li. 2. poſt initium.

Idem in lib. de reparatione lapſi. Sicut pro morte communi philoſophicum eſt à lachrymis temperare, ita in morte animæ inſipiens & irreligioſum dico conſolationem recipere.

Et infrà. Nonnulli imperitorum ſatis eſſe credunt & optabile videri, ſi gehenna tantummodo careant, ego autem multo grauiores dico eſſe cruciatus ab illa gloria remoueri, & arceri à conſpectibus Chriſti. Ignis autem ille inextinguibilis dicitur, non ſolum quia non extinguitur, ſed quia nec eos quos ſuſcipit extinguit, aut perurit. Et ſicut naturam non habet conſumendi, ita nec illuminandi. Sed ignis obſcurus eſt, flamma tenebroſa.

Quã graue ſit carere Dei viſione. ib. fere in medio.

Deus nunquam reſpuit hominis pœnitentiam, ibid. ante medium.

§. X.

DE iis, quæ habentur in decretis ex verbis Chryſoſto. lib. de reparatione lapſi. Talis, mihi crede, talis eſt erga homines Dei pietas, vt nunquam reſpuat hominis pœnitentiam, ſi ei pure & ſimpliciter offeratur. Etiam ſi ad ſummum quis peruenerit malorum, & inde reuerti velit ad virtutis viam, ſuſcipit libenter, amplectitur, & omnia facit, quatenus ad priorem reuocet ſtatũ. de pœni. diſt. 3. talis.

Idem in ſermone. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre. In corde enim contritio, in ore confeſsio, in opere tota humilitas, ſcilicet ſatisfactionis. Hæc eſt vera & fructifera pœnitentia. de pœnitent. diſt. 3. perfecta pœnitentia.

Pœnitentiæ partes in ſermo. de pœnit. fere in medio, tom. 5.

Idem in ſermone. Medicamẽtum fortius, quod maxime operatur in pœnitentia, eſt eleemoſyna,

A.C. 405.

A ſcilicet quo ad ſatiſfactionem. Sicut enim in præceptis medicina, medicamentum multas herbas accipit, vnam autem dominantiſsimam, ſic & in pœnitentia iſta herba dominantior & potior eſt, & vniuerſum ipſa effi[illegible]it. Audi quid dicit ſcriptura. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. de pœni. diſt. 1. medicamentum.

Luc. 11.

Peccatorum nunc recordandum. ho. 31. ſuper 11. cap. ad Heb. to. 4.

Idem de pœni. diſt. 1. §. hinc etiam. Nunc frater recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conſpectu Dei pronuncies, & pro eis clementiam Dei depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiſcaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conſpectu proferentur omnium amicorum & inimicorum & ſanctorum angelorum.

Idem ſuper epiſtolam ad Hebræos. Si habueris peccata tua continue in mente tua, nunquam malum aduerſus proximum tuum in corde tenebis. de pœni. diſt. 1. non tibi. Idem. Nullum peccatorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria, ſcilicet ad dolendum.

Idem de pœni. diſt. 1. quis aliquando. Quis aliquando vidit clericum cito pœnitentem? Si deprehenſus humiliauerit ſe, non dolet ideo, quia C peccauit, ſed confunditur, quia perdidit gloriam ſuam.

Qui imponunt nimis grauces pœnitentias peccant. ibid.

Idem contra imponentes indiſcretas pœnitentias pœnitentibus ſuper Matthæum 26. q. 7. alligant, ait. Alligant onera grauia & importabilia in humeros hominum &c. tales ſunt ſacerdotes etiam nunc, qui omnem iuſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſeruant, videlicet non vt faciendo ſint, ſed vt dicendo appareant iuſti.

Mat. 23.

Tales ſunt, qui graue pondus ad pœnitentiam venientibus imponunt, quia dicunt & non faciunt. Et ſic dum pœna pœnitentiæ præſentis fugitur, D contemnitur pœna peccati futura. Et dat exemplum de adoleſcente, cui cum imponatur nimia ſarcina, reiicit eam, vel ſub ea deficit. Et infra. [Deinde ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes,] nonne melius eſt Deo reddere rationem propter miſericordiam, quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus eſt, diſpenſator eius non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, vtquid ſacerdos eius auſterus vult apparere? Hæc ibi.

Idem de malis prælatis ſuper Matth. diſt. 40. ca. multi, ait. Videte fratres quomodo ſedeatis ſuper cathedram, quia non cathedra facit ſacerdotem, E ſed ſacerdos cathedram. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum ſanctificat. a Non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit cathedræ, qui male ſederit, iniuriam facit cathedræ. Ideòque malus ſacerdos de ſacet

Sacerdotes mali ſunt indigni eo nomine. Chry ſeu author operis imperfec. in Mat. ho. 43. ad ca. 23.

a Et ſacerdos ſine ſanctitate, & ſanctus ſine ſacerdotio poteſt eſſe. Duplex enim ſacerdotium ſicut & ſacrificium conſtituendum. Viſibile ſcilicet, proprium & externum, & aliud commune omnibus Chriſtianis, & ſpirituale quod laicum vocant. Sacerdos igitur non omnis ſanctus eſt, quia qui ſacerdotio externo funguntur, non omnes neceſſariò ſanctitate pollent. Omnis autem ſanctus ſacerdos eſt, quia qui ſanctitate & gratia gratum faciente ornati ſunt, illi Deo gratas & inuiſibiles hoſtias offerunt.

A dotio ſuo ex[illegible] arguit[illegible] dignitatem. In iudicio enim [illegible] vixeris, & bene d[illegible] cueris, [illegible] & male vixer[illegible] eris. Nam bene viuendo & b[illegible] ēdo, populum inſtruis quomodo vi[illegible] debeat. Male viuendo [illegible] condemna[illegible].

A C. 4. 6.

Qui deſider[illegible] primatum [illegible], inueniet confuſionem in cælo, nec inter [illegible] Chriſti reputabitur, qui de primatu tractauerit.

Primatus non eſt ambiendus. Ibid. ho. 35. ad cap. 20.

Idem ſuper epiſtolam a[illegible] diſt. 42. quieſcamus, ait. Non ex vita eorum, quos accipis, ſcilicet peregrinos, vel eleemo[illegible] das, mercedem tibi retributurus eſt Deus, ſed ex voluntate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bonitate.

Idem ſuper Matth. diſt. 56. nunquam, ait. Nunquam de vitiis erubeſcamus parentum, ſed vnum illud quæramus, vt amplectamur virtutem. Et infra. Non eſt omnino ne[illegible] de virtute, nec de vitio par[illegible]tum, aut laudandus [illegible], aut culpandus. Nemo inde vere a[illegible] obſ[illegible] eſt, nimò vt conſideratius aliquid dicamus [illegible] quomodo ille magis reſplendeat, qui ex parentibus a virtutibus pr[illegible] alienis, ipſe [illegible] de virtute mirabilis. Hæc ibi.

Idem ſuper epiſtolam ad Hebr. 11. q. 3. nemo. Nemo contemnat vincula Eccleſiæ, non eſt enim homo qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

E[illegible] non contemnenda. [illegible] 41. [illegible] ad Heb. tom. 4.

Idem 22. q. 5. cap. iuramenti, ait. Vtrumque & periurium & mendacium, ſcilicet perniciosum diuini iudicij pœna damnatur, dicente ſcriptura. Os quod mentitur, occidit animam.

Sap 1.

Idem cap. 1. ſequenti. Qui peierare paratus eſt, antequam iuret iam periurus videtur, quia Deus non ex operibus, ſcilicet tantum, iudicat, ſed ex cogitationibus, & ex corde.

Idem ſuper Matth. 23. q. 8. occidit. Occidit (ait) Phinees hominem, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Abraham non ſolum homicida, ſed etiam patricida (quod eſt grauius) effectus Deo magis placuit. Petrus geminum fecit homicidium, fuit tamen opus ſpirituale, quod factum eſt. Non ſolum ergo reſpiciamus ad opera, ſed ad tempus & cauſam, & voluntatem, perſonarum quoque differentiam, & quantacunque alia ipſis operibus acciderunt, diligentiſsime inquiramus. Non enim poſſumus aliter ad veritatem rerum peruenire.

Num. 25. Ge[illegible] Acto. 5.

Idem de conſec. diſt. 4. nunquam, ait. Nunquam aquæ baptiſmi purgare peccata credentium poſſent, niſi tactu dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent.

A[illegible] de ſa[illegible] ficent[illegible] Chry[illegible] in Ma. cap. 6

De Oroſio Hiſpano hiſtoriographo, Seuero Sulpitio &c.

CAP. X.

F Floruerunt alij & illis temporibus. Nam tempore Auguſtini in Hiſpania claruit Oroſius hiſtoriographus. Hic vt ſcribit Vincen. ſpec. hiſtor. lib. 19. ſcripſit libros hiſtoriales, qui intitulantur de hormeſta mundi, petente vel iubente Auguſtino, in quo miſerias & clades hominum ab initio peccati ſeu mundi retexuit. Et hoc contra vaniloquia paganorum, qui illa tempora velut malis extra ſolitum

De [illegible] Or[illegible] ſtori[illegible] proba[illegible] ſimo [illegible] lib. 18. c.

A.C. 406. ſolitum infeſtiſsima, ob hoc ſcilicet, quod Chriſtus coleretur, & idola ſpernerētur infamabāt. Et hic liber ſatis cōmendatur in Decr. diſ. 15 Sancta Romana. vt perutilis cōtra calumnias paganorū. A

Hominū ſingulares defectus. Idem ſcripſit & librum Apologeticum pro ſe cōtra hæreſim Pelagianam. Vnde quod ſequitur, originale aſſumptum eſt. Quaſi illuſtrati à Domino perſuademur, vt præparatæ in operibus bonis ſint lucernæ ardentes in manibus noſtris, quæ (Luc. 12.) multimodis tentationibus fatigatæ, & defectu ſemper proprio, & verbere periclitantur alieno. Sed ſi lumen, quod in te eſt tenebræ ſint, iſtæ tenebræ quantæ erunt? (Mat. 6.) An verò facilè arbitraris: B vt ſimplex ſcurrilitate careat, lætus verbo, ſollicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, eruditus, doctus iactātia, ſummus inuidia extra illam, quę eſt omnium bonorum operum caligo generalis vanæ gloriæ concupiſcentiam? Vnuſquiſque ergo noſtrum aſſumat comparationem, vt magis ſe melioris prælatione cōdemnet, quàm in minoris deſpectione iuſtificetur. Chriſtus filius Dei in virtute & gloria patris, qui in principio condidit, & in medio redemit, & in nouiſsimo iudicabit.

Homo exercetur à Deo & adiuuatur & corrigitur. Idem in prologo hiſtor. de hormeſta mundi C ait. Si diuina prouidentia, quæ ſicut bona ita pia & iuſta eſt, agitur hic mundus, & homo hominē qui conuertibilitate naturæ ac libertate licentiæ infirmus & contumax eſt, ſicut piè gubernari egenum opis oportet, ita iuſtè corripi immoderatum libertatis neceſſe eſt: (Li. 1. hiſt. ca. 1.) [iure ab initio hominis per bona & mala alternantia exerceri hunc mundum ſentit, quiſquis per ſe & in ſe humanum genus videt.]

§. I.

D. Tichonio Aphro Vincen. li. 18 ca. et Gennad. in catal. CLarus etiam eo tempore habetur quidam dictus Tichonius, natione Apher, in diuinis literis (vt ait Vincen. ſpec. hiſto.) eruditus iuxta hiſtoriam ſufficienter, & in ſecularibus nō ignarus, in eccleſiaſticis quoque negotiis ſtudioſus. Qui ſcripſit de bello inteſtino libellos tres. Et expoſitiones diuerſarum cauſarum eccleſiæ, in quibus ob defenſionem ſuorum antiquarum meminit ſynodorum. E quibus cognoſcitur Donatiſtarum partis fuiſſe. Vnde Augu. de eo lib. 3. de (c. 30. & 31.) doctrina Chriſtiana ſic ait. Tichonius, qui contra Donatiſtas inuectiſsime ſcripſit, cum fuerit ipſe E Donatiſta. Et illic inuenitur abſurdiſsimi cordis, vbi eos non ex omni parte relinquere voluit. Fecit librum quem regularem vocauit, quia in eo ſeptem regulas executus eſt, quibus quaſi clauibus diuinarum ſcripturarum aperirentur occulta. De his habes ſupra in tit. de dono intellectus. Expoſuit etiam iſte apocalypſim Ioannis ex integro.

D. Ruffino Aquileienſi. Pal'ad. in hiſt. ſanc. pat. c. 118 Ruffinus presbyter Aquileienſis eleganti ſtylo libros edidit. De hoc Heraclides ſic ait. Erat Ruffinus vir nobilium morum, & in ſingulari propoſito ſatis fortium, quo nullus manſuetior F & placidior, tanquam omnia ſciens, in ſexu virili potuit inueniri. Quem etiam dicit apud Hieroſolymam cum ſancta Melania viginti ſeptem annis degiſſe, pauperes & peregrinos ſumptibus propriis fouiſſe, multos etiam hæreticos & ſchiſmaticos ad vnitatem fidei & pacem eccleſiaſticam reuocaſſe.

Helinandus autem ſic de eo ait, vt refert Vincentius, ſpec. hiſto. lib. 18. (A.C. 406. Li. 18. ca. 99.) Ruffinum beatus Hiero. inſimulauit Pelagianæ hæreſis præter hæreſim Origenis ſimul & Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum. De quibus duobus ſic loquitur Gennadius. (In Catal.:) Ruffinus presbyter Aquileienſis Eccleſiæ, non minima pars Eccleſiæ doctorum fuit, & in transferendo de Gręco in Latinum elegans ingenium habuit. Denique maximam partē Gręcorum bibliothecæ latinis exhibuit. (Ruffini opera.) Baſilij, ſcilicet Cæſarienſis epiſcopi, Gregorij Nazianzeni, Clementis Romani recognitionum libros, Euſebij Cæſarienſis eccleſiaſticam hiſtoriam. Cui & duos libros addidit Xiſti ſententias, Euagrij ſententias quoque Pamphili martyris contra Mathematicos. Origenis autem non omnia. Nam & Hiero. tranſtulit aliqua, quæ ſuo prologo diſcernuntur. Symbolum etiam ita expoſuit, vt eius cōparatione cæteri nec expoſuiſſe credantur, benedictionem quoque Iacob ſuper duodecim patriarchas, & epiſtolas multas ad Dei timorēm exhortatorias. Sed & obtrectatoribus librorum ſuorum duobus voluminibus reſpondet. Scripſit & explanationes ſuper prophetas tres, ſcilicet Oſeæ, Iohel, & Amos. Ioannes quoque Hieroſolymitanus ſcripſit aduerſus obtrectatores ſtudij ſui librum vnum, in quo oſtendit ſe Origenis ingenium, non fidem ſecutum.

Verùm quia Hiero. notauit Ruffinum de libero arbitrio non catholice ſenſiſſe, in iis in quibus Hiero. arguit eum dictis ſeu ſententiis, eccleſia eum reprobat diſt. 15. ſancta Romana, aliàs approbat. Dicit autem Vinc. ſpec. hiſto. lib. 19. quod Hieronymus & Ruffinus orta inter ſe ſimultate (Inter D. Hieronymum & Ruffinū ſimultates etiam. Vinc. lib. 18. cap. 55.) pro quæſtionibus ſcripturæ libros inuectiuarum ſatis quidem luculentos, ſed nimis mordaci ſermone conſcribunt. D Vnde Ruffinus contra Hieru. lib. 1. ſic ait. Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & linguæ, machęra acuta. Verùm ad hæc vulnera, quæ ex lingua inter homines inferuntur, medicus pene nullus eſt. Et ideo conuerti me ad Ieſum cæleſtem medicum, qui mihi antidotum potentiſsimum dedit de pyxide ſui euangelij prolatum, qui vim doloris ſpe futuri iuſti examinis ſolaretur. Potio ergo illa, quā temperauit Chriſtus, hæc erant verba: Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælo. Idem in 2. lib. (Ibid. non procul à principio.) Iſte magiſter ſcilicet Hieronymus orientalis reſidente in tribunali iudice Chriſto, angelis adſiſtentibus, & pro ſe intercedentibus inter verbera & cruciatus poſitus, iurauit ſe libros ſeculares nec habiturum vnquam, nec lecturum. Relegantur nunc quæſo ea, quæ ſcribit, ſi vna operis pagina eſt, quæ non eum Ciceronianum pronunciet, vbi non dicat Tullius noſter, ſed Flaccus noſter, & Maro. Iam verò Chryſippum, & Ariſtidē, & Empedoclem, & cætera Græcorum authorum nomina, vt doctus videatur, & plurimæ lectionis tanquàm fumos & nebulas legentibus ſpargat, puellis quoque vel mulierculis ſcribens, quę non vtique niſi de noſtris ſcripturis ædificari cupiunt & debent, exempla Flacci ſui, vel Maronis intexit. Hieronymus vero contra eum ſic ait. Apparet iuxta oratoris elogium te voluntatem habere mentiendi, ſed artem non habere fingendi. Erra-

A.C. 406.

timus iuuenes emendemur ſenes. Eodem feruore, quo ante Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto orbe damnemus. Si accuſatus taceam, videbor crimen agnoſcere. Nobis in monaſterio hoſpitalitas cordi eſt. Omnes ad nos venientes, læta humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio, ne nobis Ieſus dicat excluſus: Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Solos hæreticos non recipimus [quos vos ſolos recipitis.] Propoſitum quippe noſtrum eſt pedes lauare venientium. In vno tibi conſentire non potero, vt parcam hæreticis, [vt me Catholicum non probẽ.] Si hæc eſt cauſa diſcordiæ, quam habes erga me, mori poſſum, tacere non poſſum. Hæc ille. Ex eã his patet, quod Ruffinus aliquid hæretici ſapiebat, vnde eum Hiero. reprehendebat.

Hieronymi hoſpitalitas in omnes præterquã hæreticos ibidem in medio. Luc 2. Mat 25.

§. II.

De Caſſiano Eremita Vin. li. 19. c. 14.

CLaruit etiam tempore Honorij ſecundum Vincen. Specu. hiſto. lib. 20. vir illuſtris, prudens & facundus Ioannes eremita, qui & Caſſianus. Hic neſcio qua ex cauſa de eccleſia Conſtantinopolitana à Ioanne Chryſoſtomo eiectus, & in Maſsilia Galliæ presbyter ordinatus, multa ſcripſit. Inter quæ etiam vitas patrum in Ægypto compertas, doctrinaſque & regulas datas ad plurimos libris expoluit. De eodem dicit Gennadius in libro virorum illuſtrium, quod à Ioanne magno epiſcopo diaconus ordinatus, apud Maſsiliam presbyter, duo monaſteria condidit virorũ & mulierum, quæ vſque hodie extant. Scripſit autem experientia magiſtrante plano & librato ſermone, & (vt apertius dicam) ſenſu verba inueniens, & actione linguam mouens, res omnium monachorum profeſsioni neceſſarias. Et de eius libris ſic ſcribit Vincen. vbi ſuprà. Certè huius opuſcula multam ædificationem continent animarum, & luculento ſermone niteſcunt, nec inter multa antiquorum opuſcula quicquam ad ſpirituales profectus atque ſpiritualis perfectionis apicem, tendenti ita vtile me arbitror legiſſe.

Caſsiani ſcripta cõmendantia.

Vnde & beatus pater Dominicus, vt in eius vita legitur, librum illum, qui collationes patrum inſcribitur, ſtudioſè legens, ac vigilanter intelligens, ſalutis in eo rimatus ſemitas, magnum perfectionis apicem apprehendit. Agit ſiquidem liber ille de cordis puritate, de vitiis, & omnium perfectione virtutum. Verùm dicitur liber ille numerari inter apocryphos. diſt. 15. ſancta Romana. ibi dum dicitur, Opuſcula Caſsiani presbyteri Galliarum. Quod fortè ideo eſt, quia Proſper, cuius doctrina eſt approbata ab Eccleſia in dicto capitulo, & poſt eum etiã Caſsiodorus, arguunt eum, aſſerentes eum non Catholicè ſcripſiſſe de libero arbitrio & gratia, pluſque attribuiſſe libero arbitrio, minuſve gratiæ quàm conueniat, in collatione videlicet prima Moyſi, & illa Cheremonis de protectione Dei. In quo tamen aliqui, vt dominus Ioannes Dominici in lib. qui intitulatur amor caritatis, excuſant eum dicentes dicta eius poſſe ſaluari, ſi ſanè & maturè intelligantur, & non eo modo quo Proſper, & alij ea exponunt nimis curſiuè & ſuperficialiter intelligentes.

S. Dominicus Caſſiano quã tum tribuerit. li. 3. vitæ c. 4.

Caſsianus nimis tribuit libero arbitrio col. 1. c. 17 & 18. c. 9. & 10.

Primò ergo ſcripſit hic venerabilis vir ad Caſtorium epiſcopum lib. decem. de inſtit. cœnobiorum, & octo principalibus vitiis, & eorum remediis. Deinde ad Leontium epiſcopum, & fratrem Belladium, decem collationes patrum, ſcilicet Moyſi, Paphnutij, Danielis, Serapionis, Theodori, Sereni, & Iſaac abbatum in eremo Scythiotica cõmorantium, quæ ab eis audierat. Poſt hęc ad Honoratum epiſcopum & Eucherium alias ſeptem collationes trium anachoretarum vitam in alia Aegypti eremo ducentium, ſcilicet Cheremonis, Neſterotis, Ioſeph. Poſtremò alias ſeptẽ ad fratres Iuuenianum, Mineruium, & Leõtium, & Theodorum, quæ ſunt abbatum Piamonis, Ioannis, Theonæ, & Abraham. In totum collationes vigintiquatuor. Ad extremũ rogatus à Leone Archidiacono, poſtea Romæ vrbis epiſcopo, ſcripſit aduerſus Neſtorium hæreticum de incarnatione Domini lib. 7. In quibus finem fecit ſcribendi & vitæ ſub Theodoſio iuniori, id eſt, filio Arcadij. Quamuis autem viſitauerit aliquos ex dictis abbatibus, non tamen prout ipſe ſcribit, omnes illas ſententias, & verba ea ore eorum ſuſcepit, etſi aliqua [cum ab illis didiciſſe veriſimile eſt,] ſed in monaſterio ſuo edidit, fingens eius interrogationem, & illorum reſponſionem, ſicut actum a ſanctis in dialogis ſuis, quibus non ſemper aderant interrogantes, cum illos ipſi componebant. De ipſis autem collationibus aliqua dicentur in ſeq. titu. cum agetur de eremitis & cœnobitis.

A.C. 406.

Caſsiani opera.

Tit. 15.

§. III.

IN illo tempore refulſit Maximus Taurinenſis epiſcopus. Qui vt ſcribit Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 20. in homiliis componendis, & in eccleſia declamandis ſtuduit eleganter. Hic legitur compoſuiſſe tractatus in laudem apoſtolorum, & ſancti Ioannis Baptiſtę. Et de ſancto Euſebio Vercellenſi, Et de ſancto Cypriano, Et librum de gratia baptiſmi, De auaritia, De hoſpitalitate, De defectu lunæ, De eleemoſynis, de ieiunio, de paſſione Domini, & multa alia.

De Maximo Taurinenſi li. 19. ca 5 ex Gẽnadio.

Circa idem tempus reuelata ſunt corpora protomartyris Stephani, Nicodemique, & Gamalielis, & Abibon filij ſui, Luciano presbytero, ter ſibi apparente in nocte Gamaliele, & docente locum, vbi ſepulta erant. Ad quem locum accedens Ioannes epiſcopus Hieroſolymitanus cum aliis epiſcopis, quibus Lucianus viſione manifeſtauerat, cum cœpiſſent fodere, factus eſt terræ motus, & tantus odor erupit, quantum nullus vnquam ſenſiſſe meminerat. Cuius odoris virtus ſeptuaginta homines à diuerſis languoribus liberauit. Delatúmque fuit ſanctiſsimi protomartyris Stephani corpus in eccleſiam Sion in Hieruſalem. Et vt refert Sigebertus Anno Honorij 8. Oroſius presbyter rediens ab Hieronymo, ad quem miſſus fuerat ab Auguſtino pro diſcenda quæſtione de origine animæ, reliquias protomartyris Stephani in Aphricam retulit cum hiſtoria inuentionis eius, quas gratia miraculorum proſequente, vbique dominus mirificauit. Vnde Auguſt. in vltimo de ciuitate Dei narrat multa miracula facta ad reliquias eius, quæ etiam ipſe vidit.

Oroſius S. Stephani reliquias defert in Aphricam. Gem. & Vin li. 19. cap. 8.

De quodam miraculo refert idem Sigebertus, quòd anno ſexto Honorij Iudæus quidam, cum quæſtus cauſa ſæpe in multis eccleſiis hæreticorum baptiſma ſuſcepiſſet, venit etiam ad eccleſiam orthodoxorum ſub eadem intentione baptizandus.

A. C. 405.

zandus. Et cum baptizari deberet, aqua fontis ſubito diſparuit. Et iterum atque iterum aqua allata, & fonte repleto, iterum atque iterum aqua diſparens, Dei virtutem & Iudæi perfidiam oſtendit.

De S. Donato Euoriæ Epiſcopo, de quo Sozom. li. 7. c. 25. Trip. hiſt. lib. 9. c. 46. Vin. li. 18. ca. 5.

Circa illa tempora, vt refert Vincen. ſpe. hiſto. lib. 19. Inſignis ſanctitate & virtute miraculorum habitus fuit Donatus epiſcopus non Aretinus, ſed poſterior tempore alter. Qui ingentem etiam draconem in os eius expuens interfecit, quẽ octo iuga boum vix trahere potuerunt ad cremãdum. Hic draco, vt ait Sozomenus, in via publica circa pontem iacebat capras, oues, boues, & equos; & homines comedebat. Qui cum contra epiſcopum tranſeuntem caput leuaſſet, quaſi eum deuoraturus, facto ſigno crucis in os eius expuit, & eũ interfecit. Quem octo paria boum in campum vicinum traxerunt, & ibi combuſtus eſt.

De S. Ioanne Damaſceno ex Vincen. lib. 17. cap. 103.

§. IIII.

S. Damaſcenus virginis glorioſæ cultor præcipuus.

THeodoſij [a] ſenioris tempore inſignis doctor habetur Ioannes Damaſcenus presbyter & C monachus, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 18. cap. 100. Hic, vt idem narrat ex geſtis eius, ab infantia græcis literis eruditus, intra viginti annos omniũ liberalium artium ſcientiam apprehendit, & in amorem Dei ac glorioſæ matris eius etiam ſe exercens, monachalem habitum aſſumpſit, virgóque permanens, reginæ virginum horas quotidie ſtudioſiſsime decantabat. Factúſque presbyter in eius honorem miſſas deuotiſsime celebrabat. Inſuper orationes, antiphonas, reſponſoria, proſas facere conſueuerat, quas in ſolennitatibus eius ad ipſius honorem dulciſsime decantabat. Tradebãt D ei nobiles viri ſuos filios erudiendos, quos ille non ſolum literis ſtudioſiſsime inſtruebat, ſed etiam ad timorem Dei & amorem in omni morũ honeſtate diligenter informabat.

Ioannes Damaſcenus captiuus in Perſidem deducitur.

Quadam [b] die cum egreſſus muros ciuitatis ſpaciaretur cum ſcholaſticis ſuis paulisper, Saraceni ſubito irruentes more ſolito cum hominũ & animalium multitudine, ipſum quoque rapuerunt, ac ſecum in Perſidem detulerũt. Et cum inter prædones prædæ fieret diuiſio, contigit vt cuidam ditiſsimo inter eos Ioannes Damaſcenus in partem veniret. Qui cæteris ad ſeruitutis opera E deputatis, nutu diuino meritis beatæ virginis erga ipſum mitius actum eſt. Captiuus enim ſeruitutis penſum ſolitum ſoluere non negligebat, ſed ieiuniis ac vigiliis inſiſtens, orationes ad beatam A virginem quotidie deuotiſsimas dirigebat. Quod ille gentilis animaduertens, eiúſque bona conuerſatione tanquam ſpiritali prædicatione cõuictus, ipſum ire ac redire liberum, quo vellet, infra palatij ſpacia permittebat. Et die quadam, ſic eum eſt alloquutus. Mi cariſsime Ioannes miratus ſum prudentiam tuam dictandi, curioſitatem ſcribendi, vtilitatem cantandi, & organizandi ſuauitatẽ, ſanctum quoque propoſitum & conuerſationem. Habeo filiolum non minus meipſo mihi carum, quem precor, vt in artibus liberalibus erudias, & in dictando, ſcribendo, vt legendo, cantando, ſic B eum conformare tibi ſtudeas, vt ſi forte aliquando à nobis liber receſſeris, in ipſo quodammodo apud nos totus remaneas. Qui puerum obedienter humilitérque ſuſcipiens, & à primis elementis erudire incipiens, intra paucos annos in artibus liberalibus inſtructum adeò reddidit, vt ſi magiſtri ac diſcipuli rhetoricum dictandi genus attenderes, ſi literæ formam aſpiceres, ſi vocis melodiam audires, nullam eſſe differentiam in vtroque clamares.

Patronus eius filiũ ſuum ei tradidit erudiendum.

Ad Theodoſiũ imperatorẽ mittitur Conſtãtinopolim.

Porrò cum Imperatori Theodoſio pro vitæ merito, & morum honeſtate, necnon & pro eloquentiæ nitore in quibuſdam cauſis neceſſarius C videretur, miſſa legatione domino illi mandat, vt quamcitiſsime illum ei mittat. Qui præcepto imperiali contradicere non auſus, Ioannem Conſtantinopolim ad ipſum honorifice deduci fecit. Imperator verò eum cum honore ſuſcepit, & ei monaſterium, in quo cum fratribus, vt Deo quiete ſeruiret, in vrbe conceſsit, quo & ipſemet ſæpius veniebat, ac de ſtatu regni & ſalute animæ ſuæ familiariter cum eo tractabat.

Falſo proditionis crimen ei imponitur. Vinc. ibid. c. 104.

Vt autem bonus Ioannes ad meritorum augmentum probaretur adhuc in camino tribulatio- D nis, iuuenis ille, quẽ in Perſide docuerat ſuum genus dictandi & propriam manum ſcribendi, nequitiæ ſpiritu agitatus, epiſtolam proprio ſenſu ingenióque dictauit, ſcriptámque Conſtantinopolim furtiue direxit, & in palatij loco, vbi citius à miniſtris imperialibus inueniri poſſet, iactari fecit. Erátque talis epiſtola: Dilectis amicis, qui ſunt in Perſide Damaſcenus Ioannes monachorum minimus ſalutem. Noueritis Imperatorẽ robur exercitus ad diuerſa bella in nationes extremas miſiſſe, vrbémque regiam & finitimas hominibus vacuas remanſiſſe. Quoniam ergo ſapiẽ- E tes eſtis, ſecuri venite, & victoriam vobis paratã abſque mora viriliter obtinete. Inuẽta igitur epiſtola, & coram imperatore perlecta, proditio ab omnibus exclamatur. Et quis proditionis huius eſſet author inquiritur. Forma, literæ, ingeniúmq; ſcribendi reſpicitur, & Ioannis eſſe imperatori nunciatur. Statim Ioannes quæritur, & cum iniuria multa ad imperatoris præſentiã ducitur, ipſo mirante, vnde tam ſubito talis tumultus, & contra ſe conſpiratio oriretur.

Obiurgat Damaſcenum imperator Theodoſius.

Populus vniuerſus intorquens conuicia in il- F lum, non ſacerdotem, ſed proditorem, non monachum, ſed apoſtatam proclamabat, & furibundus vix manus ab eius oculis continebat. Tunc imperator facto ſilentio ſuſpirans ait. O nequiſſime Ioannes beneficiis meis ingrate. Malum mihi pro bono reddidiſti, Sarabaita peſsime, quantum in te eſt patriam prodidiſti, & mihi meiſque auferens libertatem, in captiuitatem peſsimã nos retruſiſti. Oſtenſáque illi epiſtola, reſpondit ita.

a Vita S. Ioannis Damaſceni, quæ in frontiſpicio operum eiuſdem habetur à Ioanne patriarcha Hieroſolymitano conſcripta, eũ ſub Leone Iſaurio Iconomacho vixiſſe teſtatur. Quod etiam tradit Sand. lib. 7. de viſib. Monar. & Geneb. 3. lib. Chronol. Nicephori quoque breue lib. 20. compendium id indicat.

b Quæ hoc loco de Ioanne Damaſceno referuntur à Ioanne Hieroſolymitano, Italo monacho cuidam Coſmæ nuncupato attribuuntur, qui Damaſcum à Saracenis deductus, & à patre Damaſceni à ſeruitute liberatus, Ioannem ipſum Damaſcenum & alium eius adoptione fratrem omnibus liberalibus diſciplinis erudiuit.

A.C.400. Vere Domine hanc formam ſcribendi ac dictandi genus meum hoc eſſe cognoui. Sed teſtis eſt mihi Deus, quod omnino eam non feci. Cúmque omnes in eum perſtreperent, eo quod veritatem occultare velle videretur, vndeque proclamabãt, vt abſque dilatione morte puniretur. A

Manus ei amputatur. Iudices facto concilio, pari aſſenſu dicunt ipſum, quia ſpecialis amicus Imperatoris fuerat, non debere occidi, ſed manum [a] quæ tantum facinus perpetrauerat abſcindi. Quo facto de dolore vulneris, ac diminutione corporis gratias Deo egit, & quod in eius honorem amplius ſacrificium offerre non poſſet, pauliſper condoluit. B

B Virgo ei manũ amputatã reſtituit. ibi.c. 105. Abſciſſa itaq; manus officio ſpeculatoris, iuſſu Imperatoris ad teſtimoniũ tanti ſceleris ſuſpenſa eſt ante monaſteriũ ipſius Ioanius. Ille mox ante imaginem ſpecialis dominæ ſuæ mancus adueniens, diſcooperto vulnere, & extenſo brachio cum ea piè rixabatur inquiens. Hæccine domina noſtrorum ſunt præmia meritorũ? Hæccine tuorũ haritudo ſeruorum? Eſto Domina mea dignè pro meritis peccatorẽ me flagellari voluiſti, ſed vt quid inſtrumentum officij tui permiſiſti penitus abſcindi? Hæc quippe manus hymnorum laudis tuæ cãtica ſæpius ſcribendo parabat, & Deo patri ſacratiſsimum corpus & ſanguinem filij tui multoties in honorem tuum ad omnium peccatorum ſalutem offerebat. Cúmque talia ſępius lamentando peroraret, contigit nocte quadam, vt poſt huiuſmodi lamentationem in lectulo feſſus, nec dormiens, nec vigilans, ex toto pauſaret. Et ecce regina Virginum affuit cum ingenti lumine, hilari facie, tali conſolans eum affamine. Quid agis puer meus fideliſsime? Heu (inquit ille) Domina, quid me interrogas? Quinimmo interrogo te ego, cùm hæc pateret, vbi eras? Ecce ad meum, immo & tuum dedecus in eccleſia pendet abſciſſa clientuli tui manus. At illa. Confortare (inquit) fili in Domino, manum tibi reſtau- C D

Ioſ. Damaſceno dextera à B. virgine reſtituitur.

a Ioannes Hieroſolymitanus hiſtoriam hanc paulo aliter refert, ex quo illam commemorare breuiter non inutile eſſe duxi. Cum Leo Iſauricus Imperator Iconomachus in ſacras imagines deſæuiret, Ioannes Damaſcenus impiis eius conatibus ſeſe opponere, & contra illum ſe libris editis ſacras imagines tutari non dubitauit. Dolens igitur impius Imperator monachum vnum ſuis obuiam ire furoribus, quoſdam notarios, qui eius ſcriptura characterem exprimerent, ad Aegypti ſoldanum litteras miſit, quaſi ad eum à Ioanne Damaſceno transmiſſas, quibus ille eum ad Damaſcum occupandam inuitabat, ad idq́ auxilium opemq́ ſuam pollicebatur. Barbarus igitur acceptis prædictis litteris dexteram Ioannis curauit amputari. Quam ille precibus à Tyranno expetitam cum accepiſſet, lararium ſuum ingreditur, & ante diuinam quamdam imaginem Genitricis Dei procumbens incolumem ſibi reddi dexteram à B. Virgine ſupplex poſtulabat, & maxime cum nõ aliam ob cauſam ipſi amputata foret, niſi quòd aduerſus imperatorem Iconomachum certamen pro venerandis imaginibus ſuſceperat. Nec beata virginis pio viro auxilium defuit, mox enim cum ille obdormiuiſſet imago ipſa B. Virginis eũ alloquitur, & ſanatam ei dexteram oſtendit, iubetq́ vt illam aduerſus ſuos filiiq́ hoſtes non ſegniter exerceat: quod ille ſe facturum eſt pollicitus. Hanc hiſtoriam Can. lib. 6. de Maria virgine cap. 19. recenſet. E F

rare poteſt, qui totum hominem plaſmauit ex nihilo. His dictis, eo vidente, illa eccleſiam petiit, delatamque manum eius brachio cum mira benignitate reſtituit in momento. Tunc ille gratias ineffabiles agens, reddita diei luce ſurgit, fratribus conuocatis manum oſtendit, eosque ſecum ad magnalia Dei glorificandum animauit. A.C.400.

Mox ſolenniter eo induto, aliaque voce Miſſam de beatiſsima Virgine celebranti, Imperator audito miraculo pedes ad eum venit, & ore proprio manum illius deoſculans, poſt Dei laudem & glorioſæ Virginis, ab ipſo diligenter inquirit, ſi quem alicubi cognoſceret, qui ſuum dictandi genus, ac ſcribendi formam haberet. Quod ille quidem ei retulit. Et ſic rei veritas inquiſita diligentius innotuit.

Hic Ioannes Damaſcenus edidit librum ſententiarum notabilem, & valde ſciẽtificum, cuius dicta ſæpè allegantur à modernis doctoribus. Scripſit autẽ in Græco: ſed Eugenius Papa transferri fecit in Latinum. Hic etiam Ioannes Damaſcenus dicitur compilaſſe hiſtoriam Barlaam Eremitæ & Ioſaphat filij regis Auennir conuerſi ad fidem per doctrinam eius. Quę hiſtoria eſt valde moralis, & deuota, oſtendens vanitatem mundi, inducens ad contemptum ſæculi, ponens rationes probabiles fidei, inſinuãs ſtatum quietum & perfectum religionis, quam diffusè narrat Vincẽ. ſpec. hiſtor. lib. 16. per multa capitula. Hic videtur ſapuiſſe hæreſim Græcorum dicentium Spiritumſanctum procedere à Patre non à filio, quod hæreticum eſt & reprobatũ: tamen beatus Thomas in Summa dicit, poſſe ipſum excuſari à vitio hæreſis, eo quod adhuc non erat ab Eccleſia declaratum illud, ſcilicet Spiritumſanctum procedere à Patre & Filio, & contrarium ſcilicet nõ procedere à filio, ſed tantùm à Patre, vt Græci tenent eſſe hæreticum.

Liber Damaſceni de fide orthodoxa laudatur.

Damaſceni error de Spiritu ſancto li. 1. de fide orthodo. cap. 12. In 1. part. q. 36. ar. 2.

§. V.

HVius [b] Theodoſij tẽpore fuit illuſtris Poëta Claudianus. Qui gentilis exiſtens Romæ permanſit. Duos libros metro edidit, ſcilicet Claudianum maiorem & minorem. Cuius pauci verſus iſti ſunt.

b Per Claudianum minorem libros de raptu Proſerpinæ, & per maiorem reliquos libros eum intelligere ex carminibus quæ hoc loco citantur, facile perſpicitur.

Heu quàm cæcus ineſt vitiis amor:
Illicitum duxiſſe nihil delicta fuere
Nexus amicitiæ. In Eut. L.
Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri?
[Tu licet extremos late dominere per Indos
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent.]
Si metuis, ſi plura cupis, ſi duceris ira:
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges, tunc omnia iure tenebis.
Quum poteris rex eſſe tui, procliuior vſus Verus i(?) quis. In Panegyr. in 4. Honorij Cõſulatum.
In peiora datur, ſuadetq́ licentia luxum.
Iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant.
Tu ciuem patremq́ geras, tu conſule cunctis.
Non tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.

Nec cun

A.C. 400. *Ne cunctos paucorum crimine damnes.*
Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.
Luxuries praeſulis emolumentum, quae dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.
Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.
Non tibi quod libeat, ſed quod feciſſe decebit
Occurrat, mentem domitet reſpectus honeſti.
Dijs proximus ille eſt
Quem ratio non ira mouet.
Quales collegit fallacis dextra parentis:
Has pius nati dextra refundit opes.
Quaeſitum multo plus eſt ſeruaſſe laboris,
Quam quaeſiſſe nouum.
Id. in in ro . 1.
In lib. 2. de cap. *Omnia mors aequat, tu damnatura nocentes.*
Tu requiem latura pijs.
In . 3. *Diſſuaſor honeſti*
Luxus, & humanas obtimat copia mentes.

§. VI.

Prudētij ſententiae. EO tempore alius poeta claruit, qui dictus eſt C Prudentius: librum & ... de conflictu vitiorum & virtutum. Cuius pauci verſus hic ponuntur:

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli,
Pugnatura fides, agreſti turbida cultu,
Pectore qua fidens valido membriſq; retectis,]
Prouocat inſani frangenda pericula belli:
Ecce modeſta grauis ſtabat patientia vultu:
Per medias immota acies, variosq; tumultus
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.
Atq; humilis greſſum mediocriter, oraq; parce D
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.
Deſine grande loqui frangit Deus omne ſuperbū.
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere.
Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti,
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.
Fertur auaritia gremio praecincta capaci
Quicquid ... edax pretioſum liquerat, vnca
Corripuiſſe manu, non illi ſuffecit amplos
Impleuiſſe ſinus, iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrum, & grauidos furtis diſtendere fiſcos. E
Omne hominum rapit illa genus.
Non eſt violentius vllum
Terrarum vitium.
Summa quies, nil velle ſupra, quàm poſtulat vſus
Debitus, vt ſimplex alimonia, veſtis, & vna
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus.
Expleatq; modum natura non trahat vltra.
Quod ſapimus coniungat amor, quod viuimus vno
Conſpiret ſtudio nil diſſociabile firmum eſt.
Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum. F
(id eſt finis.)
Pax belli exacti pretium, pretiumq; pericli.
Nil placidum ſine pace Deo, nec munus ad aram.
Meritorum clauſula pax eſt.
Non inſtitat tumet, non inuidet aemula facti.
Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
Nunquam laeſa tumet cunctaq; offenſa ... donat:
Occaſum lucis venia praecurrere geſtit. Haec ille.

A

§. VII.

A.C. 405.

SVb praedictis autem pontificibus & imperatoribus inſurrexerunt plures haereſes quae ab Eccleſia reprobatae ſunt, & ad nihilum demum redactae a praefatis doctoribus confutatae.[a] Vnde iubente Theodoſio imperatore, & annuente Damaſo papa, ſancta ſynodus vniuerſalis Conſtantinopoli congregata eſt, centum ſcilicet & quinquaginta patrum. Quae ſynodus Macedoniū negantem Spiritum ſanctum Deum eſſe condemnans, conſubſtantialem patri & filio Spiritum B ſanctum eſſe docuit, dans ſymboli formam, quam tota Latinorum & Graecorum confeſsio in Eccleſia, ad miſſas ſolennibus diebus decantat.[b] Ibi etiam decretum eſt, vt epiſcopus Conſtantinopolitanus tanquam nouae Romae epiſcopus, poſt Romanum pontificem habeat priuilegium, vt patet diſt. 22. renouantes. Haec Vincen. ſpecu. hiſtor. lib. 17.

Haereſes multae & praeſertim Pneumatomachorum.

Vinc. lib. 17. cap. 6. ex Sigeb.

Priſcillianus quoque circa illa tempora in Hiſpania Epiſcopus condens haereſim ſui nominis Eccleſiā perturbat. Hic perſonas ſanctae Trinitatis cōfundebat, eundē eſſe dicēs Patrē, qui & Filius, & qui Spiritus ſanctus, quod pertinet ad C haereſim Sabellianorum, ſed alios errores habebat. Carniū enim eſcas pro immūdis tenebat. Coniuges viros à nolentibus foeminis ſeparabat, & ecōuerſo. Opificium omnis carnis non Deo vero & bono, ſed angelis malis aſsignabat. Animas eiuſdem naturae & ſubſtantiae eſſe dicebat, cuius eſt Deus, & eas ad agonem quemdam ſpontaneum, in terris exercendum per ſeptem coelos, & per quoſdam principatus gradatim deſcendere, & in malignum principem incurrere, a quo mundum iſtum factum vult, atque ab hoc principe per di- D uerſa carnis corpora ſeminari. Aſtruunt etiam homines fatalibus ſtellis colligatos. Corpúſque noſtrum ſecundum duodecim ſigna coeli compoſitū eſſe dicebat, conſtituens Arietem in capite, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, Leonem in manibus, Virginem in ventre, Libram in vmbilico, Scorpionem in coxis, Sagittarium in virili, Aquarium in veſica, Capri-

Hominē fatalibus ſtellis eſſe obnoxium, dogma Priſcilliant.

a Theodoretus lib. 5. cap. 9. refert Orientales epiſcopos ad Occidētales qui eos Romam ad cōcilium euocauerant, epiſtolam direxiſſe, qua petebant, vt E *non in vrbe, ſed Conſtant. nopoli concilium conuocaretur. Dicuntq; accerſiuiſtis nos per imperatorias literas, ita vt prima Generalis concilij cauſa ſit Romani epiſcopi, hoc eſt primi paſtoris conuocatio. Modus autem, quo primus paſtor in ea re vtitur, ſic per imperatorias literas conuocare: vt nimirum brachio ſeculari ad eccleſiaſticam authoritatem adiuncto plenior ex omni parte eſſet conuocatio Sand lib. 7. de viſib. Mon.*

b Sozomenus lib. 7 cap. 9. & Socr. lib. 5. ca. 8. idem teſtantur. Quin ergo Romanus pontifex omnium F *primus eſſet, nulla vnquam fuit dubitatio. Caeterum cum Anatolius patriarcha Conſtantinopolitanus Alexandrinam, Antiochenamq; Eccleſiam hoc decreto ſua Eccleſia ſubijci procuraſſet. Leo Roma. Ponti. grauiter de eo conqueritur, epiſt 51. ad eundem & 52. ad Martianum Auguſtum, & 53. ad Pulcheriam, & ipſum Anatolium ſuis ſe coegit limitibus continere. Vide Sur. tom. 2. & Sand. lib. 7. de viſi. Mon.*

cornum

A C. 400.

cornum in tibiis, Piſces in plantis. Super his audiendus in cócilius epiſcoporum Romam petiit. Ibiq; à ſanctis Damaſo & Ambroſio repudiatus.

Hæc Seuer. Sulp. lib. 2. ſac. hiſt. & Hiero. in epi. 66. to. 2.

In Galliis quoque à ſancto Martino, & aliis epiſcopis in ſynodo Burdegalenſi hæreticus eſt iudicatus. Vbi verò ſe damnandum intellexit, Maximum Imperatorem appellat, à quo auditus, & epiſcopatu pulſus, Treuiris ab Euodio præfecto perimitur cum multis ſequacibus ſuis, edicente Imperatore, vt huius ſectæ complices in Hiſpania perimerentur. Itachius & Vrſatius epiſcopi accuſatores Priſcilliani cómunione Eccleſiæ priuantur ab epiſcopis, nefas eſſe dicentibus, cuiuſcunque modi hominem epiſcoporũ accuſatione necari. Maximo Imperatore, & aliquibus epiſcopis Itachium & Vrſatium defendentibus. Et hac de cauſa ſanctus Martinus à Maximo Imperatore moleſtabatur, quia nolebat communicare Itachianis. Vix tamen obtinuit, vt Priſcillianiſtę nó occiderentur. Hæc Vincen. vbi ſuprà. De reprobatione huius hæreſeos habetur 24. q. 3. c. pen.

Pelagius in Britannia Eccleſiam inficit.

§. VIII.

TEmpore autem Innocentij Papæ primi, vt ait Sigebertus, Imperatoribus Honorio & Arcadio: in Britannia Pelagius Eccleſiam Chriſti execrabili doctrina maculare nititur, dicens hominem ſine gratia Dei ſaluari poſſe. Vnumquemque ſuis meritis propria voluntate ad iuſtitiã regi. Infantes ſine peccato originali naſci, & tam inſontes eſſe, quàm inſons fuit Adam ante præuaricationem. Nec ideo baptizandos eſſe, vt à peccato ſoluantur, ſed vt per adoptionem in regnũ Dei admittantur, eſſe tamen eis extra regnũ Dei æternam & beatam vitam. Adam ſolùm ſuo peccato læſum eſſe, eúmque mortuum eſſe, non ex culpæ merito, ſed ex conditione naturæ, qui moriturus erat, etiam ſi non peccaſſet. Dicebat etiam irritas eſſe orationes, quæ fiunt ab Eccleſia ſiue pro infidelibus, ſiue pro fidelibus. Hunc ergo, Celeſtium, & Iulianum complices eius Innocẽtius Papa damnauit. Hieron. quoque & Aug. maximè eos vt fidei hoſtes armis veritatis impugnabant. vnde de conſecr. diſtin. 4. cap. placuit. 2. & 4. ſeq. ex [a] concilio Mileuitano, cui interfuit Auguſtinus, multa capitula habentur contra hos errores.

Auguſt. de hære. ad Quoduu. hær. 88. & paſſim Hie. item aduerſus Pelagianos.

Orientales etiam grauiter exagitat noua de Deo quæſtio. Vtrum Deus ſit corpus, & humanum ſchema habeat. An ſit incorporeus, & ab humano ſchemate alienus omnino. Simplicioribus etiam Eremitis Deum corporeum, & ſub humano ſchemate eſſe adſtruentibus, quia ſcriptura ſacra narrat de oculis, facie, auribus, manibus & pedibus Dei. Alij melius, & vere ſentientes hoc negant. Et quod in cortice ponit ſcriptura de membris Dei, ſecundum verum ſenſum exponũt ſpiritualiter. Puta oculum Dei eſſe eius intuitum & notitiam. Manus eius, operationes eius & huiuſmodi. Vnde ab Eccleſia fuit illud pro hæreſi determinatum, ſcilicet credere Deum habere membra corporea, vt patet 24. quæſtio. 3. cap. penult.

Anthropomorphitarum hæreſis. hi. trip. li. 10. cap. 7.

A C. 410.

Sub Honorio etiam imperatore, vt ait idem Sigebertus, hæreſis Prædeſtinatorum cœpit ſerpere. Hi ideo prædeſtinati appellantur, quia de diuina gratia & prædeſtinatione diſputantes, aſſerebant, quòd nec pie viuentibus proſit bonorũ operum labor, ſi à Deo ad mortem prædeſtinati fuerint, nec impiis obſit, quod improbe viuant, ſi à Deo prædeſtinati fuerint ad vitam. Quæ aſſertio periculoſiſsima & bonos à bonis amouebat, & malos ad mala prouocabat. Hæc hæreſis ex libris Auguſt. male intellectis initium habuiſſe dicitur. Nec hoc imputandum eſt Auguſt. ad culpam, ſicut nec domino Deo authori ſacrę ſcripturæ, vnde hæretici peruerſe intelligentes traxerunt occaſiones ſuorum errorum. Nihil eſt enim in vſu hominum bono & licito, vnde non poſsit pernicies irrogari. 23. q. 5. de occidendis, ſcilicet abutendo eis. Ipſi ergo imputanda eſt culpa qui abutitur, non ei qui rem bonam dedit.

Prædeſtinatorum hæreticorum error Sige. in Chronicis ſub ann. Chr. 415.

Epiſt. 154. tom. 2.

De Seuero Sulpitio ex Gennadio in Catal.

§. IX.

CLarus habetur, & illo tempore Sulpitius Seuerus in Aquitania apud vrbem Toloſam genere & literis nobilis, paupertatis & humilitatis amore conſpicuus. Carus etiam viris ſanctis Martino & Paulino, vt ait Helinandus. Scripſitque minimè contemnenda opuſcula. Epiſtolas ad amorem Dei & contemptum mundi exhortatorias ſorori ſuæ multas, & ad Paulinum ſupradictum duas, aliáſque ad alios. Sed quia in aliquibus familiaris neceſsitas inſerta eſt, non digeruntur, & chronicam & vitam beati Martini, & collationem Poſthumiani & Galli ſe mediáte & iudice habitam. Hic in ſenectute ſua à Pelagianis deceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium vſque ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo pœnitens emendaret.

Vinc. lib. 18. ca. 8.

Sulpitius ſibi ipſi ſilentium indicit.

De prædicta autem collatione habita Galli & Poſthumiani inſtaſcripta excerpſit Vincent. in ſpec. hiſto. lib. 19. Cum proſpero curſu (inquit Seuerus) peruenimus Alexandriam, ibi fœda inter epiſcopos & monachos certamina gerebantur, ex occaſione vel cauſa qua congregati in vnum ſæpius ſacerdotes frequentibus decreuiſſe ſynodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret vel haberet, qui tractator ſcripturarum ſacrarum peritiſsimus habebatur. Sed epiſcopi quędam in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant, quę aſſertores eius defendere non auſi, ab hæreticis potius ea fraudulenter inſerta dicebãt, & ideo non propter illa etiam reliqua eſſe damnanda. Aduerſum hæc epiſcopi obſtinati, renitentes, pro poteſtate cogebant etiam recta vniuerſa cum prauis, & ipſo authore damnare, quia ſatis ſupérque ſufficerent libri, quos Eccleſia recepiſſet, reſpuendam penitus eſſe lectionem, quæ plus eſſet nocitura inſipientibus, quàm ſapientibus profutura.

Ad epiſcopos pertinet libros vel damnare vel approbare.

Mihi autem ex illius libris quædam curioſius

inda

a Canones hi Concilij Mileuitani magna ex parte in Concilio Tridentino ſeſſ 5. & 6 renouati ſunt. Nam Canon 2. qui incipit, Placuit, eſt Canon 4. ſeſſ. quinta. & Canon 5 qui incipit item Placuit, eſt Canon 2. ſeſſ 6 ex quo perſpicere licet Catholicã Eccleſiam in Concilio Tridentino cõgregatam cum illa antiquiſsima & ſanctiſsima 4. ſaculi Eccleſia cõſentire, hæreticos item noſtri ſæculi cum hæreticis illius ſæculi quodam tacito fœdere conſpirare.

A.C. 400. indaganti, admodum multa placuerũt. Sed etiam A nonnulla deprehendi, in quibus illum praua ſenſiſſe dubium non eſt, quæ defenſores illius falſa contendunt. Ego miror eundem vnũmque hominem tam diuerſum à ſe eſſe potuiſſe, quia vt in ea parte, qua probatur, neminem poſt apoſtolos habeat æqualem. In ea vero quæ iure reprehenditur, nemo deformius doceatur erraſſe. Cumque hæc atque alia iſtiuſmodi ab epiſcopis proderentur, ex ſtudiis partium orta ſeditio eſt. Quæ cum reprimi ſacerdotum authoritate non poſſet, ſæuo exemplo ad regendam Eccleſiæ diſciplinam, præfectus aſſumitur. Cuius terrore diſperſi fratres, ac B per diuerſas oras monachi ſunt fugati, ita vt propoſitis edictis in nulla ſede conſiſtere ſinerentur.

Origenes vbi bene, nemo melius, vbi male, nemo peius loquutus eſt.

Illud me admodum permouebat, quod Hieronymus vir maxime Catholicus, & ſacræ legis peritiſsimus, Origenem ſecutus primo tempore putabatur, qui nunc idem præcipue vel omnia illius ſcripta damnaret. Nec verò auſus ſum de quoquam temere iudicare, præſtantiſsimi tamen & doctiſsimi viri ferebantur in hoc certamine diſsidere. Sed tamen ſiue illud error eſt, vt ego ſentio, ſiue hæreſis, vt putatur, non ſolum reprimi non potuit multis animaduerſionibus ſacerdotũ, C ſed nequaquam tam late ſe potuiſſet diffundere, niſi contentione creuiſſet. Iſtiuſmodi ergo turbatione cum veni, Alexandria fluctuabat. Me quidem epiſcopus illius ciuitatis benigne admodum & melius, quàm putabam excepit, & ſecum tenere tentauit. Sed non fuit animus ibi conſiſtere, vbi recens fraternæ cladis feruebat inuidia.

Igitur inde digreſſus, Bethlehem oppidum petij, quod ab Hieroſolymis ſex milliaribus elongatur. Ab Alexandria autem 16. manſionibus abeſt. Eccleſiam loci illius Hieronymus regit. Nam parochia eſt epiſcopi, qui Hieroſolymam tenet. D Hic vir præter fidei meritum dotémque virtutũ, nõ ſolum Latinis atque Græcis, ſed Hebræis etiã literis ita eſt inſtitutus, vt ſe illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Miror autem, ſi non & vobis per multa quæ ſcripſit opera compertus eſt, cum per totum orbem legatur. Nobis quoque (ait Gallus) nimium cõpertus eſt. Nam ante hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota noſtrorum natio monachorum vexatur & carpitur ab eo vehementiſsime, vnde interdũ Belgicus noſter valde iraſci ſolet, quod dixerit nos vſque ad vomitum ſaturari. Ego autem (inquit E Gallus) illi viro ignoſco: atque ita ſentio de orientalibus potius illum monachis, quàm de occidentalibus diſputaſſe. Nam edacitas in Græcis, gula eſt, in Gallis, natura. Tum ego ſcholaſtice (inquã) Galle defendis gentem tuam. Sed quæſo te, liber iſte nunquid hoc ſolum vitium damnat in monachis? Immo vero (inquit) nihil penitus omiſit quod non carperet, laceraret, exponeret, præcipue auaritiam, nec minus vanitatem inſectatus eſt. Multa de ſuperbia, non pauca de ſuperſtitione diſſeruit. Vere fateor, pinxiſſe mihi videtur vitia multorum. Cæterum de familiaritatibus virginum & F monachorum atque clericorum quàm vera, quàm fortia diſputauit? vnde à quibuſdam, quos nominare nolo, dicitur non amari.

D. Hieronymi laudes.

Ego (inquit Poſthumianus) vt dicere inſtitueram, apud Hieronymum ſex menſibus fui, cui iugis aduerſus malos pugna, perpetuúmque certamen concitauit odia perditorum. Oderũt eum hæ- A retici, quia eos impugnare non deſinit. Oderunt eum clerici, quia vitia eorum inſectatur & criminatur. Sed plane boni omnes admirantur, & diligũt. Nam qui eum hæreticum eſſe arbitrantur, inſaniunt. Vere dixerim, catholica hominis ſcientia, ſana doctrina eſt. Non die, non nocte requieſcit, aut legit ſemper aliquid, aut ſcribit. Quod niſi mihi fuiſſet animo fixum atque prouiſum, Deo teſte ante propoſitum, eremum adire, vel exigui tẽporis puncto, à tanto viro diſcedere noluiſſem. Huic ergo traditis omnibus meis, omnique familia, quæ me contra voluntatem meam ſecuta tenebat implicitum, liber regreſſus ſum Alexan- B driam, vbi viſitatis fratribus ad ſuperiorem Thebaidam, id eſt Aegypti ad extrema contendi. Ibi enim vaſte patentes ſolitudines eremi plurimum ferebantur habere monachorum.

A.C. 400.

D. Hierony. quibꝰ inuiſus.

Monachi in cœnobiis viuentes quot & quanti.

§. X.

NArrabat exinde de pluribus mirabilibus, quę vidit vel audiuit diſcurrẽdo per eremũ, vbi in aliquibus monaſteriis centeni ſimul conuiuebant ſub vno abbate [quorum prima virtus C eſt parere alieno imperio,] vt de quodam paruulo duodecim annorum miſſo ab abbate ad deferendum panes cuidam ſolitario: qui in via obuiantem aſpidem miræ magnitudinis, manibus ſuis ſine timore aliquo cepit, & inuolutum pallio ſuo duxit ad monaſterium, & coram fratribus in terram depoſuit. Cum autem infantis fidem fratres collaudarent, abbas ad tenendum eũ in humilitate, de hoc quaſi de exceſſu vitij verberari acriter fecit.

Puer monachus aſpidẽ illæſus defert.

De quodam alio ſolitario, qui in præſentia eo- D rum colligebat dactylos de palma, & de eius manu leo magnus cibum ipſum, vt domeſticum animal ſumebat.

De alio, cui lupa adſtabat cœnanti, veniẽs hora, qua ille cœnabat, & cibo ſumpto de manu eius, & poſt cœnam eam lambens poſtea recedebat.

De alio autem, quem loquentem cum duobus, qui ad eum cauſa viſitationis acceſſerant, leæna miræ magnitudinis venit, quæ aduoluta pedibus eius quaſi cum fletu eius auxilium depoſcebat. Quod intelligens vir Dei ille ſurrexit, ſecutúſque E eſt leænam, quæ duxit eum ad ſpeluncam ſuam, vbi adultos quinque catulos cæcos natos alebat, quos ante anachoretam poſuit, & ipſe eis lumen reſtituit. Non ingrata fera ſylueſtris, poſt paucos dies leæna quaſi pro munere impenſi beneficij pellem beſtiæ attulit ad pedes eius.

Alter leænæ catulis viſum reſtituit.

Item de alio ſancto viro, ad quem cum acceſſiſſet quidam ad ſeruiendum Deo ſub diſciplina eius, & ille ſibi diceret, quod ſufferre non poſſet auſteritatem & mandata ſua perſeuerantem in petitione ſua, & ſe ad omnia imperata offerentem etiam in ignem intrare ſuſcepit, ille eum ſubito F tali experientia tentans, in clibanum, qui de prope incenſus erat, iubet ingredi. Qui ſine mora parens in medium ignem ſe iniecit, nil ibi doloris patiens, ſed illæſus exiuit.

Monachꝰ ſe in clibanũ iuſſu abbatis iniiciens illæſus euaſit.

Idem abbas alteri religioſam conuerſationem accipiendi cauſa ad eum venienti, mandauit, vt quandam virgam aridam, quam in conſpectu eius fixit in terram, quotidie aqua perfunderet, quam

à Nilo

A.C. 400.

à Nilo flumine per duo milliaria diſtante à loco A hauriebat. Et cum per biennium in hoc opere laboraſſet, demum floruit lignum illud aridum, quod & virentibus folijs refert ſe vidiſſe.

Seuerus in eodem lib. de conuerſatione Orientalium monachorum.

Refert ipſe Seuerus in eodem libro, quod quidam ſanctus fugandorum dæmonum incredibili poteſtate præditus, non ſolum præſens, nec verbo tantum, ſed abſens quoque interdum cilicij ſui fimbrijs, aut epiſtulis miſsis corpora obſeſſa curabat. Et dum miro modo frequentaretur à populis ex toto ad eum orbe venientibus, inſuper à præfectis & comitibus diuerſorúmque poteſta- B rum iudicibus, vt ex virtute honor, ita ex honore vanitas cœpit ei obrepere. Quod vbi primũ ille ſentire potuit in ſe graſſari, diu multúmque diſcutere conatus eſt: ſed repelli penitus vel tacita cõſcientia, veritas perſeuerante virtute non potuit. Vbique nomen eius dęmones fatebantur, excludere à ſe confluentium ad ſe populos non valebat. Virus interim latens ſerpebat in pectore, & ſeipſum occultis cogitationibus vanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus conuerſus ad Deum, fertur oraſſe, vt permiſſa in ſe menſibus quinque diaboli poteſtate, ſimilis his fieret, C quos ipſe curauerat. Quid multis morer? Ille prępotens, ille ſignis atque virtutibus toto orbe vulgatus, ille ad cuius fores ſummæ iſtius ſæculi ſe proſtrauerant poteſtates, correptos à dæmone in vinculis eſt detentus, omnia illa quæ energumeni ſolent ferre perpeſſus. Quintò demum, mẽſe purgatus eſt: non tantùm à dæmone, ſed (quod illi erat vtilius atque optatius) vanitate.

Martinus omnibus monachis orientalibus præponitur.

Et infrà ſtylum dirigẽs ad beati Martini opera ait. Equidem, Poſthumianus ait, Cùm te iamdudum de virtutibus ſanctorum intentius audirem, ad Martinum meum cogitationibus recurrebam. D Meritò proſpiciens omnia illa, quæ ſinguli diuerſa feciſſent, per vnum iſtum facilè cõpleta. Nam cùm excelſa retuleris (quod mihi dixiſſe liceat pace ſanctorũ) nihil à te penitus auditũ, in quo Martinus eſſet inferior. Illi enim ab omni impedimento liberi, cœlo tantùm atque angelis teſtibus planè admirabilia docentur operati. Iſte in medio cœtu, & conuerſatione populorum, inter clericos diſsidentes, inter epiſcopos ſæuientes, cùm ferè quotidie ſcandalis hinc inde premeretur: inexpugnabili tamen aduerſus omnia virtute E fundatus ſtetit, & tanta operatus eſt, quanta nec illi, quos in eremo eſſe vel fuiſſe audiuimus fecerũt. At ſi illi paria feciſſent. (quis iudex tam iniuſtus, vt non iſtum eſſe potiorẽ meritò iudicaret?) Nam pugnauit iſte in loco non æquo, ſcilicet in ſeculo conuerſatus, & tamen victor euaſit. Illi autem ex æquo loco, aut de ſuperiore certarunt, ſcilicet in eremo. Sed & cùm præclara aliorum retuleris, à nemine retuliſti mortuum ſuſcitatum. In quo vnũ vtique te neceſſe eſt confiteri Martino neminem conferendum.

Hic quoque ſæpius imperauit incendiis, ferinas beſtiarum victa ſuccubuit, rabiem ferarum & F ſerpentium venena cõpeſcuit, à dæmonibus obſeſſos liberauit, cum ipſo angeli quotidie loquebantur. Aduerſus autem vanitatem & iactantiã, ita inuictum ſpiritum geſsit, vt illa vitia fortius nemo contempſerit. Ego igitur ſemper Ægypti prædicabo monachos, laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum tamen ſemper excipiam. Non illi ego quẽquam audebo monachorum, certè non epiſcoporum comparare quempiam. Hoc Aegyptus fatetur, hoc Syria, hoc Aethiops comperit, hoc Indus audiuit, hoc Parthus & Perſa nouerunt, nec ignorat Armenia. Horreo dicere, quod nuper audiui, infelicem dixiſſe neſcio quem, te in libro illo tuo de Martino plura mentitum. Non eſt hominis vox iſta, ſed diaboli, Mat. 11. nec Martino in hac parte detrahitur, ſed fidei Euangelij derogatur. [Nam cum Dominus ipſe teſtatus ſit iſtiuſmodi opera, quæ Martinus impleuit, ab omnibus fidelibus eſſe facienda, qui Martinum non credit iſta feciſſe: non credit Chriſtum iſta dixiſſe. Sed infelices, degeneres, ſomnolenti, quæ ipſi facere nõ poſſunt, facta ab aliis erubeſcunt. Quæ igitur geſta huius Sancti, quem maximè veneratur Eccleſia, & populi ſolennizant, ſunt ſatis vulgata: hic notata abbreuiabuntur, quæ diffusè & luculento ſermone Seuerus Sulpitius, de quo ſuprà immediatè deſcripſit.

De S. Martino, de quo Seuerus Sulpitius, Paulinus Nolanus, Fortunatus & Gregorius Turonenſis, & multi alij ſcripſerunt. Inter Græcos etiam Sozom. lib. 3. cap. 13 & Niceph. lib. 9. cap. 16. eius mentionem faciunt.

CAP. XI.

MArtinus pauper, & modicus, cælum diues ingreditur, hymnis cæleſtibus honoratur, canit de eo ſacroſancta mater Eccleſia. Pauper quidem fuit ſpiritu, id eſt, ſubſtantia temporali ex ſpontanea voluntate. Pauper, id eſt, parum habens de vitiorum prauitate, etiam adoleſcens & miles exiſtens. Modicus fuit in ſui reputatione et humilitate. Modicus in cibi & potus & veſtitus parcitate. Cęlum diues ingreditur, diues videlicet meritorum & virtutum vbertate, diues in miraculorum in omni genere copioſitate. Hymnis cæleſtibus honoratur, ab angelis in gloria, ab eccleſiis mundi in multiplici celebritate. Et hæc omnia patebunt ex hiſtoria eius.

Martinus igitur Sabariæ Pannoniorum oppido oriundus, ſed in Italia Ticini, id eſt Papiæ nutritus, cum patre ſuo tribuno militum ſub Conſtantio, & poſtea ſub Iuliano Imperatore militauit. Non tamen ſponte, quia ab infantia diuinitus inſpiratus, cum eſſet annorum duodecim, inuitis parentibus ad Eccleſiam confugit, & ſe catechumenum fieri poſtulauit, & extunc eremum concupiuit. Feciſſetque votis ſatis, niſi ætatis infirmitas obſtitiſſet. Sed cum Cæſares decreuiſſent, vt veteranorum filij pro patribus militarent, Martinus cum eſſet annorum quindecim ad militandum pro patre vrgetur, licet inuitus. Qui Martinus vno tantum ſeruo contentus, ei ſæpius ſeruiens miniſtrabat, & calceamenta ſæpius detrahebat, atque tergebat.

Hæc ſumpta ſunt ex lib. Seueri Sulpitij cap.

Quodam hyemali tempore per portam Ambianenſis ciuitatis pertranſiens, pauperem quendam obuium habuit. Qui cum à nullo eleemoſynam accepiſſet, Martinus hunc ſibi ſeruatum intelligẽs, arrepto enſe chlamydem, quæ ſibi ſola ſupererat, aliis in eleemoſynas elargitus diuidit, partémque pauperi tribuens reliqua rurſus induitur. Sequenti nocte Chriſtum chlamydis ſuæ parte veſtitum vidit, ipſumque ad circumſtantes angelos feſtiue dicentem. Martinus adhuc catechume

Pauperi veſtis apud Ambianenſes cap. 2.

A.C.400. chumenus hac me veſte contexit. Inde vir ſanctus A non in gloriam elatus, ſed Dei bonitatem agnoſcens, cum eſſet annorum duodeuiginti baptizari ſe fecit, & ad inſtantiam tribuni ſui, qui tempore ſui tribunatus expleto, ſe ſæculo renunciaturum promiſerat, adhuc per biennium militauit, liber tamen ab his vitiis, quibus ſolet illud hominum genus implicari. Vnde rebus pauper, quia nihil ſibi præter victum de ſtipendio reſeruãs, ſed pauperibus erogans de craſtino non cogitabat. Pauper à vitiis poſtmodum, à quibus per baptiſmum fuerat totaliter denudatus.

Martinus militię renúciat, vt Chriſto ſeruiat.

Interea barbaris intra Gallias irruentibus, Iu- B lianus Cæſar [a] donatiuum cœpit militibus erogare, id eſt ſtipendium. Ad Martinum autem veniendo, nolens militare deinceps illud accipere recuſauit, Cæſari dicens, Chriſti miles ego ſum, pugnare mihi non licet. Indignatus Cæſar dixit ei, quod non religionis cauſa, ſed timore imminentis belli militiam recuſaret. Cui Martinus reſpondit. Si hoc ignauiæ, non fidei adſcribitur, craſtina die ante aciem inermis ſtabo, & in nomine Chriſti crucis ſigno non clypeo protectus aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Cuſtodiri ergo eum iubet Cæſar, vt dictis facta compen- C ſet. Sed die ſequenti hoſtes legationem de pace miſerunt, ſe ſuáque omnia dedentes, vnde nulli dubium talem victoriam ſancti meritis ſine ſanguine datam.

S. Martinus perrexit ad ſanctum Hilariũ. c. 4.

Relicta autem militia, ad ſanctum Hilarium Pictauienſem Epiſcopum perrexit, ſe eius diſciplinæ ſubiiciens. Qui eius feruorem attendens, vt eum ſibi arctius implicaret, in diaconũ ipſum voluit ordinare: quod ille modicus ex humilitate acceptare minimè acquieuit, ſed lectoratus ordinem non renuit. Non multò pòſt in ſomnis admonitus à Domino, vt parẽtes ſuos adhuc gen D tilitate detentos viſitaret, licentia à ſancto Hilario obtenta, quem cum lachrymis exorauit ad ſe redire, iter arripuit, prænuncians ſe aduerſa multa paſſurum. Inter alpes ergo iter agens, incidit in latrones. Cúmque vnus eorum ſecurim in caput eius vibraſſet, ictum ferientis ſuſtinuit alter, ſcilicet retinens manum illius. Vinctis autem poſt tergum manibus vni eorum cuſtodiendus traditur. Percunctanti autem latroni an timuiſſet, reſpondit ſe nunquam ita fuiſſe ſecurum, vtpote quia ſciret miſericordiam Dei maximè in tentationibus affuturam. Incipiens latroni prædicauit, & ad E fidem conuertit. Qui ad viam eum reducens, orationibus eius ſe cõmendans dimiſit. Poſtmodũ laudabilem vitam latro ille tenere viſus eſt.

Diabolus Martino infeſtus. Pſal. 117.

Cùm autem Mediolanum Martinus præteriſſet, diabolus ei in humana ſpecie apparens, quo pergeret requiſiuit. Cui cum reſpondiſſet, ſe quo eum Dominus vocaret, tendere. Ille ait: Quocunque ieris, diabolus tibi aduerſabitur. Et Martinus ad eum. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, id eſt diabolus, qui ſtatim vt fumus euanuit. In Pannoniam demũ adueniens, & parentes viſitans, matrem ad fidem conuertit. F Pater verò in errore permanſit.

Cùm autem hæreſis Ariana per orbem [& maximè per Illyricum] pullularet, & ille penè ſolus ibi obſiſteret, publicè cæſus, & de ciuitate eiectus, Mediolanum perrexit, monaſterium ſibi ſtatuens ibi: ſed inde ab Arianis depulſus ad inſulam Gallinariã ſeceſsit cum ſolo quodam magnarum virtutum presbytero. Ibíque manens helleborum venenatum ignorans inter cæteras herbas comedit. Ex cuius eſu vicinam ſibi mortem intelligens, virtute orationis omnem dolorem & periculum effugauit. Audiẽs poſtea beatum Hilarium ab exilio Pictauos redire, obuiam ei proficiſcens, cùm iam præteriſſet, Pictauos Martinus acceſsit, & iuxta ciuitatem illam monaſteriũ ſibi conſtruxit, multa miracula faciens.

A.C.400

Mediolani ſibi monaſteriũ conſtruit.

Petitur Turonenſis epiſcopus, cap. 7.

§. I.

EPiſcopo autem Turonenſis ciuitatis in Gallia de hac luce ſubtracto, conuenientibus vicinis epiſcopis, clero & populo Turonẽſi ad prouidendum ibidem de futuro antiſtite, cõuenerunt penè omnes in Martinum. Sed ſcientes eum, quia modicus, id eſt, humilis valde de monaſterio ſuo ad hoc non poſſe abſtrahi, Ruicitius quidã vnus eorum ſapienti vſus conſilio, ſimulauit vxorem ſuam grauiter infirmari, pergẽnſque ad monaſterium inſtanter rogauit Martinũ cum lachrymis, vt eam viſitare dignaretur pro ſalute animæ ſuę. Vir ſanctus compaſsione deuictus, pias ignorãs inſidias, egreſſus de monaſterio cum eum ſequeretur, appropinquantem ad ciuitatem, turbæ populorum quæ latebant, circundederunt, Epiſcopum ſuum vocitantes, & volentem pro humilitate fugere talem dignitatem, detinuerunt: in ciuitatem & Eccleſiam cum magna gloria & gaudio introducentes, vt conſecraretur epiſcopus.

Et cùm quidam Prælati contradicerent, eo quòd deformis eſſet habitu, & vultu deſpicabilis & modicus, & præcipuè vnus dictus Defenſor, lector autem ordinarius deeſſet, ſurrexit quidam ex clericis ad ſupplendum defectum, & aperto Pſalterio, quod primo occurrit audiẽtibus cũctis perlegit. Erat autem verſus ille. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, ſcilicet in Martino, ex petitione ſimpliciũ oſtendiſti laudem perfectam, propter inimicos tuos, qui hunc contemnebant, vt deſtruas inimicum & defenſorem, ad literam, ad confundendum illum, qui vocabatur Defenſor, magis cæteris reſiſtens tali laudi & nominationi Martini. Et ſic notatus eſt Defenſor ab omnibus cõfutatus. Electus autem Dei Pontifex in ſua ſolita modicitate humilitatis & auſteritatis permanebat aſsiduus. Vnde & in ſecretario reſidens, numquam cathedra vſus eſt. Nam in eccleſia nemo vnquam illum ſedere aſpexit. Sedebat autem in cellula ruſticana, quam tripodem vocant.

Pſal. 8.

Martini in epiſcopatu humilitas.

Leproſum inſuper cunctis horribilem Pariſiis obuiam habens, oſculatus eſt, atque benedixit, ſtatimque mundatus eſt. Et cùm tumultum populi diuerſis de cauſis ad eum accedentem ferre non poſſet, quieti contemplationis aſſuetus, extra vrbem duobus fere miliaribus monaſterium conſtruxit habitaculis humillimum, & acceſſu difficile: vbi octoginta diſcipulis congregatis, eremiticæ conuerſationis in maxima auſteritate degebat. Vinum ibi nemo nouerat, niſi infirmitas co-

Maius monaſteriũ à D. Martino conſtruitur.

a Donatiuũ largitio eſt Principis militibus facta. λήμαρα ἰσίσοις Bud. in Poſter. annotat. id eſt, ſplendida quadam, præter ſtipendia pecuniarum à Principe militibus facta acceſsio.

A.C. 400.

egiſſet. Mollis habitus ibi pro crimine habeba- tur. Exercitium corporale extra ſcriptoriæ artē, cui iuniores vacabant, non nouerant, ſed orationi tantum & lectioni vacabāt. Plures ex illis epiſcopi creati ſunt.

Cap. 8.

Cum vero in quodam loco pro martyre quidam coleretur à populo, Martinus nil certi muēto de nomine eius vel conuerſatione, a tali veneratione abſtinuit, ne colendo ſuperſtitioni augmentum præſtaret, & prohibendo ſine clara notitia deuotionem populi auferret, demum acceſſit ad locum, orationem faciens ſuper ſepulchrū, rogans vt ſibi notum fieret, quid illud exiſteret. Conuerſus ad læuam, vidit aſtare ibi vmbram nigerrimam. Adiuratus a Martino, vt quis eſſet, & cuius meriti extiteret, reſpondit ſe fuiſſe latronem, & ob ſcelera ſua ibi percuſſum, nihilque ſocietatis cum martyribus habere. Et ex tūc Martinus altare illud remoueri fecit, & venerationem loci inhiberi inſinuata fallacia.

Martinus eum cum qui martyr non erat non vult coleſe, veros martyres oſtendit colendos.

Cum autem in quadam feſtiuitate in monaſterio ad eccleſiam celebraturus accederet, pauper quidam nudus ei obuius fuit. Aſpiciens Martinus Archidiacono ſuo præcepit, vt algentem veſtiret. Sed cum facere archidiaconus diſtuliſſet, Martinuſque demum ſecretarium ingreſſus eſſet Eccleſiæ, ſolus pauper ille adhuc nudus ſe illi oſtendit. Et cum ſolus eſſet ex more ſuo orationi vacans, tunicam ſuam clam exuens, pauperi dedit, ſtatimque abire mandauit. Accedit ad eum Archidiaconus ſolicitans, vt ad miniſteria peragenda procederet. Ille de ſe loquens, ait ſe huiuſmodi agere non poſſe, niſi pauper veſtem accipiat. Archidiaconus non intelligens, quia cappa deſuper tectus eſſet, ipſum interius ſine tunica non videbat. Pauperem non adeſſe cauſatur. At ille. Veſtis mihi afferatur, pauper non deerit veſtiendus. Cōpulſus archidiaconus ad forum vadit, & vnam tunicam bigerrigam vilem & breuem, quinque argenteis emens, ante pedes Martini proiicit. Tūc ille excluſis omnibus cappa exutus illam veſtem ſe induit, & poſtea albam, ne videatur tunica, quā citiſſime accepit. Sic ergo pontificalibus indutus miſſam celebraturus ad altare procedit, pauper & modicus humilitate. Dum autem ſacramenta offerret pro populo, globus igneus apparuit ſuper caput eius viſus multis. Eleuando autem ſacramentum cum manicæ albæ defluerent, ſicque brachia eius nuda apparerent, quia tunica illa empta vix ad cubitos attingebat, fertur à quibuſdam angelos ſubito maniceis aureis & gemmatis brachia nuda cooperuiſſe.

Martinus pauperē nudū ſeipſum exuens induit. Sulp. dial. 2 de virtutib. B Marti. cap 2.

Variegatam veſtē variis coloribus. Galli vocant bigarree. Miſſæ ſacrificium pro populo Martinus offert.

Martinus quomodo diues.

§. II.

Eius ingreſſus eſt diues, virtutum & meritorū vbertate. De quibus diuitiis Grego. ait. Si vere diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate, ſcilicet virtutes. Quid dicitus patientia, puritate, iuſtitia, caritate, fide, & aliis, quibus ipſe clarum? Adeo patiens fuit, vt cum eſſet ſummus ſacerdos impune à clericis ſæpe lædebatur, nec à ſua eos propter humilitatis caritate pellebat. Nemo illum iratum vidit, nemo mœrentem, nemo ridentem. Ipſe archidiaconus eius delirum aliquando eum dicebat, nec tamen contra eum commouebatur.

Homi 15 ſuper Euange.

Martini patientia. cap 27.

Cum quadam vice Martinus in veſte hiſpida, nigro & pendulo pallio circumtectus aſino ſedens ad viſitandam diœceſim proficiſceretur, ſociis remotiùs ſequentibus eum, equis contra venientibus ante eum pauefactis, ſtatim milites ei imputantes in terram ſaltu præcipiti ſe dederunt, & Martinum arripientes grauiter verberauerūt. Ille verò mutus percutientibus terga præbebat. Ex quo magis illi furebant, eo quòd ille quaſi non ſentiens verbera illorum contemnere videretur. Poſt hæc equos aſcendentibus ad iter ſuum proſequendum, penitus animalia illa ita humo fixa manebant, vt quantumcunque flagellata, vt ſaxa firma manerent, quouſque illi compuncti, hoc adſcribentes iniuriæ illi exhibitæ ex verberibus, reuerſi ſunt ad virum Dei veniam poſtulantes de ſacrilegio in eum commiſſo. Quod ille liberè conceſſit, & licentia eis data abeundi: concito gradu equi eorum proceſſerunt. Superuenere ſocii, & eum in terra iacentem ex percuſſionibus inuenerunt gratias Deo agentem.

A.C. 400.

Tantæ puritatis & aſſiduitatis in orando extitit, vt quaſi nunquam ab oratione ceſſaret. Nam vt fabris ferrariis moris eſt, qui inter opera pro quodam laboris leuamine incudem feriunt, ita & Martinus dum aliud ageret ſemper orabat.

Martini puritas & orandi aſſiduitas.

Propter magnam eius puritatē Angeli & Sancti eum frequenter viſitabāt. Vnde cum quadam vice in cella Martinus ſolus oraret, & Seuerus & Gallus diſcipuli eius, qui hæc de eo ſcripſerunt, accedentes præ foribus expectarent, ſubito mirabili concuſſi horrore plures colloquentes audierunt, de quo cum poſtmodum ab eo quæſiuiſſent, reſpondit ille. Dicam vobis, ſed vos quæſo nulli dicatis. Agnes, Tecla & Maria ad me venerunt: nec tantùm illa die, ſed ſe ab eis viſitari ſæpius confeſſus eſt: & Petrum & Paulum ſæpius à ſe videri. Nec mirum, quia ſi mundi corde Deū videbunt: multomagis ſanctos eius.

Diues in iuſtitia fuit, non reſpiciens perſonam hominum. Nam in conuiuio à Maximo Imperatore inſtanter rogatus, ſe reperiēs cum capellano ſuo, cūm ex cratera ſibi oblata à miniſtro bibiſſet, & Imperator Maximus expectaret cum magna deuotione, poſtea de manu eius crateram accipere ad bibendum, non ipſi, ſed ſacerdoti ſocio ſuo obtulit dicens, poſt ſe nullum digniorem, vt ſuprà in præcedenti titulo habitum eſt. Sed altera vice, cum Valentinianum Imperatorem pro quadam iuſta petitione adiiſſet, & Imperator ei plures audientiam denegaſſet, claudi ei portas mandando miniſtris, quia illud quod intendebat Martinus, concedere nolebat. Demum Martinus pro eo inſtātiæ orationis ſe dedit per hebdomadam in cinere & cilicio ieiunans. Exinde angelo ſibi apparente, & vſque ad Imperatorem intrare monente, pergens ad palatium portis omnibus patentibus vſque ad ipſum Imperatorem peruenit. Quem cum Imperator vidiſſet, quòd fuiſſet admiſſus, iratus et adſurgere noluit, quouſque ignis regiam cellam inuaſit, & veſtes Imperatoris ex parte poſteriori incendere cœpit. Ex quo miraculo Imperator etſi iratus Martino, virtute diuina ſe emendatum ſenſiſſe confeſſus eſt. Vnde aſſurgens, multúmque eum complexus, omnia antequam peteret optata conceſſit, multaque ei munera obtulit, quæ tamē vir Dei non accepit.

Martini iuſtitia hæc ſunt in Matth. 5.

Valentinianus ei nolens loquitur & ei aſſurgit. lib dial. 2 ca. 6.

Diues in fide & caritate maximè fuit. Per ipſam enim caritatem (inquit Auguſt.) pauper eſt diues.

A.C. 420

diues. Tantæ compaſsionis fuit, vt omnes peccatores pœnitentes ſinu miſericordiæ reciperet. Et cum diabolus aliquando de eo conquereretur, cur lapſos in peccatum rurſus ad pœnitentiam reciperet: reſpondit Martinus, Si tuipſe miſerabilis ab hominum infeſtatione deſiſteres, & factorum tuorum te pœniteret, cóſiſus in Domino ego tibi Chriſti miſericordiam pollicerer. Ex magnitudine fidei montes transferebat, dæmones ſcilicet ſuperbia altiſsimos repellendo à creaturis, vt a vacca à dæmone agitata, & à ſe cultum diuinum fraudulenter ab eo extorquere curante.

Etiā dæmoni veniam promittit. li. 1. ca. 14.

Nam quadam die apparuit ei hoſtis antiquus in forma regis purpura & diademate, & caligis aureis ornatus lætaque facie. Cumque diu ambo tacuiſſent. Agnoſce demum (inquit diabolus) ô Martine, quē cernis, Chriſtus ego ſum, deſcenſurus ad terram, prius me tibi manifeſtare volui. Et cùm ille adhuc miratus taceret, rurſus diabolus ait. Martine, cur dubitas credere, cùm videas? Chriſtus ego ſum. Tunc Martinus à Spirituſancto edoctus ait. Dominus Ieſus non ſe purpuratum & diademate renitentem prædixit eſſe venturum. Ego Chriſtum niſi in ea forma & habitu, quo paſſus eſt, & ſtigmata crucis perferētem, veniſſe non credam. Ad hanc vocem ille confuſus diſparuit, cellámque fœtore impleuit. Sæpe dæmones ſub diuerſis ſpeciebus ei apparebant, aliquando in ſpecie Veneris, aliquando Iouis, aliquando Mercurij, aliquando Mineruæ, quos ille cognoſcens aſpernabatur.

Dæmō ei in ſpecie Chriſti apparet ca. 25.

Miraculorum eius multitudo.

§. III.

Ditiſsimus fuit in copia miraculorum, adeò vt poſt Apoſtolos nullus ſanctorū ei æquipararetur. Tantam igitur gratiam Dominus ei contulit, vt in virtute Trinitatis de fide meruerit fieri trium mortuorū ſuſcitator magnificus. In campo enim quadam muliere pro ſuſcitatione filij iuuenis cum lachrymis eum exorante, vbi erat multitudo gentilium, genibus flexis pro eo orāte ſuſcitatus eſt. Ex quo penè omnes illi gentiles ad fidem conuerſi ſunt.

Mortuos ad vitam reuocat li. 1. ca. 5.

Alter fuit catechumenus quidam, qui cùm in monaſterio Martini maneret in fide inſtruendus, & conuerſatione Chriſtiana, abſente Martino morte quaſi ſubita præuentus eſt. Reuertenti Martino hoc nunciato pro eo orauit, & à mortuis reſurrexit. Solebat viuificatus ille referre, quod cum anima eius à corpore ſoluta à iudice, cui præſentata fuerat, triſtē excepiſſet ſententiam, ad loca ſcilicet tenebrarum deputatus, ſubitò angelum iudici ſuggeſsiſſe hunc eſſe, pro quo Martinus oraret: vnde mandatum eſt animam ad corpus redire, vt Martinus optata perciperet.

Cap. 5. li. 1.

Tertius fuit quidam ſeruus, qui ſibi ex deſperatione laqueo viam extorſerat: cuius morti compatiens animæ ſimul & corporis, oratione ſuam animam ab inferis eduxit, quod maximum fuit, & contra legem cómunem paucíſsimis Sanctis conceſſum, & corpori ſocians ipſum ſuſcitauit.

Ibid. ca. 6

Ite Euantium auunculum Galli hoc narrantis grauiſsima infirmitate ad extrema deductū, cùm Martinus vocatus ad viſitandum eum accederet, ſanatus virtute eius, venienti in via ei occurrit. Et die ſequenti cum vnū de familia Euantij puerum ſerpens momordiſſet, diffuſúmque virus per membra morti appropinquaret, eo Martino oblato, cum digitum poſuiſſet ad vulnus, venenum per totum iam corpus effuſum reuocatum per illud foramen punctutæ exiuit, & ſanatus eſt.

Euātium ſanitati reſtituit, Dia. li. 2 cap. 3.

Adeo potens fuit in opere & ſermone, vt omnia ſubiecta viderētur ſub pedibus eius. Inſenſibilia, vegetabilia, animalia, & intellectualia. Ignis qui omnia deuorat, vim virtutis ſuæ per eum oblitus eſt. Nam cum ignem ipſe miſiſſet in quoddam fanum ad idololatriam ſubmouendam, & ignis illius flante vento ad domos vicinas ſe flāma extenderet, Martinus ſe flammæ oppoſuit, & vlterius non proceſsit. Altera vice cum in cameram, vbi quieſcebat, ignis incautè poſitus ſuccendiſſet in medio flammarum orantem, quia egredi non valebat, illæſus euaſit.

Martinus potens in opere & ſermone.

In aquis maris nauigantes quidam negotiatores tempeſtate oborta, cum periclitarentur, vnus ex eis etiam infidelis clamabat & dicebat. Deus Martini adiuua nos, & ſtatim tranquillitas facta eſt.

Pagum quendam, id eſt villam, Senonis ſingulis annis grando, quæ in aëre denſatur, vaſtabat. Auxilium incolis loci illius à Martino poſtulantibus, oratione pro eo fuſa ita ceſſauit tempeſtas illa, vt quamdiu vixit Martinus, poſtea ſcilicet per viginti annos tempeſtas illa non eos afflixerit, quæ tamen anno, quo mortuus eſt, rurſus inuaſit.

Grādinis cladē pellit, cap. 7.

Arborem pini excelſam dæmonibus dedicatā iamdiu in qua ſuperſtitiones gentiles exercebāt, cum iuſſiſſet excidi, reſiſtebant gētiles & ruſtici. Eo tamen pacto huic operi acquieuerunt, vt excidentibus ipſis pinum ea parte fixus maneret, qua caſuram nemo ambigeret, vt eam ſuper ſe cadentem ſuſciperet, quæ maxima erat. Quo annuente, quum inciſa arbor verſus Martinum ſe inclinaſſet, ipſe ſignum crucis oppoſuit, & mox in contrariam partem pinus ſe vertens plures gētilium qui in tuto loco erant fere oppreſsit. Ex quo miraculo ad fidem conuerſi ſunt.

Canem quendam latrantem contra ſe & quaſi mordentem mandauit in nomine Martini ſilere, & conticuit.

Canis cōticeſsit audito eius nomine. cap. 4.

Serpenti venienti per fluuium contra ſe & ſocios ex altera parte præcepit reditum vnde venerat, retroceſsítque quamcitiſsime.

Cum Condaceuſem diœceſim cauſa diſcordię ſedandę ad viſitandum pergeret, iuxta fluuium cum ſociis iter proſequens, videt mergos in flumine piſcibus inſidiantes & quoſque capientes. Forma (inquit) dæmonum hæc eſt. Inſidiantur incautis, capiunt neſcientes, captos deuorant ſaturaríque nequeunt deuoratis. Imperat igitur, vt deſerto gurgite, deſertas peterent regiones. Statímque grege facto montes ſyluáſque petierunt.

Apud Nemauſum ſynodo epiſcoporum congregata, per angelum ei fuit inſinuatum, quod in ea ſtatutum eſt.

Synodi Nemauſenſis acta didicit. c. 11.

Dæmones à pluribus obſeſsis eiecit, quem ita timebant, vt cum de monaſterio exiret, & ad eccleſiam accederet, dæmones per energumenos clamabant rugientes, quaſi adueniente iudice dāna ſentirent pœnarum, vnde quaſi gementes aduentum eius prænunciabant.

Oleum in ampulla vitrea ab eo benedictum ad diuerſos languores curandos ſupercreuit. Sed

A.C.400. etiam de feneſtra in pauimentum elapſa ampulla A marmoreum, infracta permanſit.

Obitus S. Martini ex epiſt. Sulpitij ad Baſſulam ſocrum ſuam.

§. IIII.

INgreditur demum cælum per felicem obitum. Nam pace inter clericos Eccleſiæ Condacenſis reformata, quo à diœceſi ſua progreſſus acceſſerat, cœpit viribus corporis repente deſtitui. Cõuocatíſque fratribus ſuis, ſui corporis diſſolutionem imminere prædixit. Flentibus autem diſci- B pulis eius vberrim atque dicentibus. Cur nos pater deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Et quis eos poterit à morſibus prohibere ſublato paſtore? Scimus quidem pater deſiderare te Ieſum, ſed ſalua ſunt tibi præmia tua, noſtri potius miſerere à Domino poſtulando prorogandum tibi terminum vitæ. Quorum lachrymis compaſsionis viſceribus motus flens & ipſe, Deum orauit dicens. Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, nõ recuſo laborem. Fiat voluntas tua. O virum ineffabilem (canit Eccleſia) nec labore victum, nec C morte vincendum, qui nec mori timuit, nec viuere recuſauit. Et cum aliquandiu febrium moleſtia teneretur in lectulo ſuo, vbi in cinere & cilicio decumbebat, & ſtramentum aliquod mollius, vt poni ſineret rogaretur, non acquieuit dicens. Non decet Chriſtianum, niſi in cinere & cilicio mori. Ego ſi aliud exemplum vobis relinquerem, ipſe peccaui. Oculis autem ac manibus in cælũ ſemper intentus, inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Et cum ſupinus ſemper iaceret, precantibus ſacerdotibus, vt mutatione lateris corpuſculum releuaret. Sinite me (inquit) cælum D videre potius quàm terram, vt ſuo iam itinere iturus ſpiritus dirigatur ad Dominum. Hæc autem dicens videt aſtare diabolum. Quid (inquit) hic agis cruenta beſtia? nihil in me funeſtum reperies, ſed ſinus Abrahæ me ſuſcipiet. Et in hac voce anno vitæ ſuæ octogeſimo primo migrauit ad Dominum. Cuius corpus quaſi glorificati hominis reſplenduit, auditúſque eſt à pluribus concentus angelorum, à quibus hymnis cæleſtibus honoratur. O quantus luctus hominum, quanta mœrentium præcipue lamenta monachorum, & virginum chori, quia pium eſt gaudere Martino, & E pium eſt flere Martinum.

In officio eiuſdem.

Non vult aliquid corpori ſubſterni.

Cæleſtis gloria eius oſtenſa eſt pluribus ſanctis viris. Beatus Seuerinus Colonienſis epiſcopus die dominica, qua ſanctus deceſsit, poſt matutinas cum eccleſiæ ſuæ altaria circumiret orãdo cum archidiacono, angelos in cælo cantantes audiuit. Vocánſque archidiaconum interrogauit an aliquid audiret, cui reſpondenti ſe nihil audire, dixit vt diligenter attenderet. Qui erigens caput orante pro eo Seuerino, dixit ſe voces quaſdam in cælo audire. Tunc ille. Dominus meus F Martinus migrauit ad Dominum, cuius angeli animam in cælum deferunt. Affuerunt & dæmones, ſed nihil ſuum reperientes confuſi receſſerunt. Notauit ergo archidiaconus diem & horam, & mittens reperit illa hora migraſſe ad Dominum.

Seuerinus Colonienſis mortẽ S. Martini cognoſcit Sur. ex MS. poſt Lippomanum id habet.

Eadem die cum beatus Ambroſius Mediolani miſſam celebraret ſolenniter, inter prophetiam & epiſtolam in altari obdormiuit, & cum nullus A.C.400. cum excitare præſumeret, & ſubdiaconus niſi epiſcopo innuente epiſtolam legere non auderet, tranſactis duarum vel trium horarum ſpaciis, excitauerunt eum aliqui dicentes. Pater hora prætetiit, & populus valde laſſus expectat. Iubeat ergo dominus noſter, vt ſubdiaconus legat epiſtolam. Quibus ille ait. Nolite turbari, frater meus Martinus migrauit ad Dominum, & ego eius funeri obſequium præbui, ſed vltimam orationem vobis excitantibus complere non valui. Notantes autem diem & horam inuenerunt illa die migraſſe.

Seuerus etiam monachus qui geſta ipſius Martini ſuperius poſita deſcripſit, vt refert, illa hora, qua de mundo tranſiniit, vidit beatum Martinum albis indutum vultu igneo, ſtillãtibus oculis, crine purpureo, manu librum tenentem, poſt benedictionem ei datam in cælum conſcendere, vbi hymnis cæleſtibus honoratur. Cúmque Pictaui & Turonici ipſo defuncto altercarentur de corpore, qui conuenerant ad locum tranſitus, demũ media nocte Pictauis ſomno graui ſopitis, Turonenſes per feneſtram corpus emittentes, per Ligerim flumen nauigio cum magno gaudio Turoniam detulerunt. Honoratur etiam magnifice ab Eccleſia cum præceperit diẽ natalis ſui ab operibus manualibus feriari. de conſec. diſt. 3. pronunciandum. Et multæ baſilicæ ſub eius titulo ſunt conſtructæ.

In epiſt. ad Dorelium Diacon.

Colitur 11. Nouemb.

De S. Brictio ex Greg. Turon. lib. 2. de geſtis Frãc. cap. 1. De eo ſcribit Seuerus lib. 3. vitæ S. Martini, & Fortunatus ſub finem lib. 4.

§. V.

SAnctus Brictius Martini archidiaconus, ei plurimum æmulus & moleſtus fuit ipſi ſancto Martino, conuicia aliquando inferendo. Nam cum quidam pauper ſemel Martinum quæreret, dixit ei Brictius. Si illum delyrum quæris, reſpice eminus. Ille eſt enim, qui quaſi amens cælum conſpicit. Cúmque pauper, quod petierat à Martino impetraſſet, vocat ad ſe Martinus Brictium dicẽs. An ego tibi delyrus videor Brictí? Quod cum ille præ verecundia ſe dixiſſe negaret, ait Martinus. Nonne aures meæ ad os tuum erant? Amen dico tibi, quia à Domino obtinui, vt mihi in epiſcopatu ſuccedas, & ſcias te in eo multa paſſurum aduerſa. Quod Brictius audiens dixit. Nonne verum dixi illum delyrum eſſe? Poſt mortem beati Martini Brictius eſt in epiſcopum Turonenſem electus, & deinceps orationi vacabat. Et licet ſuperbus, tamen corde caſtus erat.

Anno autem epiſcopatus ſui trigeſimo, mulier quædam religioſè veſtita, quæ eius veſtimenta lauabat, concepit & peperit filium. Tunc omnis populus exiſtimans illũ ex Brictio conceptũ, cum lapidibus ad ianuam eius cucurrerũt dicẽtes. Diu tuam luxuriam pietate ſancti Martini tolerauimus, ſed iam pollutas manus tuas nequaquam oſculari valemus. Illo viriliter hoc negante. Adducite (inquit) ad me infantem. Quo allato cum eſſet triginta dierum, dixit ad eum Brictius. Adiuro te per filium Dei, vt dicas coram omnibus, ſi ego te genui. Et infans, Non tu (inquit) es pater meus. Populo autem vrgente, vt quis eſſet pater eius inquireret. Reſpondit. Non eſt hoc meum,

Se caſti miraculo oſtendit.

feci

A.C. 400.

feci quod ad me pertinuit. Populus autem totum A hoc magicis artibus adſcribens ait. Nequaquam nobis falſo nomine paſtoris dominaberis.

Tunc ille pro ſui purgatione prunas ardentes in birro ſuo vſque ad tumbam beati Martini deportauit. Proiectiſq; prunis veſtis eius illæſa inuenta eſt, & ait. Sicut hoc veſtimentum à prunis non eſt læſum, ita corpus meum à mulieris contactu eſt mundum. Hoc populo autem adhuc nõ credente, multis iniuriis affectum ab epiſcopatu eiecerunt, vt ſancti Martini dictum impleretur.

S. Brictius à ſede à pontifica[t]u ... Pontifice ... [illegible]

a Tunc ſanctus Brictius Papam adiit, & ſeptem B annis ibi manens, quod in ſanctum Martinũ deliquerat pœnitentia defleuit. Populus autem Iuſtinianum ſibi epiſcopum fecit, & ad vrbem contra Brictium pro obtinendo epiſcopatu deſtinauit. Quo cum tenderet, in ciuitate Vercellenſi vitam finiuit, & Armenium loco eius populus præfecit. Septimo igitur anno Brictius authoritate Papæ rediens ſexto miliario à Turonis hoſpitiũ accepit, & eadem nocte Armenius ſpiritum exhalauit. Quod Brictius per reuelationem cognoſcens, dixit ſociis, vt ſurgerent, & ad tumulandum epiſcopum Turonenſem ſecum irent. Cúm- C que per vnam portam Brictius ciuitatem intraret, per aliam ille mortuus efferebatur. Quo ſepulto Brictius ſedem ſuã recuperauit, & ſex annis ſuperuiuens laudabilem vitam duxit, & in pace quieuit quadrageſimoſeptimo anno epiſcopatus ſui. Quod autem purgauit ſe à crimine falſo impoſito per prunas ardentes in veſte illæſa delitas, non fuit ſecundum legem communem, cùm huiuſmodi purgatio prohibeatur, ſed ex ſpeciali inſtinctu Spiritusſancti: vt habetur in decretis. 2. q. 5. Menna. & extra de purga. vul. per totum.

Colitur 11. Sept. Greg. epi. Lib. 11.

D

a Ex hoc loco perſpicere licet, ad Romanum Pontificem tanquam ad ſupremum cauſarum Eccleſiaſticarum iudicem Galliæ epiſcopos iniuria aliqua affectos recurrere conſueuiſſe: præterea Galliæ epiſcopos pro obtinendis epiſcopatibus, vel potius vt electio illorum confirmaretur, ad Pontificem Romanum perrexiſſe. ex quibus colligitur Romanum Pontificem ſupremam in Gallia iuriſdictionem illo ſeculo habuiſſe, ipſúmque tanquam caput, & ſacrorum principem fuiſſe agnitum. Vide Turrianum lib. 3. pro defen. Cano. Apoſt. cap. 4. qui hoc idem multis aliis confirmat exemplis.

Pontifex Romanus cauſarum eccleſiaſticarum iudex.

E

De S. Zenobio Epiſcopo Florentino, cuius vitam compoſuit Ioannes Aretinus, quam edidit Sur. tom 3. Meminit eiuſdem Paulinus in fine vitæ B. Ambroſij.

CAPVT XII.

LVX mundi Zenobius Pontifex Florentinus luce diuina illuſtratus Eccleſiam irradiauit, præcipuè in Tuſciæ F partibus, ſanctitate vitę, miraculorum gloria, necnon & doctrina, gemina ſcientia præditus, licet opuſcula ædita minimè poſteris reliquerit. Hic igitur nobilibus parentibus, ſed gentilibus ortus, patre Luciano, matre Sophia Florentinis duxit originem. Puerilibus autem annis literis traditus, ad totius philoſophiæ apicem acuto ingenio & ſtudio ingenti tempore breuiori peruenit. Cui progenitores, cum puellam pulchram & nobilem deſponſari procuraſſent, vige-

A.C. 400.

A ſimum ætatis ſuæ annum iam attingenti, carnales ipſe renuẽs nuptias, animam ſuam vni viro Chriſto deſponſauit in fide virginem caſtam, baptiſmum ab epiſcopo ciuitatis Theodoro humiliter petens, & deuotè ſuſcipiens. Audientes illud parentes furore repleti, cum comitiua ſuorum pontificem contumelioſis verbis aggrediuntur & minis. Sed adſtante Zenobio, & iam diuina gratia in eo mirabiliter operante, tanta ſermonis ſuauitas in labiis eius diffuſa eſt, vt nõ ſolùm conſanguinei cóceptam indignationem dimitterent, ſed B & relicto gentilitatis errore, & ipſi baptiſmi ſacramenta ſuſciperent.

Baptizatur ab epiſcopo ciuitatis. 2. Cor. 11.

Zenobius verò ſæculi vanitate contempta totum ſe diuinis mancipauit obſequiis clericus factus. Epiſcopo autem adhærens creatus eſt canonicus eccleſiæ cathedralis. Et de virtute in virtutem mira celeritate progrediens, in archidiaconũ ipſius baſilicæ eſt aſſumptus, factus omnibus ſanctitatis ſpeculum & religionis exemplum. Erat enim in oratione aſsiduus, prædicationibus deditus, diſputationibus hæreticorum, vt Arianorum venena propulſans, caritate diffuſus, libera- C lis ad pauperes, & omni probitate conſpicuus.

Canonici fuerunt quarto ſeculo.

Tranſiens autem beatiſsimus vir Ambroſius Mediolanenſis antiſtes per Florentiam, Zenobiũ ipſum viſitans, vt virum perfectum & doctiſsimum, ſibi intima & familiari quadam dilectione aſtrinxit. Nempe ad vrbem deueniens Ambroſius, Damaſo præſuli ſummu Zenobij ſanctimoniam & ſapientiam patefecit. Quamobrem Damaſus eum ad ſe accerſiri fecit, & ſecum manere conſtituit. Cum autem quadam die Damaſus papa ad eccleſiã ſanctæ Mariæ trans Tiberim proficiſceretur, & cum eo Zenobius, oblatum ſibi D præfecti filium paralyſi diſſolutum oratione ſua Zenobius reſtituit ſanitati.

Certis autem ex cauſis à ſummo pontifice Cõſtantinopolim legatus directus, id cuius gratia miſſus fuerat, fideliter & ſolerter adimplens remeauit ad vrbem.

Mittitur à Pontifice Cõſtantinopolim.

Interea accidit vt Theodoro epiſcopo Florentino de hac luce ſubtracto, de ſucceſſore eligendo non modica controuerſia & contentio inter Catholicos & hæreticos oriretur, propter quod vt ciuem Damaſus Zenobium deſtinauit ad ſe- E dandum tumultum. Eo autem appropinquante Florentiam, populus obuiam egreſſus eſt ei, eum cũ multo honore ſuſcipiens. Quem aſſociantes ad Eccleſiam vſque clamare vnanimiter omnes cœperunt, Zenobius ſit noſter epiſcopus. Sed hoc omnino recuſans onus intelligẽs, ad eum qui miſit illum regreſſus, nunciat ſe nil agere poſſe. Magiſtratus autem & populus ſolennes oratores ad Damaſum dirigunt, aſſerentes omnes vnanimes Zenobium petere, nec ad alium declinari, obnixis precibus ſupplicantes, vt ipſum in paſtorem ſuum concedere dignaretur. Reſtitit primo ſum- F mus antiſtes ſanctiſsimum virum dolens à ſe ſeparandum. Tandem importunis deuictus precibus, exaudiuit ad votum, Zenobium inſtituens epiſcopum Florentinum, & licet inuitum quaſi inuitus ipſe Florentiam ad exequẽdum officium paſtorale tranſmittit. Qui ſummo cum gaudio & veneratione ſuſceptus inthronizatur.

Zenobius inſtituitur epiſcop. Florẽtinus à Romano Pontifice.

Non diminuit, ſed adauxit indies vir ſanctus virtutum opera ſancta, gregem ſuum paſcens verbo doctrinæ & ſanctitatis exemplo, prædicatio-

A C 400.

nibus inſiſteos, & audientiæ confeſsionis, hæreti cos rationibus confutando, & exhortationibus remiſſos ad bona opera excitando, dyſcolos & prauos increpando, pauperibus vltra tenuitatem victus ſui omnia largiẽdo. Carnem domabat abſtinentia cibi & potus, quantum valetudo permitteret, cilicio tectus ſub tunica, ieiuniis & vigiliis inhærebat. Orationi autem & contemplationi cũ Maria intentus, vt aptius eis vacare valeret, cum ſanctis viris Eugenio archidiacono ſuo, & Creſcentio ſubdiacono in eccleſia ſancti Laurentij, quæ tunc extra muros prope tamen erat, vitam quaſi eremiticam ſeruans manebat.

Audiẽdis confeſsionibus vacat S. Zenobius.

§. I.

AD diuulgandam autem eius miram ſanctitatem & doctrinæ veritatem comprobandam, multa miracula per eum adhuc in carne poſitum dominus operari dignatus eſt. Plures enim mortuos ſuſcitauit. Nam cum quædam nobilis domina Gallicana ad limina apoſtolorum viſitanda pergeret, vnicum filium ſecum ducens, debilitatũ ex itinere, audita ſancti viri fama eum commendatum ſibi fecit vſque ad reuerſionem. Infirmatus autem adoleſcens feria ſecunda poſt Paſcha diem clauſit extremum, quando tunc actu beatus Zenobius cum clero & populo proceſsionaliter incedebat ad eccleſiam ſancti Petri maioris, ſicut etiam nunc obſeruatur. Fertur enim ipſum pontificem triduanam illam proceſsionem poſt Paſcha inſtituiſſe ad Dei miſericordiam implorandam erga indigne communicantes, & erga deuote ſumentes gratiam conſeruandam. Sed & mater adoleſcentis ea die ab vrbe veniens Florentiam ingreſſa, percepit filium ſuum ad Dominum migraſſe. Hæc autem etſi animo conſternata, fidei tamẽ magnanimitate ſuffulta, defunctum filij cadauer ſumi fecit, & copioſa turba eam ſequente ſibi compatiente accedit ad locum vbi audierat ſanctum virum adeſſe: Quæ ad eum perueniens, qui iam de eccleſia ſancti Petri egreſſus in via, quæ dicitur Albizorum cum clero procedebat, cadauer filij ad pedes ſancti deponit, veſtes ſcindit præ dolore, crines diuellit, lachrymis plena clamitat filium ſibi depoſitum viuẽ reddi nec aliter reuerſuram ad ſuos. Cuius lachrymis ſanctus Dei permotus, oratione fuſa ſigno crucis ſuper eum expreſſo, à mortuis rediuiuum effectũ matri ſuæ aſsignauit, vnde omnis clerus & populus Deo gratias agens immenſo gaudio eſt refectus in fide magis ac magis firmatus.

Mulier religioſa è Gallis Romam religionis ergo proficiſcitur.

Signo crucis mortuus ad vitam reuocatur.

Altera vice cum viſitaret ſanctus quamdam eccleſiam prope muros ciuitatis cũ clericis ſuis, contigit cadauer cuiuſdam adoleſcentis nobilis deferri ad tumulum per viam illam. Quod cum ſanctus percepiſſet, à via voluit declinare, ne illis occurreret: Sed illis ad eum feſtinantibus nequiuit. Ponentéſque corpus exanime ad pedes eius, rogabant vt eum ſuſcitare dignaretur, iã experti virtutem eius ad opus illud. Et cum plurimum ſe excuſaſſet à tanto opere, illis inſtanter deprecantibus, precibus eorum coactus, virtute orationis illum à mortuis ſuſcitauit.

Addidit & tertium ſuſcitare puerum, ſcilicet quinque annorum, quem prope eccleſiam cathedralem in via publica exiſtentem boues cũ curru furentes in ipſum irruentes cõtriuerant. Quem mater lachrymoſa in linteo colligens, Eugenio diacono ſancti viri attulit, vt ei offerens ſuſcitari ab ipſo deprecaretur, quod & factum eſt.

A C 400.

Cæcus quidam ad portam tẽpli eleemoſynam petens audita fama miraculorum eius, fide indubia in via ad eũ acceſsit, rogans vt eius miſereretur. Et quia gentilis erat, interrogauit eum beatus Zenobius, an Chriſtianus fieri vellet lumine recepto. Quo annuente pro eo orauit, & ſtatim viſum recepit.

Cæcum curat.

Quendam puerum à dæmone obſeſſum, (nam cum ipſum febribus vrentem mater quadraginta vicibus in nocte vocitata ab eo potaſſet, & iterũ potum peteret, attædiata mater potum obtulit dicens cum ira. Bibe in nomine diaboli. Et extunc dæmon illum inuaſit.) Oblatum autem ſancto à vexatione oratione ſua liberauit, ex quo qui infideles erant mater cum filio baptizati ſunt.

Cuiuſdam nobilis dominæ viduæ & gentilis quinque filij erant. Qui adulti effecti matrem iniuriis & contumeliis afficiebant non raro, vſque etiam ad verbera. Cum autem vna die ipſam acriter verberaſſent, irata illa quamplurimum eos maledixit ſub his verbis, vt diabolus eos itarraperet, quod verſi in rabiem dentibus ſuis brachia ſua deuorarẽt, eos immediate vltio diuina ſecuta eſt. Nam arrepti à dæmonibus, & in rabiem verſi, cœperunt ſibiipſis corrodere brachia. Quod mater aſpiciens lachrymis plena clamitabat adiutoriũ. Ad cuius clamorem excitati vicini, eos ne ſibi & aliis nocerent catenis alligarunt, demum mater adhuc gentilis ad ſanctum Dei refugium habuit, miſeriam filiorum exponens. Et facta oratione de mane vſque ad tertiam, demum liberatos a dæmonis reſtituit ſanitati, & eis cum matre poſt inſtructionem fidei baptiſmum tradidit.

Aliud exẽplũ ad idẽ ſpectans, ſed horribilius. vide de Aug. in 22. Ciuit ca 8 de his fere ambigua.

Cum ſemel eum viſitaſſet Ambroſius Mediolanenſis epiſcopus, familiaris ei à iuuẽtute factus: & Eugenius diaconus eius infirmus iaceret, audita morte cuiuſdam ſui attinentis [a] ſine animę ſuę decenti prouiſione, præ compaſsione aggrauatus eſt valde ex languore. Sollicitat Zenobium Ambroſius, & prouidere caſui non differat. Aquam igitur benedixit Zenobius, quàm Eugenio mittẽs imperat, vt de lecto exurgat, & ſuper mortuum ad domum in qua iacebat pergens effundat, & cum eo veniens ſine mora conſpectui ſuo ſe repræſentent. Quo facto ſurrexit, qui mortuus erat & ſimul ante ſanctum virũ aſtiterũt, qui & multo tempore poſtea ſuperuixit. Eugenius vero ad lectum rediens ea infirmitate fœliciter in Domino obdormiuit.

Aquæ benedictæ virtus.

Obitus S. Zenobij.

Poſtremo plenus dierum & operibus ſanctis obitum ſuum prænoſcens, congregato clero & populo in eccleſia, deceſſum ſuum omnibus publicauit, admonens eos ad caritatem fraternam, & mutuam pacem, de ſuo receſſu contriſtatos ſpe præſtandi eis ſubſidij in cælos aſcendens conſolatus eſt. Et inde ad domum reuerſus infirmatus ſumptis deuotiſsime eccleſiæ ſacramentis,

a Ioannes Aretinus hanc prouiſionem pœnitentiã & cætera Eccleſiæ ſacramenta nominat. habes autem hoc loco morem benedicendi aquam, quem Eccleſia obſeruat in vſu fuiſſe, quã quidam cum ſale benedictam ſcribit Aretinus. Sed de inſtitutione aquæ benedictæ eiúſque fructu lege Turria libr. 3. pro defenſio. Cano. Apoſt. cap. 9.

pſallen

A.C. 420.

pſallentibus clericis anno ætatis nonageſimo tempore Innocentij primi papæ. Anno ſcilicet ab incarnatione 424. 25. Maij, anima illa ſanctiſsima reſoluta a corpore penetrauit cæleſtia regna. Sepultus eſt autem eximio cum honore in eccleſia ſancti Laurentij, poſt mortem etiam non ceſſans miraculis eccleſiam illuſtrare.

Anno autem quinto à die ſepulturæ eius, ſucceſſor ipſius Andreas corpus ſancti transferre diſpoſuit ad Eccleſiam cathedralem ſaluatori intitulatam. Quod vt honorificentius fieret, circumſtantibus epiſcopis conuocatis ad hoc piiſsimum opus: cum epiſcopi pontificalibus induti ſacrũ corpus ab eccleſia ſancti Laurentij ad matricem deferrent, cum eſſent ante portam ſancti Ioannis Baptiſtæ oratorij, quæ eſt ex parte ſeptentrionali, vbi tunc erat quædam vlmus frondibus ſicca, quia hyems erat, ſcilicet 26. Ianuarij, oppreſsi epiſcopi à multitudine populi, feretrum ex deuotione ſingolis tangere cupientibus ceciderunt, & feretrum impulſum hincinde in vlmum impegit, cuius tactu ſubito vlmus ipſa fronduit & floruit. Demum in eccleſia deportatum honorabiliter eſt collocatum: caput tamen à corpore ſeparatum argenteo coopertum loculo deuote frequentius oſtenditur. Vlmus autem ex deuotinne per particulas ſciſſa, loco eius ad perpetuam rei memoriam columna marmorea erecta eſt, et crux etiam de marmore in culmine eius poſita, quę ibi permanet vſque in præſentem diem ante præfatam portam eccleſiæ ſancti Ioannis.

Vlmus ſicca frõdet.

Colitur ... Maij.

De S. Maurilio Andegauenſium epiſcopo, cuius vitam Fortunatus compoſuit, quam habet Sur. tom. 5. ex quo Vincen. lib. 17. cap. 20. quem deinde D. Anton. ſecutus eſt.

CAPVT XIII.

Contemporaneus beati Martini, immo & ab eo in ſacerdotium promotus fuit ſanctus Maurilius Andegauenſis, epiſcopus de quodam Mediolanenſi oppido ex ſplendidiſsimis parentibus ortus. Hic ſacris literis & liberalibus ſtudiis eruditus, à beato Ambroſio fuit in lectoré ordinatus, & in proceſſu temporis poſt alium ordinem à Martino in ſacerdotem. Exinde Andegauorum vrbé ingreſſus, audito, quòd in villa quadam cui nomen Calomoe, erat fanum antiquiſsimum diuerſis idolorum cultibus dedicatum, illuc acceſsit, vidénſque humana manu illud dirui nõ poſſe, dominũ exorauit, vt ſua ipſe virtute deſtrueret, quod & ſubito factum eſt. Nam igne deſcendente de cælo totum in momentũ combuſtum eſt. In quo loco ædificari fecit eccleſiam, & à beato Martino conſecrari eandem, vbi biſſenis annis habitans, ieiuniis & orationibus vacans multis virtutibus fulſit. Et inter cæteras,

... cru... pasto... re curat.

Paſtor quidam percuſſus à vipera, & in rumorem verſus ita, vt eius cito expectaretur interitus ante eum delatus fuit. Super quo facta oratione, & ſigno Crucis cum ſaliua ſua in vulnuſculo, per quod vipera virus infuderat, impreſſo, mox per locum illum omne virus per corpus ſparſum exiuit, & ſanatus eſt.

Dæmones e fan delubris fugat. ca. 21.

Non longe à dicto vico Calomne, quidã collis erat diuerſorum titulis idolorum decoratus in perditionem animarum. Ad eum igitur locum cum fidelibus perrexit, vt ipſum dirueret. At dæmonia ibi in idolis latentia clamare cœperunt. Quid nos (inquit) Maurili hic etiam perſequeris? In regionibus iſtis nullus eſt locus, quo ſe euadere valeamus. Signo autem crucis per ipſum oppoſito, repente rugitu magno dæmonia non ſine immenſo fœtore fugerunt, idolis autem per ignem in fauillam redactis, ibi honorabile conſtruxit monaſterium.

A.C. 400.

Et cum inibi reſidentiam ſanctus faceret, contigit mercatoribus illac tranſeuntibus quendam captum ab eis duci ad vendendum eis. Ille autem proſiliens intrauit eccleſiam, rogans virum Dei, vt ſe redimeret. Qui cum ex pietate pretium pro eo domino ſoluere vellet, non acquieuit ille, ſed vi eum de eccleſia à ſociis extrahi fecit. Orante autem viro ſancto, quamcitiſsime expirauit dominus ille. Socij autem timẽtes, ne & eos aliquod Dei iudicium pariter inuolueret, veniam poſtulantes inſtanter ſupplicabant pro vita defuncto reſtituenda. Sanctus autem metuens, ne illius eſſet occaſio perditionis, proſtratus in oratione cũ lachrymis, non ſurrexit donec & mortuo vitam & captiuo libertatem acquireret.

Mortuũ ad vitam reuocat.

Nauigantibus quibuſdam fluuium, & exorta tempeſtate naufragantibus, omni ſpe humana euaſionis amiſſa, illi virum ſanctum in auxilium inuocantes, facta tranquillitate incolumes euaſerũt.

Nauigantibus ſubuenit ca. 22.

Cùm autem frequenter nunc Eccleſias, nunc infirmos viſitando circumiret, & debilitate grauatus aſello vteretur, nocte quadam latro furatus eſt eum. Sed à dæmonio arreptus fuit, vt amens tota nocte vagabundus illuditur. Mane facto ante fores domus beati viri latro cum aſello affuit, confeſſus ſcelus ſuum. Et cum fugere niteretur, diabolo operante ne curaretur, adiuratus à ſancto permanſit, & liberato à dæmone, & poſtea à peccatis abſoluto pro labore nocturno, quem fuerat paſſus, tres aureos ei dari mandauit, & ſine aſello liberum abire permiſit.

Abſolutio peccatorum & cõfeſsio.

Andegauenſis epiſcopus quomodo deſignatus, cap. 23.

§. I.

Eccleſia autem Andegauenſi ſuo viduata paſtore, congregati ad prouidendum ſibi de futuro antiſtite, nõ conuenere in vnũ, quærentibus eis, quæ ſua erant, non quæ Ieſu Chriſti. His igitur ſic diſsidentibus nunciatur ſuperueniſſe Martinus Turonenſis archiepiſcopus, qui omnes eius præſtolabantur ſentẽtiam. Ingreſſus igitur ad eos ait. Viri fratres audite, & attendite conſilium meum. Qui à domino eſt electus, erit pontifex veſter, Maurilius eccleſiæ Calonnenſis presbyter. Qui pari voto in ſancti ſententiam conuenientes (iam enim nouerant viri virtutes & merita) accepto Archiepiſcopi præcepto, celerrime de propria raptum eccleſia, Martini præſentiæ nolentem ſiſtunt. Qui dum cum beato Martino eccleſiam ingrederetur, ad declarandam tanti merita ſacerdotis, columba niueo candore cælitus lapſa, ſuper caput eius deſcendit ac ſedit, & tunc eum Martinus conſecrauit, ac etiam exercitus angelorum. In pontificali iam ſede collocatus, tanta gratia domini rutilabat, vt non minora per eum, quàm per apoſtolos fierent ſigna virtutum, dæmones ab obſeſsis eiiciendo, ægrotos ſanando, cœcis viſum reſtituendo.

Phil. 2.

A.C.400.

Sed & aliud in ſancto multipliciter mirabile A eſt notandum miraculum, non vnum, ſed plura. Eo in baſilica miſſarum ſolennia celebrante, aduenit matrona quædam cum filio moriente, quem cum ipſa ſterilis eſſet, vir ſanctus orationibus à Domino impetrarat, cupiens, vt antequam puer obiret, ſacramentum chriſmatis ab eo ſuſciperet. Remorante autem in celebratione ipſo, puer exceſsit. Expleto autem Miſſæ officio, & quod abſque chriſmatis dono puer deceſſerat cognito, id ſuæ dilationi deputauit, lachrymis multo tẽpore irremediabilibus ſuæ culpã lugens inobedientię. B Cui cùm nec iſta ſufficerent, tandem cogitauit, quod inter conciues tantæ negligentiæ piaculum plenè expiare nequiret, niſi ſingularis elapſus patriam ciuéſque relinqueret.] Tali igitur reperto conſilio, occultè exinde ſeipſum eripuit, & ſanctorum capſæ reliquiarum ipſius Eccleſiæ claues ſecum portauit. Ad portum perueniens cæteris incognitus in nauim aſcendit, & nauigãte eo claues dictarum reliquiarum caſu de manibus elapſæ in æquore ſubmerguntur. Qui tunc clamaſſe fertur. Niſi claues ipſas reuidero, nunquam C vrbem repetam, quam effugio.

Sacramẽtũ Chriſmatis, id eſt cõfirmationis, mulier pia morienti filio poſtulat.

Transfretans igitur mutato habitu, vt minus noſceretur, vni principum regionis illius adhæſit, profeſſus ſe hortulanum, vnde ad excolendũ hortum ſuum eum deputauit, de labore manuũ ſuarum ſuſtentantem corpuſculum. Tantam autem copiã dominus oleribus dabat, vt omnibus, quibus neceſſe erat offerret, nec ipſa deficerent, vnde ab omnibus amabatur. Andegauorum ea hoc eccleſia quaſi viduata, admonẽtur complures in viſione, niſi Maurilium quæſitũ & inuentum, ad vrbem reducant, citò ciuitatem Andegauenſem ſubruendam. D

Quamobrem de communi conſilio plebis deputantur quatuor viri ſtrenui, qui per orbem diſcurrant ad eum inueniendum. Cúmque diu quæſiſſent per annos plures, nec quem quærerent per diuerſas regiones inuenirent, eis iuxta terram in tranquillo mari nauigantibus, ſubitò magnus piſcis è mari emerſus in nauim proſiluit: quem capientes cùm euiſcerarent, inuenerunt claues reliquiarum in ventre ipſius. Ea re plurimum admirantes, ſuſpicari cœperunt, ne ſanctus Dei naufragium paſſus, ſubmerſus fuiſſet: vnde & delibera- E bant ad patriam redire quaſi defunctũ exiſtimantes. Sed in ſomnis admoniti omnes, ne redirent, ſed cœptum maturarent negotium, ea hoc proſequentes nauigationem, demum deſcendentes in terram, diuina operante prouidentia: ad domum venerunt domini illius, qui ſanctum pro hortulano conduxerat. Et audientes dominũ illum vocare Maurilium, vt olera afferret de more, aduenientem eum recognouerunt. Qui ad pedes eius prouoluti ſunt, lachrymis multis rogantes, vt ciuitati Andegauenſi, quæ niſi reuerteretur ruitura erat, miſereretur. Ad quorum fletum, cum ſe negare non poſſet, obſtupefactus repugnare cœpit F obnixius, dicens, Voto me obſtrinxi & iuramento, nunquam ad patriam reuerſurum, donec videre merear claues quas amiſi. Quibus exhibitis ab illis, & quomodo inuenerint declarantibus, reuerti diſponit.

Quomodo tãdem inuentus ſit, c.25.

Interea iſtius negotij circunquaque peruolitat fama, & vbi peregrinus abiectus & hortulanus fuerat, à cunctis certatim veneratur. Vigiliis A & ieiuniis fatigato, ac etiam orationibus ſuper reditu ſuo paululum obdormienti, apparuit Angelus Domini, dicens. Surge Maurili, & populorum te requirentium exequere votum. Ecce enim oues tibi cõmiſſas meritis tuis & precibus ſeruauit Dominus, & puerum tibi reddidit, quẽ quæſiſti plorans diutius. Quid plura? Reuertitur ſanctus cum honore maximo in ciuitatem ſuam, & de Domini iam promiſsione ſecurus, ad pueri tumulum pergit, & lachrymis multis inuocans Chriſtũ, cum ſurgit Maurilius ab oratione, puer B à morte. Quem chriſmando ex euentu Renatum eum vocauit, & diuinis obſequiis mancipatus, Maurilio adhærens literis eruditus ſacris, tantis meruit florere virtutibus, vt poſt Maurilium pontificalem cathedram conſequeretur. Omiſsis miraculis aliis, vir ſanctus, ſemper victum pauperẽ, & aquam breuẽ, & ſupellectilem habuit vilem. Sanè cùm ſanctæ Quadrageſimæ dies aduenirẽt, erat ei per omne illud tempus aridus & veſpertinus cibus, die tertia aqua tepida & parum ſalis, ac panis hordeaceus, quem ipſe excutiens molebat, pedem non proferebat illis diebus in publi- C cum, cilicio ſemper tectus & cinere. Verũtamen non macie corporis torpebat, nõ pallor in vultu apparebat, robuſtus erat corpore. Facies eius vt roſa rubebat. Obiit autem anno ætatis ſuæ nonageſimo, epiſcopatus verò ſui trigeſimo. Et cum portaretur ad tumulum, cæci vt ſancti corpuſculi loculum tangere potuerunt, lumen recipere meruerunt.

A.C.400.

In ſuam ipſe diuæ reuertitur, & puerũ ſuſcitat, ca.26.

Mira eius abſtinentia incolumitas.

Coſſet. 23.S.3.c.

De S. Alexio cuius vulgatam hiſtoriam diſertè refert Metaph. tom. 4. Surij.

CAP. XIIII.

D

ALexius ſanctus, qui noua mundum arte deluſit, & de hoſte humani generis mirabiliter triumphauit, tranſiuit ex hoc mundo ad patrem omnium anno vigeſimo Innocentij primi, & imperatorum Arcadij & Honorij octauo anno miraculis coruſcans, qui in vita fuerat abiectus, & hominibus incognitus. Hic igitur eius geſta perſtringendo, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. decimooctauo, filius fuit Euphemiani ciuis nobiliſſimi Romani, vtpote qui primus erat in palatio E Imperatoris, plenus diuitiis, & familia multa ſeruorum. Et Deum timens cum vxore ſua Aglaide operibus miſericordiæ vacabant aſsiduè, necnon orationibus & ieiuniis. Cum vxor eius ſterilis eſſet, à Domino precibus obtinuerunt ei filium vnicum dari, quem Alexium vocauerunt. Et in moribus ſanctis nutrientes, & deinceps ipſi etiam à copula coniugali abſtinentes, diſciplinis liberalibus erudiendum tradiderunt.

Et cum adoleuiſſet, ſponſam ei de imperiali proſapia procurarunt, celebratiſque nuptiis tota ciuitas gaudio coronatur. Nempe ingreſſus Alexius nocte ſuperueniente in cubiculum ad ſpon- F ſam ſuam, eam alloquitur ad virginitatem exhortans, oſtendens hoc gratiſsimum fore Deo & angelis eius, voluptates autem corporis brutis ſimiles efficere, & vanitatem eſſe quamcitiſsime perituram. Hoc ei perſuaſo propoſito, ei tradidit annulum ſuum, & caput balthei, vt cõſeruet quouſque Deo placuerit. Accipiénſque de ſubſtãtia ſua, quod ſibi viſum eſt, clam de thalamo, & de domo receſsit, pergénſque ad mare nauim conſcen

Alexius ſponſam intactam relinquit.

A.C.400.

Sponte mendicitate diligit.

ſcendit,& ad Edeſſam Syriæ ciuitatem peruenit. A Ibi quæ ſecum tulerat pauperibus elargitus, veſte viliſsima circumtectus,cœpit in templo genitricis Dei Mariæ cum cæteris pauperibus mendicare,ſingulis diebus dominicis communionem percipiens,& quæ ſibi ſuperfluebant, aliis pauperibus conferebat.

Mane autem facto in ſecunda die nuptiarum non apparens Alexius per vrbem totam quæritur,& non inuento nuptiarum lætitia in luctum parentum & totius familiæ commutatur. Mittit B Euphemianus per vrbem nuncios ad inquirẽdum de filio,quorum aliqui ad Edeſſam Syriæ peruenientes eleemoſynam dederunt domino ſuo, inter pauperes mendicanti non eum recognoſcentes,ſed ipſe eos non ignorans ,gratias Deo egit, quod à ſeruis ſuis meruiſſet ſubſidium percipere temporale. Reuerſi vndique famuli nullibi eum ſe inueniſſe inſinuant.In mœſtitia igitur non modica permanent cuncti.Sponſa vero proteſtatur, vt turtur ſe amiſſo compare ſuo cum ſocru velle manere,quouſque à ſponſo ſuo dulciſsimo relaxationem accipiat. C

Imago B. virgin. S. Alexij ſanctitatem prodit.

Interea cum iam per ſeptemdecim annos mẽdicando perſeuerallet in dicta eccleſia orationi deditus totus,vox ex imagine virginis dictæ eccleſiæ ad ſacriſtam facta eſt dicens. Introduc hominem in domum Dei,quia eius oratio ſicut incenſum in conſpectu Dei aſcendit. Qui cum neſciret,quem hominem deſignaret, de Alexio ſibi declaratum fuit.Introducens ergo eum,& in magna veneratione eum habens,diuulgauit rem geſtam,timens autem ipſe ſibi de ſurreptione inanis gloriæ,quia à cunctis cœperat honorari,inde receſsit,& vt in Tharſum Ciliciæ perduceretur, D nauim aſcendit, ſed à vento contrario nauis ad portum Oſtiæ pulſa eſt.Ex illa deſcendens,& vrbem ingrediens patri obuiat,eum agnoſcens, ſed ignotus à patre,ſupplicatur eidem, vt manſiunculam aliquam in domo ſua dignetur concedere ad habitandum, vt eius dominus miſereatur, & peregini filij ſui. At ille audito filij nomine viſceribus commotus pietatis annuit, & ſeruis imperat ſuis,vt certum locum in ſuo palatio deputent illi,ac neceſſaria ſubminiſtrent. In atrio ergo domus ſuæ iubet ei habitaculum præparari: vt ingrediens & exiens videat illum, & de menſa ſua ei prouideat. Sed ſerui more ſeruorum dyſcoli, multas illi irrogabant iniurias, & deriſiones domino ignorante, & ipſo ſine querela omnia ſufferente, & in auſteritate magna orationi ſemper incumbente. Sicque ibi permanſit & aliis ſeptẽdecim annis.

In parentũ domo vt hoſpes excipitur.

Porro ſuum Domino ei obitum reuelante, vt ex diutino certamine reportaret triumphum, à ſeruis chartam poſtulauit, pugillarem & calamũ, & ſcripſit quis eſſet,& quomodo receſsiſſet, vbi conuerſatus fuerat,& omnia per ordinem enarrauit,clauſaque charta tradidit ſpiritum ſuperna petentem.Dominica vero die poſt miſſarum ſolennia audita eſt vox de cælis dicens. Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos.Ex qua voce omnes territi ſunt,& ſtupefacti. Facta eſt ſecundo vox dicens. Quærite hominem Dei,vt oret pro Roma.Inquirentes inter ſe quis ille eſſe poſſet,& cognoſcere non valentes, tertio audierunt. In domo Euphemiani quærite.Et omnes conuerſi ad eum, qui præſens

Obitus B. Alexij.

Matt. 11.

erat,& requirentes,cur tantam gratiam aliis vellet occultare,& ipſe quoque ſe neſcire profeſſus eſt. Summo igitur pontifice Innocentio cum imperatoribus Arcadio & Honorio proficiſcentibus ad domum Euphemiani, præcucurrit ipſe ad ornandum domum ſecundum decentiam eorum. Vnus autem ex ſeruis,qui Alexio attentius miniſtrabat,dixit Euphemiano.Vide domine, ne forte is ſit peregrinus ille, quem ſuſcepiſti, & diu tenuiſti in domo tua. Magnæ enim patientiæ, & orationis homo ille eſt. Qui ad domum perueniens,acceſsit ad cellulam habitationis illius, & inueniens eũ defunctum, faciẽ eius diſcooperiẽs relucentem vidit, vt vultum angeli. Chartamque clauſam,quam in manibus detinebat,volenti accipere non dimiſit.Superuenientibus ergo Papa cum imperatoribus, & multitudine maxima plebis,nunciat Euphemianus hominem Dei inuentum,& chartam in manibus tenentem, quam dimittere noluerat. Accedens ſummus antiſtes ad locum vbi iacebat ſanctum corpus, chartam de manibus eius accepit,quam ſubito dimiſit. Et legendam notario coram omni populo tradidit.

Poſt mortem quis fuerit dignoſcitur

At Euphemianus audiẽs filium nominari, exanimis factus in terram cecidit. Reſumpto autem ſpiritu ſcindit veſtimenta ſua, capillos ſibi euellit præ dolore immenſo, voces miſerabiles intonat,lachrymas copioſas effundit, ſuper corpus filij ſe proiicit, oſculari non deſinit dicens. Heu mihi domine meus, quare me afflixiſti? cur per tot annos animam meam contriuiſti &c. Sed & genitrix eius hoc audiens, quaſi leæna raptis catulis rugiens,lachrymis plena ſuperuenit.Et ſimiliter vxor poſt eam,verba quæ excogitari non poſſent in huius aduentu proferens clamoſa & lachrymoſa.

Pſal 4.

Miraculis eius ſanctitas declaratur.

Mirificauit autem dominus ſanctum ſuum.Nã ad contactum eius cœci vident,infirmi curantur, obſeſsi à dæmonibus liberantur. Videntes autem tanta mirabilia ad honorem & non paruum profectum, voluerunt ipſi ſummi rectores talis ſarcinæ eſſe vectores.Deportatúmque eſt ſacratiſsimum corpus cum difficultate non modica propter multitudinem ſacras reliquias tangere cupientium, ad eccleſiam ſancti Bonifacij, ibíque honorificentiſsime cum hymnis & laudibus reconditum eſt 17. menſis Iulij. Anno domini 410. E

Colitur 17. Iul.

De Paula Romana nobiliſsima ex Sigeb. in Chron. & D. Hier. in epitaphio Paulæ matris epiſt. 27. tom. 1. vide etiam Palladium vit. 125.

CAP. XV.

ANno ſequenti ſcilicet nono Honorij imperatoris,vt ait Sigebertus, Paula nobiliſsima,ſapientiſsima, & ſanctiſſima mulier migrauit ad Chriſtum. Cuius vitam deſcribit Hierony.ſic incipiens. Si F cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce reſonarent, nihil dignum ſanctæ Paulæ virtutibus dicerem. Nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate, potens quondam diuitiis, ſed nunc Chriſti paupertate inſignior:Gracchorum ſtirps, ſoboles Scipionũ, Pauli hæres, cuius vocabulum trahit Martiæ Papyriæ matris Aphricani vera & germana progenies. Romæ prætulit Bethlehem,& auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit. Si inter

tales

A.C.400.

tales tantáſque virtutes caſtitatem laudare voluero, ſuperfluus videar, in qua etiam cùm ſecularis eſſet, omnium Romæ matronarũ caſtitatis exemplum fuit.

Quæ ita ſe geſſit, vt nunquam de illa etiã maledicorum quiſquam auderet famam contingere. Non appetebat potentes, nec tamen ſuperbos, & glorioſam quærentes, faſtidio deſpiciebat. Pauperes ſuſtentabat, diuites ad benefaciendum inuitabat. Fugiẽdo gloriã, gloriã merebatur, quæ virtutẽ quaſi vmbra ſequitur: & appetitores ſui deſerẽs appetit cõtẽptores. [Carpamus igitur narrãdi ordinem. Alij altius repetãt, & à cunabulis eius, B ipſiſque, vt ita dicam, crepũdiis: matrem Blæſillam & Rogatum proferant patrem, quorũ altera Scipionum Gracchorúmque progenies eſt, alter per omnes ferè Græcias, vſque hodie ſtemmatibus, diuitiis & nobilitate fertur ſanguinem Agamemnonis trahere, qui decennali Troiam obſidione deleuit. Nos nihil laudabimus, niſi quod proprium eſt, & de puriſsimo ſanctæ mentis fonte profertur.] Tali igitur ſtirpe generata iũcta eſt viro Toxotio, qui Æneæ & Iuliorum altiſsimum ſanguinem traxit. Et hec dicimus, non quod habentibus grandia ſint, ſed quod contemnentibus C mirabilia, homines ſæculi eos, qui his pollent priuilegiis, ſuſpiciunt, nos laudamus eos, qui propter Chriſtum iſta deſpiciunt. Quinque liberos edidit, Blæſillam ſcilicet: ſuper cuius morte eam Romæ conſolatus ſum. Paulinam, quæ ſanctũ virum Pammachium, & propoſiti, & rerum ſuarũ reliquit hæredem, ad quem etiã ſuper obitu eius paruulum edidimus librum. Et Euſtochiũ, quæ nunc in ſanctis locis virginitatis & Eccleſiæ monile pretioſum eſt. Et Ruffinam, quæ immaturo funere pium matris animum conſternauit, & Toxotium, poſt quem parere deſiit.

Paulæ liberi Epiſ. 25. to. 1. ep. 26.

Quis inopum moriẽs non illius veſtibus ob- D uolutus eſt? [a] Quis clinicorum nõ eius facultatibus ſuſtentatus eſt, quos curioſiſsimè tota vrbe perquirens, damnum putabat, ſi quiſquam debilis, aut eſuriens cibo ſuſtentaretur alterius? Expoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem ſe eis hæreditatem Chriſti miſericordiam dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelſi generis & nobiliſsimæ familiæ viſitationes & frequentiam ſuſtinere.

Paulæ in egenos benignitas.

Epiphaniũ priùs Salaminæ Cypri epiſcopum, quę nunc Conſtãtia dicitur, hoſpitẽ aliquãdo ha- E buit, & Paulinum Antiochenæ vrbis epiſcopum in alia manentem domo quaſi proprium humanitate poſſedit. Quorum accenſa virtutibus per momenta patriam deſerere cogitauit. Quid vltra differo? Deſcendit ad portum fratre, cognatis, affinibus, & liberis proſequentibus, & matrẽ pietate vincere cupientibus. [Iam carbaſa tendebantur & remorum ductu nauis in altum protrahebatur,] paruulus Toxotius ſupplices manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis, vt ſuas expectaret nuptias, tacens fletibus obſecrabat. Et tamen illa ſiccos oculos tendebat ad cælum, pie- F tatem in filios ſuperans pietate in Deum. Neſciebat ſe matrem, vt Chriſti probaret ancillam. Sic

Pergit Hieroſolymã religionis cauſa.

a Qui lecto accubant Clinici vocantur, quòd inde propter infirmitatem ſurgere nequeãt, κλίνη enim lectus eſt. pro Clinici anteà clerici falsò legebatur. Marian. vid. in eum locum

A nauigio mare ſulcans multas regiones peragrauit, loca ſancta terræ promiſsionis & Aegypti monachos viſitauit. Tandem in Bethlehem manſura perpetuo per triduum anguſto manſit hoſpitio, donec cellas & monaſteria & peregrinorum manſiones extrueret iuxta viam, in qua Maria & Ioſeph hoſpitium non inuenerant.

A.C.400.

Cum autem primo viſitauit Domini præſepe, vidit viſione quadam imaginaria vel ſenſibili Chriſtum de virgine naſci, angelos collaudãtes, magos adorantes, ac ſi tunc actu illa fierent, vt refert idem Hieronymus in ſermone de aſſumptione, B circa principium. Tanta hæc humilitate (quæ prima virtus eſt Chriſtianorum) ſe deiecit, vt qui prius eam vidiſſet, eam iam eſſe non crederet, ſed ancillularum vltimam. Et cum frequentibus virginum choris cingeretur, & veſte, & voce, & habitu, & inceſſu omnium minima erat. Nunquam poſt viri mortem cum aliquo viro, quamuis eum ſanctum ſciret, comedere voluit. Balneas niſi periclitans non adiit. Mollia ſtrata lectuli etiam in grauiſsima febre non habebat, ſed ſuper humum duriſsimam ſtratis ciliciolis quieſcebat, ſi tamen quies dicenda ſit, quæ iugibus pene orationibus C dies noctéſque iungebat. Ita leuia peccata plangebat, vt eam grauiſsimorum criminum reã crederes. Cúmque à nobis crebrius moneretur, vt oculis parceret, eóſque euangelicæ lectioni ſeruaret, dicebat. Turpanda eſt facies, quam cõtra Dei præceptum purpuriſſo & ceruſſa & ſtibio ſæpe depinxi. Affligendum corpus, quod multis deliciis vacauerat. Longus riſus perpeti fletu compenſandus eſt. Mollia linteamina & ſerica pretioſiſsima, aſperitate cilicij commutanda.

Hoc habetur in epitaphio

Corporis maceratio.

Excedebat modum liberalitas ſola, & vſuras tribuens, verſuram quoque faciebat. Fateor erro- D rem meum. Cum in largiendo eſſet profuſior, arguebam & præcauendum eſſe dicebam, ne quod libenter faceret, ſemper facere non poſſet: ſecundum illud apoſtoli. Non vt aliis ſit remiſsio, vobis autem tribulatio. Quæ illa mira verecundia & ſermone parciſsimo diſſoluebat dicens, hoc ſe voti habere, vt mendicans moreretur, & vt nec vnum filiæ nummum dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur.

Eius liberalitas.

2. Cor. 7.

Hebræam linguam, quam ego ab adoleſcentia multo labore & ſudore didici, diſcere voluit, & conſecuta eſt, ita vt pſalmos Hebraicę caneret, & E ſermonem abſque vlla latinæ linguæ proprietate perſonaret, quod vſque hodie in ſancta eius filia Euſtochio cernimus, quę ita matri ſemper adhæſit, eiúſque imperiis obediuit, vt nũquam abſque ea cubaret, procederet, vel cibum caperet, & nec vnum nummum ſuæ poteſtatis haberet. In hoc ſolo patriæ deſiderium habuit vt filium, nurum, nepotem, renunciare ſæculo, & Chriſto ſeruire cognoſceret.

Paulæ & Euſtochij eius filiæ peritia.

Cùm autem in grauiſsimam ægritudinem incidiſſet, Euſtochij filiæ ſemper in matre probata pietas: tunc magis ei in omnibus ſedulò adſiſtendo F comprobata eſt. Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu inter iacentẽ matrem & ſpecum Domini diſcurrebat, ne tanto contubernio priuaretur, ne illa abſente viueret, ſed eodem feretro portaretur. Quid plura? Sentiebat prudentiſſima fœminarum adeſſe mortem, & quaſi ad ſuos pergeret, alienóſque deſereret, illos verſus ſuſurrabat, Domine dilexi decorem domus tuæ, &c.

Pſal. 25 & 83.

&

A.C. 418. & Quam dilecta tabernacula tua Domine &c. A Cùm autem interrogaretur à me, cur taceret, cur reſpondere nollet inclamanti, an doleret aliquid: Græco ſermone, quem nouerat, reſpondit nihil ſe habere moleſtiæ, ſed omnia quieta & trãquilla perſpicere. Poſtmæ obmutuit, digitumque ad os tenens ſignum Crucis in labiis pingebat, ipſúmque ſtridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini conuertebat. Aderant Hieroſolymorum & aliarum ciuitatũ Epiſcopi, ſacerdotumq; & leuitarum ac monachorum, [& virginũ chori repleuerant. Statimque vt audiuit ſponſum vocantem. Surge, veni proxima mea, columba mea, B Læta reſpondit. Flores viſi ſunt in terra, tempus lectionis aduenit. Exhinc non vlulatus, non planctus, ſed pſalmorum linguis] diuerſa examina concrepabant. Tranſlataque feretro epiſcoporum manibus, in medio Eccleſiæ in ſpelunca ſaluatoris eſt poſita.

Paula moriens ſignum crucis labiis.

TITVLVS XI. CONTINET GESTA CENTVM ET DVOrum annorum vel circa,

ſcilicet ab anno C Domini 418. vſque ad annum 518. & de pontificibus ſummis vndecim, ſcilicet Bonifacio, Cæleſtino, Xiſto, Leone primo, Hilario, Simplicio, Fælice ſecundo, Gelaſio, Anaſtaſio ſecundo, Symmacho, Ormiſda. Et de imperatoribus in oriente, Theodoſio iuniori, Martiano, Leone primo, Zenone, & Anaſtaſio ſucceſſiue. Et in occidente imperantibus Valentiniano tertio, & vſurpatoribus, poſtea Ma- D ximo, Auito, Maioriano, Seuero, qui & Seuerianus, Anthemio, Oreſte, Odoacro. Et deniq̃ à Zenone factus eſt rex in Italia Theodoricus, altero alteri ſuccedente. Cõtinet etiam titulus iſte de aliis regnis, exortu & progreſſu eorum, ſcilicet de regno Perſarum, Gothorum, orientalium & occidentalium ſcilicet ibi regnantium, & Hunnorum regno. Vuandalorum, qui Ariani effecti perſecuti ſunt eccleſiam in E Aphrica. De regno Longobardorum, de regno Francorum & Britonum. Continet etiam de doctoribus illius temporis, & ſanctis epiſcopis & abbatibus tunc florentibus.

Summa- rij vn- decim.

Regnorum multorum origo, ex Sigeberto in Chronicis.

CAPVT I.

AB anno dominicæ incarnationis 381. quo cœpit Gratianus imperare, Sigebertus F plurimo regnorum cœpit cõtemporalitatem deſcribere, ſcilicet Romanorum, Perſarum, quod poſtea factum eſt Saracenorum, regnum Francorum, Anglorum, regnum Vuandalorum, regnum Longobardorũ, regnum Viſigothorum, regnum Oſtrogothorum, & regnum Hunnorum. Et de his omnibus aliqua notabimus breuiter. Et de regno quidem Romanorum, de quo dictum eſt, & dicendum vſque ad præſens tempus vita comite, ſcilicet ad annum Domini 414. ſic ait Sigebertus in Chronicis ſuis. A.C. 414.

Illud regnũ iuxta Danielis interpretationem ex viſione ſtatuę habita à Nabuchodonoſor, eſt quarta monarchia & vltima mundi, ſignata in tibiis & pedibus ſtatuæ ferreis, luto tamen mixtis. Sicut enim ferrum comminuit, domat, & conterit omnia, ſic ab origine ſui iſtud contriuit, contudit, & domuit omnia pene mundi regna. Nouiſſimo vero tempore regnum illud, quod in tibiis ſuis ferreis diutiſſime & firmiſſime ſine aliqua laſſitudine ſteterat, tandem ferro ſuæ fortitudinis commixto in pedibus cum teſta humanæ imbecillitatis, ex alto ſuæ dominationis gradu cum fragore terribili labare cœpit. Hoc regnum primum Perſæ impetiuerunt, qui ſemper cum Romanis pene ex æquo ſe habuerunt: modo vero vacillante reipublicæ ſtatu eos vltra impetere non timuerunt, & inſuper ſuis finibus mutilare potuerunt, quando Iuliano apoſtata cæſo, & exercitu miſerabiliter ſubiugato, nimis Perſæ fortunati facti ſunt ex eorum infortunio. Et ita regnum illud, quod tanto tempore omnes pene mundi gentes prædæ & ludibrio habuerat, modo omnipotentia Dei iraſcente, ei duplum in poculo, quod cæteris miſcuit reddente, cunctis penè gẽtibus prædę & ludibrio patuit. Et qui olim pro ſola gloria cum cæteris gentibus certabant, modo ſalutis ſuę vix ſatis conſulere poterant. [a] Nam quæcunque gentes aut minuendæ de domo multitudinis cauſa, aut amore exercendæ ſuæ feritatis à patria ſua exulabant, Romanorum imperium laceſſebant, & de eius latiſſimo corpore velut partes quaſdã excidebant, & in eis regnandi ſibi locum ſtatuebant. Et quia ex poteſtatibus eccleſiaſtica & regali quibus mundus regitur, potior eſt eccleſiaſtica, vt habetur diſtin. 96. duo ſunt, ideo prius de ſummis pontificibus tractandum eſt.

Dan. 2. Romani imperij excellentia & caſus.

Perſæ Romani imperij ſemper æmuli.

a Imperij hæc laceratio vtilis fuit. Nam primò bellis ciuilibus finem impoſuit: deinde penitus idololatriam ſuſtulit, quam ne Chriſtiani quidem Imperatores radicitus extirpare potuerunt. Inde denique Chriſtiana multa regna exorta ſunt, quorum vnumquodque pro ſuo modulo Chriſtianam religionem propagauit. Maior enim erat imperij moles, quàm vt principes eius ſoluti, neémque vni Chriſtiana rei poſſent intendere. Sicq́; impletũ eſt illud Apoſto. 17. Decem cornua, quæ vidiſti in beſtia, odient fornicariam, & deſolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igne concremabunt. Geneb.

S. Bonifacius Pont. max. 43. ſed. ann. 3. men. 9. di. 28. A.C. 419. ex Bibliot. & aliis.

§. I.

ZOzimo, de quo dictum eſt ſuprà in titulo decimo, ſucceſſit in ſummo pontificatu Bonifacius quadrageſimus à Petro, natione Romanus, & Eccleſiæ præfuit annis tribus, menſibus quinque, diebus tredecim. Contra hunc quidam alius ordinatus eſt Papa nomine Eulalius. Quare diſſidente clero iuſſu Honorij Imperatoris, qui adhuc viuebat, Bonifacius, qui bis ordinatus fuerat,

A.C. 414.

rar,in ſede Apoſtolica collocatur.Cúmque mortuo Bonifacio peterent multi Eulalium,qui fuerat expulſus, reuocari:non conſenſit Eulalius Romam reuerti.Et nota,quòd circa hoc ſcribit Honorius Imperator huic Bonifacio Papæ, vt habetur diſt.79.ſi duo. Si duo forrè contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis fieri ſacerdoté decernimus, ſed illum ſolum in Apoſtolica ſede permanere cẽſemus, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuerſitatis conſenſus elegerit.

Si duo Romæ ordinētur epiſcopi ambo pellantur. Hon. in reſcripto ad Bonifſ tom.1. Concil.

Vbi not.gloſ.quod cùm ad Imperatoré nó ſpectet aliquid ſtatuere de electionibus & aliis rebus eccleſiaſticis, hoc fecit rogatu Eccleſiæ,& Eccleſia illud approbauit. Et, vt ſubdit Gratianus in §.ſeq.hoc non intelligitur, quando vnus eſt electus canonicè, & alius poſtea de facto creatur: quia primus obtinet,vel ſecundum gloſ.intelligitur quando neuter eſt electus à duabus partibus cardinalium,vt requiritur: quia tunc nullus corũ eſt Papa,vt extrà de electio. in fi. Vel concilium conuocabitur, quando ſcilicet dubium eſt de iure vtriuſque.

Conſtitutiones Bonifacij ex lib.Pontificali.

Hic Bonifacius etiam decreuit,vt nulla mulier aut monacha palam ſacratam altaris contingerẽt, aut lauaret, aut incenſum ad altare daret. Et vt ſeruus & obnoxius non ordinetur, ſcilicet niſi liberatus.Præfuit autem Romanæ Eccleſiæ anno Honorij Imperatoris decimo,ab incarnatione autem Domini anno 418.

Colitur 25.Octo.

Sanctus Cæleſtinus Pont. max. 44.ſed.ann. 8. menſ. 5. di. 3. A.C. 423.

§. II.

BOnifacio de hac luce migrante ſucceſsit in ſede Petri Cæleſtinus Papa 41. natione Romanus,ſedit annis 9. menſibus 10. diebus 9. Hic conſtituit, vt introitus Miſſæ diceretur ex Pſalmis Dauid, quod obſeruatur vt plurimum,quod antè non fiebat, ſed dicebatur Epiſtola Pauli & Euangelium. Et non ſolùm introitus, ſed etiam gradualia,ſeu reſponſoria, & offertoria ante ſacrificium, & orationes cũ modulatione ad Miſſam in Romana curia cantari cœperunt.Sub hoc Cæleſtino beatiſsimo præſule,Petrus quidam Epiſcopus in monte Auentino ædificauit Eccleſiã ſanctæ Sabinæ,& ipſam Cæleſtinus conſecrauit, & plura corpora Sanctorum poſuit, & præcipuè Alexandri Papæ primi,Euentij, & Theoduli, & ſanctæ Seraphæ virginis,& ſanctæ Sabinæ viduę & martyris,& nunc eſt fratrum Prædicatorum.

Cæleſtini conſtitutiones ex lib.Ponti.

Ab iſto Cæleſtino Papa ad Scotos in Chriſtũ credentes, miſſus eſt Palladius epiſcopus. Poſt quem ab eodem miſſus eſt Patricius ad eos genere Brito,filius Cõches ſororis ſancti Martini, qui ab ipſo Cæleſtino Archiepiſcopus Scotorum ordinatus, per annos ſexaginta ſanctitate inſignis, & doctrina excellens totam inſulam Hyberniæ ad Chriſtum conuertit,de quo infrà dicetur.

Hic Cæleſtinus contra promouentes ad ordines & dignitates laicos,& indignos inuehitur ſic dicens.Debet antè eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſsit docere, quod didicit.Omnis enim vitæ inſtitutio, hac ad id, quo tendit,ſe ratione confirmat. Qui minimè lucris operam dederit, præceptor eſſe non poterit litterarum.Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad meritum ſtipendij ordinem non poterit peruenire.Solum ſacerdotiũ inter iſta rogo vilius eſt, cur facilius tribuitur, cùm difficilius impleatur. diſt.59.ordinatos.

Neceſſe eſt prius eſſe diſcipulũ quã magiſtrũ ep.2.ca.3. to.10.Concil.

A.C. 426.

Idem Cæleſtinus diſt.62.docendus. Docendus eſt populus, non ſequendus. Noſque ſi neſciunt eos, quid liceat, quidve non liceat commonere, non iis conſenſum præbere debemus.

Nõ oportet ſacerdotes laicis ſe ſubiicere.ep. 3.ca.16.

Idem 26.q.6.c.agnouimus.ait, Salutem homini adimit, quiſquis mortis tempore pœnitentiam ſibi denegauerit. Et deſperat de miſericordia Dei,qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere,vel in momento non credit poſſe. Perdidiſſet latro præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cùm eſſet in pœna,pœnituit,& pro vnius iuſsione ſermonis habitaculum paradiſi eo promittente promeruit.

Sub hoc Cælęſtino papa,vt dicitur in decret. diſt.16.cap.ſexto, ſecundum Bedam celebrata eſt ſynodus vniuerſalis in Epheſo tẽporibus Theodoſij iunioris trecentorum patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum dicentem beatam Mariam non Dei, ſed hominis tantum eſſe genitricẽ, quia ponebat in Chriſto duas perſonas diſtinctas,ſcilicet humanam & diuinã, vnde hæreticus declaratus eſt, & determinatum vnam tantum perſonam eſſe in Chriſto, ſed in duabus naturis ſcilicet diuina & humana,& beatam virginem matrem Dei debere dici. Aliqui tamen dicunt celebratam [fuiſſe hanc ſynodũ] ſub Xiſto papa,qui ſequitur immediatè.

S. Concilium vniuerſale 3. Epheſinũ A.C. 430. celebratũ huic præfuerunt Cæleſtinũ nomine Cyrillus Alexãdrinus & Arcadius epiſcopi.

S. Xiſtus 3. Pont. 45. ſed ann. 7. men. 11. Anno Chriſti 432.

§. III.

IN cathedra Petri poſt Cæleſtinum ſedit Xiſtus ſecundus huius nominis papa 42. Qui natione Romanus rexit Eccleſiam annis 8.diebus 19. Hic à quodã Baſſo Patricio falſo crimine accuſatur, vnde in Decre.2.q.5.mãdaſtis.Xiſtus ipſe ſic ſcribit omnibus epiſcopis. Mandaſtis vt ſcriberem vobis,qualiter hoc iurgium contra me ſuſcitatũ eſt,vel à quo,vt veſtro adminiculo pelleretur, & cauſa mea firmaretur. ſcitote ergo me criminari à quodam Baſſo, & iniuſtè me perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra authoritate ſynodum congregari iuſsit,& facto concilio cum magna examinatione ſatisfeci omnibus, licet euadere aliter ſatis potuiſſem: ſuſpicioné tamen fugiens coram omnibus me purgaui,ſcilicet à ſuſpitione & æmulatione liberans. Sed non aliis, qui hoc noluerint,aut ſponte hoc elegerint, faciendi formam dans.Hæc ibi.

Qualiter Xiſtus ſe purgerit. in epi. ad Orien.to. 1. Concil.

Eo igitur purgato coram ſexagintaſex epiſcopis:Baſſus prædictus cõdemnatus eſt à ſynodo:ita tamen vt vltima die viaticum ei non negaretur propter pietatem Eccleſiæ. Valentinianus autem Auguſtus cum matre ſua Placidia ſancto furore indignati contra Baſſum, eum condemnauerunt exilio relegantes,& omnes facultates eius catholicæ Eccleſiæ attribuerunt.Qui iuſto iudicio Dei intra tres menſes moritur. Cuius tamen corpus Beatus Xiſtus iniuriæ immemor,omni humanitatis ſtudio conditum aromatibus, & propriis manibus in Eccleſia beati Petri honorabiliter ſepeliuit.

Xiſti pontificis in Baſſum hoſtem pietas.

Huius

A.C. 426.

Huius pontificis hortatu Valentinianus Impe- A rator multa donaria eccleſiaſticis obtulit eccleſiis, multa renouauit in Eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ à barbaris fuerant ſublata. Sub iſto Xiſto Papa Theodoſius Imper. Cōſtantinopoli mortuus eſt. In decretis 24. q. 1, memor. Xiſtus Papa ſic ait: Memor ſum me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere: cuius confeſsio à Domino noſtro Ieſu Chriſto eſt glorificata, & cuius fides nullam hæreſim vnquam fouet, ſed omnes quidem hæreſes deſtruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei exuſæ, in qua vniuerſalis Eccleſiæ ſalus infe- B ſtatur, impendam.

Romanæ Eccleſiæ [illegible] Xiſtus 2. in epi. ad [illegible] Cōcion.

S. Leo I. Pont. Max. 46. ſed. ann. 20. men. 11. An. Ch. 440.

§. IIII.

IMperantibus Martiano Conſtantinopoli, & Valentiniano tertio in Italia, poſt tranſitum Xiſti Papæ, creatus eſt Leo huius nominis primus natione Tuſcus, qui Romanæ Eccleſiæ præfuit annis 21. menſe 1 & diebus 29. Hic in declamandis Homil. multum valuit, eloquentiſsimus C in ſuis ſermonibus, Epiſtolas decretales 70. ſcripſit. Ad populum ſermones 99. fecit, qui & conſcripti habentur, vnde & ſermologus dictus eſt. Et ob huius ſancti viri prudentis ingenij, & eloquentiæ venuſtatis cōmendationem, aliqua infrà inducuntur ex eius dictis. In canone Miſſæ addidit, Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam.

S. Leonis ſcripta.

Hic ſanctitate conſpicuus fuit, & quoties rogabatur ab aliquibus, vt eis aliquorum Apoſtolorum vel martyrum reliquias daret, conſueuit ad corpora, vel ad memorias Apoſtolorum aut martyrum, quorum reliquiæ petebantur, Miſſas D celebrare in ipſorum honorem. Sicque brādeum altaris, id eſt corporale quo conſecratum corpus Domini inuoluerat, particularum diuidebat, & pro reliquiis Apoſtolorum vel martyrum dabat. Vnde ſi ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens ſanguinem eliciebat: ſic palam cunctis faciens, quod etiam in conſecratione myſteriorum Chriſti ſanguis Apoſtolorum & martyrum, qui pro illo effuſus eſt, intret per diuinam virtutem in pānos illos, & ideo meritò illos dari pro reliquiis Sanctorum, in quorum honorem conſecrati ſunt.

Hoc Ioā. Diac. a D. Greg. ſcriptū refert [illegible] ca. 42. quod etiam [illegible] An [illegible]

Hic orationibus ſuis & precibus obtinuit vrbi pacē, ad Attilam perſonaliter accedens circa E Rauēnam poſitum, cum gentibus ſuis, vt egrederetur Italiam, cùm ad vrbem Romanā diripiēdam ire niteretur Attila ipſe.

Huius temporibus & Martiani Imperatoris celebrata eſt quarta ſynodus celeberrima in Chalcedonenſi ciuitate ſexcentorum & triginta Patrum contra Eutychetem abbatem Conſtantinopolitanum, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanā aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, F ſed ſolam in eo diuinam naturā prominere, quaſi humana in diuinam eſſet conuerſa. Condemnata igitur præſcripta hæreſi, ſtatuerunt canones viginti ſeptem, quorum author maxime fuit ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus, vt habetur diſt. 16. cap. 6. Vnde & Martianus imperator in concilio præſens ait, vt habetur diſt. 96. nos ad fidem. Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam exemplo religioſiſsimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe volumus, vt inuenta veritate non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet, decorū iudicantes capitula eius regulariter potius firmari per ſynodū, quàm noſtra lege ſanciri. Hæc ibi. Non ſolum autem Eutyches abbas damnatus eſt, ſed & defenſor eius Dioſcorus quondam Alexandrinus epiſcopus.

S. vniuerſalis Concilium 4. Chalcedonenſe. A. C. 451.

A.C. 451.

Neſtorius quoque quondam Conſtantinopolitanus epiſcopus, qui in præcedenti concilio Epheſino fuerat hæreticus condemnatus, duas aſſerens in Chriſto perſonas, iterum cum aliis hæreticis reprobatus eſt, decretúmque eſt vt beata Maria mater Domini non ſolum Chriſtotocos, ſed etiam & Theotocos credatur & dicatur, propter blaſphemias Neſtorij mentientis eam non Deum, ſed hominem purum genuiſſe.

Mater Chriſti vere eſt Theotocos.

Ad improbandum autem dictos errores, hoc miraculum refert Vincen. in ſpec. hiſto. lib. 20. ca. 35. ex geſtis dicti cōcilij accidiſſe. [a] Leone enim papa præſente diſputantibus hæreticis cum orthodoxis, dicunt orthodoxi, Scribamus in charta fidem noſtram, & vos hæretici in alia veſtram, & ponamus eam cum ſigillis noſtris ſuper corpus ſanctæ Euphemiæ, & firmemus ſepulchrum corā imperatore, & oremus Deum nos ſecundum fidem noſtram, vos ſecundum potius perfidiam, vt Deus manifeſtet nobis veram fidem. Quo facto orauerunt Orthodoxi, & ieiunauerūt per ſeptem dies. Poſt hæc abierunt omnes cum imperatore ad ſepulchrum. Quod aperientes viderunt ſanctam in manu tenētem chartam orthodoxorum, & charta hæreticorum erat deiecta ſub pedibus eius.

Hoc etiā refert Niceph. lib. 15. ca. 5.

Opuſculum ſeu epiſtola ad Flauianum epiſcopum deſtinata, ſcilicet de myſterio fidei, vſque ad vnum iota eius eſt approbata, 15. diſt. ſancta Romana. Hanc credo epiſtolam eſſe, quam, vt legitur, ab eo editam poſuit ſuper ſepulchrum beati Petri apoſtoli orans & ieiunans per quadraginta dies, vt ſi quid in ea eſſet, quod corrigi oporteret, emendaret. Cui apparuit Petrus in capite quadraginta dierum dicens ei, ſe illam emendaſſe, vbi expediebat.

Epiſtola Leonis ad Flauiū ab Eccleſia approbata. Gel. in Concil.

Eidem ad ſepulchrum beati Petri oranti & ieiunanti, ac vt peccatorum ſuorum veniam Petrus impetraret petenti, apparuit Petrus ipſe dicens. Deprecatus ſum pro te dominum & omnia peccata tua tibi dimiſit. Solummodo de manus impoſitione debes inquiri, id eſt ſi bene vel aliter alicui manus impoſueris, ſcilicet conferendo ordines vel beneficia.

De quibuſdam ſtatutis per eum vt refert Vincen. vbi ſupra. Quia non deſinit per foriculas quaſdam malignus inſidiari pietatis ſequacibus, ac ſemper noui quiddam aduerſus veritatem indagat, placuit nullum vſquam ædificari poſſe,

Sine licētia epiſcopi nō licet monaſteriū vel oratoriū ædificare. Concil. Chal. act. 6. cap. 1. & 11. ca. 4.

a Leonem Romanum Pontificem concilio non interfuiſſe ex ipſo Concilio. actio. 1. & 16. & ex hiſtoriis Niceph. lib. 15. cap. 2. Euag. lib. 2. cap. 2. & 4. & aliorum colligitur: ſed eius loco in eodem præſediſſe Paſchaſinum Lilybæi & Euentium epiſcopos, & Bonifacium ſacerdotem. Caterùm cum quis per alium aliquid agit, id ipſe agere videatur, non immeritò Leo fuiſſe præſens Concilio dicitur, cuius loco alij eidem Concilio interfuerunt.

A.C.451. neque monaſterium, nec oratorium abſque ciuitatis epiſcopi voluntate. A

Seruus inuito domino in monaſteriis non ſuſcipiendus. ibid.

In monaſteriis non eſſe ſuſcipiendum ſeruum ad monachum faciendum præter proprij Domini voluntatem.

Nec monachos eccleſiaſticis vel ſecularibus rebus communicare. Nec licere clericum duarum pariter ciuitatum eccleſiis miniſtrare.

Clerici vel monachi conſpiratores proprium amittant gradum. Hoc enim vitium etiam apud extrinſecas leges penitus amputatur.

Clericum vel laicum, qui epiſcopum accuſat, ad accuſationem non ſuſcipi debere, niſi prius eorum exiſtimationis opinio fuerit diſcuſſa. B

Intra tres menſes epiſcoporum ordinationes fieri debere placuit.

Omnem eccleſiam habētem epiſcopum etiam œconomum habere de proprio clero. Oportet, vt ſit numeroſa ſeueritas ſanctionum, vbi eſt licentia crebra culparum. Hæc ibi.

In decretis hæc habentur inter cætera eius ſtatuta, diſt. 14. cap. vlt. Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ita multa ſunt, quæ aut pro neceſsitate rerum, aut pro conſideratione ætatum oporteat temperari, illa ſemper conſideratione ſeruata, vt in his, quæ dubia fuerint aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec euangelicis præceptis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum. C

Sacerdotũ excellentia ep. 84. ca. 3.

De continentia clericorum ſic ait diſt. 32. cap. 1. Omnium ſacerdotum tam excellens eſt electio, vt quæ in aliis membris eccleſię non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendum tamen perfectæ continentiæ puritatem, [a] nec ſubdiaconibus carnale connubium conceditur, vt & qui habent, ſint tanquam non habentes, id eſt non vtantur: & qui non habent permaneant ſingulares, id eſt contineant. D

1. Cor. 7.

In diſt. 38. Leo papa, ſi in laicis. Si vix in laicis tolerabilis videtur inſcitia, quãtomagis in iis qui præſunt, nec excuſatione digna eſt nec venia.

Correctionis modus quis. epiſ 84. ca. 1. Phil 2.

Idem de correctionis modo, diſt. 45. licet, 2. Licet nonnumquam in ſacerdotalibus perſonis accidant, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus caritas quàm poteſtas, plus cohortatio, quàm commotio. Sed ab his, qui quæ ſua ſunt quærũt, non quæ Ieſu Chriſti, facile ab hac lege diſcernuntur, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quęrunt, placet honor, inſtat ſuperbia, &c. E

a Nota hoc loco id, quod ſuprà obſeruabamus cap. 3. §. 2. tit. 11. parum cautè D. Anto. excediſſe, Subdiaconis ſcilicet Gregorium magnum, primum continentiam indixiſſe quod idem repetis titu. 12. cap. 3. §. 14. Nam vt vides, Leo ipſe, qui centũ & quinquaginta annis Gregorium præceſsit, id mandat. Sed de hac re plura ſuperius. Solùm addam quæ ibidem magnus Leo refert. Quod ſi in hoc qui quartus eſt à capite dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, aut ſecundo, aut tertio ſeruandum eſt, ne aut Leuitico miniſterio, aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate uxoris necdum frenaſſe detegitur. F

quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. A.C.451.

Concupiſcētiæ reſiſtēdum. ep. 55. Eccleſ. 18.

Idem contra cupiditatem diſt. 47. virum. Virum catholicum & præcipue Dominĩ ſacerdotẽ, ſicut nullo errore implicari, ſic nulla cupiditate violari oportet, dicente ſcriptura, Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens enim potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis, nec pietati adhibere conſenſum.

De indebitis promotionibus idem ait, diſt. 61. miramur. Miramur tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, vt indignis quibuſque, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium & gubernatio eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere populo, ſed nocere: non pręſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum, & vbi incolumitas eſt obedientiæ, ibi eſt ſana forma doctrinæ. Et infrà. Quod ſi in quibuſlibet Eccleſiæ gradibus prouidenter ſcienterque curandum eſt, vt in domo domini nihil inordinatum ſit, nihilque præpoſterũ, quantomagis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſuper omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi eſt illa beati Pauli apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præceptio, qua in perſona Timothei omnium ſacerdotum Chriſti numerus eruditur, & proinde vnicuique noſtrum dicitur. Manus cito nemini impoſueris, neque cõmunices peccatis alienis. 1. Tim. 5.

Quid eſt cito manus imponere.

Quid eſt enim manus cito imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obediendiæ, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt cõmunicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem qualis eſt, qui nõ meruit ordinari? Sicut enim ſibi boni operis comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo ſacerdote iudicium: ita graui ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. Non enim in cuiuſquam perſona prætermittendum eſt, quod inſtitutis generalibus continetur. Nec putandus eſt ordo ille legitimus, qui contra diuinæ legis fuerit præcepta collatus. Et infrà. Nec poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis, celſioris loci præmium debetur.

Ordinandi nõ ſint ignari.

Idem eod. cap. ſtatuimus. Statuimus, ne iis regenda Eccleſia domini credatur, qui inſtitutionũ legitimarum neſcij, & totius humilitatis ignari, non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis voluerint habere principium, cum valde iniquum ſit abſurdúmque, vt imperiti magiſtris, noui antiquis, rudes præferantur emeritis.

Idem in pœnitentia circa infirmos 26. q. 6. his qui, ait. His, qui in tempore neceſsitatis, & in periculi vrgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ, & modum reconciliationis implorant, nec ſatiſfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda, quia miſericordiæ Dei nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora definire, apud quem nullas paritur veniæ moras vera conuerſio, dicẽte ſpiritu Dei per prophetam, Cum conuerſus ingemueris, ſaluus eris. Ezech. 33.

Et 26. q. 7. cap. 2. ait. Tempora pœnitudinis habita

bita moderatione conſtituenda ſunt tuo iudicio, proiectiorum animos perſpexeris eſſe deuotos, pariter etiam habens ætatis ſenilis intuitũ, & periculorum quorumcunque, & ægritudinum reſpiciens neceſsitates, [in quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de ſalute ſua deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem communionis gratia ſubueniri.]

Idem de pœnitentia diſt. 5. qualitas. Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & turpis. Veruntamen pœnitẽti vtilius eſt diſpendia pati, quàm periculis negotiationis adſtringi. Difficile eſt autem inter vendentis ementíſque commercium non interuenire peccatum. Et illicitorum veniam poſtulantem, oportet etiam à licitis abſtinere. Hæc ille. [a] Celebratur autem huius ſancti feſtum in vigilia apoſtolorum Petri & Pauli.

a Colitur huius magni Leonis feſtum 11. Aprilis, ſecundi autem Leonis in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli ſecundum Breuiarij Romani ritum. Cæterùm quoniam in numero Epiſtolarum D. Leonis eſt aliqua diuerſitas nos ſecuti ſumus numerum in citatione locorũ Colonienſis editionis. A. 1561.

S. Hilarius Pont. max. 47 ſed. an 6. men. 3. di. 10. A. C. 461. Pontif.

§. V.

POſt Leonem primum eccleſiam Romanam regendam ſuſcepit Hilarius, natione Sardus in catalogo Romanorum pontificum 44. Sedit autem annis ſex, menſibus 3. diebus 10. Hic decretales per vniuerſum ſparſit orientem de catholica, confirmans tres ſynodos, ſcilicet Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem. Damnauitque Eutychetem, Neſturium, & Dioſcorum, omnéſque eorum ſequaces. Multa Romanis reſtituit eccleſiis.

Peccatum in ... ſacerdotis ... grauius ... H. in Cõcil. ca. 2. to. 2. Cõc.

Hic Hilarius ſic ait 25. q. 1. nulli. Nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare, quia nos qui potiſsimi ſacerdotis adminiſtramus officia, talium tranſgreſsionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei fuerimus negligentes inuenti, quia meminerimus (quod timere debemus) qualiter comminetur Deus negligentiæ ſacerdotum, ſiquidem maiori reatu delinquit, qui potiori honore fruitur, & grauiora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.

Ezec. 3. & 33.

Eo tempore beatus Mamertus venerabilis doctor Vienenſis epiſcopus claruit, qui vt ait Io. de Col. litanias triduanas ante Aſcenſionem celebrari inſtituit in partibus Gallicanis. Huius cauſa fuit, quia apud Viennam maximi terræmotus tunc facti ſunt, qui plurimas domos & Eccleſias ſubruebant, nocturni ſonitus & clamores audiebantur. In die Paſchæ ignis de cœlo deſcendens palatium Regis concremauit, lupi & aliæ feræ ciuitatem intrantes, & diſcurrentes plurimos deuorabant: propter quæ ſanctus Mamertus triduanũ ieiunium inſtituit, & litanias dicendas, & ſic tribulatio illa conquieuit, quæ inſtitutio poſtea aſſumpta eſt ab omni Eccleſia & mandata, vt patet de conſecr. diſt. 3. cap. rogationes.

Hunc autem Mamertũ, qui & Claudianus cognominatus, Sidonius Aruernorum epiſcopus & valde literatus mirabiliter cõmendat, dicens. Nemo vt Claudianus, qui librum de ſtatu animæ ſcripſit, tempore meo, quæ voluit, aſſirmare ſic valuit. Sentit vt Pythagoras, diuidit vt Socrates, explicat vt Plato, implicat vt Ariſtoteles, blanditur vt Aeſchines, iraſcitur vt Demoſthenes, vernat vt Hortenſius, moratur vt Fabius, ſimulat vt Craſſus, diſsimulat vt Cæſar, ſuadet vt Cato, diſſuadet vt Appius, perſuadet vt Tullius. Iam ſi ad ſacroſanctos patres pro comparatione veniatur, inſtruit vt Hieronymus, deſtruit vt Lactantius, aſtruit vt Auguſtinus, attollitur vt Hilarius, ſubmittit vt Ioannes, corrigit vt Baſilius, conſolatur vt Gregorius Nazianzenus, affluit vt Oroſius, ſtringit vt Ruffinus, vt Euſebius narrat, vt Paulinus prouocat, vt Ambroſius perſeuerat. Hæc ille.

A. C. 461.

Propria quædã tã ſacris quã profanis attributa ſcriptoribus.

S. Simplicius pontifex max. 48. ſed. ann. 15. men. 6. die. 23. ann. Ch. 467.

§. VI.

QVadrageſimusquintus in Romana ſede Hilario defuncto inthronizatus fuit Simplicius natione Tiburtinus. Qui eam tenuit annis 15. menſe 1. diebus 8. Hic damnauit Petrum Eutychianiſtam Cõſtantinopolitanum epiſcopum, multáque ſancta in Eccleſia conſtituit, vt dicit Ioan. de Col.

Ei autem ſucceſsit in pontificio Fœlix 46. qui natione Romanus ſed. annis 7. menſib. 11. diebus 18. Et fuit tempore Odoacri regis Italiæ, & Zenonis Imperatoris. Sub huius autem pontificatu ab vrbe regia Conſtantinopolitana Petrum præfatum, quem apoſtolica ſedes damnauerat: reuocatum aiunt ab Acacio epiſcopo, qui eidem Petro in Conſtantinopolitana ſede fuerat ſubſtitutus. Quo audito, vt refert Ioan. de Col. venerabilis Fœlix Papa Romæ congregato concilio damnauit ac depoſuit Acacium cum Petro. Quo damnato Zeno Imperator ſcripſit Felici Papæ, vt ſi Acacius pœnitens reſiliret ab errore, reciperetur. Tunc beatus Pontifex miſit duos ſuper hoc, ſcilicet Meſſenum Epiſcopum, & Vitalem quẽdam. Ij venientes Conſtantinopolim, non fecerũt ſecundum mandatum ſummi põtificis, qui eos deſtinauerat, ſed corrupti pecunia non proceſſerunt in facto. Quod cum Felix compeririſſet, facto concilio illos reuocauit, & eiecit à communione fidelium.

S. Felix 2. dictus 3. Pont. ma. 49. ſedit an. 8. mẽ. 11. di. 17. A. C. 483. Ex lib. Pont.

S. Gelaſius Pontifex max. 50 ſed ann. 4. m. 8. di. 19. an. Chr. 492 hac habet Pont.

§. VII.

POſt Felicem quadrageſimus ſeptimus Romanam rexit eccleſiam Gelaſius natione Apher annis quatuor, menſibus octo, diebus nouem. Hic ſanctus homo fuit amator pauperum, atq; ipſam vrbem à famis periculo ſua munificentia liberauit. Literatiſsimus extitit, & facundiſsimus, vt ex ſuis decretalibus apparet, ſolicitus circa ſcripturarum indagationem. Ipſe ſcripſit libros quinque aduerſus Eutychetem & Neſtorium. Et aduerſus Arium duos. Et epiſtolas fidei ad diuerſos. Compoſuit etiam hymnos in modum beati Ambroſij aliquos, & præfationes & complures orationes, quæ ſunt in vſu. Hic declarauit ſcripturas veteris & noui Teſtamenti, quæ ſcripturæ vltra decre-

A.C. 461. ta & decretales epiſtolas ſummorum pontificum eſſent authenticæ,& quorum doctorum, & quæ eſſent apocryphæ,id eſt dubiæ,& quæ reprobatę: vt patet diſt. 15. ſancta Romana. Et quæ legenda eſſent de ſcripturis ſacris in lectionibus matutinalibus diuerſis temporibus anni.

Leges principū aut patrū regulę ſeruandæ.

Hic ſic ait diſt. 10. in decre. quis. Quis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones paternas dicat debere contemni, niſi impunitum ſibi tantum exiſtimat tranſire commiſſum? Ipſe Theoderico regi Italię cuius tempore fuit ca. ſeq. Certū eſt magnificentiā veſtrā leges Romanorū B principum, quas in negotiis hominum cuſtodiēdas eſſe præcepit, multomagis circa reuerentiam beati Petri apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento velle ſeruari.

Idem 1. q. 1. baptizandis. Baptizandis conſignandiſque fidelibus ſacerdotes pretia nulla pręfigant, nec illationibus quibuſlibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes, quoniam quæ gratis accepimus, gratis dare mandamur: & ideo nihil à prædictis exigere moliantur. Matt. 10.

Idem diſt. 93. diaconos. Diaconos proprias cōſtituimus ſeruare menſuras. Abſque epiſcopo vel C presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſe officiis longius conſtitutis neceſsitas extrema compellat, quod etiam laicis Chriſtianis plerumque facere conceditur. Sacri corporis prærogationem ſub conſpectu epiſcopi ſeu presbyteri, niſi iis abſentibus iis non habeant exercēdi.

Diaconis quid agedum ibi. cap. 9.

Idem Anaſtaſio imperatori, qui fuit tempore illo, diſt. 96. duo ſunt. Duo ſunt quippe, imperator Auguſte, quibus principaliter regitur hic mundus, authoritas nempe ſacra pontificum, & regalis poteſtas. In quibus tanto eſt grauius pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis regibus D hominum in diuino ſunt reddituri examine rationem. Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non vllos ad tuam poſſe redigere voluntatem. Et ad hoc inducit exemplum Innocentij papæ, qui excommunicauit Arcadium imperatorem, & ſancti Ambroſij, qui excommunicauit Theodoſium magnum.

Clerico non negotiandum. ep. ad epiſcop. per Lucan. cōſtitutos c. 17. Matt. 21. 2. Tim. 1. Pſal. 70.

Idem Gelaſius diſt. 88. conſequens, ſic ait. Nuper ad nos miſſā relatio nunciauit non prætereunda, idem plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis, & lucris turpibus inhiare, nullo E pudore cernentes Euangelicam lectionem, qua ipſe Dominus negotiatores ex templo verberatos aſſeritur expuliſſe, neque Apoſtoli verba recolentes, quibus ait. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſsimulantes aure, cantantem. Quoniā non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini. Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiliber negotiationis ingenio cupiditatéque ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officiis cogantur abſtinere: ne domus Dei, quæ domus orationis eſt, officina negotiationis potius ſpelunca ſit latronum. Luc. 19. F

Anaſtaſius 2. pontifex max. 51. ſed. ann. 1. menſ. 11. dieb. 24.

§. VIII.

Beato Gelaſio ad patres eunte: creatus eſt papa Anaſtaſius ſecundus natione Romanus, & in ordine 48. qui ſedit anno vno, menſib. 11. dieb. A 24.[a] Quo tempore multi ex clero à cōmunione illius ſe ſubtraxerunt, eo quòd cōmunicaſſet ſine concilio epiſcoporum Photino diacono Theſſalonicēſi, qui Acacio hæretico fauebat. Vnde, quia voluit occultè reuocare Acacium, ſcilicet ad dignitatem, ſed nō potuit, diuino iudicio percuſſus eſt. diſt. 19. Anaſtaſius. vbi dicit gloſ. quod [b] aſellando iſte inteſtina emiſit, [c] Et decretalis eius de- A.C. 492.

a Quæ hoc loco de Anaſtaſio referuntur, vel ex Pontificali deprompta, vel certè ex Gratiano deſcripta à multis grauibúſque ſcriptoribus refutantur. Sandero videlicet in lib. de viſib. monar. lib. 7. pag. 362. Alberto Pighio lib. 4. hierar. Eccl. cap. 8. Genebrar. in 3. lib. Chronol. & Turriano aduerſus Andreā Frebinſium. Sed his omnibus omiſsis proferam doctiſsimi & ampliſsimi Cardinalis Hoſij verba lib. 2. de legitimis iudicibus rerum Eccleſiaſticarum. Sic autem ait, Anaſtaſio Pontifici ſuſpicionem hanc primus videtur conflaſſe Gratianus, cuius errorem, vt fit, alij poſtea ſunt ſecuti. Narrat is fabulam quamdam, quòd multi clerici ſe à communione ipſius (ſic enim loquitur Gratianus) abegerunt &c. Vnde fabulam hanc Gratianus deſcripſerit, non ſatis conſtat. Sed commentum hoc Gratiani refellit ipſius Anaſtaſij epiſtola, ex qua perſpicuum cuiuis eſſe poteſt, quod etiā in gloſſa textus illius legitur, antequam factus eſſet Anaſtaſius pontifex Acacium mortuum fuiſſe. Quî poteſt autem fieri, defunctū vt reuocare voluerit pontifex? Nam quod ſcribit gloſſator, vt orationes pro eo in Eccleſia fierent, eum Acacium reuocare voluiſſe, prorſus id abſurdum eſt, & contrarium eius oſtendit epiſtola, quam ad cognominem ſuum Anaſtaſium Imperatorem ſcripſit, in qua ſpecialiter Acacij nomē taceri vult, quæ ſola ſufficit ad cōmentum hoc Gratiani refellendum. hæc ille. Extat epiſtola tom. 2. Concil. cui magis, quàm vlli hiſtoriographo eſt credendum. Vide etiam annotationes in decretum iuſſu ſanctiſsimi Dom. noſtri Greg. 13. editum.

Anaſtaſius non reuocauit Acacium, vt vulgo ferunt.

b Paulus Diaconus in vita Anaſtaſij Imperatoris. Dum Anaſtaſius, inquit, in hereſi, in quam delapſus fuerat perſeueraret, duáſque in Chriſto naturas deitatis, videlicet & humanitatis, Eutychen hereſiarcham ſequens, denegaret, & eius impiam temeritatem diuina vltio ſtatim ſecuta eſt. Nam cùm iam ſeptimum & vigeſimum imperij annum ageret, ictu fulminis interiit. Hinc puto errorem illum habuiſſe originem, quo putatum eſt Anaſtaſiū Pōtificem Romanum nutu diuino percuſſum fuiſſe. Quod enim Anaſtaſio imperatori acciderat, Anaſtaſio pōtifici faciliimè per errorem adſcribi potuit. Sand. de viſib. Monar. lib. 7. pag. 364.

Anaſtaſij imperatoris mors.

c De hac decretali ſic ſcribit doctiſsimus Hoſius. Ac affert is (Gratianus ſcilicet quem D. Anto. ſequitur) piam quamdam ac Catholicam Anaſtaſij ſententiam, quam parum catholicè refutare conatur. videtur autem eam ex aliquo compilatore potius excerpſiſſe, quàm integrā Anaſtaſij epiſtolam legiſſe. hac igitur decretalis ſic habet. Nam ſecundum Eccleſiæ catholicæ conſuetudinem, ſacratiſsimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos ſacerdotes, ſiue Leuitas, ſecūdum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptiſmū, quod procul ſit ab Eccleſia, ſiue ab adultero, vel à fure fuerit

A.C.495

fuerit datum. ad percipiendum munus peruenit il-libatum. hæc & multa alia in hanc ſententiam Catholicam profectò Anaſtaſius ſcripſit ſacramenta, videlicet à quocunque ritè & canonicè collata gratiam conferre. vide decretum nouum.

ſtinata Anaſtaſio imperatori, quæ incipit ſecundum Eccleſiæ. diſt. ead. vt dicit gloſ. eſt reprobata cum ſuo authore, quia in ea videtur dicere, quod ordinati ab hæretico, vt qui fuerant ordinati ab illo Acatio hæretico, ſine alia diſpenſatione exequi poſſent officia ordinum ſuorum, quod falſum eſt.

Symmachus Pōtimax 52. ſedit an 15 m. 7. d. 28. A.C. 498.

Poſt Anaſtaſium aſſumptus eſt ad ſummum ſacerdotium Symmachus 49. papa, natione Sardus, qui cathedram tenuit annis 15. & menſibus 7. diebus 28. Hic dici conſtituit in diebus dominicis & feſtiuis, Gloria in excelſis Deo. Quod Teleſphorus Papa prius ordinauerat tantum in die natalis dici.

In ordinatione autem iſtius Symmachi Romę tantùm ſchiſma ortum eſt inter clerum, vt cædes non ſolùm laicorum, ſed clericorũ facta ſit. Nam in baſilica Conſtantiniana ſancti Ioannis Lateranenſis iſte Symmachus ordinatus eſt, Laurentius C verò in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris factus eſt papa, vel potius antipapa, quare ſeparatus eſt clerus: diuiſus eſt populus. Senatorum etiam alij fauebant Symmacho: alij Laurentio. Poſt multam controuerſiam (vt dicit Io. de Col.) in hoc conſenſerunt, vt ſuper hoc Rauennam pergerent, & regis Theoderici, qui tunc regnabat in Italia, & ex Gothis deſcenderat, iudicium expectarent. Qui cum ambo Rauennam veniſſent, hanc à rege ſententiam acceperunt, vt qui primo ordinatus

Symmachi in Laurentiũ benignitas.

fuiſſet, & in quem maior pars conſenſiſſet, ipſe verus pontifex haberetur. Vnde ex hac ſententia D Symmachus ſummum obtinuit præſulatum. Qui nolens malum pro malo reddere, dictum Laurentium in Nucerina ciuitate ordinauit epiſcopum.

Sed tranſactis quatuor annis, iterum Laurentius ad aliquorum ſuggeſtionem Romam veniẽs, ſchiſma renouauit, adhærentibus ſibi Feſto & Probino conſulibus, qui aduerſus Fauſtum exconſulem, qui Symmachum & eccleſiam protegebat, bella & ſeditiones excitarunt, adeo vt cædes & homicidia in medio ciuitatis fierent, adeóque diuiſus eſt clerus, vt alij Symmacho, alij E Laurentio communicarent. Inſuper Feſtus & Probinus ſubornatis falſis teſtibus miſerunt Rauennam ad Theodericum regem contra Symmachum petentes, vt rex viſitatorem daret ſedi apoſtolicæ. Ad quorũ ſuggeſtionem, rex dedit quendam Petrum nomine Altinæ ciuitatis epiſcopum contra canones.

Ex 4. Synodo Romana. cõcil 4.

Et vt dicitur in decre. di. 17. Cõcilia. §. hinc etiã. Theodericus rex ex diuerſis prouincijs ad vrbem Romanam epiſcopis præcepit conuenire: vt. ſanctum concilium iudicaret de iis, quæ venera- F bili Symmacho apoſtolicæ ſedis præſuli ab aduerſariis eius dicebantur impingi. Liguriæ autem & Aemeliæ ſeu Venetiarũ epiſcopi ſuggeſſerunt eum, qui dicebatur impetitus, debere ſynodum conuocare: ſcientes, quòd eius ſedi primum beati Petri apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſſione domini conciliorum venerandorum authoritas ſingularem in eccleſia tradidit poteſtatem,

A.C. 500.

A nec antedictæ ſedis antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicio. Ad hæc ſereniſſimus rex deo inſpirante reſpondit, ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequendo perſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis vtile putarent, deliberarent, dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur. Epiſcopi vero in ſynodo reſidentes congregata authoritate eiuſdem Symmachi dixerunt. Symmachus papa apoſtoli- B cæ ſedis præſul, ab huiuſmodi propoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis & liber, cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus. De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur, & officiis eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui. Laurentius epiſcopus Mediolanenſis huic ſtatuto ſubſcripſit. Deinde Petrus epiſcopus Rauennas, & poſt eum ſeptuagintaquinque epiſcopi. Hæc ibi.

Poteſtas Romani pontificis à Deo primum inſtitu.

Ariaꝰnus blaſphemans S. Trinitatẽ cõfoditur Diacõ. li. 15. Rerum Roma.

Et dicit ibi gloſ. quod calumnioſe fuerat accuſatus de hæreſi. Et vt dicit Ioannes de Col. Petrus viſitator, tactus inuaſor apoſtolicæ ſedis ſimul cum Laurentio antipapa fuit damnatus, & Symmachus ab omni clero, vt verus pontifex receptus.

Apud Carthaginem tẽpore Symmachi Olimpum quendam epiſcopum Arianum in balneis ſanctam Trinitatem blaſphemantem tribus igneis iaculis angelo emittente viſibiliter ferunt combuſtum.

Conſtantinopoli verò dum quidam epiſcopus Arianus Deutherius nomine, Barbam quẽdam baptizaret, & male diſtinguens trinitatem diceret, Baptizo te Barba in nomine patris per filium, in ſpiritu ſancto, ſubito aqua diſparuit. [Quod aſpiciens, qui baptizandus erat, confeſtim ad Catholicam Eccleſiam fugiens, iuxta morem fidei baptiſmum ſuſcepit, & omnibus miraculum notum fecit.]

Symmachus profugis epiſcopis neceſſaria ſubminiſtrat. ibid.

Eo tempore cum Tranſimundus Vuandalorũ rex in Aphrica Arianus ducentos viginti epiſcopos catholicos exiliaſſet, inter quos fuit Fulgentius epiſcopus doctor egregius, erga eos manum ſuæ liberalitatis beneuole exercuit in Sardinia ſubueniendo Symmachus papa.

Refert autem Gregorius in quarto dialogorũ, quod Paſcaſius diaconus, vir multum peritus & eleemoſynis valde deditus, & ſanctimoniæ adeo vt mortuum in feretro collocatum in Eccleſia Dalmatica indutum, cum quidam dæmoniacus tetigiſſet, liberatus eſt: quia nimis adhęſit parti Laurentij, arbitratus ipſum potius papã exiſtere, poſt mortem inuentus eſt à ſancto Germano epiſcopo Capuano, cum ad balneas propter infirmitatẽ acceſsiſſet, ibi deſeruire anima ſcilicet eius in corpore aereo purgatorij pœnam ſuſtinendo, cauſam explicans eſſe prædictam ſuæ pœnæ, petens orationibus eius adiuuari. Quo facto quia ibi amplius non eſt repertus, creditur liberatus.

Hic Symmachus eloquentiſsimus fuit, vt patet ex eius decretis, quę multa ſunt. Et diſt. 40. ca. 1. ipſe ſic ait. Non nos beatum Petrum (ſicut dicitis) à domino cum ſedis priuilegio, vel ſucceſ-

A.C.500. ſores eius peccandi licentiam iudicamus ſuſcepiſſe. Ille petennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ tranſmiſit ad poſteros. Quod illi conceſſum eſt per actuum lucem, ad illos pertinet, quos par conuerſatioois ſplendor illuſtrat. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attolit? In quo ſi booa deſunt acquiſita per meritum, ſufficiunt, quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat.

B Hic etiam concilium fecit in vrbe, in quo ſic ait, vt habetur diſt. 96. cap. 1. Bene quidem fraternitas veſtra legibus eccleſiaſticis aſſueta ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda definiuit, & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, cum ſufficiẽter vniuerſa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo: maxime der clericis quos amor dominationis inuaſit, & iugum eccleſiaſticæ diſciplinæ fecit reſpuere, quorum exceſſus enarrare difficile eſt. Vnum tameo, quod occurrit venerãdo ordini noſtro intimare non differo. Inter alia ſcripturam quamdam illuſtris memoriæ Baſilium quaſi pro amore eccleſiaſticæ ſubſtantiæ refero, in C qua nullus Romanæ Eccleſiæ interfuit, vel ſubſcripſit antiſtes &c. Ad intellectum huius vt notat ibi glo. Infirmato Symmacho [a] papa grauiter cum timeret Symmachus, ne ſi mortis eius caſus occurreret, propter ſtrepitus hæreticorum, vel aliorum iterum fieret ſchiſma, perſuaſit Baſilio patricio, qui locum tenebat Romæ, regis Italiæ Odoacri, vt faceret conſtitutionem, quòd electio papæ ſine conſultatione ipſius Baſilij non fieret, quod nulli liceret alienare immobilia eccleſiarum, & res ſacras earum, quod totum Baſilius fecit. Sed per concilium iſta conſtitutio reuocatur D hic, & allegatur ratio per concilium in dicto cap. bene, ſcilicet quia non licuit laicis, nec licet ſtatuendi in eccleſia præter Papam Romanum habere aliquam poteſtatem, quos ſcilicet laicos obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi. Et ſic determinatum fuit illam conſtitutionem ſeu ſcripturam nullius eſſe momenti, quamuis pia fuerit facta inteotione. Et hoc, vt dicitur in fine dicti cap. ne in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus, in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid diſcernere de eccleſiaſticis facul- E tatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa eſt.

Laicis nulla datur facultas diſponẽdi de rebus Eccleſiaſticis Syn. 3. Ro. ſub Symma. cap. 1.

Soli eccleſiaſtici res eccleſiæ diſpẽſare poſſunt.

a Scriptura, cuius Concilium meminit, hoc non Symmacho ægrotante, ſed Simplicio factũ memorat.

Hormiſda Pontifex max. 53. ſed. ann. 9. di. 18. An. Chr. 514.

§. IX.

HOrmiſda poſt tranſitũ Symmachi cathedrã Petri aſcendit papa 50. natione Campanus, F A.C. 517. qui in ea ſedit annis 9. diebus 17. Hic audiens Anaſtaſium imperatorem in Eutychianam hæreſim eſſe prolapſum, vt refert Ioan. de Col. miſit Euodium Ticinenſem epiſcopum & Peregrinum Meſſenſem legatos Cõſtantinopolim ad ipſum, cum libello fidei orthodoxæ, quam confiteretur. Cui conſentire noluit imperator, ſed illos pecunia conatus eſt corrumpere & donariis. Legati vero Apoſtolicæ ſedis ſpretis eius mune- A ribus, imperatori Anaſtaſio ſuadebant, vt admonitiooem Catholicæ Eccleſiæ reciperet, & ne tãtum imperium hæreſis labe macularet. At Anaſtaſius furore repletus contra Hormiſdam papã, inter alia, quæ illi ſuperbe ſcripſit, hoc ſuperbe in literis ſuis poſuit. Nos iubere volumus aliis, non nobis iuberi. Inſuper legatos cum contumelia à conſpectu ſuo eiecit, & illos in naui fragili poſitos mandauit magiſtratibus, qui illos conducebant, ne in aliqua vrbium Græciæ illos exponerent, & ne epiſtolas ſummi præſulis, quas eccleſiis orientalibus deſtinauerat, publicarent. Sed non multo poſt idem Anaſtaſius Dei iudicio iuſto fulminis ictu interiit.

Paul. Diaco. in vita Anaſt.

A.C. 510.

Ad Iuſtinum ſeniorem ſuccedentem in imperio Anaſtaſio præfato, Hormiſda miſit legatũ ſanctum Germanum epiſcopum Capuanæ ciuitatis cum multis aliis cauſa redintegrandæ fidei, qui honorifice ſuſceptus eſt, & magno gaudio, & multorum corda dubia in fide ſolidauit, ad petitionémq; eius omnes, quos Anaſtaſius ob Catholicam fidem exilio relegauerat, ab eo reuocauit.

S. Germanus ad Iuſtinũ Põtificẽ miſſus. Diac. in Iuſtin.

Hic ſic ait de ordinandis, diſt. 61. in ſacerdotibus. In ſacerdotibus eligendis vel ordinandis curam oportet habere perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt in corrigẽdis, longa debet ſuam vitam probatione monſtrare: cui gubernacula committuntur Eccleſiæ. Noo negamus in laicis eſſe Deo placitos mores, ſed milites ſuos probatos ſibi quærũt inſtituta fidelia. Diſcere prius quiſque debet, antequam doceat, & exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius aliis præſtare quàm ſumere. Emendatiorem eſſe conuenit populo, quem ne- D ceſſe eſt orare pro populo. Præferens memorandi criminis labem, non habet lucidam ſacerdotij dignitatem. Secundum alios hic Hormiſda tenuit pontificatum annis quatuor.

Quales ad ſacerdotiũ promouendi. ep. ad epiſcopos per Hiſpa. conſtit. c. 1. tom. 1. Concil.

De imperio Theodoſij iunioris, & Valentiniani pueri ex Dia. lib. 14. Prof. Zon. & aliis, A. C. 409.

CAP. II.

POſt ſummos pontifices nominatos, qui vſque ad tempus Ioannis primi in cathedra Petri reſederũt, E reuertendo ad Romanum imperium: de quo intenditur magis quàm de aliis regnis, & in eo imperantibus. Defuncto Honorio imperatore, qui ſororem ſuam Placidiam Conſtantio comiti ſuo dedit vxorem, qui multa ſtrenuè pro Romano imperio egerat. Nam Attalum, qui regnum ſeu imperium Romæ vſurpauerat, ſed mox dimiſſo Gothis adhæſerat, & tyrannidem in Galliis auxilio Gothorũ contra Romanum imperium exercebat, præfatus Conſtantius in bellum contra illum procedens F cœpit, & ad Honorium miſit. Qui Honorius Imperator Romam triumphans ingreditur, præeũte currum eius dicto Attalo, qui manu abſciſſa, in exilium Liparam deſtinatur.

Præclara Conſtãtij facinora. Proſper in Chr.

Hic etiam Conſtantius vicarius in vrbe multa pro fide Chriſtiana contra Pelagianos egit. Ex prædicta autem Placidia ſorore Honorij, filium ſuſcepit nomine Valentinianum tertiũ huius nominis Imperatorem. Exinde Honorius præfatum Conſtantium in conſortium regni aſſumit. Qui

Conſtaot

A.C. 409.

Conſtantius cùm Toloſam rediſſet, vt iterū ſibi eam ſubiugaret, immatura morte ibi deceſsit.

Theodoſius iunior clementiſſimus imperator & religioſiſſimus. hiſt. tripart. li. 11. ca. 1. Dia co. & alij.

[a] Theodoſius autem iunior, mortuo patre eius Arcadio in oriente, imperat cum Honorio auunculo ſuo, qui in occidente erat. Hic Theodoſius poſt mortem Honorij, ſolus tribus annis imperauit, & poſtea cum Valentiniano tertio, cui imperium in occidente dedit, & matri ſuæ Placidiæ, & ad Italiam eos miſit: imperauit annis 24. Hic corpus Ioan. Chryſoſtomi exiliati à patre Arcadio Conſtantinopolim transferri fecit honorificè. Hic adeò clemens fuit, vt nullum ſe lædentium morti adiudicaret: dicens. Vtinam eſſet poſsibile etiam mortuos ad vitā reuocare. Eius curia monaſterium videbatur. Matutinas laudes audiebat, codices ſacros legebat. Vxor eius Eudoxia, vt doctiſsima poemata plura compoſuit. Filiam habuerunt nomine etiam Eudoxiam, quam Valentiniano præfato vxorem dederunt.

Hic etiam Codicem librum legum edidit ex conſtitutionibus antiquorum principum in tres codices redactis, ſcilicet Hermogeniano, Theodoſiano, & Gregoriano, & alijs conſtitutionibus extrauagantibus: vt ait Proſper.

Ioannes Romanū inuaſit imperium, A.C. 423. Diac. lib. 14.

Defuncto autem Honorio poſtquam vno & triginta annis imperauerat [b] quidam Ioannes tyrannus Italiæ inuaſit imperium, Caſtino, vt putatur, iubente, qui exercitui præerat magiſter militum. Sed Theodoſius iunior, nepos Honorij nauigio contra hunc in Italiam mittens Ardabariū (qui ſæpe contra Parthos dimicauerat) principē exercitus, Ioannem tyrannum intra Rauennā nihil hoſtile metuentem in fugam vertit. Qui Ioannes tyrannus dum Aphricam, quam Bonifacius obtinebat, bello repoſcit, infirmior factus occiditur.

Eo igitur defuncto, & Caſtino in exiliū miſſo, quia non videbatur Ioannes ſine conniuentia ipſius regnum potuiſſe præſumere, cogitabat Theodoſius Auguſtus, cui regnum Italiæ deberet committere.

[c] Erat quidam Valentinianus tunc puer, natus ex Placidia filia magni Theodoſij, & ſorore Honorij, & vxore Conſtantij ab ipſo Honorio facti Auguſti. Hunc ergo Valentinianum Theodoſius iunior aſſumens coronauit, & ipſum cum matre ſua Placidia ad Italiam deſtinauit, illumque Imperatorem & matrem Auguſtam deſignauit anno Domini 427. ab initio autem mūdi quinquies milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſexto ſecūdum ſeptuaginta.

Bonifacij comitis D. Augu. amici geſta. Diac. ibid. Proſ. in Chro.

Aduerſus autem Bonifaciū miſſum ab Honorio Imperatore contra Barbaros, ſed ex inuidia & ſimulatè contra Aetium ſe imperio rebellantem, & apud Aphricam gloria & potentia pollentem, mittuntur Mauortius & Gabio, qui dum Bonifacium obſidere parant, ab ipſo ſuperantur & occiduntur. Ruſſus contra Bonifacium mittitur Siſulphus comes. Sed Bonifacius ſentiens ſe ſolam Aphricam tenere non poſſe, Vuandalorum, & Alanorum gentes cum eorum Rege Genſerico, ab Hiſpaniis in Aphricam intromittit. Qui Aphricam ingreſsi cuncta cædibus, rapinis, captiuis, ferro, & igne deuaſtant, & Catholicam inibi fidem Ariana fœditate cōmaculant, vt ſuprà patuit.

Vuandali Bonifacio ſuadente Aphricā inuadunt. ſup tit. 10. ca. 8. §. 5.

Valentinianus Auguſtus ad Theodoſiū iuniorem Imperatorem Conſtantinopulim proficiſcitur, filiamque eius Eudoxiam in matrimoniū accepit, Theodoſius iunior Aphricæ volens ſuccurrere contra Vuandalos, tres duces, ſcilicet Ariobindum, Anſilam, atque Germanum cum magna claſſe tranſmittit in Siciliam. Qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Aphricæ præſidio fuerunt. Cum Genſerico rege Vuandalorū à Valentiniano Auguſto pax confecta eſt, & certis ſpaciis inter vtrunque Aphrica diuiſa.

Sedatur diuinitus terræmotus magnus Cōſtantinopoli. Dia. lib. 14.

Tempore horum Theodoſij & Valentiniani, vt refert Sigebertus, Vincen. & Ioā. de Col. Conſtantinopoli per quatuor menſes terræmotu terra fluctuante, quidam coram omnibus orantibus ſublatus in aëra diuina virtute admonitus eſt à diuina voce, vt factis litaniis canerēt omnes. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis miſerere nobis. Quo facto ceſſauit terræmotus.

De Vortigerio vel Vortigerno Anglorum rege ex lib. Olanfredi Arturi.

§. I.

ANno ſequenti rex Vortigerius conſilio inito cum ſapientibus, quid agere deberet, ad tutamen ſui, iuſsit venire artifices, vt ei turrim fortiſsimam conſtruerent. Sed cum opera eorum tellus abſorberet, ſuaſum eſt ei à diuinis, vt hominē ſine patre quæreret, & eius ſanguine lapides & cæmētum aſpergi faceret, quaſi hoc factu fundamentum ſtare potuiſſet. Inuentus igitur adoleſcens, cui nomen erat [d] Merlinus, qui dicebatur

a *Theodoſius iunior 10. pop. Rom. in oriente Imp. imperauit ann. 42. men. 2. die. 28. Onuph.*

b *Ioannes 13. pop. Rom. in occidente Imper. imperauit ann. 2. men. 2. dies aliquot.*

c *Valentinianus 3. pop. Rom. in occidente Imp. 14. imperauit ann 29. men. 1. dies 23. ſub quo omnino Romanum imperium in occidente concidit. Onuph.*

d *De Merlino hiſtoria Scotorum dubiè ſatis loquitur. Sic enim ſcribit Leſlaus in vita Congalli lib. 4. id quod Merlinus vates ex nobili fœmina (vt dicitur) ſuſceptus illi prædixerat. Porrò Merlini huius quicunque ſit liber obſcurarum prædictionum omnino inter libros prohibitos a patribus Concil. Tridentini recenſetur. vnde nō eum ſpiritu Dei plenum, ſed potius malo dæmone agitatum ſcripſiſſe perhiberem. Cæterùm vt melius certiúſque quis fuerit inſulæ ſtatus illo ſæculo intelligatur, referam Pau. Diaconi verba in 14. hiſtor. rerum Roman. Britanni itaque cùm rurſus Scotorum, Pictorúmque incurſibus premerentur, mittunt Aetio epiſtolam lachrymis plenam, eiúſque quantocius auxilium efflagitant. Quibus dum Aetius minimè annuiſſet, eo quod contra vicinos hoſtes occupatus exiſteret, quidam Britannorum ſtrenuè reſiſtentes hos abigunt, quidam verò coacti hoſtibus ſubiiciuntur. Denique ſubactam Picti extremam inſulæ partem, eam ſibi habitationem fecere, nec vltra exin hactenus valuerunt expelli. At verò reſidui Britannorum, dum continuò Scotorum impetus formidarēt, vltra iam de Romanorum præſidio diffidentes, Anglorum gentem cum ſuo rege Vortigerno ad defenſionem ſuæ patriæ inuitauere, quos tamen amicabili ſocietate exceptos, verſa in contrarium vice, hoſtes pro adiutoribus impugnatoréſque ſenſere.*

A.C. 450.

Sequenti deinceps tempore gens Anglorum, ſiue Saxonum Britanniã tribus longis nauibus aduehitur. Quorum dum iter proſperatum domi fama teculiſſet, mittitur nihilominus exercitus multiplex, qui ſociatus prioribus primum hoſtes, propter quos petebatur abigit, deinde in Britones arma conuertit, conficta occaſione, quaſi pro ſe eis militantibus minus ſtipendia præparaſſent, & totam prope inſulam ab orientali eius vſque in occidentalem incendio vel gladio ſibi ſubegit. hæc ille. A

Merlinus cõceptus eſt ab incubo diabolo.

patrem non habere. Adductáque eſt mater eius, quæ confeſſa eſt coram rege ſe non de homine, ſed ex ſpiritu in ſpecie hominis apparente conceptiſſe, quod fuit ſcilicet per dæmoné incubum. Hic autem docuit, ne occideretur, modum reparandæ illius abſorptionis. B

Hic autem Merlinus multa obſcura reuelauit, multa futura prophetauit, aperuit enim ſub fundamento lacum eſſe. Sub lacu duos latere dracones, quorum vnus rubens, populum Britonũ, alter albus, gentem Saxonum deſignaret, & quis in conflictu ſuo adinuicem præualeret. Prædixit etiam Aurelium Ambroſium deuicto Eugiſto, & combuſto Vortigero regnaturũ. Fratrémque eius Vterpedragonem ſucceſſurum in regno, vtrũque veneno periturum. Arturum verò, quem Aprũ Cornubiæ vocat, prophetauit, quod Eccleſiæ ſuccurreret, quod inſulas occidentales ſibi ſubiugaret, quod Gallicanas prouincias poſsideret, quod Romano exercitui terribilem ſe exhiberet, & quod exitum dubium haberet. Prophetauit etiã, quod ſub Northmannorum dominio futura eſſet Anglia. Et de multis aliis quæ vix poſſunt intelligi. Solet enim ſpiritus Dei, per quos voluerit myſteria ſua loqui, ſicut per Sibyllam per Balaam ariolum. C

De Arturo rege Britanniæ.

Num. 24.

Illo etiam tempore ſecundum Sigebertũ Chriſtianitas apud Perſas dilatata eſt. Nam Marũthas epiſcopus legatione functus, filium Sidigridis regis eorum oratione à dæmonio liberauit, propter quod maior gloria fidei accreuit. At contra ab inimicis Dei maior contra Chriſtianos perſecutio exarſit. Eudoxia quoque vxor Theodoſij Imperatoris ex Hieroſolymis, quo voto perrexerat, Romam veniens catenam, qua beatus Petrus ſub Herode in carcere ligatus tenebatur, ſed ab Angelo ſolutus fuit, adduxit. Et iuncta catenæ, qua idem Petrus ſub Nerone ligatus ſtetit, facta eſt vna: ad cuius contactum poſt multum temporis quidam Comes à dæmonio liberatus eſt. Et inde inſtitutum eſt feſtum ſancti Petri ad vincula, loco feſtiuitatis, quam faciebant Romani in honorem Octauiani pro victoria habita prima die Auguſti. D E

Eudoxia Hieroſolymã per git. Diac. ibi. & D. Petri Catenam defert Romã. Rom. Brev.

Septem dormientes à ſomno excitati, Nicephorus lib. 14. cap. 45. Gregor. Turon. lib. de gloria mart. cap. 95. & multi alij.

§. II.

DEſuncto Theodoſio iuniore (cuius tempore corpora ſeptem dormientium, qui ſub Decio Imperatore incluſi in ſpelunca martyrio coronati ſunt: ſuſcitata ſunt à Deo, ad cõfutandum errorem exortum apud quoſdam negantes reſurrectionem mortuorum. Qui poſtquam Theodoſio ipſi & pluribus aliis locuti ſunt reſurrectioně atteſtantes, in pace dormierunt) in Conſtantinopoli Martianus ſumpſit imperium. [a] Cœpit autẽ imperare anno Domini 455. Ab initio autẽ mundi ſecundum Hebr. 4416. ſecundum verò ſeptuaginta interpretes, & ſequaces 5654. Valentinianus verò tertius Imper. in occidente 30. annis imperium tenuit 25. cum Theodoſio iuniori, & quinque cum Martiano. Occiſo autem Valentiniano Romæ à quodam Aetij milite, quidam nobilis [b] Maximus nomine inuaſit imperiũ. Qui vt ſibi magis firmaret imperium, Eudoxiam Valentiniani relictam in vxorem accepit. Sed non impletis duobus menſibus à Romanis occiſus eſt. Et eodẽ anno poſt captam vrbem, & prædatam à Genſerico rege Vuandalorum, ipſo reuerſo in Aphricã, Romani vt moribundæ oues ſibi præficiunt quẽdam nomine Auitum. Cum quo Martianus imperator fœdus compoſuit, & quatuor annis Romæ & Italiæ imperauit. Ipſe autem Martianus ſexto anno imperij ſui occiſus eſt. F A B

A.C. 450.

Martianus imperator factus eſt A. C. 450. Diac. & Paulus.

Anno igitur dominicæ incarnationis 458 ab origine autem mundi quater milleſimo 411. Sed ſecundum maiorem computationem aliorum quinquies milleſimo 657. apud Conſtantinopolim Leo primus imperator efficitur, & annis 16. imperauit, filiúmque ſuum ſuo etiam nomine nũcupatum imperij ſui conſortem fecit. C

Leo 1. Roma. imperator. 12. A.C. 457.

Poſt modicum mortuo Auito Romę Maiorianus quidam volente exercitu apud Rauennam Romanum inuaſit imperium. Qui cum circa quatuor annos regnaſſet, prope ciuitatem Dertonem occiſus eſt.

Quo mortuo Seuerianus quidam apud Rauennam purpura induitur. Quo imperante Biorget rex Alanorum cum magnis copiis Italiam ingreditur. Cui Ricimer patricius cum exercitu occurrens, non longe à Pergamenſi ciuitate cum eo grauiſsimo & difficillimo bello cõflixit, & poſt vtriuſque exercitus cædem rex Alanorum victus & occiſus eſt. Seuerianus autem præfatus cum quatuor annis in Italia imperaſſet, diem clauſit extremum. D

Et poſt eum totius militiæ conſenſu Anthemius imperij iura ſuſcepit in Italia. Contra quem Seruandus quidam Galliarum præfectus ſe in

Anthemius imperator A.C 468.

a Martianus 11. pop. Rom. in oriente Imper. imperauit ann. 6. men. 6. Onuph.

b Occidentis imperium poſt Valentiniani mortem variis motibus agitatum tandem omnino interiit, referam hic ſimul omnes, qui nomẽ Imperatoris aſſumpſerunt poſt Valentinianum. Maximus 15. in occidente pop. Rom Imper. imperauit men. 2. d. 27. quo mortuo interregnum fuit dierum 28. poſt quod Auitus 16 Imper. imperauit men. 10. dies 8. quo abdicãte fuit interregnum men. 10. die. 15. deinde Maiorianus 17. Imperator, imp. an. 4. men. 4 die. 2. quo abdicante fuit interregnum men. 3. die. 6. & poſtea Seuerus 18. Imper. imperauit ann. 3 m 8. dies 28. quo mortuo fuit interregnum ann. 1. men. 7. & dies 27. Deinde Anthemius 19. Imper. imperauit an. 5. men. 2. dies 30. quo occiſo Olybrius 20. Imper. imperauit men. 3. dies 23. quo mortuo fuit interregnũ men. 4. dies 12. poſt quem Glycerius 21. Imper. imperauit ann 1. men. 3. dies 21 Poſt hunc Iulius Nepos 22. Imper. imperauit ann. 1 men. 2. dies 4. quo abdicante fuit interregnum men. 2. dies 5. Denique Auguſtulus infauſti nominis Imperator imperauit men. 9. dies 24. quo abdicante Imperium pp. Rom in occidente defecit. ex Onuph. E F

Galliis

A. C. 450.

Galliis imperatorem nuncupauit. Qui ab Anthemij ducibus bello victus atque captus, ſententia capitali damnatus eſt. A

Aſpar Leoni imperatori inſidiatur.

Dum autem hæc in Italia geruntur, Aſpar patricius Leoni Auguſto inſidijs molitus, eum ab arce imperij deijcere conatus eſt, ſed Leo exercitum, qui in Sicilia erat reuocans, Aſparem prælio victũ vnà cum filio, quem Cæſarem fecerat, occidit. Cum autem Italia inteſtinis fluctuationibus ſic fluctuaret, Genſericus, qui adhuc Aphricæ imperabat, Italiæ etiam imperium affectans, cum innumerabili exercitu in Italiam venire tentabat. Quo comperto Baſiliſcus patricius, magiſter militiæ Anthemij occurrens, atque nauali prœlio cõfligens, ipſum Genſericum multis ſuorum amiſſis ad Aphricam redire compulit. B

Poſt hæc (quibus cauſis neſcitur) inter Ricimerem patricium, qui Mediolani poſitus Liguriæ præerat, & Anthemium imperantem Italiæ, magnus diſcordiarum fomes exortus eſt. Cúmque magnis apparatibus ſeinuicem impugnare pararent, in ipſo bellico apparatu vir ſanctitate conſpicuus Epiphanius Ticinenſis epiſcopus ſe pacis reformatorem interpoſuit, eóſque primum ad concordiam vocauit. Sed Ricimer barbarica perfidia inſaniens (erat enim genere Gothus) pacem rumpẽs, magnis barbarorum copiis congregatis Romam tendit, & non longe ab ipſa vrbe caſtra ponit, per aliquod temporis ſpacium in vrbis & totius Italiæ perniciem. C

Leo qui Conſtantinopoli imperabat, deſolationi Italiæ compatiens, Olibrium quendam cum exercitu in Italiam miſit. Qui Romam veniens adhuc viuo Anthemio, regiam adeptus eſt poteſtatem. Inter hæc Giliſmer Galliarum rector, cũ audiſſet Ricimerem Anthemiũ impugnare, principi ſuo auxilium ferre cupiens, congregato multorum exercitu ad vrbem properauit, atque cum Ricimere apud Hadriani molem imparibus copiis confligens victus & occiſus eſt. Quo extincto mox Ricimer multis ſibi fauentibus vrbem ingreditur, atque Anthemium, qui iam quatuor annis imperauerat, captum occidit, partémque vrbis prædæ expoſuit. Sed non diu ſua perfidia atque crudelitate lætatus eſt. Nam poſt menſem tertium laboribus excruciatus, & ipſe apud vrbem interiit. Mortuo igitur Rimere Olybrius, qui apud Rauennam morabatur, Romam venit, atque pro ſui arbitrio nemine prohibente diſpoſuit. Cúmque ad diſponendum reipublicæ ſtatum toto animo intenderet, ſeptimo menſe poſtquam ad Italiam venerat, diem clauſit extremum. D

Giliſmer à Ricimere vincitur, Roma capitur.

Olybrius imperator. A. C. 472.

E

Poſt cuius deceſſum Glycerius quidam procurante Agundibaro patricio apud Rauennam totius Italiæ conſenſu imperium obtinuit. Sed non multo poſt tempore Nepos patricius multitudine Romanorum fretus Glycerium imperiali poteſtate priuauit, & apud Salonam Dalmatiæ vrbem epiſcopum ordinauit. Sed cum inter Glycerium ſeu Cutherium & Nepotem inteſtina diſcordia duraret, atque ſummis viribus ij duo bellum pararent, interueniente ſancto Epiphanio, de quo ſupra, cedente Glycerio inter eos fœderis iura firmata ſunt. F

Arthurus Britann.[a]

[a] Sub iſto Leone primo imperante Arthurus regnare cœpit apud Britones, cuius actus mirabiles etiam linguæ perſonant populorum, licet plura fabuloſa eſſe credantur. Hic reuera rex inclytus, multa probitate ac magnificentia pollens cũctis ſe exhibebat amabilem, qui ſuorum fauore Saxones, Scotos, & Pictos, qui inſulam Britanniæ pro magna parte occupabãt, multis præliis afflictos expulit atque fugauit. Eo etiam tempore Saracenis Aegyptum incurſantibus, Veneti corpus beati Marci de Alexandria Venetias tranſtulerunt.

A. C. 471.

Trãſlatio corporis S. Marci martyr. 51. lanu.

a Scribunt Arthurum regem (qui nunquam fuit Geneb.) per hæc tempora Scotiam, Hiberniam, Iſlandiam, Finmarchiam, Orchades inſulas, Daniam, Suetiam, Liuoniam Lithuaniam, Pruſſiam, Pomeraniam, Gothiam, Hollandiam Zellandiam, Brabantiam, Flandriam, Morinum, Armoricam, Britanniam, totam denique Galliam vi expugnaſſe incolas, gentiúmq; duces vectigales ſe iſſe. Inde, vt Græcorum, Perſarum, Medorum, aliorumq; reges ab eo victos prætercam, Lucium Romanum Imperatorem ſub iugum miſiſſe. Multa me in hanc ſententiam inducunt, vt putem hæc potius in anilibus, quàm in Annalibus numeranda. Leſlæus lib. 14. de rebus Scot. hæc & alia mendacia refellit in proœm. rerum Anglicarum. Guilielmus Nembringenſis, & quidem Anglus Geneb. Polydorus Virgil. libro 1. Angl. hiſto.

§. III.

Zeno imperator A. C. 474.

POſtquam autem Leo primus annis 17. orientale imperium tenuit, vita functus eſt. Zeno aſſecutus eſt imperium anno ab incarnatione 475. Ab initio autem mundi quinquies milleſimo 673. ſecundum computationem maioris numeri.

[b] Hic aliqui dicunt vt Ioan. de Col. quòd Leo primus moriens imperiũ dimiſit filio, qui & Leo dictus eſt, quem in vita conſortem imperij fecerat. Alij dicunt, quòd iſte Leo ſecundus non fuit filius primi Leonis, ſed nepos ſcilicet ex filia Leonis primogenitus & Zenone. Sed timens Leo ſecundus ſæuitiam Zenonis, matris vſus conſilio factus eſt clericus. Exigente autem Zenone, vt mater filium proderet, muliebri aſtutia vſa, alium ei forma ſimilem obtulit, & imperauit annis 17.

Leon. Aretin. de bello Gotho. & Diac.

Interea in Italia quidam Oreſtes ex Romanis patriciis vir magnus & potens multo conflato exercitu, Nepotem, qui vrbem & magnam partẽ Italiæ occupauerat, ab imperiali faſtigio depoſuit, & imperium ſumpſit pro filio, quem Auguſtulum nuncupauit, & tamen ipſe Oreſtes, quia filius quaſi puer erat, vt rex gubernabat. Contra Oreſtem autem veniens Odoacer rex Turcilingorum ſiue Rutorum & Erulorum cum maximo exercitu in Italiam apud Liguriæ partes occurrit. Qui Oreſtes aduerſus fortiſsimam multitudinem nil præualere ſe cernens, maxime cum quidam ſuorum eum deſererent, quibus agrorum partem poſcentibus refragatus erat, prius trepidus, tandem intra Ticinum munitionis fiducia ſe cõcluſit. Sed

b Leo Iunior 13. pop. Rom. in oriente Imper. filius Zenonis ex Ariadna filia Leonis ſenioris, cùm eſſet valetudinarius, Zenonem patrem ſuum Imperatorẽ conſtituit. Zeno igitur 14. pop. Rom. in oriẽte Impe. imperauit an. 1. quo exacto, Baſiliſcus 15. Imperator imperauit ann. 1. men. 5. dies aliquot. Quo abdicante Zeno iterum imperio recepto imperauit annos plus minus quindecim. Ex Marcellino Euagrio. Nicepho. Diac. & aliis.

A.C. 472. Odoacer Italiæ rex primus, A.C. 478.

ſit. Sed mox illuc adueniens Odoacer expugnatam ſtrenue ingreditur ciuitatem. Vaſtantur vniuerſa rapinis, ſæuit vndique gladius, diuina quoque ac priuata ædificia ignis conſumpſit. Captus autem Oreſtes Placentiam ducitur, & illic interficitur. Exinde per vniuerſas vrbes barbari diſti ſi ſine aliqua mora Italiam ſuo proprio iuri ſubdiderunt. Odoacer ergo, cui mox victori Oreſtis exercitus ſe ſubiecerat, proſperos ſucceſſus ſibi accedere cernens, regiam aſſumit dignitatem. Deinde cum exercitu Romam veniens Auguſtulum depoſuit, & militibus agrorum partem dedit. Et ſic per hunc modum dominationem adeptus, ſuo & exercitus nomine ciuitates pro libidine gubernabat.[a] Et ſic Romanorum imperium toti orbi terrarum mirabile, & Auguſtalis illa dignitas, quæ ab Octauiano cœpta eſt, in Auguſtulo periit. Odoacer iſte inſuper Philegæum regem Rugorum in Germania ſuperatum occidit, & maxima cum præda & ingenti captiuorum numero ad Italiam reuertitur.

Diac. li. 1 de geſtis. Longob. cap 12.

a Imperium pop. Rom. occidentale defecit Gothis Italiam obtinentibus, anno à Iulij Cæſaris ſecundo conſulatu, in quo patriæ libertatem ademit 522. Fuitq́; occidens ſine Imperatore annos 324. menſesq́; quatuor. Odoacris autem regnum cum interregno occidentis hoc anno 10. Cal. Septemb. inchoatur, qui regnauit annos 16. m. 7. & d. 11. Onuph.

De Theoderico 2. Italiæ rege, hæc habet magna ex parte Leoni. Aret. lib. 1. de bello Goth. & Blon. lib 3. dec. 1. ſed fontes ſi quis videre vult, legat Olaum magnum & Procopium de reb. Gothicis lib. 1.

§. IIII.

DE Theoderico, qui poſt Odoacrum ab eo occiſum regnauit in Italia. Pro huius pleniori informatione ſciendum ſecundum Ioan. de Col. quod Valamir Oſtrogothorum rex primus in obſequium Attilæ regis Hunnorum militauit in Italia. Poſtquam verò Attila mortuus eſt, ab Hunnorum dominio, ſe ſuóſque priſtinę libertatis memor abduxit. Et ſimiliter Ardaricus Gepidarum rex, cæteræque huiuſmodi gentes ſubiectæ fecerunt. At Hunni dolentes non ſolũ Valamirem, eiuſque exercitum à ſuæ dominationis iugo excuſsiſſe, ſed & cæteris gentibus vt ſimilia facerent fuiſſe authores, Gothos, vt fugitiua mancipia inſequentes, armis cogunt, vt ad ſeruitutem denuò ſubigant. Congregatis igitur ſuis Valamir ſuper Hunnos irruit, tantáque cæde in eos debacchatus eſt, vt de cætero Hunni Oſtrogothorum arma meruerent. Leo autem, qui tunc imperabat, mox cum Gothis Illyricum vaſtantibus fœdus iniit, ac Theodericum Tyodimeris filium ex concubina nominè Alcuna genitũ à Valamire eius patruo obſidem accepit. Occiſo autẽ in Aſſyriis Valamire, Tyodimer eius germanus regia iura ſuſcepit. Et illum Theodericum filiũ ſuum obſidem datum à Leone imperatore gratãter excepit. Deinde Theodericus filius Tyodimeris annum decimumoctauum agens, patre inſcio aliquantis adſcitis ſatellitibus, viciniam ſibi Sarmatarum gentem inuadens, opima eorum ſpolia patri deportauit. Tyodimer mox cunctorum ſuorum miro fauore ad regni gubernacula Theodericum aſſumpſit.

Theodericus conſul fuit A.C. 484

A.C. 484.

Zeno qui poſt Leonem primum imperium ſuſceperat circa annum domini 48?. audiens Theodericum a patre regẽ factum, ad ſe Conſtantinopolim euocatum magno honore & diuitiis extulit, vt eum etiã faſcibus ſublimaret, quæ dignitas poſt imperiale faſtigium prima cenſetur, æreamque illi ſtatuam ante ſuum palatium collocauit.

Gothi qua ratione Theodericum regem ad bellũ gerendũ impulerint.

Theodericus autẽ dum huiuſmodi deliciis afflueret apud Conſtantinopolim, illius milites Oſtrogothi, cùm eis propter fidei ſanctionẽ prędas agere more ſolito non liceret, nec ab Imperatore oblata ſtipendia ſufficerent, cœperunt egere. Execrantur fœdus, vituperant inutilem cum Zenone factam pactionem. Mittunt cõfeſtim ad Theodericũ qui dicerent. Quia dum ipſe Græcorum epulis ſuperfluit, ipſi inopiæ miſerias ſuſtinerent, hortantúrque, vt ſi ſibi ſuíſque conſulere velit, citius redeat, ne cuncta gens ſua peſſundetur, nouas ad habitandum terras exquirat. Zeno autem hoc audiens, & valde timens, vt ſe ac regiones finitimas Gothorum metu liberaret, Theoderico ſuaſit, vt ad Italiam tranſiret, & ab iniuſtis occupatoribus ciuitates vẽdicaret. Eíque Italiam tribuens ſacri etiam velaminis, vt moris erat, dono confirmauit. Senatúmque illi, populumque Romanum cõmendans, abire iuſsit.

Theodericus in Italiam venit.

Theodericus igitur his de cauſis ad ſuos reuertitur, Gothóſque hortatur, vt cum primùm parati ſint inde ad Italiam poſsidendam iter arripiant. At verò priuſquam ad Italiã perueniſſent, Tratillã Gepidarum regem, inſidias ſibi molientem, bello ſuperãs interfecit. Briſam quoque Bulgarorum regẽ magna ſimul cum ſuis agminibus cæde proſtrauit. Egreſſus itaque à Thracia & Mœſia, Theodericus mouit Gothos cum coniugibus & liberis, & cum ſupellectili & omnibus ſuis per Syrmium, Pannoniáſque, & Illyricum, aliáſque regiones Italiam intrauit. Quam cùm ingreſſus eſſet, iuxta Sontium amnem non procul ab Aquileia caſtra poſuit, atque dum vberrimis, quæ habentur eodem loco paſcuis, fatigata ex longitudine itineris, aliquandiu iumenta reficerent, mox ei magno cum ſuorum exercitu, totíſque Italiæ viribus Odoacer occurrit. Quem Theodericus libenter excipiens, magno ſuperatum prælio, poſtremo in fugam conuertit. Theodericus poſt fugatum Odoacrum inde Veronam properat: at Odoacer minori exercitu in pugna occurrit. Sed Theodericus in pugna congreſſus non procul à Verona, etiam ipſum Odoacrũ magna cæde protriuit, ac cum ſuo exercitu dare terga compulit. Quidam verò ex ſuis militibus metu fugę dum ſe in Atheſim amnem præcipites mergunt, vndis implicati ſuffocantur.

Theodericus Veronã potitur.

Theodericus demum fugientes inſequens, Veronam ilico conſternatis ciuibus inuadit, & occupat. Odoacer cum ſuis qui remanſerant, Romam contendit. Sed obſeratis ſibi portis excluditur: Qui dum ſibi ingreſſum vetari videt, omnia loca, per quæ iter faciebat, gladio flammíſque conſumpſit, Rauennã ſe cõfert, vt ibi ſe tueri aduerſus hoſtes poſsit. Thendericus verò Verona digrediens Mediolanum peruenit. Ibique dum conſiſteret, magna militum multitudo pluréſque Italiæ populi conuenere. Sed paucis interiectis diebus dedititius exercitus, Tuffa quodam nomine inſtigante Odoacri ſe partibus tradidit. Ea res in-

tantum

A.C. 484 tantum Thendericum perterruit, vt ſe ſuúmque A exercitum intra munitiones retinens, demú relictis ibi matre, ſororibus, & vniuerſi vulgi multitudine, cum expeditis armatorum cuneis ad Odoacri obſidionem Rauennam profectus eſt. Et in eo loco cui nomen Pinetum eſt, caſtra poſuit. & per triénium ferè continuũ Odoacrũ obſedit.

Theodericus Rauennam obſidet, ſed fruſtra.

Gundobaldus Burgundionum rex, Italię taliũ varietates aſpiciens, Liguriam cum ingenti exercitu ingreſſus eſt. At cuncta, quę rapere potuit diripiens, infinitam ſecum ad Gallias captiuorum multitudinem traxit. Theodericum tãdem in vrbe Rauenna, dum Odoacrum obſideret, hæc obſidio longius remorata eſt, quàm ipſe cum Gothis ab initio exiſtimarent. Itaque Theodericus B cum Gothis triennio ferè toto circa illam commorans, capere nequiuit. Finitima tamen Rauennæ oppida per hoc ipſum tempus cœpit omnia, præter Ceſenam, quæ & ipſa valido Odoacri præſidio tenebatur. Ad extremum fatigatis obſidentibus & obſeſsis, pactione res cõpoſita fuit, vt Theodericus ſimul, & Odoacer ſocij dominationis eſſent. His peractis Theodericus & Gothi Rauennam intrauerunt, neque poſthac vllæ par- C tes Italiæ illi clauſæ fuere. Verùm hæc regni ſocietas non diuturna permanſit. Cum enim occultas inter ſe ſuſpiciones haberẽt, præueniens Theodericus inuitatũ ad cœnam Odoacrum occidit.

Theodericus igitur poſt Odoacrum occiſum ſolus cum Gothis per Italiam dominatur. Fuit autem eius dominatio non admodũ dura, & partem agrorũ, vt nuper Odoacer diuiſerat, pro ſuis retinuit. Cæterum ciuitates per ſeipſas, & per ciues earum gubernari permiſit. Ipſe verò regni ſedem Rauennæ conſtituit, ibíque inhabitauit triginta quinque annis in Italia regnans ſolus. Sed D Romam poſt mortem Odoacri profectus, à Romanis cum gaudio receptus eſt. Quibus ille ſubſidium tritici ſingulis annis centũ & viginti millia modiorum conceſsit.

Theodericus potitur Italia.

Interea Epiphanius epiſcopus ſanctitate plenus (vel vt ſentiunt alij Germanus præſul Ticinenſis) à Theoderico in Gallias miſſus ad Gundebaldum pro captiuis redimendis, ob ſanctitatis ſuæ reuerentiam, ſex millia captiuorum dono ſibi conceſſa in Liguriam ſecum reduxit.

Saxones cum Britannis illo tempore diu ter- E ra, marique cum ancipiti palma pugnarent, tandem potentiores poſt longum tempus inſula potiti ſunt.

Saxones Britanniã occupãt

Theodericus, vt ſui regni vires ſtabiliret & confirmaret, interea Aldeflondiã Clodouæi Francorum regis filiam, in matrimonium ſibi iungit. Vandalorum regi Hunerico Amafredam germanam ſuam matrimonio ſociat. Eius Amafredę filiam Malabergam Thuringorum regi Ermefrido in matrimonium ſociat. Theodericus quoque filias ex concubina natas, alteram Alarico Viſigothorum regi, alteram Sigiſmundo Burgũdionum regi conſociat, Amalaſuntham verò tertiam filiã F Euthatico ex Alearanorum ſtirpe venienti euocato de Hiſpania, tradit. Et ſic Italiæ & occidentalis partis nulla gens affinis prætermiſſa eſt, quæ Theoderico aut coniunctionis affinitate, aut pactionis fœdere non ſit ſociata. Poſt hæc Theodericus, nec ſegnis otioſuſque permanſit. Nam anno domini 525. Siciliam totam cum omnibus adiacentibus inſulis regno ſuo adiunxit. Dalmatiã quoque ſibi ſubditam fecit. Quinetiam per hæc tempora magno cum exercitu Alpes Rhodanóque tranſgreſſus in vlteriorem Galliam contra Francos tranſiuit.

A.C. 493.

Cum autem Theodericus rex Gothorum rem publicam in Italia opprimeret, temporibus prioribus Boethius ſenator clariſsimus, vt infra dicetur de ſapientia eius, amator reipublicæ in multis regi ſe pro iuſtitia opponebat. Cúmque & propter generis nobilitatem, & eloquentiam apud omnes de eo magna eſſet opinio, etiam ab ipſo rege timebatur. Quare, vt creditur, ſubornatis quibuſdam, vt ipſum de crimine læſæ maieſtatis accuſarent, dixerunt, quòd ipſe prodita ciuitate Romana Anaſtaſium principem in Italiam euocauerat, vt rempublicam de manu Theoderici liberaret, quam ob rem ſumpta occaſione ipſum, cum quibuſdã alijs Romanis nobilibus apud Papiam exilio relegauit, vbi in carcere poſitus librum de philoſophię conſolatione ſcripſit, vbi demum ab eo interficitur.

Boethi⁹ & Symmachus in exilium mittuntur. vide ca. 15. huius tituli.

Symmachus quoque patricius, ſocer Boethij, qui & ipſe cũ eo rempublicã illuſtrabat, à Theoderico occiditur. Qui Theodericus hæreticus erat & Arianus. Et Ioannem primum papam incarcerauit diurna maceratione carceris occidẽs. Sed quam citiſsime animaduerſio diuina ſecuta eſt. Nam horribili & inopinata morte Theodericus multis peccatis pollutam animam repentina morte exhalauit. Quam quidam ſolitarius vir magnæ virtutis vidit in viſione ſpiritus in medio Ioannis papæ & Symmachi ab eis in Vulcani ollam, quæ proxima erat, demergi.

Quo mortuo Rauennæ Gothi Atalaricum, quem filia eius genuit, quia filios non reliquit, cũ eadem Amalaſuntha matre ſua regno Italiæ præfecerunt. Qui Atalaricus cum in Italia Gothis quatuor annis imperaſſet, immatura morte ſubtractus eſt.

Alaricus tertiu⁹ rex Italię reg. an. 8 plus minus. A.C. 526.

Cuius mater Amalaſuntha Theoderici filia poſt eius obitum, Theodahatum quemdam ſibi ſocium adſciuit in regnum. Qui collati beneficij immemor, non multo poſt tempore in balneo ſtrangulare eam fecit. Cuius mortem grauiſsime tulit Iuſtinianus, qui imperabat in oriente, & aduerſus Theodahatum iuſte commotus eſt, de quo Theodahato dicetur infrà in ſequẽti paragrapho.

Theodahatus Italiæ rex 4. reg. fere biennio. A.C. 534.

Anaſtaſius Imperator A.C. 491. de quo Eua. lib. 3. cap. 29. & Niceph. lib. 16. cap. 24. 25. & 26. & Diac. lib. 15. & alij.

§. V.

DEfuncto Zenone Anaſtaſius in imperio ſucceſsit. Cœpit autem imperare anno domini 493. Ab initio mundi 5691. Et imperauit annis 25. Hic ab Anterico quodam deprauatus, Romanum imperium Eutychiana hæreſi maculauit, quam ob cauſam etiam Catholicos perſecutus eſt. Et quia admonitus à papa Hormiſda per legatos, noluit ſe ab hæreſi ſeparare, ſed proterue reſpondit Papæ, & legatis iniurias intulit, Dei iudicio ictu fulminis percuſſus interijt.

a Anaſtaſius 16. pop. Romani in oriente Imperator imperauit an. 27 m. 3. d. 3. Dicorus autem eſt cognominatus à diſcoloribus oculorum pupillis, quarum dextera nigricans, ſiniſtra cærulea fuerat.

Sub

A.C. 495.

Alamundarus hic rex dicitur à Diaco. & Niceph. lib. 16 ca. 36. qui hoc egregiũ commentum referunt.

Sub huius etiam Anaſtaſij Imperio, rex quidam Saracenorum potentiſsimus ad fidem catholicam venit. Qui cum baptizari deberet & ipſum Eutychiani hæretici vellent ad credulitatem ſui dogmatis trahere, hoc exemplo illos confudit, dicens ſe literas accepiſſe, in quibus aſſerebatur Michaelem archangelum eſſe defunctum. Illis autem reſpondentibus hoc eſſe impoſsibile, cum angeli ſint natura impaſsibiles. Quomodo igitur (inquit rex) Deus ſecundum vos nudus B crucifixus, niſi duarum eſſet naturarum Chriſtus, quandoquidem nec angelus mortuus eſt?

Tempore quoque Anaſtaſij in principio ſui regni ᵃ Tadus Lõgobardorum rex ſeptimus, Erulos ad internetionem vſque deleuit, & eorum regem Rodulfum captum interfecit, & regnauit annis 10. Sed poſtea Vuaſcho Tadum patruum ſuum interemit, & regnum Longobardorum inuadens ipſum 18. annis tenuit. Hic contra Gepidas bellum intulit, & Sueuos vicit anno Domini 500. ante verò Tadum rex Lungobardorũ ſextus dictus eſt Daſon, qui regnauit annis quinque. Et C ante ipſum quintus fuit Godohoc, qui regnauit annis duodecim. Sub quo Longobardi nouarum ſedium auidi, Rugorum regionem, eo quòd fertilis eſſet, & penè deſerta, occupauerunt. Nouus autem in regno Longobardorum fuit Vulterius Vuaſchonis ex filia nepos, qui regnauit annis 7. Traſimundus, qui fratri ſuo Hunerico, vel patri in Aphrica Vandalorum regi ſucceſſerat, eius ſecutus perfidiam in perſecutione Eccleſiæ clauſis catholicorum Eccleſiis, ducentos & viginti epiſcopos iterum in Sardiniã relegauit. Sed Traſimundo defuncto Vandalorũ rege Arianæ perfidiæ, Hildericus eius filius, ex captiua Imperato D ris Valentiniani filia ortus, adeptus eſt regnum. Qui non patris hæretici peſsimi, qui eum adiurauerat in morte, vt nunquam Catholicis adhæreret, ſecutus eſt errorem & monita, ſed Catholicæ matris fidem imitatus eſt. Qui Hildericus adepto regno omnes epiſcopos, quos relegauerat pater, ab exilio reuocauit, & Eccleſias reformari præcepit.

Hildericus Vandalorum rex Catholicus.

a Quinam fuerint Longobardorum reges ex eo tempore, quo Ibore & Agione ducibus Scandinauia egreſsi ſunt, docet Pau. Diaco. lib. 1. & paulò E poſt D. Anto. nono, ſcilicet cap. huius tit. Quod verò aut infrà D. Anto. rege Godocho, Longobardos in Rugorum regionem perueniſſe, Paulus Diac. ſub Ibore & Agione factum eſſe ſcribit lib. 1. cap. 9.

De Atalarico 3. Italiæ rege. Ex Leon. Aret. lib. 1. de bello Goth. Pal. in cont. Euſ.

§. VI.

Amalaſunthæ Gothorũ reginę administratio.

ATalaricus igitur puer, ex Amalaſuntha filia Theoderici genitus, & ex Eutharico patre ex Alemannorum ſtirpe proueniente, Theoderico F regi ſine virili prole decedenti cum matre ſucceſsit in regno Italiæ. Qui cum puer eſſet, tota cura & gubernatio regni matris erat viduæ exiſtentis. Regina itaque pueri curam ſuſcipiens, literis latinis erudiendum tradidit & moribus: præceptores enim literarum quoſdam, & ex Gothorum ſenioribus homines grauiſsimos circa puerum eſſe iuſſerat. Ipſa verò ſeuerè admodum

A.C. 500.

A gubernationem regni exercebat, Gothorum iniurias, etiam Theoderici facta quædam retractans, & ad mitiorem formam reducens. Inter quæ & illud fuit, quod Boethi & Symmachi filiis patrimonia reddidit, iam à Theoderico publicata, aſſerens eos falſis delationibus, ac temere à rege reditis fuiſſe damnatos. Theodahatum verò conſobrinum ſuum, qui magnas in Tuſcia poſſeſsiones habens, multa vicinorum prædia per tyrannidem occupauerat, ad reſtitutionem ablatorum B faciendam cum acerba increpatione coegit.

Rex iuuenis quomodo deprauatus.

Hæc reginæ ſeueritas, multos Gothorum ſibi inimicos reddidit. Itaque ſimul conſpirantes quidam Gothorum proceres, fouere puerum, contra matris potentiam ſtatuerunt. Quare ad reginam venientes non placere Gothis dixerunt, vt rex eorum ſub magiſtris & præceptoribus viuat, nec vt ſenioribus traditus obtemperet, decere magnum regem equos & arma, iuuenum exercitia, non ſeniorum frigiditatem, aut magiſtrorum ſedulitatẽ meditari. His enim & corpus & animũ C regis effœminari, illis autem vigorem & peritiam creſcere. Non eum factum eſſe regem, vt diſciplinam literarum populum doceat, ſed vt bello & armis potentiam extollat. Hæc & ſi reginam non latebat, quorſum tenderent, tamen ne refragari eorum poſtulationi videretur, conceſsit. Adoleſcénſque æqualium conuerſationi traditus, breui admodum tempore ad laſciuiorem vitam ſcortáque ac libidines, & cæteras huiuſmodi voluptati tranſuectus eſt: matri verò vſqueadeò repugnans, & aduerſus propter malos ſuaſores, vt neque audire illam, neque alloqui dignaretur.

Regina rurſus ad regni administrationem redit.

Regina igitur cùm ſe per has artes ab aduer D ſariis oppugnari, ac regno ſpoliari videret, non tulit dolorem ingentis ſpiritus fœmina, ſed tres Gothorum proceres, qui authores ſuaſoréſque malorum conſiliorum puero erant, miſsis clam percuſſoribus occidi fecit. Ipſa vero adoleſcente ſibi reconciliato gubernationem reſumpſit. Ipſe autem Atalaricus ex ſuperiori vitæ laſciuia in varias ægrotationes prolapſus, poſt quatuor annos regni ſui, vitæ autem ſuæ decimo octauo defunctus eſt.

Amalaſuntha poſt filij obitum commodius ſibi proceſſuram gubernationẽ regni arbitrata, ſi E ſocium & adiutorem haberet, Theodahatum conſobrinum ſuum in conſortium regni aſſumpſit. Erat autem Theodahatus literis Græcis & latinis eruditus, multámque philoſophiæ operam dederat, cæterum natura imbecillis & incõſtans, multis vitiis laborabat. Is ergo ad regnum beneficio reginæ aſſumptus, ſtatim ingratitudinem & perfidiam oſtendit. Secretò enim cum inimicis reginæ conſpirans captámque, in Vulſinij lacus inſulam relegauit. Nec multo poſt per filios agnatóſque eorum, quos regina in ſeditione filij occidi fecit, eam interfici vel ſtrangulari permiſit. F Hæc malignitas & perfidia Theodahati multos Gothorum turbauit, nec multum à ſeditione aberant. Quæ cum intellexiſſet Iuſtinianus imperator, tempus idoneum ratus Italiæ liberandæ, mentem & cogitationes ſuas ad has partes conuertebat.

Mors Amalaſunthæ.

Quomodo Clodoueus Chriſti fidem amplexatus fuerit, Gregor. Turo. lib. 2. hiſt. Franc cap. 29. & 30. & Hincmarus in vita S. Remigij. Plenius

autem

A.C. 490.

autem totam historiam Clodouæi perſequitur Aem. lib. 1. A

§. VII.

HAc tempeſtate Clodouæus [a] apud Francos regnabat vir probus, & in armis ſtrenuus, ſed adhuc idolorum cultui deditus. Hic Clotildem regis Burgundorum ſororem puellam Chriſtianiſsimam duxit vxorem. Cum autem hæc primo intra cubiculi ſecreta ſilentia clauſa cum viro ſuo eſſet antequam ſecum maritali copula iungeretur, dixit viro. O domine mi, antequam mi- B hi maritali iungaris vinculo, vnum precor, vt in regem, & dominum verum Ieſum Chriſtum, cæli & terræ creatorem, qui te creauit, & proprio ſanguine redemit, & in Spiritum ſanctum illuminatorem & confirmatorem omnium iuſtorum credas. Et his agnitis idola vana & muta relinque, & eccleſias ſanctas, quas deſtruxiſti, inſtaura. Sed rex, qui adhuc multis bellis ferus erat, & ſemibarbarus, pro tunc eius monita irriſit.

Clotildis ad religionem Chriſtianā maritū hortatur.

Cum autem poſtea concepiſſet ex eo & peperiſſet filium, volebat ipſa regina Clotildis paruulum baptizari, quod ille, vt gentilis recuſabat. Sed C tantum inſtitit regina apud regem, vt ab eo obtineret precibus eum baptizari. Qui baptizatus quamcitiſsime mortuus eſt. Dixítque Clodouęus reginæ. Nunc apparet, quia vilis eſt Deus Chriſtus, qui eum, per quem fides ſua multum poterat ſublimari, in vita conſeruare non potuit. Cui illa. Immo in hoc à Deo meo me diligi multum aſpicio, quia primum fructum ventris mei ipſum cognoſco recepiſſe, qui regnum ſuum tuo multo melius, filio meo largitus eſt.

Concepit ſecundo & peperit, quem ſicut pri- D mum cum multa inſtantia baptizari fecit. Qui baptizatus mox infirmatus eſt ita, vt de vita eius deſperaretur. Cui rex. Vere debilis eſt hic Chriſtus, Deus tuus, qui nullum baptizatum in nomine ſuo in vita conſeruare poteſt. Nam ſi mille genueris, & illos baptizaueris, omnes peribunt. Sed puer conualuit orationibus matris, qui poſt eum regnauit. Conabatúrque mulier ſancta inducere virum ſuum ad fidem, ſed ille reſiſtebat.

Contigit autem non multo poſt, vt Clodouęus cum Alemannis bello congrederetur. Cumque E in illo prælio iam exercitus eius cederet, & non ſine ſtrage multorum iam à facie hoſtium fugeret, ſtarétque rex ſuper hoc attonitus, Aurelianus quidam ex eius comitibus Chriſtianus, dixit ad regem. O Francorum princeps, reuoca in te animum. Crede in Deum cæli, quem vxor tua prædicat tibi, & abſque dubio victoria tibi dabitur ex hoſtibus. Ad quam vocem ſubito immutatum eſt cor eius, & eleuatis ad cælum oculis, dixit cũ lachrymis. Domine Ieſu Chriſte, quem vxor mea prædicat, & adorat, qui in te ſperantibus ſubuenis, in hac mea neceſsitate tuum adiutorium po- F ſtulo, promittens tibi, quia victoriam ſi dederis de hoſtibus meis, credam in te, & in tuo nomine

Aurelianus Clodouæum ad credendum in Chriſtum hortatur.

a *Clodouæus (quem in baptiſmo Ludouicum nominatum quidam ſcribunt) 5. Francorum rex in Galliis creatus an. 484. regnauit ann. 30. primus ex regibus Francorum Chriſtianus, ſub quo Romanum imperium in Galliis omnino defecit, Romanis ducibus caſis. obiit ann. 514. ſepultus Pariſiis in baſilica S. Petri à ſe condita. Onuph.*

aquis baptiſmatis renouabor. Inuocaui nũcuſque A.C. 490. deos meos, & non auxiliantur mihi. Ad hanc vocem Franci ſubito quaſi diuinitus animati præliũ reparant. Et qui iam à facie hoſtium cateruatim fugerant, facta impreſsione fugere hoſtes compellunt. Quos inſecuti Franci multos occiderunt, multóſque capiunt. Sed & eorum rex in bello corruit.

Igitur Clodouæus hac miraculoſa victoria potitus, in Franciam redit, atque quæ geſta ſunt vxori retulit. Statímque accerſitus beatus Remi- B gius epiſcopus Rhemēſis ad regem venit. Inſtructúſque ſufficienter in fide, ad Eccleſiam vt baptizaretur acceſsit. Sed cum ſanctum chriſma deeſſet, ſubito [b] columba niuea è cælo lapſa ampullam roſtro chriſmate plenam attulit, de quo beatus pontifex regem inunxit. Hodie adhuc hęc ampulla in Rhemēſi eccleſia religioſe ſeruatur, & inde Francorum reges in coronatione inunguntur. Baptizato autem rege, totus ille populus Frãcorum fide recepta baptizatus eſt. Eo tempore prima ſynodus à Francis iuſſu Clodouęi regis Aureliæ celebratur, in qua multa Eccleſiæ vtilia C decernuntur. Hic glorioſus rex poſtquàm per omnes Gallias longe latéque dilatauit regnum, Pariſiis moritur, & in Eccleſia ſancti Petri, quam ipſe & vxor ſua Clotildis ædificauerant, ſepelitur, cuius regnũ quatuor filij eius ſic partiti ſunt. Nam Theodericus ſedem regni ſortitus eſt Rhemis, Clodomirus Aureliæ, Childebertus Pariſiis, Clotharius Sueſsione.

Clodouæus rex baptizatur. & S. Ampulla è cælo defertur.

S. Petri eccleſia nūc S. Geneuefę templum dicitur.

b *Delatum fuit oleum cœlitus per columbam ſuper Clodouæum regem primum Chriſtianum inter reges Francorum, quo rex à B. Remigio fuit inun-* D *ctus, & inunguntur poſteri, ſignis & portentis, & variis curationibus ex vnctione prædicta eis apparentibus. D. Thom. 2. lib. de reg. prin. cap. vlt. De miraculo quod Dominus dignatus eſt oſtendere per columbæ ſpeciem in allatione chriſmatis, ſicut & de aliis, rata eſt Catholicorum patrum tenenda ſententia, diuina operatio, ſi ratione comprehenditur, nõ eſt admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Hincmarus in vita S. Remigij.*

De S. Oleo, quo reges Galliæ inunguntur.

E *Clodouæus rex Arianos bellum mouet Turon. lib. 2. de Franc. reg. cap. 27. & Hincmar. in vita S. Remigij.*

§. VIII.

CVm veniſſet rex Clodouæus Pariſios, ait ad reginam, & ad populum ſuum. Satis mihi durum videtur, quod Gothi Ariani partem Galliarum optimam tenẽt. Eamus igitur, & cum Dei adiutorio eiiciamus eos de terra. Cui regina, Faciamus prius eccleſiam in honorem beati Petri apoſtoli, vt in bello ſit tibi auxiliator. Quod rex F dixit ſe facturum in reuerſione. Cum ſuo igitur exercitu Clodouæus ſe mouens, direxit ſe Pictauos, ibi enim tunc rex Gothorum Alaricus commorabatur. Tranſiens autem per territorium Turonenſe, direxit rex nuncios ad baſilicam beati Martini cum muneribus, & equum ſuum, quem amabat, plurimum etiam miſit.

Cum autem intraſſent nuncij limina eccleſiæ beati Martini, primicerius eccleſiæ impoſuit hãc antiphonam cantandam. Præcinxiſti me virtute

A.C. 500. ad bellum, &c. Qui nuncij dimiſsis muneribus, A & orationum ſuffragium petentibus, cum lætitia reuerſi ſunt.

Cùmque veniſſet rex ad fluuium Vieonam cũ exercitu, & in quo loco eum vadare deberet non inueniret, propter inundantiam pluuiarum, deprecatus eſt dominum, vt vadum illi oſtenderet. Mane autem facto cerua miræ magnitudinis eos Domini nutu præcedens vadum oſtendit, illaque vadante populus ſecutus eſt vadum. Adueniente autem rege apud Pictauos, dum procul ab Eccleſia ſancti Hilarij tentoria ſua fixiſſet, ea nocte fax ignea ab Eccleſia viſa eſt exiiſſe, apparuit nempe ſuper ipſa tentoria in auxilium Clodoueo regi cum virtute beati Hilarij. Præcepit ergo rex B exercitui ſuo, vt nec cibũ, nec quicquam ſtipendij de pagano ipſo quiſquam acciperet, nec etiam ſpolia.

Cerua eis diuinitus Vienæ vadũ oſtendit.

Fortiter ergo dimicante eo cum ſuis copijs miliario decimo procul à Pictauis contra regẽ Gothorum, Gothi cum rege ſuo nimis colliſi terga verterunt, & Clodoueus victor extitit. Deinde ciuitatem Turonicã ingreſſus multa munera Eccleſiæ beati Martini tribuit. Equum verò ſuum quem prius ad Eccleſiam ipſam tranſmiſerat, ab illis recipere ſeu redimere voluit: datis pro eo argenti ſolidis centum. Quibus datis equus ille C nullatenus moueri potuit. At ille. Date ait alios centum ſolidos, quos cùm dediſſet, ſtatim equus ſolutus abiit. Tunc rex cum lætitia abiit, & ait. Verè beatus Martinus bonus eſt in auxilio, ſed carus in negotio, [a] ab Anaſtaſio Imperatore accepit tunc codicillos pro conſulatu. Clodoueus rex in eccleſia beati Martini, qui corona aurea in capite ſuo impoſita, aſcenſo equo aurum & argentum in atrio præſente populo multum erogauit manu propria. Hæc Grego. Turonenſis.

Conſul & Auguſtus ab imperatore ſalutatur.

a Sed & Hermiſda Romanæ ſedis Pontifex ſancto D *Remigio antiqua metropolis epiſcopo, quæ tunc temporis habebat duodecim ciuitates, & totidem epiſcopos eiſdem præſidentes vices ſuas in regno Ludouici regis nuper cum integra gente ad fidem conuerſi commiſit. Hinc ergo Romanus pontifex tam ab ipſo Chriſtianæ fidei exordio in Francorum regno auctoritatem habuit, cuius vices B. Remigius gerebat.*

Clodoueus quomodo ad nuptias Clothildis peruenerit. Greg. Turo.lib.2. cap. 28. & Nau.gen. 17. vol. 2. E

§. IX.

PRo maiori declaratione de Clotilde & Clodoueo rege viro eius, & geſtis eorum. Nota ſecundũ Vincen. poſt Gregor. Turonenſem, quod cùm Gundenchus regnaret in Burgundia, qui ex genere Athanarici fuiſſe perhibetur, quatuor filios habuit, Gundobandum, Godegiſillum, Childericum, & Godomarum. Gundobandus igitur F Childericum fratrem ſuum interfecit gladio, vxorémque Childerici ad collum ligato ſaxo in aquã præcepit demergi. Filias quoque duas eius, quarũ vna ſenior vocabatur Mucuruna, (Hanc mutata veſte exilio condemnauit) iuniorem Clotildem nomine ſecum retinuit.

Demum Clotildis iſta deſponſata eſt Clodoueo, qui per modum occultum ei aſſentienti præmiſit per quendam ſibi [familiarem] annulũ A.C. 500. neſciente Gundobando. Poſt quod Clodoueus miſit ad Gondobandum legatum pro ſponſa ſua Clotilde, quod cum ille negaret Clotildem eſſe ſponſam eius, reperto annulo Clodouei miſſo Clotildi, de conſilio Burgundionum, timens iram Clodouei, eam licet quaſi inuitus tradidit & deſtinauit in coniugem Clodoueo. Ipſa autem Clotildis, vxor facta Clodouei de duobus rogauit eum. Primum, vt verum Deum coleret, cum tunc paganus eſſet. Secũdum, vt requireret portionem patris ſui & matris, quos Gondobandus auunculus ipſius Clotildis interfecerat, & ſimul ſanguinem eorum vindicaret. Primum igitur non tunc, B ſed poſtea fecit, ſecundum vt impleret miſit Aurelianum iterum ad Gondobandum propter theſaurum reginæ Clotildis. Qui ira commotus ait. Nunquid in manus Clodouei tradetur regnum meum aut Theſauri mei? Recede à me. Aurelianus ait. Mandat tibi dominus meus rex, vt ei citiſsime remandes theſauros vxoris ſuæ. Sin autem cum exercitu ſuo tibi occurret.

Clotildis quam Chr… de appel… lat, … Clodoueo.

Tunc Burgundiones dato conſilio dixerunt regi. Da nepti tuæ de facultate tua, quod ei contingit, quia ſic iuſtum eſſe decernitur, habeaſque fœdus cum Clodoueo, & gente Francorum, ne fortè irruant ſuper terram noſtram, quia populus ille C ferociſsimus, & ſine Deo eſt: quod totum fecit Gundobandus, per manus Aureliani maximam partem Clodoueo mittens ex theſauro ſuo, & ſupellectili neptis ſuæ. Mortuo autem Gundobando, regnauit in Burgundia pro eo filius eius Sigiſmundus.

Mortuo autem Clodoueo, quatuor eius [b] filij diuiſerunt inter ſe regnũ æqualiter, ſcilicet Theodoricus, Clodomirus, Childebertus, & Clotharius. Primus ſcilicet Theodoricus habebat filiũ nomine Theodobertum, ſtrenuum & vtilem, eleuatique ſunt in potentia magna. Almaricus quo- D que filius Alarici regis Gothorum, ſororem ſibi ad coniugium à prædictis fratribus petiit & obtinuit. In diebus illis Clotildis regina Pariſios veniens, rogauit filios ſuos, vt iniuriam eius indignantes patris & matris ſuæ mortem vindicarẽt. Qui ira magna commoti cum exercitu magno Burgundiam petierunt contra Sigiſmundum & Godomarum reges filios Gundobandi. Tunc temporis ædificabat Sigiſmundus rex monaſteriũ ſanctorum martyrum Agaunenſium ſcilicet Mauricij & ſociorum ſex milium ſexcentorum E ſexaginta ſex in Burgundia. Commoto igitur exercitu Burgundionum contra Clodomirũ regem & Childebertum & Clotarium fratres eius filios Clodouei, illiſque inter ſe pugnantibus, Burgundiones ſunt cæſi. Sigiſmundus verò cum ad ſanctos martyres cõfugiſſet, inſecutus eſt eum

Sigiſmũdus regnat in Bur… dia. Tur. lib. … ca. 1.

Filij Clodouei ad uerſ. Burgundiones bellũ gerũt. ibi. cap. 6.

A. C. 522.

b Filiorum Clodouei regna & regnorum tempora ſic digeſſit Onuph. Clodomirus 6. rex Franco- F *rum, Aurelianis regnauit ann. 6. creatus ann. 514. occiſus in prælio contra Burgundiones ann. 522. Theodericus 7. rex Franc. regnauit Metis an. 22. obijt an. 537. Theodebertus 8. rex Francor. creatus ann. 537 regnauit Metis ann. 13. Childebertus 10. rex Franc. regnauit Pariſijs an. 44. obijt ann. 559. Clotharius 11. rex Franc. regnauit an. 50. cum fratribus & nepotibus 44. ſolus ſex. Obijt an. Chriſti 564. ſepultus Sueſsionis.*

A.C. 522.

Clodomirus, & comprehendit eum, & vxorem eius & filios, captóſque in pagum Aurelianéſem adduxit, eoſque in carcere clauſit. Beatus Auitus, qui erat tunc ſanctus Dei abbas in Aureliano, deprecabatur Clodomirum, vt nó occideret eos, ſed ille noluit eum audire. Interfecit autem Sigiſmundum, & vxorem eius, & filios proiecit in puteum.

De S. Auito Greg. Turon in li. de glo. ria confeſſ. cap. 99. & Sur. to. 5. ex MS. cod.

Hic Sigiſmundus, vt ait Sigebertus, fratrem ſuum Sigericum peremerat malo eius nouercæ vſus conſilio. Qui poſtea competenti pœnitétiæ ſe addiciens, & martyribus Agaunenſibus ſe deuouens, quod dignus fuerit venia crebra poſt mortem eius per ipſum multis conceſſa gratia ſanitatum teſtatur, & per eum febricitantibus indulta curatio. Cuius feſtum recolitur 3. Calendas Maij.

Iterum Clodomirus occiſo Sigiſmundo congreſſus cum fratre Sigiſmundi, ſcilicet Godomaro percuſſus & mortuus eſt, vt ſcribit Gregorius Turonen. in Iuſtoria Francorum. Quod videntes Franci, nimio dolore & ira commoti, Godomarú perſequentes exterminár & occidunt, omnéſque regiones deuaſtantes à puero vſque ad ſenem omnes peremerunt, & reuerſi ſunt.

Clotharius hoc audiens vxorem eius accepit in coniugem Gunteucham nomine, quæ ſcilicet fuerat vxor Clodomiri fratris ſui. Tres autem filios Clodomiri orphanos, ſcilicet Theodobaldú, Guntharium & Clodoualdum Clotildis regina nutriebat ſecum illos retinens.

Eo tempore Theodoricus & Theodobertus filius eius & Clotarius rex cum Francorum exercitú Rhenum tranſeuntes in Thuringiam dirigúr contra Herminefredum regem Thuringorú. Hęc audiétes Thuringi foſſata fecerút ſub dolo cooperientes ea ceſpitibus. Cúmque ad bellum ibi conueniſſent, intelligentes quod equi eorum ibi corruiſſent, indignati ſunt valde. Tátaque cædes de Thuringis fuit, vt ipſe fluuius cadaueribus eorum repletus, Francos ſuper eos tanquam ſuper pontem traduxerit, & conculcabant eos, vaſtantéſque omnem regionem illam, & captiuos adducentes omnia depopulari ſunt. Herminefredus quoque rex per fugam lapſus vix euaſit. Herminefredo autem fuerunt duo fratres, Badericus & Bertharius. Et ſecundum Hugo. Floriacen. Clotharius rex inde rediens Radegundam Bertharij regis filiam, & Herminefredi neptem ſecum adduxit, & eam ſibi legitimo matrimonio copulauit. Sed illa poſt modicum relicto maritali toro, intra Pictauenſem vrbem veſté ſuſcepit religioſam, in qua perſeuerans vitam ſuam laudabiliter finiuit.

Franci in ſeſſi tranſeũt Rhenum. Idem ca. 6.

Radegunda Clotharij vxor fit monialis.

Theodoricus autem rex frater Clotharij præfati, vt dicit Grego. Turonenſis, data fide Herminefredo regi ad Tulpiacum ciuitatem fecit eum ad ſe venire. Cúmque ſupra murum ciuitatis colloquerentur, impulſus de muro, corruit ad terrá, & mortuus eſt. Et huius infantes ſimul Theodoricus iuſsit interfici.

Soror regum Francorum à marito hæretico ob fidem Catholicam vexatur. Id. lib. 3. ca. 10.

§. X.

CHildebertus auté frater Clotharij & Theoderici, cùm eſſet apud Aruernos miſit ſoror eius, vxor Amalrici regis Gothorum nuncios ad A eum: & ſignificauit ipſi quanta mala ei Amalricus feciſſet, & qualiter ei inſidiaretur propter fidem Catholicam. Nam cùm ad eccleſiam Chriſti iret, & orationem faceret, ſtercora & multos fœtores proiiciebat ſuper eam, atque intantú eam verberabat, vt ſanguinem vomeret, qué illa in ſudario ſuo collectum miſerat fratri ſuo dicens. Vindicate dulciſsimi fratres laboré meum & iniuriam. Cùm autem hæc audiſſet Childebertus, ira magna cómotus, congregans exercitum maximum in Hiſpaniam perrexit contra Amalricum pugnare. Qui Amalricus in fugam conuer- B ſus, dum nauem ad euadendum quæreret, & hác non citò inueniret, ab exercitu Childeberti circumdatus, cùm ad Eccleſiam Chriſtianorum fugeret, antequam intraret in eam, quidam Francus eum percuſsit, & mortuus eſt.

A.C. 528.

Hæc ſoror Clothildis ſicut & mater dicta eſt.

Tunc Childebertus deuaſtata Hiſpania Toletum vrbem ingreſſus, theſauros magnos inde abſtulit, & cum ſorore ſua inde reuerſus eſt, quę tamen in itinere langore ſuperueniéte mortua eſt, & poſtea ſepulta Pariſiis iuxta patrem ſuú Clodoueum. Childebertus autem inter reliquos theſauros calices multos, & alia ad miniſteria Eccle- C ſiarú ex auro facta, per Eccleſias fecit diſtribui.

Clotildis autem regina poſt mortem viri ſui, frequenter pergens Turones ad ſepulchrum ſancti Martini domino ſeruiebat, rarò Pariſios veniens, ſecúmque nutriens filios Clodomiri mortui, vt dictum eſt. Cùm autem eſſet Pariſiis, videns Childebertus, quod filios fratris ſui ſenioris nimis diligeret, cogitans, quod eos reges faceret, dixit Clothario fratri ſuo. Mater noſtra eleuare vult filios fratris noſtri. Conſilio igitur accepto pertractare debemus, quid debeamus facere. Aut enim tondeamus eos, aut interficiamus; D & regnum patris eorú inter nos diuidamus. Miſerunt igitur ad reginam Pariſiis Arcadium, nobilem virum & induſtrium, doloſè dicentes. Dic matri noſtræ, vt mittat nobis filios fratris noſtri, vt eos reges conſtituamus. At illa hoc credens lætanter miſit. Quibus venientibus apprehendit Clotharius puerum ſeniorem, & proiecit ad terram, ac defixit in axillam eius cultrum, & mortuus eſt. Frater eius iunior hoc videns proiecit ſe ad pedes Childeberti dicens flendo. Succurre mihi piiſsime patrue, ne & ego peream ſicut frater meus. Tunc Childebertus motus lachrymis E eius ait. Obſecro te, frater cariſsime, vt huius mihi vitam concedas, & quantumcunque volueris pro huius vita dabo tibi. At ille ira ſuccenſus ait. Aut eiice eum à te, aut certè pro eo morieris. Tu es, qui hoc malum perpetraſti, & modo vis eum liberare? Hæc audiens Childebertus proiecit eum à ſe, & Clotharius eum interfecit, ac pueros cum nutritiis eorum iugulauit, aſcenſíſque equis abſceſſerunt.

Calices & alia ornamenta Eccleſiarum ex auro facta fuerunt.

Regina hæc audiens nimio furore attrita, cum magno cœtu pſallentium, & immenſo luctu Pa- F riſiis corpuſcula eorum ſepeliri fecit. Horú vnus erat decem annorum, alius ſepténis. Tertius verò nomine Clodoaldus effugit, & per auxilium virorum fortium liberatus eſt. Qui poſtea relicto regno terreno, ipſe propria manu ſe totondit, & clericus factus in bonis operibus proficiés, preſbyter demum ordinatus eſt.

Horum vnus dicebatur Theodobaldus alter Guntharius.

In diebus illis mortuo Theoderico filio Clodouæi, ſuſcepit regnum eius filius ipſius Theode

A. C. 537.

bertus. Poſt hæc Childebertus & Theodobertus nepos eius mouentes exercitum contra Clotharium ire diſponunt. Ille hæc audiens, & videns quod eorum potentiæ non poſſet reſiſtere, confugit in inſulam, totámque ſpem ſuam in Dei pietatem transfudit, ſed Clotildis regina mater eorũ beati Martini ſepulchrum adijt, ibique in oratione proſtrata, tota nocte vigilans, deprecabatur Dominum, ne inter filios ciuile bellum conſurgeret. Cúmque cõueniſſent cum copiis magnis, vt in die ſequenti eum interficerent, mane facto, in loco, in quo erant congregati, orta eſt tempeſtas maxima, tentoria diſrumpens cum immixtis fulguribus, atque cuncta ſubuertit irruentibus imbribus cũ tonitruis validis. Illi verò proſtrati in terram corruentes cæſi grandinibus validiſſimis, & grauiter vulnerati corruerunt, & nullum eis tegumen remanſit, niſi ſolus clypeus, quin & illi hoc maximè timebant, ne comburerẽtur igne cœleſti. Sed & equi eorũ ita diſperſi ſunt, vt vix in duodecim ſtadiis reperirẽtur, & multi eorum non ſunt inuenti. Tunc ergo illi proſtrati pœnitentiam agẽtes, veniam precabantur à Deo, quod talia contra ſanguinem ſuum agere voluiſſent: ſuper Clotharium verò nec vna gutta pluuiæ deſcendit. Illique mittẽtes nuncios pacẽ, & concordiam petierunt, qua data ad propria ſunt reuerſi.

Bellũ inter regios fratres ex orãtũ precibus D. Martini diriminut Idẽ c. 28.

Poſt hæc Childebertus & Clotharius, collecto magno exercitu iterum in Hiſpaniam ſe dirigunt. In quam ingreſsi ipſam terram vaſtãtes incenderunt, & interficientes populum, ciuitatem Cæſar Auguſtam obſederũt. Populus autem, qui ibi tenebatur obſeſſus, indutus ciliciis & cinere aſperſo capite, in tantam humilitatem ad Deum conuerſi ſunt, vt cum tunica B. Vincentij martyris muros ciuitatis pſallendo circumirẽt. Quod hi reges audientes apprehenſo vno ruſtico de ciuitate dixerunt. Vade, dic Epiſcopo ciuitatis, vt cum fiducia veniat ad nos, nihil dubitans. Quod cùm feciſſet, ſtatim epiſcopus cum muneribus occurrit eis. Childebertus autem poſtulauit ſibi dari ab Epiſcopo reliquias beati Vincentij. At ille dedit ſtolam eius. Memorati ergo reges acquiſita maxima parte Hiſpaniæ cum multis theſauris & ſpoliis reuerſi ſunt. Et Childebertus eccleſiam beati Vincentij Pariſiis ædificauit. Moriénſque poſt diutinam infirmitatem ſepultus eſt ibi. Clotildis autem regina bonis operibus pollens apud vrbem Turonicam plena dierum migrauit ad Dominum. Delatúmque fuit inde corpus eius cum magno honore Pariſios à filiis eius Childeberto & Clothario conſepulta iuxta virum ſuum Clodouæum.

Tunica S. Vincentij in ſupplicatione à populo circũfertur.

De regibus Perſarum, & quot annis ſinguli eorum rexerunt.

CAPVT III.

De origine regni Perſarum es Sigeberto. Vincentius, hæc habet li. 16. cap. 4.

PORrò regni Perſarum orginem altius repetere (inquit Sigebertus) modo non videtur vtile, quia quæ huius regni fuerit antiquitas, quanta, & quàm potens huius antiquitatis nobilitas, ſatis recolit lector per antiquorum hiſtorias. Hoc tantùm notabo, quia ſæpe victoria abuſi de Romanis, nunc autem recens cæſo Iuliano apoſtata, & exercitu Romanorum profligato, & finibus ſuis Romano imperio mutilato, & ſic pro ſuo libito pacis fœdere in vigintinouem annos compoſito, fœlicitatem ſuam non temperanter ferebant. Et [a] Sapore rege eorum inſolentius agente, Chriſtianis & Romanis omnimodè infeſti erant.

A.C. 537.

Hic Sapor, qui diu iam imperauerat, ab anno primo Gratiani imperauit annis 27. Poſt hunc Sidigerdis annis 34. & Gauranes filius eius 38. Poſt hunc Euades annis 31. Rabbades 16. Coſdroe 37. Hormiſda 17. hunc filius eius Coſdroę occidit, & regnauit 38. annis. Hunc quoque filius eius Syrohis peremit, & regnauit anno vno. Poſt hunc Hormiſda anno vno. Tunc Saraceni, qui prius fuerant ſub regno Perſarum, eos bello victo verſa vice ſub ſuo redegerunt dominio, ſcilicet anno Heraclij Imperatoris Romanorum 20. ſecundum chronica. Extunc ergo pro regno Perſarũ intitulatur regnum Saracenorum. Quorum Ammiras Muhammad mortuo Ebubeher principatus eſt annis tribus. Poſt quem Haumer annis 12. Quem Perſa quidam ſe velle adorare ſimulans, in ventre eius infixo gladio peremit. Cui ſubſtitutus Hothmem principatus eſt annis decẽ. Hoc quoque perempto Muhamas ex Ammitæo Ammiras factus principatus eſt annis 25. Poſt quem Girith filius eius annis 3. Marhuan 1. Habdalan 1. Habdimelech 22. Vlid 12 Zuleymen 2. Haumar 2. Gizid annis 3.

Perſę per un victa ſua cõtra Romanos infeſti lęſcebãt

Huic Iudæus quidam maleficus promittens ei quadraginta annis hominum regnaturum perſuaſit, vt in toto regno ſuo Dei ſanctorúmque imagines deponi iuberet. Qui ſpe diu regnandi ſeductus, edictum quidem proponit, ipſe tamen mox obiit. Poſt quem Eluelid principatur Saracenis annis 20. Girid vno. Muruhan 6. Quo perempto Muhamad 5. Habdalas 19. Mady 10. Moyſes 2. Aaron frater eius 12. Muhammad annis 5. Qui fratri ſuo Habdale congreſſus, & ab eo ſuperatus, eum ſibi conregnare inuitus paſſus eſt. Ex hoc bello regnum Saracenorum per aliquot annos diſcuſſum eſt. Ibique deficit eius hiſtoria, ſcilicet ſub anno Domini 821. poſt annos ſexcentos ſedecim.

Iudæus maleficus auctor eſt Gizith vt imagines curet eſterre. Diac. lib. 22. in vita Leonis.

a Duo fuere Perſarum reges clariſsimi, qui Saporis nomen habuerunt: primus fuit ille Sapor, quem Gordianus Imperator primo vicit, ſed poſtea cùm in amicitiam Philippi Imperatoris receptus fuiſſet, recuperato imperio Valerianum contra ſe bellum mouentem cepit, & eo deinceps pro ſcabello equum aſcenſurus vſus eſt, qui & imperauit ann. 31. circa annum Chriſti 252. Alter Sapor fuit 9 Perſarum imperator fuit, qui anno Chriſti 310. in vtero matris coronatus per 70 annos imperium tenuit, id eſt à Conſtantini tempore vſque ad Theodoſium & Gratianum Auguſtos. Geneb. in Chron. Sic autem hi Perſarum reges à Geneb. nominãtur. Iſdigerdes 10. Perſarum rex qui regnauit ann. 34. Gorranes 18. qui regnauit ann. 37. Clandis 12 qui regnauit ann 41. Rabbades 13. qui regnauit an. 16. Coſdroe 14 qui regnauit ann. 38. Hormiſdas 15. qui regnauit an. 17. Coſdroe minor 16 qui regnauit ann. 38. Syroes 17. qui regnauit an. 1. Hormiſdas 2. rex 18. qui regnauit anno vno. Sub quo Sarraceni duce Homare Mahometis perfidiſsimi nepote An. Ch. 634. monarchiam Perſarum inuaſerunt, eámque proſapia Artaxerxis eripuerũt, qui eam per 414. annos tenuerant. hinc Perſæ legem & imperiũ Saracenorum obtinent. Ex Geneb.

De

A.C. 500.

De viginti quinque regibus Francorum à Priamo vſque ad Carolum magnum, & deinceps.

CAP. IIII.

Catalog. regū Frācorū ex Frāc. poſt Sigeber. & lib. 16. Spec. c. 4.

ANno igitur primo Gratiani & Valentiniani imperatorum, qui fuit ab incarnatione Domini 381. Primus regnauit ſuper Francos Priamus, non ille magnus Priamus rex Troiæ, ſed alius, & annis quinque regnauit. Secundus rex filius eius Marcomirus annis 33. Tertius [a] Pharamundus annis 11. Quartus Clodius, qui & Clodio filius eius rex Crinitus 18. Quintus Merouæus annis 10. Sextus Childericus annis 25. Septimus Clodouæus annis 30. hic à beato Remigio baptizatur. Octauus Clotharius annis 50. Nonus Childericus annis 23. Decimus Clotharius annis 44. Vndecimus Dagobertus annis 14. Duodecimus Clodouæus 17. Tertius decimus Clotharius 4. annis. Deinde Theodoricus frater eius in regnum ſublimatur, ſed à Francis repudiatur & tonſuratur, & Pariſijs in cœnobio ſancti Dionyſij relegatur. Et regnauit quintusdecimus Childericus frater eius annis 12. Sextusdecimus Theodoricus frater in regnū reſtitutus, qui fuerat tonſuratus, regnauit annis 13. Decimus ſeptimus Clodoueus annis 4. Decimus octauus Childebertus annis 18. Decimus nonus Clodoueus annis 4. Viceſimus regnauit Clotharius annis 2. Viceſimus primus Childericus annis 5. Viceſimus ſecundus Theodoricus annis 15. Viceſimus tertius Childericus regnauit annis 9. hic in monachum tonſuratur.

Ab hoc incipit ſecunda regum Frācorū progenies quæ dicitur Carolingi.

Pipinus autem princeps authoritate apoſtolica & Francorum electione in regem vngitur, & conſecratur à ſancto Bonifacio Moguntiæ epiſcopo. A Stephano quoque papa eius generatio per filios ſuos Carlomannum & Carolum in hæreditatem regalis ſucceſsionis benedicitur, & omnis alienigena ab eius inuaſione Apoſtolico anathemate interdicitur. Hic ergo viceſimusquartus regnauit annis 18. Viceſimus quintus regnauit. Carolus, qui dictus eſt Magnus propter magna quæ fecit, regnauit annis 46. Quorum annorum 33. regnauit tantùm ſuper Francos, compartito regno cum Carlomanno fratre ſuo. Deinde Romani ab Imperatore Conſtantinopolitano deſciſcentes, Carolo magno imperatorias laudes acclamant, eumque per manū Leonis Papæ coronant, & Auguſtum appellant. Sed de hoc plenius dicetur, cùm ad tempora eius ventum fuerit. Et imperauit ſumpto imperio Romanis & Francis annis tredecim.

Deinde Ludouicus filius eius regnauit, & imperauit annis 27. Deinde Lotharius filius Ludouici vſurpabat ſibi imperium, ſed fratribus eius hoc grauiter accipientibus, & contra eum inſurgentibus: quarto anno imperij eius conuenerunt, & pacificati ſunt diuiſo imperio, regnauitque Ludouicus in Germania, Carolus in Francia annis 24. & hic fuit viceſimusoctauus regnans in Francia. Nam viceſimusnonus Ludouicus Balbus annis 2. Triceſimus regnauit Ludouicus & Carlomannus fratres annis 5. Triceſimusprimus Carolus Imperator à Francis in auxilium ſuum contra incurſum Northmannorum inuitatus regnauit in Francia annis 5. Triceſimusſecundus Odo filius Roberti ducis regnauit annis 9. Triceſimustertius Carolus filius Ludouici Balbi regnauit annis 17. qui exul & martyr mortuus eſt. Triceſimus quartus Rodulphus regnauit annis 2. Triceſimusquintus Ludouicus regnauit annis 27. Triceſimusſextus Lotharius regnauit annis 31. Triceſimusſeptimus Ludouicus filius eius regnauit anno 1.

Tertia regum Frācorū progenies origo ab Hugone ſūpta.

Quo mortuo Francis regnum transferre volentibus ad Carolum ducem, fratrē Lotharij regis, dum ille rem ad conſilium defert, regnū vſurpat Hugo, qui dictus eſt Capet, Mareſcalus Franciæ, filius Hugonis magni ex Hauuide ſorore primi Othonis imperatoris. Sicque defecerunt reges de ſtirpe Caroli anno Domini 987. Regnauit igitur triceſimus octauus in Francia Hugo Capet annis 9. Triceſimus nonus Robertus filius eius regnauit annis 34. Poſt quem quadrageſimus regnauit Henricus filius eius annis 30. Poſt eum Philippus filius eius annis 49. Poſt quem regnauit quadrageſimus ſecundus Ludouicus groſſus filius eius annis 28. huius filius Philippus nuper in regem inunctus adhuc puer dum in ciuitate Pariſius equo vehebatur, iuxta eccleſiam ſancti Geruaſij porcus equi pedibus ſe forte ſubmittēs equum ſuper ipſum præcipitem dedit, & de eius ſubita & miſeranda morte luctum Francis induxit. Regnauitque quadrageſimustertius Ludouicus eiuſdem Ludouici groſſi filius annis 40. Poſt quem quadrageſimus quartus Philippus regnauit filius eius annis 44. Quadrageſimus quintus qui regnauit in Francia Ludouicus fuit filius Philippi præfati, regnauit annis 3. Quadrageſimus ſextus regnauit filius eius Ludouicus, qui adhuc regnat, ſcilicet tempore quo ſcripſit Vincentius hiſtoriale ſpeculum iſtud. Hæc Vincen. Sed de his plenius infrà, ac etiam de ſucceſſoribus.

Toto opere paſsim de his agitur.

De regno Britannorum, cum regibus eius.

CAPVT V.

DE regno Britannorum. [b] Narrat, vt ait Vincen. ſpec. hiſt. lib. 17. cap. 5. antiqua Britannorum hiſtoria, quòd Aſcanius Aeneæ Troiani filius de filio ſuo Syluio nepotem habuit nomine Brutum. Hic matrē ſuam naſcendo, patrem verò venando caſu occi-

[a] *Chronica Francorum à Pharamundo, qui ann. 420. dux fit Francorum, reges enumerare incipiunt. Præcedentiū regum nomina quæ à Trithemio afferuntur, videntur ficta: præſertim cum Germanicæ nationes ad hæc vſque tempora fuerint ſine imperio, ſine certis regibus, ſine legibus &c. Si tamen Franci, qui regno Gallorum indiderunt nomē, Germanicæ ſit natio, & non potius indigenæ, quæ vt ex Procopio Cæſarienſi narrat Zonaras tomo 3. circa Rhenum & Rhodanum, & vicinas paludes olim habitarit. Porrò cum ſuperiores duntaxat duces titulo inſignirentur, Clodoueus ob ſacrum oleum primus ſibi & poſteris regiū nomē meruit. Geneb.*

[b] *Leſlæus lib. 1. de geſtis Scot. Britanniæ, inquit, populi ſuam originem referunt ad Iouem. Nam à Bruto Aeneæ filio ſibi inſulaq; nomen datum eſſe prodiderunt. Sed his & id genus infinitis veterum nugis prætermiſſis &c. Idem lib. 5. Angliæ hiſtoriæ ſcriptores, ante hæc tempora plurium Britānorum regum meminerunt. Sed quia ante Romanorum in*

A.C. 500.

Britanniam aduentum, pauca de illorum Regũ geſtis memoria prodita ſunt, poſt verò à Proconſulibus Romanis adminiſtrata Britannia, deinde per Saxones in heptarchiam diuiſa, adeò quod certa regum ſeries minimè colligi potuerit ab Egberto, qui primus reliquis domitis Regulis, vniuerſa Angliæ præfuit, Anglorum regum Catalogum hic incipere viſum eſt. Denique Polydorus Vergil in initio hiſtoriæ Anglicanæ, hæc tanquam parũ comperta deſpicit. Genebrardus verò tanquam fabuloſa & vana omnino reiicit.

dit. Cuius parricidij cauſa tam exoſum eum parentibus reddidit, vt de Italia pulſus in Græciam fugeret, vbi exul eum eſſet, tanta cœpit probitate pollere, vt confluentibus ad eum Troianis, qui ibi captiui habebantur, ducatum eorum ſortiretur, quorum fretus multitudine, & animatus conſilio, petiit à Pãdraſo rege Græcorum libertatem eundi ad alias nationes. Rex autem ira permotus, bello eum conterere voluit, ſed nequaquam potuit. Nam victoria adeo Bruto proſpera prouenit, vt plurimos de exercitu regis perimeret, ipſumque ex improuiſo caperet. Regi autem mortem minatus, niſi rogatibus annueret, exigit ab eo filiam ſuam in coniugium, & auri & argenti copiá multam, naues, frumentum, cæteráque marino itinere neceſſaria. Quæſitis igitur ex regis imperio pluſquam trecentis nauibus, & omni genere farris oneratis, & auro & argento, Brutus filiam regis accepit, & ſalutato rege æquoreum iter aggreſſus eſt.

Brutus in Angliam nauigat.

Tranſierunt autem Aphricam & Mauritaniam, veneruntque ad littora Tyrrheni maris, vbi quatuor generationes gentis ſuæ exules inuenerunt, cum duce eorum Corinæo. Quibus ſecum aſſumptis, direxerunt iter ad fines Aquitaniæ. Ibi exortum eſt eis cum Gallis grauiſsimum bellum, quibus eo tempore præſidebant decem reges. In quo congreſſu apparuit miranda fortitudo Corinæi ducis, qui tam valide percuſsit conſulem vnum ſummo in capite, vt eum diſſecaret in duas partes toto corpore diuiſo, Nepos autem Bruti Turnus, & ipſe fortiſsimus miles, qui ſolo gladio ſuo ſexcentos viros ibi peremit, hoſtium gladiis occiſus eſt. Deditque nomen Turoni ciuitati, quia in loco illo ſepultus eſt.

Finitoque illo certamine, vbi ex vtraque parte, multi interfecti ſunt, Brutus cum ſuis ad naues rediit, cœptúmque iter aggreſſus tandem ad inſulam deſtinatam peruenit. Erat autem nomen inſulæ ipſius Albion, & à ſolis gigantibus inhabitabatur, cùm quibus certamen perſæpè habuerunt. Brutus verò de ſuo nomine inſulam appellauit Britãniam, hominéſque ſuos Britones. Dux autem Corinæus terram, quæ ſorti ſuæ ceſſerat, Corinæam vocauit, quæ modo Cornubia, vel a cornu Britanniæ per corruptionem dicti nominis ſic appellatur.

Toronib. Britanniæ & Cornubiæ qui mortaliũ ea indidere runt nomina.

De ſucceſſoribus Bruti, & qualiter Saxones Angliam obtinuerunt, ſecundum Vincen. vbi ſuprà.

§. I.

EXactis 24. annis, ex quo inſulam ingreſsi ſunt, mortuus eſt Brutus relictis tribus filiis regni ſui hæredibus. Qui ſepulto patre diuiſerũt inter ſe regnum patris, ſinguli partem ſuam de nomine proprio denominantes. Primus cui numen erat Locrinus partem mediam inſulæ poſſedit, quæ poſtmodum Leocria eſt appellata. Secundus, qui Camber dicebatur, accepit partẽ illam quæ poſtea Cambria dicta eſt, & nunc Vvallia vocatur. Tertius, cui nomẽ erat Albanactus, poſſedit terram, quæ nunc Scotia nuncupatur, eique indidit nomen de nomine ſuo, ſcilicet Albaniam. Regnauit autem primus, ſcilicet Locrinus decem annis, & mortuus eſt: & ita vſque ad Iulium Cæſarem Britanni libera dignitate regnauerunt, ſub cuius imperio Romanis tributarij facti ſunt.

A C 500.

Portò tempore Antonini Veri inſtantia Lucij Britannorum regis per legatos Eleutherij Papæ myſteria Chriſtianitatis acceperunt. In qua aliqui vſque ad martyrij coronam peruenerunt. Orta enim perſecutione ſub Diocletiano Cæſare, licet fides in pluribus deficeret, in aliis tamẽ nec frangi, nec vinci potuit morte. Sed poſtquam Maximus tyrannus inſulam Britanniæ militum præſidio euacuaſſet, irruerunt Picti cæteræque barbaræ nationes cum eis, populúmque imbellem, & totam terram cæde & præda vaſtare cœperunt. Acceſsit [a] & huic malo & aliud, quod rex Voltigranus (alias Vvortigerius) ad tutamen ſui, hoſtiúmque expugnationem inuitauit gentem Saxonum adhuc paganam. Nam cùm aliquandiu ſtrenuè, ac fortiter eos tutati fuiſſent, dominandi cupiditate illecti: dignitates ciuium à rege petierunt, vt non iam opem ferre ciuibus: ſed potius tyrannidem exercere in eos liberius poſſent. Quod Britanni præcauentes eos expulerunt. Sed illi repulſi multiplicius redierunt, pacémque ſimulantes penè vniuerſos principes eorum fraudulenter occiderunt. Præualentes igitur ad tempus ciuitates & caſtella occupauerunt, donec exurgeret rex Aurelius Ambroſius, qui eorum ducem interfecit, ciuitates ei abſtulit, & reliquias eorum effugauit. Poſt quem ſurrexit Vterpãdragon Aurelij frater, qui genuit Arcturum regem inuictũ & magnificum, poſt hos ſex reges de gẽte eorum regnauerunt. Et tunc præualentibus Anglis auxilio Aphricanorum aliarúmque gentium Britones monarchiam inſulæ, & diadema regni amiſerunt. Et alij quidam in minorem Britanniam, vbi eorum & genus & nomen permanet, alij verò in Vvalliam transfugerunt, denuo cum redirent, regnum obtinuerunt. Sed non multo poſt vrgente eos diuina vltione per famem & mortalitatem, inſulam alienis gentibus inuadendam reliquerunt. Et ab illo tempore Saxones, id eſt Angli, Angliam de nomine eorum nuncupatam ſub dominio ſuo tenuerunt.

Britanni ad Chriſti fidem veniunt ſub rege Lucio. Bed. lib. 1. hiſt. Eccl. ca. 4. & 5.

Saxones in Britanniam veniunt.

Angliæ nomẽ vnde ſumptum.

a Tantorum malorum cauſam videtur facere Pelagij hæreſim Gildas ipſe ſapiens in lib. de excidio Britann.

Catalogus regum Britanniæ, Vincen. ibid. ca. 7.

§. II.

DE catalogo regum Britanniæ Vincent. vbi ſuprà. A primo igitur anno Grauani, & deinceps regnauit apud Britannos Maximus annis 33. Extunc Britannorum vires nimiis hoſtium irruptionibus attenuatæ ſunt, & quia Romanis vndique bello laborantibus nihil ſubſidij habere

pote

A.C. 500.

A poterant, ſubtrahunt ſe ab eorum dominatione. Inito autem conſilio direxerunt Londonienſem archiepiſcopum ad regem minoris Britanniæ Adroenum, vt eis ſuccurreret. At ille tradidit eis fratrem ſuum Conſtantinum cum armata militũ manu, ſicque Conſtantinus erectus eſt in regem. Regnauitque decem annis. Et habuit tres filios, ſcilicet Conſtantem qui monachus factus eſt, Aurelium Ambroſium, & Vterpandragon. Itaque poſt alios viginti tres annos ponunt quidam Anglos veniſſe in Britanniam, ſcilicet anno Domini 447. & Ambroſium Aurelium tunc regnare cœpiſſe. Sed verius videtur eos multo ante veniſ- B ſe, quàm ille regnauit.

Denique poſt annos quadragintaquinque, ab anno prænotato, ponont quidam initium regni Anglorum. Nam in hac re multum diſſonant hiſtoriæ. Itaque Britanni non valentes amplius ferre virtutem Anglorum, vt victi conceſſere in ius, & nomen eorum. Et primus de gente Anglorum Elli, ſecundus Celim. Et alter alteri ſuccedendo regnauerũt apud eos per annos ſeptuaginta. Poſt hos tertius regnauit apud eos Edilbertus annis quinquagintaquinque. Poſt hunc regnauit Cadbaldus filius eius 24. Cuius filius Carcombertus C regnauit anno Domini 640. & regnauit viginti quinque annis. Hic in Anglia primus idola deſtruxit, & fidem Chriſti dilatauit. Poſt hunc filius eius Egbertus annis 8. Poſt hunc frater eius Lother annis 12. Poſt eum Edrith annis 2. Quo mortuo externi gentium reges regnum Angliæ diſcindont annis 4. Poſt hos Vitreb filius Egberti Anglos ab illa oppreſsione liberat, & ſuper eos regnat annis 36. Poſt hunc filius eius Edilbertus annis 8. ſcilicet vſque ad annos domini 735. Abhinc regnum Anglorum adnotare ſuperſedeo, quia maiorum in his hiſtorias quas ſequar non D habeo. Hæc Vincen.

De origine regni Vandalorum.

CAP. VI.

VAndali quoque de Scythia oriundi, vt ait Vincen. vbi ſuprà cap. 8. à Gothis victi, alienas terras inuadere cœperunt, qui ſuas retinere non potuerunt. Hos circa Danubium commorantes, rurſus poſt multum tempus Giberich Gothorum rex bello victos inde exturbauit, & ad hoc compulit E vt quas quoquo modo habere videbantur, relictis ſedibus Romano imperio ſe ſubderent, & à Conſtantino magno locum habitandi ſibi dari ſuppliciter peterent. Quod & impetrauerunt, & Pannonias ab eo ſibi delegatas per quadraginta annos pacifice inhabitauerunt. Vide anno Arcadij 13. & Honorij euocati, inſtinctu Stiliconis rebellionem contra rempublicam meditantis, infuderunt ſe per Gallias iũctis ſecum Alanis, eáſque aliquamdiu miſerrime dilacerauerunt. Et inde eos expellebant Gothi, non quidem proſpicientes Galliarum quieti, ſed vacuefacientes pa- F triam ſuæ rapacitati. Vandali autem Hiſpanias ingreſsi, nunc Hiſpanias, nunc Gallias multo tẽpore depopulati ſunt. Sed nec ibi à Gothis tuti eſſe potuerunt, quippe quia Gothi nimis Italiam Inquietabant.

Vãdali in Pannonia habitant

Vandali Gallias depopulãtur & Hiſpaniam.

Honorius imperator deliberato conſilio cum ſuis Hiſpanias & Gallias, quas ſibi ab Vandalis A & aliis gentibus præreptas dolebat, Gothis grata confirmatione donauit. Cum ergo Gothi a finibus ſibi deputatis Vandalos alióſque hoſtes effugare maturarent, & Vandali vndique concluſi timore Gothorum æſtuarent, populi peccatis faciẽtibus inopinata & grata occurrit eis fœlicitas & opportunitas. Nam inter Bonifaciũ & Aetiũ Romanos duces per inuidiam orta ſimultate, Bonifacius factus inferior, cum dolorem ſuæ iniuriæ nollet vlciſci, niſi cum damno reipublicæ & periculu, ad Hiſpanias tranſiuit, & Vandalos ad occupandam Libyam & Aphricam inuitauit. Quò B cum peruolaſſent, ibi regnum ſuum multo tempore confirmauerunt, & diuina & humana ſine aliquo reſpectu humanitatis vel diuinitatis perturbauerunt.

Vãdali in Aphricã tranſeũt. Diac. lib. 14. in vita Theodo. Iun.

Ingreſsi autem Aphricam inter cæteras terras obſederunt Hipponenſem ciuitatem, in qua pręſulabatur Auguſtinus doctorum eximius. Et quia nulli ætati, ſexui, gradui, parcebant dicti Vandali, ex compaſsione Auguſtinus valde afflictus infirmatus ad mortem demum in Domino obdormiuit tẽpore obſidionis. Et poſt paucos menſes capta ciuitas, expoliata & deſtructa fuit ab C Vandalis. Qui Ariani hæretici ex paganis ſunt effecti, ex eo quòd cùm miſiſſent ad Valentem Imperatorem, vt mitteret eis Epiſcopos doctores, qui docerent eos fidem Chriſtianorum, quã credere volebant, ille qui & Arianus erat, miſit epiſcopos Arianos, à quibus illo errore infecti ſunt. Quomodo & quantum perſecuti ſunt veros catholicos, infrà eodem tit. patebit.

Ciuitas Hipponẽſis obſidetur à Vandalis.

Catalogus regum Vandalorum, Vinc. ca. 9.

§. I.

D PRimo igitur anno Gratiani regnauit, & deinceps ſuper eos Modigiſillus annis triginta. Poſt hunc filius eius Gundericus in Hiſpaniis annis ſexdecim regnauit. Hic capta Hiſpali cùm impiè elatus, manus in Eccleſiam ipſius ciuitatis extendiſſet, mox Dei iudicio à dęmone correptus interiit. Cui Genſericus frater in regno ſuccedẽs regnauit annis 48. Hic, [a] vt fertur, de fide Catholica in Arianã ſectam apoſtatauit. Hic ſucceſſione regnãdi inter filios ſuos ordinata, vt fratri morienti ſuperſtes ſine controuerſia filiorum ſuccederet, moritur. Cui ſuccedens Hunnericus E filius eius regnauit annis octo. Hic in Eccleſiam Dei grauiter efferatus, vt dicetur infrà, tandem Dei iudicio percuſſus, ſcatens vermibus miſerabiliter expirauit.

Poſt hunc Guntabundus annis nouem regnauit. Poſt quem Traſimundus frater eius annis 26. Hic Hildericum filium ſuum, ex Eudoxia filia Valentiniani Imperatoris à Genſerico captiuata adſtringit ſacramento, ne Catholicis in regno ſuo adhæreret. Qui patre mortuo, antequam regnum ſuſciperet, omnes Catholicos ab exiliis iuſsit reuocari, & ab epiſcopis Eccleſias refor- F mari. Sicque ſuſcepto regno regnauit annis octo

Hildericus rex Vãdalorũ Catholicus. Paul. Diaco. in Iuſt. li. 16.

a Si Genſericus à fide Catholica in ſectam Arianorum defecit, Vandalos (Mobile ſiquidem mutatur ſemper cum principe vulgus) fuiſſe primò Catholicos, & poſtea Arianos eſt probabile: quare quod in præcedente dictum eſt §. eos ex paganis factos fuiſſe Arianos, parum conſtare cum his quæ modo dicuntur videtur.

A. C. 500.

euolutis ſeptuagintaquatuor annis, ex quo Genſericus auus eius ſtatum Eccleſiæ in Aphrica profanauit. Poſt eum regnauit Giliſmer annis quinque, qui tantæ crudelitatis fuit, vt nec parentibus parceret. Tandem Belliſarius patricius à Iuſtiniano imperatore ex iuſſu Dei ad Aphricam liberãdam de manu Vandalorum miſſus, noctu cum plauſtris ruſticorum vrbem introeuntibus ingreſſus Carthaginem cepit, & diuitias infinitas recepit. Giliſmerem ex fuga ad deditionem reductum imperatori Conſtantinopolim reduxit. Sicque Vandalorum regnum deſtructum eſt. Sic tãdem illa Vandalica rabies cum ipſo nomine funditus extincta eſt. De perſecutione facta contra Eccleſiam Aphricanam ab his Vandalis dicetur infrà.

Belliſari⁹ Aphricã à Vãdalis liberat. Diac. lib. 16 in Iuſtiniano.

De Gothorum origine ex Vincentio lib. 16. cap. 11. poſt Sigeb. in Chron. & Iordan. vide etiam Ioannem Magnum.

CAP. VII.

GOthorum, qui apud antiquos Gethæ dicti ſunt, & poſtea diuiſi ex ſe duo regna ſcilicet, Oſtrogothorum & Viſigothorum fecerunt, vt ait Sigebertus, quem inducit Vincen. lib. 17. ſpec. hiſt. cap. 11. talem originem fuiſſe cognouimus ex hiſtoria Iordanis. Iſti Scanziam (aliàs Scandinauiam) Scythię inſulam primo inhabitauerunt, cuius poſſeſſione nõ contenti cum rege eorum Berich inde exierunt, & vicinas Scythiæ inſulas & terras peragrantes, vicinas gentes ſibi ſubigebant. Poſt ſub Philemere quinto rege ſuo ad vlteriora Scythię progreſſi, ad citeriores vſque ripas Danubij terras Thraciæ, Daciæ Mœſiæque diu longe lateque ſunt peruagati. Ibi per multa tempora, immo per multa ſæcula in gentem magnam coaluerunt, & multas gentes victoriis ſuis applicantes nomen & fortitudinem ſuam amplificauerunt, viribus vigentes, ingenio callentes, [a] philoſophiæ quoque ſtudiis eruditi, natiuam barbariem exuentes, humanitate & honeſtate aliis barbaricis gentibus præeminebant.

Nõ ſemel ſed ſæpiſſime Scanzia ſeu Scandinauia egreſſos fuiſſe Gothos, & ante & poſt Chriſtũ, ſcribit Ioan. magnus.

Tempore autem Decij imperatoris tranſitò Danubio cum Guma (aliàs Gniua) rege ſuo grauiter incubabant Romano imperio, qui à Decio impetiti bello, exercitu Romano protrito, ipſum Decium cum filio ſuo Decio peremerunt. Hac felicitate elati, & ſæpe poſtea in congreſſu Romanis ducibus ſuperiores effecti, toti orbi erant terrori. Iſti adhuc trans Danubium conſtituti tempore Valentis imperatoris cœperunt ciuili bello inter ſe collidi. Athalaricus dux vnius partis cum præualuiſſet Fritigerno duci alterius partis, Fritigernus à Valente auxilium petit, & Chriſtianum fieri ſe promittit. Valens ei auxilium mittit, eóſque in ſectam Arianorum Arianus ipſe induci fecit.

Gothi inter ſe bellũ gerũt. vide ſup. tit. 9. ca. 1. §. 6.

a Dicenens ſophiſta Gothorum conſiliarius & doctor, philoſophiam & Theologiam Ethnicam eos docet, ſacella & cæremonias inſtituit. Iorn. de reb. Get.

Hunni Gothos ſedibus ſuis pellunt Vinc. lib. 16. cap. 12. conſentit Diac. in Valente.

A. C. 500.

§. I.

ANno decimotertio Valentis imperatoris Hunni (de quibus dicetur infrà) etiam ipſi potenter in Scythia debacchabantur & ferociter, vt ait Vincen. hiſt. vbi ſuprà, cap. 12. nacti opportunitatem ex inteſtina Gothorum ſimultate, fines eorum ex improuiſo inuadunt, eóſque bello victos aut ſibi ſubiugant, aut captiuitate excruciãt, aut à patria eliminant. Ita Gothi, qui multas gẽtes ſubdiderunt ſuo ſeruitio, Hunnorum ſubduntur imperio, & nimis eorum potentiam adaugẽt, dum omnes, qui Gothis ſeruiebant, per Gothos Hunnorum parent principatui.

Taliter Hunni omni pene Scythia, principatu & fortitudine cunctis, præeminebant. Gothi victi partim ſe Danubio tranſito ingeſſerunt finibus Romani imperij, & à Valente petierunt terram ad inhabitandum ſibi dari. Qua re impetrata cum aliquandiu ſe continuiſſent ab omni armorum inſolentia, tandem Romanorũ auaritia coacti, & rei familiaris inopia, in ipſo imperij ſui ſinu grauia bella concitauerunt. Quibus Valens imperator occurrens bello victus ab eis, & igne crematus iuſto Dei iudicio, reipublicæ nimiam attulit incommoditatem, hoſtibus vero auxit elationem.

Hunni in Scythia rerum potiuntur.

Hi igitur Gothi, qui Romano imperio incubabant Viſigothos ſe, id eſt occidentales Gothos nominabant, & per multos annos occidentales fines Romanorum vſque ad ipſas vlteriores Hiſpanias infeſtabant: vbi etiam poſtmodum in regnum coaluerunt. Porro Gothi, qui in patrio ſolo trans Danubium ſub Hunnorum dominio manere paſſi ſunt, regulos ſuæ gentis habuerunt, & ſeſe Oſtrogothos nuncuparunt, id eſt orientales Gothos. Qui & ipſi poſtea per Theodericum regem ſuum à Zenone imperatore Italiæ regnum dono acceptum per multos annos tenuerunt. Et ita Gothi, quaſi duobus cornibus capitis ſui oriẽtem & occidentem ventilantes, acerrime duo ex ſe regna creauere, ſcilicet Viſigothorum in Hiſpania, & Oſtrogothorum in Italia.

Viſigothi in Hiſpania, Oſtrogothi in Italia rerum potiuntur.

Catalogus regum Viſigothorum. Vinc. cap. 13.

§. II.

IGitur à primo anno Gratiani, & deinceps regnauit ſuper Viſigothos Fritigernus annis tribus. Poſt hunc Athanaricus anno vno. Qui confœderatus Theodoſio, & ab eo venire Conſtantinopolim inuitatus, mox decimo quinto die, quo venerat, obiit. Extunc Viſigothi ſine rege ſub Theodoſio imperatore fuerunt annis quatuordecim. Poſtea Viſigothi rupto cum Romanis fœdere Alaricum ſuper ſe regem creant, qui regnauit annis quindecim. Poſt hunc Athaulphus tribus annis. Quo à ſuis interẽpto Sigericus anno vno. Eo itidem à Viſigothis perempto regnauit Vualliæ annis vigintiduobus. Poſt hunc Theodericus quatuordecim. Poſt quem Thuriſmundus filius eius tribus annis. Eo à fratribus ſuis Friderico & Theoderico iugulato, frater eius Theodericus in regnum ei ſuccedens regnauit annis tredecim. Sed & hoc à fratribus ſuis iugulato regnauit Euricus annis nouemdecim. Poſt hunc filius eius Alaricus annis viginti vno.

Viſigothi reges hæreſeos Arianæ ſectatores male pereunt.

Cum hoc tandem Clodouæus rex Franciæ, ſignis

A.C. 500.

gnis diuini auxilij animatus in bello congreditur. Eóque perempto, quicquid Galliarum Viſigothi poſsidebant, ad partes Franciæ tranſtulit. Almaricus autem Alarici filius fugiens in Hiſpaniam ſexdecim annis ibi regnauit. Cúmque Clotildem vxorem ſuam indigne tractaret, eo quod Arianæ ſectæ ſecum inſeruire nollet, à Childeberto fratre Clotildis in Hiſpania peremptus eſt. Regnauítque Tenda (alias Theuda) poſt eum annis ſeptemdecim. Quo à ſuis perempto, Theudegiſilus (alias Theodegoſilus) regnauit annis 2. Eóque interempto conuiuendo à ſuis, regnauit Agilam (alias Agla) annis nouẽ. Qui cum in ſuos inſolenter ageret, Athanagildus auxiliantibus Romanis, eo perempto regnauit annis viginti duobus. Quo mortuo Leuigildus (alias Lenogildus) cum fratre ſuo Leuua (alias Luiba) & poſtea ſolus regnauit annis quadraginta ſex.

Poſt eum [a] Recharedus filius eius annis quindecim. Exinde Bethericus (alias Vetericus) ſeptẽ. Sigigbodus (alias Siſebodus vel Siſebutus) annis vigintinouem. Suitilia duobus. Quo propter crudelitatem ſuam reprobato à Viſigothis, Siſenandus regnauit viginti annis. Chuitilam ſexdecim. Tologam (alias Tulgas) filius eius adhuc puer quatuor. Quo propter pueritiæ leuitatem reprobato, & in clericum tonſurato, Chintaſindus regnat annis 17. Poſt quem filius eius Flauius, cui annotantur anni nouemdecim.

Saraceni Viſigothis expulſis Hiſpaniam ſibi vendicant.

Tandem [b] Saraceni ex Aphrica in Hiſpaniam ſe transferunt, eámque ſibi vendicant. Et ita regnum Viſigothorum & Sueuorum deſtructũ eſt, & redactum ſub Saracenis annis plus vel minus 346. euolutis, ex quo ex Scythia expulſi ſunt ab Hunnis. Ex quo vero cedentibus Vãdalis, & deuictis Sueuis cœperunt regnare in Hiſpania annis circiter 256. euolutis. Regnum vero tertiæ partis Hiſpaniarum, quod dicitur Galiciẽtium, quod nec tunc Viſigothi, nec poſtea Saraceni potuerunt ſubiicere, adhuc viget incolume. Et ideo protegente fide manet inexpugnabile. Finitum eſt autem regnum præfatum anno Domini 720.

Gothi in Hiſpaniã Arianiſmum eiurant.

a Hic Recaredus in Toletana ſynodo ſexaginta duorum Epiſcoporum Ariana hæreſi abdicata orthodoxam fidem cum tota gente Hiſpaniæ amplexus eſt, circa annum Chriſti 600. Grego. Turonen. lib. 9. hiſto. Franc. cap. 15. Grego. Mag. lib. 7. epiſto. ind. 2. epiſt. 126. vide etiam infrà tit. 12. cap. 2.

Hic rex Hiſpaniarum Chriſtianiſsimus Iudæos coegit Chriſtum agnoſcere ad 90. millia, aut ſuo regno excedere. Iſido. in etymol. & diſt. 42. de Iudæ.

Sarraceni Hiſpaniã occupãt.

b Hoc accidit ſub rege Gothorum in Hiſpania Roderico circa ann. Chr. 713. Iulianus enim Roderici præfectus in Tingitana prouincia, vt ſe de rege vindicaret, qui ipſius filiam violarat, Saracenos ex Aphrica euocat, qui eam nuper poſt ſubactam Aegyptum occupauerant. Itaque Muza Aphricæ præfectus iuſſus ab Vlich Perſarum & Saracenorum Imperatore (Miramolinum ipſi vocãt) duodecim millia Saracenorum Iuliano dat duce Tarif Strabo, qui Hiſpalim muris nudatã, & aliquot vrbes diripit, ſimul cum tota Bœtica & Luſitania. Paulò pòſt dum alij affluunt, & per octo dies eſſet pugnatum, vniuerſa Gothorum nobilitas cecidit, & tota Hiſpania in ditionem Saracenorum venit ad Pyrenæos vſque, præter Aſtures & Cantabros. Vaſæus, Paul. Aemyl. Quo bello ceciderunt vtrinque ſeptingenta hominum millia. Ioan. Mag. lib. 16. cap. vlti. Bellazin Muzæ filium illic regem præficiunt, diuq́; regnant, regia ſede nunc Corduba, nunc Toleti conſtituta. Tria paulò pòſt conſtituunt regna, primùm Corduba, alterum Hiſpali, tertium apud nouam Carthaginem, vſque ad Ferdinandum tertium, qui ann. 1216. Toleto, Corduba multiſq́; aliis recuperatis Saracenos in Bœticam cõpulit, id eſt, Granatam & Malacam, quæ prius ſub Corduba regno fuerant. Vnde etiam eiiciuntur ann. 1492. à Ferdinando & Iſabella catholicis Hiſpaniarum regibus. Geneb. ex auctoribus iiſdem, quæ addidi: quoniã rei tam memorabilis nulla ſit toto hoc opere, præterquam hoc loco mentio, & titu. 14. cap. 2. §. 3. ſed paucis.

A.C. 500.

Sarraceni Hiſpaniã eiiciũtur.

Catalogus regum Oſtrogothorum, ex Vincent. cap. 14.

§. III.

PORRO apud Oſtrogothos regnauit Vuinitarius anno primo Gratiani, deincéſque annis ſex. Quem Balamber rex Hunnorum in bello peremit. Et poſt eum regnauit Hummundus annis duobus. Horiſmud etiam duobus. Poſt quem Oſtrogothi fuerunt ſine rege annis quadraginta. Poſt hæc Valamer regnum ſuſcipiens regnauit annis triginta vno. Quo in bello perempto, regnauit frater eius Theudemer annis vndecim. Theodericus huius filius ei ſucceſsit, cui annotantur anni nouemdecim. Theodericus autem Odoacro rege Italiæ, quem in fide ſuſceperat, perempto, Italia potitus eſt, ibíque regnauit annis triginta duo. Hic Boethum exilio fatigatum tandem peremit, de quo ſupra, Symmachum quoque patricium. Sed & Ioannem papam ab eo incarceratũ fame occidit.

Theoderici mors horrẽda. Greg. lib. 4 Dial. c. 40. Diac. li. 15. in Iuſtino.

Poſt dies autem viginti, Theodericus ſubito defunctus, à quodam ſancto viro eremita viſus eſt nudus & diſcalceatus à Ioanne papa & Symmacho patricio in ollam Vulcani proiectus & detruſus. Athalaricus Theoderici ex filia nepos in regno Italiæ & Oſtrogothorum ſuccedens regnat annis octo. Poſt quem Theodahatus ab Amalaunda (alias Amalaſiunta) matre Athalarici adſcitus in regnum, regnat cum ea annis duobus. Poſt hanc ſolus vno, Eldepadus vno, Erarius vno, Totila decem annis regnauit. Theias duobus annis regnauit, in quo regnum finitur Oſtrogothorum.

De origine regni Hunnorum, Vincen. cap. 15. poſt Sigeber.

CAP. VIII.

DE regno Hunnorum, ait Vincentius poſt Sigebertum, quod in omni pene Scythia tenebat principatum. Ipſa gentis barbaries me ſilere faceret, niſi illud famoſum Galliarum & Italiarum excidium me loqui cogeret, quando per Attilam eorum regem iudicium Dei ſe longe latéque effudit, quem quaſi gladium limatum & exacutum de vagina ſuæ indignationis ſuper gentes peccatrices Deus diſtrinxit. De eorum ergo origine, quæ in antiquorum leguntur hiſtoriis aperiam paucis.

Hæc habet Diac. li. 12. in Valente.

Filimer Gothorum rex Gondarici magni filius poſt egreſſum Scanthiæ inſulæ iam quinto loco

tenens

A. C. 450. tenens principatum Getharum, qui & Gothi ret- A
tas Scythiæ cum ſua gente introiit, reperit in po-
pulo quaſdam magas mulieres, quas Gothico ſer
mone Alyrumnas vocant, eaſque habens ſuſpe-
ctas de medio ſui proturbauit, longéque ab exer-
citu ſuo fugatas in ſolitudine coegit errare. Quas
ſylueſtres homines (quos nonnulli Faunos Phica-
Hunni à Faunis generati. rios vocãt) per deſertum vagãtes dum vidiſſent,
& earum cõplexibus in coitum ſe commiſcuiſ-
ſent, genus hoc ferociſsimum ediderunt. Quod
fuit primum inter Mœotidas paludes minutum,
tætrúmque, ac exile, quaſi hominum genus, nec
alia voce notũ, niſi quod humani ſermonis ima- B
Mirabile genus hominum. ginem aſsignabat, & quos bello forſitan non ſu-
perabant, vultus ſui terrore nimium pauorem in-
gerebant, & terribilitate fugabant, eo quod erat
eis ſpecies pauendæ nigredinis, & velut quædam
(ſi dici fas eſt) deformis offa non facies, habénſ-
que magis puncta quàm lumina, quorum animi
fiduciam toruus prodit aſpectus. Qui etiam in
pignora ſua primo die nata deſæuiunt. Nam ma-
ribus ferro genas ſecant, vt antequam lactis nu-
trimenta percipiant, vulneris cogantur ſubire to-
lerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt, & ſine ve-
nuſtate ephœbi ſunt, quia facies ferro ſulcata tẽ- C
peſtiuam pilorum gratiam, in cicatrices abſumit.
Exigui quidem forma, ſed arguti, motibus expe-
diti, & ad equitandum promptiſsimi, ſcapulis la-
tis, ad arcus ſagittáſque parati, ceruicibus firmi,
& ſuperbia ſemper erecti.

Vinc. ibi. cap. 16. Tali ergo ſtirpe procreati Hunni, cunctis vi-
cinis gentibus horrori erant & formidini. Horũ
potentiam auxit victoria de Gothis manentibus
trans ripas Mæotidis paludis, qui in Scythia pol-
lebant gloria potentiæ ſingularis & fortitudinis.
Quam victoriam hoc modo Hunni adepti ſunt.

Venatores Hunnorum ſequentes veſtigia cer- D
ui, Mæotidas paludes tranſeuntes, quas imperuias
prius eſſe putabant, Scythicam regionem diligẽ-
ter explorant. Explorata omnia Hunnis nunciãt,
ad tranſeundum eos animant, horum ducatu pa-
ludibus tranſitis velut quidam turbo ſubito in-
Hunnorũ de Gothis victoria. cubuerunt gentibus Scythicis, eaſque omnes ſub
iugauerunt ſibi. Ipſóſque Gothos cæteris impe-
rantes aut præeminentes expulerũt ſedibus ſuis.
Hoc felicitatis ſucceſſu Hũni inter cæteras Scy-
thiæ gentes elati, poſt victoriam de Gothis per
annos fere octoginta laborauerunt ad concuſsio-
nem & ruinam mundi. A primo igitur anno Gra- E
tiani imperatoris regnauerunt ſuper Hunnos Ba-
lamber & Mundruth pater Attilæ. Octet & Ru-
gila fratres eius. Bleda & Attila frater eius, vſque
ad mortem Martiani imperatoris annis circa no-
naginta.

Attila Romani imperij fines vaſtat. Diaco. lib. 14. in Theodoſio iun. & 15. in Martia.

§. I.

ATtila igitur rex Hunnorum cum fratre ſuo
Bleda intra Pannonias habitabant, qui va- F
lidarum nationum multitudine freti, circunſtan-
tes prouincias ſcilicet Macedoniam, Mœſiam, A-
chaiam, & vtraſque Græcias immaniſsime deua-
ſtabant. Quare territus Marcianus, ne ad intima
Hunc Bledam vocas Diac. imperij penetrarent, & ipſe cum Perſis & Van-
dalis pacem fecit temporalem. Attila autem re-
gni cupiditate adductus fratrem ſuum Bledam
dolo circumuentum occidit. Quo occiſo, omnes A. C. 450.
has nationes, quæ eis ſubiectæ erant, ſibi ſoli pa-
rere coegit.

Gentes Attilæ imperio ſubiectæ. Itaque Attila fultus fortiſsimarum nationum
præſidio, ad demoliendum occidentis imperium
animum conuertit. Erant itaque tunc temporis
illius ſubiecti domino rex ille Gepidarum famo-
ſiſsimus Andaricus. Valamir etiam orientalium
Gothorum regnator, ipſo cui tunc ei ſeruiebat
rege nobilior. Inſuper & fortiſsimæ nationes,
ſcilicet Marcomanni, Sueui, Quadi, Heruli, Tur-
cilingi [ſiue Rugi cum propriis Regulis, aliæque
B præter hos barbaræ nationes, in finibus Aquilo-
nis commanentes.] Horum omnium Attila ſu-
perbus imperio, quamquam robore facile ſe
poſſe adipiſci putabat quod cuperet, tamen non
minori animi conſilio & aſtutia, quàm armorum
fortitudine Romanum aggredi ſatagebat im-
perium.

Hunni Gallias inuadunt. Igitur Attila rex Hunnorum cum formidabi-
li exercitu ſuas egreſſus prouincias, primo per-
uagata Germania, Gallias aggreditur. Et quia ni-
hil aliud quàm Chriſtianorum ſanguinem ſitire
videbatur, omnia diuina ſimulque humana deua-
C ſtat, vrbes muniriſsimas diruit, eccleſias incen-
dit, & velut ſæua tempeſtas omnia conſumit.

De ſancto Nicaſio cum ſorore Eutropia ab his Hunnis martyrizatis, licet, ficut refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 21. cap. 37 aliqui dicant præfatos martyrium paſſos ab Vandalis.

§. II.

SS. Nicaſius & Anianus iram Dei precibus diſferri decertãt. CLarebant in Galliis Nicaſius Rhemenſis ci-
uitatis epiſcupus, & Anianus Aurelianenſis
epiſcopus magnis virtutibus inſignes. Qui meri-
D tis ſuis & precibus hanc iram indignationis Dei
diu differre decertarunt, vt populum interim ad
pœnitentiam reuocarent. At illi theſaurizantes
ſibi iram, nullatenus ſalutaribus eorum præce-
ptis obtemperabant.

Interea Attila ciuitate obſeſſa, & omni regio-
ne depopulata, Chriſtianos tantùm velut deorũ
ſuorum inimicos, & moribus ſuis contrarios de-
lere cupiebat. Vltimo demum ſubuerſionis die,
illis fortiter circũquaque prælíantibus, ciues ter-
rore perculſi, ad ſanctum Nicaſium in oratione
proſtratũ cucurrerunt, interrogantes, quid vtilius
E fieri decerneret, an ſeruituti gentium ſe tradere,
an vſque ad mortem pro ſalute vrbis dimicare.

Pia & fortis S. Nicaſij oratio. Qui præſciens ex reuelatione Dei vrbem pe-
nitus ſubuertendam, cum magna conſtantia re-
ſpondit. Indignationem hanc iuſto Dei iudicio
veſtris ſceleribus prouocatam non ignoramus.
Quapropter ad flagella diuina compuncti, non
inuiti, aut deſperantes, ſed patientes deuotiſsimè
cum ſumma ſpe ſalutis noſtræ ſuſcipiamus mor-
tis periculum: quatenus ipſa mors præſens non
ſupplicium nobis fiat, ſed remedium. Ecce ego
quaſi paſtor pro ouibus mori paratus ſum. Inſtan-
F tius oremus pro inimicis noſtris, ſalutem illis
optantes tanquam amicis.

Sancta quoque Eutropia germana ſua expan-
ſis ad cælum manibus, plebem pro viribus ad
martyrij coronam excitabat. Dum ergo furibun-
dus paganorum impetus irruit, vir ſanctus co-
mitante ſorore cum hymnis, & canticis ſpiritua-
libus ad oſtium baſilicæ ſanctæ genitricis Dei
Mariæ

A.C. 450. Mariæ, quam in arcem ſedis fundauerat, eis occurrit, moxq́ue vt ferratas acies vidit, manu ſilentium indicẽs ait. O nutibus diuinis miniſtra fortitudo, quare contra humanæ conditionis morem victoriam veſtræ dignitatis in rabiem conuertitis? Nam veri iuris titulus quondam nobilium bellatorum inſcriptus erat:

Virg. Aeneid. 6. *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.*

Et ecce plebs Chriſtiana de ſe humilis & deuota, veſtris in conſpectibus proſtrata, remiſsionem peccatorum vſque ad mortem obediens expectat: pœnitemini & vos pro ſceleribus veſtris Deum verum agnoſcentes: ne fortè indignatio eius, quæ per vos aliis fit ad correptionem ſalutis, vobis fiat ſtipendium tartareæ damnationis. Quòd ſi oues meas perſeuerante impietate quæritis, trucidare me primum, & pro ipſis victimã diuinæ maieſtati libate, vt pariter cœleſti beatitudine digni mereamur inueniri.

S. Nicaſius Rhemẽſis epiſ. trucidatur ab Hunnis. His dictis cùm in oratione proſtratus, hunc verſiculum epiſcopus decantaret. Adhæſit pauimento anima mea, continuò ictu gladiatoris ſequente capite truncato verbum ſanctitatis ab ore decollati non deſtitit, ſed immortalitatis ſententiam, quam petiit adimplendo impetrauit, dicens, Viuifica me ſecundum verbum tuum. Pſal. 118.

S. Eutropia quoque ab Hunnis martyrio coronata. Sancta verò Eutropia videns circa ſe impietatem mitigatam, & pulchritudinem ſuam, quaſi libibus paganorum reſeruatam, ſuper interfectorem ſacerdotis inſiliens ait. Heu tyranne crudelis, magnum Dei virum indignis manibus iugulaſti, & me tibi abutendam reſeruas? Diuina nanque te iam ſententia damnat. Tunc eum ad martyrium ſuum prouocans ſaltu repentino raptis palpebris non fœminina virtute, ſed diuina vltione oculos eius vindex euulſit. Et ſic confeſtim gladios perſequentium incurrere, quàm delectationibus paganorum aſſentiendo ſuccumbere malens illico cum germano ſuo, & cæteris palmam martyrij promeruit, vniuerſa autem ciuitate expleta cæde, & martyrum inundante ſacro ſanguine, terror ſubitus perſecutores inuaſit, quaſi dimicantes acies cœleſtes videntes, horribilique ſonitu, Eccleſia ipſa reboante, ita vt relictis ſpoliis vrbis per cõpita irreuocabiliter fugerent. Sicque diu ſolitaria permanente ciuitate, ſub cuſtodia tantùm angelica martyrum ibi corpora ſeruabantur, ita vt in noctibus à longè cernerentur lumina, & ſuauiſsimi ſoni pro choreis ſupernarum virtutum ſidereas à multis audirentur carmina. Vnde & ex reuelatione diuina, ac virtute iam iamque confortati conciues paucisſimi, qui ad ſepeliendum ſanctorum corpora remanſerant, diuina prouidentia diſponente ad vrbem cum ieiuniis & orationibus properantes, ibique odorem ſuauiſsimum ſentientes gemitum gaudio miſcentes, in locis congruis corpora ſanctorum humauerunt. Extunc ſine timore hoſtium domino deſeruire attentius decertarunt. Prædixerat autem ſanctus Nicaſius longè ante diſsipationis Galliarum cauſam eſſe Sodomiticam peruerſitatem, ex ſaturitate, ſcilicet & otio, & auaritia, & carnis concupiſcentia. Anno prænotato, vt ait Sigehertus, Metenſis epiſcopus author captiuatur, ſed Hunnis exercitate percuſsis cum captiuis ſuæ vrbis relaxatur.

Hunni in Gallia deſæuiunt: hæc tangit Diaco. lib. 15. in Marciano, Aemilius lib. 1. Naucler. gener. 16. A.C. 450

§. III.

ATtila igitur Hunnorum rex Valamiris Oſtrogothorum regis, & Andarici Gepidarum regis, & multarum Aquilonarium gentium ſibi ſubiectarum auxilio fultus, vt ait Sigebertus, à Pannoniis egreſſus, occidentale imperium inuadit cum quingentis millibus armatorum. Et primo per totas Gallias per eos tanta efferbuit Dei indignatio, vt nullam omnino ciuitatem, caſtellum, vel oppidum, aliqua à furore eorum potuerit tutari munitio. Anno autem præcedenti ſigna multa acciderũt. Nã terræmotus aſsidui, & ſigna plurima de cœlo oſtenduntur, veſpere ab Aquilone cœlum rubrũ efficitur vt ignis, intermixtis per igneum ruborem clarioribus lineis in hanc ſpeciem deformatis. Luna obſcuratur, Cometes apparet, & multa alia quæ non eſſe otioſa oſtendit inſtans rerum conſequentia. Prodigia Hunnorũ cladẽ Galliis portendẽtia.

Aurelianis autem vrbem obſidentibus Hunnis cum rege ſuo, ad ſubſidium Galliarum aduolauit patricius Romanorũ Aetius, & ipſe Theoderici regis Viſigothorum, & Merouei Francorũ regis, aliarúmque gentium copiis militaribus fretus. Interea, vt teſtatur Ioan. de Col. Attila calliditate barbarica præuidens non fore tutum ſibi, ſi Gothi, qui intra Galliam morabantur, ad bellum Romanis iungerentur auxilio, amicum ſe Gothis ſimulans, ſolum aduerſus Romanos ſe aſſerit pugnaturum. Quas aſtutias Aetius nõ minori acumine præuidens, legatos ad Theodericum, qui illo in tempore apud Toloſam imperabat, dirigit, petens, vt cum Romanis contra Hunnos pacis fœdera ſociaret. Annuit Theodericus Romanorum legatis, & iuxta Aetij vota Romanis fœderatus eſt: non minus ſibi quàm eis proſpiciens. Hæc habet Diac. Vide etiã Aem.

Fuerunt præterea Romanis auxilio Burgundiones, Alani, Franci cum eorum rege Merouæo, Saxones, Ripatioli, Lambriones, Sarmatæ, Armoricani, qui nunc Britones dicuntur, Lutetiani, vbi nunc ſunt Pariſij, ac penè omnes populi occidentis. Quos omnes Aetij patricij ſagacitas, ne impar Attilę occurreret, ad belli ſocietatẽ adſciuit. Gothi ſe Romanis aduerſus Hunnos iungunt.

Igitur poſt aliqua leuia certamina, conuenerũt vtriuſque partis exercitus in Catalaunicis campis, qui ducenta in longitudine miliaria & ſeptuaginta in latitudine continent. Cúmque ad locum iam ventum eſſet, vbi certamen differri non poterat: Attila, vt homo paganus & barbarus, inquirit aruſpices atque diuinos, quis eſſet belli futurus euentus. Qui gentili ritu exta pecudum ſcrutantes, Attilæ infauſta denunciant. Hoc autem quantulumcunque ſolatium fore, quod ex parte hoſtili ſummus ductor in futuro bello occumberet. Attila autem de Aetij interitu, quem ſummè deſiderabat, futurum exiſtimans, non dubitauit cum ſuorum interitu bellum cõmittere, contra illud quod ille ſummus dux Romanorum dicebat. Malo vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes perdere, dummodo Aetiũ ſuis moliminibus reſiſtentem poſſet extinguere. Conueniunt hinc inde fortiſsimę nationes, acies ordinantur. Et adueſperaſcente iam die, pugna cõmittitur hoc animo, vt ſi Attila ſuperaretur ab hoſtibus, noctis beneficio Scipio Aphrican. Bruſ. li. 1.

A.C. 450.

beneficio cum ſuis facilius euaderent. Itaque ab vtraque parte acies concurrunt, bellumque inchoatur, quale vix vlla narrat hiſtoria, diuque æquo Marte pugnatur acerrime, multaque millia hominũ hincinde proſternuntur. Repleta erat omnis illa planities cadaueribus, adeò vt neceſſe eſſet etiam ſupra occiſorum corpora ipſos pugnare bellatores. Poſtremò Deo volente, poſt magnam vtriuſque exercitus cædem, ceſsit Attilæ exercitus. Et niſi nox ſuperueniſſet, pauci ex exercitu eius euaſiſſent.

Cruentiſſimum & inauditũ prælium.

Referunt hiſtoriæ ex vtraque parte in hac pugna centum octoginta millia hominũ cecidiſſe. Tantuſque ibi effuſus eſt ſanguis, tum ex hominibus, tum ex equis, vt paruus riuulus, qui medio campo fluebat, adeò excreſceret, vt torrens effectus cadauera ſecum traheret pereuntiorum. Fefellit tamen Attilam ſua de morte Aetij patricij opinio. Nam incolumi Aetio, rex Gothorum Theodericus inter fortiſsimos hoſtium cuneos occiditur.

Teodericus Gothorũ rex perimitur.

Sequenti verò die Attila ſe fugatum ac victũ cõfitens, cum ſuis intra plauſtrorum munimenta ſe continuit. Thuriſmundus autem regis Gothorum filius, qui cum patre contra hoſtes pugnauerat, mortem patris Hunnorum ſanguine vindicare volens, caſtra Attilæ oppugnare cum ſuis Gothis diſpoſuit. Quod poſtquam Attila comperit, & de vitæ fiducia iam deſperans, ex equitum ſellis ſtruem magnam componi iuſsit, quam aſcendens mandauit ſuis, vt ſi hoſtes vrgerent, igne ſuppoſito potius cremaretur à ſuis, quàm hoſtium gladiis interiret, aut captus à Romanis aut Gothis ludibrio fieret, & rex tantarum & fortiſſimarum nationum in manus hoſtium deueniret. Aetius verò non incautè perpendens perempto Attila, ac eius exercitu vſq; ad internecionẽ deleto, Romanos eſſe facile a Gothis opprimi Thuriſmundo, quaſi eius rebus conſulens, perſuaſit, vt domum quãcitiſsime reuertatur, & regnum paternum acciperet. Addens, quòd ſi ab eius inuaderetur germano, acerbius illi eſſet cum ſuis, quàm cum hoſtibus dimicandum. Hoc ille conſilium tanquam ſibi expediens libenter amplectens, domum reuerſus cum copiis regnũ paternum ſine cõtrouerſia aliqua ſuſcepit. Sed heu inſcitia hominum quantũ hac prouiſione detrimentum patriæ attulit, & dum hoſtem auertere cupit, ingeſsit, vt inferius hiſtoriæ ſeries declarabit.

Aetius Thuriſmondum ab oppugnatione Attilæ dimouet.

Attila iterum in Gallijs deſæuit. ijdem, & vita S. Lupi Trecenſis, tom. 4. Sur. & Ionius.

§. IIII.

Attila igitur poſt Gothorum diſceſſum, ad ſpem ſalutis ſubleuatus, tanquam leo inſanicus liber dimiſſus è carcere, cum iis, qui bello ſuperfuerunt, quorum adhuc erat populus infinitus, iterum Galliæ ciuitates aggreditur, & primũ ciuitas illa nobilis & famoſa Tungorum ab eo capta, atque ſubuerſa eſt ciuibus eius omnibus occiſis.

Deinde Trecas venit, in qua ciuitate ſanctus Lupus erat epiſcopus, qui pontificali habitu decoratus cum ſuo clero obuiam Attilæ venienti proceſsit. Cumque coram illo veniſſet, & ad eum fuiſſet admiſſus, ait. Tu quis es, qui terram diſsipas atque conculcas? Cui Attila. Ego ſum Attila rex Hunnorum, flagellum Dei. Ad quam vocem iuſsit epiſcopus portas ciuitatis aperiri, & ait. Bene venerit flagellum Dei. Et induxit illos in ciuitatem, ſed Dei iudicio ſtatim, vt ingreſsi ſunt, omnes percuſsi ſunt cæcitate, & tranſeuntes per mediam ciuitatem nulli læſionem fecerunt.

Trecas vrbe Galliæ S. Lupus tutatur.

A.C. 450.

Flagellũ Dei ſuſcipiendum.

Igitur Attila cum Gallias deuaſtaret, audiuit adhuc Romanos & Gothos ſimul contra ſe copias adunare, ac bellum inſtaurare. Quo comperto feſtinanter relictis Galliis in Pannonias rediit. Ibique maximo conflato exercitu, in ipſo fonte Romani imperij Italiam venit, & ciuitatẽ Aquileienſium in ipſo introitu Italiæ ſitam, continuo triennio obſedit ciuibus ſtrenue repugnantibus. Cumque ex longa obſidione cunctam regionem adiacentem eius exercitus expoliaſſet, omniaque quæ ad cibum neceſſaria erant, more locuſtarum abraſiſſet, non minori fame atque penuria obſidentes quàm obſeſsi laborabant. Sed cum die quadam rex Attila muros ciuitatis circuiret, conſiderauit aues ciconias, quæ in turribus ciuitatis ipſius nidificauerant, vno impetu ex vrbe migrare, atque fœtus ſuos roſtris ſublatos per rura foriniecus deportare. Quo viſo Attila iis, qui ſe comitabãtur ait. Aſpicite aues futurorum præſcias ciuitatem perituram relinquere. Quo oſtenſo irritatis barbarorum animis, magno cum impetu vrbem vndique aggrediuntur, atque ſeſsis recentes ſuccedentes requiem negabant obſeſsis. Ad poſtremum effractis violenter muris, barbari ciuitatem ingrediuntur. Intrantéſque opes diripiunt, omnes occurrentes ſine diſcretione ſexus, aut ætatis trucidantur. Solæ matronæ quibus inerat aliqua forma omni morte deterior, ad barbarorum luxuriam reſeruantur.

Attila Aquileiam obſidet & euertit.

Erat autem tunc in ciuitate mulier quædam ſecundum ſæculi dignitatem nobilis & corpore pulchra, ſed caſtitate & pudicitia nobilior nomine digna. Huius domus ſuper ripam fluuij, qui per ciuitatem fluit ſita erat. Cum autem audiſſet, quod puellæ à barbaris ſeruarentur, timẽs ne & ipſa ludibrium ſordidiſsimis barbaris fieret, & animæ pulchritudinem illata libidine vitiarẽt, mox & domui ſuæ eos appropinquare ſenſit, inuoluto capite è ſumma domus ſuæ arce ſe in gurgitem præcipitem dedit. Captámque ciuitatem Attila omnibus ciuibus occiſis ſolo coæquauit. Igitur deleta Aquileia, Attila circumſtantes vrbes aggreditur, atque velut fulgur ipſas demoliens funditus deſtruit: hoc eſt Concordiam, Patauium (quæ hodie Padua vocatur) deinde vniuerſas Venetiarum vrbes, ſcilicet Veronam, Vincentiam, Brixiam, Bergomum, aggredientes capiunt.

Mulier nobilis ne violaretur ſe in flumẽ dat præcipitem.

Venetiæ dum Aquileia obſideretur, & tãdem deſtrueretur, in diœceſi, quæ Caſtellum dicitur, ædificari ciuitas cœpit. [a] Nam locupletes viri

a De conditione vrbis admirabilis Venetiarũ, ſic ſcribit Blon. lib. 3. decad. 1. Patauini Aquileia obſidione durante ſacra & ſupellectilem pretioſam cum imbelli multitudine, in Riuum altum comportarunt iuuentute tutandis à potente hoſte mœnibus retenta. Montiſiliceuſes verò Adeſtinique & Euganeorum collium incola Metamaucum, & Albiolam, Palaſtrinam, Clodiamq; confugientes Attilæ terrorem declinauere. Sed Patauio poſt Aquileiam

&

A. C. 450.

& Monteſilice, Adeuſteq́ primum, deinde Vincentia, Veronáque eadem Barbarorum alluuione erutis, Patauini quidem plures potentioresq́ ditionis ſuæ paludes in quas ſua miſerant, frequentauere, & aquis eleuatiora apud Riuum altum, Dorſumq́, cui duro à ſoliditate cognomen fuit, tenuere. Sic & cæteri Venetiæ prouinciæ populi premente metu vbicunque potuerunt, eiſdem in paludibus conſederunt. Per hunc modum & populi amœniſsimis & vberrimis Italiæ in regionibus nutriti, patriam auitóſque Lares commutauere informem in vliginem, ſtagnaq́, omni vel puri littoris ſterilitatis, ſi libera ſit electio, poſtponenda: vt nequaquam dubitandum ſit illos Dei munere coactos cœpiſſe loca, breui futura optima, quæ tranquillis ſecurisq́ rebus nulla prudentia elegiſſet. hæc ille. Ex quo ſicut in omnibus aliis humanis rebus diuinæ prouidentiæ munus licet agnoſcere, quod ab illa depopulatione Italiæ huius ciuitatis fundamenta iaci voluit, quæ ſuis opibus & ſplendore fidem & religionem Catholicam in orientis partibus maximè illuſtrauit, & hoc ſæculo per ſuos conuentus mercatorum, qui toto oriente ſunt celeberrimi, eam inter barbaros & infideles Mahometanos ſtudioſè & obſeruat & profitetur. Ex quo videre licet religionem noſtram eſſe verè Catholicam, id eſt, toto orbe diffuſam, cùm illam in latiſsimis illis Barbarorum regnis, præterquam quòd multi incolæ retineant, vt alibi oſtendimus etiam nobiliſsimæ illuſtriſsimæq́ ciuitatis mercatores publicè profiteantur & exerceant. Porrò anno Chr. 430. Theodoſio Auguſto xiij. & Valentiniano Auguſto iij. conſule ix. Calen. Aprilis Venetiarum vrbs in Riuo alto condi cœpta eſt, prima ibidem S. Iacobi Eccleſia dedicata eo die, vt ex antiquis Venetiarum monumentis cognoui. Onuph.

prouinciæ Venetiæ fugientes exercitus Attilæ direptiones, cum familiis ſuis & pretioſam ſupellectilem portantes propriis ſedibus relictis, nauibúſque onuſtis receſſerunt in inſulas, quæ dicebantur Riuus altus, ſecuri à barbarorum impetu, quibus non erat nauium vſus ad vim aliis inferendam, & cum arenæ habitacula non ſufficerét, nauibus vehentes arenas ex induſtria manſiones munierunt, & ex communi prouinciæ vocabulo Venetias dixerunt. Poſt direptionem Aquileiæ & aliarum ciuitatum prouinciæ Venetiarum, Aemiliæ vrbes eodem modo diripiuntur.

Initium ciuitatis Venetiarum.

Rauennæ vrbi tantũ hoc modo pepercit. Ioannes eius vrbis epiſcopus ſuo clero comitatus in albis extra vrbem ad Attilam ſuburbia obſidentem cum ſuo exercitu, ſupplex accelerat, orátque vt vrbi & ciuibus parcat. Attila vero epiſcopi audita oratione, reſpondit. Parcere volo. Sed ne ciues tui ſuo conſilio vel viribus glorientur noſtræ obſtitiſſe potentiæ, vrbis portarum poſtes prius volo deponantur, & quod noſtri exercitus equorum vngulæ illos conculcent. Quam conditionem Rauennates ciues libenti animo ſuſceperunt. Tranſiuit ergo Attila per Rauennam cum ſuo exercitu, non aliter ciuitatem deuaſtans. Et hæc iſte tyrannus egit circa annos domini 453. Ab initio verò mundi ſecundum ſeptuaginta interpretes cum ſequacibus, anno 5651. ſecundum Hebræos.

Rauennæ quomodo Attila pepercerit.

Inde in Liguriam progreſſus Attila Mediolanum ac Ticinum captiuans vel occiſis ciuibus diripuit. Nouiſsime occiſione hominum & prædã ſatiatus, eo loco quo Mintius fluuius in Padũ influit, caſtra poſuit. Ibíque conſiſtens animo reuoluere cœpit vtrum Romã adiret. Sed Alarici exemplum pauens, qui capta vrbe atque ſpoliata, nõ diutius ſuperuixit, ire differebat. Inter hęc legatio placidiſsima ad eum de Roma venit.

A.C. 450.

Mediolani & Ticinum diripiũtur.

Attila Leonis oratione perſuaſus Italiã relinquit. Diac. lib. 15. Blond. lib. 2. dec. 1. Naucl. & alij.

§. V.

De Leone Papa qui ad Attilam venit, vt Italiam dimitteret petens. Igitur Leo ſanctiſſimus Papa filiis ſpiritualibus timẽs, per ſeipſum ad regem acceſsit: & cuncta, quæ optauerat, obtinens, non ſolùm Romanæ vrbis, ſed etiam totius Italiæ ſalutem reportauit. Nam rex ille crudeliſſimus Dei nutu territus fuerat, nec aliud Chriſti ſacerdoti loqui valuit, niſi quod ſanctus præſul optauerat. Recedente autem Pontifice, interrogatus Attila à ſuis, cur vltra morem ſolitum tãtam reuerentiam Romano pontifici exhibuiſſet, & cur ad omnia, quæ non petiiſſet modo, ſed etiam imperaſſet, obtẽperauit. Reſpondiſſe fertur. Non ego eius perſonam, qui aduenit honoraui, ſed iuxta ipſum ſtantem alium virum in ſacerdotali habitu forma auguſtiorẽ, canitie venerabilem, mihi euaginato gladio terribiliter mortem minantem, niſi cuncta, quæ ille petebat, explerem.

Duos fuiſſe hos D. Leonis comites ſcribit Blon. quos Petrum & Paulum quidã putant.

Igitur Attila tali modo à ſua duritia repreſſus ex magna parte ſpoliata opibus Italia, atque ciuibus aliis occiſis, aliis captiuatis: Pannonias repetiuit. Ad quem non multò poſt Honoria Valentiniani principis ſoror, dum à fratre ob decus pudicitiæ diſtrictius ſeruaretur, eunuchum ſuum dirigit, petens vt ipſam à fratre ſuo in matrimoniũ extorqueret. Quo nuncio accepto Attila, quia iam Attilæ fines exceſſerat, nec niſi fatigato exercitu ad Italiam regredi poterat, miſſa legatione Valentiniano Imperatori mandat, minitans ſe peiora in proximo occidentali imperio illaturum, niſi mox ei germanam ſuam cùm parte imperij mitteret copulandam coniugio. Sed mox diuino iudicio ex hac vita diſceſsit.

Attila Italiam relinquit.

Nam reuerſus ad propria ſupra plures, quas vxores duxerat, puellam quandam pulcherrimã Hildico nomine ſibi matrimonio iunxit. Ob cuius nuptias profuſiſsima conuiuia exercens, cum propter vini crapulam, quod in præcedenti conuiuio hauſerat ſupinus dormiret, eruptione ſanguinis, qui ei de naribus ſolitus erat effluere, ſuffocatus eſt. Qua nocte dominus Conſtantinopoli Marciano imperatori in ſomnis apparuit, & fractum Attilæ arcum oſtendit, quo ſcilicet armorum genere gens illa vti ſolebat in bello: ea enim viſione ſignificabatur Attilam eſſe defunctum.

Quia vero virtus ſemper inuidiam parit, Valentinianus imperator, quantum res docuit, proſperos Aetij ſucceſſus pertimeſcens, gladio mandauit eum occidi, & ita vir bellicoſiſsimus Aetius, & quondam Attilæ terror ſola inuidia occubuit. Sed nequaquam Valentiniano mors Aetij impune ceſsit. Nam & ipſe nondum completo anno à Tranhaſila quondam Aetij milite occiſus eſt, cum annis triginta tenuiſſet imperium, ſcilicet 25. cum Theodoſio, & quinque cum Marciano.

Aetij mors & Valentiniani

C. 455.

A. C. 450.

S. Anianus Aurelias ab obſidione Hunnorum liberat, Vinc. lib. 19. cap. 13.

§. VI.

INterea gens ipſa Hunnorum perfidia cum rege ſuo Attila, vt ait Hugo Floriacenſis, & refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 20. cap. 13. vaginam ſuæ habitationis egreſſa, cum crudeliter in plurimarum gentium trendebat pericula, & Aurelianenſium mœnia vaſtans omnem illius ſeæ argumentum in eiuſdem vrbis interitum conuertiſſet, ſanctus Anianus ipſius ciuitatis epiſcopus in Domino confidens, cum per ambulaturium muri ſanctorum pignora geſtans ſuaui voce cantaret, tunc miſer quidam ſacerdos à barbaris captus his verbis eum allocutus eſt, Quod tu modo agis, vnuſquiſque noſtrum in ciuitate ſua ſtudioſe peregit, ſed nulli profuit. Hæc locutus diuina vltione ſtatim cecidit mortuus perpetuæ pœnæ damnatus.

Sacerdos impius deridēs ſanctorū interceſſionem corruit.

Interim hoſtilis exercitus tela iactabat, etiam arietibus murum quatiebat. Tunc fugiente ad eccleſiam populo, epiſcopus hortabatur eum, vt cōfideret in Domino. Ipſe verò murum aſcendit, & tacitus cælum aſpiciens orare cœpit. Cúmque ſibi auxilium Domini adeſſe ſenſiſſet, repente contra barbaros expuit. Tantáque ſubito pluuiæ moles deſcendit, & impiorum impetum quatriduana inundatione compreſsit, vt nequaquam vllus pugnaturus ex hoſtibus transferre ſe ad alterum locum poſſet, ſed mira Dei potentia cateruam hoſtilem ſiſteret. Ceſſante itaque nimbo ſanctus Anianus ad Attilam pro populo ſibi commiſſo rogaturus acceſsit. Sed à perfido ſpretus contrario intra ciuitatis clauſtrum ſe retulit.

Poſtera die apertis portarum repagulis, Attilę proceres vrbem ingreſsi ſunt, ſortéque ad diuidendum populum miſſa, plauſtra onerabant de populi ſubſtātia.[a] Cúmque ſanctus populum admoneret, vt nec ſic de Deo deſperarent, repente more prophetico translatus eſt à Domino ad locum, vbi Agetius (ſeu ſecundum alios Aetius dictus patricius) qui rempublicam in Gallijs gubernabat cum exercitu ſuo, & pariter cum Thorſomondo rege Gothorum degebat. Itaque militi Aulico oſtenſus ait. Vade, dic filio meo Agetio, quòd ſi hodie ad ciuitatem adeſſe diſtulerit veniendo, iam craſtino nihil proderit. His dictis ſtatim receſsit. Cumque miles Agetio nuncium retuliſſet, ille lætus, & de victoria iam ſecurus, diuina reuelatione commonitus, vnà cum Thorſomondo, & ſuo atque Gothorum exercitu concitus Aurelianum pergit, hoſtes imparatos reperit, magnámque ſtragem ſuper eos exercuit.

D. Anianus repēte Atelatem vbi erat Aetius trāſfertur.

Itaque Hunnorum alij ſuccubuerunt gladijs, alij timore coacti tradebant ſe gurgiti Ligeris finem mortis ſortituri.

Sanctus verò Anianus bona pro malis reddēs, plures per preces ſuas eripuit, quos coram ſe ferutiandos aſpexit. Lætabatur autē in Chriſto, quòd nulla ex ſuis ouibus defuiſſet è numero, niſi qui de domino deſperaſſent contra eius præceptū, & ſe populo barbarico tradidiſſent. Proſtrata igitur acerba barbarie, tanta vbertas frugum in Aurelianorum tellore ſurrexit, vt dupliciter populus exultaret in domino, & de ereptione impiæ ferocitatis, & de diuinæ gratiæ largitate.

Hæc quæ ſequūtur refert hiſtoria S. Aniani, quam ex MS. cod. edidit. Sur. to. 6.

Hic ſanctus cum factus epiſcopus Aurelianæ ciuitatis ipſius mœnia ingreſſurus eſſet, petiit ex Agripino, qui militibus præerat, vt omnes, quos pro varijs criminibus in carcere tenebat incluſos, ob gratiam ſui introitus redderet abſolutos. Quod cùm ille reſiſtendo omnino negaret, lapis magni ponderis ab alto cecidit, eiúſque verticem læſit. Qua percuſsione proſtratus, & famulorum manibus ad domum deportatus propriam, quàm citiſsimè agnouit, quod idcirco plaga ſuper eum deſcenderat, quia quod vir Dei poſtulauerat, præſtare noluit. Sed cùm ſanguis ex eius capite fluere non ceſſaret, & prædictus pontifex eum gratia caritatis viſitaret, mox vt eius vulneri manu propria ſignum crucis appoſuit, riuum ſanguinis ſtringens eum ab interitu liberauit. Et dum vnum correctum propria oratione ſanauit, pro reliquis, quos ante petierat, impetrauit. Idem ſanctus cùm Eccleſiam, quam prędeceſſor eius beatus Onuertius fundauerat, altiori culmine proueheret, qui præerat artificibus de recto corruens, incurrit mortis periculum, ita vt omni quaſſatu corpore, vix vltimo ſpiritu palpitaret. Sed ſanctus Dei facto ſigno crucis oratione ſanitati reſtituit.

Euortium alij vocāt vel Eurtiū, cuius geſta habentur ex quib. Vinc. tranſcripſit ſua capita Spec. hiſt. li. 13. colitur 7. Septemb. & Anianus 17. Nou.

De paſsione vndecim millium virginum Vrſulæ cum ſocijs.

§. VII.

HOc loco chronicorum ſuorum Sigebertus deſcribit harum paſsionem, quia ſub Hunnis paſſæ ſunt, qui iſto tempore maxime inualoerunt in terra. Sed longe ante ex hiſtoria earum apparet eas paſſas. Nam & ipſi Hunni etiam longo ante tempore cœperunt ſua loca originalia deſerentes per orbem diſcurrere. Igitur cum ſancta Vrſula vnica filia eſſet Dionoti nobiliſsimi & ditiſsimi Britannorum principis, pulcherrima & magni ingenij, dum nobilis à filio regis Angliæ ad nuptias peteretur, & patrem ſuum valde Chriſtianum ſuper hoc anxiari videret, tum quia filiam ſuam Deo deuotam ad nubendum cogere

Sigebert. ad A. C. 453. quem etiā Sur. produxit.

a Hanc admirabilem Aurelianorum liberationē ipſa Aurelianenſium ciuitas adhuc hodie prædicat, quæ huius liberationis memoriam quotannis facit 14. Iunij. Cæterùm quamuis Grego. Turon. lib. 2. cap. 7. in modo, quo liberata ſunt cum D. Auto. non conſentiat, & hiſtoria à Surio edita id taceat: tamē fuiſſe precibus S. Aniani eas liberatas, & victoriam ab Hunnis reportatam iidem auctores tradunt. Habes autem hîc illo quinto ſæculo Sanctorum reliquias in celebri pompa in Gallijs geſtari ſolitas fuiſſe. Sed ſi hiſtoriæ huic non credis, crede D. Auguſt. qui in 22. Ciuit. cap. 8. in Aphrica factitatum fuiſſe refert.

b Vndecim millium Virginum ſplendidiſsima habent Coloniæ monumenta, neque recenter adſcripta ſunt ſanctis martyribus. Vuldebertus enim Prumienſis, qui vixit ann. 850. earum in martyrologio meminit. De his etiam ſcripſerunt Rogerius Ciſtercienſis, Richardus Pramonſtratenſis in legenda Angliæ excuſus, & Elizabeth Sconaugienſis lib. 4. cap. 2. Primariam hiſtoriam edidit Sur. ex MS. Codicibus, & quædam alia, quibus poſſunt illi confutari, qui fabuloſa eſſe putant, quæ de beatiſsimis his Virginibus narrantur.

A.C. 450.

Conditiones nuptiarũ à S. Vrſula propoſitę.

rationi conſonum non erat, tum contra, quia non aſſentiendo Pagani feritatem expaueſcebat, ipſa diuinitus inſpirata patri ſuaſit, vt tyranno aſſentiret: ea tamen conditione propoſita, vt ipſe filius regis Angliæ decem virgines ætate, forma & genere electas ſibi traderet, & tam ſibi quàm ſingulis earum mille virgines adiungeret, & paratis ad numerum ipſarum vndecim triremibus, id eſt nauibus inducias triennij ſibi daret ad dedicationẽ ſuæ virginitatis. Et ipſe iuuenis ſponſus baptizatus iis tribus annis inſtrueretur in fide. Nouo vſa conſilio Spiritusſancti, vt aut difficultate propoſitæ conditionis animum eius à propoſito huiuſmodi auerteret, aut hac opportunitate omnes coæuas ſuas ſecum Deo dicaret.

Quia vero res à domino agebatur, iuuenis omnibus propoſitis aſſenſit, & patrem ad idem induxit. Et baptizatus ſponſus omnia petita accelerari mandauit, & virgines ad Vrſulam ſponſam deſtinauit. Tunc pater virginis accep o conſilio ordinauit, vt filia ſua viros haberet directores, quorum ſuffragio ipſa cum virginibus gubernaretur in ſpiritualibus, & temporalium neceſſitate. Confluebant hincinde multi ad tam mirum ſpectaculum, etiam epiſcopi. Inter quos fuit Pantalus Baſilienſis epiſcopus, qui eas Romam vſque perduxit, & inde reuerſus cũ eis martyrium ſumpſit. Sancta quoque Geraſina regina Siciliæ, & ſoror Dariæ matris ſanctæ Vrſulæ, re ſibi nunciata, cũ quatuor filiabus & paruulo filio Adriano relicto regno in manu filij illuc pergens, ſe eis vſque ad martyrium ſociauit.

Vinc. ibi. cap. 41.

Triremibus igitur & ſumptibus præparatis recedens de Britannia hoc collegium ſacratiſsimũ Coloniam ciuitatem applicuit. Ibíque Vrſulę reuelatum eſt à Domino per angelum, quòd Romã pergerent: indéque illuc reuertentes, ipſa cum ſponſo ſuo, & omni ſocietate per martyrium ad gloriam peruenirent. De Colonia ergo ciuitate ad Baſileam nauigio venientes, abinde Romam pedeſtres applicuerũt. Quas omnes papa [a] Cyriacus, & Clerus cum lætitia & honore ſuſcepit, qui & ipſe de Britannia erat, & conſanguineas inter illas nonnullas habebat, & ipſe virgo exiſtens. Ei autem reuelatum eſt, quod martyrij palmam cum eis eſſet conſecuturus. Cum ergo aliquandiu Romæ moram traherẽt, fecit papa Cyriacus aliquas nondum baptiſmi gratiam conſecutas, ſacro fonte lauari. Demum manifeſtans voluntatem ſuam coram omni clero ſuo papatui renunciauit, cum anno vno rexiſſet eccleſiam, & menſibus circiter tribus, nonus decimus poſt Petrum apoſtolum. Quod nimis ægre clerus accepit, vt relicta ſede Petri, poſt illam multitudinem pergeret mulierũ neſcientes conſilium Domini. De conſilio tamen & ſuaſione ſua alium elegerunt Antherum nuncupatum, de catalogo pontificum illum Cyriacum remouentes.

S. Virgines Romam veniunt.

Cum autem dictum ſacrum collegium Romæ maneret duo iniqui principes Maximus & Aphricanus gentiles timentes, ne ex tanta multitudine fidelium, ad quam & alij iungebantur, nimis Chriſtiana religio augeretur, explorato loco, quo tenderent, miſerunt nuncium ad Iulium cognatũ ſuum principem regis Hunnorum, vt cum Coloniam applicarent, illuc applicans totam illã multitudinem trucidaret. Egreſſus igitur de vrbe beatus Cyriacus papa cum dicta multitudine virginum, ac etiam aſſociatis eis pluribus epiſcopis ſanctis, Coloniam proficiſcebatur.

A.C. 450.

Rurſus Coloniã redeunt.

Interca ſponſus Vrſulæ Ethereus, matre eius Chriſtiana effecta, ac etiam patre iam defuncto, in regno ſuccedens admonitus eſt ab angelo, vt ſponte Coloniam occurreret, & ibi cum ea martyrium ſuſtineret. Sed iam iuuenis fidelis effectus diuinam gratiam ita guſtauerat, vt ſpretis carnalibus nuptiis cæleſtes appeteret, & mori pro Chriſto ſibi optatiſsimum foret. Monitis igitur angeli acquieſcens, cum matre, & ſorore Florentina, & epiſcopis Clemente & Marculo cum nepte ſua, & aliis multis Coloniam Deo diſponente ex vna parte, & Vrſula cum Cyriaco papa, & vndecim millibus virginibus ex alia ſimul applicuerunt. Ad quas egreſſas de nauibus Hunni, qui tunc Coloniam obſidebant, vt lupi in oues, omne illud ſacrum collegium martyrio ad cælũ tranſmiſerunt. Aliis autem occiſis, venientes ad Vrſulam ſtupentes de eius pulchritudine, principi ſuo obtulerunt viuam. Cuius pulchritudinis amore captus, conſolatus eam de virginum occiſione, promiſit eam in coniugium ſe habiturum, ſi ei aſſentiret. Quod in illam recuſantem tyrannus indignans ſagitta in eam directa, martyrem fecit. Inter illas autem fuit vna Cordula dicta, quæ timore humano deuicta, remanſit illa nocte in naui. Sed à Deo confortata die ſequenti ſe manifeſtans occiſa eſt. Quæ poſtea cuidam apparuit, mandans, vt die ſequenti fieret feſtum de ea. Paſſæ ſunt autem ſecundum alios anno Domini 237. tempore Antheri papæ & Maximiani imperatoris. Et ſi dubium ſit de tempore paſsionis, nullo modo dubitat Eccleſia de martyrio earum.

Hunni ſacras virgines trucidant.

Coluntur 21. Octo.

De S. Cordula iidẽ MS.

Helẽdrudæ incluſæ apparet S. Cordula.

Colitur 22. Octob.

De origine Longobardorum quos Vuinnules primo nominatos ſcribit Diac. lib. 1. de geſt Longob. cap. 2. hæc autem à Vinc. lib. 16. cap. 10. traduntur, qui hæc omnia à Paulo Diacono eſt mutuatus.

CAP. IX.

Logobardi vnde orti.

VIrulorum, qui poſtea [b] patria lingua Longobardi à longis barbis vocati ſunt, ſecundum Vincen. in ſpec. hiſto. lib. 17. certam quidem originem legimus, ſed certum originis tempus eorum non inuenimus. Nam reges regnaſſe ſuper eos legimus, quorum etiam nomina didicimus. Sed annos regni eorum per tempora diſtinctos non inuenimus. Hi in Scandinauia Scythiæ inſula degentes, cum ita multiplicati eſſent, vt eos terra ſua capere non poſſet, egreſsione tertiæ partis minuere multitudinem conſilium habuerunt, & quinam exire

E Scandinauia egrediũtur A.C. 380.

a Quæ hoc loco de Cyriaco Papa referuntur, non habent MS. codices quos Sur. publicauit, neque id referunt auctores probati, qui de his S. Martyribus ſcripſerunt, certè cum alicubi in gloſsis Decretorum hæc hiſtoria de Papa Cyriaco haberetur, eam magiſter ſacri Palatij expungendam eſſe decreuit.

b Certum eſt Longobardos ab intacta ferro barba longitudine, cum prius Vuinuuls dicti fuerint, poſtmodum ita appellatos. Nam iuxta illorum linguam lang longam & Bard barbam ſignificat. Diacon. lib. 1. cap. 8.

A.C.484 deberent miſſa ſorte quæſierunt. Tertia ergo pars A Virulorum ſeu Longobardorum, prout miſſa ſors elegerat, ducibus Agione & Ibore Seandinauia inſula egreſsi de loco in locum ibant incerti & vagabundi, & multis ſæpe bellis impetiti. Viriliterque quia pro anima res erat illis, ſalutem libertatémque ſuam defendebant.

Porro Agion & Ibor mortuis regnauit primus ſuper eos * Agelmundus triginta tribus annis. Qui dum ageret ſe iuſto ſecurius, à Bulgaribus cum multis ſuorum eſt extinctus.

Lamiſsio regnauit ſecūdus ſic dictus, eo quod B à lama, id eſt voragine fuit extractus. Nam cum mater eius ſeptem vno partu enixa paruulos eos in piſcinam proieciſſet, & rex Agelmundus iter faciens eos haſta reuolueret, is ſcilicet Lamiſsio fortiter haſtam eius tenuit, propter quod inde leuatus, & ab eo nutritus eo virtutis proceſsit, vt in regno ei ſuccederet, & necem eius in Bulgares vltus ſit. Lethus tertius. Gildeoch quartus. Gedeoch quintus fuit. Ex quo autem Rugulandiam profecti ſunt, vſque ad annos quadraginta, talis fuit rerum geſtarum eorum conſequentia, ſecundum Sigebertum. C

Sub Gedeoch, & filio eius Claſſone rege ſexto in Rugila habitauere. Sub Tadone ſeptimo rege in campis Affeld habitauerūt, vbi tertio anno Rodulfo Herulorum rege à Tadone perempto, & regno Herulorum deſtructo, Longobardorum creuit potentia.

Tadonem Vuaſco peremit, & regnum octauus obtinuit annis quadraginta ſecundum chroni. Filiúmque ſuum Vualtarith ſucceſſorem regni reliquit, qui regnauit annis ſeptem. Poſt hunc Audochin decem & ſeptem annis. Albuinus filius eius annis 31. ſcilicet 25. in Pannonia, & ſex in Italia. D Cleph duobus: poſt quem fuerunt ſub ducibus annis decem.

Poſt hæc Auctharim regem ſtatuerunt. Quem ob dignitatem Flauium nuncupauerunt, a quo deinceps omnes Longobardorum reges Flauij nominati ſunt. Huic anni ſex annotantur. Agilulphus annis vigintiquinque.

Adoloaldus [a] filius eius annis quinq;. Ariberith annis nouem. Huius filij de regno contenderunt vno anno. Quorum Godobertum Grimoardus dux Taurinatium dolo peremit, eiuſque regnum arripuit, & ſororem eius duxit vxorem E regnans annis nouem. Poſt hunc Pertaricalcus filius Ariperith annis decemſeptem. Cuniberch filius eius annis 12. Cui ſucceſsit filius eius Liuthberth habens tutorem Auſprandum. Quem Ragumbertus dux Taurinenſium bello ſuperauit, & regnauit anno vno: quo mortuo Ariperth filius eius annis nouem, cum quo filius Aſprandi conflixit, eoque fugiente, & in fluuium demerſo regnum recipit.

Sed eo poſt tres menſes mortuo, Liutprandus filius eius regnauit annis triginta duobus. Raſcis ſeptem. Quo monacho effecto, Aiſtulphus frater F eius ſeptem annis. Quo iudicio Dei percuſſo, Deſiderius regnauit annis decem & octo. In quo deuicto & capto Ticini, id eſt Papiæ à Carolo magno, finitum eſt regnum Longobardorum, & liberata Italia de manibus eorum. Sed de iis, quæ ſunt geſta ab his, & præcipue Totila, qui fuit rex Gothorum, plenius dicetur inferius.

** Agelmundus Longobardorum rex primus. Diaco. li. 1. c. 10. Ann. Ch. 390. Lamiſsio quis & vnde dictus. ibid. regnat Ann. Chr. 423. Lethus 3. rex. An. Chr 426. Gildeochus 4. An Chr. 466. Gedeochus 5. Ann. Chr. 470. Claſſon rex 6. Ann. Chr. 482. Tado rex 7. Anno Chr. 487. Vuachao rex 8. Ann. Ch 498. Valtharitus rex 9. Ann. Ch 505. Andoinus rex 10 ann. Ch. 522. Alboinus rex 11. ann. Chr. 550. Cleffis rex 12. ann. ch. 571. Autharis rex 13. an. ch. 593. Agilulphus rex 14. ann. ch. 588. Adanaldus rex 15. ann. ch. 604. Aribertbus rex 19. ann. chr. 656. Gundebertus rex 20. an. ch. 665. Grimoaldus rex 22. ann. ch. 666. Pertarithus rex 24. an. ch 675. Cunebertbus rex 25. an. ch. 682. Liuthbertbus rex 27. an. ch. 705. Ragumbertbus rex 28. anno chr. 708. Aribertbus rex 29. anno chr. 706. Aſprandus rex 30. ann. chr. 718. Liuthprandus rex 31. Rachis rex 33. ann. ch. 743. Ariſtulphus rex 34. ann. chr 749. Deſiderius rex 35. anno ch. 756. Anno Chr. 774. Longobardorum regnum defecit. ex Paulo Diaco. & Onuph.* A.C. 484

a Inter Adoloaldum 15. regē & Aribertbum 19. ex Diac. hos reges D. Ante tit. 13. c. 4. § 4. interſerit Arioaldū regem 16. qui regnauit an. 12. creatū ann. chr. 624. Rotharum regē 17. qui regnauit an. 15. men. 4. creatum ann. chr. 636. Rodoaldum regem 18. qui regnauit ann. 5. d. 7. creatum an. chr. 651. Poſt Gundebertbum verè adiecit § 7. & 8. Perthariſum reg. 21. qui regnauit ann. 1. men. 3. & poſt Grimoaldum Garibaldum regem 23. qui regnauit men. 3. & poſt Gumbertbum Alabim tyrannum 26. & poſt Liuthprandum Hildebrandum regem 32. qui regno expulſus eſt.

De perſecutione Vandalica ex Victore Aphricano hiſtoria lectu digniſsima.

CAPVT X.

QVia inter barbaras nationes, quęcum regibus ſuis inſurrexerunt ex diuerſis locis contra Romanum imperium, & contra veros fideles, fuerunt Vandali, de quorum origine dictum eſt ſupra, qui mouerunt magnam perſecutionem contra eccleſiam in Aphrica, nunc de ea plenius videndum.

Hunericus itaque ſuccedens in regno Vandalorum in Aphrica patri ſuo Genſerico in primordio regni, vt habet ſubtilitas Barbarorum, cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem Chriſtianam: &, vt narrat Vincentius in ſpec. hiſto. lib. 21. cap. 74. vt ſe religioſum oſtenderet, ſollicitus quærebat hæreticos Manichæos, ex quibus incendit multos, plurimos autem diſtraxit nauibus tranſmarinis, quos pene omnes Manichæos ſuæ religionis inuenit, & pręcipue presbyteros & diaconos Arianæ hæreſeos. Vnde magis erubeſcens, amplius in illis exarſit.

Hunericus Vandalorum [illegible] noſtris fauere [illegible] ſimulat. Vict. li. [illegible]

Manichæos incendit [illegible] reticet ſupplicio [illegible]

Dedit autem licentiam Zenone imperatore atque Placidia relicta Olibrij rogantibus, vt Carthaginenſis Eccleſia ſibi, quem vellet epiſcopum ordinaret, quæ iam per viginti quatuor annos tali ornamento fuerat deſtituta. Deſtinauit ergo per notarium ſuum edictum, quod publice legeretur, vt iuxta petitionem Zenonis imperatoris, eccleſia Carthaginenſis proprium ſuæ religionis haberet epiſcopum. Quod dum edictum præſentibus

A. C. 484.

ribus [a] nobis Eccleſiæ legeretur, cœpimus gemere eo quòd meditantibus dolos malorum futura eſſet perſecutio præparata. Et ita legato reſpondimus. Si ita eſt, interpoſitis his conditionibus periculoſis, Eccleſia non vult epiſcopum habere. Gubernet eam Chriſtus, qui ſemper dignatus eſt gubernare. Quam ſuggeſtionem legatus accipere neglexit, ſimul & populus, vt tunc fieret, vt ignis exarſit, cuius erat clamor intolerabilis, vt nulla poſſet ratione ſedari. Ordinato itaque Eugenio epiſcopo viro ſancto, Deóque accepto, ſublimis nata eſt lætitia & gaudium cumulatum Eccleſiæ Dei: exultat multitudo Catholica ſub barbara natione de ordinatione pontificis reparari. Cœpit enim vir Dei ille per conuerſationem bonam, venerabilis & reuerendus haberi ab iis etiam, qui foris ſunt, & ita eſſe omnibus gratus, vt ſi fas eſſet, animam ſuam pro eodem vniuerſos ponere delectaret. Pecunia apud eum nunquam manſiſſe probatur, niſi forte tali hora offerretur, quando ſol diei explicans curſum nocturnis tenebris ordinem daret, & loculis tantum reſeruabat, quantum diei ſufficeret, non quantum cupiditas expetiſſet, Deo noſtro quotidie ſubinde ingentia & maiora donante.

Eugenius ordinatur epiſcopus Carthaginenſis.

a In hoc edicto Hunericus permittebat quidem Catholicis epiſcopum ſuæ religionis eligere, dummodo epiſcopi Ariani Conſtantinopoli, & in aliis orientis Eccleſiis poſſent ſuo more & ritu conuentus facere. Quòd ſi hoc ſuis in oriente non fuerit conceſſum, ſe Catholicos omnes in exilium miſſurum eſſe denunciabat. Ob id Catholici tali edicto ſuſcepto lugere cœperunt, & perſecutionem futuram ſunt ſuſpicati.

Ariani epiſcopi in S. Eugenium inſurgunt, ibid.

§. I.

SEd cùm fama eius eſſet vbique celebris atque manifeſta, cœperunt Arianorum epiſcopi inuidia graui torqueri, quotidianis & præcipue cum Cyria eum calumniis inſectantes. Quid plura? Suggerunt regi de illo quod in ſuo nequaquam ſederet throno, nec Dei verbum ad populum faceret conſuetum. Deinde quoſcunque mares vel fœminas in habitu barbarico incedentes in eccleſia conſpiceret, prohiberet. Ille reſpondit, vt decuit. Domus Dei omnibus patet, intrantes nullus poterit repellere, & maxime, quia ingens fuerat multitudo Catholicorum noſtrorum in habitu illo incedentium, ob hoc, quod domui regiæ ſeruiebant. At vbi ab homine Dei tale accepit reſponſum, ſtatuit in portis Eccleſiæ collocare tortores. Qui videntes fœminam vel maſculum incedentes in ſpecie ſuæ gentis, illico palis minoribus dentatis, iactis in capite, crinibúſque in eiſdem collocatis ac vehementius ſtringentes ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli dum hoc fieret, ſtatim oculos amiſerunt. Alij ipſo dolore defuncti ſunt. Mulieres vero poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis præcone præeunte per plateas ad oſtenſionem totius ciuitatis ducebantur: quod ſibi, quæ magis patiebantur, lucrum maximum computabant. Quorum nos plurimos nouimus, nec ſcimus aliquem eorum, tunc à recto itinere deſtitiſſe.

S. Eugenij reſponſum

At vbi iſto modo fidei murum infringere non valuit, cogitat, vt [b] noſtræ religionis homines in aula eius conſtituti, neque annonis, neque ſtipendiis ſolitis potirentur. Addidit quoque & laboribus eos conterere ruſticanis, & dirigit viros ingenuos, & admodum delicatos ad campum Vticenſem, vt ſub ardentis ſolis incendio cæſpites meſſium deſecarent, vbi omnes cum gaudio pergẽtes in Domino lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habens manum, quæ per annos quamplurimos nullum ei præſtiterat obſequium: qui cum veraciter ſe excuſaret operari non poſſe, magis violenter iuſſus eſt pergere. Sed vbi ad locum ventum eſt, & præſertim pro eo orando omnes ingemuerunt: pietate diuina illa arida incolumis confeſſori reſtituta eſt manus.

A.C. 484.

Priuat Catholicos annona & ſtipendiis.

Cõfeſſoris manus arida ſanatur.

Hinc iam Hunerici perſecutio doloris atque parturitionis noſtræ ſumpſit initium. Ipſe autem Hunericus qui ſeſe iamdudum omnibus lenem oſtenderat, deſiderans poſt obitum ſuum filiis (quod non contigit) regnum ſtatuere, Theodoricum fratrem filióſque eius cœpit crudeliter inſequi, quorum nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderij ſui voluntatem auferret. Primo ſciens vxorem dicti fratris Theodorici aſtutam, credo ne forte maritum aut maiorem filium, qui prudẽs & ſapiens videbatur, conſiliis actioribus aduerſus tyrannum armaſſet, crimine impoſito gladio eam interfici iubet. Poſtea occiditur & ille filius magnis literis inſtitutus: cui ſecũdum conſtitutionẽ Genſerici, eo quòd maior omnibus eſſet, regnum inter nepotes maxime debebatur.

Accenditur adhuc crudelius aliquid perpetrare, altante vulgo in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, epiſcopum ſuæ religionis nomine Iocundum, quem patriarcham vocitabant, præcepit incendio concremari, ob hoc quod in domo Theodorici germani regis acceptiſſimus erat, cuius forte ſuffragio memorata domus regnum poterat obtinere. Tunc etiam Gentonis maiorem filium nomine Godagiſum cum vxore abſque ſolatio ſerui & ancillæ crudeli exilio delegauit. Fratrem vero Theodoricum poſt occiſionem vxoris & filij, nudum atque deſtitutum ſimiliter exulauit. Poſt cuius mortem filium, qui ſupererat infantulum, duáſque filias eius adultas, impoſitas aſinis longius affligendo proiecit. Sed & comites quamplurimos & nobiles gentis ſuæ obiectionibus falſis inſectans, ob hoc quòd germano fauerent, alios gladio iugulauit, alios incendit. Imitator exiſtens Genſerici patris, qui ſui fratris vxorem ligato pondere lapidum in Amſagam fluuiũ Cirrenſem famoſum iactando demerſit, & poſt necem matris etiam filios interfecit.

Hunericus epiſcopũ ſuæ religionis flãmis addicit.

Sed & multos ei Genſericus moriens ſacramento interpoſito commendauerat, quos ille immemor fidei, & ſacramenti violator, diuerſis pœnis & incendiis trucidauit. Nam Heldicam, quem

b Nota in aula Ariani regis multos fuiſſe Catholicos, qui ſi Vandali erant, vt certè veriſimile eſt, planè arguit Vandalos ab initio non fuiſſe Arianos, ſed Catholicos, qui quamuis Genſericus rex à Catholica fide in Arianam perfidiam defeciſſet (vt ſcripſit D. Anto. ſuprà cap. 6. §. 1.) in fide Catholica perſtiterunt. Certè §. 8 dicitur Vandalos in ſuæ gentis homines perſecutionem ſæuiſſimam exercuiſſe, & 9. duo Vandali cõmendantur, eo quòd ſub Genſerico ſæpius fuerant confeſſores.

A.C. 484. pater poſuerat præpoſitum regni, iam annoſum atque veteranum cum dedecore capite truncauit, eiuſque vxorem cum alia nomine Theucaria in medio ciuitatis incendit. Quarum corpora per vicos & plateas trahi mandauit, quæ tota die iacentia togatus à ſuis epiſcopis vix veſpere ſepeliri conceſſit. Hæc per quinque vel amplius perpeſſi ſunt annos, quibus hæc ſupplicia ſufficere poterant ad æternam mercedem, [a] ſi Catholici fuiſſent, & fidei ſuæ merito iſta pertulerent. Sed ideo iſtud ſilere nequiuimus, vt impietatem regis etiam in ſuis minime ſileremus, qui non ſolum epiſcopum ſuum Iocundum flaminis adußit, ſed etiam presbyteros & diaconos ſuos, id eſt Arianos, qualis ille erat, quamplurimos incendit, & inſuper beſtiis mancipauit.

Martyriũ extra Eccleſiã nihil prodeſt.

a Si hae ſupplicia ad æternam ſufficere poterant mercedem, neceſſariò ſequitur eſſe merita vitæ æternæ, & proinde Eccleſiam Romanam cum Catholica Eccleſia Aphricana conſentire, cùm docet ſupplicia pro Christo tolerata, & bona opera in gratia Dei facta, vitæ æternæ eſſe meritoria.

Aperta in noſtros incipit perſecutio, ibid.

§. II.

Amputatis igitur in breui omnibus, quos timebat, & ſolidans ſibi, vt putabat, regnum, quod breue fuerat & caducum, ex parte omnioriosus atque ſecurus, vniuerſa tela furoris in perſecutioné Eccleſiæ Catholicæ vt leo rugiens conuertit. Ante perſecutionis tamen tempeſtatem, multis præeuntibus ſignis & viſionibus, imminens demonſtratum fuit malum. Nam ferme ante biennium quàm fieret, vidit quidam Fauſti eccleſiam ſolito in ornatu fulgentem, & dum lætaretur candore tanti fulgoris cereiſque fulgẽtibus, ſubitò luminis illius extinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus aduerſarius naribus natus eſt fœtor, omniſque illa beatorum turba, quæ viſa fuerat in Eccleſia expellentibus quibuſdã Aethiopibus minata eſt foras.

Viſa perſecutionẽ Aphricanam portendẽtia.

Vidit & quidam presbyter baſilicã dicti Fauſti refertam turbis innumerabilium populorum, & poſt paululum euacuatam, & repletam multitudine porcorum atque caprarum. Quintinianus quoq; venerabilis epiſcopus, vidit ſe ſupra quendam montem ſtare, de quo conſpiciebat gregem innumerabilium ouium ſuarum, & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occiſores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cùm ita fieret, omnis illa magnitudo gregis conſumpta eſt. Reor ego illas duas ollas ſuccenſas. Sicca veneria & laribus duas eſſe ciuitates, in quibus multitudo prima fuit congregata, è quibus incendium initium ſumpſit, aut Hunericum regem, & Cyrillam epiſcopum eius.

Quid vltra? Cenſet primò tyrannus iuſsione terribili, vt nemo in eius palatio militaret, neque publicas ageret actiones, niſi ſe Arianum feciſſet. Quorum ingens numerus vigore inuictus, ne fidem perderet, militiam temporalem abiecit: quos poſtea domibus proiectos, omnique ſubſtantia expoliatos, in inſulas Sardiniam & Siciliam relegauit. Quodam tempore ſtatuere per totam Aphricam feſtinauit, vt noſtrorum epiſcoporum defunctorum fiſcus ſibi ſubſtantiam vendicaret. Qui autem defuncto ſuccedere poterat, non ante ordinaretur, niſi prius fiſco regali quingentos ſolidos obtuliſſet. Sed hoc ædificiũ vbi conſtruere niſus eſt diabolus, ſtatim illud deſtruere dignatus eſt Chriſtus. Suggerunt enim ei domeſtici ſui dicẽtes. Si illud ſeruauerit præceptio veſtra, noſtri epiſcopi in partibus Thraciæ, & aliis regionibus cõſtituti, peiora incipiẽt pati.

A.C. 484. *Hunericus cõtra noſtros edictum decernens à ſuis reuocatur.*

Præcepit deinde ſacras virgines congregari, dirigens Vandalos cum ſuæ gentis obſtetricibus ad inſpiciendum & contrectandum contra iura verecundiæ, verecunda pudoris, vbi nec matres aderant, nec aliqua catholica matrona. Quas cremantes graui ſuſpendio, atque ingentia pondera pedibus colligãtes, laminas quoque ferreas ignitas dorſo, ventri, mammillis & lateribus apponebant, quibus inter ſupplicia dicebãt. Dicite quomodo epiſcopi vobiſcum cõcumbunt, vt clerici veſtri. Quarum acerbitate pœnarum plurimas ſcimus tunc extinctas, aliæ quæ remanſerunt cutibus areſcentibus factæ ſunt curuæ. Nitebatur enim ſemitam inuenire, per cuius aditum publicam ſicut fecit, faceret perſecutionem. Etiam faciens nullo modo inueſtigare potuit, quo modo Chriſti Eccleſiam macularet.

Catholici de impudicitia redargui non potuerunt.

Catholici in exilium mittuntur. ibid.

§. III.

Quibus autem proſequar fluminibus lachrymarum, quando epiſcopos, presbyteros, diaconos, & alia Eccleſiæ membra ad quatuor millia nongentos ſeptuaginta quinque ad exiliũ eremi deſtinauit? In quibus erant podagrici plurimi, alij per ætatem annoſam, lumine priuati temporali. In quorum erat numero Fœlix Abdiritanus epiſcopus habens iam in epiſcopatu quadraginta quatuor annos, qui paralyſis morbo percuſſus, nec ſentiebat quicquam, nec loquebatur, de quo nos maxime cogitantes, quod non poſſet iumento portari, ſuggeſsimus, vt à ſuis rex

Felix epiſcop[illegible] Abdiritanus [illegible] quib[illegible] tormentis affectus.

b Non exiſtimo futurum aliquem adeò impudentem, qui vel huic hiſtoriæ fidem derogare, vel Aphricanam Eccleſiam, quam Hunericus perſecutus eſt, Catholicæ Eccleſiæ partem fuiſſe inficiari audeat. Quare cum Romana Eccleſia noſtro ſæculo in fide moribuſq; plane cum illa Aphricana conſentiat, neceſſarium profectò eſt Romanam Eccleſiam verè eſſe Catholicam. Quod autem magna ſit Romanæ Eccleſiæ cum illa Aphricana vetere conſenſio, nota hic primò ex ordinibus ſacris, qui hic recenſentur, ſicut hodie in Eccleſia Romana. Porro ſubdiaconos quoque habuiſſe Eccleſiam Aphricanam indicat Victor lib. 3. cum Reparatum ſubdiaconum lingua abſciſſa locutum fuiſſe memorat. Neque verò minorum, vt vocant ordinum clericos in Aphrica non fuiſſe putandum eſt, cum in vna ciuitate Carthagine fuerint quingenti & eo amplius clerici, inter quos fuiſſe aliquos minorum ordinum ſatis indicat improbus ille Tricharius, qui ex lectore factus erat Arianus, id eſt, qui ex lectoris ordine apoſtatauerat: meminit etiam lectoris in primo hic verbis. Et tunc fortè & canente populo Dei, lector vnus pulpito ſiſtens alleluiaticum melos canebat. Hæc ille. Reliqua ſuis locis obſeruabimus.

peteretur,

A.C. 484

peteretur, vt ſaltem eum propere moriturũ Carthagini eſſe iuſsiſſet, eo quod ad exilium nulla ratione poſſet perduci. Cui ita fertur tyrannus cũ furore dixiſſe. Si animali ſedere non poteſt, iungantur boues indomiti, qui eum colligatum funibus trahendo perducant, vbi ego præcepi. Quẽ ex tranſuerſo ſuper burdonem vinctum, quaſi quendam ligni truncũ toto itinere portabamus. Congregantur vniuerſi in Succenſem & Larenſem ciuitatem, vt illuc occurrentes Mauri ſibi traditos ad eremum perducerent.

Catholicorũ fidei profeſſio.

Superuenientes igitur comites duo, ſubtilitate damnabili, blandis ſermonibus cum Dei confeſſoribus agere cœperunt. Quid vobis (inquiunt) videtur vt ita pertinaces ſitis, vt Domini noſtri præceptis minime obtemperetis, qui eſſe poteritis in conſpectu regis honorabiles, ſi eius feſtinetis facere voluntatem? Statim illis ingenti vociferatione clamantibus, Chriſtiani ſumus, Catholici ſumus, Trinitatem vnum Deum inuiolabilem confitemur, includuntur grauiori quidem, ſed adhuc latiori cuſtodia, vbi nobis copia dabatur, & introire, ac verbũ admonitionis fratribus facere, & diuina myſteria celebrare.

Ibi & infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno ſequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ retrahentes. Aliæ gaudebant ſe martyres peperiſſe, aliæ morituros diluuio rebaptizationis nitebantur à confeſsione fidei reuocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit ad terram. Nam quædam quid tunc fecerit anus breuiter delectat referre. Dum enim iter ageremus cum Dei exercitu comitantes, & forte magis noctibus promoueremur propter ſolis ardorem, conſpicimus mulierculam ſacculum, & alia veſtimenta portantem, manu infantulum vnum tenentem, atque his ſermonibus conſolantem. Curre Domine meus. Vides vniuerſos ſanctos, quomodo pergunt & feſtinant hilares ad coronam. Quã cum nos increparemus, quod importuna videretur, aut viris pro ſexu iungi, aut exercitui Chriſti ſociari, reſpondit. Benedicite benedicite, & orate pro me, & iſto nepote paruulo meo cum quo ad exilium pergo, ne inueniat eum ſolum inimicus, & à via veritatis reuocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lachrymis, nihil dicere valuimus, niſi vt fieret voluntas Dei.

Anus nepotẽ paruulum in martyriũ hortatur.

S. Confeſſores in carcerem obſcurum detruduntur. ibidem.

§. IIII.

Exod. 15.

SEd vbi aduerſarius, qui iam forte dicebat, Partibor ſpolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo: dominabitur manus mea, nullum potuit occupare, inquirit anguſta, & teterrima loca, in quorum conclauibus Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam viſitationis humanæ negata eſt conſolatio. Puniuntur & cuſtodes fuſtibus, & grauiter affliguntur. Iactantur confeſſores Chriſti, anguſtia coarctante vnus ſuper alium, vt agmina locuſtarum, & vt proprie dicatur, vt pretioſiſsima grana frumentorum. In qua conſtipatione ſecedendi ad naturale officiũ nulla ratio ſinebat loci, ſed ſtercoris, & vrinæ vrgente neceſsitate ibidem faciebant, vt ille tunc fœtor, & horror, vniuerſarum genera pœnarum

A ſuperaret, ad quos aliquando dantes ingentia munera Mauris dominantibus Vandalis, vix clam admiſſi ſumus intrare.

A.C. 484.

Thre. 4

Qui introeuntes velut in gurgite luti vſque ad genua cœpimus mergi, illud tunc Hieremiæ videntes completum. Qui nutriti ſunt in croceis, amplexati ſunt ſtercora ſua. Quid multa? Præcepti ſunt vndique perſtrepentibus Mauris ad iter, vbi deſtinati ſunt præparari. Exeuntes itaque die dominica linita habentes veſtimenta ſtercoribus, & facies ſimul & capita, à Mauris tamen crudeliter minabantur: hymnum cum exultatione Domino decantantes. Hæc eſt gloria omnibus ſanctis eius. Aderat enim tunc ibi beatus pontifex Cyprianus Vnizibitenſis epiſcopus, conſolator egregius, qui ſingulos pio & paterno fouebat affectu, non ſine fluminibus currentium lachrymarum, paratus pro fratribus animam ponere, & ſe vltroneum (ſi dimitteretur) talibus paſsionibus tradere, qui totum quod habuit, egentibus fratribus in illa neceſsitate tunc expendit. Quærebat enim occaſionem, qualiter confeſſoribus ſociaretur ipſe animo & virtute confeſſor. Qui poſtea per multos agones, & ſquallores carceris in exilium, quod deſiderabat, cum exultatione perrexit.

Sũma gloria eſt pro Chriſto pati.

Pſal. 149.

Quantæ tunc multitudines de diuerſis regionibus & ciuitatibus ad viſendos Dei martyres occurrerint populorum, teſtantur viæ vel tenuæ, quæ cum agmina viſentium nequaquam caperẽt, per vertices montium, & valles concurrens turba fidelium ineſtimabilis deſcendebat, cereos in manibus geſtans, ſuóſq; infantulos veſtigiis martyrum obiiciens, iſta voce clamabant. Quibus nos miſeros relinquitis, dum pergitis ad coronã? Qui [a] nobis baptizaturi ſunt paruulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ manus col-

Concurſus populorum ad videndũ Chriſti confeſſores.

a Hic multa videre potes, quæ hodie ſanctiſsimè Romana colit Eccleſia, & in primis infantium baptiſmum, poſt quem certe confirmationis ſacramentum adhiberi ſolitum indicat Victor lib. 1. Qui Sebaſtianum quendam ſic inducit loquentem. Ego mola Catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis, vt ſimila munda purgatus, rigatus ſum aqua baptiſmatis (Ecce baptiſmum) & igne Spiritus ſancti coctus (ecce confirmationem.) Et vt hic panis de furno, ita & ego per officia ſacramentorum diuinorum, artifice Deo, de fonte mundus exiui. Nota hic verbum ſacramentorum quod nõ appoſuiſſet, niſi duo ſaltem ſacramenta à ſe ſuſcepta fuiſſe prædixiſſet. Benedictionẽ vero fontis baptiſmalis, quam hodie heretici tot cõuicijs maledictiſq; præſcindunt, in vſu fuiſſe apud patres Aphricanos paulo poſt Victor indicauit in hiſtoria Felicis cæci, quẽ S. Eugenius ſigno crucis ſuper eius oculos facto ſanauit. Secundo hic nota pœnitentiæ ſacramentum ſatis aperte declarari, nam hic habes peccatorum reconciliationem virtute clauium à Sacerdotibus ſolis poſſe concedi. Quæ quidem contritionem ſeu dolorem peccatorum & confeſsionem eorumdem coniunctam ſecum neceſſario habet. Paulò poſt idem Victor Hunericum Catholicis prohibuiſſe refert, ne baptizarent, ne ordinarent, ne aliquem reconciliare præſumerent, ſatis aperte innuit vt baptiſmum & ordinationem, ſic reconciliationem peccatorum, quam nos pœnitentiam dicimus propriè & vere ſacramentum exiſtere. Tertio

Sacramẽta ſaltem quinque hic P. Aphricani agnouerunt. Baptiſmum, Cõfirmationẽ, Euchariſtiã, Pœnitentiã & Ordinẽ: alia vero duo ex Augu. eos agnouiſſe perſpicitur. vide Confeſſ. Aug. lib. 5.

A.C. 484. *nota ſtatus ſolemneſq; preces in mortuorum hominum ſepultura conſuetas fieri, quas qui hodie derident, & mortuis exhiberi vetant, nonne ſe Genſerici impij oſtendunt eſſe ſequaces, de quo idem Victor in 1. Quis verò ſuſtineat, atque poſsit ſine* A

Proteſtantes cū Genſerico impio conſentiunt. *lachrymis recordari, dum præciperet noſtrorum corpora defunctorum ſine ſolennitate hymnorum cum ſilentio ad ſepulturam perduci? Quarto denique obſerua ſacrificij ritum à ſacerdotibus exhiberi conſuetum. Qodnam illud ſacrificium quæſo eſt, cuius ritus à ſacerdotibus eſt exhiberi conſuetus, niſi noſtra miſſa ſacrificium. Et certe ipſum Miſſæ nomen Victor habet lib. 2. Quemadmodum, inquit, vos hoc vel in alijs Eccleſijs veſtris miſſas agere, vel tractare & quæ legis veſtra ſunt quemadmodum vultis facere, & non multo poſt hoc idē nomen hobet vt refert D. Anton. ſequenti 1. quod verò miſſas agere vel tractare, pro eodem diuina myſteria celebrare ſæpe inculcat. Qui porro noſtro ſæculo hos ſacrificij ritus exhiberi conſuetos, vbi regnant prohibent, quomodo iterum Genſericū bello imitentur ex victore audiant lib. 1. Et vt ad id redeamus, vnde digreſsi ſumus, terret præceptis feralibus, vt in medio Vandalorum noſtri nullatenus reſpirarene, neque vſque orandi aut immolandi concederetur gementibus locus, vt manifeſte tūc vaticinium prophetiæ impleretur. Non eſt in hoc* C
Dan. 3. *tempore princeps vel propheta vel dux, neque locus ad ſacrificandum nomini tuo.*

latuti ſunt, & reconciliationis indulgentia obſtrictos peccatorum vinculis ſoluturi, [quia vobis
Matt. 16. & 18 dictum eſt, quæcunque ſolueritis ſuper terram erūt ſoluta & in cœlis? Qui nos ſolennibus orationibus ſepulturi ſunt morientes, à quibus diuini ſacrificij ritus exhibendus eſt conſuetus?] Vobiſcum & nos licebat pergere, ſi liceret, vt tali modo filios à patribus nulla neceſsitas ſepararet. In his vocibus & lachrymis nullos iam pergere D admiſſus eſt conſolator, ſed [a] arctabatur multitodo ad correndum, vt vbi cannaria erat præparata laborioſam caperent manſionem. Qui cum ſenes deficerent, & alij fortè etſi iouenes delicati, cœperunt primo haſtilium cuſpidibus ad currendum, & lapidibus tundi: vnde magis deficientes amplius laſſabantur.

Poſt verò imperatum eſt Mauris, vt eos qui ambulare non poterant ligatis pedibus veluti cadaueris animalis mortui traherentur per dura & aſpera lapidum loca, vbi primo veſtiméta, poſtea membra ſingula carpebantur. Quibus per gla- E dios acutos petrarum huic caput conterebatur, alij latera ſcindebantur, & ita inter trahentium manus ſpiritum exhalabant: quorum numerum colligere nequaquam valuimus multitudine coercente. Reliqui verò habiliores ad ſolitudinis loca peruenitunt, in quibus collocati hordeum ad veſcendum, vt iumenta accipiunt, vbi etiã venenatorum animalium atque ſcorpionum tanta eſſe

a *Affirmat Tertul. recens Scholiaſtes, ... Græcos vocare ſtipitem, qui inter Chriſtianorum tormenta numeratur à Tertul. in apolog. aduerſus gentes. cap. 12. Erat autem patibulum humi, vt trophæum defixum, cui argillam imponebant plaſta, vt ſimulachra quæ velut deformeut. vnde ibidem Tertul. Quod ſimulachrum non prius argilla deformat cruci & ſtipiti ſuperſtructa.*

A dicitur multitudo, vt ignorantibus incredibilis A.C. 484.
eſſe videatur, quæ ſolo ſtatu etiam procul poſitis veneni virus infundat. Scorpione autem percuſſum nullum dicunt aliquando euaſiſſe, quorū ſeritas virulenta vſque ad præſens tempus Chriſto defendente, nulli ſeruorū eius nocuiſſe docetur. Sed cum illic aluntur hordeaceis granis, poſtea & hoc ablatum eſt, quaſi non poſſet Deus qui manna pluit patribus in deſerto, paſcere, & nūc tali exilio manciparos.

Scorpiones ſeruos Dei non lædunt.

Exod. 16.

Hunerici maior ſæuitia.

§. V.

B COgitat autem ille ſæuiſsimus tyrannus Hunericus acriora aduerſus Eccleſiam Dei, vt qui membra aliqua abſciderat, totum laniando perderet corpus. Nam die aſcenſionis Domini legato Zenonis Imperatoris rege non præſente: legendum media Eccleſia Eugenio epiſcopo dirigit præceptum tali tenore conſcriptum, quod etiam vniuerſæ Aphricæ veredariis diſcurrentibus deſtinauit.

Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum vniuerſis epiſcopis homouſianis. Non ſemel, ſed ſæpius conſtat eſſe prohibitū, vt in ſortibus Van-
C dalorum ſacerdotes veſtri conuentus non facerent, ne ſua ſeductioue animas ſubuerterēt Chriſtianas. Quam rem ſpernentes plurimi nunc reperti ſont contra interdictum miſſas in ſortibus Vandalotum ſacere, aſſerentes ſe integram regulam fidei tenere. Et quia in prouinciis nobis à Deo conceſsis ſcandalum eſſe nolumus, ideo Dei prouidentia cum conſenſu ſanctorum epiſcoporum noſtrorum hoc nos ſtatuiſſe cognoſcite, vt ad diem Calendarum Februarium proxime futurarum, omiſſa omni excoſatione formidinis omnes Carthaginem veniatis, vt de ratione fidei cum no-
D ſtris venerabilibus epiſcopis poſsitis inire conflictum, & de fide homouſianorum, qoam defenditis, de diuinis ſcripturis proprie approberis, quo poſsit agnoſci, an integram fidem teneatis. Huius autem edicti tenorem [vniuerſis epiſcopis tuis per Aphricá conſtitutis direximus. Data ſub die 13. Calend. Iun. ann. 7. Hunerici.] Nos igitur qui aderamus cognoſcentes, ſimúlque legentes ingemuimus, eo quòd futuræ perſecutionis furorem indicaret, & præſertim vbi dixit. In prouinciis noſtris nobis à Deo conceſsis [ſcandalum eſſe nolumus, quaſi diceret, in prouinciis noſtris
E Catholicos eſſe nolumus.]

Mandatū Hunerici. Homouſianos Catholicos vocat, quod S. Trinitatis ὁμοούσιον, id eſt, eiuſdem ſubſtãtiæ eſſe fateantur.

Tunc ſancto Eugenio rationabile videbatur, ſi cor barbarum ſuggerēdo molliretur. [b] Nitebatúrque regi ſuggerere conſortes ſuæ religionis

b *Verba S. Eugenij hæc ſunt. Quod nos venerabiliter accepiſſe ſuggeſsimus, cui præfato notario humilitas mea ſuggeſsit, debere nos etiam transmarinarum omnium partium epiſcopos, qui nobis ſunt*
F *in vna religione vel communione conſortes, agnoſcere. Ex quibus verbis iam habes, patres Aphricanos tranſmarinis epiſcopis quandam præſidentiã tribuere, dum ſe eos debere agnoſcere profitentur. Paulò pòſt idem S. Eugenius quod anteà dixerat, videtur clarius explicaſſe. Dixi enim (inquiens, ſi noſtram fidem, quæ vna & vera eſt, poteſtas regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos, ſcribam & ego fratribus meis, vt veniant coepiſcopi mei,*

P. Aphricani epiſcopos transmarinarum partiū & Romanæ maxime eccleſiæ magiſterium agnoſcūt.

A.C. 484

mei, qui vobis nobiſcum cõmunem fidem noſtrã valeant demonſtrare, & præcipuè Eccleſia Romana, quæ eſt mater omnium Eccleſiarum. Hinc apparet non hoc actum eſſe in ſexta Synodo Carthaginenſi, vt in cauſis fidei Eccleſia Aphricana non agnoſceret Romanam Eccleſiam velut omnium Eccleſiarũ caput, ſed tantum vt presbyterorum & clericorum inferiorum appellationes extra Aphricã facilè non admitterentur. Cùm alioqui totius Aphricæ primas de communi fratrum ſententia, vltro præ ſe ferat, Romanam Eccleſiam caput eſſe omnium Eccleſiarum. Et certè in omnibus Eccleſiis etiam Aphricana comprehenditur. Aphricani ergo etiam eo B *tempore, quo Dei gratia ſtabiliti pro fide Chriſtiana patiebantur, confeſſi ſunt Romanam Eccleſiam, Eccleſiæ Aphricanæ caput eſſe. Sand lib. 7. de viſib. mon. Cæterùm tanta erat eo ſæculo Romanæ Eccleſiæ exiſtimatio & auctoritas, vt Catholici omnes Romani dicerẽtur. Iocundus enim Arianus presbyter ad Theodericum Genſerici filium de Armogaſte, cui ob fidem Catholicam grauiſſimas pœnas inflixerat, ſic inquit, teſte Victore lib. 1. poteris eum diuerſis afflictionibus interficere. Nam ſi gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Nota hîc obiter martyres eo tempore cultu & vene* C *ratione Catholicos eſſe perſecutos, quod poteris expreſſius videre in tertij libri fine, vbi victor Angeles, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, & in his DD. Petrũ & Paulum, & omnes ſanctos ad Deum orandum pro Eccleſia Aphricana copioſè inuocat.*

etiam transmarinos vocari debere. Agnoſcat (inquit) clementia regis nos diſputationem legis cum adiutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, ſed ſine vniuerſitatis aſſenſu non debere aſſerendæ fidei noſtræ cauſas aſſumere. Hoc autem agebat Eugenius, non quia deeſſent in Aphrica, D qui aduerſariorum obiecta refellerent: ſed vt illi veniſſent, qui alieni ab eorum dominatu, maiorem fiduciam libertatis haberent, pariterque oppreſſionis noſtræ calumnias vniuerſis terris & populis nunciarent.

Epiſcopi Aphricæ de fide diſputare noluerunt niſi in Concilio generali.

Ille autem qui nectebat dolos, audire noluit rationes, agens argumentationibus crebris, vt quoſcunque epiſcoporum audierat eruditos, varijs inſectationibus agitaret. Iam ad exilium Vibianenſem ſecundo Donatianum impoſitus centũ quinquaginta fuſtibus miſerat epiſcopum, necnõ Sufetulenſem Præſidium, virum acutum. Tunc & E venerabiles Manſuetum, Germanum, Fuſculum & multos alios fuſtigauit. Dum hæc geruntur, imperat cum viris noſtræ religionis illorum menſam nullum communem haberei, neque cum catholicis omnino veſcerentur. [Nam ſi ſermo eorũ dicente Apoſtolo, ſicut cancer conſueuit ſerpere, quanto magis communis menſa ciborum poterit inquinare, cum dicat idem Apoſtolus cum nefarijs nec cibum habere communem?] Quæ res nõ eis præſtitit aliquod beneficium, ſed nobis maximum contulit lucrum. Sed cum ignis iam perſecutionis accenderetur, & flamma infeſtantis vbi- F que regis arderet, oſtendit dominus quoddam miraculum.

Hunericus epiſcopos Catholicos fuſtibus cædit.

2. Tim. 2.

1. Cor. 5.

Nõ veſci cum hæreticis lucrum.

Fuit in eadem ciuitate, id eſt, Carthaginenſi, quidam cœcus cunctis pene notiſſimus, nomine Felix. Cui in ſomnia reualatum eſt à domino, vt iret ad ſeruum ſuum Eugenium epiſcopum, & illa hora, qua benedicit fontem, vt baptizentur ac- A cedentes ad fidem, contingat oculos tuos, & lumẽ recipies. Qui primo & ſecundo admonitus, timens illuſionem fieri, neglexit accedere, ſed tertio apparens grauiter increpauit. Qui ſubito data manu eum ducenti ad Eugenium acceſſit, viſionem & iuſſionem exprimens. Cúmque Eugenius ex humilitate ſe excuſaret, aſſerẽs ſe peccatorem, ille pia importunitate in petitione perſeuerauit. Cuius precibus deuictus Eugenius accedit ad fontem baptiſmalem, & facta oratione cum ingenti gemitu, poſtea ait cœco. Iam tibi dixi frater Fœlix, homo peccator ſum. Sed qui te viſitare B dignatus eſt, præſtate tibi dignetur ſecundum fidem tuam Et ſigno Crucis facto ſuper oculos viſum reſtituit. [Fit ſtrepitus gaudio metâte irreuocabilis populorum: ſtatim nuncius pergit ad tyrannum.] Rapitur Fœlix, inquiritur quomodo lumen recepit, & totum ea ordine narrat. Quod cùm regi innotuiſſet, dicunt epiſcopi Arianorũ hoc Eugenium per maleficia egiſſe. Et quia obnubilare non poterant cœcitate illius notiſſima, voluiſſent, ſi valuiſſent, eum necare.

Cœcus ad Eugeniũ accedere diuinitus admonetur.

Fontium benedictio.

Signo crucis Eugenius cœcum curat.

Collatio Catholicorum cum Arianis.

§. VI.

C Appropinquabat iam futurus ille dies calumnioſus Calendarum Februarium ab eodem ſtatutus. Conueniunt non ſolùm vniuerſæ Aphricæ, verumetiã inſularum multarum epiſcopi, afflictione & mœrore confecti. Fit ſilentium diebus multis, quouſque peritos quoſque & doctiſſimos viros exinde ſepararet, calumnijs oppoſitis necandos. Nam vnum ex ipſo choro doctorũ nomine Lætum ſtrenuum, atque doctiſſimum virum, poſt diuturnos carceris ſqualores incendio D concremauit, exiſtimans quod tali exemplo timorem reliquis incuteret, & elideret.

Calliditas hæreticis aſſueta.

Tandem venitur ad diſputationis conflictum, ad locum quem delegerant aduerſarij. Vitantes igitur noſtri vociferationis tumultus, ne fortè poſtmodum Ariani dicerent quòd eos multitudo noſtrorum oppreſſerit, eligunt de ſe, qui pro omnibus reſpondeant decem. Collocat ſibi Cirila cũ ſuis ſatellitibus in loco excelſo ſuperbiſſimum thronum adſtantibus nobis. Dixeruntque epiſcopi noſtri. Illa ſemper eſt grata collatio, vbi ſuperba non dominatur elatio. Conuerſique noſtri Cirilæ dixerunt, propone quod diſponis. Ci- E rila dixit, Neſcio latine. Noſtri dixerunt epiſcopi. Semper te latine eſſe locutum manifeſtè nouimus, modo excuſare non debes, præſertim quia tu huius rei incendium ſuſcitaſti. [Et videns Catholicos epiſcopos ad cõflictum magis fuiſſe paratos omnino, audientiam diuerſis cauillationibus declinauit. Quod ante noſtri prouidentes libellum de fide conſcripſerant ſatis decenter ſufficientérque daſcriptum dicentes;]

Epiſcop. Arianus latine loqui ſe neſcire profitetur.

Si noſtram fidem cognoſcere deſideratis, hæc eſt veritas quam tenemus. [a] Regali enim imperio F

a Præclara ſanè iſta patrum Aphricanorum de ſancta Trinitate confeſſio multa habet, quæ aperte nouos Sabellianos & Tritheitas iugulant: quia tamen familiarius nobis Caluiniſtæ Autotheani noti ſunt, hæc pauca aduerſus illos nobis viſum eſt annotare. Profitemur (inquiunt Patres) patrem de ſeipſo, hoc eſt de eo, quod ipſe eſt ſempiternè, atque ineffa

Contra Autotheanos.

A.C. 484. *ineffabiliter filium genuiſſe, non extrinſecus, nō ex* A *nihilo, non ex alia genuiſſe materia, ſed ex Deo natum eſſe, & qui de Deo natus eſt, non aliud eſt, quā id quod pater eſt, & ideirco vnius ſubſtantiæ eſt, quia veritas natiuitatis diuerſitatem non admittit generis. Nam ſi alterius à patre ſubſtantiæ eſt, aut verus filius non eſt, aut quod nefas eſt dicere, degener natus eſt. Eſt enim verus filius, ſicut Ioannes*

1. Ioan. 5. *ait, vt ſimus in vero filio eius: Non eſt etiam degener, quia Deus verus de Deo natus eſt vere, ſicut*

Ibid. *idem Ioannes Euangeliſta exequitur, dicens: Hic eſt verus Deus, & vita æterna, & ipſe Dominus in*

Ioan. 14. *Euangelio. Ego ſum (inquit) via, veritas, & vita.* B *Ergo ſi aliunde ſubſtantiam habet, de Patre habet. Si de Patre habet, vnius ſubſtantiæ cum Patre eſt. Sed ſi vnius ſubſtantiæ non eſt, ergo non de Patre, ſed aliunde eſt: quoniam vnde eſt, inde ſubſtantiam habeat, neceſſe eſt. Omnia enim ex nihilo, filius verè de Patre. De duobus eligat quis, quod velit, aut det ei ſubſtantiam de Patre, aut fateatur ex nihilo ſubſtitiſſe. hæc ille. Ex quibus videre licet, in quam impietatis ſcrobem ſe coniiciant Autotheani: nam neceſſe eſt, ſi velint ſuam retinere ſententiam, Dei filium merum eſſe creaturam fateantur, quod an Chriſti gloriam, quam tantopere iactitāt, attēdāt,* C *pius lector intelligit.*

Fidei profeſsio patrū Aphricanorū. lib. 2.

fidei Catholicæ, quam tenemus, præcipimur reddere rationem, ideóq; aggredimur pro noſtrarū virium mediocritate diuino fulti adiutorio, fidē quam credimus & prædicamus breuiter intimare. Et primum de veritate ſubſtantiæ Patris & filij, quod Græci Homouſion dicunt, exponendum nobis eſſe cognoſcimus. Itaque Patrem & Filium & Spiritum ſanctum in vnitate Deitatis eſſe profitemur, vt & Patrem in ſua proprietatis perſona ſubſiſtere, & filium nihilominus in propria exta- D re perſona, atque Spiritum ſanctum ſuæ perſonæ proprietatem retinere, fideli confeſsione fateamur. Non enim eundem aſſerentes Patrem, quem filium, neque filium confitentes qui Pater ſit, aut Spiritus ſanctus, neque Spiritum ſanctum accipimus, vt aut Pater ſit aut Filius, ſed ingenitum Patrem, & de Patre genitum filium, & de Patre & filio procedentem Spiritum ſanctum, vnius credimus eſſe ſubſtantiæ, vel vnius eſſentiæ, quia ingeniti Patris & geniti Filij, & procedentis Spiritus ſancti vna eſt deitas, tres verò perſonarum E proprietates.

Tres ſunt diſtinctæ in Trinitate perſonæ & vna deitas.

Et quia contra hanc Catholicam & apoſtolicā fidem hæreſis exorta nouitatem quandam induxerat, aſſerens filium non de Patris ſubſtantia genitum, ſed ex nullis extantibus, id eſt ex nihilo eum ſubſtitiſſe, ad hanc impietatis profeſsionem, quæ contra fidem emerſerat, refellendam & penitus abolendam, Homouſion ſermo Græcus poſitus eſt, quod interpretatur vnius ſubſtantiæ vel eſſentiæ, ſignificans filium non ex nullis extantibus, nec alia ſubſtantia, ſed de Patre natum eſſe. Qui ergo putat Homouſion auferendum: ex ni- F hilo vult aſſerere Filium extitiſſe. Sed ſi ex nihilo non eſt, ex patre ſine dubio eſt. Et rectè Homouſios, id eſt vnius cum patre ſubſtantiæ filius eſt.

Probatur filius patri cōſubſtantialis.

Ex Patre autem eſſe, id eſt vnius cum patre ſubſtantiæ his teſtimoniis approbatur, dicente

Heb. 1. Apoſtolo. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura

Ioan. 14. ſubſtantiæ eius. Et in Euangelio Chriſtus. Ego in

Ioan. 10. Patre, & Pater in me eſt. Et iterum. Ego & Pater

A vnum ſumus, quod non tātummodo ad vnitatem A.C. 484. referetur voluntatis, ſed ad vnam refertur eamdēque ſubſtantiam, quia non dicit, Ego & pater vnum volumus, ſed vnum ſumus.

Verùm quia in filio duas fatemur eſſe naturas, id eſt Deum verum & hominem [verum corpus & animam habentem] quicquid excellenti potentia ſublimitatis de eo referunt ſcripturæ, admirandæ eius diuinitati tribuendum ſentimus. Et quicquid infra honorem cæleſtis potentiæ de eodem humilius narrant, non verbo Dei, ſed homini deputamus aſſumpto. [Secundum diuinitatem B eſt ergo quod ſuperius diximus, vbi ait, Ego & Pater vnum ſumus. Ioan. 10. & qui videt me, videt & patrē. Ioan. 14. & Omnia quæcunque Pater facit, ſimiliter & filius facit. Ioan. 5. Illa vero quæ de eo vt homine referuntur iſta ſunt.] Pater maior Ioan. 14. me eſt, quod ad humanitatem refertur tantùm. Et illud, Pater, ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. Mat. 26.

Chriſtus duabus naturis conſtat.

Cæterum de Spiritu ſancto dicit Apoſtolus. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus. ſubdens, Omnia hæc operatur vnus & idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult: vnde non dubie claret Spiritum ſanctum & Deum eſſe, & ſuę 1. Cor. 12. C voluntatis authorem. Vna itaque religio, vna glorificatio Trinitatis, vt audiamus apoſtolum ſicut audierunt Corinthij. Gratia Domini noſtri Ieſu 2. Cor. 13. Chriſti & charitas Dei ſcilicet Patris, & cōmunicatio Sancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis. In ſingulari dicit, ad innuendum eſſentię vnitatē.

Spiritus ſanctus verè Deus eſſe oſtenditur.

Hæc igitur eſt fides noſtra euangelicis & Apoſtolicis traditionibus, & omnium quæ in mundo ſunt Catholicarum Eccleſiarum ſocietate fundata, in quo per gratiam Dei permanere vſque in finem confidimus & ſperamus.

Hic noſter libellus cum legeretur oblatus, ve- D ritatis lumen nequaquam ſufferre cæcis oculis poterant, inſanientes vocibus inferendis, grauitérque ferentes, quare nos nomine noſtro Catholicos dixerimus. Statímque mentientes ſuggerunt regi de nobis, quod ſtrepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eadem hora accenſus & credens mendacio, feſtinauit facere, quod volebat. Iamque conſcriptum decretum habēs, & occulte cum eodē decreto per diuerſas prouincias ſuos homines dirigens, epiſcopis Carthagine poſitis, vna die vniuerſæ Aphricæ Eccleſias clauſit, vniuerſamq; ſubſtantiā Epiſcoporum & eccleſiarū E ſuis epiſcopis ſcilicet Arianis munere condonauit, neſciens quoque quid loqueretur, neque de quibus affirmabat [a] legem, quam dudum Chriſtiani Imperatores noſtri contra eos & contra

Hæretici audita catholicorū cōfeſſione inſaniunt. li. 3.

a Significat Victor impium Hunericum Chriſtianos Imperatores edicto imitatum, eo quod ſicut illi ſtatuerant, vt quicquid epiſcopi hæreticorum poſſiderent, id totum Catholicæ Eccleſiæ ſacerdotes ſibi vendicarent, quod tradit D. Aug. epiſt. 50. his verbis. Quicquid nomine Eccleſiarum partis Donati poſsidebatur, Chriſtiani Imperatores legibus reli- F *gioſis cum ipſis eccleſiis ad Catholicam tranſire iuſſerunt, & clarius tract. 6. in Ioan. Leguntur (inquiens) leges manifeſta, vbi præceperunt Imperatores eos, qui præter eccleſiæ Catholicæ cōmunionem vſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere: ſic Hunericus ſancinit, vt quicquid Catholicæ eccleſiæ epiſcopi in bonis haberent:*

id ad

A.C. 484.

id ad Arianos epiſcopos tranſiret. Has porrò Catholicorum Imperatorum leges codex Theodoſianus ſparſim habet lib. 16 tit. 5. ex Franc. Bald. in Victorem Annot.

alios hæreticos pro honorificentia Eccleſiæ dederant catholicæ: aduerſum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multa de ſuis, ſicut placuit tyrannicæ poteſtati.

Catholici epiſcopi Carthagine propelluntur.

Poſt hæc edicta feralia veneno toxicato transmiſſa, iubet cunctos epiſcopos, qui Carthagini fuerant congregati, quorum iam eccleſias, ſubſtantiam & domos cœperat, in hoſpitiis ſpoliari, & ſpoliatos extra muros propelli, non animal, non ſeruus, non mutanda, quę ferebant, veſtimenta penitus dimittuntur. Addidit adhuc, vt nullus quempiam illorum hoſpitio reciperet, aut alimoniam præſtaret. Qui autem miſerationis cauſa hoc tentaſſet, cùm vniuerſa domo ſua incendio cremaretur. Sapienter etiam tunc proiecti epiſcopi fecerunt, vt licet mendicantes inde non abirent: quia ſi recederent, non tantùm violenter omnino reuocarentur, ſed & mentirentur eos, ſicut mentiti ſunt, fugiſſe conflictum: maximè quia vbi reuerterentur iam nequaquam fuerat, Eccleſiis, ſubſtantia, vel domibus occupatis.

Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo ſub aëre iacerent: factum eſt vt rex impius ad piſcinas exiſſet. Cui vniuerſi occurrere maluerunt, dicentes. Vt quid taliter affligimur? Pro quibus malis fortè commiſsis iſta perpetimur? Si ad diſputationem ſumus congregati, quare ſpoliati? quare traducimur: quare differimur? & ſine eccleſiis, & domibus noſtris extra ciuitatem fame & nuditate laborantes, mediis ſtercoribus volutamur? Quos ille toruis oculis aſpiciés, prius quàm ſuggeſtionem illorum audiſſet, iuſsit ſuper eos eùm seſſoribus equos dimitti, vt tali violentia non ſolùm poſſent côteri, verumetiam & necari, quorú multi tunc côtriti ſunt, & præcipuè ſenes.

Hunericus in Christianos epiſcopos impetus.

Rurſus ſancti Epiſcopi ab Hunerico traducuntur. ibidem.

§. VII.

DEinde iubentur illi viri Dei, ad quemdam locum, qui dicitur ædes memoriæ occurrere, neſcientes fraudem ſibi aptatam: quò cum veniſſent, charta eis oſtenditur inuoluta, dicitúrque illis iſta calliditate ſerpentis. Dominus noſter Hunericus, licet doleat, quod fueritis contemptores, & adhuc voluntati eius obedire tardetis, & eius efficiamini religionis, cuius eſt ipſe, nunc tamen de vobis bonum cogitauit. Si iurauerítis ita, vt quod iſta charta continet, faciatis, dimittet vos eccleſiis & domibus veſtris. Ad quod vniuerſi reſponderût epiſcopi. Semper dicimus & diximus, & dicturi ſumus, Chriſtiani ſumus, epiſcopi ſumus, apoſtolicam fidem vnam & veram tenemus. [Factoque poſt confeſsionem fidei ſilentio non modico, illi qui à rege fuerant deſtinati, feſtinabant extorquere epiſcopis ſacramentum. Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus epiſcopi pro omnibus, & cum omnibus dixerunt. Núquid animalia nos ſumus irrationabilia, vt neſcientes quid charta contineat, facile aut temere iuremus?

Conſtantia epiſcoporû Catholicorum.

Accelerauerunt quoque illi à rege deſtinati ſcripturæ illis propalare tenorem, qui huiuſmodi ſermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumnioſa ſeries continebat. Iurate ſi poſt obitum domini noſtri regis, filium eius Hilderichum deſideratis eſſe regem, vel ſi nullus veſtrum ad regiones tranſmarinas epiſtolas diriget. Quia ſi ſacramentum huius rei dederitis, reſtituet vos eccleſiis veſtris. ᵃ Cògitauit tûnc multorum pia ſimplicitas etiam contra prohibitionem diuinam ſacramentum dare, ne in poſterum Dei populus diceret, quod vitio ſacerdotum, qui iurare noluerunt, non fuerunt Eccleſiæ reſtitutæ. Alij autem aſtutiores epiſcopi ſentientes dolum fraudis, nequaquam iurare voluerunt: dicentes hoc prohibitũ eſſe euangelica authoritate à Domino dicente. Non iurabis omnino. Quibus miniſtri regis. In parte ſecedant (inquiunt) qui iurare diſponunt. Qui cum ſecederent; ſcribentes affuerunt notarij quid quis diceret, & ex qua ciuitate eſſet. Similiter factum eſt illis qui non iurauerunt. Statimque pars vtraque cuſtodiæ mancipatur.

Mat. 5.

Poſtea verò fraus, quæ celabatur, apparuit. Nam iurantibus dictum eſt: quia contra præceptum Euangelij iurare voluiſtis, iuſsit rex, vt ciuitates & eccleſias veſtras núquam videatis, ſed relegati colonatus iure ad excolendum agros accipietis. ita tamen vt non pſallatis, neque oretis, nec ad legendum codicem manibus geſteris. Non baptizetis, non ordinetis, aut aliquem reconciliare præſumatis. Similiter non iurantibus ait. Quia regnum filij domini noſtri non optatis, idcirco iurare noluiſtis, ob quam cauſam iuſsi eſtis in Corſicam inſulam relegari, vt ligna profutura nauibus dominis incidatis.

Epiſcopi Catholici agrorum culturæ deputantur.

In Corſicam item relegantur.

Addidítque beſtia illa ſanguinem ſitiens innocentum, epiſcopis nondum ad exilia directis per vniuerſas Aphricæ prouincias vno tempore tortores crudeliſsimos deſtinare, vt nulla remanſiſſet domus & locus, vbi non fuiſſet eiolatus & luctus, vt nulli ætati, nulli parceretur & ſexui, niſi iis, qui eorum ſuccumberent voluntati: hos fuſtibus, alios ſuſpendio concremabant. Mulieres etiam & præcipue nobiles, contra iura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam noſtram Dionyſiam curſim & breuiter nominabo. Cum igitur viderent eam barbari non ſolum audacem eſſe, ſed etiam cæteris pulchriorem, ipſam primò niſi ſunt fuſtibus expoliatam aptare. Quæ cum peteret, dicerétque, De Deo ſum ſecura, qualiter libet cruciate: vete-

Dionyſia pro Chriſto paſſa.

a Ex hoc loco nequaquam exiſtimes patres Aphricanos exiſtimaſſe omne iuramentũ Chriſtianis eſſe interdictum. Nam imprimis cùm eis fuit propoſita chartula dixerunt, numquid nos animalia irrationabilia ſumus, vt neſcientes quid charta contineat, facilè aut temerè iuremus. Deinde paulò pòſt narrantur duo martyres ſuper corpus & ſanguinem Chriſti iuraſſe. & in 1. lib. Armogaſtes à Fœlice fidem poſtulauit, & accepit, vt eum ſub certa arbore ſepeliret. Sed cùm rex impius iuſiurandum, iniquum à Patribus poſtularet, in quo alij fraudem & dolum perſpiciebant, alij verò minimè, qui iurare voluerunt, fraudem minimè ſuſpicati, iurare parati erant, qui verò fraudem agnoſcebant, iuramentum præſtare noluerunt. Vide Sixtum Senen. lib. 6. Biblioth. ſan. anno. 26. vbi quomodo intelligenda ſunt S. Patrum ſententia, qui Chriſtianis penitus iuramentum videntur interdicere, explicat.

A.C. 484.

A cunda tamen membra nolite nudare, amplius illi magis furentes celſiori loco veſtimentis exutam conſtituunt, ſpectaculum eam omnibus faciẽtes. Quæ inter ictas virgarum dum riuuli ſanguinis toto iam corpore fluitarent, libera voce dicebat. Miniſtri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipſa laus mea eſt. Et quia eſſet ſcripturarum diuinarum ſcientia plena, aptatis arctata pœnis, & ipſa iam martyr alios ad martyrium confortabat, quæ ſuo ſancto exemplo vniuerſam ſuam patriam liberauit.

Libera vox S. fœminæ.

Hæc quoque cum filium ſuum vnicum admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum nomine Maioricum timore pœnarum formidoloſum cõſpiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna ita confortauit, vt matre fortior redderetur. Memento ait, fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati ſumus. Non perdamus indumentũ noſtræ ſalutis, ne veniens inuitator veſtem non inueniat nuptialem, & dicat miniſtris. Mittite in tenebras exteriores. Illa pœna timenda eſt, quę nũquam finitur, illa deſideranda vita, quæ ſemper habetur. Talibus igitur ſolidans filium verbis velociter martyrem fecit. Amplexanſque illa hoſtiam ſuam, quantum potuit vocibus domino gratias agens, ad gaudium ſpei futuræ in ſua maluit domo ſepelire, vt quotiẽs ſuper ſepulchrum eius Trinitati preces effunderet, alienam ſe à filio nũquam eſſe confideret. Sed & Dionyſiæ germana nomine Datiua, atque Leontia filia ſancti Germani epiſcopi, cognatuſque Datiuæ venerabilis medicus Emelius, religioſus quoque Tertius confeſsione Trinitatis præclarus, & Sibidenſis epiſcopus Bonifacius, quanta pertulerint, qualibuſque cruciatibus euiſcerati ſint, qui valet, ex ordine dicat.

Maioric⁹ Dionyſiæ filius à matre ad martyriũ roboratur.

Mat. 22.

Multi martyrio coronantur.

Culuſitanæ ciuitatis martyres.

§. VIII.

IN ciuitate Culuſitana non valeo quæ geſta ſunt nunciare, quia & ipſam quantitatem martyrum, vel etiam confeſſorum, homini impoſsibile eſt ſupputare. Vbi quædam matrona auctrix ſui nominis Victoria, dum in cõſpectu vulgi continuato ſuſpendio cremaretur, à marito iam perdito filiis præſentibus, taliter rogabatur. Quid pateris ô coniunx? Si me deſpicis, vel horum quos genuiſti miſerere. Impia paruulorũ mater, quare obliuiſceris vteri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperiſti? Vbi ſunt fœdera cõiugalis amoris? vbi ſocietatis vincula, quæ inter nos dudum honeſtatis iure tabulæ conſcriptę fecerunt? Reſpice quæſo filios ac maritum, & regiæ iuſsionis feſtina implere præceptum, vt & imminentia adhuc tormenta lucreris, ſimul & mihi doneris, & liberis noſtris. Sed illa nec filiorum fletus, nec ſerpentis audiens blandimenta, affectum oculorum altius eleuans à terra, mundum cum ſuis deſideriis cõtemnebat. Quam cum iam continuatione ſuſpendij auulſis humeris etiam, qui cruciabant aſpicerent mortuam, depoſuerunt prorſus omni parte exanimẽ. Quę poſtea retulit quamdam ſibi virginẽ adſtitiſſe, atque tetigiſſe membra ſingula, & illico fuiſſe ſanatam.

Victoria martyr à marito filiiſque tentata vincit.

Victoria à virgine ſine dubio Maria ſuſcitatur.

Qualiter autem Adrumentinæ ciuitatis ciuem Victorianũ tunc proconſulem Carthaginis prædicem neſcio deficientibus verbis: quo in Aphricæ partibus nullus ditior fuit. Qui etiam apud impium regem pro rebus ſemper ſibi commiſsis fideliſsimus habebatur, mandatur ei à regẽ familiariter, dicitúrque, quod eum habiturus eſſet præ omnibus carum, ſi eius præcepto facilem, cõmodaſſet aſſenſum. Sed ille vir Dei miſsis ad ſe tale dedit cum fiducia magna reſponſum. Securus ſum de Chriſto Deo, & Domino meo. Et hæc regi dicatis. B Subrigat ignibus, adigat beſtiis, excruciet omnium tormentorum generibus ſi conſenſero, fruſtra ſum in Eccleſia catholica baptizatus. Nam ſi hæc præſens vita ſola fuiſſet, & aliam, quæ vera eſt non ſperaremus æternam, nec ita feciſſem ad modicum, atque temporaliter gloriari, & ingratus exiſtere, qui mihi ſuam fidem contulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantorum temporum, & quantis eum afflixerit pœnis, humanus ſermo non poterit explicare. Qui tripudians in Domino, fœlicitẽrque conſummans martyrialem coronam accepit.

Nec etiã pro hac vita Chriſtus deſerendus.

C Apud Tambaienſem ciuitatẽ geſta, quis queat certamina martyrum explicare? vbi duo germani Aquiſregienſis ciuitatis ſibi ſecuri de Domino inuicem iurauerunt, vt rogarent tortores, vt vna pœna, parique ſupplicio torquerentur. Et dum primo ſuſpendio molibus lapidum pedibus alligatis tota die penderent, vnus eorum petiit ſe deponi, & ſibi inducias dari. Cuius frater alius metuens, ne fidem negaret, de ſuſpendio clamabar. Noli noli frater, non ita Chriſto iurauimus. Accuſabo te cùm ante thronum eius terribilem venerimus, [a] quia ſuper corpus eius & ſanguinẽ iurauimus, vt pro eo inuicem patiamur. Iſta dicens & alia D confortauit germanum ad prælium paſsionis. Qui clamans ingẽti voce dicebat. Adigite ſuppliciis, quibus vultis, & pœnis Chriſtianos arctate crudelibus, quod frater meus facturus eſt, hoc etiá ego. Quantis iam laminis aduſti ſunt ignitis, qualiter ſinguli exarati, quibus cruciatibus torti, ipſa res docet, quod eos ipſi tortores à ſua facie proiecerunt dicentes. Iſtos imitatur vniuerſus populus, vt nullus ad noſtram religionem penitus cõuertatur, & præcipuè quia nulli liuores, nulla pœnarum veſtigia in eis penitus videbantur.

De duobus fratribus martyribus.

S. Martyres ſuper corpus & ſanguinẽ Chriſti iurauerant.

E In Typacenſi verò, quod geſtum eſt, Mauritaniæ maioris ciuitate ad laudem Dei dicere feſtinemus. Dum ſuæ ciuitati Arianum epiſcopum, ex notario Cyrilæ ad perdendas animas ordina-

a Ex hoc loco apparet hos Chriſti martyres, & vniuerſam Catholicam Aphricæ Eccleſiam in Euchariſtia corpus Chriſti & ſanguinem agnouiſſe, quod euidentius etiam 1. lib. Victor tradit. Alibi, inquiens. ſicut Thunazudæ contigit, Galibus vico Ammonia vel aliis in locis tempore, quo ſacramẽta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo F furore corpus Chriſti & ſanguinem pauimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt, ſed & in confeſsione fidei ſatis apertè Chriſtum integrũ in Euchariſtia contineri patres profitentur, dum dicunt. Quod ipſe Dominus in Euangelio expoſuit dicens: Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo, ſe vtique panem eſſe deſignãs, cum dicit. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. de quo etiam Propheta Dauid dicit. Panem angelorum manducauit homo. Hæc ille.

Euchariſtiam corpus Chriſti continere patres cenſent.

Ioan. 6.

Pſal 77.

cum vi

A.C. 484

rum vidiſſent, omnis ſimul ciuitas euectione nauali de proximo ad Hiſpaniam confugit, relictis pauciſsimis, qui aditum non inuenerant nauigandi. Quos Arianorum epiſcopus primo blandimentis, poſtea minis compellere cœpit, vt eos faceret Arianos. Sed fortes in Domino, non ſolùm ſuadentis inſaniam irriſerunt, verumetiam publice myſteria diuina in domo vna congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoſcens, occulte Carthaginem relationem aduerſus eos direxit. Quæ cùm regi innotuiſſet, comitem quẽdam cum iracundia dirigens, præcepit, vt in medio B foro congregata illuc omni prouincia, linguas eorum & manus dextras abſcinderet radicitus. Sed Spirituſancto præſtãte ita locuti ſunt, & loquuntur linguis abſciſsis, vt prius. Et ſi quis incredulus voluerit eſſe, pergat nunc Conſtantinopolim, & ibi reperiet virum de illis ſubdiaconum [Reparatum ſermones politos ſine vlla offenſione loquẽtem. Ob quam cauſam venerabilis nimium in palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue regina magna eum reuerẽtia veneratur. Sed quis congruo ſermone poſsit exequi, aut coaceruare diuerſitates pœnarum, quas ex iuſſu re- C gis ſui, etiam ipſi Vandali in ſuos homines exercuerunt? In Carthagine quoque res hodie poſita in promptu demonſtrat, alios ſine manibus, alios ſine oculis, alios ſine pedibus: alios truncatis naribus, auribuſque intendas, alióſque videas nimio ſuſpendio pilis euulſis, caput, quod eminere ſolebat, in medio ſcapularum fuiſſe demerſum. Nonnulli in altum ſuſpenſi, ruptis funibus de illa altitudine ſuſpenſionis ictu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiſerunt, alij confractis oſsibus, ſtatim ſpiritum emiſerunt, alij D poſt paululum exhalauerunt. Et hæc in præſentia legati Zenonis Imperatoris geſta ſunt. Qui veniens Carthaginem, ſeſe pro defenſione Catholicarum Eccleſiarum veniſſe iactabat, & vt illi oſtenderet tyrannus ſe neminẽ formidare, & ad opprobrium ipſius reipublicæ, [& in noſtri iam temporis deficiẽtis fœcem in illis plateis, vel vicis plures tortores & crudeliores ſtatuit, in quibus legatis mos eſt aſcendendo ad palatium & deſcendendo tranſire.]

Meminit huius in Dialog. lib. 3. cap. 32. et Evagr. lib. 4. cap. 14. & Niceph. lib. 17. cap. 11.

Vandali à Hunerico pro fide cruciati.

Tunc etiam ſancto Eugenio paſtore Carthaginenſi iam in exilio conſtituto, etiam vniuerſus E clerus eccleſiæ Carthaginenſis cæde inediaque maceratus, fere quingẽti vel amplius, inter quos quamplurimi erãt lectores infantuli, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudeli traduntur.

Clerus Carthaginenſis in exilio quanta ſit paſſus.

§. IX.

PArentes igitur vniuerſi dorſa ſua verberibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ conſtitutis, deſtinan F tur epiſcopi, Arianorum homines immiſericordes, ac violenti, ſuggerentes, vt illud quod eis forte miſeratio Chriſtiana victui cõtulerat profuturum, crudeliter auferretur, quando vnuſquiſque eorum libentius forte cantabat, Nudus exiui de vtero matris meæ, nudum me etiam ad exiliũ oportet pergere, quia Dominus nouit eſurientibus cibum porrigere, [& in deſerto veſtire.] Nam & Vandali duo ſub Genſerico ſæpius con-

Iob. 1.

A feſſores comitante matre contemptis omnibus diuitiis ſuis, cum eiſdem clericis ad exilium perrexerunt.

A.C. 484. Duo Vandali confeſſores in exiliũ mittuntur.

De multitudine autem pergentium confeſſorum, id eſt Carthaginenſis eccleſiæ clericorum, ſuggerente quodam exlectore Teuchario perdito, quos ille nouerat vocales, ſtrenuos atq; aptos modulis cantilenæ, deſignatione ſua debere dixit duodecim infantulos ſeparari, quos ipſe cum Catholicus eſſet, tũc diſcipulos habuit. Statim illo ſuggerente ſub feſtinatione viro dimittuntur, & B vi barbarici furoris biſſenus numerus puerorum de itinere reuocatur, ſegregantur corpore nõ ſpiritu à grege ſanctorum. Qui timentes præcipitiũ: cum ſuſpiriis lachrymarum, ne diuellerẽtur, conſtringebant manibus genua ſociorum, quos violentia tamen hæretica minacibus ſeparãs gladiis Carthaginem reuocauit. Sed dum cum eis quaſi cum tali ętate, blanditiis ageretur ſuperiores ſuis etiam inuenti ſunt annis, & ne obdormirent in morte, lucernam ſibi euangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hæc grauiter Ariani, & ſe ſuperatos à pueris erubeſcunt. Vnde accenſi C ſubdi iterum fuſtibus iubent, quos iam ante pauciſsimos dies variis verberibus diſsiparant. Imprimuntur vulneribus vulnera, & rurſus pœna reſtaurata crudeſcit. Factum eſt autem domino confortante, vt nec ætas minor deficeret in dolore, & magis animus roboratus creſceret in fide. Quos nunc Carthago miro colit affectu, & quaſi duodecim Apoſtolorum, chorum conſpicit puerorum. Vnà degunt, ſimul veſcũtur, pariter pſallunt, ſimul in Domino gloriantur.

Puerorũ duodecim in fide conſtãtia.

Illis diebus & duo negotiatores egregio martyrio coronati ſunt. Illo præterea tempore crude D lius Arianorum epiſcopi, presbyteri, & clerici, quàm rex & Vandali ſæuiebant. Nam quidam epiſcopus inter illos cæteris crudelior Antonius nomine, tam nefaria & incredibilia in noſtros exercuit, vt narrari non poſsit. Fuit iſte in quadam ciuitate eremo proxima, quæ Tripolitanæ prouinciæ vicinatur, qui vt beſtia inſatiabilis Catholicorum ſanguinem ſitiens, huc illùcque ad rapiẽdum fugientes excurrebat. Nam impius Hunericus ſciens crudelitatẽ Antonij in ipſis eremi partibus voluit ſanctum Eugenium exulare. Quem E dum cuſtodiendum Antonius accepiſſet, ita eum arctiori cuſtodia cinxit, vt nullum ad eum introire permitteret. Inſuper variis inſidiarum & pœnarum ſuppliciis extinguere cogitabat. Sed Eugenius ſanctus dum perſecutionis defleret incommoda, & aſperitate cilicij ſenile attereret corpus, nudamque ſuper humum cubitans, ſtratum ſacci irrigaret imbribus lachrymarum, aliquãdo ſenſit paralyſia morbum infeſtum. Quo nuncio in gaudium conuerſus Arianus pergit feſtinus ad cubile eximij hominis Dei. Et eum videret vr- F gente paſsione verum pontificem balbutientia verba proferre, cogitauit ſimul extinguere, quem ſupereſſe nolebat. Præcepitque, vt acetum aſperũ nimis & acerrimũ quæreretur. Quod cum fuiſſet allatum, venerabilis ſenis recuſantibus & nolentibus faucibus ingerebat. Ex quo aceto præſertim illi paſsioni noxio, morbus accepit augmentum. Cui Chriſti pietas miſericorditer ſubueniẽs, poſtea ſalutem exhibuit. Alium autem epiſcopum Habetdeum noſtrum ſimiliter relegatum ad Lunenſem ciuitatem, cum diuerſis perſequutionibus

Epiſcopi Ariani militibus ſæuiores. Calaiuiſtæ miniſtri hos maxime æmulantur.

Antonij Epiſcopi Ariani ſæuitia in S. Eugeniũ.

A.C. 484

Epiſcop' Habetdeum ab eodẽ dire vexatur.

præfatus Antonius affligeret, nec poſſet facere A Arianum, viderétque Chriſti militem ſemper in confeſſione conſtantem, & pedibus manibúſque ligatis ingentibus vinculis arctaret epiſcopum, ore obturato, ne lingua clamaret, aquam corpori vt putabat rebaptizationis ſpargit, quaſi valeret conſcientiam ligare cum corpore, aut non adeſſet qui audit gemitus compeditorum, & cordis ſecreta rimatur, vel ſuperare poſſet aqua mendax tantæ volũtatis propoſitum, quod iam homo Dei manantibus lachrymis miſerat ligatum in cælum. Exuit ſtatim virum vinculis, & tali quaſi gaudens voce proſequitur. Ecce iam frater Habetdeum noſter Chriſtianus effectus eſt. [Quid vltra facere poteris, niſi vt voluntati conſentias regis?] B Cui Habetdeum. Illa eſt turpis mortis Antoni damnatio, vbi voluntatis tenetur aſſentio. Ego fidei meæ tenax vocibus confitens crebris, quod

Nullum violentũ tenere poteſt.

credo & credidi clamando defendi. Sed poſtea quàm catenis vinxiſti, & oris ianuam oppilaſti, in prætorio cordis meæ violentiæ ſubſcribentibus angelis geſta confeci, & lectitanda imperatori meo tranſmiſi.

Erat quidem generalis iſta violentia tyrannorum. Nam Vandali pro hac re vbique fuerant deſtinati, vt tranſeuntes itinera ſacerdotibus ſuis adducerent iugulandos. Non licebat ſiue priuatis C ſiue negotiatoribus alicubi tranſire, vel aliquid

Apoc. 13.

vendere vel emere, niſi, qui haberẽt characterem beſtiæ in fronte ſua, vel in manu ſua. Nam & epiſcopi & presbyteri illorum, cum armatorum ma-

Epiſcopi & presbyteri Ariani homines vi ad ſuã impietatem pertrahunt.

nu nocturnis temporibus vicos vel oppida circuibant, & ſic deſpicatis poſtibus ianuarum aquam gladiumque geſtantes, animarum prædones intrabant. Et quos domi repererant, alios forte in lectis ſopitos igneo imbre atque flumineo reſpergentes, dæmoniaca vociferatione Chriſtianos ſuos ipſi pariter vocitabant, vt ludum potius ſuæ hæreſeos, quàm aliquam religionem oſtenderent. D [a] In quo minus capaces & ignaui, impletũ in ſe pollutionis ſacrilegium putabant. Prudentiores verò nihil ſibi quod nolentibus & dormientibus ingeſtum eſt, obeſſe gaudebant.

Tali violentia videntibus nobis ibi Carthagino, filius cuiuſdam nobilis annorum circiter ſeptem, iuſſu Cyrillæ à parentibus ſeparatus eſt, ſine verecundia matronali, matre ſolutis crinibus poſt raptores tota vrbe currente, infantulo clamante vt poterat, Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum. Cui & os obturantes inſontem infantiam in ſuum gurgitem demerſerunt. E

a Hoc eſt quod Auguſt. crebro repetit, nullum eſt peccatum niſi voluntarium. & in lib. 1 de Ciuit. cap. 16. Sit igitur in primis poſitum atque firmatũ, virtutem qua rectè viuitur, ab animi ſede membris corporis imperare, ſanctúmque corpus vſu ſanctæ fieri voluntatis. Qua inconcuſſa ac ſtabili permanente, quicquid alius in corpore vel de corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non valeat euitari, extra culpam eſſe patientis. F *Indicat igitur voluntatem ad peccandum cogi non poſſe, ſed liberum habere arbitrium ad peccandum vel non peccandum: quo non aſſentiente nullum peccatum committere, neque damnationem incurrere. Paulò poſt Victor. idem docet. Prudentiores inquiens, nihil ſibi, quod dormientibus & nolentibus ingeſtum eſt obeſſe gaudebant.*

Liberatus medicus & eius vxor cum filijs cruciantur.

A.C. 484

§. X.

ITa de medici filiis venerabilis Liberati factum eſſe probatur. Nam cùm iuſſu regis cum vxore & liberis ad exilium mitti iuberetur, cogitauit impietas Ariana à parentibus filios paruulos ſeparare, & per pietatis affectum virtutem proſternere genitorum. Diſiunguntur à parentibus tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lachrymas emittere, authoritate vxoria increpatur, & in ipſo meatu exitus ſui, lachrymæ conſtiterunt illico.

Vxor Liberati maritum ad conſtantiam hortatur.

Ait enim ei coniunx. Et propter filios Liberate B perditurus es animam tuam? Computa eos non fuiſſe natos. Nam & eos vindicaturus eſt Chriſtus. Nonne vides eos clamantes & dicentes, Chriſtiani ſumus?

Sed hæc mulier, quæ in conſpectu iudicum egerit, tacẽdum non eſt. Nam cùm ipſa & maritus, licet ſeorſum carceris cuſtodia tenerentur, ita vt ſe penitus non viderent, mandatur mulieri, dicitúrque illi. Solue iam duritiam tuam. Ecce iam vir tuus paruit imperio regis, & noſter factus eſt Chriſtianus, At illa. Videam illum, & faciã, quod Deus voluerit. Educta igitur de carcere, inuenit C virum ſuum ſtantem cum ingenti multitudine pro tribunali connexum, & verum exiſtimans, quod finxerant inimici, iniecta manu apprehendens oram veſtimentorum eius gutturi proximam, videntibus omnibus ſuffocabat cum dicẽs.

Admirabile mulieris ... eius.

Perdite & reprobe, gratia Dei & miſericordia eius indigne, quare voluiſti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? Quid argentum? Nunquid liberabunt te de camino gehennæ? dixit & alia multa. Cui maritus dixit. Quid pateris mulier? Quid tibi videtur? Aut quid de me forte audire potuiſti? Ego in no- D mine Chriſti Catholicus permaneo. Nec aliquãdo amittere potero, quod teneo. Vbi hæretici mendacij ſui conſcij & detecti, fallaciam ſuam colorare minime potuerunt. Et quia ſuperius de violentia immanitatis eorum breuiter diximus, hanc plurimi metuentes, alij ſe in ſpeluncis, alij in deſertis locis viri vel fœminæ nullo conſcio ſeſe claudebant, & ibi nulla ſuccurrente ſuſtentatione ciborum fame vel frigore victi, contritum & contribulatum ſpiritum exhalabant, inter hæc afflictionis incommoda inuiolatę ſecum fidei ſecuritatem portantes.

E

Grauis fames Aphricam vexat, ibid.

§. XI.

EA tempeſtate facta eſt incredibilis fames, & cœpit Aphricam totam vna depopulatione vaſtare. Nullus tunc affuit imber, lurida remanſerat terræ facies omnis, quia nec boues ſuberãt, nec raſtra vſquam omnino remanſerant. Sed & ruſticorum manus alia interierat, & ſubinde quæ F forte ſupererat, iam ſepulturam quærebat. Alij diffuſi per campos, alij ſecreta ſyluarum petebãt, antiquas radices herbarum vel quiſquilias alias requirentes. Nonnulli cum domos niterentur egredi, in ipſo limine corruentes, cateruatim fame debellante cadebant. Stratæ verò vel ſemitæ ca-

Grauis eſt in eadem mortalitas.

daueribus repletæ, exhalantium fœtore mortuorum, gradientes viuos ex omni parte necabant. Nec deerant quotidie vbique expirantium funera

A.C. 484.

nera,& non erat virtus,quæ miſerationis impen- A
deret ſepulturam. Neque enim ſufficiebant ad ſe pelliendum viui fame dominante,& ipſi poſt paululum morituri. Vrgebatur infælix multitudo ad ipſam vrbem Carthaginem congregari. Et dum adhuc cateruatim illuc animata cadauera fluerẽt, vbi rex inferendarum mortuum vidit ſtrages, pelli vrbe omnes illico iubet, ne contagio deficientium commune pararet etiam exercitui eius ſepulchrum. Tandem iſte peſsimus tyrannus Hunericus iudicio Dei percuſſus, ſcatens vermibus miſerabiliter expirauit. Poſt quem Guntamundus annis 9. regnat, & hic Eugenium epiſcopum B
ab exilio reuocat.

Hunerici mors horrenda. Vi-ctor. in compen. ſuæ hiſto riæ.

Quomodo Genſericus vrbem occupauerit, ex Paul. Diac. lib. 15. Victore Aphr. lib. 1. Blon. lib. 2. dec. 1.

§. XII.

SEd ante regnum illius peſsimi Hunerici, de quo dictum eſt, apud vrbem Romanam occiſo Valentiniano imperatore tertio huius nominis à Tranhaſila (aliàs Tranſila) milite quodam Aetij, qui iuſſu ipſius Valentiniani fuerat interfe- C
ctus ex inuidia, timente ipſo Valentiniano, ne forte Aetius ſibi auferret imperium, cum eſſet bellicoſiſsimus, & multis victoriis famoſus, quidam nobilis Maximus nnmine Romę inuaſit imperiũ, in quo non completis duobus menſibus à Romanis occiſus eſt. Et hic Maximus, vt ſibi confirmaret imperium, Eudoxiam Valentiniani relictam vi rapuit, eámque renitentem matrimonio iunxit. Quæ tyranni indignata nuptiis, nuncium ad Genſericum regem Vandalorum in Aphricam miſit, rogans vt ad Italiam, & ad ipſam vrbem cũ exercitu veniens, ipſam à Maximi tyranni pote- D
ſtate eriperet. Quo nuncio lætatus Genſericus, cum validiſsimo ſuorum exercitu nauigio in Italiam tranſit. Quo tempore adhuc Leo papa Romæ pontificatum tenebat.

Eudoxia ad vrbem diripiendam inuitat.

Percuſsis itaque Romanis tam terribili nuncio, cum deſperarent aduenientibus barbaris poſſe ſe bello obuiare, potiſsimum cum quidam ex nobilibus Genſerico fauerent, relicta vrbe per circumſtantes montes & ſyluas ſe occultauerunt. Genſericus vero adueniens, & vrbem omni prę ſidio vacuam reperiens, introiuit. Sed almi pontificis authoritas regem ita leniuerat, vt cum om- E
nia eius eſſent tradita poteſtati, ab igne & cæde & ſuppliciis abſtineret. Quatuordecim igitur diebus ſecura & libera ſerutatione omnibus opibus ſuis Roma ſpoliata eſt, atque vacuata. Multáque captiuorum millia, prout cuiuſque ætas, vel ars, vel forma ei placuerunt, cum Eudoxia quæ tantorum malorum cauſa fuit, Carthaginem ducta ſunt. Capta autem Roma à Genſerico rege Vandalorum fuit anno 44. poſtquam ipſam Alaricus rex Gothorum cœpit & prædatus eſt, à conditione vero ſua annis mille ducentis & octo F
euolutis.

Genſericus Leonis Pontificis ſuaſu ab incendiis & cæde tẽperat.

A.C. 455. pridie Id. Iun. vrbs Roma à Vandalis capta eſt.

Barbari autem vrbe relicta, per Campaniam ſeſe effundentes, velut turbo cuncta diripiunt, à quibus & Capua nobiliſsima ciuitatum ad ſolũ vſque deducta eſt. Sola Neapolitana ciuitas illum furorem atque inſatiabilem auaritiam mœnium firmitate, ac ciuium robore munita euaſit. At vero Genſericus poſtquam ditatus eſt Italiæ opibus ad Aphricam regreſſus, Valentiniani imperatoris filiam, quam ſecum cum matre adduxerat, filio ſuo Traſimundo matrimonio copulauit. Ex qua poſtea Hildericus natus eſt, qui quarto loco proceſſu temporis à Genſerico Vandalis in Aphrica imperauit.

A.C. 484.

Romani autem ex quo Genſericum fines Italiæ exceſsiſſe cognouerunt, exinaniti, & velut moribundæ oues, reipublicæ Auitum quendam præficiunt, cùm quo etiam Martianus Imperator fœdus compoſuit. Qui Auitus annis quatuor in Italia imperauit. Quo imperante Viſigothi cũ ſuo rege Traſimundo, qui Galliarum maximam partem occupauerat, tranſcenſis Pyreneis montibus, Hiſpanias inuadunt, multaſque ciuitates diripiunt, atque direptas expoliant, & onuſti ſpoliis ad propria reuertuntur.

Auitus imperator deligitur.

Hæreſi autem Ariana qua infecti fuerant, vt dictum eſt ſuprà, præfati Vandali cum principibus ſuis pullulante, etiam intra Gallias ad deſtructionem eius, vt referunt Sigebertus, Vincen. & Ioã. de Col. tale miraculum eſt oſtenſum. Nam Nannetenſi vrbe Hunnorum obſidione liberata per diuinum auxilium, cùm epiſcopus pro gratiarũ actione miſſam populo celebraret, reſpiciens ſurſum vidit ſuper altare quaſi de camera templi cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis chryſtallo clariores, quæ ſimul defluentes, & in vnum coniunctę, quaſi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt. Quam cùm in medio crucis aureæ & gemmatæ poſuiſſent, aliæ gemmæ ceciderunt. Seorſum verò poſita infirmis dabat ſanitatem. Adorantibus verò imaginem ſanctæ Crucis augebat deuotionem, quia piis & mundis clara, impiis verò & immundis obſcura videbatur. Eo igitur prodigio Dominus, qui errantes corrigit, cunctis declarauit, non eſſe Filium minorem Patre, & Spiritumſanctum vtroque inferiorẽ, vt garriunt perfidi Ariaoi, ſed vnum Deum in tribus perſonis vnius & æqualis eſſe ſubſtantiæ, nec debere ab indignis de diuinitate tractari.

Quo miraculo S. Trinitatis myſterium oſtẽſum. Vin. li. 20. cap. 59. ex Sigebert. in Chron.

Imago S. crucis adoratur.

De Doctoribus ſcientia, & ſanctitate præclaris, qui etiam plura opera ſcripſerunt, tempore præfatorum Imperatorum huius ſæculi florentibus.

CAPVT XI.

De D. Proſpero Aquitano, cuius vitam ſcripſit Ioannes Antonius Flaminius Imolenſis, quæ habetur tom. 3. Sur. & initio operum eiuſdem.

FLoruit temporibus Leonis Imperatoris, & Leonis primi Papæ, beatus Proſper vir eruditiſsimus, regionis Aquitanię: & pręfati Leonis Papę notarius. De hoc Gennadius in lib. virorum illuſtrium, ſic ait: Proſper Aquitanicæ regionis, ſermone ſcholaſticus, & aſſertionibus neruoſus, multa compoſuiſſe dicitur. de quibus ego Chronica nomine eius prætitulata legi, continentia à primi hominis conditione, iuxta diuinarum ſcripturarũ fidem, vſque ad obitum Valentioiani, & captiuitatem vrbis Romæ ſactam à Genſerico rege Vandalorum, & tempus Leonis huius Imperatoris, ſub quo & defunctus eſt. Legi & librum eius aduerſus opuſcula Caſsiani, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, illa tamẽ Proſper infamat velut nociua.

A.C. 466. Re enim vera Caſsiani & Proſperi de gratia Dei & liberò arbitrio ſententiæ in aliquibus videntur contrariæ. Epiſtolæ quoque Leonis Papę aduerſus Eutychetem de vera Christi incarnatione ad diuerſos datæ ab ipſo dictatæ creduntur. In decretis tamen opuſcula Proſperi viri religioſiſsimi approbata ſunt. diſt. 15. ſancta Romana. Scripſit inter cætera duos libros: quorū vnus intitulatur ſententiarum ſeu epigrammaton. Qui liber partim eſt proſaicus, partim metricus; qui in quibuſdam locis à magiſtris grammaticalium legitur in ſcholis. Alter liber eius ad Iulianū intitulatur de vita contemplatiua, continens tres libros. Et vterque compendioſè ex dictis Auguſtini eſt tractus. Ex his hic pauca inſeruntur. A B

§. I.

Ex libro Sententiarum verſus.

Sententiæ Proſperi, lædens alium ſe lędit. ep. 2. *Nam quicunque alium molitur lædere, primum*
Ipſum ſe iaculo percutiet proprio.
Naturæ quiſquis propriæ non ſpernis honorem,
In quocunque hominum, quæ tua noſcis, ama.
C *Sic tamen, vt prauos vitet concordia mores:*
Nullaq; ſint pacis fœdera cum vitiis.
Deus ſolus æternus, epi. 4. *Aeternus verè eſt ſolus Deus omnicreator:*
Vita in ſe viuens permanet eſſe, quod eſt,
[Hoc pater, hoc verbū patris, hoc eſt ſpiritus almus,
Quorum natura eſt vna eadémque trium.
Non cœptum aut auctum non huic mutabile quicquam eſt.
Quod ſubeat leges temporis aut moueri.]
Virtus præteritis prior, vlteriorq; futuris,
Nil recipit varium, nil habet occiduum.
De patiētia Dei. epi. 5. *Multa diu ſummi differt patientia regis,*
D *Suſpendens æqui pondera iudicij.*
Verbere nonnunquam plectuntur corda paterno,
[Ne citò conſumant ſæua flagella reo,
Cum rex ſaluandis ipſa quoque conſulit ira.]
Et curat medicis vulnera vulneribus.
Laus vera in dominum depromitur ore precantis:
Si quæ voce fluunt, intima cordis habent.
Non prodeſt cuiquam ſolis bona dicere verbis:
Ni pia mens habeat, quod bene lingua ſonat.
Nam ſtare rectè miſerum eſt, & viuere praue.
Damnat nota malum regula iuſtitiæ.
Quies in vita hac datur aliqua ſanctis. ep. 15. E *Eſt & in hac vita multis requies data ſanctis,*
Quorum animos mundus non tenet occiduus.
Quos deſideriis nullis peritura fatigant:
Et quibus omne bonum eſt Chriſtus, & omnis honor.
Cæleſtem ad patriam Chriſto redimente vocatus
Vitam labentis temporis hoſpes agit.
Dumq; ad promiſſam requiem non per ſua tendit:
Mundana patitur multa pericla via.
Quæ nunc obſeſſa aduerſis, nunc plena ſecundis.
Aut frangit trepidos, obligat aut dubios.
Inter quos laqueos currentem ad gaudia vera,
Non capiet mundus cui via Chriſtus erit.
Mens libidini dominatur per Chriſtū. ep. 19. F *Mens nullos poterit carnis compeſcere motus,*
Ni fuerit Chriſti ſemper amore potens.
Hac deſiderij Deus eſt pietate colendus:
Iuſtitiæ vt merces tota ſit ipſe Deus.
[Nam ſperans alio ſe munere poſſe beari,
Non quod poſcit, amat, ſed quod habere cupit.
Culpare in quoquā quæ non ſunt nota, malignū eſt:
Præſertim, ſi quæ cognita ſunt, bona ſunt.
Non pateant faciles ſæuis rumoribus aures,

A.C. 466. *Quæ neſcire iuuat, credere non libeat.*
Dei præcepta nō tam legenda quàm facienda. ep. 25. *Non ſatis eſt domini præcepta euoluere lingua:*
Is meminit legis, qui memor eſt operis.
Scrutari legem poſſunt vtcunque quieti,
Si mundi à ſtrepitu libera corda tacent.
Doctrinæ diuinæ penetralia tempore in iſto
Ad plenum nulli peruia ſunt homini.
Semper enim ſupereſt ſanctis quo creſcere poſſint,
Et perfectorum gloria principium eſt.
Moribus in ſanctis pulchra eſt concordia pacis:
Impia pars mundi pars eſt exiſtia piorum.
Aeternæ vitæ cōmuna ſunt gaudia. epi. 38. *Semper erunt, quæ ſunt æterna gaudia vitæ.*
Gaudendi quoniam cauſa erit ipſe Deus.
Nec varios pariet motus diuerſa voluntas.
Vnum erit in cunctis lumen & vnus amor.
Inq; bonis ſummis poſita experientia fœlix,
Nec volet augeri, nec metuet minui.
Qui ſe peccatis gaudet fœliciter vti:
Infœlix nimis eſt proſperitate ſua.
Nullus enim eſt inſons ſola formidine pœna.
Qui ſanctum & iuſtum non amat imperium.
Cuncta bonis proſunt, quoniam & mors ipſa beatos
Efficit, vt ſumant præmia principium.
Mens illæſa nihil violato corpore perdit.
Inuitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facit recipit non mixta voluntas:
Non ſeruile grauat libera corda iugum.
Solus peccator ſeruit male, qui licet amplo
Vtatur regno, ſit miſer eſt famulus.
Cum mens carnalis nimium dominante tyranno:
Tot ſeruit ſceptris, dedita quot vitiis.
Timor & amor omnium affectuum fontes. ep. 59. *Scire volens in qua ſis rerum parte locandus;*
Diſcute quid timeas, quidve ſit id quod amas.
Nam cunctis hoc gemino naſcuntur ſemine motus:
Reſpondentq; ſuis germina principiis.
En miris operum ſignis oſtenditur author:
Rectoremq; ſuum condita quæque canunt.
Quid iuuat in longum cauſas producere morbi?
Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?
Scimus correctis veniam non eſſe negandam:
Sed nulli noſtrûm eſt vltima nota dies.
Quando peccati merito manus omnipotentis:
Omnia concludens arctat vbique reum.
Deus tutum peccatori refugium. ep. 72. *Vnum praefugium tutum eſt Deus ipſe timenti:*
A quo diſcedens, ne pereat, redeat.
Carnis virginitas intacto corpore habetur.
Virginitas animi eſt intemerata fides.
Eſſe volens, gaudere optans, ſcire abdita quærens:
Vt te non teneant vltima, ſumma pete.
Cum pia mens in laude Dei ſuperata labores,
Gaude, quod tantum te bene vincit opus.
In Deo omnia quærēda. epi. 95. *Quære bonum ſine fine bonū & perſiſte reperto,*
Quære, & non habeant talia vota modum.
Nam qui ſe nullo iam munere credit egere,
Creſcere non cupiens, perdit adepta tepens.
Exulta agnoſcens te verbi in carne renatum:
Cuius ſi pars es, pars tua Chriſtus erit.
Quis ne damnandi legeres mala gaudia mundi,
Promiſſum ad regnum ſe tibi fecit iter.
Chriſtus nos ſanctificat. ep. 96. *Ille Deus rerum cœli terræq; creator,*
Me propter ſacra virgine natus homo,
Flagris dorſa, alapis maxillas, ora ſaliuis
Præbuit, & figi ſe cruce non renuit.
Me geſsit moriens, me victa morte reſurgens:
Et ſecum ad Patrem me ſuper aſtra tulit.
Quidnam igitur tanta pro ſpe tolerare recuſem?
Aut quid erit quod me ſeparet a Domino?
Ignem adhibe, rimare manu mea viſcera terror:
Effugient

A.C. 466.

Effugient pœnas membra ſoluta tuas.
Carcere ſi cæco claudar, nectarq; catenis,
Liber in exceſſu mentis adibo Deum.
Si mucrone paret ceruicem abſcindere lictor:
Impauidum inueniet mors cita, pœna breuis.
Non metuo exilium, mundus domus omnibus vna.
Sperno famem, domini ſit mihi ſermo cibus.
Nec mirabor opes, nullos ſectabor honores,
Nec tamen iſta mihi de me fiducia ſurgit.
Tu das Chriſto loqui, tuq; pati tribuis. Hęc ille.

Sententia Proſperi in Proſis.

§. II.

SIc diligendi ſunt homines, vt eorum non diligantur errores, quia aliud eſt amare, quod facti ſunt, aliud eſt odiſſe quod faciunt.

[margin: ... in... ia cap. 4.]

Nulla Dei opera à miſericordia vacant, quando homini & indulgentia conſulit & flagello.

Qui Deum colit, vt aliud quàm ipſum promereatur, non Deum colit, ſed id quod aſſequi concupiſcit. Non eſt putanda mala mors, quam vita bona præceſſerit.

[margin: De ineffabili excellentia Deitatis cap. 60.]

Verius cogitatur Deus, quàm dicitur, & verius eſt, quàm cogitatur. Nó parua autem notitiæ pars eſt, ſi antequam poſsimus ſcire quid ſit Deus, poſſimus ſcire quid non ſit.

Bonæ ſunt in ſcripturis ſanctis profunditates myſteriorum: quæ ob hoc teguntur, ne vileſcant, ob hoc quæruntur, vt exerceant, ob hoc autem aperiuntur, vt paſcant.

Non eſt differenda ad Deum conuerſio. Qui enim pœnitentiam agenti indulgentiam promiſit, diem craſtinum non ſpopondit.

[margin: De timore cap. 77.]

Omnia quæ timentur, rationabiliter declinãtur: Deus autem ſic timendus eſt, vt ab ipſo ad ipſum confugiatur.

De conſe. diſt. 2. hoc eſt. Augu. in lib. ſententiarum Proſperi. Hoc eſt, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, ſacrificium Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, & ſacramento & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti, ſicut perſona Chriſti conſtat & conficitur ex Deo & homine, cum ipſe Chriſtus ſit verus Deus, & verus homo, quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in ſe continet ex quibus conficitur. Conficitur autem Eccleſiæ ſacramentum duobus: ſacramento & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti. Eſt igitur ſacramentum, & res ſacramenti, id eſt corpus Chriſti.

[margin: Christus ... semel immolatus.]

Idem in lib. ſententiarum Proſperi, diſt. ea. ſemel [a] immolatus. Semel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo, & tamen quotidie immolatur in ſacramento, (ſcilicet repræſentatiue) quod ita intelligendum eſt, (ait Proſper) quia in manifeſtatione ſui corporis & diſtinctione ſuorum membrorum omnium, verus Deus & verus homo, ſemel tantum in cruce pependit, offerens patri ſeipſum hoſtiam viuam, paſsibilem, mortalem, viuorum atque mortuorum redemptionis efficacem. Eorũ ſcilicet, quos altitudo diuini conſilij redimendos iudicauit, præſciuit, prædeſtinauit, vocauit modis atque temporibus, quibus id fieri congruebat. Hæc ibi.

[margin: Eccleſiæ facultates habere expedit quaſi cõmunes. li. 2. cap. 9.]

Proſper in lib. de vita contemplatiua, & habetur 12. q. 1. expedit. Expedit facultates Eccleſiæ poſsideri, & proprias perfectionis amore cõtemni. Non enim propriæ ſunt, ſed communes Eccleſiæ facultates, & ideo quiſquis omnibus, quæ habuit dimiſsis aut venditis, fit rei ſuæ contemptor, cum præpoſitus factus fuerit Eccleſiæ, omnium, quæ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator.

[margin: S. Paulinus omnia ſua pauperibus erogauit.]

Denique ſanctus Paulinus ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vẽdita pauperibus erogauit, ſed cum factus eſſet epiſcopus, non contempſit Eccleſiæ facultates, ſed fideliſsime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimento perfectionis poſſe Eccleſiæ facultates, quę ſunt profecto communes, poſsidere.

[margin: Item S. Hilarius.]

Quid ſanctus Hilarius? Nonne & ipſe omnia ſua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen

[margin: Chriſtus in ſacramento eſt non in figura, ſed vere & realiter.]

a *Hanc ſententiã Catholicæ religionis aduerſarij a veritate, ad figurã quandam corporis Chriſti, non ipſum Chriſti verũ corpus in S. Euchariſtia ſacramẽto, ex Aug. ſententia ſtatuendam, præſertim cum Auguſt. addat. Si enim ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumq; ipſarum rerũ nomina accipiunt. Sicut ergo ſecundum quendam modum ſacramentũ corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt. Ita ſacramentum fidei, fides eſt. Sed animaduertere debebant in Auguſt. libris non raro ſacramenti nomine ipſum, quod per ſacramentum celebratur, ſacrificium ſignificari, vt cum contra Fauſt. lib. 20. cap. 21. huius ſacrificij (inquit) caro & ſanguis per victimas ſimilitudinum promittebatur, in paſsione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur. Vbi ſacramentum pro ſacrificio ſumi debere antecedentia aperte indicãt. Plane eodem ſenſu ſacramentum hoc loco pro ſacrificio vſurpaſſe verba hæc demonſtrant Chriſtus in ſacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolẽnitates, ſed omni die populis immolatur. Sacrificiũ ergo corporis Chriſti quod omni die populis immolatur, & ſi ex Eccleſiæ & Auguſtini ſententia, verum atque proprie dictum ſacrificium ſit, omniſq; veri ſacrificij effectus & proprietates habeat: ad illud tamen cruentum, quod in ara crucis Deo Patri vnigenitus eius filius de propria carne immolauit, comparatum, memoriale ſignum quoddam, ἀναμνηστικὸν, ſeu, vt ita dicam, recordatiuum ſalutare & efficax ſacrificium eſt, non ad viuum plane, quale tunc erat, mortale Chriſti corpus, & è corpore viſibiliter profluentem Chriſti ſanguinem nobis ob oculos ponens, ſed ſecundum quendam modum corpus Chriſti, id eſt, corpus quidem, ſed ſacramento panis velatum, corpus inuiſibile glorioſum & immortale, nempe vt hic ſit ſenſus verborum Auguſt. ſecundum quendam modum, id eſt, ſecundum ſimilitudinem eam, quam Chriſti corpus ſub panis ſpecie latens, cum ſeipſo viſibili habere poteſt, ſacramẽtum corporis Chriſti, cum id omni die populis immolatur, corpus Chriſti eſt, id eſt Chriſti corporis immolati factam oblationem figurat. Hieron. Torr. in confeſſ. Aug. lib. 3. cap. 6. Vide eundem pluribus de eo loco diſſerentem. & Sixtum Senen. lib. 6. Bibliot. ſanct. annota. 196.*

A.C. 466

cum merito ſuæ perfectionis fieret Eccleſię Arelatenſis epiſcopus, quæ illa tunc habebat Eccleſia, non ſolum poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit. Qui vtique homines tam ſecularium quàm diuinarum litterarum ſine ambiguitate doctiſsimi, ſi ſciret res Eccleſiæ debere contemni, nunquam debuerant eas qui omnia reliquerant retinere. Hæc ibi. A

Cōfeſſio peccatorum etiā occultorum neceſſaria. 16. cap. 7.

Idem in eodem, & habetur de pœn. diſt. 1. porro.[a] Porro illi, quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipſis confeſſa, nec ab aliis publicata, ſi ea confiteri, vel emendare noluerint, Deum, quem habent teſtem, ipſum ſunt habituri & vltorem. Et quid eis prodeſt humanum iudicium vitare, cum ſi in malo permanſerint, ituri ſunt in æternum Deo retribuente ſupplicium? B

Ezech 33.

Aduerſus paſtores ſuo officio male fungētes. ibi. ca. 21.

Idem de prælatis. Ille, cui verbi diſpenſatio cōmiſſa eſt, ſi ſanctè viuat, & tamen perdire viuētes arguere aut erubeſcat, aut metuat cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? Mentior ſi non per Ezechielem hoc dominus loquitur, dicens. Speculatorem dedi te domui Iſrael &c. Paſtores dici volumus, non tamen eſſe contēdimus. Officij noſtri vitamus laborem, appetimus dignitatem. Qui peccantes diuites vel potentes conſpicimus, non ſolum non arguimus, ſed etiam veneramur, ne nobis aut munera ſolita offenſi non dirigant, aut obſequia deſiderata ſubducant. Itaque imperitiæ meæ, aut futuri finis recordatus ingemui, & volui epiſcopatus ſarcina mei depoſita elongari fugiens, & manere in ſolitudine, & ibi expectare Deum, qui me ſaluum faceret, à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. C

Pſal. 54.

a Peccatorum confeſsionem quam hoc loco S. Proſper adeo neceſſariam prædicat, ſacerdotibus faciendam innuit paulo ante dicens. Cum verò nobis fratres noſtri peccata ſua tanquam medicis vulnera, quibus vrgentur aperiunt, operam dare debemus, vt quantocyus ad ſanitatem Deo authore perueniant. & paulo poſt. Qui peccata commiſerūt, & ea prodere metuunt, ne ſententiam iuſtæ excommunicationis accipiant, ſine cauſa communicant. D

Quantum perfectionis caritas exhibeat. lib. 3. cap. 20.

§. III.

IDem Proſper in libro de vita contemplatiua, de caritate & ordine diligendi ſic ait. Ergo ſic caritatem Deo exhibeamus, & proximo, facile peccato reſiſtimus, bonis omnibus abundamus, ſæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia ſunt humanæ fragilitati vel aſpera, cum dilectione perficimus: ſi tamen Deū caritate perfecta, qui nobis ex illo eſt, ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus diligamus. Ex ea enim parte, quis peccat: ex qua minus diligit Deum. Quem ſi ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati deſideriis ſeruiamus. E F

Aliēs delectatione.

Matt. 22.

Deū diligere quid ſit.

Et quid eſt Deum diligere, niſi illi occupari animum, concipere fruendæ viſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidium. Diligere etiam proximum, quem in ſe cenſuit diligendum, in ipſo amore ſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem conſtitutum.

A. C. 466

Proximos autem diligimus, ſicut nos, ſi non propter aliquas vtilitates noſtras, non propter ſperata beneficia vel accepta, non propter affinitates vel conſanguinitates, ſed propter hoc tantùm, quòd ſunt naturæ noſtræ participes diligamus. Proinde ſecundum nos proximos noſtros diligimus omnes, quando eos ad bonos mores, & ad vitam æternam conſequendam, ſicut nobis eorū ſaluti conſulimus, quando nos in eorum peccatis & periculis cogitamus, & ſicut nobis ſubueniri optamus, ita ei ſubuenimus: aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniendi retinemus. Corpus autem noſtrum, quia pars noſtri eſt, ad hoc nobis diligendum eſt, vt ſaluti eius, ac fragilitati naturaliter conſulamus, & agamus quatenus ſpiritui ordinatè ſubiectum, ad æternam ſalutē accepta immortalitate & incorruptione perueniat.

Corpus noſtrum qualiter diligēdū.

Ordinem diligendi illi peruertunt (cùm tamē dicatur Canti. 2. Ordinauit in me caritatem, ſcilicet Deus) nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt, aut corpora ſua minus diligenda, plus diligunt, aut proximos nō ſicut ſeipſos, aut Deum, plus quàm ſeipſos fortaſſe non diligunt. Illi verò plus, quam ſe, diligunt Deum, qui pro eius amore ſuę ad tempus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus & periculis tradūt. Nudati facultatibus propriis, patriæ ſuæ extorres fieri, parentibus, vxoribus, & filiis renūciare parati ſunt, & (vt totum dicam) ipſam mortem corporis non ſolùm non refugiunt, ſed eam libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis, quàm à Deo vita vitæ ſuæ diſcedere.

Hæc eſt vera & perfecta caritas, quam Apoſtolus excellentiorem viam nominat, & verè ipſa eſt via, quæ ducit per ſe ambulantes ad patriam.] Sicut enim ſine via nullus peruenit, quò tendit, ita ſine caritate, quæ dicta eſt via, non ambulare poſſunt homines, ſed errare. Hæc illic. de pœnit. diſt. 2. c. valida eſt. §. ergo.

Caritas via ad Deū. ibid. cap. 13.

Idem in eodem. Tractatio quæſtionum, etſi nō inſtruit inuenientis, quod quærit animum, exercet tamen quærentis ingenium. Sciētia ſicut ſine dono caritatis inflat, ita ſi ei caritas admiſceatur, ædificat.

Hoc ſpecialiter doctor eccleſiaſticus elaboret, quo fiant, qui eum audiūt ſanis diſputationibus meliores [non vana aſſentatione fautores.] Lachrymas quas vult à ſuis auditoribus fundi, ipſe primitus fundat, & ſic eos ſui compunctione cordis accendat. Tam ſimplex & apertus etiam ſi minus latinus, tamen diſciplinatus & grauis debet eſſe ſermo pontificis, vt ab intelligentia ſui, nullos quamuis imperitos excludat, ſed in omnium audientium pectus cum quadam delectatione deſcendat.

Tractan quæſtionum di... cilium ad quid vti... lis. in pr... log. lib. ...

Sunt qui non rationem dictorum, ſed dignitatem dicentium praua examinatione diſcutiunt. Et magis quis dicat, quàm quid dicatur attendunt, cùm veritas vndecunque claruerit, nō humano ingenio, ſed Deo deputanda ſit.

Ita peccatis diſsimilia ſunt adhibenda remedia, ſicut ex diſsimilibus cauſis veniunt ipſa peccata. Argue (ait Apoſtolus) obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Argue coæquales, obſecra ſeniores, increpa iuniores. In omni patientia & doctrina, quia leniter caſtigatus exhibet caſtiganti reuerentiam, aſperitate autem nimiæ

Diſsimilia ſunt peccatis adhibēda remedia. lib. 2. ca. 1. & 4. 2. Tim. 4.

A. C. 466. mæ increpationis offenſus, nec increpatione re- A cipit, nec ſalutem, quinimmo tales mole triſtitiæ grauati ſuccumbunt, & tactionum omnium vulnera, per quos poſſunt ſentiri Dei, refugiunt, aut certè ad omnem peccandi impudentiam, ſi increpantur, exacerbati, prolabuntur.

Qui ſua peccata non cognoſcunt, ne aliena ſcrutentur, ca. 6.

Tam diu quis peccata ſua, quæ noſſe & deflere debet, ignorat, quandiu aliena conſiderat.

Ea quæ nolumus obſeruare, nó impoſsibilitas facit dura, ſed nouitas, ne in vſum veniant: nam neminem frequentata conturbant.

Illæ ſunt nobis ambiendæ diuitiæ, quæ nos ornare poſſunt pariter & munire, quas nec acquirere inuiti poſſumus, nec perdere. Hæ ſunt diuitiæ virtutum, facultates pauperum. B

Boni temporalis amiſsio ſit iuſti exercitium, & iniuſti ſupplicium: quia & iuſtus cæleſtiū deſiderio captus, omnia temporalia ſiue habeat, ſiue amittat, omnino non ſentit: & iniquus, quod cum delectatione habet, ſine dolore non perdit.

Homines auaritiæ, cap. 15.

O facinus inauditum! ſuaui iugo Christi contempto, ferreum cupiditatis imperium, voluntaria mentis inclinatione ſuſcipimus, & abiecto Domini noſtri leui onere, quod ſubiectos non onerat, ſed honorat: non deprimit, ſed ſubleuat: C plumbeum pondus noſtris ceruicibus aggrauamus, quod citius deponi poteſt, quam ferri.

Vera virtus iuſtificat. lib. 3. cap. 1.

§. IIII.

De virtute vera & ſimulata in eodem.

SIcut virtus animam ſibi veraciter inhærétem, ſi fuerit vera, iuſtificat, ita ſimulata condemnat. Duplici iterque rea eſt anima, etſi bonum non faciat, vnde ſpiritualiter viuat, & appetat ſimilitudinem boni, ſub qua malè viuat, & lateat. Superbus vult ſe conſtantem credi, prodigus liberalem, auarus indigentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, guloſus humanum, ignauus quietum, timidus cautum, impudentia ſeducta ſibi nomé adſcribit, procacitas libertatis appellationem obtendit, eloquentiam verboſitas fingit, & curioſitatis malum ſub ſpiritualis ſtudij colore delitèſcit. D

De inuidia ca. 5.

Inuidus alienum bonum ſuum facit inuidendo ſupplicium. Tantos inuidus habet iuſta pœna tortores, quantos inuidioſus, id eſt, cui habetur inuidia, laudatores. Quoſdam pudicos aut temperatio corporum facit, aut timor ſupplicij temporalis ab impudicitiæ actione ſuſpendit, aut occaſio denegata deſtituit. E

Pudici homines varijs modis efficiuntur. cap. 7.

Sed licet voluntate ſit impudicus, qui neceſsitate pudicus eſt: tamen ſi & ille temperati corporis de beneficio naturæ ſuæ, Deo auctori omnium naturarum gratias agit, & ille quem timor in bono pudicitiæ tenet, atque is cui facultatem mœchādi negat occaſio pudicè viuere cóſueſcunt, in virtutem de neceſsitate proficiunt, & paulatim ipſius pudicitię delectatione creſcéte pudici veraciter ſiunt.

De ſignis manifeſtæ ſuperbiæ idem in eodem. F In quibuſdam tam manifeſtè ſuperbia regnat, vt nec dignetur ſe occultare, nec valeat: quorū etiā ipſe habitus & inceſſus, ceruix erecta, facies torua, truces oculi, ſermo terribilis, nudam ſuperbiā clamant. Si quos mentis ſuperbæ tabes purulenta corrupit, ſeniorum ſuorum non obſeruant imperata, ſed iudicant, de ſuis negligentiis obiurgati, aut rebellant inſolenter, aut murmurant. De A loco ſuperiori diſceptant, præferri etiam ſe melioribus affectant impudenter, ſimplicitatem ſpiritualium fratrum, irridenter exaguāt, ſententias ſuas procaciter iactant, obſequia delata faſtidiūt, negata pertinaciter quærunt. Habent in inſtitutione pertinaciam, in corde duritiam, in ſermocinatione iactantiam, in humilitate fallaces, in iocatione mordaces, in odio pertinaces, ad bonum opus pigri, ad cómunionem feri, ad obſequium duri, ad exequendum quod neſciunt prompti, ad omnia quibus ſubſiſtit ſocietas fraterna inhumani, temerarij in audiendo, præſumptuoſi in docendo, efferati deformiter in cachinno, ingrati beneficiis, inflati obſequiis, imperioſi ſubiectis, inuidi ſanctè viuentium, metuentes ſua faciunt inuidendo peccata, & quicquid boni fieri, vel dici à ſanctis audierint, aut omnino nō credunt, aut in malum malè interpretando conuertunt. Et omne malum, quod de illis mēdax fama iactauerit, ſtatim tanquam ſi ipſi viderint, credunt, ac feraliter eis, qui illud non verum eſſe probare voluerint, contradicunt. Omnia in ſuis æmulis fingunt, eorum profectu deficiunt, & minimis gratiis ardent, deprehendi pectoris ſui malitiam timent, ſemper amari, nunquam certi, amici diaboli, inimici ſui, omnibus doloſi, ad gaudenda anxij, ad plangenda læti, vtrobique peruerſi, inter amicos diſcordias ſeminant, opinionem bonorū mendaciis decolorant, velut amici in obſequio, hoſtes in animo. Continentes in verbo, turpes in facto. Conſiderate, obſecro, qualiter miſeros puniuri ſunt mala ſua, quos etiam bona puniunt aliena? Vbi iſti poterunt fieri boni, qui fiunt in bono mali? aut quando malis bene vſuri ſunt, qui malè bonis vti non deſinunt? B C

Quibus ſignis inuidorum declaretur malitia. cap. 9.

Vanitas (ait idem) id eſt, vana gloria, eſt inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris auida ſimul & neſcia, morbo excellentiæ inanis afflata, caua, morbida, turbulenta, animorum leuium domina, male fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendis ſeductoria, captis inuicta. Hæc vanos homines afflatus ſui vento circumfert, qui ſe de operibus, quorum ſibi conſcij non ſunt, turpiter iactant, qui ſe ab omnibus ſe prædicari affectant, ſalutationibus occurrentium gaudent, adulatoribus ſuis fauent, voluptatibus ſuis parent, geſtiunt docere quod neſciunt, credi de ſe ſublimia volunt. Delectabilia grauibus anteponunt, in promiſsione honeſta veloces, in exhibitione mendaces. In verbo graues, in animo turpes, vbique fallaces, læti ad proſpera, fragiles ad aduerſa, inflati ad obſequia, anxij ad opprobria. Hæc ille. D E

Quantis malis vanitas homines inuoluat. cap. 10.

Colitur 25. Iun.

De S. Petro Bononienſi, cuius vitam ex vetuſtis monumentis à Carolo Sigonio collectam edidit Surius tomo 5.

§. V.

PEtronius Epiſcopus fuit Bononienſis, de nobili proſapia ortus, & vir eruditiſsimus. Hic fuit tempore Theodoſij iunioris & Cæleſtini Papæ. Qui miſſus de Conſtantinopoli ad Italiam, vt dicitur in legenda eius, cauſa extirpandæ hæreſeos, quæ infecerat partes illas, Bononiam applicans, ſua doctrina atque moribus populo gratioſus, multo ad veritatem fidei & rectæ conuer- F

A C. 466.

ſationis adduxit. Cum autem vacante eccleſia A Bononienſi circa creationem futuri pontificis foret varia affectio, demum miſſus fuit Petronius ipſe ad Cæleſtinum Papam, vt de paſtore eorum ipſe prouideret Cæleſtinus. Cúmque Romá adueniens Papam viſitaſſet Cæleſtinum, exponens populi cómiſsionem, & nocte præcedenti Dominus ei reuelaſſet, vt in epiſcopum Bononienſem conſecraret eum, qui à Bononienſibus pro hoc miſſus eſſet orator, Papa ipſum inſtituit, & Eccleſiæ Bononienſi præfecit, qui ſanctè vixit, & monachorum ſtudiis exercitatus ab adoleſcentia habitum & regulam beati Baſilij dicitur ſuſcepiſſe. B Et ſcripſiſſe putatur vitas Patrum monachorum Aegypti, vt dicit Hieron. in lib. de viris illuſtrib. Quas velut ſpeculum ac normam profeſsionis ſuæ monachi amplectuntur. De eo Gennadius verò ſic ait. Legi ſub eius nomine in ordinatione epiſcopi, ratione & humilitate plenum tractatú, quem lingua elegantior oſtendit non ipſius eſſe, ſed vt quidam dicunt, patris eius Petronij eloquentiſsimi & eruditiſsimi in ſæcularibus literis viri. Nam præfectum prætorij ſe fuiſſe in ipſo tractatu deſignat.

Bononienſes ad Pótificé, vt ipſis de epiſcopo prouideat mittunt.

Colitur 4. Octob.

Vincentius in ſpeculo hiſtor. lib. 21. cap. 25. ſic C ait: De quodam libro Petronij partim metrico, partim proſaico hæc moralia excerpta notaui.

Ex Petronio Arbitrio hæc deſumpta ſunt, quæ habet Vinc. lib. 20 ca. 25.

Quid faciunt leges vbi ſola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Iam nunc iudicium nihil eſt, niſi publica merces.

Proſa. Tutius eſt paruo ære rem perditam recuperare, quàm in ambiguam litem deſcendere. Periculoſum eſt alienis intereſſe ſecretis. Vanam facit mixturá cum ſapientia forma. Ego ſic ſemper & vbique vixi, vt vltimam quamque lucem, tanquam non redituram conſumam. Quid non commune eſt, quod natura optimum fecerit? D Neſcio quomodo bonæ mentis eſt ſoror paupertas. Nihil tam arduum eſt, quod non extorqueat improbitas.

Verſus.

Ad prædam ſtrepitumq́; lucri ſuffragia vertit
Venalis populus, venalis curia primum,
Ipſaq́; maieſtas auro corrupta iacebit.
Quiſquis habet nummos ſecura nauigat aura,
Fortunamq́; ſuo temperat arbitrio.
Carmina componit, declamat, concrepat omnes:
Et peragit cauſas: ſitq́; Catone prior.
Parua loquor: quod vis nummis præſentibus opta:
Eueniet clauſum, poſsidet arca Iouem.
O maxima rerum.
Et meritò pietas homini mitiſsima virtus.
Sunt & alia dicta.

De Cæleſtino Pelagiano. Vincen. lib. 20. ca. 26. ex Gennadio in Catalo.

§. VI.

EO tempore fuit Cæleſtinus quidam, vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 21. cap. 26. qui antequam ad Pelagium cócurreret in hæreſi, immo adoleſcens ſcripſit ad parentes ſuos de monaſte- F rio epiſtolas in modum libellorum tres omnibus Deum deſiderantibus neceſſarias. Moralis ſiquidem in eis dictio, nihil ibi vitij poſtmodum prodit, ſed totum ad virtutis incitamentum tenuit.

Fuit & Iulianus epiſcopus Capuanus, vir acris ingenij in negotio, in diuinis ſcripturis doctus, in Græca & Latina lingua ſcholaſticus. Prius ergo quàm impietatem Pelagij hæretici [in ſe aperiret, clarus in doctoribus Eccleſiæ fuit. Poſtea verò hæreſim Pelagij] defendere niſus ſcripſit aduerſus ſanctum Auguſtinum impugnatoré illius Pelagij libros quatuor, & iterú libros octo. Eſt & liber altercationis amború partes ſuas defendens. Hic Iulianus eleemoſynis tempore famis & anguſtiæ indigentibus omnibus prorogatis: multos nobilium miſerationis ſpecie præcipueque religioſorum alli iés hæreſi ſuæ ſociauit.

De Iuliano Capuano ex eodem.

A C 466.

Scripſit eodem tempore Eutropius presbyter ad duas ſorores ancillas Chriſti, quæ ob deuo- B tionem pudicitiæ, & amorem religionis fuerant exhæredatæ à parentibus, epiſtolas in modum libellorum conſolatorias eleganti & aperto ſermone duas, non ſolum ratione, ſed & ſcripturarum diuinarum teſtimoniis muniras.

De Eutropio ex eodem.

Scripſit & tunc Vigilius diaconus ex traditione Patrum monachorum regulam, quæ in cœnobio ad profectum fratrum in conuentu legitur, breuiato & aperto ſermone totius monaſticę profeſsionis tenentem in ſe diſciplinam.

Scripſit & túc Victorinus Maſsilienſis rhetor in Geneſim, id eſt, à principio libri vſque ad obi- C tum Abrahæ patriarchæ. Quatuor verſuum edidit libros, Chriſtiano quidem & pio ſenſu, ſed vt pote ſæculari literatura occupatus homo, & nullius magiſterio in diuinis ſcripturis exercitatus, leuioris ponderis ſententias figurauit.

De Victorino Maſſilienſi ex eodem.

Floruit etiam tempore Leonis, vt ait Hugo Floriacéſis, Theodoretus epiſcopus ciuitatis, quæ à Cyro quondam rege Perſarum condita, Cyria vocitatur, qui eccleſiaſticam ſcripſit hiſtoriam à fine librorum Euſebij ſumens exordiú, & perduxit vſque ad ſuum, ſcilicet Imperatoris Leonis tempus.

§. VII.

TEmpore auté Iuſtiniani imperatoris, de quo in titulo ſequéti dicemus, floruit Arator poeta, qui fuit Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus, qui libros metricos duos de hiſtoria actuum Apoſtolorum eleganter conſcripſit. De quibus hic aliqua dicta ponuntur ad inſinuandam ſolertiam viri.

De Aratore poeta.

Verſus.

Vt ſceleris Iudæa ſui polluta cruore,
Auſa nefas compleuit opus.
E *Noſtis quia proditor amens*
Mercedem ſceleris ſoluit ſibi, tædia noxæ
Horruit ipſe ſuæ, cœlumterrámque peroſus,
Inter vtrumque perit.
Turba perennem
Portatura crucem, dominumq́; ſecuta fidelem,
Spreuit agros habitura polos, hac nempe facultas
Fortior eſt de parte magis conquirere totum.
Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit,
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, eius violentius ardet
Ambitio creſcente modo, ſtimulantq́; rapinis
F *Addita lucra famem.*
Clauditur obſcuro, ſed non ſine lumine Petrus
Carcere, nec poſſunt tenebræ caligine fulua
Eccleſiæ celare diem, quem dictat honore,
Te dominum confeſſus amor, de nomine Petræ
Nomen Petrus habens, æterna vocabula portat,
Fundamenta gerens nunquam paſſura ruinam.
Corpore ſomnus erat, ſed cum vigilaret in ille,

Ex li. 1. de actis Apoſto. ſtatim in initio.

Petri fides nunquá ruinā paſſura eſt.

Quæ

A.C. 480 Genitiu Graia lieum li.

Quæ neſcit dormire fides. Hoc cantica clamant,
Domino corde vigil.
O ſpe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob,
Nomen habere tibi, quid iam remanebit in orbe,
Quod honore tuo absit? poſtquam ſolertia Graia
Ceſsit, & inuicta in dogmate vincis Athenas.
O male parta quies, ô ſemper dedita ſomno
Pectora nuda bono, quantis patet ille ruinis:
Quem nox ſola tenet, neſcit vigilare periclo,
Qui patitur dormire Deo.
O dilecta manus quæ Chriſti militat armis.
O ſummo plebs nata Deo, mitiſsima ſors eſt
Pœnarum, quas vota gerunt, regniq́ue facultas,
Perpetuo pro rege pati.

De Priſciano grammatico.

Fuit illo tempore Priſcianus grãmaticus ſummus, cuius libri in grammatica vbique patent. Huius eſt illa ſententia in maiori volumine. Nihil in humanis adinuentionibus ex omni parte perfectum eſſe credo. Et vt dicit Sigebertus, patet eos errare, qui dicunt eum fuiſſe tempore Iuliani imperatoris apoſtatæ. Scripſit enim maius volumen de partibus orationis, non Iuliano apoſtatę qui fuit antea per longum tempus, ſed Iuliano conſuli ac patritio, ſicut legitur in ipſius libri titulo. Scripſit & volumen minus de conſtructione. Et aliud de accidentibus, & hæc omnia de grammatica. Extat etiam liber Priſciani de naturalibus quæſtionibus ad regem Perſarum. (Eiuſdem opera.)

De Fulgentio epiſcopo Ruſpenſi, ex Vincen. li. 20. cap. 104. primariam hiſtoriam habet Sur. tom. 1. ex qua hæc deſumpta ſunt.

§. VIII.

Circa tempus quoque Gelaſij Papæ claruit beatus Fulgentius in Aphrica epiſcopus Ruſpenſis, ſanctitate conſpicuus, ſapientia & doctrina glorioſus. Hic natus eſt ex Fulgentio patre, & Marciana matre de nobili genere Carthaginenſium ſenatorum, ſecundum Vincen. ſpecu. hiſto. ex geſtis eius. Quem primo in iter ſuos erudiri fecit Græcis literis & nihilominus Latinis. Adultus factus eſt procurator. Cum autem legiſſet expoſitionem beati Auguſtini de pſal. 36. cœpit velle monachus fieri, & profiteri. Potens eſt (inquit) dare facultatem, qui volenti tribuit voluntatem.

(Fulgentius fit monachus.) Factus eſt ergo monachus à beato Fauſto epiſcopo. Qui pro fide relegatus ab Hunerico Ariano, in loco ſuo monaſterium ſibi conſtruxit. Quo audito cucurrit mater ad eum clamans ad Fauſtũ. Redde mihi filium meum. Ille autem cõtumelias eius irridens, nec ſaltem videndi filium ei licentiam dedit. Poſtea Fulgentius de nimia abſtinẽtia obſeſſus eſt impetigine, qui pro hoc ſe culpantibus aiebat. Infirmantur etiam illi, qui quotidie cibis lautioribus ſaginantur.

Iterum expulſo inde Fauſto accepta licentia petiit vicinum monaſterium, vbi Felix præerat paucis ſed ſimplicibus fratribus, à quo ſtatim coactus eſt abbatis locum tenere. Et quia ſe dilexerant ab adoleſcentia, alter aſſumpſit nomen alterius. Trahuntur poſtea hi duo à quodam presbytero Ariano Felice nomine facultatibus locuplete. Dumque Fulgentium ſanctum verberarẽt, ait Felix. Parcite quæſo fratri Fulgentio, qui nõ poteſt tormenta ſufferre. Conuertatur in me crudelitas veſtra. Tandem presbyter illos decaluatos, (Ab Ariano presbytero grauiter vexatur.)

& veſtibus ablatis nudos & inanes à domo ſua proiecit. Cumque multi dicerent Fulgentio, vt querimoniam faceret de presbytero, qui eos ceciderat, reſpondit, Non licet in hoc ſæculo quærere vindictam Chriſtiano, Nouit dominus quomodo ſeruorum ſuorum defendat iniuriam. (A.C. 480)

Poſt hæc ad monaſterium ſuum reuerſus eſt. Et iterum acceſsit ad aliud monaſterium, vbi nomẽ abbatis depoſuit. Ibi duo ſenes presbyteri Abbatis officio fungebantur, quibus ſe ſubijciens Fulgentius ſcriptoris arte laudabiliter vtebatur, & palmarum folijs flabellos laudabiliter contexebat. Cui operi etiam cum eſſet abbas in ſuo monaſterio vacabat, ſed coactus eſt per Fauſtũ epiſcopum ad proprium redire locum.

Factus autem poſtea epiſcopus Ruſpenſis, prius propoſitum tam in veſte quam in cibo retinuit, contentus vna viliſsima tunica tam in æſtate quàm in hyeme. Orario ſicut omnes epiſcopi non vtebatur. Pelliceum cingulum geſtabat, caligas in tempore hyemis. Caligulis æſtatis tempore ſimpliciter vtebatur. Intra monaſterium ſoleas interdum accipiebat, ſæpe nudis pedibus ambulabat, caſulam pretioſam vel pretioſi coloris, nec ipſe habuit nec monachos permiſit habere, ſed tibias caſulam nigello vel lactineo pallio circum latus meſsit, ſcapulis nudis nunquam à nobis viſus eſt, nec depoſito cingulo ſomnum petiit, in tunica dormiebat, in ea ſacrificabat. Et in tempore ſacrificij ipsam mutandam potius corda, quàm veſt mẽta dicebat. Carnes cuiuſlibet generis nunquam comedit, ſed ſimpliciter olera, piſanas & oua, quãdiu iuuenis fuit ſine oleo, poſtquam ſenuit oleo ſuperfuſo, ne caligo oculorum lectionis impediret officium. A vino ſemper abſtinuit ianus. Quod cum propter infirmitatem biberet, ſic obruebat aqua, vt vinum vix ſaperet. Semper autem fratres vrgebat ad vigilias. (Fit Ruſpenſis epiſcopus. Vincen. ibi. c. 105.) (S. Fulgentius ſacrificabat.)

Poſt hæc miſſus eſt in exilium apud Sardiniã: ſexaginta autem & amplius epiſcopi, cum eo catena ligabantur exilij. Quorum omnium ipſa lingua & ingeniũ erat. Et ſicut beatus Aurelius Carthaginenſis epiſcopus inter ſua priuilegia meruit, vt literas in concilio Aphricano dandas ipſe ſolus ſcriberet: ſimiliter & iſte, vt literas ex illo exilio dirigendas ſolas ipſe dictaret. Iniuratus eſt Carthaginem à Traſimundo rege Ariano, cui idem rex, plena perfidiæ ſcripſit aliqua, quibus ille capitulatim reſpondit. Fecit ad eum tres libellos, quibus Pinta Arianus epiſcopus reſpondere voluit magis, quam valuit. Contra quem poſtea Fulgentius ſubſcripſit librum, quem intitulauit aduerſus Pintam. Mirabilia facere nunquam delectatus, hãc gratiam ſibi dari nunquã deſiderauit. (Perſecutio Traſimundi regis.)

Cùm autem ſecundò mitteretur in exilium, prædixit Iuliano viro religioſo dolenti de eius receſſu, quod citò reuerteretur, & addidit: hoc quoque ſecretum ſit apud te, quod me nimia caritas iudicare compellit. Dicebat enim, Mirabilia non conferunt homini iuſtitiam, ſed hominũ notitiam, quæ magis fugienda eſt, quàm quærenda. Quiſquis enim fuerit hominibus notus, niſi fuerit iuſtus, ad æterna perueniet ſupplicia condemnatus. Iuſtus autem in conſpectu Dei, etſi hominibus fuerit incognitus, beata ſanctorum gaudia percipiet coronatus. (Iterum in exiliũ mittitur. cap. 106.) (Miracula facere eum non deſiderãdum.)

Monita

A.C. 480.

Monita S. Fulgentij. Vincent. cap. 106. Surius item hæc habet.

§. IX.

DE monitis eius in vita religioſa. Idem Fulgentius dicebat. Vt monachus lautioribus fortè cibis vtatur, interdum neceſsitas cogit, vt autem cupiat in quibuſcunque exiguis rebus iuris proprij dominium vendicare, ſuperbæ voluntatis, & auaræ cupiditatis euidens teſtimoniũ eſt.

A Idem. De ſubſtantia cõmuni quiſquis aliquid plus accipit, omnium fit debitor, quorum eſt illa ſubſtantia, debitorem verò ſola iuuat humilitas. B

Veri monachi qui.

Idem. Veri monachi ſunt, qui mortificatis voluntatibus ſuis parati ſunt nihil velle, nihil nolle, ſed Abbatis tantummodo conſilia vel præcepta ſeruare. Si quis autem præſumpſiſſet plus quàm acciperet petere, negabat continuò, etiam ſi mereretur accipere, dicens monachum iis, quæ acceperit, debere eſſe contentum. Sine ſuo autem conſilio nec ſuum præpoſitum ſinebat aliquid agere. Laborantes fratres & opera carnalia exercentes indefeſsis viribus, lectioníſque ſtudium non habentes, minus diligebat, nec honore maximo dignos iudicabat.

Studiis vacãtes præferebat aliis.

C Amator autem ſcientiæ ſpiritualis, etiam ſi virtute corporis eſſet deſtitutus, ab eo peculiariter amabatur. Amabat, quãdo coram fratribus diſputabat, ſi quis ei quæſtiones acerrimas proponeret, in quibus laborabat, licebátque omnibus fratribus paſsim, etiam ſimplicibus natura, vnde vellent interrogare, nec prius quã ſibi ſatisfactum confiterentur, rationem reddere, niſi victus tædio vel labore ceſſabat.

Scripſit contra Fauſtum epiſcopum Galliatũ, qui occultè conſentiebat Pelagianis, apertè volens Catholicus videri. Cùm autem reuocaretur ab exilio, tam deuotè ſuſceptus eſt, vt de ſuis pal- D lliis ſuper eum extenſis nouum genus tabernaculi facerent. Egreſſo illi de Carthagine obuius vndique occurrebat populus, & lucernis, & lampadibus, & arborum frondibus.

Qualiter ſuum clerum inſtituerit cap. 107.

Summã diligentiam præbuit, ne quis clericus ambitioſis veſtibus ornaretur, aut ſæcularibus negotiis occuparetur, & vt omnes non longè ab Eccleſia domos haberent, & hortum manibus propriis colerent, & pſallendi ſuauiter & pronunciandi curam gererent, vt quæ per ſingulas ſeptimanas omnes clerici & viduæ, & ſi quis potuiſſet ex laicis, quarta E & ſexta feria ieiunarent. In concilio Vincenſi iudicio omnium ſacerdotum, qui cõuenerant, prælatus eſt cuidã epiſcopo nomine Quoduultdeo, qui priorem ſe illius confirmabat, tunc autem tacuit, ne authoritatem cõcilij minuere videretur. Sentiens autem poſt concilium dolere epiſcopũ, timénſque propter ſuum honorẽ generare ſancti ſcandalum: melius iudicans per caritatem ſe fieri minorem, quàm ſine caritate maiorem, exegit poſtea precibus importunis à Suphetano concilio, vt nomen ſuum poſterius recitaretur.

F Bonifacius epiſcopus Carthaginẽſis apud Burnos eccleſiam dedicans, duobus diebus ſe præſente tractãtem expectauit, tantùm delectatus in verbis eius, vt tandiu terrã lachrymis irrigaret, donec ille ſermonẽ finiret.

Secedit in deſertum.

Anno vno ante mortem ſuam, eccleſiaſticas occupationes reliquit, & à ſuo monaſterio ſecreto recedens in inſulam Circinam, in quodam ſcopulo breui, cui non eſt Chilim habitauit, vbi ædificato monaſterio Deo A vacauit & ſibi. Infirmatus eſt acerrimè ſeptuaginta diebus, & hoc ſolùm dicebat. Domine, da mihi hic pœnitentiam, poſtea indulgentiam. Suadentibus medicis, vt balneis vteretur, non acquieuit dicens. Nunquid balnea poterunt facere, vt non moriatur in tẽpore ſuo homo mortalis? Moriens verò fratribus circumſtantibus dixit.

A. C. 480.

Mors ipſius ſancta.

Ego fratres animarum veſtrarum ſaluti proſpiciens, moleſtus fortaſſe & difficilis extiti: & ideo obſecro vos, vt ignoſcat mihi quiſquis aliquid dolet. Iuſsit autem egentibus pecuniam dari per ſeipſum memoriter recolens, viduarum, pupillorũ, B peregrinorum, contractorúmque illic indigentium nomina: quibus, quid cui ſigillatim daretur propria deliberatione conſtituit.

Colitur 1. Ian.

Opuſcula S. Fulgentij.

§. X.

SCripſit idem Fulgentius opuſcula nonnulla ad ædificationem Eccleſiæ vtilia. Siquidem edidit ad Eutymium de remiſsione peccatorum. lib. 2. Ad Donatum de fide lib. 1. De myſterio mediatoris. lib. 3. Ad Monimum de prædeſtinatione, C & quibuſdam aliis quæſtionibus lib. 3. Reſpõſionum contra obiectiones Traſimundi regis Ariani lib. 1. De continentia coniugatorum ſeruanda poſt votum. lib. 1. Ad Probam de virginitate & humilitate. lib. 1. Ad eandem de oratione & compunctione. lib. 1. Ad Eugypium de caritate. lib. 1. Ad Theodorum ſenatorem lib. 1. Ad Venantiam de pœnitentia & indulgentia. lib. 1. Scripſit & ſermones nonnullos præcipuè in ſolennitate natalis Domini, & beati Stephani protomartyris ſermones plurimos. Ex quibus opuſculis hic aliqua pauca notantur ad commendationem elo- D quij eius.

Diabolus le cõuerſione ſæcularium dolet. epiſto. 6.

Hic ad Theodorum ſenatorem, ſic ait. Quantum ineſſe luctum diabolo putas, quod à te contemptum perſpicit mundum, & te conuerſum cognoſcit ad Chriſtũ? Quamuis enim Chriſtus æqualiter ſit mortuus pro cunctis fidelibus, tamen conuerſio potentium ſæculi multum militat acquiſitionibus Chriſti. In Deo nihil deeſt, quia in illo eſt totum. Nihil ſibi团 ſupereſt, quia nihil præter illum eſt. Si qui ergo rerum temporalium amore contempto, in illius dilectionem tranſeunt, in illo pleni erunt, in quo nihil indige- E tur. In illo ſecuri, in quo nihil timetur. In eo verè ſempérque glorioſi, cuius gloria non aufertur.

Gratiade viã mandatorum Dei currendi.

Quia viam mandatorũ currere delectaris, non hoc tibi dat natura, ſed gratia. Nam & oculus ſic factus eſt, vt videre lumen poſsit, ſed videre non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit. Quod ergo videt oculus, beneficium eſt luminis, quo ſi caruerit, cæcus manebit in tenebris. Nihil itaque tibi boni tanquã tuũ aſsignes, ne non accipias, quod accipere poteras, & quod acceperas, perdas.

Superbia hominis quæ maximè deteſtabilis.

Deteſtabilis eſt cordis humani ſuperbia, qua F facit homo, quod Deus in hominibus damnat: Sed illa deteſtabilior, qua ſibi tribuit homo, quod Deus in hominibus donat. Damnabilis eſt, qui ſubſtantia ſæculi malè vtitur, ſed damnabilior, qui ſpiritualibus donis ſuperbus efficitur.

Deus peccata omnia delet.

Idem ad Venantiam. de pœnitentia & indulgentia. Non eſt perfecta bonitas, à qua nõ omnis malitia vincitur. Non eſt perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Nemo igitur de

A.C. 480

rus de medico deſperans in infirmitate remaneat A peccati: quia dicit Apoſtolus. Pro impiis mortuus eſt Chriſtus.

Rom.5.

Salubris conuerſio duplici ratione conſiſtit. Si nec pœnitentia ſperantem, nec ſpes deſerat pœnitentem. Si diuturnitas peccatorum miſericordiã vinceret, non in ætate mundi nouiſſima Chriſtus veniret, vt peccatum mundi pereuntis auferret. In quacunque ſit quis ætate vocatus, ſi benignitatem Dei vocantis non ſpernat, neceſſe eſt, vt denarium vitæ perennis accipiat. Nec vnquam apud Deum eſt pœnitentia ſera, in cuius conſpectu ſemper habentur pro præſentibus, tam præterita, B quàm futura.

Pœnitentia vera duo requirit.

De S. Paulino. de quo Ambr. epiſt. 36 Auguſt. lib. 1. ciuit. cap. 10. Proſper, vt vidimus cap. 11. §. 2. & D. Gregorius li. 3. dial'o. ca. 1. & 2. & Vranius apud Sur tom. 3 ex Vincen autem hac deſumpta ſunt. lib. 20. cap 26 & Gennad.

CAPVT XII.

Temporibus quoque præfatorum Imperatorum inſignis repertus eſt in ſanctitate vitæ, & diuina ſapientia Paulinus Nolanæ ciuitatis epiſcopus, quę C per pauca miliaria diſtat à Neapoli Campaniæ. Hic vt dicit Vincen. ſpecu. hiſto. compoſuit verſu breuia, ſed multa, quędam epitaphij vice conſolatorium libellũ ſuper morte Chriſtiani & baptizati infantis, & ad Seuerum plures epiſtolas, & ad Theodoſium Imperatorem ante epiſcopatum panegyricum ſuper victoria tyrannorum, eo maxime quòd plus oratione & fide, quàm armis vicerit. Fecit & ſacramentarium & hymnarium, ad ſororem quoque epiſtolas multas. De contemptu mundi, & de diuerſis cauſis, diſputatione diuerſa tractatus edidit. Præcipuum tamen eius omnium D opuſculorum eſt liber de pœnitentia, & de laude generali omnium martyrum. Claruit ſ temporibus Honorij & Valentiniani non ſolùm eruditione & ſanctitate vitæ, ſed etiam poteſtate aduerſus dæmones eos de obſeſſis corporibus expellendo.

Singulare exemplum eximię charitatis ad proximum narrat de eo beatus Gregorius in lib. 3. Dialogo. cap. 1. Quod videtur contigiſſe ex ſupradictis tempore Zenonis Imperatoris, quando ſcilicet occiſo Valentiniano tertio Imperatore Genſericus rex Vandalorum in Aphrica vocatus ab E vxore relicta Valentiniani, vt dictum eſt ſuprà, intrans Italiam cœpit vrbem, & ſpoliauit eam penè omnibus bonis, & poſtea deſcendens in Campaniam, ciuitates etiam illas expoſuit rapinæ, incendiis, & cædibus, & cum plurimis captiuis reuerſus eſt in Aphricam. Dicit ergo Grego. vbi ſuprà. Cùm ſæuientium Vandalorum tẽpore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multique eſſent de hac terra in Aphricanam regionem traducti, vir domini Paulinus cuncta, quę ad epiſcopi vſum habere potuit, captiuis indigentibúſque largitus eſt. Cúmque iam omnino F nihil ſupereſſet quod petentibus dare poſſet, die quodam vidua venit, quæ à regis Vandalorum genero ſuum filium in captiuitate ductũ fuiſſe perhibuit, atque eius pretium pro redimendo eo à Paulino poſtulauit. Sed vir Dei petenti fœminæ quid dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud quàm ſe inuenit, petentique fœminæ reſpondit,

[...]e cap. [...]e. § 12.

Quomodo S. Paulinus ſe pro filio viduę vẽdendum permiſerit. lib 3. dial. ca 1.

A.C. 480.

dicens: Mulier quod poſſim dare, non habeo, ſed memetipſum tolle: me ſeruum iuris tui eſſe profitere, atque vt filium tuum recipias, me vice illius in ſeruitium trade. Quod illa ex ore tãti viri audiens, irriſionem potius credidit, quàm compaſſionem. At ille, vt erat vir eloquentiſſimus, & apprime ſtudiis exterioribus eruditus, dubitanti fœminæ citius perſuaſit, vt audita crederet, & pro receptione filij ſui in ſeruitio epiſcopum tradere non dubitaret. Perrexit igitur vterque ad Aphricam.

Procedenti autem regis genero, qui eius filium detinebat captiuum, vidua rogatura ſe ei obtulit, ac prius petiit, vt ei donare filium ſuum debuiſſet. Quod cum vir barbarus typho ſuperbię turgidus non ſolum facere, ſed etiam audire deſpiceret, vidua ait. Ecce hunc hominem pro eo vicarium exhibeo, mihíque vnicum filium redde. Cúmque ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet, quam artem noſſet inquiſiuit. Cui Paulinus. Artem quidem nullam ſcio, ſed excolere hortum bene ſcio. Quod vir gentilis libenter accepit. Suſcepit itaque eum in ſeruum, & mulieri viduæ filium reddidit. Indéque vidua ad propria remeauit. Paulinus autem excolendi hortum curam ſuſcepit. Cúmque idem regis gener crebro ingrederetur hortum ſuum, ſuumq; hortulanum quędã requireret, ſapientem valde hominem eſſe videret, cœpit amicos familiares deſerere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atque eius ſermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mẽſam olera, virentéſque herbas deferre conſueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cúmque diutius hoc ageret, quadam die ſuo domino ſecretius loquenti ait. Vide quid agas, & Vandalorum regnum qualiter diſponi debeat, prouide, quia rex citius, & ſub omni celeritate eſt moriturus. Quod ille audiens, quia præ cæteris ab eodẽ rege diligebatur, ei minime tacuit, ſed quid à ſuo hortulano ſapiente ſcilicet viro agnouiſſet, indicauit. Quod cum rex audiſſet, illico reſpõdit. Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominẽ videre. Cui gener ait. Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſueuit, has itaque eum huc ad menſam deportare faciam, vt quis ſit, qui mihi hæc locutus eſt, agnoſcas.

Paulinus pro filio viduæ ſeruitutem ſubiit.

Paulinus prædixit mortẽ regis Vandalorum.

Factúmque eſt, vt cum rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quæque & virentia delaturus aduenit. Cúmque hunc rex ſubito cõſpexiſſet, intremuit, atque accerſito eius domino ſibi per filiam propinquo, ei ſecretum, quod prius abſconderat, reuelauit, dicens. Verum eſt, quod audiſti. Nam nocte hac in ſomnio ſedẽtes contra me in tribunalibus iudices vidi, inter quos etiam iſte ſimul ſedebat, & flagellum, quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare quiſnam ſit. Nã ego hũc tanti meriti virum, popularem, vt cõſpicitur, eſſe non ſuſpicor. Tunc gener regis Paulinum ſecreto tulit, & quiſnam eſſet inquiſiuit. Cui vir Dei reſpondit. Seruus tuus ſum, quem pro filio viduę vicarium ſuſcepiſti. Cúmque inſtanter ille requireret, vt non quis eſſet, ſed quid in terra ſua fuiſſet, indicaret, & hoc frequentius exigeret, vir domini magnis coniurationibus conſtrictus, epiſcopum ſe fuiſſe teſtatus eſt. Quod poſſeſſor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit dicens. Pete, quod vis, quatenus ad terram tuam

à me

A.C.480

à me cum magno munere reuertaris. Cui vir domini Paulinus. Vnum eſt, quod mihi beneficium impẽdere potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Aphrica regione requiſiti, cum onuſtis frumento nauibus, pro venerandi viri Paulini ſatisfactione in eius comitatu laxati ſunt. Poſt non multos vero dies Vandalorum rex occubuit, & flagellum, quod diſpenſante Deo ad ſuam perniciem pro fidelium diſciplina tenuerat, amiſit. Sicque factum eſt, vt omnipetentis Dei famulus Paulinus vera prædiceret, & qui ſe in ſeruitium ſolum tradiderat cum multis à ſeruitio ad libertatem rediret. Illum videlicet imitatus, qui formam ſerui aſſumpſit, ne nos ſerui eſſemus peccati, ſed ex ſeruitute ad libertatem gratiæ & gloriæ nos eriperet.

Paulinus ſuos omnes ciues à captiuitate liberat.

Philip. 2.

De Sidonio Apollinare epiſcopo Aruernorum, de quo multa Gregor. Turon. lib. 2. hiſt. Franc. cap. 21. & 22. & 23. quæ habet Sur tom 4. hæc autem ſunt ſumpta ex Vinc. li. 2. ca. 46.

CAP. XIII.

Floruit circa illud tempus, vt ſcribit Vincentius ſpec. hiſt. lib. 22. Sidonius Apollinaris apud Aruernorũ vrbẽ ex præfecto factus epiſcopus, vir ſecũdũ ſęculi dignitatẽ nobiliſsimus, & literali diſciplina peritiſsimus, de quo ait ſic Helinandus. Hunc [a] Sidonium Gẽnadius in libro virorum illuſtriũ ni fallor, appellat Saluianum Maſsilienſem presbyterum, cuius cum multa laude meminit in hũc modum. Saluianus Maſsilienſis Eccleſię presbyter, humana & diuina literatura inſtructus, & (vt abſque inuidia loquar) epiſcoporum magiſter, ſcripſit multa ſcholaſtico & aperto ſermone, ex quibus ſunt iſta quæ legi. De virginitatis bono ad Marcellum presbyterum lib. 3. Aduerſus auaritiam lib. 4. De præſenti iudicio lib. 5. Et pro eorum merito ſatisfactionis ad Salonium epiſcopum lib. 1. Expoſitionis extremæ partis eccleſiaſtici. lib. 1 Ad Claudium epiſcopum Viennenſem epiſtolarum lib. 1. Et in morem Græcorum de principio Geneſeos vſque ad conditionem primi hominis quaſi Hexaemeron verſ. li. 1. Homil. epiſcopis factas quantas non recordor. Hæc Helinandus. Vincen. vbi ſupra.

Hic Sidonius vir ingenioſus, & accuratæ eloquẽtiæ, multas ſcripſit epiſtolas difficiles, ex quibus hæ morales ſunt excerptæ ſententiæ. Sidonius ex primo libro ſuarum epiſtolarum. Nõ minus eſt morum naturalium perſonam ſuam excolere, quàm villam. Amico reuerentia debetur etiã afflicto. Roma domicilium legum, gymnaſium literarum, curia dignitatum, vertex mundi, patria libertatis. Non grandis alicui gloria datur, ſi deteriorum collatione clareſcat.

Sidonij Apollinaris morales ſentẽtiæ.

Ex ſecundo lib. idem. Hoc ipſum, quod copiã tui iurgantibus difficile concedis, indicium eſt bene iudicaturi. Quis enim ſe non ambiat arbitrum legi, aut pretio aliquid indulturus aut gratiæ? Sententiam tuam nec victus accuſet, vt ſtolidus, nec victor irrideat, vt argutus. Veritatiſque reſpectu impendant tibi adducti reuerentiam, gratiam liberati. Vitanda ſunt plerunque conſilia medicorum aſsidentium & diſsidentium, qui parum docti & ſatis ſeduli, languidos multos officioſiſsime occidunt. Quidam ius faſque communeſupergreſsi ſummam beatitudinem, ſummam poteſtatem putant, hoc ipſo ſatis miſeriores, quòd parum intelligant ſe inquietiſsimo famulatui ſub iacere. Nam ſicut hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur. Non magis cordi eſſe debet, aut voluptati ager cum reditibus amplis, quã vicinus æqualis moribus bonis.

Ad iudicem commonitio.

A. C. 500.

Sũma poteſtas ſumma miſeria.

Ex tertio lib. idem. Garrulo non reſpondere conuicium eſt. Plurimum laudis iuuenes moribus ſuis applicant, quoties de negotiorum meritis ambigentes ad peritorum conſilia recurrunt. De detractoribus & murmurantibus, qui ſcilicet ſic dicũt de aliquo, idem ſic ait. Eſt hic loquax, nec dicax, ridiculus nec lætus, arrogans nec conſtans, curioſus, nec perſpicax, tempora præſentia colẽs, præterita carpens, futura faſtidiens. Beneficij ſi rogatus eſt immemor, importunus petitor eſt, derogator negati, Aemulator accepti, callidus reformandi. Querulus flagitati, garrulus reſtituri. At ſi rogandus, ſimulator parati. Diſsimulator petiti, venditor præſtiti, publicator occulti, calumniator morati, inficiator ſoluti, oroſior ieiuniorum, ſectator epularum, laudabilem proferens, non de bene viuente, ſed de bene paſcente ſententiam. Inter hæc tum auariſsimus ipſe, quem non tam paſcit panis bonus, quam alienus, auidus bibendi, auidior detrahendi. Rabido pariter ore ſpirans cœnum, ſpumans vinum, loquens venenum, ita viuẽs paucis eſt voluptati, nullis amori, omnibus riſui.

Aduerſus detractores.

Idem ex quarto lib. Sodales vetuſtos nũquam pro conſequentium nouitate faſtidias. Aliter enim videberis, ſic vti amicis quaſi floribus, tãdiu gratis, quamdiu recentibus. Bonum publicũ ſemper euertunt ſtudia priuata.

Amici veteres nouis præferendi.

Idem ex lib. 5. Exactiſsimum virum poſſe cenſeri arbitror, de quo ciuis malus loqui, bonus tacere non poſsit. Perfecta dilectio non tam debet recolere quid officiorum ſoluerit, quàm meminiſſe quid debeat. Et hæc quidem malis moribus vis, vt innocentiam multitudinis deuenuſtẽt ſcelera paucorum: cùm tamen ex diuerſo bonorum raritas flagitia multorum virtutibus communitatis nequeat excuſare. Quis non exacerbeſcat, cùm videat ſordidari virtutem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem, vocatur abiectus, ſi erectum, ſuperbus, ſi minus inſtitutum, propter imperitiã creditur irridendus: ſi aliquatenus doctum, propter ſcientiam dicitur inflatus: ſi ſeuerum tanquam crudelis horretur: ſi indulgentem, facilitate culpatur: ſi ſimplicem, deſpicitur vt brutus: ſi acrem, vitatur vt callidus, ſi diligentem, ſuſpicioſus decernitur: ſi remiſſum, negligens iudicatur: ſi ſolertem, cupidus: ſi quietum, ignauus: ſi abſtemium, auarus: ſi bene paſcentem, guloſus. Naturali vitio fixum radicatúmque eſt pectoribus humanis, vt qui non intelligunt artes, nõ mirentur artifices. Monaſterialibus diſciplinis ægrè ſubditur, vel ceruicoſitas populorum, vel luxuria clericorum, vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat. Quidam barbariſmus eſt morũ, ſermo iucundus, & animus

Vulg. ſtulti rectoribus tribuit quæ bona ſunt, vitio.

a Tam ex vtriuſque Sidonij ſcilicet & Saluiani operibus quæ adhuc extant, quàm ex Trithemio, & aliis ſcriptoribus qui horum meminerunt, non eundem fuiſſe Sidonium, qui & Saluianus dictus compertiſsimum eſt. Imo verò inter ſcriptores quinti ſęculi Saluianum, & inter ſcriptores ſexti ſęculi Sidonium Genebrardus in Chron. recenſet.

A.C. 500 & animus afflictus. Ad nectar cœleſtium pocu- A
lorum peruenuit per amaritudinum calices ter-
Colitur hic S. Sidonius 23. Augu. renatum. Si quantamlibet nobis anxietatem vitę
præſentis propinet afflictio: parua toleramus, ſi
recordemur, quid biberit ad patibulum, qui inui-
tat ad cœlum.

De Aurelio Caſsiodoro, de quo Trithe in catal. Ioan. Ferrerius in initio hiſtor. Tripar. Sixtus Senen. in bibl. lib. 4. Vincen. lib. 21. cap. 49.

CAP. XIIII.

Eodem tempore floruit Caſsiodorus,
vt ait Helinandus. Hic prius fuit ſe- B
nator, poſtea monachus, ſed ante mo
nachatum Theoderici regis Italię can
cellarius. Et ex parte eius multas fecit epiſtolas
ad diuerſas perſonas de negotiis ſæcularibus. Idē
vt dicit Vincen. ſpecu. hiſto. ſuper pſalmos com-
mentarius 150. tractatus fecit. Librum quoque de
ratione animę eleganter compoſuit. Et librum de
orthographia. Ipſe dicit, vt refert Gratianus diſt.
37. §. ſeq. ad cap. legimus. ĵ. Omnis ſplendor rheto
ricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ locutio-
nis, omnis varietas decoræ pronunciationis à di-
uinis ſcriptoribus ſumpſit exordium. C

Diuini [...]po[...] poli[...] [...]cis di[...]ſciplinæ [...]ctores inſtruct. c. prol. in pſal.

Sententiæ Caſsiodori ex eius epiſtolis.

Idem Caſsiodorus in prologo Epiſtola. Decli-
nanda eſt ſuaſio, quæ plus habet periculi, quàm
decoris. Aliter multa ſalutis lectione ſaciatis, ali-
ter mediocri guſtatione ſuſpenſis, aliter à litera-
rum ſapore ieiunis perſuaſionis cauſa loquēdum
eſt, vt plerunque ſit peritiæ genus vitare, quod
placeat doctis.

Idem in epiſto. 3. Conuentus ſapientium digni
tas eſt imperantium. Facilis recti perſuaſor eſt
innocens iudex, ſub cuius prædicabili conuerſa-
tione pudet mores probabiles non habere.

Idem in epiſt. 7. Iniquum valde eſt, vt de vna D
ſubſtantia, quibus competit æqua ſucceſsio, alij
abundanter affluant, alij paupertatis incōmodis
ingemiſcant. In epiſto. 9. Decet quemque hono-
rem, quē gerit nomine, moribus exhibere. Idem
in epiſtola 12. Animus doloſus non arbitrium
ſequitur imperantis, ſed ſuas potius voluntates
explicat. Debemus omnes bene gerētibus, vt eos
laudis noſtræ comitetur aſſenſus. Nam equorum
curſus clamoribus incitantur, & inſonantium ma
nibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas ex-
pectetur, quantum etiam homines ſtimulari poſſe
credimus, quos ad laudis auiditatem natos ſingu E
lariter inuenimus?

Idem epiſto. 14. Omnibus libenter præbeamus
aſſenſum, quoties eſt vox iuſta petentiū. Non de-
cet eſſe difficile beneficium, quod nō̄ patitur lar
gitate detrimentum. Idem in epiſt. 15. Peruiæ ſunt
ſemper iniuriis facultates abſentium: & quodam-
modo videtur occaſio in delictū trahere, quæ nō
poteſt animum peruadentis inſultatione terrere.
Idem in epiſto. 20. Regnantis facultas tunc di-
tior fit, cùm remittit & acquirit nobiles theſau-
ros famæ neglecta vilitate pecuniæ. Quod in iu- F
uentute non diſcitur: in ætate matura neſcitur.
Maior in conſeruandis rebus, quàm inueniendis
cautela adhibenda eſt. Maiora principem decet
tribuere, quàm ſeruientē videatur accepiſſe. Pro-
cliuior ſemper ad miſericordiam via bonis men-
tibus patet. Idem latet ſub otio laudabilis forti-
tudo, & dum ſe probandi nō habet ſpatium, oc-
culta eſt lux tota meritorum. Hæc ille.

De Seuerino Boethio, cuius vitam Martianus Rota eius operibus prætexuit. A.C. 5[..]

CAPVT XV.

De Boethio, qui & beatus Seuerinus,
à quibuſdam dicitur, eo quòd pro iu-
ſtitia tuenda contra hæreticos Aria-
nos cōpoſuit lib. de Trinitate à Theo
derico rege Gothorum etiam Ariano, cùm in
Italia regnauit, incarceratus Papiæ & interem-
ptus eſt: licet non adſcribatur in catalogo ſancto
rum, ſicut plurimi alij, qui fuerunt maximi me- B
riti coram deo, hominibus autem minus noti. De
quo ſic inquit Vincen. ſpe. hiſt. lib. 22. cap. 15, Boe-
thius multa compoſuit. a Tempore namque eius
(vt legitur) orta eſt hæreſis de Trinitate. Sed
cōgregata omni ſynodo ipſe ſe ſubtraxit, ne ſibi
propter facundiam eloquentiæ cauſæ imponeren
tur agēdæ. Ob quā cauſam cum ſuſpectus à chri-
ſticolis haberetur, compoſuit contra ipſos hære-
ticos de ſancta Trinitate librum vnum. Quando
autem rex Gothorum Theodericus Romanam
rempublicā armis inuaſit, Boethius plus omnibus
ei reſtitit. Poſtmodū apud eum accuſatus, quòd
C ſolicite laboraret, vt ſenatum & rempublicam ab
eius manibus eriperet, cùm pluribus aliis pro-
ſcriptus, atque in exilium miſſus Papiæ incarce-
ratus eſt. In carcere autem poſitus, quaſi de rerū
mutatione doleret, vt cōſolationis medicinas tan
to dolori non tam ſibi, quàm aliis quæreret, librū
ibi edidit de conſolatione philoſophiæ. Oſten- Liber de conſolatione philoſophiæ à Boethio editus quando ſit.
dens gloriam, dignitatem, cæteraque terrena non
vera bona: ſed nihil eſſe, & nulli appetenda, nec
de eorum amiſsione dolendum, nec de eorū ade-
ptione gaudendum. Tandem longo exilio & car-
cere fatigatus, ab ipſo Theoderico peremptus
D eſt, anno Domini quingēteſimo viceſimo primo,
ſecundum Chronica. Præter hæc quæ dicta ſunt,
inuenitur ſcripſiſſe librum de diſciplina ſchola-
rium. Et librum de muſica. De logica libros to-
picorum & diuiſionum, libros quoque categori-
corum, ſyllogiſmorum, & hypotheticorū. Com-
menta quoque ſuper libros Ariſtotelis.

De eo autem ſic ait Sigebertus. Eo tempore De Boethio ex Sig. Vinc. hæc habet li. 22. cap. 14.
Symmachus Patricius rempubl. Romanam illu-
ſtrauit, & cum eo gener eius Boethius vir conſu-
laris, conſpicuus in vtraque lingua [& præſtans]
eruditione omnium artium liberalium, quas pe-
E nè omnes à Græco in Latinum tranſtulit elo-
quium & expoſuit. Allegantur etiam à doctori-

a Aliam ſcribendi lib de Trinitate cauſam Boethio fuiſſe is ſcribit, qui vitam eius compoſuit. Satis, inquiens, philoſophiam iam illuſtrauerat, itaque diuina reſtabant, & iam multum proceſſerat Auguſtinum ſecutus, vt ipſe de Trinitate ad Symmachum ſcribens affirmat. Vobis, inquit, inſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis ſemina in nos venientia, fructus aliquos intulerint. Quare F *cauſa ob quam Boethius de Trinitate librum cōpoſuit, ex ipſo Boethio hæc eſſe videtur, rem Theologicam in ſenectute Latinis literis promouere, ſicut philoſophiam per anteactam ætatem ipſe illuſtrauerat. Cæterum hanc cauſam ille non affert auctor, eo quòd, credo, probabile parum videatur: tum quia hæreſis de Trinitate non tunc primùm cœpit, tum etiam quòd laicis (qualis fuit Boethius) in conciliis nunquam dicere ſententiam concesſum fuit.*

A.C. 500. bus & alij duo libri, vt ab eo conſcripti, ſcilicet A liber de duabus naturis in Chriſto, & liber de hebdomadibus.

Sententiæ Boethij. Hic quædam excerpta ex libris eius ponuntur, præcipue ex lib. de philoſophica cõſolatione. in libro hypotheticorum ſic ait. Nullum bonum eſt, quod non pulchrius eluceſcat, ſi plurimorum notitia comprobatur. Hoc in ſe obtinet propriũ munus amicitia, vt nolit habere ſolitarias cogitationes. Tunc quod honeſte quiſque cogitat, nulli promptus, niſi ei quem diligit, confitetur.

In libro de philoſophica conſolatione ſic ait lib. 1. Studia poetarum infructuoſis affectuum B ſpinis vberem fructibus rationis ſegetem necat, hominumque mentes aſſuefaciunt morbo, non liberant. Talia tibi contuleramus arma, ſcilicet virtutum, quæ niſi prior abieciſſes, inuicta te firmitate tuerentur, inquit philoſophia Boethio. Idem. Stultorum tametſi eſt numeroſus exercitus, tamen ſpernendus eſt, quia nullo duce regitur, ſed errore tantum temere ac paſsim lymphante raptatur. Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus tuum detegas. Hoc conſcientiæ libertas habet, pro tuendo iure ſpreta potentum ſemper fuit offenſio. Hoc tantum dixerim vltimam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinam, quod dum C miſeris aliquod crimen affigitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur.

Stultorũ numerus ſpernendus Pro. 3.

Cur bonis male, & malis bene fit. met. 5.

Idem in metro.

Nam cur tantas lubrica verſat
Fortuna vices? premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna.
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaq́; calcant
Iniuſta vice colla nocentes.
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris.
Tu quoque ſi vis
Tramite recto
Pelle timorem,
Nubila mens eſt,
Lumine claro.
Carpere cœlum
Spémque fugato,
Vinctaq́; frenis,
Cernere verum &
Gaudia pelle,
Nec dolor adſit.
Hæc vbi regnant.

Idem in lib. 2. Omnis ſubita rerum mutatio non ſine quodam quaſi fluctu contingit animorum. Rerum exitus prudentia metitur. Quis eſt enim tam compoſitæ fœlicitatis, vt non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Nemo facile cum fortunæ ſuæ fœlicitate concordat. Ineſt enim aliquid ſingulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. Locus iſte, quem tu exilium vocas, incolentibus patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum, niſi cum putes. Cõtraque beata ſors omnis eſt æquanimitate tolerantis. Quis enim ille eſt tam fœlix, qui cum dederit impatientiæ manus, ſtatum ſuum mutari non optet?

Rerũ mutatio grauis. proſa.

Paucis minimiſque natura contenta eſt, cuius ſatietatem, ſi ſuperfluis vrgere velis aut iniucundum, quod infuderis, fiet, aut noxium. Pluribus quippe adminiculis opus eſt, ad tuendam ſuppellectilis pretioſæ varietatem, verumque illud eſt, eos permultis indigere, qui permulta poſsident, contraque minime indigere, qui abundantiam ſuam naturæ neceſsitate metiuntur. Cætera animalia ſuis rebus contenta ſunt, vos autem Deo mente conſimiles à rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis, nec intelligitis quantam conditori veſtro iniuriam faciatis. Ille genus humanum terrenis omnibus præſtare voluit, vos dignitatem veſtram infra infima quæque detruditis. Nam ſi omne cuiuſque bonum, eo cuius eſt conſtat eſſe pretioſius, cum viliſsima rerum veſtra bona iudicatis, eiſdem voſmetipſos veſtra æſtimatione ſubmittitis.

Natura paucis cõtenta, pro. 5.

A.C. 500.

Homines Deo ſimilem fa ciunt, dum rebus infimis ſe addicunt.

B In omni aduerſitate fortunæ, infœliciſsimum infortunij genus eſt fuiſſe fœlicem. Quàm multis amaritudinibus humanæ fœlicitatis reſperſa eſt dulcedo, quæ ſi etiam fruenti iucunda videatur, tamen quo minus abeat, cum velit, retineri non poteſt.

O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis. Non virtutibus ex dignitate, ſed ex virtute dignitatibus honor accedit, & collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, ſed prodit potius & oſtẽtat indignos. Nos niſi ad populares auras, inaneſque rumores recte facere neſcimus, & relicta conſcientiæ virtutiſque præſtantia, de alienis præmia ſermunculis captamus. Quidam cum adortus eſſet contumelus hominem, qui non ad veræ virtutis vſum, ſed ad ſuperbam gloriam falſum ſibi nomen philoſophi induerat, adiecitque iam ſe ſciturũ, an ille eſſet philoſophus, videlicet ſi illatas iniurias pateretur leniterq; toleraret. Ille patientiã paulisper aſſumpſit, acceptaque contumelia velut inſultans. Iam tandem (inquit) philoſophum me eſſe intelligis. At alter nimium mordaciter. Intellexeram (inquit) ſi tacuiſſes.

Incer[illegible] do rer humana rum pro. 5.

D Ego plus hominibus reor aduerſam, quã proſperam prodeſſe fortunam. Illa ſemper ſpecie fœlicitatis blanda mentitur, hæc ſemper vera eſt. Illa fallit, hæc inſtruit. Poſtremo fœlix à vero bono blandimentis deuios trahit, aduerſa plerũq; ad vera bona reducens velut vnco retrahit. An hoc etiam inter minima æſtimandum putas, quòd amicorum tibi fidelium mentes hæc aſpera, hæc horribilis fortuna detegit, hæc tibi ſodalium vultus certos ambiguóſque ſecernit, diſcedens enim ſuos aufert, tuos relinquit.

Aduerſa fortuna plus quam proſpera prodeſt. proſ. 8.

E In tertio libro idem ait. Omnis mortalium cura, quam multiplicium ſtudiorum labor exercet, diuerſo quidem calle procedit, ſed ad vnum beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem eſt bonum, quo quis adepto, nil vltra deſiderare queat. Eſt enim cuncta intra ſe continens bona. Liquet ergo beatitudinem eſſe ſtatum omnium bonorum congregatione perfectum: hunc vt diximus, mortales omnes diuerſo tramite adipiſci conantur, eſt enim hominum mentibus veri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Si tuam non F habes, ſplendidum te aliena claritudo non efficit. Voluptatum appetentia eſt plena anxietatis, ſatietas verò pœnitentiæ. Pecuniam ne congregare conaberis? at eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? donanti ſupplicabis. Et qui præire cæteros honore cupis, poſcendi humilitate vileſces. Potentiam ne deſideras? ſubiectorum inſidiis obnoxius periculis ſubiacebis. Gloriam petes? ſed

[illegible] bonum [illegible] 3. pro.

Vo[illegible] tem[illegible] Prof.

A.C. 500.

tes? ſed per aſpera quæque diſtractus ſecurus eſſe A deſilles. Voluptariam vitam deges? quis nõ ſpernat & abiiciat viliſsimæ rei ſcilicet corporis ſeruitium?

Quis legem dat amantibus?
Maior lex amor eſt ſibi.

Vanitas gloriæ. probl. 6.

Quod quiſque præ cæteris petit, id ſummum bonum iudicat. O doxa doxa, id eſt gloria, quid aliud millibus mortalium facta es, quàm aurium inflatio magna? Qui falſo prędicantur, ſuis ipſi eſt neceſſe laudibus erubeſcant. Si voluptas corporalis beatos facit, beatiores ſunt pecudes hominibus, quarum omnis ad explendam corporalem B laſciuiam feſtinat intentio.

Voluptatem turpi... pro... bic 7.

Deus omnium rerum conditor & rector. met. 9.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœliq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſq; manens das cuncta moueri.
Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, verum inſita ſummi
Forma boni liuore carens, tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe,
Mundũ mẽte gerẽs ſimili ſub imagine formas &c.

Malũ nihil eſt. li. 4. ... 12.

Probis probitas eſt præmium. li. 4. pr. 3.

Male a... mi... b. 4.

Ex lib. 4. Nihil eſt, quod non poſsit omnipotens, ſed malum facere non poteſt, ergo malum C nihil eſt. Sicut probis probitas ipſa præmiũ eſt, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium. Miſerum eſt voluiſſe praua, potuiſſe miſerius, ſine quo voluntatis miſeræ langueret affectus. Triplici ergo vrgẽtur infortunio, qui ſcelus volunt, poſſunt, & perficiunt. Si nequitia miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt diuturnior nequã. Infęliciores ſunt mali impuniti, quã ſupplicia luentes, quamuis in eorũ ſupplicio nulla ſpes correctionis, nullus reſpectus habeatur exempli. Nam pœna ratione iuſtitiæ bona eſt, impunitas merito iniquitatis mala. Illata iniuria nõ accipientis, ſed inferentis miſe- D ria eſt.

Idem ex quinto libro,

Qui recto cœlum vultu petis, exeriſq; frontem
In ſublime feras animũ quoque: ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.

Aeternitas quid.

Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſsio. Magna vobis ſi diſsimulare non vultis, indicta eſt neceſsitas probitatis, cum ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis. Hæc ille.

De Symmacho Boethij ſocero ex Vin. li. 21. ca. 14. E

§. I.

DE Symmacho patricio ſocero Boethij, qui cum eſſet optimus ciuis Romanus, à Theoderico rege Italiæ & hæretico iniuſtiſsime interemptus eſt.[a] Hic vt refert Vincen. ſpecu. hiſtor. vbi ſuprà, fecit librum epiſtolarum vnum, vnde paucæ ſententię extractæ ſunt, quę hic notantur. Omnis oſtentatio non caret ſuſpicione mẽdacij, quia quicquid aſſumitur, proprium non putatur. Facit affectio tenerior, vt ſit querela procliuior. Mollis eſt animus diligentis, & ad omnem ſen- F ſum doloris arguitur. Si negligentius tractes, cito marceſcit vt roſa, ſi durius teneas, liqueſcit vt lilia. Semper natura gaudet æqualibus, & familiare ſibi eſt, omne quòd ſimile ſibi eſt. Natura rerum eſt, vt qui balbutiunt, plus loquantur. Affectant enim copiam ſermonis pudore defectus. Quorum mens honeſta eſt, imbecilla frons eſt. Iuſta coniectura eſt, quæ de amicorum pondere & ęſtimatione colligitur. Pro optimis viris quiſquis interuenit, non magis illorum videtur amare commodum, quàm ſuum commendare iudicium. Leuatur ægritudine animus: quoties in offi- B cia amica dirigitur. Minus eſt alienam ſẽtẽtiam ſpernere, quàm à propria diſcrepare. Odi paruo corpore longa velamina. Illa veſtis deceuter induitur, quæ non trahit puluerem: nec in humum demiſſa calcatur. Scio ſenes ad capeſcendos labores ſegnes fieri: ſed quia creſcunt vitia cũ tempore, aptius eſt negotiis intimandis viuæ vocis indicium. Superuacui laboris eſt cõmendare conſpicuos, vt ſi in ſole poſitis facem præferas. Ex meo animo metior amicitiam non poſſe ſentire officiorũ ſacietatem. In re aperta piget eſſe pro- C lixum. In arduis autem rebus valet multum longior diligentia. Reuera omnis affectio impatiens eſt, etiã iuſtæ & legitimæ tarditatis. Mediocribus ſcriptis amicorum benignitas ſcit fauere, aliorũ autem inuidia neſcit ignoſcere. Patriam defectu alimentorum laborantem periculoſum eſt inhabitare, crudele & impium deſerere. Non deeſt nobis vſus aduerſa tolerandi. Nam crebrò ictũ fortunæ ferre didicimus. Sicut in veſtitu hominum, cæteróque vitæ cultu, loco, ac tempori apta ſumuntur, ita ingeniorum varietas in familiaribus ſcriptis negligentiam quamdam debet imitari, in D forenſibus autem acuere arma facundię. Bonis familiare eſt ſtudia bona cumulare, quorũ gratiam ſentiunt non perire. Hæc ille.

De beato Eucherio Lugdunenſi epiſcopo, Hilario & Honorato Arelatenſi epiſcopo.
CAPVT XVI.

De S. Hilario Arelatenſi fecit mentionem titu. 11. c. 11. §. 2. & de S. Eucherio. Ado in martyro. apud Sur. tom. 6. Mamer. lib. de ſtatu animæ. cap. 9. & Sixtus lib. 2. Bibliotheca & Genna. in catalo. ex Vincen. lib. 20. cap. 20. colitur 16. Nouemb.

E DE quibuſdam ſanctiſsimis & doctiſsimis epiſcopis. Et primo de ſancto Eucherio Lugdunẽſi epiſcopo & ſancto Hilario, qui fuit Arelatenſis epiſcopus dictum eſt ſuprà in præcedenti titulo. Hi duo ſcilicet Eucherius & Hilarius ambo nobiliſsimi & eloquentiſsimi viri floruerunt eo tempore, quo & ſanctus Germanus Antiſiodorenſis epiſcopus, de quo in ſeq. cap. dicetur. Et Eucherius quidem, vt ait Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 21. cap. 20. ex nobiliſsimo ſenatorum genere infra ſpeluncã incluſus, reuelante angelo pontifex factus F eſt. Hilarius autem multos ſermones ad populum ſplendidiſsimos compoſuit, cuius natalis dies eſt 3. nonas Maij. Et vt ait Gẽnadius, Eucherius ſcripſit ad Valerianum propinquum ſuum de contemptu mundi, & ſæcularis philoſophiæ epiſtolam vnam ſcholaſtico & rationabili ſermone, & aliam ad perſonam filiorum Salonij, & Veroni poſtea epiſcoporum obſcura [quæque ſanctarũ capitula ſcripturarũ.] Sed & quædam opuſcula

a *Harum epiſtolarum auctorem non eſſe Symmachum virum optimum indicat Onuph. in commentarijs in Faſtos, ſed alterum quendam impium, & idolorum vanitatis patronum, qui pro reſtituenda idololatria ad Valentinianum librum edidit, cui egregie Prudentius carmine, & D. Ambroſius ſoluta oratione reſponderunt.*

A.C.500.

§. III.

GErmanus itaque cùm Britãniæ prædicaret, die quadam regis Britanniæ palatium cum ſuis diſcipulis introiuit,& directo ad regem nuncio pro vehementi frigore,& ſuperueniente nocte hoſpitium poſtulauit. Sed cum rex immitis concedere noluiſſet, Germanus cum diſcipulis ſuis ſub diuo conſiſtens,niuem & grandinem patienter ſuſtinebat. Iámque nocte veniente ſubulcus regis,regreſſus à paſcuis acceptam in palatio præbendam ſuam ad proprium tugurium referebat. Is vbi ſanctum Germanum conſpexit frigo- B re cum diſcipulis tabeſcentem, perſonæ dignitate permotus,oro(ait)quiſquis es, domine, vt tibi & ſociis parcas, & veniens ad hoſpitium meum & officium meæ paupertatis benigne ſuſcipias. Cumque Germanus ad eum humiliter declinaſſet,porcarius ille vxorem ſuam monuit, vt vnicũ vitulum,quem habebant,occideret,& hoſpitibus cœnaturis apponeret.Poſt cœnam igitur Germanus mulierem euocat,iubétque, vt oſſa vituli diligenter collecta ſuper pellem eius ante matrem in præſepio componat. Quo facto vitulus ſine mora ſurrexit,matríque coadſtans comedere fœ- C num cœpit. Tunc Germanus hoc audiens, rogat hoſpites ſuos, vt ſaluo iure hoſpitij hoc interim beneficium acceptarent. Facto autem mane Germanus ad palatium progreditur, & regem egreſſurum de palatio præſtolatur. Ex eunti feſtinus occurrit,& cur ei ſero hoſpitium negaſſet,potenter inquirit. Rex ſtupore defixus,& ſancti authoritate attonitus,reſpondere non potuit. Tunc Germanus ait. Egredere, & regnum meliori dimitte. Illo hæſitante Germanus cunctantem impellens. Egredieris (inquit) & ſicut dominus definiuit, nequaquã regia poteſtate deinceps abuteris. Rex D autem authoritatem cæleſtem in præſule reformidans,cum coniuge & liberis indifferenter exiuit,& vlterius ingredi nõ præſumpſit. Tunc Germanus ſubulcum venire fecit, & vniuerſo ſtupente palatio regem conſtituit. [a] Et ex tunc reges ex ſubulci genere prodeuntes,dominantur genti Britonum, Deo res humanas mirabiliter ordinãte per beatum Germanum.

a Anglorum regũ ſeries certamine colligi poteſt, vſque ad Egbertum, qui primus domitis reliquis regulis, Angliæ vniuerſæ præfuit circa ann. Chr. E *800. Leſlæus lib. 5 de hiſto. Scoto. Cæterùm Anglia non ex vna familia haſtenus reges habuit. Nam & Guilhelmus nothus, qui Conqueſtor dictus eſt, Normanniæ ducis filius, occiſo Heraldo rege, Angliæ potitus eſt circa annum Chr. 1066. & poſtea Franci per Stephanum Francum Comitis Bleſenſis filium regnum illud obtinuerunt. Leſl. & Geneb.*

Vt S. Caſsianum in tumulo interrogauerit, lib. 2. vitæ, cap. 7.

§. IIII.

CVm verò de Britannia remearet, per Auguſtudunum tranſiens,ad tumulum ſancti Caſſiani pontificis peruenit. Quem cum, quomodo ſe haberet,inquireret,ille ſtatim è tumulo audiẽtibus cunctis dixit. Dulci quiete perfruor,& aduentum redemptoris expecto. Cui beatus Germanus reſpondit. Quieſce per longum tempus, A & pro nobis, [& pro hac plebe] attentius intercede, vt obtinere ſacræ reſurrectionis gaudia mereamur.

Sancti pro nobis intercedũt.

Hic autem Caſsianus ex nobili genere in Alexandria natus,à ſancto Zenone vrbis eiuſdem epiſcopo diuinis literis eruditus, Deum ab infantia coluit,& omnia pro Chriſto deſerens in Ortenſi vrbe Eccleſiam in honorem ſancti Laurentij, ſicut ab eo in viſu doctus fuerat conſtruxit. Tunc Iouianus imperator, qui ſucceſsit Iuliano apoſtatæ,Deum timens,elegit eum conclamante populo in Ortenſi vrbe epiſcopum Sed cum eam B aliquamdiu in omni ſanctitate rexiſſet, vale dicens omnibus, omnia dereliquit, & cum paucis clericis peregrinationem aſſumpſit. Intranſque mare ad Maſsiliam nauigauit, & inde ſæuiente perſecutione hæreticorum & paganorum Auguſtudunum peruenit à ſancto Simplicio epiſcopo gratanter exceptus. Qui cum eo per triennium manens,poſtea migrante Simplicio ad Dominũ, omnis clerus & populus Caſsianum ipſum epiſcopum ibi elegerunt. Cui dominus tantam gratiam conferre dignatus eſt,vt aſsidue per eum miracula oſtenderet, cœcis viſum, ſurdis auditum, C debilibus ſoſpitatem conferendo. Conſummatiſque annis viginti in dicto epiſcopatu migrauit ad dominum Ieſum Chriſtum in gloria reſurrecturus cum cæteris ſanctis.

De S. Caſſiano ex Vinc. lib. 20 ca. 12. de quo etiã Greg. Tur. in li. de gloria confeſſ. cap. 74.

Colitur 5. Aug

De latrone qui viro Dei equum furatus fuerat. lib. 1. vitæ. cap. 30.

§. V.

IDem ſanctus Germanus cum rediiſſet in Galliam,quadam die imminente iam veſpera comitatui ſuo nudus pede, cucullo vacuus, viator D acceſsit:cuius etiam nuditati condoluit. Qui doloſe inhærens contubernio,iungitur manſioni, & inter occupatos cuſtodes,qui Deo non animalibus vigilabant,iumentum,quo ſenior vehebatur, prædo nocturnus arripuit. Die redito, amiſsio euectionis agnoſcitur,& vt ſacerdoti animal non deeſſet,vnus ex clericis in peditem ex equite mutatur. Et dum iter agitur,circumiecti comites beatum virum intuentur contra morem, conceptam lætitiam vultus obumbratione velantem. Tunc vnus authoritate concepta, cauſam lætitiæ percunctatur. At ille. Paululum(inquit) remoremur, E quia infælicis illius labor & irridendus eſt, & dolendus,quem mox videbitis æſtuantem. Cúmque delapſi animalibus ſubſtitiſſent, reſpiciunt poſt ſe captum animal peditem deducentem. Cũque expectaſſent accelerantem, ille ſtatim veſtigiis ſancti prouolutus, crimen quod commiſerat confitetur, & ita totius noctis ſpacio irretitum fuiſſe ſe retulit, vt longius prodire non poſſet, nec euadendi viam aliam inueniſſet, niſi vt ablatum animal reſtitueret. Ad hæc ſanctus. Si heſterna(inquit)die nudo tibi tegimen dediſſemus, F furandi neceſsitas nõ fuiſſet. Accipe quod deeſt. Redde quod noſtrum eſt. Et ita confeſſor criminis non ſolum veniam pro pœna commiſsi, verumetiam præmium pro benedictione ſuſcepit.

Altera vice cum iter carperet,occurrunt pauperes eleemoſynam petentes.Conſulit diaconem quantum eſſet in ſumptibus. Cui tres tantum aureos eſſe reſpondit, quos ille totos ſtatim dari præcepit. Ad hæc diaconus. Vnde hodie victuri

Liberalitas eius in pauperes centuplo cõpẽſatur. lib. 2. cap. 11.

A.C. 500. ſumus? Cui ille. Pauperes ſuos paſcet Deus, tu quod habes præſta pauperibus. Diaconus quaſi prouidus duos erogat, vnum reſeruat. Poſt paululum equites quidam poſt eum venientes, obtulerunt ei munus ducentorum aureorum ſolidorũ. Deinde conuerſus ad diaconum ait: Accipe, quæ traduntur, & intellige te fraudem feciſſe pauperibus. Nam ſi totum, quod dixi, indigentibus cõtuliſſes, remunerator noſter hodie trecentos reddidiſſet. Contremuit diaconus ſecretũ reatus ſui innotuiſſe pontifici.

Dæmones ſub vicinorũ ſpecie conuiuantes deprehẽdit, Vinc. ibi cap. 15.

Hoſpitatus autem in quodam loco, cùm poſt cœnam menſa iterum pararetur, admiratus interrogauit, cui denuò pararetur. Cui cùm dicerent, quod bonis illis mulieribus, quæ de nocte incedunt, illa nocte ſanctus Germanus ſtatuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem dæmonũ ad menſam in forma hominum venientem. Qui eis præcepit, ne abirent, & cunctos de familia domus excitans, quæſiuit an illas perſonas cognoſcerent. Qui reſponderunt omnes, vicinos & vicinas ſuas eſſe. Tunc ſanctus ad domos ſingulorum de vicinia illa miſit, dæmonibus mandans interim, ne diſcederent. Euntes autem miſſi à ſancto viro ad domos vicinorum, repererunt eos in lectis ſuis dormientes. Adiurati ergo dæmones à ſancto, dixerunt omnibus audientibus ſe dæmones eſſe, qui ſic hominibus illudebant.

Vt viatoris cuiuſdam faſcẽ detulerit Creſ lib 2. cap. 9.

Cum autem homo Dei Alpes Italiæ conſcenderet, quibuſdam artificibus aſſociatus, vidit inter alios quendam claudum & ſenem, qui torrẽtem tranſire non poterat, de montibus decurrentem. Huius faſcem vir ſanctus arripiens propriis humeris aſportauit, ipſum quoque ſenem iterato tranſitu ſubiecta ceruice tranſpoſuit. Ecce mira virtus caritatis, quę ſancto viro tantam vim contulit, vt quem tanta ieiuniorum inedia fatigauerat, quem continui itineris fatigatio diſtrahebat, qui denique ſemetipſum ferre vix poterat, cum etiam eſſet perſonæ tam nobilis, ruſticum ætate & debilitate grauiſsimum, faſce prius tranſpoſito, ſanctis humeris vectitaret.

Vt Rauennam veniens honorifice exceptus fuerit. cap. 13. & 14.

§. VI.

CVm autem Rauennam perueniſſet, vbi tunc Petrus pontifex Eccleſiam Chriſti apoſtolica inſtitutione gubernabat, diu cum deſiderio expectatus excipitur. Occurrunt proceres, ambiunt principes, Eccleſia eum cum exultatione amplectitur. Sed & regina venerabilis Placidia, quæ cum filio ſuo Valentiniano huius nominis tertio, imperabat in occidente, (nam in oriente Theodoſius iunior tenebat imperium,) ad ſacerdotis diuerſorium vas argenteum ampliſsimum, cibis delicatioribus refertum, ſine vlla carnis admixtione tranſmiſit. Quod ſuſceptũ ita diſtribuit, vt cibos miniſtris ſuis traderet, ipſe vero argentum pro pauperibus vendicaret, remittens loco muneris patinulam ligneam panem hordeaceum continẽtem. At illa cum ingenti gratulatione vtrumque complexa eſt, & quòd argentum ſuum tranſmiſiſſet ad pauperes, & illam eſcam beati viri cum miniſterio abiecti vaſculi ſuſcepiſſet. Nam & lignum auro poſtea ambiit, & panem multis remediis & virtutibus reſeruauit.

Cum autem Rauennæ moram faceret, ibi & mortuum ſuſcitauit, & multis miraculis eius vita refulſit. In illa ſiquidem Rauenna cum eum regina Placidia ad conuiuium inuitaſſet, & ille annuiſſet, ſenio, vigiliis, ieiuniis, laboribuſque confectus, ab hoſpitio ſuo vſque ad palatium aſino deferente portatus eſt. Cum ergo inter epulas miniſtri ſecreto reginæ dixiſſent aſinum ſancti Germani repente defunctum, & illa tacere iuſsiſſet, miræ manſuetudinis equum vice aſini ſancto præſentari præcepit. Quem ille intuens. Meus (inquit) mihi aſinus præſentetur, quia qui me huc attulit reportabit. Pergẽſque ad cadauer diſtenſum. Surge (inquit) muſcio, reuertamur hoſpitio, ſtatimque ſubſiliẽs ſeipſum excuſsit, & quaſi nil mali paſſus eſſet alacriori virtute portauit.

A.C. 500. Rauennæ multa edit miracula. cap. 17. & 18.

Sed antequam de vrbe Rauenna exiret, quadã die, matutinali ſolennitate perfecta, dum cum epiſcopis de religione conferret, triſtiſsimam protulit mentionem, dicens. Commendo vobis fratres cariſsimi tranſitum meum. Videbar mihi per nocturnum ſoporem à domino viaticum peregrinationis accipere. [Et cum cauſam peregrinationis inquirerem. Ne metuas, inquit, ad patriam non ad peregrinationem te dirigo. Vbi habebis pacem & requiem ſempiternam. Deriuabant intellectu alio ſomnium ſacerdotes, ſed ille ſtudioſius commendabat extrema dicens. Bene noui, quam patriã Deus ſuis famulis repromittit.] Factum eſt autem per aliquot dies, vt ingraueſcente incommodo migraret ad dominum.

Prædicit ſuũ obitũ Creſ. lib 2. cap. 19.

Capſulam cum reliquiis, quam portabat ad collum, regina ſuſcepit. Cucullam cum cilicio Petrus epiſcopus vſurpauit. Cæterorum antiſtitum vnus cingulum accepit, alius pallium, duo tunicã, duo ſagulum diuiſerunt, vt aliquid monumenti ex ſucceſsione ſanctitatis haberent. Corpus autem ſuum in Galliam ad vrbem ſuam relatum eſt, ſicut adhuc viuens petierat à regina Placidia.

Cum autem ad vrbem Vercellenſem portitores venirent, ſanctus Euſebius, eiuſdem vrbis epiſcopus, comperto ſancti Germani deceſſu, eccleſiam, quam ei ſanctus Germanus promiſerat cum rediret dedicare, eam dedicaturus ſolenniter ingreſſus cereos accendi iuſsit, ſed miniſtri accendere non valebant, licet id ſæpius attentarent. Quod videns ſanctus Euſebius, intellexit dedicationem aut in aliud tempus debere differri, aut alteri epiſcopo reſeruari. Interea ſacri funeris pompa venire narratur, & obuiantibus ei cunctis, per manus ſancti Euſebij in prædictam eccleſiam inducitur, & ſtatim omnes cerei diuinitus inflammantur. Tunc ſanctus Euſebius promiſsionis ſancti Germani meminit, & quod viuens ſe facturum promiſerat, mortuum ſe feciſſe cognouit. Vnde feſtum diem populo indicens ad altare acceſsit, & quam altiſsime poterat, Gloria in excelſis decantans, poſtea ſacras exequias celebrauit. Itaque corpus ſancti Germani cũ multa deuotione & frequentia populorum à propriis ciuibus excipitur, & honorifice ſepelitur. Obiit autem anno domini 450. epiſcopatus autem ſui anno 30. Siquidem tres mortuos ſuſcitauit.

Quomodo poſt mortẽ in Gallias raptu delatus cap. 20.

Colitur 31. Iulij.

De S. Lupo, cuius vitam ex MS. codic. Sur. tom. 4. edidit, ex quibus hæc Vincen. lib. 20. cap. 16. ſumpſerat. Meminerunt euſdem Grego. Turon. lib. de Glor. Confeſſ. cap 67.

A.C.500. pendentia, longius à ciuitate proiici præcepit. A Quod cum audiret Germanus, ira animum accē-ſus eſt, ita vt ſanctæ religionis oblitus, cuius iam munere fuerat inſignitus, mortem beatiſsimo viro minitaretur. Et ne Chriſtianorum conuentus ei furenti reſiſteret, turbas ſuorum ſecum coadunans, ciuitati improuiſus aduenit. Hæc omnia, dum à quibuſdam cognita ſancto Amatori panderentur, ait. Ego me indignum iudico teſtem fieri fuſo ſanguine Saluatori.

S. Amator Germanū tondendi facultatē accipit. ca.4.

Diuina igitur reuelatione finem ſuum, & Germanum ſibi ſucceſſurum præuidens, Eduam profectus eſt, vbi Iulius reipublicæ rector & guber- B nator Galliæ præſidebat, quem ſic alloquutus eſt. Finem meum Domino mihi innoteſcēte cognoui. Et quia non eſt alter, qui regimen ſanctæ Eccleſiæ ſuſcipiat, niſi illuſtriſsimus Germanus, ſicut mihi reuelauit Deus, poſco celſitudinem tuam, vt mihi eundem tonſurandi tribuas licētiam. Cui præfectus. Licet, inquit, reipublicæ neceſſarius ſit, tamen quia Deus, vt tua beatitudo teſtatur, ſibi eum elegit, contra eius mandatum venire non poſſum.

Deſignatur S. Germanus in epiſcopū ca.4.

Tunc ſanctus Amator voti compos ad vrbem ſuam cum lætitia rediit. Subeunte autem illo Ec C cleſiam, cum & populus ingredi vellet, ſic eum allocutus eſt. Exonerate filij manus iaculis, quia hæc eſt domus orationis, non Martis ſtatio petulantis. Quod etiam fecerunt. Tunc videns Germanum epiſcopus Amator nihil horroris truculenti portantem, præcepit oſtiariis, vt fores eccleſiæ clauſtris arctarent. Ipſe vero glomerata ſecum turba clericorum iniiciens manus, Germanum apprehendit, & inuocato nomine Domini: cæſariem eius capiti detrahens, reiectis ſecularibus ornamentis, habitum religionis cum honore promotionis induit, talibus eum verbis exhortans. D Satagere te oportet, frater, quod incōtaminatum tibi cuſtodias commiſſum honorem, quia tibi Deus omnipotens paſtorale commiſit officium. Populo quoque adhortato, vt voluntati Dei de electione Germani conſentiret, omnis turba conſentiens, ad confirmationem perſuaſionis eius reſpondit. Amen.

Vt S. Amator ex hac vita exceſſerit cap.5.

Ipſe autem ſanctus Amator cœpit acrius corporis ſui diſſolutione fatigari. Sed nec inter dolores à prædicatione ceſſabat, & dicebat. Prohibete lamenta. Ibi profecto luctiuagæ voces emittendæ ſunt, vbi meliori deterior fuerit ſucceſſu- E rus. Huius autem non ſolum vita proderit vobis ſed & mors. Tunc præcepit ad eccleſiam ſe prouehi, vt ibi ſpiritum redderet datori, vbi die & nocte ſolebat eidem profiteri. Et aſcendens pontificalem thronum, fere hora diei tertia emiſit ſpiritum. Continuo chorus ſanctorum ſucceſsit, & ſpiritum eius cum hymnis & laudibus in ſpecie columbæ multis cernentibus ad cælum prouexit.

Colitur 1. Maij.

Et cum corpus ad ſepulturam duceretur, quidam paralyticus iam triginta annis tali morbo detentus, orabat vt vel aquis, quibus corpus eius F mortuum perfuſum fuerat, perfundi mereretur, Germano tunc presbytero iubente hoc fieri, hoc peracto ſtatim ſanatus eſt.

Ipſe idem ſanctus Amator cum eſſet iuuenilis ætatis literis optime eruditus, coactus eſt à parētibus quandam virginem deſponſare. Sed cum tempus copulationis vrgeret, ſe mutuo adhortantes votum virginitatis fecerunt. Et ecce angelus domini aſſuit, qui eis duas coronas attulit, eorum propoſitum laudans, & ad perſeuerandum adhortans. Porro puella ſe virginum cœtui tradidit. Amator vero in clericatu tantis præconiis virtutū emicuit, vt poſt deceſſum ſancti Eladij mereretur in pontificatu ſubſtitui. Factus autem epiſcopus multis clarens miraculis multos doctrina prædicationis ad fidem conuertit. Videns autem eccleſiam eſſe paruam, & tantam non poſſe capere multitudinem chriſtianorum, quanta cōcurrebat, petiit à quodam ciue Antiſiodorenſi ſanctus Amator nomine Ruptilio, vt ſibi quoddam domicilium, pro amplianda baſilica concederet. Quod facere renuit, ſed infirmatus grauiter poſtea conceſsit, vbi baſilica conſtructa eſt, in qua ſanctum Germanum tonſurauit.

A C. 500. S. Amator & ſponſa vouēt virginitatē.

S. Germanus in epiſcopatu qualis, cap.7.

§. I.

POſtquam autem Germanus ſuſcepit ſacerdotium inuitus & coactus, repente mutatur ex omnibus. Deſeritur mundi militia, cæleſtis aſſumitur: vxor in ſororem ex coniuge mutatur, ſubſtantia in pauperes erogatur.

Vitę abſtinētia.c. 8.

Ex die autem, qua ſacerdotij ſumpſit exordiū, vſque ad vitæ terminum, nunquam panem frumenti, non vinum, non oleum, non legumen, non ſalem ad vſum condiendi ſaporis accepit. Sane die reſurrectionis, vel dominicæ natiuitatis potiones ſingulæ ſumebantur, in quibus vini ſapor aquis nimiis diluebatur. In refectionibus primum cinerem prælibauit, deinde panem hordeaceum ſumpſit, quem tamen ipſe excuſsit & moluit.

Veſtis eius.cap.9.

Indumentū ſemper cuculla & tunica, nec hyeme acceſsit adiectio, nec æſtate leuamen eſt admiſſum, quod vtrumque tandiu vſui fuit, niſi forte donatum eſt, donec attritione nimia ſolueretur, cilicio ſemper interius inhærente. Spacium vero lectuli ſui trabeculæ dolatiles ambiebant iniectos cineres vſque ad marginem continentes. Qui tamen quotidiana impreſsione denſati incō fecti ſoli duritiem præferebant. Stratum omne ſubiecto cilicio, & ſuperpoſito vno tantum ſagulo fuit. Caput autem ab humeris per ceruicis confinium nulla ſubleuauit adiectio. Ita pronus proſtrata ad terram membra damnauerat. Noctibus nunquam veſtitum, raro cingulum, raro calceamenta detraxit. Redimitus loro ſemper, & capſula ſanctorum reliquias continente, iugis gemitus & oratio perſeuerans. Hunc abſolute definio, inter tot cruces longum traxiſſe martyrium.

Omnibus ſine acceptione perſonæ hoſpitium præbuit, pedes omnibus manibus ſuis lauit.

In Britanniam ad Pelagianam hæreſim extirpādam proficiſcitur ca.19. & Beda li.1. Ang. hiſt.c.17.

Cúmque vita eius & fama multis fulgeret miraculis, ex Britanniis directa legatio Gallicanis epiſcopis nunciauit Pelagianam hæreſim in locis ſuis late populos occupaſſe, & fidei catholicę ſuccurri debere. Ob quam cauſam ſynodus numeroſa collecta eſt, omniúmque iudicio duo præclara religionis lumina Germanus Antiſiodorenſis epiſcopus, & Lupus Tricaſsinus epiſcopus precibus ambiuntur. Negotium ab iis deuotiſsime ſuſcipitur.

Quibus Pariſiacæ vrbis territorium permeantibus, ciues obuiam procedunt, tantorum bene-

A.C. 500.

& 68. & Sidon. lib. 6. epiſt. 1. & Beda lib. 1. hiſt. cap. 17. & Creſcentium lib. 1. de vita S. Germani cap. 19.

§. VII.

QVia de ſancto Lupo facta eſt mentio, vt pote ſocio ſancti Germani ad confutandam hæreſim Pelagianorum in Britannia. Sciendum ſecundum Vincen. ſpec. hiſt. lib. 21. quod hic ſanctus Leucorum familiæ primus fuit, cui glorioſæ memoriæ Pimmiola ſancti Hilarij Arelatenſis epiſcopi ſoror germana coniunx fuit. Septimo autem anno coniugij ſe ad conuerſionem hortatu mutuo contulerunt. Tunc (ſuperni ſpiritus vigore incitatus lupus) relictis omnibus ſanctũ Honoratum abbatem Lirinenſem expetiit. Cuius inſtitutioni ceruice ſubdita, omnium vigiliarum abſtinentiarumq; dogmatibus inſtitutus eſt. Poſt annum vero regrediens, vt ſibi, quæ remanſerant, pauperibus eroganda diſtraheret, ad vrbis Tricaſſinæ illico pontificium raptus eſt, vbi populũ viam ſalutis docens, clerúmque ſtrenue gubernans, poſt biennium cum ſancto Germano in Britanniam contra hæreticos exturpandos perrexit, in quo itinere ſignorum mirabilibus cunctis admirationi fuere.

Lupus ... vrbem ... vide ca. 15. 5.

Nec longe poſt cum per Gallias vbique diffuſus premeret Hunnorum exercitus, Tricaſſinam vrbem campis patentibus expoſitam, nec armis munitam, nec muris, ſanctus vir recurrens ad nota præſidia, ſola ad Deum interceſſione & prece interpoſita ſuperno auxilio defendit, vt dictum eſt ſupra. Multis quoque alijs miraculis claruit. Nam & mulierem paralyticam ſanauit, puellam impulſu dæmonis mutam, ſigno crucis impoſito liberauit, & alios plures ægros ſanauit. Annis fere vigintiquinque expers lectuli iacendi laborem ſuperpoſitus tabulæ ſuſtinuit. Cui indumentum, non niſi cilicij cõſuetudo fuit. Vnius tunicæ ſemper vſu contentus, in orationibus peruigil, ac alternis noctibus perdurabat. Biduanis ieiunijs fatigato corpuſculo, iuuentutis incentiua proſternẽs fletibus ora indefeſſe rigabat. Cæterum, quæ fuerunt eius facta, ex ſcholis eiuſdem diſcipulorum virtutis exemplá docuerunt. Nam in ſancto Polichronio Virdunenſi epiſcopo curationum gratia præfulgebat. Sanctum Seuerum Treuiris ordinatum, Germaniæ gentibus prædicantem, Apoſtolorum non ambigimus ſocietate permixtũ. Sanctus autem Lupus quinquaginta duobus annis ſacerdotio functus ſpiritum emiſit ad cœlũ.

Colitur 29. Iulij.

De ſancto Petro Rauennate epiſcopo, de quo etiam ſupra facta eſt mentiò, vt dicit Vincen. vbi ſupra eius ſermones extant elegantes, qui à peritis viris allegantur.

De S. Remigio, cuius vitam ſcripſit Hincmarus tom. 1. Sur. ex quo Vinc. lib. 20. cap. 100. Meminerunt eiuſdem Turo. lib. 2. hiſt. cap. 31. & ſequentibus. Albinus quoque in vita S. Vedaſti, & Francorum Chronologi.

CAPVT XVIII.

IMperante Martiano & adhuc viuente ſancto Germano, de quo ſupra, natus eſt in Gallia sãctus Remigius, qui poſtea fuit Rhemenſis Archiepiſco-

A pus. Cum ergo, vt refert ex eius geſtis Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 21. perſecutio Vandalorum Gallias ſeu Franciam deuaſtaſſet, quidam recluſus nomine Montanus vir ſanctus, cum ſæpiſsime oraſſet pro pace Eccleſiæ, quadam nocte diutius vigilans, tandem fatigatus leuiter obdormiuit, & ſubito nutu Dei, viſum eſt ei, quod cum angelis intereſſet. Qui cum ex pietate de ſuccurſu Gallicanæ Eccleſiæ loquerentur, venit vox ad eos dicens. Mulier illa nomine Cilinia pariet filium, nomine Remigiũm, qui gentem ſuam liberabit ab incurſibus malorum. Statim ille euigilans cucurrit ad domum Ciliniæ, & quod audierat nunciauit. Cui non credenti quòd iam anus ex marito ſene concipere poſſet reſpondit. Scias, quòd cùm ablactaueris puerum, perunges oculos meos lacte tuo, & recipiam viſum. Nam vt illi accreſceret meritum, ſicut & Tobiæ, lumen oculorum amiſerat, ſicque totum factum eſt, vt prædixit.

D. Remigius mirabiliter cõceptus.

Tob. 2.

Natus ergo puer, & literis traditus, quam citiſsime potuit recluſorium intrauit. Et cùm viginti duorũ eſſet annorũ, ab omni populo Rhemenſi Archiepiſcopus electus eſt, immo potius raptus. Vnde & cùm reniti conaretur, deſcendit ſubitò radius noui luminis ſuper verticem eius, ac ſi ipſe ſol de cœlo veniens, ſuper eum cecidiſſet. Qui cùm ante & poſt omni virtute polleret, tantæ manſuetudinis fuit, quod ad menſam eius paſſeres veniebant, & in manibus eius reliquias ciborum accipiebant.

Adoleſcens rapitur ad pontificatum.

Quadam vice cùm parœcias circumiret, hoſpitatus eſt in domo cuiuſdam cognatæ ſuæ, & dum adinuicem loquerentur, famulus domus dixit dominæ ſuæ, quod caupo totum iam vinum vendiderat excepto modico, quod pro conſeruando vaſe dimiſerat. Videns ergo beatus Remigius illam erubeſcentem, cognita cauſa confortauit eam, & ſtatim in viridarium quaſi ſpaciaturus exiuit, & veniens ante oſtium cellarij intrauit, & ſi quid vini haberet, quæſiuit. Ecce (inquit famulus) modicum, quod remanſit. Et ille, Claude (inquit) oſtium, donec reuertar ad te. Et pergens poſt dolium fecit crucem ſuper illud. Et cùm flexis genibus oraret, vinum per buridonem egredìtur, ita quod per medium cellarium fundebatur. Quod videns famulus exclamauit, & currens ad dominam, quod viderat, nunciauit.

Hic doctor egregius ſcripſit diffusè ſuper Euangelium Matthæi, & ſuper epiſtolas Pauli, ſed breuiter. Dictum eſt autem ſuprà, quomodo Clodouæum primum regem Francorum ex gentili factum Chriſtianum baptizauit, & chriſmate allato per columbam ipſum inunxit. Volens autem dictus rex Clodouæus Eccleſiam Rhemẽſem dotare, dixit, vt quantum circumiret, dum ipſe dormiret meridie, ſibi donaret, quod & factum eſt. Sed cùm quidam molendinum ſuum haberet intra confinia beati Remigij, molendinarius, cùm beatus Remigius circumiret, ipſum cum indignatione repulit. Cui Remigius: Amice, non ſit tibi durum, quod hoc molendinũ inſimul habeamus. At ille, vt eum reiecit, ſtatim rota molendini in contrarium verti cœpit. Clamauítque poſt ſanctum Remigium, dicens: Serue Dei, veni, & habeamus ſimul molendinum. Cui ille. Nec mihi nec tibi, ſtatímque ſe terra aperuit, & molendinum deglutiuit.

S. Remigius vt Clodouæum baptizauerit, vide ſup. ca. 2. §. 7.

Prudens autem ſanctus, præcognoſcẽs famem

futuram

A.C. 500.

futuram in illis partibus, cùm in villa quadam bladi cumulos aggregaſſet ad prouidendum neceſsitatibus pauperum tempore opportuno, inebriati ruſtici ſenis prudentiam deridentes, ignem ſuppoſuerunt, quod ille audiens illuc venit, & præ frigore ætatis, & veſpertini temporis ſe calefacere cœpit, & tranquillo corde dixit. Semper focus bonus eſt, veruntamen, qui hoc fecerunt poſteri, eorum viri in genitalibus rupti, fœminæ gutturnoſæ erunt. Quod ſic euenit in villa illa, vſque ad Carolum magnum, qui eos partim occidit, partim per alia loca diſperſit, quia occiderant quendam eius locum tenentem.

S. Genebaldus religionis cauſa vxorem dimittit.

§. I.

DE Remigio & Genebaldo epiſcopo, & prius marito neptis beati Remigij. Poſt longum tempus cum ſanctus Genebaldus vir prouidus neptem beati Remigij in vxorem haberet, & ſe religionis cauſa mutuo abſoluiſſent, prædictũ Genebaldum beatus Remigius Laudunenſem epiſcopum ordinauit. At [a] Genebaldus cum vxorem ſuam cauſa inſtruendi ad ſe ſæpius venire permitteret, frequenti colloquio eius animus in concupiſcentiam inflammatus, etiam vſque in peccatum ſecum prolabitur. Quæ concipiens & filium pariens, hoc epiſcopo intimauit. Et ille cõfuſus, ad eam remandauit, dicens, Quoniam puer de latrocinio acquiſitus eſt, volo, vt Latro vocetur. Ne autem ſuſpicio aliqua oriretur, vxorem ſicut prius, ad ſe venire permiſit. Veruntamẽ poſt primi peccati fletum, ſecum ruit iterum in peccatum. Quæ cum filiam peperiſſet, & hoc epiſcopo retuliſſet, reſpondit illam vulpeculam nominari. Tandem ad ſe reuerſus beatum Remigium adiit, & ad pedes eius procidens ſtolam de collu ſuo deponere voluit. Quod cum ſanctus Remigius prohibuiſſet, [intellexerat enim B. Remigius Genebaldum admiſiſſe crimen pro quo ſtolam vellet deponere,] & ab eo quid acciderat audiuiſſet, blande eum conſolans ipſum in quadã cellula per ſeptem annos clauſit, & interim eius eccleſiam gubernauit. Septimo igitur anno cum in cœna domini in oratione perſiſteret, angelus domini ei adſtitit, & peccatum ſuum ſibi dimiſſum aſſeruit, ac vt foras exiret, imperauit. Cùmq; reſpondiſſet. Non poſſum, quoniam dominus meus Remigius hoc oſtium clauſit, & ſigillo ſuo muniuit. Ait angelus. Ecce, vt ſcias tibi cœlum apertum eſſe, hoc tibi oſtium ſaluo ſigillo aperietur. Statimque, vt dixit, apertum eſt. Tunc Genebaldus iactans ſe in medio oſtij in modum crucis ait. Etiam ſi dominus meus Ieſus Chriſtus ad me veniret huc, hinc non egrediar, niſi dominus meus Remigius huc veniat, qui me occluſit. Tũc ſanctus Remigius ad admonitionem angeli Laudunum venit, & ipſum in locum ſuum reſtituit. Qui poſtea vſque ad obitum in ſanctis operibus perſeuerauit, & Latro filius eius in epiſcopatu ei ſucceſsit, qui etiam ſanctus fuit. Tandem beatus Remigius multis clarus virtutibus in pace quieuit circa annum domini quingenteſimum. Cum autem corpus eius ad eccleſiam ſanctorum Timothei & Apollinaris in pheretro deferretur, ſecus eccleſiam ſancti Chriſtophori cœpit adeo ponderari, vt moueri non poſſet. Tandem rogauerunt Deum, vt ſi in eccleſia illa parua ſancti Chriſtophori, vbi nullæ reliquiæ erant, ſepeliri vellet, oſtenderet. Statímque leuiſsime corpus cũ pheretro leuauerunt, & ibi eum honorifice ſepelierunt. Cum autem multa miracula poſtea ibi fierent, eccleſiam ampliauerunt, & eum in crypta facta poſt altare eum ibi reponere vellent, mouere nullatenus potuerunt. Sed cum in orationibus pernoctarent, & in medio noctis feſsi omnes obdormiſſent, in craſtinum ſcilicet Cal. Octobris, inuenerunt ſepulchrum cum corpore ſancti Remigij ab angelis in illam cryptam poſt altare deportatum. Feſtum igitur quod fit de eo Cal. Octobris eſt de tranſlatione corporis eius, ſed obitus eius celebratur in octaua Epiphaniæ.

Ruit in peccatum ſemel & iterum.

S. Genebaldus angeli iuſſu exire non vult, niſi ei à S. Remigio mãdetur.

S. Genebaldus eſt lieus 5. Septemb.

Colle 1 O

a Ex hac hiſtoria manifeſtè perſpicitur coniugatos, qui ad ſacros ordines promouebantur, vxores quas ante ordinationem habuerant, à ſe penitus ſeparare & excludere conſueuiſſe: idq; ſacris canonibus cautum, iam fuiſſe, Niceni videlicet concilij, vt D. Hieron. contra Iouinia. ſignificat, vt qui poſt ordinationem cum ſuis vxoribus quas antea duxerant rem habere, deprehenſi fuiſſent de gradu & ordine ſuo deiicerentur. Idem etiam ſupra in vita S. Germani Antiſiodorẽſis cap. 17. §. 1. notari poteſt, vbi dicitur, vxor in ſororem ex coniuge mutatur. Idem etiam ex vita S. Pharonis Meldenſis epiſcopi tit. 13. cap. 6. §. 1. colligitur, vbi vxor eius ab eo iam epiſcopo ſeparata vixiſſe narratur.

De S. Patricio Hybernorum apoſtolo, cuius vita duobus libris comprehenſa extat tom. 3. operum Bedæ.

§. II.

PRiori quoque tempore ſcilicet Theodoſij ſenioris claruit ſanctus Patricius genere Brito, qui à Cæleſtino papa primo fuit deſtinatus ad Scotos, de nouo ad fidem conuerſos, atque archiepiſcopus Scotorum ordinatus ibi per ſexaginta annos ſanctitate inſignis, & doctrina excellens totam inſulam Hyberniæ ad Chriſtum conuertit. Præter autem alias virtutes, quas fecit, ſexaginta mortuos reſuſcitauit. Captiuos vero multos proprijs ſumptibus redemit. Eccleſias trecentas ſexagintaquinque fundauit. Totidem epiſcopos ordinauit, Presbyterorum tria millia conſecrauit, duodecim millia hominum baptizauit. Quadraginta diebus & quadraginta noctibus in vertice montis, vt Helias ieiunauit. Centum viginti annis vixit.

Scoti pro Hybernis ſæpe ſumuntur.

3. Reg. 19.

Pro Hybernenſibus tres petitiones Deo fecit. Prima, vt vnuſquiſque credentium, & licet in extremo vitę ſuæ ſtatu pœnitentium ad veniam ſuſciperetur. Secunda, ne Hybernia à barbaris vnquam conſumeretur. Tertia, ne aliquis Hybernenſium in aduentu iudicis ſuperuiuat. Verùm cũ in primis præfatam gentem admodum beſtialem, & terrore tormentorum & amore gaudiorum ſupernorum ab errore conuertere voluiſſet, dicebant ad eum ſe nunquam ad Chriſtum conuertẽdos verbis eius, vel miraculis, niſi aliquis eorum, & tormenta illa malorum, & gaudia beatorum intueri poſſet, vt rebus viſis certiores fierent, quã promiſsis. Cúmque ille etiam ſic & orationibus & ieiuniis deuotior fieret, apparuit ei dominus Ieſus, dans ei euangelij textum & baculum. Quæ

Chriſtus S. Patricio apparet.

hucuſque

A.C. 500. hucuſque pro magnis, pretioſiſque reliquiis ve- A
nerationi habentur, ac pro ſigno ſummi præſulatus, id eſt archiepiſcopatus illius patriæ cuſtodiũtur. Ipſe quoque baculus, pro eo quod dominus Ieſus dilecto ſuo Patricio contulit, baculus Ieſu nominatur.

Vulgatã hanc de purgatorii S. Patricij hiſtoriã auctor, qui talia aſſeruit nõ habet.

Itaque dominus ſanctum ſuum in locum deſertum eduxit, & quãdam foueam rotundam extrinſecus obſcuram oſtendit ei, dicens: quia quiſque veraciter pœnitens, & vera fide armatus, eãdem foueam ingreſſus vnius diei ac noctis ſpacio moram in ea faceret, ab omnibus peccatis ſuis purgatur, & per illam tranſiens non ſolum vide- B
ret tormenta malorum, ſed etiam gaudia bonorũ. Sicque domino ab oculis eius diſparente lætus, ſtatim in eodem loco eccleſiam cõſtruxit, & beati patris Auguſtini canonicos in ea conſtituit. Foſſam autem, quæ eſt in cœmeterio extra fontẽ Eccleſiæ muro circumdedit, & ianuas ſeraſque appoſuit, ne quis eam temere, & ſine licentia ingredi præſumeret. Clauem vero dictæ foueæ ingreſſus cuſtodiendam Priori dictæ eccleſiæ commendauit. Ipſius autem Patricij tempore multi pœnitentia ducti foſſam ingreſſi ſunt. Qui regredientes, & tormenta maxima ſe expertos, & vi- C
diſſe teſtati ſunt, quorum relationes iuſsit beatus Patricius in eadem Eccleſia annotari, & eorum atteſtatione cœperunt alij prædicationem beati Patricij ſuſcipere. Et quoniam à peccatis homo ibi purgatur, ideo locus ille purgatorium beati Patricij nuncupatur.

Purgatorij S. Patricij hiſtoria nõ recipitur. Vin. lib. 20. c. 24.

Verùm dicit Vincen. vbi ſuprà, quod hæc hiſtoria à multis non recipitur, propter illud maxime, quod ibi dicitur animas à purgatorio liberatas, non ſtatim euolare ad cœlum, ſed in paradiſo terreſtri tanquam in loco quietis intermedio tẽ-
pore commanere, & poſtea ſtatuto tempore ad D
patriam peruenire, cum econtrario nullus credatur eſſe locus medius animabus purgatis vel purgandis inter purgatorium & paradiſum cæleſtẽ. Hæc ille. Sed ſi dicatur, (vt à quibuſdam de illis partibus communiter aſſeritur) quod poſt manſionem in illo loco purgatorij per aliquod tempus breue, in quo ſuſtinent magnas pœnas & læſiones à dæmonibus tantum per imaginationem, inde egreſsi in mundo viuant vt alij, & per illas pœnas purgatorij ſatisfaciant pœnis debitis pro peccatis, nullum videtur ſequi inconueniens.

De S. Genouefa Pariſienſium patrona, cuius vitam ex MS. codic. Sur. edidit tom. 1. ex quibus Sigeb. & Vincen. lib. 21. cap. 14. hæc ſumpſerunt. Meminerunt eiuſdem Greg. Turon. lib. de glor. cap. 91. & Conſtan. in vita S. Germa. lib. 1. cap. 20. & 46. & lib. 2. cap. 2. ex quo ſupra D. Anto. cap. 17. ʒ. 1. aliqua retulit.

CAPVT XIX.

DE quibuſdam aliis ſanctis viris. Et quia ſupra dictum eſt, quomodo ſanctus Germanus deſponſauit Chriſto quandam puellam nomine Genouefam propter ſanctitatem, quam præuidebat in ea, ideo breuiter illa ea refero, quod virgo fuit Pariſienſis, & multa ſanctitate in Gallia claruit, vt dicit Sigebertus. Hæc poſtquam virginitatem ſuã Deo deuouit coram ſancto Germano, ab omni

A mundi ſe vanitate ſubtraxit. Et cum mater eius ad eccleſiam iret, & præcepiſſet ei domi remanere, illa clamauit ei cum lachrymis. Ego fidem, quam beato Germano pollicita ſum, Chriſto me conſolante ſeruabo, & eccleſiæ limina frequentabo. Ideo irata mater dedit ei alapam, propter quod ſtatim orbata eſt lumine per nouem menſes. Tandem recordata teſtimonij, quod dederat pontifex de filia, iuſsit ei afferre aquam de puteo. Quæ pergens ſuper marginem putei fleuit, quia propter eam mater lumen amiſerat. Deinde impleto vaſculo facto ſigno crucis ſuper aquam ma-
B tri attulit. Quam illa cum fide & veneratione manibus in cælum extenſis ſuſcepit, & ex ea fomentans ſibi oculos bis & ter lumẽ recepit. Cúmque cum duabus puellis Illico epiſcopo ad conſecrandum offerretur, & hoc iuxta numerum annorum ætatis, epiſcopus diuinitus comperiens Genouefam omnibus ſublimiorem, ait. Illam, quæ poſt tergũ ſequitur anteponite, quia cælitus iam hanc ſanctificationem adepta eſt. Parentibus autem defunctis hæc Pariſios vrbem ingreditur, & per tempus aliquod ita eſt obſeſſa paralyſi, vt corpus eius triduo iam exanime ſolis paululum ru-
C bentibus genis cuſtodiretur. Quæ cum demum ſanaretur, profitebatur ſe in ſpiritu ab angelo in requiem iuſtorum, & in ſupplicium reprobatorũ deductam. Cúmque rex Hunnorum Atila Gallias deuaſtaret, Pariſiorum ciues perterriti, facultates ſuas in alias vrbes tutiores deferre nitebantur. Quorum matronas ſancta conuocans, ſuadebat orationibus, vigiliis, & ieiuniis inſiſtere, vt poſſent ſicut Iudith & Heſter cladem euadere. Viros etiam earum [monebat] ne bona ſua indeaſportarent, ſcilicet à Pariſiis, eo quòd aliis vrbibus vaſtatis Pariſij Chriſto protegente ſalua-
D rentur, propter quod inſurrexerunt in eam dicẽtes falſam propheteſſam. Et tractantibus illis, vt eam lapidarent, aut gurgite mergerent, aduenit archidiaconus ab Antiſiodoro, referens teſtimonium beati Germani, qui referebat de ipſa, quod ex vtero matris à deo electa fuiſſet. Et ecce (inquit) eulogias quas illi à ſancto Germano relictas exhibeo. Tunc ciues diſsipauerunt cõſilium. Illa vero orationibus ſuis prædictum exercitum, ne Pariſios circundaret, abegit.

Virgines ab epiſcopo cõſecrãtur.

Archidiaconus Antiſiodorẽſis ei à S. Germano Eulogias, id eſt munera defert.

A quintodecimo anno vſque ad quinquageſimum eſca erat ei panis hordeaceus & faba: quam
E poſt duas aut tres hebdomadas recommiſcens in olla edebat. A die Dominica vſque ad quintam feriam ieiunabat, & à quinta vſque in diem Dominicam. Vinum autem, & quodlibet inebrians nunquam potauit. Poſt quinquageſimum annum ſuadentibus epiſcopis propter obedientiam, piſcem & lac cum pane hordaceo comedere cœpit.

Multa autem veneratione Catulliacenſem vicum, in quo beatus Dionyſius poſt paſsionẽ ſuam ſepultus eſt, dilexit. Cui etiam deuotio erat, in honorem illius Eccleſiam conſtruere. Suadebat autem presbyteris, vt faceret vnuſquiſque collatio-
F nem ad hoc ædificium. Qui reſponderunt. Erunt forſitan paruitati noſtræ vires ædificandi, ſed coquendæ calcis copia deeſt. At illa Spiritu ſancto repleta ait vaticinans. Egredimini ad portam ciuitatis, quæſo, & quæ audieritis renunciate mihi. Qui egreſsi in platea ſtabãt attoniti; & ecce duo cuſtodes porcorum ſermocinantes, quorũ vnus ad alterum ait. Dum ſuis veſtigium ob partus va-

gantis

A.C. 500.

gantis legerem, inueni furnum calcis miræ magnitudinis. Alter reſpondit. Et ego inueni in ſylua ſub radicibus arboris à vento euulſæ furnum calcis, de quo nihil credo fuiſſe ſublatū vnquam. Quod audientes presbyteri, gratias agentes reuerſi ſunt. Audiens hæc ſancta, etiam præ gaudio lachrymis ſinum impleuit. Accerſiuítque Geneſium presbyterum, vt in honorem prædicti martyris baſilicam conſtrueret. Sícque omnibus ciuibus auxilium ferentibus, illa implorante conſtructa eſt. In cuius opere collectis carpentariis, cùm deficeret potus, accipiens ſancta cuppam, & ſeorſum proſtrata cum lachrymis [Dominū ſuppliciter orauit:] deinde ſurgens facto ſigno Crucis ſuper vas, vſque ad ſummum poculū eſt impletum, ex quo operarij vſque ad conſummationem baſilicæ vberrime potantes gratias egerunt.

Potū precibus à Deo impetrat.

Quadam nocte circa galli cantum cùm iret ad Eccleſiam aſſociata virginibus, cereus, qui portabatur ante eas accenſus, extinctus eſt. Qui ab ea acceptus, ſtatim reaccēſus eſt. Alia vice cereus in manu nondum accenſus, ſurgente ea ab oratione diuinitus accenſus eſt in Eccleſia, de quo poſtca ſumpto plures infirmi ſunt ſanati.

Quædam mulier furata calciamenta eius reuerſa domum excœcata eſt. Sed pœnitens ante pedes eius proſtrata, & veniam de furto petens, ſignatis ab ea oculis viſum recepit.

Childericus etiam rex Francorum, valde diligens eam, timens ne vinctos quoſdam, quos interimere cogitabat, ſancta eriperet, egrediens vrbem Pariſiorum portam claudi præcepit. Quod audiens ſancta ſtatim ad liberandas animas perrexit, inter cuius manus porta ciuitatis ſine claue reſerata eſt, & ſic regem conſecuta, ne vinctorum capita amputarentur, obtinuit.

Hic Childericus fuit quartus rex Francorū Clodouęi pater. Aemil. Vinc. cap. 48.

Fuit etiam eo tempore beatus Simeon in columna, quem negotiatores euntes & redeuntes ferunt de illa interrogaſſe, & eam veneratione profuſa ſalutaſſe, & ſe in orationibus eius memorem eſſe poſtulaſſe.

In Eccleſia ſancti Dionyſij Pariſiis, oblati ſibi à dæmonibus obſeſsi, liberati ſunt. A die Epiphaniæ vſque ad cœnam Domini in cella clauſa ſoli Deo vacabat, quædam autem puella religioſa adueniens, magis curioſitate quàm fide permota, quid ſancta in cella ſua ageret, ſcire volens cœcata eſt. Sed egrediens è cella ſancta ei lumē reſtituit. Multa alia miracula per eam Dominus fecit. Vixit autem plus quàm octoginta annis ſpiritu prophetiæ plena.

Colitur 3. Ian. & ob miraculū ardentiū 26. Nouē.

De S. Leonardo Aquitano, cuius vitam ex MS. codicibus edidit Sur. tom. 6. ex quibus Vincen. lib. 21. cap. 11 quem D. Anto. ſecutus eſt.

§. I.

SAnctus quoque Leonardus de ſacro fonte à beato Remigio leuatus eſt, & ab ipſo ſalutaribus diſciplinis inſtructus. Huius parentes primi in palatio regis Franciæ habebantur. Hic tantam gratiam à rege obtinuit, vt omnes incarcerati, quos ipſe viſitabat, protinus abſoluerentur. Cùm igitur fama ſanctitatis eius excreſceret, rex multo tempore eum ſecum manere coegit, donec ei epiſcopatum donaret. Quem ille renuit, & ſolitudinem deſiderans, relictis omnibus Aurelianum prædicando cum fratre ſuo Liphardo deuenit. Vbi poſtquam in quodam cœnobio aliquandiu vixerunt, dum Liphardus ſuper ripam Ligeris ſolitarius manere vellet, & Leonardus per Sanctiſpiritus admonitionem in Aquitania prædicare diſponeret, oſculantes ſe inuicem diſceſſerunt. Leonardus igitur vbique prædicans, & miracula exercens, in quadam ſylua ciuitati Lemouicę vicina habitauit, vbi erat aula regia cauſa venationis eo profecta.

A.C. 500.

S. Liphardus frater S. Leonardi, de quo Sur. to. 4.

Accidit autem, vt quadam die rex ibi venaretur, & regina cauſa recreationis illuc egreſſa partu periclitaretur. Cùm ergo rex & familia propter periclitationem reginæ lugerent, & Leonardus per nemus tranſiret, & gementium voces audiret, pietate commotus illuc properauit: & à rege vocatus, illuc introiuit. Cùm igitur à rege interrogatus quis eſſet, & ſe diſcipulum fuiſſe ſancti Remigij reſpondiſſet, rex ſpem bonā concipiens, vt qui à bono magiſtro ipſum bene inſtructum exiſtimaret, ipſum ad reginam introduxit, rogans, vt precibus ſuis de recuperanda coniuge, & edita prole duplex gaudium obtineret. Tunc ille fuſa oratione, quod petiit protinus impetrauit. Cùm autem rex multa ſibi in auro & argento offerret, ille protinus recuſauit, admonēs vt illa pauperibus erogaret, dicens. Ego nullis horum indigeo, ſed tantùm in aliqua ſyluarum cōtemptis mundi diuitiis, Deo famulari deſidero. Cùm autem rex totum illud nemus tradere ſibi vellet, ille ait. Non totum illud accipio, ſed quantum cum meo aſello tota nocte circumire potero, tantùm mihi concedi exopto. Quod rex libentiſsime fecit.

Reginam ex partus difficultate moriētē ſanat.

Conſtructo igitur ibi monaſterio, diu ibi cum adiunctis ſibi duobus monachis in abſtinentia multa degebat. Cùm autem aqua ab eis vno miliario diſtaret, puteum ibi ſiccum penitus fodi iuſsit, quem aqua ſuis orationibus impleuit. Locum Nobiliacum appellauit, eo quòd à Rege nobili datus fuiſſet. Vbi tantis miraculis coruſcauit, quod quicunque in carcere nomen eius inuocaſſet, mox ruptis vinculis quibuſcūque liber exiret nullo contradicente, & ſuas catenas vel compedes præſentaret. Horum plures ſecum manebant, & ibidem domino ſeruiebant. Septem quoque familiæ de eius nobili ſtirpe vēditis omnibus ad eum venerunt, & diſtributo eis nemore ſingulis, ibi cum eo manētes exemplo ſuo plurimos attraxerunt.

Demum ſanctus Leonardus multis clarus virtutibus ad Dominum migrauit octauo idus Nouembris, circa annum Domini quingenteſimum. Cum autem multa miracula faceret etiam poſt tranſitum ex hoc mundo, quia Eccleſia illa parua erat: reuelatum eſt clericis, quòd alibi baſilicam ædificarent propter frequentiam populi, vt capacior eſſet aduenientibus: & eo corpus ſancti Leonardi tranſportarent. At illi cum populo triduano ieiunio & orationibus inſiſtentes, cum reſpicerent, viderunt totam prouinciā niue coopertam, locum autem illum, vbi corpus ſuum beatus Leonardus quieſcere volebat, omnino vacuum à niue viderunt. Illuc itaque tranſlatus quanta per eum dominus miracula faciat circa incarceratos: multitudo varietatis ferri, quæ eſt ante ſepulchrū eius oſtendit.

De eius obitu & miraculis Vinc. 21. ca. 11. colitur 6. Nouem.

Vnum autem miraculum ex pluribus hic ponitur. Vir quidam in loco ſancti Leonardi, id eſt,

Nobi

A.C. 500.

Nobilis habitans, & eidem ſancto valde fidelis & deuotus exiſtens, captus fuit a quodam tyranno, qui intra ſe cogitans dicebat. Leonardus iſte omnes cōpeditos abſoluit, & omnis vis ferri ante ipſum velut cera liqueſcit. Si igitur eum vinculis ligauero, ſtatim aderit Leonardus, & ipſum liberabit. Si autem ipſum cuſtodire pmiſum, mille ſolidis ipſum redimere faciam. Scin igitur quid faciam. In turris foueam profundam proiciam compedibus aggrauatum. Deinde ſuper os foueæ aſſerum ligneam ponam, & intra eam armatos milites accubare faciam. Licet enim Leonardus ferrum confringat, non tamen adhuc ſub terram intrabit. Quod totum, vt cogitauerat, cùm adimpleſſet, & ille homo ſanctum Leonardum ſæpius inclamaret, Leonardus nocte aduenit, & arcam, in qua iacebant milites reuoluit, & tanquam mortuos in ſepulchro eos ſub ipſa concluſit. Denique cum multa luce foueam ingreſſus, manum fidelis ſui tenuit, & dixit. Dormis, an vigilas? Ecce Leonardus, quem tu deſideras. At ille admirans ait, Domine adiuua me. Confeſtim confractis catenis, apprehēſum propriis vlnis extra turrim portauit. Deinde ſecum ſicut amicus cum amico confabulans, vſque ad locum ſuum & domum ſuam reduxit.

Captiuis vinctum ... in fouea.

De S. Leonardo Corbeiacenſi, ex Vincen. libro 21. cap. 82.

§. II.

LEgitur de alio Leonardo ſancto viro eiuſdem profeſſionis & virtutis, cuius corpus apud Corbiacum requieſcit. Hic cum in monaſterio eſſet prælatus, tanta ſe humilitate deiiciebat, vt omnibus inferior videretur. Sed cum omnis gene populus ad eum confluerer, quidam inuidi regi Lothario ſuaſerunt, quod niſi ſibi prouideret per Leonardum, qui multos ſub obtentu religionis colligebat, regnum Franciæ non modicū incurreret detrimentum. Quibus rex nimis credulus eum expellere iuſsit. Venientes autem ad eum milites expellendum, adeò verbis eius compuncti ſunt, quòd ſe ſuos futuros diſcipulos ſpoponderunt. Rex quoque veniam petiit, & detractores eius rebus & honoribus priuati ſunt. Rex autem, prædictum virum Dei Leonardum multū dilexit propter eius merita. Et vix prece ſancti viri res & honores illis detractoribus reſtituit. Hic etiam à Domino impetrauit, vt quicūque in carcere teneretur, mox inuocato ſuo nomine, ſolueretur, ſcilicet ſi eius expediret ſaluti.

Milites qui ad eum pellendum venerant, mutantur pro ... tum.

Dum autem quadam die orationi incumberet, ſerpens quidam maximus à parte pedum vſque in ſinum eius ſe extendit. Qui propter hoc nullatenus ab oratione ſurrexit. Cōpleta verò oratione dixit ei. Scio, quia ab initio creationis tuæ quantum potes homines inquietas, ſed non ſummę data eſt tibi poteſtas; ſcilicet ad faciendum totum quod optas: fac in me quicquid meruit. Quo dicto ſerpens per capitium eius exiliens ad pedes eius mortuus corruit. Poſt hæc cùm duos epiſcopos ad ſe inuicē diſcordantes pacificaſſet, in craſtinum ſe finiendum prædixit, quod euenit.

Moritur ... ſicut ... ait.

De S. Vedaſto, cuius vitam ſcripſit Albinus Flaccus, quam edidit Sur. tom. 1. Ex qua Vincen. lib. 21. cap. 9. extat etiam Beda tom. 3.

§. III.

A.C. 500.

DE ſancto Vedaſto Atrebarenſi epiſcopo in Gallia. Cuius vitam, vt refert Vincen. ſpecu. hiſtor. ſcripſit Alcuinus, qui & Albinus. Hic ſanctus Vedaſtus prædicator egregius, tempore Clodouæi regis Francorum floruit. Cum autem dictus Clodouæus habita victoria contra Alemannos, ex voto decreuiſſet ſe fieri Chriſtianum, acceſsit ad Tullum oppidum, vbi erat ſanctus Vedaſtus. Et inſtructus ab eo in fide, poſtea duxit eum ad beatum Remigium cauſa baptiſmi conſequendi. In via autem beatus Vedaſtus cœcum illuminauit, ex quo miraculo rex multū confortatus eſt in fide. Beatus autem Remigius poſtquàm baptizauit Clodouæum, commendauit ei multum ſanctum Vedaſtum.

B. Vedaſt. cœcū curans regē in fide cōfirmat.

Hic autem Vedaſtus cum quemdam nobilem & religioſum ſuſcepiſſet hoſpitio, in receſſu cum vellet ſibi prouidere de vino in via, & in domo ſua non haberet, ex diuino miraculo vas vacuum impetrauit impleri optimo vino, vnde illi prouidit. Præcepit tamen Vedaſtus puero, qui vinum hauſerat, nemini dicere tale ſignum in vita ſua. Poſt hæc ſanctus Remigius fecit beatum Vedaſtum epiſcopum Atrebatenſem. Qui ciuitatē ingreſſus beatus Vedaſtus in porta ſanauit claudū, & quemdam cœcum illuminauit. Inuenit autem inter murorum domorúmque fragmenta antiquæ ruinas Eccleſiæ: ex cuius ſpeluncis vrſus proſilijt: cui cùm præcepiſſet vir Dei, vt loca deſerta peteret, abijt non amplius viſus in illis partibus.

Fit epiſcopus Atrebatenſis.

Cùm autem quidam nobilis Francus Ocinus nomine inuitaſſet regem Clotharium Clodouæi filium ad prandium, & cum eo ſanctum Vedaſtum, intrantibus domum, vir ſanctus extenta manu omnia vaſcula ſignauit ſigno crucis. Et cùm eſſent ibi quædam vaſcula plena ceruiſia, ſed incantationibus errore gentili infecta, mox dirupta crepuerunt, & quicquid liquoris cōtinebant effuſum eſt. Et cùm rex cum optimatibus quæreret cauſam huius euentus, ea expoſita multum in fide corroborati ſunt. Annis autem ferè quadraginta præfuit Eccleſiæ Atrebatenſi.

Miracula alia eiuſdem & mors. ea. 10.

Signum Crucis dęmoniacæ incantationes nō patitur.

Nocte autem illa, qua tranſijt, viſa eſt columna clariſsimæ lucis à culmine domus, in qua iacebat vſque ad ſummū cœli horarum fermè ſpacio duarum ſtare. Conuenientibus autē ad exequias eius clero, & populo, & ſacerdotibus aliarum Eccleſiarum, inter lachrymantium voces in terra audiebantur à quibuſdam religioſis concentus pſallentium in cœlo. Et cùm ſepulturæ ſuæ locum in oratorio, quod paupere ſumptu ligneis tabulis conſtruxerat, elegiſſet, qui locus erat difficilis acceſſu propter paludes circumdantes locū. Sed cùm ſerò fieret, & qui cōuenerant ad receſſum tenderent, rogarunt Sanctum, vt permitteret ſe deferri ad Eccleſiā ſanctæ genitricis Dei Mariæ, vbi erat in ciuitate. Et eleuantes pheretrum, nullum onus ſenſerunt.

Colitur 6 Feb.

De S. Seuerino Agau. cuius vitam a Fauſto preſbytero conſcriptam edidit cōpendioſè Sur. tom. 1. & Vinc. lib. 21. cap. 21. ex quo D. Ant. hæc ſumpſit.

§. IIII.

DE ſanctis Abbatibus Seuerino abbate Agaunenſi, & ſancto Maxentio abbate Pi-

A.C. 500. ctauienſi. Cùm Clodouæus iam per annos viginti quinque regnum Franciæ bene gubernaſſet, ſubito febrili dolore correptus, cùm nulla medicorum arte ſanari poſſet, audita fama ſancti Seuerini abbatis monaſterij Agaunenſis, quod ab incolis loci multis miraculorum titulis inſignis haberetur, eum ad ſe accedere per nuncium ſuppliciter exorauit. Qui deuotus & benignus ad eum acceſsit, & precibus ſuis ab intima ſua infirmitate febrili liberauit. Porrò per aliquod ſpacium temporis cum eo manens, multos de domo eius, & Pariſiaca plebe diuerſis calamitatibus oppreſſos ad ſanitatem ſacris orationibus reformabat. Claudis videlicet greſſus reſtituens, mutis loquelam, cæcis lumen, ſurdis reiterabat auditum, immundos ſpiritus de corporibus pellens obſeſſis. Rex denique Clodouæus benigno eum poſcebat affatu. Obſecro, inquiens, Abba pater, accipe pecuniam de theſauro noſtro, quantuncunque volueris, & prout libet, pauperibus eroga. Rei etiam quicũque in regno meo in carcere clauſi pro ſua detinentur nequitia, tua indulgentia cuncti laxentur. Iubente itaque rege, cuncti in regno ſuo panduntur carceres, & innumera eorum multitudo, qui erant diuerſis cruciatibus afficiẽdi, & morte debita puniendi, beati Seuerini aduentu lætabundi egredientes ab omni tormentorum genere ſoluuntur.

Clodouæum regem à febri liberat.

Cùm autem obitum ſuum appropinquare cognoſceret, angelo reuelante ab vrbe Pariſiis ad montem quemdam [quem caſtrum Nãconis vocant] aſcendit, in cuius cacumine erat oratoriũ, in quo duo presbyteri morabantur Deo ſeruientes. A quibus honorifice ſuſceptus, inter ſacra eorum colloquia ſpiritum Domino commendauit. Ipſa autem hora obitus eius inſtar ſtellæ totus lumine circumfuſus eſt locus.

Colitur 11. Febr.

De S. Maxentio Abbate ex Vinc. lib. 21. ca. 22.

§. V.

MAxentius autem abbas, vt ſcribit Sigebertus, fuit Pictauienſis. Et inter cætera virtutum miracula mortuũ ſuſcitare promeruit. Multoties aues feræ relictis nemorum ramis, in manu eius modo tritici grana, modo panis fragmenta ſumebant. Sæpius etiam viſitabatur ab angelis, adeo vt ſplendor cellulæ in qua pſallens iugiter habitabat, veluti micantium globis aſtrorum videntibus miniſtris vel monachis reluceret. Refectio eius erat panis hordeaceus & aqua, frequẽter tamen diuinis dapibus paſcebatur. Sic autem orationibus incumbebat, vt ſe incuruando inſtar camelorum in eius membris velut gibbi apparerent.

Quodam tempore dum monachi inter opera æſtuantes ſiti grauarentur, idem vir Dei oratione expleta, cum baculum in aruo in conſpectu adſtantium fixiſſet, fons viuus deorſum effluxit, vnde monachi gratias agentes ſitim extinxerunt, & multi poſtea languentes, inde ſanati ſunt.

Quodam tempore Franci cum Gothis conflictu bellico aduenientes præcedẽte eos rege Clodouæo, cum monaſterio, cui Maxentius præerat, appropinquaſſent, cogitare cœperunt, quód illud debellarent, & ſanctum virum occiderent. Cúmque ſuadente diabolo vnus ex barbaris manum extenderet, vt eum decollaret, ſuſpenſo in ſere gladio, manus gladiatoris inaniter remanſit exerta, & ceruix ſancti permanſit illæſa. Poſt paululũ autem cœpit ſe dentibus laniare, & propriũ corpus vulneribus lacerare, & tandem accenſus inſania, proprius infœlix extitit ſui homicida. Reliqui vero repente luminibus ſunt cæcati & mẽte turbati ita ſunt, vt alter alterum vix cognoſceret. Quod cum ad aures Clodouæi peruenisset, ad ſanctum virum ocyus occurrit, ſéque proſternẽs humiliter adorauit, & veniam ſibi ſuiſque poſtulauit. Vir autem Deo plenus, motus precibus regis, ſigno crucis ſuper eos expreſſo, & eulogiarũ ex panis fragmine benedictione largita, ſanitatem intulit, & ad caſtra eos redire permiſit.

A.C. 500.

Eulogiarũ ex panis fragmine benedictio, eſt quod panẽ benedictum vocamus.

Poſt hæc quidam ſegetis cultor, dum ad euellendum ſiliginem die Dominico properaſſet in meſſem, manus eius circumſtricta eſt per biennium, ita vt nullus poſſet medicorum remedium ſanitatis adhibere, ſed ad ſanctum virum pergẽs, oratione fuſa ſanitatem integram recuperauit. Et ſimilem reddidit ſoſpitatem cuidam mulieri, cuius manus inutiles factæ erant, quia die Dominica filauerat. Demum obitum ſuum monachis ſuis denuncians, in pace quieuit.

De S. Melanio ex Vinc. lib. 21. cap. 24. Meminit eiuſdem Grego. Tur. lib. de gloria confeſſ. cap. 55.

§. VI.

FVit & alius abbas Melanius, nobilis genere, forma præcipuus, corpore caſtus, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. 22. Cuius conſilio rex Clodouæus pauperes alebat, ſanctos honorabat. Hic habuit aliquando obuium diabolum in ſpecie tauri cornutum. Quem interrogans ſanctus, quo iret. Reſpondit ille. Ad fratres vado potionẽ eis dare. Et ſanctus mox iuit ad oratoriũ ſuum. Diabolus autem vnum de ſenioribus haurientem aquam ingreſſus eſt. Quem cum vexaret, ſanctus dedit alapam vexato, & dæmonem excuſsit. Tantæ autem virtutis erat, vt dæmones ante eum celare ſe non auderent. In Venetenſi pago puerum mortuum ſuſcitauit, qui à dæmonio vexabatur, quem dæmon ſeducens, & ſciens ſe eiiciendum, in ſecreto cubiculo eum ſtrangulauit.

Colitur 6. Ian.

Fuit & ſanctus Arnulphus ſancti Remigij in baptiſmo filius, qui in Gallia claruit. Hic poſt multos agones prædicando Chriſtum in ſylua Aquilina martyrio coronatus eſt. Cum autẽ ſanctus Remigius Clodouæum baptizaſſet, commẽdauit ei ſanctum Arnulphum. Qui Clodouæus dedit ei neptem ſuam in vxorem, & eos ambos ſancto Remigio tradidit. Qui perſuaſit eis, vt virgines permanerent, quod & fecerũt. Facta eſt autem ei vox de cœlis in ſomnis dicens. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Qui cum ſumma feſtinantia ad ſanctum Remigium acceſsit, & viaticum à beato Remigio accipiens, ſponſam & omnia relinquẽs in peregrinatione ſua viginti ſeptem annos in laicali habitu perfecit.

De D. Arnulpho ex Sigeb. hæc habet Vinc. li. 22. c. 25.

Luc. 14.

Apud Rauennam die dominica poſt matutinas ſolus remanſerat in eccleſia ad orandum, vbi cuiuſdam peccatoris anima, quam diabolus ad infernum trahebat, exuta à corpore cœpit clamare, ſancte Arnulphe, Dei electe ſuccurre, & hos impetus inimicorum comprime. Tunc ille fletibus

500. bus commotus, flens largiſsime orauit, & anima ad corpus rediit, reuixitque homo, & cuius meritis ſaluatus fuerit, indicauit, & quod ipſe eſſet Arnulphus peregrinus clara voce præſentibus patefecit. Statim ſanctus gloriam vanam fugiens, ad ſanctum Remigium reuerſus eſt. Veniens autem ſuper Sequanam fluuium ad locum, cui Cella nomen eſt, obuium habuit quendam mortuum in pheretro delatum, & fuſa oratione cum vitæ reſtituit, quem ſecum ad ſanctum Remigium adduxit. Beatus autem Arnulphus populum Remēſem fugiens, iterum peregrinationem arripuit, & poſt viſitationem ad corpus ſancti Saturnini Toloſæ, & ſancti Hilarij Pictauis, demum peruenit Turones ad corpus beati Martini, vbi angelo reuelante factus eſt epiſcopus. Ibi autem dum quadam nocte inciperet ad vigilias, Domine labia mea aperies: & clerici obdormirent, nemóque eſſet qui reſpōderet, angelus ſubiunxit: & os meum annunciabit laudem tuam.

...nul- ...fit ...onen ...ichie ...us, ...ur ...j.

De S. Vigore epiſcopo Baiocenſi, cuius vitam ex MS. codic. edidit Sur. tom. 6. ex quibus Vincentius quoque lib. 21. cap. 39. hæc tranſcripſerat.

§. VII.

TEmpore Childeberti regis Francorum, & filij Clodouæi, de quo ſuprà, claruit ſanctus Vigor Baiocaſsinæ ciuitatis epiſcopus. Hic cùm in Arrebatenſi prouincia nobilibus parentibus, & fide pollentibus fuiſſet exortus, intra ſancti Vedaſti monaſterium in religione monachorum cohabitauit, vt refert Vincen. ſpecu. hiſtor. lib. 22. Hic tanta obedientia & humilitate fulgebat, vt omnibus gratioſior videretur. Quem cùm parentes eius valde locupletes in rerum opulentiis ſuperſtitem habere cuperent, ille magis cœleſtibus inhians, aſſumpto vno puerulo, neſciēs quo iret, iter aſſumpſit parentibus derelictis, qui diuino nutu in regionem Baiocaſsinam peruenit. Angelus autem Domini cum in itinere eſſet, eum in ſomnis admonuit, dicens. Perge, quo ire decreuiſti, quia locus tibi à Domino præparatus eſt, & plebs non modica per te ad fidem conuertenda eſt. Iter ergo proſequēs inchoatum, applicuit ad vicum, qui Redeuerus dicitur: vbi erant homines cultu idolorum detenti. Illic ædificato oratorio in vigiliis & orationibus pernoctans, Dominum precabatur aſsidue, vt ad veritatem cognoſcendam populum illum Dei ſpiritus illuſtraret. Tantámque ei gratiam Dominus cōtulit, vt per prædicationem & ſanctitatis exemplum, omnes pene ad Chriſti fidem conuerterentur.

Cōuertit multos ad Chriſtū.

Cum autem vellet dominus militem ſuum manifeſtum fieri, cuiuſdam viri filium, quem paulo ante conuerterat ad Chriſtum, febribus vexatum contigit mori. Cuius mater fletibus fatigata cucurrit ad ſeruum Dei, & vt filium ſuum morte extinctum vitæ reſtitueret lachrymabiliter precabatur. Qui oratione emiſſa pro paruulo, ait ad mulierem. Si ex toto corde in Deum, quem colunt Chriſtiani, credideris, quæcunque volueris obtinebis. Illa ergo iis auditis, credens reuerſa domum, vbi filium defunctum dimiſerat, inuenit eum extra domum proſilientem & laudantem Deum. Per quod miraculum longe latéque fama ſanctitatis eius perſonuit. Aegrotantibúſque medicinam multimodam diuina pietas per orationes eius tribuit, ita vt cœcis viſum, claudis greſſum, languentibus reſtitueret ſanitatem. A.C 500.

Pueſū ad vitam reuocat.

Cum autem in quadam ſylua quidam ſerpens immanis eſſet, qui flatu ſuo homines & pecora exureret, vir quidam locuples [nomine Voluſianus] qui circa locum poſſeſsiones habebat, rogauit virum Dei, vt illuc accederet, & ab illo interitu homines & pecora liberaret. Qui illuc pergens ait. Serpens antique & ſathana, in nomine Ieſu Chriſti tibi præcipio, vt exeas de ſpecu. Qui ſtatim egreſſus eſt erecto capite, flammas ex ore emittens & dentibus ſtridens, quaſi ad deuorandum paratus. Erátque pedum quadraginta longitudo eius. Quem mox, vt vir Dei vidit, ſignum crucis oppoſuit. At ille clauſo ore, & depreſſa ceruice ad eum venit. Sanctus autem Vigor orario per collum ligauit, & famulo ſuo Redimiro tradidit ad mare ducendum, mandans vt illuc vltra ſerpens non reuerteretur, quod & factum eſt.

De exteris eius miraculis cap. 40.

Alium quoque ſerpentem eiecit de loco, qui dicitur Cella, & tertium de loco qui dicitur Cameron. Ob quam cauſam cuncta prædia præfata ei in poſſeſsionem tradita ſunt.

Defuncto autem Baiocaſsino epiſcopo, clero & populo hoc petente, nutu Dei ordinatus eſt epiſcopus ibidem. Quidnam autem comes Beltulfus nomine auaritia æſtuans, agrum dictæ Eccleſiæ & ſuperbe & violenter occupauit. Sed orante ſancto Deum, vt hæreditatem eccleſiæ defenſaret, vir ille ſuperbus de equo cecidit, & fractis ceruicibus expirauit. Matri quoque ſuæ ante cōceptum ſuum fuit ab angelo reuelatum, quod filium haberet, quem dominus ſua gratia magnificè illuſtraret. Obiit ſenex Calendis Nouembris multos diſcipulos ſanctis moribus educatos relinquens.

Comes bonis Eccleſiaſticis inhiās male perit.

Colitur 1. Nouem.

TITVLVS XII. CONTINET GESTA ANNORVM OCTOginta ſeptem, ſcilicet ab anno Domini 518. vſque ad annum domini 605. In quo ſpacio fuerunt iſti ſummi pontifices ſucceſsiuè, Ioannes primus, Felix tertius, Bonifacius ſecundus, Ioannes ſecūdus, Agapetus, Silucrius, Vigilius, Pelagius primus, Ioannes tertius, Benedictus primus, Pelagius ſecundus, Gregorius primus. Imperatores autem Iuſtinus ſenior, Iuſtinianus, Iuſtinus iunior, Tyberius, Mauricius. Continet præcipue multa dicta Gregorij papæ. Et hiſtoriam Gothorum à Belliſario & poſtea à Narſete deuictorum. Et de Longobardis, quomodo intrarunt Italiam. Et geſta multorum ſanctorum & ſanctarum temporibus illis in mundo vita & miraculis lucentium.

Summa tituli duodecimi.

S. Ioannes 1. Pont. max. 54. ſed. ann. 2. men. 9. di. 16. A.C. 523. De quo Gregor. mag. lib. 3. dial. cap. 2. & 4. cap. Pont. cap. 55. Diaco. lib. 15. in Iuſtino. Blond. lib. 3. dec. 1. Nauc. gen. 18.

A. C. 523.

De Ioanne papa primo, & ſecundo, & tertio: Fœlice, Bonifacio, Sylnerio &c.

CAPVT I.

Ca. 4. ante § 1.

DEfuncto Anaſtaſio perfido imperatore, ſuccedente in imperio Iuſtino ſeniore, de quo dicetur infrà, poſt Ormiſdam apoſtolicam cathedram tenere meruit Ioannes, primus huius nominis papa quinquageſimus primus in numero pontificum. Et quia præfatus imperator Iuſtinus, vt verus Catholicus, & deuotiſsimus, non ſolum omnes epiſcopos, & alios ſanctiſsimos viros, quos Anaſtaſius hæreticus in exilium miſerat, quia errori ſuo non fauebant, reuocauit ab exilio, & eos honorifice recepit, ſed etiam ordinauerat eccleſias, quas tenebant Ariani in partibus orientalibus eis auferri, propterea Theodericus rex Italiæ & ipſe Arianus miſit Ioannem papam cum quibuſdam ex ſenatoribus & conſulibus ad Iuſtinum imperatorem, vt tale edictum reuocaret, & Arianis Eccleſiæ redderentur: alioquin ipſe Theodericus omnem Italiam gladio & igni exponeret. Qui papa Ioannes ad obuiandum exterminio Italiæ, etſi infirmus iter accepit ad Conſtantinopolitanam ciuitatem, vbi Iuſtinus reſidebat.

Equũ qui Ioannem papá portauerat, mulierẽ ferre dedignatur. li. 3. Dial. cap. 2.

Et, vt refert Hugo Floria. poſt Grego. in lib. Dialo. o. Cum iam attigiſſet partes Corinthi, neceſſe fuit, vt ei equus in itinere ad ſedendum requiri debuiſſet. Quod cum quidam vir nobilis audiſſet, equum mitiſsimum, ſuper quo coniunx ſua equitare conſueuerat, ita ei conceſsit, vt cùm ad locum aptum peruenisset, in quo equos idoneus inueniri potuiſſet, equus pro ſua coniuge remitteretur, quod & factum eſt. Nam in proſecutione itineris, reperto alio equo idoneo, illum priore nobili remiſit. Sed cum eũ denuò cõiunx prædicti nobilis, vt conſueuerat, aſcendere voluiſſet, vltra non valuit. Cœpit enim immenſo flatu, & fremitu, ac totius inceſſanti corporis motu, quaſi deſpiciendo prodere, quia poſt membra pontificis mulierem ferre nequiret, quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad venerabilem virum remiſit magnis poſtulans precibus, vt illum ipſe poſsideret, quem iam iuri ſuo ſedendo dedicaſſet.

S. Ioan papa honorificẽtiſſime ab imperatore ſuſcipitur hoc refert Põtificale ad verbum, cui omnes conſentiunt.

Suſceptus eſt autem ab omni ciuitate Conſtantinopolitana, vt ait Helinandus cum ſummo honore, ita vt decimoquinto miliario ab vrbe ipſa cum cereis, lampadibus, & crucibus populus ei obuiam procederet, gratias Deo agens, quod beati Petri ſucceſſorem, & Chriſti vicariũ ſuſcipere meruiſſet. Cúmque ab Imperatore, & omni clero, & populo, lætitia ſumma exciperetur, in conſpectu omnium mox ad portam auream togato cæco lumen induſit. Iuſtinus autem humiliauit ſe, & adorauit pronus in terram ſanctum Ioannem Papam. Qui Ioannes cum cæteris legatis rogauit Iuſtinũ, vt exaudiret legationẽ ſuam quatenus Italia liberaretur, & ne exterminio à Theoderico exponeretur, quod & fecit Arianis, permittens eccleſiis ſuis vti, quas prius tenebant.

Impetratis autem iis, pro quibus ierat, vt dicit Hugo Floria. Rauennam remeauit, vbi ſæpe nominatus tyrannus Theodericus ſedem tenebat regni. Qui zelo ductus inuidiæ, quia audierat eum ab Auguſto ſuſceptum honorifice, & tractatum cum comitibus eius, gladio eum interficere voluit: ſed timuit indignationem nimiam incurrere Iuſtini Imperatoris. Ipſum tamen carcerali cuſtodiæ mancipauit, vbi maceratus carceris ſqualore ſpiritum Deo reddidit. Cuius martyrium celebratur 5. Calen. Iunij. Et corpus eius de Rauenna ad vrbem tranſlatum eſt, & in Eccleſia beati Petri ſepultũ. Fuit autem natione Tuſcus ex patre Conſtantio. Sedit autem annis duobus. Et ceſſauit Papatus per dies 58.

A. C. 526. Ioannem papam in carcere Theoderico occiſũ in carcere. ſcribit Greg. li. 4. & a[…] Col[…] 27.

S. Fœlix 3. Onuph. Pont. max. 55. ſed. ann. 4. m. 2. dies 18. An. Chr. 526. ex Pont.

§. I.

IOanni ſucceſsit in cathedra Petri Fœlix ſecundus in catalogo 52. natione Samnius, ex patre Caſtorio. Quantum autem ſederit incertũ eſt. Nam ſecundum aliquos annis 11. ſecũdum alios, vt Martinianum, & Ioan. de Col. annis quatuor, menſibus duobus, diebus 15. Hic ædificauit baſilicam Coſmæ & Damiani in vrbe Roma. Et eccleſiam ſancti Saturnini in via Salaria incendio conſumptam tempore ſuo à ſolo refecit. Hic fecit ordinationes duas per menſem Februarij & Martij in vrbe, & ordinauit presbyteros 55. diaconos 4. epiſcopos per diuerſa loca 29. Qui & appoſitus ad Patres ſepultus eſt in eccleſia beati Petri. Et ceſſauit epiſcopatus diebus tribus.

Boni[facius] 2. Pont. max. ſed. an[…] d. 2. A[…] 530 ex Pont. * alibi Sigebaldo.

Poſt mortem Fœlicis aſcendit cathedram Petri Bonifacius ſecundus, natione Romanus, ex patre Sigelbundo * in ordine pontificum Romanorum 54. Sedit autem annis duobus. Fuit enim tempore Iuſtiniani Imperatoris. Fuit etiam & tunc ſchiſma, quia alius Dioſcorus nomine fuit ordinatus in Papam, ſed non canonicè. Propter hoc diſſenſio orta eſt in clero, & in ſenatu circa vnũ menſem durans. Interea defunctus eſt Dioſcorus, & ſchiſma ſublatum remanente Bonifacio ſecundo in ſede Petri. Quem Dioſcorum Bonifacius zelo & dolo ductus, ſub vinculo anathematis reconciliauit clero. Hic Bonifacius alimoniis multis in famis periculo clero ſubuenit. Hic congregauit ſynodum in baſilica beati Petri, & fecit conſtitutiones. Hic ſibi ſucceſſorem Vigilium diaconum ordinauit. Sed quia contra canones id factum fuerat, illud reuocauit. Migrans autem ad dominum ſepultus eſt in baſilica principis Apoſtolorum. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus duobus & diebus 15. Sub hoc pontifice venit Romã relatio ab Aphricanis epiſcopis, qui de vnanimi voluntate atque conſilio deliberauerunt atque conſtituerunt, vt Carthaginenſis epiſcopus omnia conſtitueret & faceret, de conſilio Romanæ apoſtolicæ ſedis.

Cur[…] eccleſia[…] uerſi[…] grad[…] hi[…] ſo[…] get. in[…] lat. A[…] epiſcop[…] ro. 1.

Bonifacius papa ſic ait diſt. 89. cap. vltim. Ad hoc diſpoſitionis (aliàs diſpenſationis) prouiſio gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate contexio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterit ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia vero quæque creatura in vna eadémque qualitate gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarum nos exemplar inſtruit, quia dum ſint angeli, ſint

arehan

A.C. 530 — *Angeli in ordine & poteſtate differunt.*

archangeli, liquet quia æquales non ſunt, ſed in poteſtate & ordine differt alter ab altero.

Ioannes 2. Pont. Max. 57. ſed. an. 2. men. 4. di. 6. An. Ch. 532. ex Pontif.

§. II.

IOannes ſecundus ſucceſsit Bonifacio in Apoſtolica ſede 54. qui & Mercurius dictus, natione Romanus, ex patre Proiecto de Cælio monte. Sedit annos duos & mẽſes quatuor. Et fuit temporibus Athalarici regis Italiæ, & Iuſtiniani imperatoris.[a] Eo tempore ante mortem ſuam Iuſtinianus Auguſtus, vir religioſus ſummo Chriſtianæ religionis amore miſit fidem ſuam ſcriptã chirographo proprio ad ſedem apoſtolicam per epiſcopos Hypatium (aliàs Hippatum) & Demetrium. Et beato Petro apoſtolo etiam offerri fecit ſcyphum aureum circumdatum gemmis, & calices argenteos [illegible]mplures. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, in vrbe promouens ad ſacerdotium quindecim, in epiſcopos autem per diuerſa loca viginti vnum. Qui & ſepultus eſt in baſilica beati Petri cum tranſiuit ex hoc mundo ad patrem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus 6.

Iuſtinianus Auguſtus Ioanni Pontifici fidem ſuam ſcriptam miſit.

Ioannes papa ſic ſcribit Syracuſano epiſcopo 16. q. 2. cap. viſis. Addidit fraternitas tua litem & ſeditionem inter clericos monachóſque, ex hac cauſa nõ modicam fuiſſe exortam, ſcilicet de eccleſiis monachorum, per quos debeat inſtitui ibi ſacerdotes. Hoc enim inſtigatione verſuti hoſtis nemo ambigat fieri. Habet namque mille nocendi modos, nec ignoramus aſtutiam eius. Conatur namque à principio ruinæ ſuæ vnitatem Eccleſię reſcindere, caritatem vulnerare, & ſanctorum operum dulcedinem felle inuidiæ inficere, & omnibus modis, quibus poteſt, genus humanum euertere & perturbare. Dolet enim ſatis & erubeſcit caritatem, quam ipſe in cœlo nequiuit habere, homines conſtantes ex lutea materia in terra tenere. Vnde oportet, quantum fragilitati noſtræ conceditur, vt omnes aditus nocendi eius verſutiæ muniamus, ne mors ingrediatur per portas noſtras. Conſilio itaque multorum fratrum diligenter exquiſito decernimus, vt amodo eccleſiæ monachis traditæ per ſuos ſacerdotes inſtituantur. Diuinæ enim leges, & ſæculares habent, vt cuius eſt poſſeſsio, eius fiat inſtitutio. Et ſi in dando, quod maius eſt, facilis fuit caritas, ſit facilior in concedendo, quod minus eſt, ſancta largitas. Maius enim fuit poſſeſsionem dare, quàm ſit inneſtituram concedere. Quomodo enim poſſeſſoris iura cognoſcentur, & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur, vbi quod ſuum eſt per alterum datur, & cum voluerit aufertur? Humani enim moris eſt illum vereri cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Hæc ibi. Sed de iſta materia, ſcilicet de capellis monachorum habes in gloſ. quid iuris.

Presbyteri in monaſteriorũ eccleſiis per abbates inſtituãtur.

Inuidia diaboli omnia ſchiſmata in Eccleſia excitantur.

Iuſtiniani ... edicta de fide catholica.

a Iuſtinianus imperator de fide ſua multa edicta compoſuit. Nam in Cod. de ſumma Trinit. tr. 4 habentur Græcè & Latinè & tom. 2. Conciliorum aliud valde prolixum. Ex his aliqua hic inſerere viſum eſt, quæ pro Catholica & Romana faciunt religione, in primo igitur edicto ſic ait. Iuſtum fore exiſtimauimus cunctis manifeſtum facere, qualiter de fide quæ in nobis eſt ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſsioni ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ. Hic igitur traditioni Eccleſiæ Catholicæ ſe imperatore adhærere profitetur, quam hæretici derident Ibidem. In vltimis autem diebus confitemur Vnigenitum Dei filium Deum de Deo, filium ex Deo. & quod Caluinus impius tanquam tautologiam quandam inanem deſpuit. In ſecundo verò edicto hæc illius verba ſunt. Neceſſarium igitur eſſe putauimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia diſsipare, quàm omnibus inſinuare, quomodo aut ſentiat ſancta Dei & Catholica & Apoſtolica Eccleſia, aut prædicent ſanctiſsimi eius ſacerdotes, quos & nos ſecuti, manifeſta conſtituimus ea, quæ fidei noſtræ ſunt, non quidem innouantes fidem (quod abſit) ſed coarguentes eorum inſaniam, qui eadem cum impiis hæreticis ſentiunt. Hæc ille. Vbi obſerua Imperatorem in rebus fidei ſacerdotes tanquam duces ſequi, quia ad illos res fidei ſtatuere, illius verò eſt, ea quæ ſtatuta ab illis ſunt tueri, & quà pollet auctoritate protegere. Deinde in fide nihil innouari debere. & proinde execrandos eſſe hæreticos, qui noua ſemper de fide recudunt dogmata. In edicto verò 3 ad Ioannem Pontificem max. (quod illud eſſe puto, cuius hoc loco Pontificale meminit) ſic ſcribit: Reddentes honorẽ Apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati (quod ſemper nobis in voto, & fuit & eſt) & vt decet patrem honorantes veſtram beatitudinem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis. Quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire. Ideoque omnes ſacerdotes vniuerſi Orientalis tractus & ſubiicere, & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus. paulò poſt. Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit, quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum, paulò poſt. Omnes verò ſacerdotes ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & reuerendiſsimi archimandritæ ſanctorum monaſteriorum. ſequẽtes ſanctitatem veſtram, & cuſtodientes ſtatum & vnitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, quam habent ab Apoſtolica veſtræ ſanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinet atque obtinuit & circa finem. Omnes ergo ſacerdotes ſequentes doctrinam Apoſtolicæ ſedis veſtræ, ita credunt, confitentur, & prædicant. & mox ſubiicit. Petimus ergo veſtrum paternum affectũ, vt veſtris ad nos deſtinatis litteris ad ſanctiſsimũ Epiſcopum huius almæ vrbis, & Patriarcham veſtrum fratrem (quoniam & ipſe per eoſdem, ſcripſit ad veſtram ſanctitatem, feſtinans in omnibus ſequi ſedem Apoſtolicam beatitudinis veſtræ) manifeſtum nobis faciatis, quod omnes, qui prædicta rectè confitentur, ſuſcipit veſtra ſanctitas, & eorum, qui Iudaicè auſi ſunt rectam denegare fidem condemnat perfidiam. Hæc Imperator, quæ antè mille iam & amplius annos conſtituta pontificis Romani ſacroſanctam auctoritatem, non ſolùm diuino iure inſtitutam, & canonico, ſed etiam ciuili & politico confirmatam eſſe decernunt: & proinde eos qui eam impudentiſsimè audent temerare, non diuinis tantùm, ſed etiam Imperatorum conſtitutionibus contradicere.

A. C. 530.

S. Agapetus Pont. max. 58. ſed. menſ. 11.d. 19. A.C. 534. hac autem de eo refert Pontif. cui conſentiunt Blondus lib. 3 dec. 1. & Naucle. gen 18. de eo etiam agit Grego. lib. 3. dial. ca. 3. quem claudum & mutum ſanaſſe poſt miſſarum ſolemnia & immolatum ſacrificium refert.

§. III.

QVinquageſimus quintus in ſede Petri fuit Agapitus ſeu Agapetus, natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero. Quantum autem in cathedra Petri fuerit varia eſt opinio. Nam Ioan. de Col. aſſerit annis 11. ſediſſe, ſecundũ alios tantum vno, quod videtur verius. Hunc beatum pontificem Theodahatus rex Gothorum & Italiæ Conſtantinopolim ad Iuſtinianum imperatorem miſit. Audierat enim illum ob mortem Amalaſunthæ filiæ Theoderici regis aduerſum ſe grauiſsime conturbatum, quia eam procurauerat interficiẽdam, vel permiſerat. Credebat autẽ Theodahatus hoc mediante pontifice ſibi principem reconciliari.

Iuſtinianus in Eutychetis hæreſim incidit.

Qui veniens Conſtantinopolim cum magna gloria ſuſceptus eſt à Iuſtiniano. Sed facta cum eodem principe collatione, reperit eum in Eutychetis peſtiferũ dogma corruiſſe. Seductus enim fuerat ab Anthimio Conſtantinopolitano epiſcopo. Cum conſtanter autem beatus pontifex imperatorem obiurgaſſet, quod Romani imperij maieſtatem peruerſi dogmatis labe maculaſſet, obiurgationem illam primo imperator grauiter tulit, adeo vt diceret ei. Aut conſenti nobis, aut faciam te in exiliũ deportari. Cui beatiſsimus papa nihil motus ait. Ego quidem peccator ad Iuſtinianum imperatorem Chriſtianiſsimum venire deſideraui, ſed ego Diocletianum inueni. Ego tamen imperator minas tuas non timeo, dũ mihi vera fides inconcuſſa permanet. Cuius ſanctam conſtantiam admiratus imperator, ab illo ſuo furore retardatus eſt. Mandauitque orientalium epiſcoporum in regia vrbe congregari concilium.

Synodus Conſtantinopolitana contra Anthimium.

Quo congregato beatus Agapetus in conſpectu principis Iuſtiniani contra Anthimium, ex dictis Euangeliorum probauit in domino Ieſu Chriſto duas fuiſſe naturas. Eo autem cõuicto, cùm à ſua nollet Anthimius reſilire pertinacia, damnatus & depoſitus eſt.

Iuſtinianus Agapetũ Papam adorat.

Tunc Auguſtus Iuſtinianus gaudio repletus humiliauit ſe ſedi Apoſtolicæ, & adorauit beatiſsimum papam Agapetum, rogauitque, vt in Conſtantinopolitana vrbe Catholicum inſtitueret epiſcopum.[a] Qui Menam quemdam virum ſanctiſsimum eidem ciuitati præfecit epiſcopum. Poſt hæc cum beatus Agapetus obtinuiſſet ab imperatore ea, propter quæ directus fuerat à Theodahato rege, ſeque ad reditum præpararet, ægritudine graui correptus Conſtantinopoli defunctus eſt.

Colitur 2. April.

Sed Romam tranſlatum eſt corpus, & in Eccleſia beati Petri ſepultum. Hic fecit ordinationem vnam, & ordinauit diaconos quatuor, & epiſcopos vndecim. Ceſſauítque epiſcopatus menſe vno & diebus 27. Agapetus papa

Grego. in reg. antiq. de moribus Agap. 8.

A (de conſec. diſt. 1. Agapetus papa.) vas Catholicũ, euangelij tuba, præco iuſtitiæ, id eſt ſacerdos, ſacra altaris ſediſque velamina ſacrilegis Anthimij infecta fabulis, catholicis precibus deleuit. A.C. 534.

S. Siluerius Pont. max ſedit aa. 1. men. 10. di. 7. An. Ch 535. Ex Pont. & Liberato in breu. Diac. lib. 16.

§. IIII.

EX hoc mundo aſſumpto Agapeto, ſummum præſulatum accepit Siluerius 56. Ex patre
B Ormiſda epiſcopo Romano, de quo ſupra, natione Campanus. Qui tamen legitimus fuit, vt pote quia antequam promoueretur ad clerum Hormiſda, vxorem habuit, ex qua Siluerium ſuſcepit. Hic ſedit anno vno, menſibus 5. diebus 11. Et quamuis iſte vir ſanctus & bonus eſſet, tamẽ volente & cogente Theodahato rege abſque cleri decreto factus eſt papa. Mandauerat enim Theodahatus, vt quicunque ordinationi eius non conſentiret, gladio puniretur, vnde ſacerdotes non ſe ſubſcripſerunt ſecundum antiquum morem Ro-
C manæ Eccleſiæ, neque decretum confirmauerunt, ante conſecrationem eius. Sed poſtmodum propter ſcandalum, quod oriri poterat, presbyteri ſe ſubſcripſerunt in eius decreto. Theodahatus autem rex, qui hanc conſuetudinem peſsimam & deteſtandam in Eccleſiam induxerat, Dei iudicio non multo poſt defunctus eſt.

Theodahatus Gothorũ regis mors.

Interea vxor Iuſtiniani imperatoris Theodora, quæ hæreſi Eutychetis contaminata erat, dolens quòd Anthimius patriarcha pro errore ſuo à beato Agapeto fuiſſet depoſitus, miſit epiſtolas
D ad Siluerium papam, rogans, vt aut ad eam veniret Conſtantinopolim, aut depoſito & remoto Mena, quem Agapetus papa patriarcham Conſtantinopolitanum fecerat, Anthimium reuocaret. Sed Siluerius papa ſpem ponens in domino, ſciens, quia Deo oportet obedire, magis quã hominibus, reſcripſit Auguſtæ. Abſit à me domina Auguſta, vt rem iſtam vnquam faciam, vt reuocẽ ad apoſtolicum culmen hominem hæreticum, & in ſua perfidia iam damnatum. Quo audito Auguſta fœmineo furore repleta, ſcribit ad Belliſarium patricium, qui tunc Romæ erat, vt ſumpta
E occaſione Siluerium papam à pontificali ſede remotum, in exilium deportaret. Vrebatur autem tunc Auguſta conſilio Vigilij cuiuſdam, qui[b] eo tempore Romanę Eccleſię in regia vrbe Apocriſarius erat. Hic enim ambitione ductus ad papatum adſpirabat. Cúmque apud Romanos notum eſſet, Siluerium pontificem Auguſtæ indignatio-

Act. 4.

S. Siluerij ad Theodorã Auguſtã literæ.

a Apud Euagrium Anthimio throno Conſtantinopolitano eiecto, Epiphanium epiſcopum creatum, & Epiphanio Menam ſucceſsiſſe ſcriptum eſt lib. 4. cap. 36. Quamuis Nicepho. lib. 17. cap. 15. cum D. Aato. conſentiat.

b Apocriſarij nomen toto hoc titulo occurrit frequenter. reperitur etiam 1 q 7. conuenientibus, & de electionibus. cap. ſignificaſti. Erant autem Apocriſarij, qui pontificis Romani nomine, quaſi legati actionibus publicis intererant, & quaſtionibus ſibi
F *factis reſpondebant, à verbo Græco ἀποκρίνομαι, quod eſt reſpondeo, & ἀπόκρισις, id eſt, reſponſio: quaſi qui erãt à reſponſis Romani Pont. Nota obiter quanta fuerit eo ſexto ſæculo Romani Pont. authoritas, ſine qua ne Imperatores quidem Romani aliquid ſtatuere audebant cùm ſemper conſiliis eorum, is qui Romani Pont. perſonam repræſentabat intererat, & quid de ſummi Pontificis voluntate & ſententia interrogatus reſpondere conſueuerat.*

nem

An.C.534 nem incurriſſe, quidam falſi teſtes accuſauerunt illum, inſurgentes & dicentes, illum ad regem Gothorum, qui trans Padum erat, & ibi Gothis imperabat, literas miſiſſe dicentes, Veni Romam cum exercitu, & ego tibi portam, quæ eſt iuxta Lateranum aperiam, & Belliſarium patriciũ tibi tradam. Quod audiens Belliſarius minimè fidem adhibuit, ſciebat enim quòd per inuidiam dicebantur, nihilominus fecit eum venire ad ſe. Cùmque veniſſet in palatium, Ioannes quidam ſubdiaconus ſubitò pallium de collo eius abſtulit, ſublatúmque de medio, atque pontificalibus veſtibus exutũ, veſte monaſtica induit. Hoc cùm quidam ex clericis eius vidiſſet, egreſſus foras nunciauit clero, dicens. Dominus Papa depoſitus eſt, & factus monachus. Quod audientes fugerũt omnes. Sed Vigilius diaconus eum in ſua fide ſuſcipiens ad Pontianas inſulas in exilium miſit, vbi illum pane tribulationis & aqua anguſtię ſuſtentauit. Qui non multò poſt tempore deficiens Chriſti confeſſor verus ſpiritum Domino reddidit, & in eodem loco ſepultus eſt. Ad quẽ confugiens multitudo languẽtium ſanabatur. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrẽ, & ordinauit presbyteros quatuordecim, epiſcopos per diuerſa loca 19. Et ceſſauit epiſcopatus die vno.

De hoc ſic habetur in decretis. 23. q. 4. Guiliſarius. Guiliſarius patricius noſter mandauit me ad ſe venire pacifice, pro quibuſdam eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium principis, & ad primum & ſecundum velum (id eſt cameram ſeu hoſtium ſecundum gloſ.) retinuit omnem clerũ & populum, qui mecum veniebat, & nullum permiſit intrare, niſi me ſolum, & Vigilium diaconũ noſtrum. Me verò vi retento, & ante patricium prædictum deducto, miſerunt me in exilium, in quo ſuſtentor modo pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. Ego tamen non dimiſi, nec dimitto officium meum, ſed cum epiſcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui, & vnà cum ipſis Apoſtolica authoritate ſtatui, nullum vnquam taliter decipiendum, ſicut deceptus ſum.

Idem Vigilio præfato. Habeto itaque cum illis, qui tibi conſentiunt, plenæ dãnationis ſententiam, ſublatúmque tibi nomen & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce. glo. vt ſcilicet illud conſequi non poſſit. Et vt ſubdit Gratianus in §. ſeq. Hoc licite & iuſtiſsime fecit ex eo, ſcilicet, quia non ſuam, ſed Eccleſiæ iniuriam vindicauit, quia iniuria prælati, inquantum prælatus eſt, iniuria eſt Eccleſiæ, ſed etiam ſuam, quia ſuperiorem non habebat, poterat vindicare iniuriam, ſecundum gloſſam. Et nota ibi duplicem defectum in textu. Primus eſt cùm dicitur ante c. Obiicitur illud Syluestri, corrupta eſt litera, vt credi poteſt vitio ſcriptoris, quia vult dicere illud Syluerij: non enim eſt vocatus Syluester, ſed Syluerius papa. Secũdus defectus eſt: quia capitulum incipit Guiliſarius: vbi prima litera eſt mutata. Nam vult dicere Belliſarius: vt patet ex chronicis.

Vigilius Pontifex max. 68. ſed. ann. 18. menſ. 7. dies 15. ann. Chr. 537 de hoc pont. Aimoi. lib. 2. de geſtis Franco. cap. 32. Paul. Diaco. lib. 16. & alij.

§. V.

An.C.536

POſt Syluerium Vigilius [a] prælatus creatus eſt Papa 57. natione Romanus. Ex patre Ioanne conſule. Qui ſedit annis 17. menſibus 6. diebus 25. Quod poſtquam comperit Theodora Auguſta, ſtatim ſcripſit ad Papam, vt ſecundũ promiſſa Aothiminm hæreticum reuocaret. Ad quã Vigilius talia reſponſa mandauit. Abſit à me hoc domina Auguſta. Si enim ego à principio male locutus ſum, & inſipienter, doleo. Nunc autem quamuis indignus Chriſti, & beati Petri vicarius ſim in terris, ideo nullo modo conſentio, vt hominem hæreticũ & anathematizatum, atque per ſanctiſsimos patres prædeceſſores Agapetum & Siluerium iuſte damnatum, in ſtatum priſtinũ reſtituam. Quod poſtquàm Auguſta comperit, nimis turbata eſt, ſed ad tempus aliquod furorem, quem contra Vigilium cõceperat, occultauit. Interea cùm Totila rex Gothorum, vrbem Romanam poſt multas alias ciuitates Italiæ captas & depopulatas in ſuam redegiſſet poteſtatem, & Romani hincinde fuiſſent diſperſi, vt dicetur in c. ſeq. aliqui de numero ſenatorum vnà cum Papa Vigilio afflicti, Conſtantinopolim properant, & quibus calamitatibus Roma ſubiiceretur, expoſuerũt Iuſtiniano Imperatori. Quos benigne ſuſceptos conſolatus eſt Imperator, promittẽs in proximo calamitatibus vrbis ſubuenire, quod & fecit, vt dicetur. Sed Vigilius Papa, qui prius ab Imperatore ſuſceptus fuerat, cum nollet Anthimium hæreticum reuocare, ſuggeſtione Theodoræ poſt multa opprobria, quæ ſuſtinuit, iuſſu Imperatoris in exilium truſus eſt, vnà cum clericis, qui ab vrbe eũ ſecuti fuerant. Qui cum aliquandiu ibi ſtetiſſet, multis afflictus angariis, intercedentibus pro illo Romano populo, & nobilibus ab Imperatore, reuocatus cum rediret apud inſu-

Infrà c. 5.

Vigilius in exiliũ mittitur.

a Quamuis huius Vigilij ingreſſus parum legitimus fuerit, cùm præter eccleſiaſticas regulas prædeceſſore ſuo Silverio viuẽte, & Pontificatus adminiſtratione ſubmoto per vim Pontificatum Romanum occuparit, vt ait Onuph. in Platinam: tamen cùm poſt mortem Siluerij, vt verus Pontif. x receptus & habitus fuerit, ideo verè inter Põtifices nominatur. Cæterùm hunc fuiſſe in exilium deportatum, eo quòd in Anthimij reſtitutionem nõ cõſenſerit, præter eos quos citant, teſtãtur Marianus Scotus, & Platina in vita Vigilij. Blon. deca. 1. lib. 6 Naucl. Gen. 19. Sabell. En. 8 lib. 4. Quod ipſum ex Niceph. colligi poteſt lib. 17. c. 26 Immo Grego. Mag. lib. 2. epiſt. 36. ſic ſcribit de Vigilio. Recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe regia conſtitutus cõtra Theodoram tunc Auguſtam, & acephalos damnationis promulgauit ſententiam. Vnde cõſtat minus rectè ſenſiſſe eos, qui deprauato liberali diacono breuiario nitentes Vigilium dicũt in Anthimij reſtitutionem conſenſiſſe. Nec enim condemnaſſet Vigilius Theodoram Auguſtam, & acephalos Eutychianiſtas, ſi Anthimium & ipſum Eutychianũ reſtituiſſet. Obſerua interim vim cathedræ Apoſtolicæ, in qua mox vbi aliquis ſederit, in alium virũ mutatur, & nihil poteſt ſtatuere vera fidei & religioni contrarium. Sub hoc autem Vigilio celebrata eſt quinta Synodus vniuerſalis Conſtantinopolitana ſecunda, Anno Chr. 553. Epiſcoporum 165. contra hæreticos Origenianiſtas collecta. Onuph.

A.C. 556.

Vigilius quomodo Conſtantinopolim venerit ex Pót. Vinc. li 22 cap. 57.

lam Siciliam defunctus eſt. Helinandus autem, A vt refert Vuicen. ſpecu. hiſtor. lib. 22. aliter dicit de iſto Vigilio Papa, videlicet, quod cum ipſe Vigilius nollet Anthimium reuocare ad epiſcopatum, vt petebat Theodora vxor Iuſtiniani, miſit ipſa Theodora Romam quemdam Scribonem, vt adduceret Vigilium Conſtantinopolim per vim. Qui cum in naui eſſet impoſitus, & nauis mota eſſet, populus Romanus iactabat poſt eum lapides, fuſtes, & cacabos dicens: Male feciſti Romanis, male & tu inuenias, vbi vadis, fames tecum, mortalitas tecum. Ingreſſo autem eo Conſtantinupolim, per biennium fuerunt in contentione de Anthimio reuocando. Cui Vigilius nullatenus conſentiebat, dicés. Non me huc venire fecerunt Iuſtinianus & Theodora, ſed Diocletianus & Eleutheria. Facite quod vultis, digna factis recipio. Tunc quidam dedit ei alapá, dicens. Neſcis quibus loqueris homicida, quia Siluerium Papam occidiſti, & filium mulieris viduæ calcibus & fuſtibus interfeciſti. Tunc fugit Vigilius ad baſilicam beatæ Euphemiæ, & tenuit columnam altaris. A qua abſtractus, eiectus eſt extra Eccleſiam, & miſsis funibus in collum eius, tractus eſt per totam ciuitatem vſque ad veſperam, C & tunc miſſus eſt in carceré: vbi dabatur ei modicum panis & aquæ. Cletus auté Romanus qui cum eo venerat, miſſus eſt in exilium per diuerſa loca ad metalla incidenda.

Eccleſia diruta quomodo reconciliáda, in ep. ad Eutherium ca 4. to. 2. conc.

Hic Vigilius ſic ſtatuit de conſecr. diſt. 1. c. de fabrica. De fabrica cuiuslibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda eſt: & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas inſtaurari debeat, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil iudicamus officere, ſi per eam aqua minime exorcizata iactetur, quia cónſecrationem cuiuslibet Eccleſiæ, in qua Spiritusſancti ara non ponitur, celebritatem tantum D ſcimus eſſe Miſſarum. Et ideo ſi qua ſanctorú baſilica à fundamentis etiam fuerit innouata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit celebrata Miſſarum ſolennitas, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si verò ſanctuaria quæ habebat, ablata ſunt, id eſt, reliquiæ altaris, rurſum earum depoſitione, & Miſſarum ſolennitate reuerétiam ſanctificationis accipiet. Hæc ibi. Locutio eſt obſcura. Sed vide gl.

S. Pelagius Pont max. 61. ſed. an. 4. m. 10. d. 18. A. C. 556. ex Pontif. & aliis.

Vigilio ſucceſsit in pontificatu Pelagius Papa 68. qui ſedit annis 11. men. 10. die. 18. Huic in principio ſui epiſcopatus nullus erat in vrbe, qui vel- E let cómunicare, aſſerentes eum in mortem Vigilij Papæ conſenſiſſe, & vt tantis pœnis & afflictionibus afficeretur, cauſam extitiſſe. Quam ob cauſam congregato clero & populo apud ſanctú Petrum, coram Narſete Imperatoris cubiculario aſcendens in ambonem, tenénſque Euangelia, ac crucé ſuper caput eius, iurauit ſe nullum malum Vigilio intuliſſe, & ſic populus & clerus ſedatus eſt. Nota, quod fuerút duo Pelagij. Vnus fuit iſte, de quo nunc. Alius fuit, qui immediate fuit ante Gregorium Papam, & poſt iſtum Pelagium pri- F mum Et quia multa capitula allegantur in Decretis attributa Pelagio, nec dicitur de primo vel ſecundo, ideo attendendum eſt.

S. Ioannes 3 Pont. max. 62. ſed. an. 13. men. 11. die. 27. A. C. 561. ex Pontif. Paul. Diac. lib. 2. de geſt. Lōg cap 5. Blond. lib. 7. Dec. 1. Nauc. gen. 19. vide etiam infra cap. 7.

§. VI.

A. C. 556.

QVinquageſimus nonus in ſede Petri poſt Pelagium, ſedit Ioánes tertius natione Romanus. Qui in ea permanſit annis 12. menſibus 11. diebus 26. Hic beatus pontifex, vt cognouit Narſetem aduerſus populum Romanum iuſte có motum, quia imperatori Iuſtino conqueſti fuerát de regimine eius, qui Italiam gubernabat attendens ipſe papa, quot bona ex præſentia, & prouidentia ipſius Narſetis perueniſſent non ſolum Romanis, ſed toti Italiæ, concite Neapolim properauit, atque cum lachrymis ſatagebat illum reconciliari Romanis, vt Romam denuo reuerteretur. Cui Narſes ait. Dic ſanctiſsime papa, quid mali feci Romanis? Vadam ad pedes principis, vt cognoſcat omnis Italia, quomodo totis viribus laboraueri mi, vt illam eriperem de manibus barbarorum. Attamen ſuaſu pontificis Narſes Romam reuerſus eſt, niſuſque eſt Longobardos ab ingreſſu Italiæ reuocare, ſed non valuit.

Romani Pontifex Narſetem Romanis conciliat.

Iam enim Albonius rex Longobardorum, qui ab eo literas per nuncium acceperat, vt intraret Italiam, indignatione quadam permotus vt in ca. ſeq. dicetur, iam congregatis magnis copiis cum vxoribus & liberis & eorum omni ſupellectili, relicta Pannonia iter arripuerat. Et intrarunt ipſe rex cum Longobardis Italiam Anno Domini 568.

Ioan. papa 16. q. 3. porro. ſic ait. Porro ſi de annorú numero quis cauſatur, ſciat, quia inter Chriſtianos, & eos, qui ſunt vnius fidei nume us certus affixus eſt, ſcilicet ad præſcribendum. Cæterum vbi paganorum incredulorum furor in cauſa eſt, quantalibet prætereant tempora, iuri non præiudicant Eccleſiarum, quæ corporalia neſciétes arma, ſolum Deum propugnatorem ſuum, quando ei placuerit miſereri patienter expectát. Verùm ſi annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipſe reprehendendus eſt, qui poſt quadringentos, & triginta annos filios Iſrael de ſeruitute Pharaonis, & fornace ferrea liberauit, ſed & ipſe redemptor noſter genus humanum poſt millia annorum de inferni clauſtris eripuit.

Præſcriptio c… eſt, niſi à tyrán bona … cupantur Eccleſiæ. in decreto nono … ex Ioan. 8.

Exod. 12.

S. Benedictus Pont. max. 63. ſed. an 4. men. 2. dies 15. A. C. 573. Pontificale, & Nauc. gen. 20.

§. VII.

DE hac luce ſubtracto Ioanne tertio, creatus eſt papa ſexageſimus Benedictus primus natione Romanus. Et poſt annos 4. menſes 2. vna minus die vita functus eſt. Eo autem Romæ præſidente, fames ingens fuit in Italia, & maxime Romæ. Nam gens Longobardorum omnia circúquaque hoſtili furore cóſumpſerat. Quamobrem piiſsimus imperator Iuſtinus, ad pontificis preces, ne Romani inopia periclitarentur, miſit in Aegyptum naues, quæ frumenta Romam deferrent. Quæ applicantes ad portum, non ſolùm vrbem ipſam, ſed & totam Italiam à famis peſte liberauerunt.

Iuſtinus Romanis fame laborantibus frumenta mittit.

Eo tempore, vt ſcribit Ioan. de Col. Hiſpani & Franci de Paſcha diſſentiunt celebrando. Nam Hiſpani 12. calen. Aprilis. Franci verò 14. calen. Maij Paſcha celebrabát. Sed Francos rectè celebraſſe per hoc diuinitus claruit, quod fontes in Hiſpania in ſancto ſabbatho Paſchæ ad baptizandum

[illegible] zandum ſponte diuinitus ſoliti repleri, non 10 Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſcha ſunt repleti.

Ab iſto Benedicto papa Gregorius Leuita cardinalis eſt ordinatus. Et ad prædicandum Anglicis [illegible] e permiſſus, hoc inſtanter poſtulans. Sed quamcitiſsime ob querelam Romanorum nimiã, ex itinere cœpto reuocatus, vt notat Vincen. ſpeculo. lib. 22. Cum enim quadam die per mercatores ad vrbem multa venalia adducta fuiſſent, & ad emendum hinc inde multi confluerent, contigit Gregorium, antequam pontificatum ſummũ aſcenderet, illac per forum tranſire. Qui vidit aliquos pueros ibi venales exponi, lactei coloris, ac venuſti vultus, capillóſque præcipui candoris habentes. Aſpiciens autem eos, interrogauit de qua regione adducti fuiſſent. Cui dictum eſt, quod de Britannia, cuius incolæ omnes ſimilis coloris eſſent. Et cum inquireret, an Chriſtiani eſſent homines illius inſulæ, audiuit eos Paganos eſſe. At Gregorius ex intimo corde longa trahens ſuſpiria. Heu proh-dolor (inquit) quod tam lucidos vultus author tenebrarum poſsidet, tantaque frõtis ſpecie grata gens mentem ab internis gaudiis vacuam geſtat. Rurſus interrogauit, quod nomen eſſet gentis illius. Dictum eſt illi, quod Angli vocarentur. At ille. Bene (inquit) nam angelicam faciem habent. Et tales angelorum in cœlis decet eſſe cohæredes. Quod habet (inquit) nomen ipſa prouincia, vnde allati ſunt? Reſponſumq; eſt, quod Deiri dicuntur prouinciales illi. Et Gregorius bene inquit Deiri dicuntur, quia de ira Dei ad miſericordiam Chriſti ducendi ſunt. Accedẽs ergo ad pontificem ſummum, zelo ſuccenſus cõuerſionis illorum, rogauit, vt genti Anglorum in Britanniam aliquos verbi Dei miniſtros deſtinaret, per quos ad Chriſtum conuerterentur, offerens ſe ad hoc paratum, ſi Chriſti Apoſtolico cõplaceret. Qui etſi cum difficultate, tamen precibus eius infatigabilibus deuictus aſſenſit. Qui profectionis ſuæ ciuibus celans negotium, ne impedirent, quamcelerrime potuit cum Apoſtolica benedictione iter arripuit. Sed cum veniſſet ad notitiam populi, omnes vrbani & ſuburbani audientes, currũt ad eccleſiam beati Petri, & Apoſtolico ad Eccleſiam eunti terribili voce conclamant. Eia Apoſtolice quid feciſti? Sanctum Petrum offendiſti, Romam deſtruxiſti, quia Gregorium dimiſiſti. Quibus vocibus permotus ſummus pontifex, populique rumorem timens, poſt eum ſumma cum feſtinatione legationem miſit, mandans, vt quamcitiſsime Romam remearet. Et cum iam tres dietas peregiſſet, & circa ſextam horam in quodam prato quieſceret, aliis circa opportuna occupatis, dum Gregorius legeret, acceſſit locuſta, & dans ſaltum paginæ, quam percurrebat, inſedit. Cernénſque Gregorius tam manſuete eam in loco, quo inſederat permanere cœpit ſodalibus ſuis nomen eius interpretari. Locuſta quaſi in loco ſta, inſinuans ſociis, quod nõ vltra iter eſſent proſecuturi, prout factum eſt. Nam venerunt ſubito nuncij Apoſtolici ſudantibus equis fatigatis, cum literis præcipientes eius reuerſionem. Alij tamen dicunt non Benedictum papam, ſed Pelagium permiſiſſe Gregorium ad Angliam proficiſci, ſed poſtea reuocaſſe. Sed primum verius, vt patet ex hiſtoriis.

[illegible margin notes]

S.Greg. in Angliam mitti poſtulat. Io. Diac. lib.1. 22.

Reuocatur ab itinere c.24.

S. Pelagius 2. Pont. max. 64. ſed. an. 10. men. 2. di. 10. A.C. 579. Pontificale. Ioan. Diac. lib. 1. vita S. Greg. Blon. lib. 8. Dec. 1. A.C. 576.

CAPVT II.

Defuncto Benedicto, pontificatum Romanum Pelagius ſuſcepit regendum, ſexageſimusprimus, natione Romanus. Sedit autem annis 10. menſibus 2. diebus 10.[a] Hic inconſulto imperatore papa cõſecratur, quia iam Longobardi vrbem obſederãt, vt ſecure egredi non valerent. Ab eo autem poſtea miſſus fuit Gregorius Conſtantinopolim apocriſarius, vel à benedicto miſſus, poſtea à Pelagio reformatus, ac idem fuit, qui poſt eum papá fuit. Et ibi Eutychium patriarcham Conſtantinopolitanum male ſentientem de reſurrectione corporum, ſcilicet quòd futura eſſent aerea, ventis ſubtiliora, in præſentia Tiberij imperatoris confutauit. Vbi etiam hortatu Leandri Hiſpalenſis epiſcopi librum moralium in parte ſuper Iob edidit.

Gregori⁹ à Pelagio Conſtãtinopolim mittitur. Io. Diac. lib.1.c.26.

Circa illud tempus Gothi, qui Hiſpanias incolebant, ex Ariana perfidia ad catholicam fidem redierunt. Nam Hermigildus Liuigildi regis Hiſpaniarum filius regis Francorum Childeberti ſororem vxorem duxit, puellam vtique deuotiſſimam, cuius exhortatione, ac beati Leandri prædicatione Hermigildus ab Ariana perfidia, qua pater eius languebat, ad veram fidem conuerſus eſt. Quod vt pater agnouit, ad ſectam ſuæ perfidiæ reducere ac præmiis ſuadere, terroribúſque inclinari conabatur. Cúmque reſponderet ſe nũ-

Eutychianam hæreſim profligat. cap.28.

a Sub Iuſtiniano imperatore ex auctoritate Vigilij Papæ nouus quidam in comitijs Pontificijs mos inoleuit. Is fuit vt mortuo Papa noua quidem electio more maiorum fieret. Verùm electus Romanus Pontifex non ante conſecrari atque ab epiſcopis ordinari poſſet, quam eius electio ab imperatore Conſtantinopolitano confirmata eſſet, ipſéque literis ſuis patentibus, licentiam electo pontifici cõcederet, vt ordinari, & conſecrari poſſet. Qua venia obtenta conſecrabatur, & Romanum adminiſtrabat pontificatum. Antea enim idem comitiorũ & pontificis renunciati conſecrationis dies erant. Hoc autem ideo Iuſtinianum imperatorem, vel ex eius auctoritate Vigilium Papam conſtituiſſe credendum eſt, vt imperator certus eſſet de conditionibus futuri pontificis, cuius tum maxima erat auctoritas, ne aliquo pontifice factioſo, vel imperatorum hoſte ordinato, vrbs & Italia eo auctore ſe finitimis barbaris traderet. Quod S. Siluerium papam aliquando quaſiſſe ſibi perſuaſerat. Onuph. in Annot. in Plat. ex antiquis auctoribus & alijs vetuſtis S. R. E. monumenti. Cæterum huc de re D. Gregor. in 4. pſal. Pœn. valde conqueritur, vbi de Simonis Magi hæreſi diſputãs, ſic ait. Huius erroris veſania concitauit aduerſus Eccleſiam, regiã ſi fas eſt dicere, poteſtatem. Quæ turpiſſimi lucri cupiditate illectus, Eccleſiam Chriſti, quam Saluator noſter voluit eſſe liberam, facere conatur ancillam, poteſtatis regiæ iura tranſcendens, quãto melius foret ſibi, Dominam ſuam eſſe cognoſcere: Et poſt. Intantum autem ſua temeritatem extendit veſania, vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicet, & in Domina gentium terrena ius poteſtatis exerceat. Hæc ille.

quam

A.C.576.

[A] quam veram fidem poſſe deſerere, quam ſemel cognouiſſet, iratus pater, primò omnibus rebus terrenis ablatis regno priuauit. Sed cum nec ſic virtutem mentis eius emollire poſſet, carcerali cuſtodia concludens, collum manúſque eius ferru ligauit.

In Paſcha te cómunicare ante receptum.

Superuenientis autem Paſchalis ſolennitatis die, intempeſtæ noctis ſilentio, perfidus pater Arianæ epiſcopum perfidię miſit, vt ex illius manu ſacrilegæ conſecrationis cómunionem reciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed iuuenis Deo dilectus Ariano epiſcopo [B] venienti exprobrauit, vt debuit, eiúſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit, quia etſi exterius iaceret ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine manebat erectus. His ad patrem relatis, inſana mente infremuit, ſtatímque ſatellites miſit, mandans, vt in loco, in quo ligatus iacebat, occiderent. Qui mox carcerem ingreſſi, ſecurim cerebro eius infigentes, vitam corporis abſtulerunt.

Rex Gothorũ occidit filiũ ſuum Catholicũ. Colitur 13. April.

Sed ad oſtendendam veram eius gloriam diuina miracula non defuerunt. Nam in nocturno noctis ſilentio pſalmodiæ cantus ad eiuſdem [C] regis & martyris corpus auditi ſunt, & lampades viſæ. Quod perfidus audiens pater, cómotus pœnitentia hoc feciſſe ſe doluit, non tamen vſque ad ſalutem obtinendam. Nam quia vera eſſet fides catholica cognouit, ſed gentis ſuæ vano timore perterritus ad hanc peruenire non meruit. Oborta tamẽ ægritudine ad extrema perductus, Leandro epiſcopo, quem prius multum afflixerat, Richaredum filium ſuum, quem in ſua perfidia relinquebat in regno, commendare curauit, & vt in ipſo talia faceret, qualia in fratre eius ſuis exhortationibus peregiſſet. Poſt cuius [D] mortem Richaredus rex non patrem perfidum, ſed fratrem martyrem ſequens, ab Ariana hæreſi ad veram fidem conuerſus eſt. Totámque Viſigothorum gentem, ita ad veram perduxit fidem, vt nullum in regno ſuo militare permitteret, qui regni Dei hoſtis exiſteret per hæreſim. Hæc Grego. in lib. Dialogo. & habetur 24. q. 1. c. ſi. quod incipit, Cœpit.

Vnitati non communicat ſchiſmaticis conſentiens. Anſel. lib. 12. ca. 44. Poly. li. 7. tit. 5.

Pelagius Papa multum fuit copioſus in decretis ſtatuendis, vt patet in decretis in multis locis. Et cótra ſchiſmaticos, ſic ait 24. quæſt. 1. ſchiſma. [E] Schiſma ſiquidem ipſum, quod Græcum nomen eſt, ſciſſurá ſonat. Sed in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt, non ergo vnitati communicat, qui ſchiſmaticis communicat. Partes ſibi ipſi fecerunt: & ab eo, quod vnum eſt (vt Apoſtoli Iudæ verbis loquar) ſemetipſos ſegregantes, ſpiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, vt quia in vnitate vnum non ſunt, vt quia in parte eſſe voluerunt, vt quia ſpiritum non habent corporis Chriſti ſacrificium habere non poſſint. Non autem nobis nunc illa quæſtio eſt, vtrum tolerare malos, ſed verum debeamus ſchiſmaticis ſociari. [F] Si etiam illi licet ſuo ſenſu abundantes, inter materna tamen poſiti viſcera quærerent veritatem, à nobis repellendi non erant, donec ad eos ratione duce rei veritas claruiſſet. Sed quia ſe ab vniuerſali Eccleſia diuiſerunt, ſicut beatus Augu. ait, omnis Catholicus ſecurus eam partem deteſtatur, cui Eccleſiam vniuerſalem Apoſtolicis ſedibus roboratam non communicare cognoſcit. Nec enim leuigat eorum crimen, ſed magis auget, quod eos diu reſtitiſſe dixiſtis, ne apoſtolicis communicantes ſedibus, in ſua communione reciperent. In hoc enim dum & illi culpandi ſunt, qui communicare talibus voluerũt, multò magis tamen & illi execrandi ſunt, qui ſolùm in ſacerdotibus communionem Apoſtolicarum ſedium, verumetiam in ipſis laicis ſpreuerunt. Sed nec illud eis prodeſt, quod eos in eiſdem literis, vel ignorantia rationis, vel ſimplicitate intellectus ſui à noſtra ſe cómunione ſuſpendiſſe perhibetis. idipſum enim magis eſt propter quod ſchiſmatici ſunt, quia non eos diuerſa ſentiendi iudicium, ſed quædam apud ſe delata, ſibi tamen incognita metuentes, & cótra Apoſtolicam ſedem temere credentes, peſſima diuiſit opinio, quod ſchiſmatici ſpecialiter eſſe beatus denunciat Auguſt. dicens, De talibus aduerſus authoritaté illatum eccleſiarum, quæ ab Apoſtolica ſede epiſtolas accipere metuerunt, temere credendo, immaniſsimum ſchiſmatis crimen à ſe propulſare non potuerunt, ad ſummam, aut illos Eccleſiam eſſe creditis, & cùm duæ Eccleſiæ eſſe non poſſint, nos (quod abſit) ſchiſmaticos iudicabitis. Aut ſi veram in Apoſtolicis ſedibus eſſe conſtat Eccleſiam, & illos ab vnitate diuiſos cognoſcite, & cómunionis quæſtionem eſſe ſublatam, quam veram niſi in vnitate conſtat eſſe nó poſſe. Noli ergo, quaſi nulla ſchiſmaticorum atque Eccleſiæ differentia ſit, velle indifferenter vtrorumque ſacrificiis ſociari. Non eſt Chriſti corpus, quod ſchiſmaticus conficit, ſi veritate duce dirigimur. Hæc ille.

A.C.580.

Qui propriè ſint ſchiſmatici.

Quomodo ſchiſmaticus non conficiat Chriſti corpus vide D. Tho. 2. 2. q. 39. art. 3.

Sed hoc vltimum ſanè intelligendum ſecundum gloſ. & bene, ſcilicet quod ſchiſmaticus nó conficit ſacramentum Euchariſtiæ, ſcilicet quando non ſeruat formam Eccleſiæ: vel ſi ſeruat formam, dicitur non eſſe corpus Chriſti quod conficit, quo ad effectum, non quo ad verum ſacramentum, quia ſcilicet in conficiente, vel ab eo ſcienter ſumente non operatur ſalutem, ſed perniciem propter abuſum illorum.

Non ad bonum ſed qui malũ cogit perſequitur, Deut de. ..t. P. 1. Poly. lib. 7 tit. 5 Anſel. li. 12. ca. 47

Idem Pelagius contra eos, qui dicebant Eccleſiam perſecutionem facere, dum punit malos, vel cogit ad bonum promiſſum ſeruandum. ſic ait 23. q. 5. non vos. Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia perſecutionem Eccleſia faciat, dum vel ea, quæ cómittuntur reprimit, vel animarum ſalutem quærit. Errant huiuſmodi rumoris fabulatores. Non perſequitur niſi qui ad malum cogit. Qui verò malum, vel iam factum punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur, ſed diligit. Nam ſi vt illi putant, nemo nec reprehendendus à malo, nec cogendus ad bonum eſt, humanas & diuinas leges neceſſe eſt euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia ſuadente iuſtitia conſtituũt. Malum autem ſchiſma eſſe, & per exteras etiam poteſtates huiuſmodi opprimi homines debere, & canonicæ ſcripturæ authoritas, & paternarum nos regularũ veritas docet. Quiſquis ergo ab apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eum eſſe non dubium eſt, & cótra vniuerſalem Eccleſiam altare conatur exigere. Sed quid de talibus inſertus in Chalcedonenſi ſynodo [a] canon conſtituat, gloria veſtra conſideret. Ibi enim in ſubſtantia decernitur, quod qui ſa-

[a] *Hic canon, qui etiam citatur 7. q. 1. ſi quis presbyter. ſic habet ad verbum. Si quis presbyter vel*

diaconus

A.C. 580 *diaconus contempto ſuo epiſcopo ſeipſum ab Eccleſia ſegregauerit, & priuatim apud ſe collectis populis altare erigere auſus fuerit, & nihilominus epiſcopo ſe exhortante, & ſemel & iterum reuocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando conſequi curationem, aut proprium honorem recipere ſperet. Quòd ſi etiam perſeuerauerit conturbans & cócitans Eccleſiam, per eam quæ foris eſt poteſtatem, hunc tanquam ſeditioſum corripi oportet. Conc. Antioche. ſub Iulio 1. tom. 1. Concil.*

ciunt ſchiſma in eccleſia, rebellantes ſe ſuis ſuperioribus, & moniti obedire contemnunt, debent excommunicari, & deponi. Et ſi perſeuerent facientes ſeditiones Eccleſiæ, per poteſtates ſæculares comprimantur. Et infrà.

Etiam beatus Auguſt. de talibus dicit. Multa etiã cum inuitis benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt, quorũ potius vtilitati, quàm voluntati conſulendum eſt. Nam in corripiendo filium quamuis aſpere, non tamen amor paternus amittitur: fit tamen quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore ſanandus. Ecce videtis quemadmodum tanti teſtimonio patris, non perſequatur coercendo talia, ſed diligat emendando tales ſemper Eccleſia. Facite ergo etiam & vos, quod ſcientes intentionem chriſtianitatis veſtræ frequenter hortamur, & date operam, vt talia vltra fieri non liceat, ſed etiam (quod nobis facillimum eſſe non dubito) ij qui talia præſumpſerunt, ad piiſsimum principem ſub digna cuſtodia dirigantur. Recolere enim debet celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo & Iſtriam & Venetiã tyranno Totila poſsidẽte, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamẽ Mediolanenſem epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi ante ad clementiſsimum principem exinde retuliſſetis, & quid fieri debuiſſet iterũ eius ſcriptis cognouiſſetis, & inter vbique feruentes hoſtes, Rauennam tamen, & is qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, prouidentia culminis veſtri deducti ſunt. Hæc ibi.

Idem Narſeti patricio. c. ſeq. q. ea. De liguribus atque Veneticis epiſcopis & Iſtriis quid dicam? quos idonea excellentia veſtra & ratione poteſtate reprimere nouit, & dimittitis eos in contemptum Apoſtolicarũ ſedium de ſua ruſticitate gloriari? Et infrà: Nolite ergo dubitare huiuſcemodi homines principali vel iudiciali authoritate cõprimere, quia regulæ patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, vt ſi qua Eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiectus eſt, reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, aut ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur atque damnetur. Quod ſi forte & hoc contempſerit, & permanſerit diuiſiones & ſchiſmata faciendo, per poteſtates publicas opprimatur.

ⁿ Hic Pelagius ordinauit & mandauit, vt nullus patriarcha debeat ſe nominare vniuerſalem.

n Non ſolum hic Pelagius in epiſtola decretali 1. tom. 2. Concil. nullum Patriarcham vniuerſalem appellandum eſſe decreuit, ſed etiam Gregor. mag. lib. 7. ep. 30. indict. 1. & ſæpe aliàs, vt habet etiam D. Anton. cap. ſequenti. §. 3. Cæterum noluerunt ideo hi ſancti pontifices ſtatuere (vt hæretici putant) nullam eſſe vniuerſalis Eccleſiæ præſulem, & pontificem. Nam in ſynodo Chalcedonenſi teſte D. Gregor. lib. 4. ep. 32. & 36. & 38. Pontifex Romanus vniuerſalis epiſcopus eſt dictus. Præterea ijdem Põtifices, qui à Patriarcha vniuerſalis nomine abhorrent, ſe in vniuerſalem Eccleſiam habere poteſtatem ſatis oſtendunt. Nam Pelagius ſic in eadem ſcribit epiſtola. Relatum eſt ad Apoſtolicam ſedẽ Ioannem Cõſtantinopolitanum epiſcopum vniuerſalem ſe ſcribere, vóſque ex hac ſua præſumptione ad ſynodum conuocare generalem: cum generalium Synodorum conuocandi auctoritas Apoſtolicæ ſedi B. Petri ſingulari priuilegio ſit tradita & nulla vnquam ſynodus rata legatur, quæ Apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in prædicto veſtro conuenticulo (quia ſynodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex auctoritate ſancti Petri Apoſtolorum principis, & Domini ſaluatoris voce, qua B. Petro poteſtatem ligandi atque ſoluendi ipſe ſaluator dedit, quæ etiã poteſtas in ſucceſſores eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis, & vana & caſſata eſſe, ita vt deinceps nunquam appareant. Hæc ille. Gregorius verò in eadem epiſt. 30. lib. 7. ind. 1. Meus, inquit, honor eſt honor vniuerſalis Eccleſiæ. & ep. 64. ind. 2. Nam quod idem primas (inquit) ſe dicit Apoſtolicæ ſedi ſubijci, ſi qua culpa in epiſcopis inuenitur, neſcio quis ei epiſcopus ſubiectus non ſit, & ſexcenta alia huiuſmodi, quæ Sand. de viſib. Mon lib. 7. collegit. Nomen itaque vniuerſalis epiſcopi duplicem poteſt habere ſignificationem. Nam vniuerſale, id eſt quod ita vnum eſt in vniuerſo, vt aliud non ſit, vt vnus Deus, vnus ſol. Sic nullus eſt epiſcopus vniuerſalis, ſic ſumpſerũt vniuerſalis epiſcopi nomen hi ſancti Pontifices, quod ſatis indicat D. Gregor. ep. 38. lib. 4. Tu conaris inquiens, eum honorem omnibus tollere, quem tibi illicite deſideras ſingulariter vſurpare, & in 30. ep. lib. 7 indict. 1. Si enim vniuerſalem me papã veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. & Pelag. ſi ſummus, inquit, patriarcha vniuerſalis dicitur, patriarcharum nomẽ cæteris derogatur. Vniuerſalis deinde epiſcopus is dicitur, qui in ordine epiſcoporum primus & principalis eſt. In qua ſignificatione Pontifex Romanus à Concilio Chalcedonenſi vniuerſalis eſt nominatus, & ab omnibus ſemper Catholicis eſt habitus. Vide Raimundum Ruffum aduerſus impiũ Molinæum pro pontifice maximo. Sand. lib. 7. de viſib. mon. Franc. Turr. lib. 3. pro defen. can. Apoſt. ca. 1. A.C. 584. Matt. 16.

Ipſe etiam ſtatuit, quod nec archiepiſcopus, nec primas, nec patriarcha ante pallium ſuſceptũ poſsit ordinare, & quod intra tres menſes à ſua confirmatione poſtulare debet conſecrationem, & pallium ab apoſtolica ſede, aliàs punitur, vt diſtinct. 100. cap. 1.

Idem de conciliis generalibus ſic ait diſtinct. 17. multis. Multis denuo apoſtolicis & canonicis atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari ſcilicet generalia. Et infra in fine. Maiores vero & difficiliores quæſtiones, vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, ad ſedem Apoſtolicam ſemper deferãtur, hæc ibi. quæ ſcilicet concernunt fidem vel ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ. Idem de conſec. diſt. 1. inuenimus. Declarat præfationes omnes, quæ dicuntur in miſſa, ſcilicet in Reſurrectione, in Aſcenſione

Concilia generale ſine Romano Pontifice nõ poteſt celebrari, epi. 1. in initio.

Domini

A.C. 584.

Domini, in Pentecoſte, in feſto Trinitatis, in Natali Domini, in Epiphania Domini, de apoſtolis, de ſancta Cruce. Et de ieiunio in quadrageſima. Additur etiam de virgine Maria. Et hæc vltra communem quotidianam.

Præfationes Eccleſiæ in ep. ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ.

Idem Pelagius de monachis ſcribens Antoninæ patriciæ 16.q.1.de præſentium, ait. Satis valde amariſſimum habeo, de propoſito monachatus ad officiũ defenſoris homines deduci, (id eſt, iudicis, aduocati & procoratoris) in quo nullo modo quæ a monachis Deo promiſſa ſunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim eſt & illius habitus, & iſtius officij diuerſitas. illic enim quies, oratio, labor manuum, at hîc cauſarũ cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel eccleſiaſtica inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit. Faciat autem Deus, vt tales ſint ij, qui vel a vobis in iſtu habitu nutriuntur, vel in monaſterijs creſcunt, vt prouecta ætate & probata vita, non ad litigiorum officia, ſed ad ſacerdotiũ valeant promoueri.

Qui poſt mortẽ vxoris habuerit de ancilla filios, diacon9 fieri permittatur. Anſel. li.7. c. 68. Pol. lib 2. tit.5.

Idem Pelagius conceſſit ex diſpenſatione, vt quidam qui poſt mortem vxoris in ſtatu laicali habuerat ancillam in concubinam promoueretur ad diaconatum, illam tamẽ dimittendo, ſcribens epiſcopo Florentino. diſt.34. fraternitatis. dicens: Quia defectus noſtri temporis, quibus nõ ſolùm merita, ſed & ipſa corpora hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentię ſuſpicionẽ auferre dignoſcitur vt ad diaconatus ordinẽ poſsit prouehi conceſsiſſe nos noueritis.]

Idem Narſeti patricio. Quia ſcimus occulto Dei iudicio, animam veſtram, & ſi per aliorum iniquitatẽ ac ſuperbiam à contaminatione ſchiſmatis cuſtoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari conſueuit. 23.q.5. relegentes.

Idem de continentia. 27.q.1. de viduis. 2. ſic ait. Sicut viduæ vel virgines, ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundum Apoſtolum nullatenus nubere vetabantur, ſic habita ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuerũt cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inijcere, ſed ſolùm adhortationes pręmij ſempiterni pœnáſque proponere diuini iudicij, vt & noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cauẽdum eſt quippe, quod de earum moribus actibúſque

1. Tim. 5.

beatus teſtatur Apoſtolus. Quod plenius caponere prætermimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quàm admoneri videatur.

Quaten9 liceat epiſcopo de vna ciuitate in aliam tranſire. ep. ad Benignũ to 2. Cõc.

Idem de mutationibus locorum ſcribens Benigno archiepiſcopo ſic ait, 7.q.1. ſcias. Scias frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſam neceſsitatis, vel vtilitatis, aliud cauſam præſumptionis, & propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem, id eſt qui non auaritiæ cauſa, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel dilectionis, migrat de ciuitate ad ciuitatem, ſed cauſa neceſsitatis vel vtilitatis mutatur. Nam plurimorum vtilitas, vnius vtilitati vel voluntati eſt præferenda. Aliud enim eſt mutare, aliud mutari. Nã & aliud eſt ſponte tranſire, aliud eſt coacte, & neceſsitate venire. Vnde non mutant ciuitatem, ſed mutatur: qui non ſponte ſed coacte hoc agunt.

Idem ad eundem in cap. ſequenti. Omnis qui gemebat, & qui vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad Dauid. Si rex piiſsimus, atque iuſtiſsimus Dauid ſciret eſſe peccatum perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum recipere, tales nequaquam reciperet, nec tales teneret ſecum, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur epiſcopos, & eos de ciuitatibus ad ciuitates ire compellunt, non eos tantum perſequuntur, quantuoi dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, & neceſsitatem patientibus, ipſum Chriſtũ negant qui eſt miſericordia & veritas, [& omnibus neceſsitatem patientibus, ſubuenire iubet.)

A. C. 592. Quomodo ſine peccato tranſiri vno loco in alium poſsit. 1. Reg. 22.

Idem 8.q.3. talia. Scientes aliqui ſe ad epiſcopatum, nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo Eccleſiam inquietare voluerunt, vt ſibi de ijs, quæ præſumpta ſunt ea ipſa, immunitatem promittat epiſcopus futurus, & fiat rapinæ ſecuritas, epiſcopatus ambitio. Et infrà. Elpidium diaconum electũ quaſi ab omnibus ad nos facite properare. Quem tamẽ hac per veſtram dilectionem præſenti iuſsione ſpecialiter admonemus, ne cuiquam ſe aliquid dare vel daturum ſe eſſe promittat, ſed neque de eccleſiaſticis præteritis cauſis aliquam ſecuritatẽ facere audeat alicui ſiue promittere, aut quaſi factus epiſcopus, ea quę direpta ſunt, permanere libere patiatur.

Epiſcopo... parœc... grau... non bene. A... li.6.c.17... Poly.li.4 tit. 24.

Idem Creſconio illuſtri ſic ſcribit 10.q.3. illud. 1. Illud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne quiſquam epiſcoporum Siciliæ de parœcijs ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius, quàm duos ſolidos præſumat accipere, neque cõpellere presbyteros aut clerum ſuarum parœciarum ſupra vires eis conuiuia præparare.

Idem 10.q.1. ſi quiſquam. Sergio cancellario ſic ſcribit. Si quiſquam clericus ſiue inferioris ſiue potioris gradus petitor exiſtat, & contra laicã perſonam ſuas dirigat actiones, iſte modis omnibus non alibi, quàm apud prouincię iudicem negotium ſuum dicturus occurrat. Si quis laicus clericum cuiuſcunque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum iudicium in eadem ciuitate vel territorio cõſtitutorum proponat eas, quas ſe exiſtimat habere actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenientem atque conſentaneum illa regola demonſtrari manifeſtat, quę pręcipit actorem forum perſequi pulſati.

S. Gregorius magnus Pont. max. 67. ſedit an. 40. men. .·. di. .·. A. C. 590. cuius vitam ſcripſit Ioan. Diac. libris quatuor, tom. 2. Surij. Meminit eiuſdem Bed. lib. 2. hiſto. Angl. & Paul. Diac. lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 11.

De Gregorio magno Romano Apoſtolico primo huius nominis.

CAP. III.

Gregorius ſucceſsit Pelagio in numero pontificum ſexageſimus ſecundus. Interpretatur autem Gregorius vigilans, quod optime conuenit ei, quia ad Deum de luce gratiæ ſopitis paſsionibus per contemplationẽ vigilauit, ſecũdum illud Cant. 1. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilauit ſibi perfectè vitiis reſiſtens, & virtutibus inhærens,

Luc. 12.

contra

A.C. 590. contra inſidias diaboli per humilitatem & orationem, ac timorem continuè paratus exiſtens, ſecundum illud Chriſti: Vigilate omni tempore orantes, vt fugere poſsitis omnia iſta, ſcilicet pericula, & ante conſpectum Dei ſtare. Vigilauit proximis ſubditis, quo ad animas per doctrinam maxime moralem, & non ſolum ſui temporis, ſed in perpetuum futuris hominibus per libros editos ab eo. Quo ad corpora per maximam liberalitatem. Nec aliquis pontifex reperitur, qui ita vigilauerit ad prouidendum pauperibus, implens illud Apoca. Eſto vigilans. Apoc. 3.

Denique docilis fuit adoleſcens, inquit Ioan. diaconus, qui cum tranſiniſſo communiter ſtylo ſurgentis infantiæ ad biuium Pythagoricæ literę peruenisset, incunctanter ſiniſtrum ramum cum ſæculi voluptate relinquere, & ad dextrum cœpit cum cœleſti deſiderio totis viribus anhelare.

Et ad intellectum huius, ſciendum de litera Pythagorica, quia ſcilicet ab eo inuenta eſt Y. Aſcendēs enim puer ad vſum rationis, ſi ſe vitiis tradit, ramum illius literę aſſumit, qui deſcendit ad ima. Si autem viam virtutum, ſumit dextrum ramum aſcendendo ad ſuperna, etſi laborioſe.

Gregorius primus, qui & Magnus dicitur, propter eximiam ſanctitatem, & ſapientiæ præcipue moralis ſublimitatem, vt pene in ea omnes doctores excelleret, & propter ſummi pontificij dignisſimam adminiſtrationem cum maxima humilitate, cùm nihil magis in ceruice pōtificis quàm humilitas ſplendeat, vt ipſe ait diſt. 100. contra morem. defuncto Pelagio ex peſte, eccleſiam Dei regendam licet inuitus ſuſcepit, ſed omni clero cogente, & populo Romano acclamante, & Mauritio Imperatore aſſentiente, optāter poſt fugam inuentus, ne Dei voluntati contraire videretur, onus ſuſcepit, in ordine pontificum Romanorū, quem maxime decorauit ſexageſimus ſecundus fuit. De quo diffuſius agetur, & de vita & doctrina eius. Scripſit autem vitam eius Paulus hiſtoriographus Longobardorum, quam Ioannes diaconus diligentius poſtea compilauit.

Humilitas pontificum decet.

Gregorius igitur iſte ſenatoria ſtirpe progenitus patrem habuit Gordianum: matrem verò Syluiam nobiliſsimos Romanos. Hic cùm ſummum philoſophiæ apicem in ſua adoleſcentia attigiſſet, ac rerum & diuitiarum copia abundaret: cogitauit tamen omnia deſerere, & ad religionis ſtatum ſe transferre. Sed dum longius conuerſionem protraheret, & tutius ſe famulaturum Chriſto putaret, ſi ſub prætoris habitu vrbani mundo ſpecie tenus deſeruiret, cœperunt multa cōtra eū ex eiuſdem ſæculi cura ſuccreſcere, vt non iam corpore tantum, ſed in eo retineretur & mente.

Tandem patre orbatus, ſex monaſteria in Sicilia conſtruxit, ſeptimum intra mœnia vrbis ſub honore ſancti Andreæ apoſtoli in proprio domate fabricauit. In quo relictis ſericeis, auro, gemmiſque radiantibus veſtimentis: vili monaſtico habitu tegebatur, vbi ad tantam perfectionem in breui deuenit, vt in ipſo conuerſionis ſuæ initio poſſet iam in perfectorum numero computari. Cuius quidem perfectio ex verbis, quæ ſuper dialogum ſcripſit in prologo aliqualiter perpendi poteſt, vbi ait. Infælix animus meus occupationis ſuæ pulſatus vulnere, meminit qualis aliquando in monaſterio fuit, quomodo ei labentia cuncta ſubter erant, quàtum rebus omnibus, quæ voluuntur, eminebat, quod nulla niſi cœleſtia cogitare conſueuerat, qui etiam retentus corpore, iam ipſa carnis clauſtra contemplatione tranſibat, qui mortem quoque, quæ cunctis pœna eſt, vt ingreſſum vitæ & laboris ſui præmiū amabat. A.C. 590.

Tanta denique diſtrictione corpus afflixit, vt infirmato ſtomacho vix ſubſiſtere valeret, & incisionem vitalium, quam Græci συνκοπὴν vocant, patiens, crebris anguſtiis per horarum momenta ad exitum propinquaret. Eius abſtinentia li. 5. vitæ. cap. 7.

Quadam vice dum in ſuo monaſterio, in quo præerat quædam ſcriptitaret, angelus Domini in ſpecie naufragi ſibi affuit, ſibique miſereri lacbrymabiliter poſtulauit. Cui Gregorius cum ſex argenteos dari feciſſet, & abiiſſet, eadem die iterum rediit, ſeque multa perdidiſſe, & pauca recepiſſe aſſeruit. Et cum totidem argenteos ab eo recepiſſet, iterum die tertia reuerſus miſer ei ſubueniri importunis clamoribus poſtulabat. Sed Gregorius cum à procuratore ſui monaſterij didiciſſet, nihil dandum eſſe in monaſterio, ſcutellam argēteam, quam mater ſua cum leguminibus mittere ſolebat, remanſiſſe ſolum, ille ſtatim dari præcepit, & continuo ille lætus abſceſsit. Hic autem angelus domini fuit, ſicut poſtea reuelauit.

Cum autem cuncta diligenter, quæ ad religionis conuerſationem ſpectant, obſeruari mandaret, duo ex monachis eius diſciplinæ huiuſmodi rigorem non ferentes inſalutato hoſpite receſſerunt. Quod aduertens Gregorius tunc abbas, vt paſtor optimus, oues errantes ne perirent, reuocare ad ouile curauit. Miſitque poſt illos aliquos, qui illos reducerent, cum inueniſſent quæſitos. Egreſsi ergo vrbem, à longe, monachi qui fugerant viderunt, qui eos quærebant, ipſis tamen non viſis ab eis, propter quod, vt non inuenirent, ſed præterirent eos, intrarūt quoddam antrum, quod erat iuxta viam, ſe ibi celantes. Cum autem nuncij equites, vt citius inuenirent, iuxta locum applicuiſſent, equi eorum ſubſtiterunt, nec calcaribus vrgentes, vltra citráque ducere vllo modo valebant. Quapropter inſpirati à Deo, ne forte hoc accideret, quia ibi prope eſſent quærendi, intrantes ſpeluncam inuenerunt latentes, & reduxerunt eos, quod vtique meritis Gregorij factum quis dubitet? Monachi apoſtatę diuinitus à fuga retrahūtur. cap. 14.

Alij etiam dum à monaſterio recedere deliberaſſent, arrepti ſunt à diabolo, & vnus eorum etiam lumine priuatus. Qui poſtquam confeſſi ſunt peccatum ſuum (ſcilicet de fuga quam intēdebant) Gregorio, à dæmonis liberati ſunt vexatione. Similiter alter, qui furtum fecerat, partem pretij de quadam re vendita retinens, vexatus à diabolo fuit, quouſque Gregorio confeſſus eſt peccatum. Econtrario fuerunt in ipſo monaſterio multi monachi ſanctæ vitæ. Vnde de quodam Gerontio narrat ipſe Gregorius quod in infirmitate conſtitutus grauj, vidit dealbatos viros, id eſt angelos de ſuperioribus deſcendere in monaſterium ipſum, è quibus vnus dixit. Venimus ad hoc, vt de monaſterio Gregorij fratres quoſdam in militiam mittamus. Atque vnus alteri præcipiens dixit. Scribe Marcellum, Valentinianum, & quoſdam alios, & hunc ipſum infirmum qui nos aſpicit. Qui omnes ſucceſsiue poſt paululum ſunt à domino euocati. Monachorū apoſtatarū pœnæ. ca. 11. 12. & 13.

Præterea ipſo Gregorio abbate exiſtente, vbi in monaſterio omnis proprietas eliminata erat,

A. C. 590. accidit vt quidam ex monachis eius nomine Iuſtus, cum eſſet artis medicinæ peritus, aliquando infirmis cum licentia Gregorij ſanitatis medicamenta vel conſilia præſtabat, qui diabolo inſtigante cupiditate ductus à quodam ſibi oblatos tres aureos, vt proprium ſibi occultos retinuit.

Vitiũ proprietatis religionũ peſtis.

Eo autem infirmato, cùm viſitaretur à confratribus ſuis, inuenti ſunt inter medicinalia illi aurei, quod ſignificatũ eſt Gregorio. At ſanctus vir intelligẽs vitium proprietatis, exinanitiuum totius regularis conuerſationis, vt experientia docet, ſumme deteſtatus eſt ſcelus ipſum, mandauitque ſtrictiſsime in pœnam criminis, nullum ex monachis amplius eum viſitare debere, ſed ſolum per germanum ſuum, qui in monaſterio ipſo laicus degebat, neceſſaria miniſtranda, & vt ab eodem germano ſuo, ſibi cauſa exprimeretur ſubtractionis conſuetæ fraternæ viſitationis. Quo ad vnguem ſeruato, intellexit Iuſtus monachus ex pœna grauitatem culpæ ſuæ, & ingemuit vehemẽter pro peccato ſuo, ex illáque infirmitate vitam finiuit. Audita autem morte eius, Gregorius nõ ea vindicta quietus, vt magis ac magis omnem proprietatem à monaſterio relegaret, puniuit, & mortuum mandans monachis, vt non in loco ſacro, ſed in ſterquilinio corpus eius proiicerent cum tribus illis aureis, dicentes hoc & officium celebrantes eidem: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Quibus peractis, ne videretur vir Dei hominem non vitium perſecutus, poſt modicũ illi compatiẽs, præcepit vni ex monachis, quem deuotiorem exiſtimauit, vt vſque ad triginta dies quotidie pro eo hoſtiam immolaret.

Miſſę pro pro defunctis.

Quos cum impleſſet, is defunctus pro quo ſuffragium fiebat, trigeſimo die apparuit fratri. Interroganti autem quomodo ſe haberet, reſpondit defunctus. Vſque modo male fui, nunc autem bene, quia hodie cõmunionem recepi.

Et ex hoc exemplo vulgatum eſt & viſitatiſsimum triginta miſſas celebrare pro defunctis. Quod vtique perutile eſt in purgatorio exiſtentibus. Et ſi continue celebrentur cæteris paribus magis iuuabit ſuffragium, quàm ſi interpolatis, quia fructum citius percipiet, & non ex eo, quia diſcontinuati ſunt dies. Nam quod non valeat tale ſuffragium propter diſcõtinuationem dierum, abſurdum videtur.

Miſſa quælibet ſuũ valorem habet.

Habet enim quælibet miſſa ſuum valorem, & expiationis gradum, & ſi nobis ignotum. Et quanto maior eleemoſyna pro huiuſmodi fiet, tantomagis illi proderit, pro quo fit, cæteris paribus.

Tiberis inundatio. lib. 10. hiſt. Franc. cap. 1. & Diac. lib. 1. Vit. cap. 34. Serpentes extincti corrumpunt aerem. cap. 36.

§. I.

ANno autem imperij Mauricij ſeptimo, tanta fuit inundatio aquarum, vt timeretur, ne iterum mundus aquis diluuij ſolueretur. Nam apud vrbem Romanam fluuius Tiberis propter aſsiduas pluuias limites ſuos egreſſus, adeo inundauit, vt maiorem vrbis partem occuparet, multáſque domos euerteret. Mirum dictu, trahebat ſecũ inundatio illa ſerpentum multitudinẽ, cum quibus & draco maximus viſus eſt, deſcendẽnſq; ad mare hæc multitudo ſerpentum à ſalſis fluctibus ſuffocati ad littus eiecti ſunt. Quorum congeſtam multitudinem tantus fœtor ſecutus eſt, vt totam adiacentem regionem fœtore corrumperet, propter quem fœtorem ex corruptione aeris peſtis illa, quam inguinariam vocant, in tota circumadiacente regione ſecuta eſt, quæ adeo deſæuiit, vt intra paucos dies multa hominum millia interirent. Ex qua peſte Pelagius papa defunctus eſt.

A. C. 590.

Peſtis in vrbe deſæuit. cap. 37.

Eo autem defuncto acclamante clero, ſenatu populóque Romano vno omnium conſenſu Gregorius papa nominatur. Quem ille honorem declinans, indignum ſe tanto ſacerdotio proteſtabatur. Timebat enim vir ſanctus, ne mundi gloria, quam prius abiecerat, ſub eccleſiaſtici colore regiminis, ei aliquando ſubreperet. At vbi totius populi vidit inſtantiam, conſenſurum ſe aliquando ſimulauit, & imperatori Mauricio, cuius filiũ de ſacro fonte leuauerat, ſcripſit, adiurans eum, & multa prece depoſcens, ne vnquam populi decreto aſſenſum præberet. Sed præfectus vrbis Germanus nomine, Deo volente eius nuncium præuenit ac retinuit, & populi voluntatem cum electionis decreto imperatori direxit. Quo accepto imperator mire gauiſus eſt de tanti viri electione, vnde & conſenſum præbuit, & vt moris erat, decretum firmauit.

Oratio eius ad populũ Turonen. & Diac. cap. 41. ex D. Greg. lib. 11. ep. 2.

Interea dum principis præſtolaretur aſſenſus, lues ipſa grauiſsime populum deuaſtabat. Congregata igitur multitudine, vt ſcribit Ioan. de col. venerabilis leuita Gregorius verba ad pœnitentiam huiuſmodi ad populum exorſus eſt, dicens. Oportet (fratres dilectiſsimi) vt qui flagella Dei futura euenire non metuimus, ſaltem præſentia & experta paueamus. Conuerſionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis noſtri duritiam, ipſa pœna, quam patimur, diſſoluat. Vt enim per prophetam prædictum eſt. Peruenit gladius vſque ad animam. (Hier. 4.) Ecce enim cuncta plebs cœleſtis iræ mucrone percutitur, & repentina ſinguli cæde vaſtãtur. Nec languor mentem præuenit, ſed languoris moras (vt cernitis) mens ipſa præcurrit. Percuſſus quiſque ante rapitur, quàm ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Penſate qualis ante conſpectum iudicis peruenit, cui non licet flere, quod fecit.

Hortatur ad pœnitentiam.

Et habitatores quidem non ex parte ſubtrahuntur, ſed pariter corruunt, domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera patres aſpiciunt, & ſui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnuſquiſque igitur noſtrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percuſsionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis, quicquid errando commiſimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confeſſione, (Pſal. 94.) & ſicut ait propheta, leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum. (Thren. 3.) Dat profecto, dat tremori noſtro fiduciam, qui per prophetam dicit. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. (Ezech.) Nullus de iniquitatum ſuarum immanitate deſperet. Veternoſas namque Niniuitarũ culpas triduana pœnitentia abſterſit. (Ionæ 3.) Et conuerſus latro, vitæ præmia etiã in ipſa ſententia ſuæ mortis emeruit. (Luc. 23.) Mutemus igitur corda, & præſumamus iam nos percepiſſe quod petimus. Citius ad precem iudex flectitur, (Matt.) ſi à prauitate ſua peccator corrigatur. Imminente tantæ animaduerſionis gladio, nos importunis precibus inſiſtamus. (Pſal. 49.) Ea namque, quæ ingrata eſſe in hominibus importunitas ſolet, iudicio veritatis placet. Hinc per pſalmiſtam ait. Inuoca me in die tribulationis, eruam te &

A. C. 590.

te & magnificabis me. Ipſe igitur ſibi :eſtis eſt, quia inuocantibus miſereri deſiderat, qui admonet, vt inuocetur. Proinde, fratres cariſsimi, contrito corde, & correctis operibus, craſtina die primo diluculo ad ſeptiformem litaniam iuxta diſtributionem inferius deſignatam deuota cum lachrymis mente veniamus. Nullus veſtrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere præſumat, ſed ad ſanctæ Dei genitricis eccleſiam conuenientes, qui ſimul omnes peccauimus, omnes ſimul mala, quæ fecimus deploremus, vt diſtrictus iudex, dum nos culpas noſtras puniſſe conſiderat, ipſe à ſententia propoſitæ damnationis parcat.

Litania ſeptiformis inſtituitur.

Igitur dum magna multitudo omnis ætatis & ſexus, atque profeſsionis iuxta præceptum Leuitæ Gregorij die ſtatuta dominum rogatura veniſſet, diuino iudicio intantum ipſa lues deſæuiit, vt intra vnius horæ ſpacium, dum plebs vocé ſupplicationis emitteret, octoginta homines ad terrá corruentes expirarent. Sed nequaquam deſtitit facundiſsimus doctor populum exhortans, ne ab oratione ceſſaret, donec miſeratione diuina peſtis ipſa quieſceret.

Grauis mortalitas. ca. 43.

Dicebatur autem ſeptiformis Litania vel proceſsio, quia Gregorius ſtatuit per ſeptem ordines procedere. Nam in primo ordine antecedebant clerici, in ſecundo monachi & religioſi, in tertio omnes ſanctimoniales, in quarto infantes & pueri, in quinto virgines, in ſexto omnes viduæ & continentes, in ſeptimo omnes coniugati & reliqui. Et dicitur accidiſſe tam grauis peſtis, vt ſternutando, vel oſcitando homines ſpiritum ſubitò exhalarent, vnde introductum eſt ex more, vt in huiuſmodi actibus dicatur. Deus te adiuuet, vel ſignum Crucis fiat. Et hoc accidit ex eo, quia Romani incontinenter in Quadrageſima vixiſſent, & ſic indiſpoſiti communionem in Paſchate ſuſcepiſſent, exinde etiam magis ac magis luxuriis, ludis, & aliis vitiis ſe occupantes.

Septiformis litania quæ. cap. 42.

Fugit Pontificatum mutato habitu. cap. 44.

§. II.

CVm autem Gregorius futurus antiſtes, putaret ex literis ſuis principem Mauricium nó conſenſiſſe poſtulationi hominum circa ſui electionem, poſtquam cognouit literas ſuas à Germano interceptas fuiſſe præfecto vrbis, imperiale reſponſum timens eius aſſenſum electioni præbere, hoc ipſum præuenire niſus eſt. Quia enim egredi portas ciuitatis non poterat palam, à negotiatoribus exponendum ſe, mutato habitu, vt fertur callidus impetrauit, & ſyluarum ſaltus, & cauernarū latibula requiſiuit. In quibus dum ſumma ſolicitudine ab omnibus quæreretur, indicio columnæ ſuper ſe iugiter è cœlo dependentis agnoſcitur, capitur, trahitur, & apud Eccleſiam principis Apoſtolorum conſecratur. Quod verò ad huius honoris culmen inuitus aſcenderit, qui verba ſua legit patenter aduertit.

Vnde ad Narſetem patriciū ſic ait. Dum contemplationis alta deſcribitis, ruinæ meæ gemitū renouatis: quia audiui quid intus perdidi, dum foris ad culmen regiminis immeritus aſcendi. Tanto autem mœrore me perculſum cognoſcite, vt vix loqui ſufficiam. Nolite ergo vocare me Noemi, id eſt, pulchrū, ſed vocare me Mara, quia

A amaritudine plenus ſum. Et alibi. Qui me ad epiſcopatus ordinem cognoſcitis perueniſſe, ſi me diligitis plangite, quod & ego inceſſanter defleo, atque, vt pro me Dominum exoretis, rogo. Et in prologo Dialogorū. Ecce nunc magni maris fluctibus quatior, atque in naui mentis tempeſtatis validæ procellis illidor, & cum prioris vitæ ſtatum recolo, quaſi poſt tergum reductis oculis viſo littore ſuſpiro. A C. 590.

Quia verò adhuc peſtis Romam vaſtabat more ſolito, proceſsionem cum litaniis per circumitum ciuitatis proſequi Paſchali tempore mandauit,[a] & imaginem beatæ Mariæ ſemper virginis ante proceſsionē portari ordinauit. Hæc imago dicitur eſſe Romæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris, & fuiſſe depicta à Luca Euangeliſta, nō ſolùm medico, ſed & pictore egregio. Cum autem deferretur imago, tota aëris infectio & turbulentia imagini cedebat, quaſi eam fugeret, & præſentiam eius ferre non poſſet: vnde & mira ſerenitas, & aëris puritas poſt eam remanebat. Tunc iuxta imaginē (vt fertur) auditæ ſunt voces angelorum canentium, Regina cœli lætare alleluya, &c. Statimq́ue Gregorius, qui proceſſionem ſequebatur, addidit. Ora pro nobis Deū, alleluya. Vidit Gregorius ſuper caſtrum ſancti Angeli, quod prius dicebatur Creſcentij, vel moles Adriani, angelum ſtantem, qui gladium euaginatum cruorem detergens in vaginam reponebat. Intellexitque Gregorius quod peſtis ceſſaſſet, prout factum eſt.

De imagine B. Virginis quam B. Lucas depinxit.

Regina cœli lætare, ab Angelis decantatum.

a Hanc de imagine B. Mariæ ſemper virginis hiſtoriam cōmemorat Theodoricus de Apoldia lib. 2. de vita B. Dom. cap. 5. & 8. & Sigon. lib. 1. de regno Ital. & Caniſ. lib. 5. de virg. Deip. cap. 22. Porrò hoc ſæculo frequentem fuiſſe imaginum vſum docet imprimis ipſe Grego. epiſt. 109. lib. 7. vbi Sereniū Maſſilienſem epiſcopum redarguit, quòd eas cōfringere auſus ſit, deinde Ioan. Diacon. in vita D. Grego. lib. 4. cap. 18. quod etiam refert D. Anton. infer. cap. 6. §. 10. dum characteris incarnati verbi meminit. Neque porrò hoc ſolùm ſæculo, ſed etiam ſuperioribus ſæculis fuiſſe imagines ſæpe in hac hiſtoria annotauimus.

Gregorius præ humilitate laudari non vult. lib. 6. epiſto. 8.

§. III.

TAntæ autem humilitatis fuit Gregorius, vt ſe nullo modo laudari permitteret, vnde & Stephano epiſcopo, qui eum in epiſtolis ſuis laudauerat, ſic ſcribit: Multum mihi, & vltra quàm audire merui, fauorem in veſtris epiſtolis demōſtratis. Et cum ſcriptum ſit. Ne laudes hominem in vita ſua, tamen etſi audire talia dignus non fui, orationibus veſtris peto, vt dignus efficiar, vt fiot in me bona, quæ dixiſtis. Idem ad Narſetem patricium. Quod cauſæ & nominis ſimilitudinem faciendo, per ſcripta veſtra clauſulas declamatiunćſque formatis, certe frater cariſsime ſimiam leonem vocas, quod eo modo vos agere conſpicimus, quo ſcabioſos ſæpe catulos pardos vel tigrides vocamus. Eccl. 11.

Idem in epiſtola ad Anaſtaſium patriarcham Antiochenum. Quod me os domini, quod lucernam dicitis, quod me multis prodeſſe poſſe per-

A C. 590.

Greg. laudes ſuas deteſtatur ep. 7. & 15. lib. 4.

bibetis, exiſtimationem fateor in maximam dubitationem perduxiſtis. Conſidero enim qui ſum, & nihil in me ex huius boni ſigno deprehendo. Conſidero namque qui eſtis, & vus mentiri poſſe non arbitror. Cùm enim credere volo quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. Cùm diſputare volo, qnod in laude mea dicitur, contradicit mihi ſanctitas veſtra. Sed quæſo vir ſancte nobis aliquid de hoc certamine noſtro côueniat, vt & ſi non quod dicitis ita eſt, ſit ita, quia dicitis.

Vocabula etiam, quæ iactantiam vel vanitatem ſonabant omnino reſpuebat. vnde & Eulogio patriarchæ Alexandrino, qui eum vniuerſalem Papam vocauerat, ita ſcribit. & habetur diſtinct. 99. cap. vlt. Ecce in præfatione epiſtolæ, quam ad me direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis. quod peto dulciſsima mihi ſanctitas veſtra hoc vltra non faciat, quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro proſperari, ſed moribus, nec honorem meum eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus nanque honor, eſt honor vniuerſalis Eccleſiæ. Meus eſt honor fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego verè honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Recedant ergo verba, quæ vanitatem inflant, & caritatem vulnerant. Hæc ibi.

Verbũ iuſsionis à clericis nõ vſurpandum ibi.

Verbum enim iuſsionis à coepiſcopis & clericis dici nolebat: vnde ad Eulogium Alexandrinum ſcribens ait, Veſtra mihi caritas loquitur, dicens. Sicut iuſsiſtis. verbum itaque iuſsionis, peto, remouete ab auditu meo: qnia ſcio, quis ſum, & qui eſtis. Loco enim fratres eſtis, moribus patres. Inſuper ob nimiam humilitatem ſuam nolebat, quod matronæ ſe ancillas ſuas dicereot. vnde Ruſticianæ patriciæ ſcribens ait. Vnum in tuis epiſtolis ægrè ſuſcepi, quia ſæpius in eiſdem dicebatur ancilla veſtra. Ego enim qui per epiſcopatus onera ſeruus omnium factus ſum, qua ratione ſe mihi ancillam dicit, [cuius ante ſuſceptũ epiſcopatũ proprius fui?] Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc verbum aliquando ad me in ſcriptis tuis inueniam.

Papa ſeruus ſeruorũ Dei.

[a] Ipſe primus in ſuis epiſtolis ſeruum ſeruorũ ſe nominauit, & alios nominari inſtituit. Libros ſuos dum adhuc viueret, ob nimiam humilitatem publicari nolebat, & in aliorum comparatione ſuos nihil valere exiſtimabat. Vnde Innocentio epiſcopo Aphricæ ſic ſcribit. Quod expoſitionẽ ſancti Iob, vobis trãſmitti voluiſtis, veſtro ſtudio congaudemus: ſed ſi delicioſo cupitis pabulo ſaginari, veſtri Auguſtini patriotæ opuſcula legite, & ad comparationem illius ſimilaginis noſtrum furfurem non quæratis. hæc ipſe. Ob humilitatẽ etiam arbitror ab eo hoc ſeruatum, ad curioſitatem vitandam à lectoribus in libris ſuis, vt cùm fuerit ſummus philoſophus, & in hoc ab Alberto magno multum commendatur, vnde & in libris gentilium eruditiſsimus fuit, nunquam in libris ſuis vel humilius dicta gentilium inducit, quinimo & quemdam epiſcopum, quem audierat populo grammaticam exponere, fabulas poetarũ moralizare, non modicè reprehendit, dicens: quia in vno ore non bene ſe capiunt laudes Chriſti, cum laudibus Iouis. diſt. 86. cum multa.

A.C. 598.

[a] Euſebius tamen Emiſſenus ducentis quinquaginta annis prius homil. in Dominicã 21. poſt Pentec. Romanus, inquit, Pontifex epiſcoporum omniũ maximus ſeruum ſeruorum Dei in ſuis epiſtolis ſe eſſe ſcribit. Geneb.

Gregorius ſuis precibus tempeſtatem ſedat. Ioan. Diac. lib. 1. cap. 33. & Grego. lib. 3. Dialog. cap. 37.

§. IIII.

CVm autem Gregorius diaconus Cardinalis creatus à Benedicto Papa, eſſet Conſtantinopolim directus à Papa pro negotiis Eccleſiæ, & Maximianus, qui poſtea epiſcopus Syracuſanus fuit, tunc eſſet præpoſitus monaſterio beati Gregorij in vrbe, ad venerabilem Leuitam Gregoriũ viſitationis gratia cum fratribus Conſtantinopolim acceſsit. Et dum ad monaſterium ſibi cômiſſum Romã rediret, in mari Adriatico nimia tempeſtate depreheñſus, inæſtimabili ordine, atque inuſitato miraculo erga ſe cũctóſque, qui ſecum aderant, omnipotentis Dei, & iram cognouit & gratiam. Nam cùm in eorum mortem ventorum nimietatibus fluctus eleuati ſæuirent, ex naui claui perditi, arbor abſciſſa eſt, vela in vndas proiecta, totum vas nauis quaſſatum nimiis fluctibus, ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Rimis itaque patẽtibus intrauit mare, atque vſq; ad ſuperiores tabulas impleuit: ita vt nõ magis nauis inter vndas, quàm vndæ iã intra nauim eſſe viderẽtur. Tunc in eadem naui reſidẽtes, nõ iam ex mortis vicinia, ſed ex ipſa eius præſenti viſione turbati, omnes ſibimetipſis pacem dederunt: corpus & ſanguinem redemptoris acceperunt, Deo ſe ſingulariter cõmendantes, vt eorum animas benignè ſuſciperet, quorũ corpora ita pauendæ morti tradidiſſet. Sed omnipotens Deus, qui eorũ mentem mirabiliter terruit, eorum quoque vitam per meritum famuli ſui Gregorij, pro cuius ſpeciali amore venerant, mirabilius reſeruauit. Nam diebus octo nauis eadem vſque ad ſuperiores tabulas aquis plena, iter proprium peragens enatauit. Nooo autem die ad Crotonenſis caſtri portum deducta eſt, ex qua exierũt incolumes omnes, qui cum prædicto Maximiano viro venerabili nauigabant. Cùmque poſt eos ipſe quoque fuiſſet egreſſus, mox in eius portus profundum nauis demerſa eſt, ac ſi illis egredientibus pro pondere ſubleuatione caruiſſet. Et quæ plena hominibus in pelago aquas portauerat atque natarat, Maximiano cum fratribus recedente, aquas ſine hominibus nec in portu portare, nec natare valuerit, vt hic omnipotens Deus oſtenderet, quia per meritum Gregorij quem fratres viſitauerãt, hanc onuſtam ſua manu tenuerat, [quæ ab hominibus vacua permanere noo potuit ſuper aquas] Hæc in legenda eius.

Morientes in naui ... Chriſti ... communicant.

Reuerſo Gregorio ad vrbem in monaſterio ſuo quidam adoleſcẽs erat valde inquietus, Theodorus nomine: de quo ipſe Gregorius meminit in dialogis, & homil. qui cum fratre ſuo religioſo ibi degebat magis neceſsitate quàm voluntate, cui nimium grauis erat, ſi quis ei pro ſui ſalute aliquid diceret, bona autem non ſolum facere, ſed etiam audire non poterat. Nunquam ſe ad ſanctæ conuerſationis habitum venire poſſe iurando ac deridendo teſtabatur. Qui tamen peſtilen

De Theodoro monacho ... 4. Dial. ... & Dial. li. 1. ca.

A.C. 600. ſtilentiæ morbo, quæ in vrbe graſſata eſt, percuſſus in inguine ad mortem ductus eſt. Cùmque extremum ſpiritum ageret, conuenerunt fratres cum Gregorio, vt egreſſum illius orando protegerent. Iam corpus ab extrema parte fuerat emortuum, in ſolo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cœpit autẽ repentè eiſdem fratribus adſiſtentibus clamare, & magnis clamoribus orationes eorum interrumpere dicens. Recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus ſum, qui propter præſentiam veſtram me deuorare nõ poteſt. Caput meũ iam in ſuo ore abſorbuit, date locum, vt me amplius non cruciet, & faciat, quod facturus eſt. Tunc fratres cum Gregorio cœperunt ei dicere. Quid eſt, quod loqueris frater? Signum tibi ſanctæ Crucis imprime. Reſpondebat ille cum magnis clamoribus dicens. Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia ſquammis huius draconis premor. Cùmque hoc fratres audirent, vnà cum leuita Dei Gregorio in terram proſtrati, cœperunt cum lachrymis vehementiſſime pro ereptione illius deprecari. Et ecce ſubito cœpit æger cum magnis vocibus clamare dicens. Gratias Deo. Ecce draco, qui me ad deuorandum ſuſceperat, fugit: orationibus veſtris expulſus eſt, pro peccatis meis modo intercedite, quia conuerti & ſæcularem vitam dimittere ſum paratus. Et ſic beati Gregorij precibus morte corporis caruit, & ſalutem animæ acquiſiuit. Ex eius hiſtoria.

D. Gregorius in pontificatu qualis. Diaco. libro 3. cap. 1.

§. V.

CReatus igitur Romanus pontifex, commiſſam ſibi diuinitus Eccleſiam ſtudiis efficaciter gubernabat. Iam Ligures, Venetos, Ibernos, aliosque a ſchiſmate ſub libello confeſſos, Chalcedonenſem ſynodum venerari compellens, ad vnitatem ſanctæ Eccleſiæ reuocabat. Iam [a] Barbaricinos, Sardos, & Campaniæ ruſticos, tam prædicationibus, quam verberibus emendatos, à paganizandi vanitate remouerat. Iam Donatiſtarum hæreſim apud Aphricam, Manichæorum apud Siciliam, Arianorum apud Hiſpaniam, [b] Agnoetarum apud Alexandriam, ſcriptorũ ſuorum validiſſimis authoritatibus, importuniſque legationibus domino ſuffragante à corpore totius ſanctæ matris Eccleſię ſequeſtrat, ſola apud Galliam [c] Neophytorum hæreſis, quot ſimoniacis muneribus, quaſi tot radicibus pullulans, longe latéq; prorſus excreuerat & manabat. Contra quam venerabilis pater apud Brunechildem reginã, Theodericum quoque, ac Theodebertum Francorum reges fortiter pugnauit, donec collecta generali ſynodo hanc ſub anathemate damnandam penitus imperaret. Nec ante Siagrio epiſcopo Auguſtudunenſi, regina & regibus pallium multis precibus flagitantibus dedit, quàm præſente Cyriaco ſuo abbate ipſi, quod de propellendis hæreſibus moniti fuerant adimplerent. vnde illis ſcribit ſuper his. 1. quæſt. 1. non eſt putanda. & c. fertur ſimoniaca. (Vide epi. 110. 113. & 114. lib. 7. ind. 2.)

Ab ipſo autem ſuæ cõſecrationis exordio, per omnem diœceſim ſuam epiſcopos vndecumque meliores inuenire potuit, ſtudioſiſſimus ordinauit. Et ſi quando neceſſitas ordinandi ſacerdotes oppreſſit, neque Cardinales Eccleſiæ ſuæ, neque monachos monaſterij penitus excuſauit, quo minus illis Eccleſiam regendam committeret, qui exemplis & verbis pariter illam melius ędificare potuiſſent. Nam vt pauca de multis contingam, ex presbyteris Cardinalibus Eccleſiæ ſuę conſecrauit epiſcopos Bonifacium Regij, Habentium Perufij, Donum Meſſanæ Siciliæ. Ex ſubdiaconibus verò Glorioſum Oſtiæ, Fauſtum Capuæ, Petrum Trecis, Caſtorium Arimini. At verò ex monachis monaſterij ſui, Marinianum Rauennæ, Maximianum Syracuſis, Sabinum Gallipoli præſules ordinauit. Sed & Auguſtinum apud Anglos ab epiſcopis Galliarum ordinari pręcepit. Per quem nihilominus ad epiſcopatum in eadem gente monachi eiuſdem patris tempore diuerſo prouecti ſunt. Mellitus, Iuſtus, Laurentius, & Paulinus. Solis diaconibus Apoſtolicæ ſedis ſuper hac quodammodo parte parcebat. Quorum cùm decem & nouem plenitudine redundaret, ipſe Bonifacium, Florentium, & Epiphanium conſecrauit. Nec quemquam eorum ab officio, niſi Laurentiũ archidiaconum pro ſuperbia reliquiſque criminibus in baſilica Lateranenſi, vbi mox Honoratum archidiaconum conſtituit, ſequeſtrauit. (Optimos quoſque inſtituit epiſcopos lib. 3. vitæ cap.)

Neminem prorſus quantacunque neceſſitate coactus violenter promouere certabat, ne ſub huius occaſione quemquam eliminando deponere videretur, quod & prohibuit & reprehendit ab alio factum, diſt. 74. honoratus. Ipſe etiam reprehendit in diaconatus ordine conſtitutos, ſcilicet, Romanæ Eccleſiæ cardinales modulationi vocis inſeruire, qui prædicationi & eleemoſynis debe- (Inuitum neminem vult ordinari. ibid. cap. 8.)

a Barbaricinos vocat ruſticos quoſdam in Sardinia Barbaros agris colendis maximè deputatos, qui idololatriæ adhuc dediti erant, vt colligitur ex libro 3. epiſt. 23. 25. 26. & 27. & lib. 9. epiſt. 17.

b Agnoetæ ἀπὸ τῆς ἀγνοίας. id eſt, ab ignorantia ea ratione dicuntur quòd (teſte Iſidoro) peruerſitati à qua exorti ſunt id adiiciunt, quòd Christi diuinitas ignoret futura, quæ ſunt ſcripta de die & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam in Iſa. ſic loquentis. dies iudicij in corde meo. Prateolus lib. 1. de hæreſ. de his agit D. Grego. lib. 8. epi. 42. Agnoetarum hæreſim Proteſtantes renouarunt, inter quos eſt Caluin. in harmo. in cap. 24. Matth. & cap. 2. Luc. vide Feuard. libro 3. de hæreſ. hæreſ. 4. de Chriſto.

c Quæ ſit apud Galliam Neophytorum hæreſis ex his D. Grego. verbis lib. 4. epiſt. 51. ind. 13. facile intelligitur. Alia quoque nobis res eſt valde deteſtabilis nunciata, quod quidam ex laico habitu per appetitum gloriæ tẽporalis defunctis epiſcopis tonſurãtur, & fiunt ſubitò ſacerdotes. Qua in re iam notum eſt, qualis ad ſacerdotium venerit, qui repente de laico habitu ad ſanctum tranſit ducatum. Et paulò poſt. Et cùm ad ſacros ordines Paulus Apoſtolus Neophytum venire prohibeat, ſciendum nobis eſt, quia ſicut Neophytus tunc vocabatur, qui adhuc noviter erat plantatus in fide: ita nunc inter Neophytos deputamus, qui adhuc nouus eſt in ſancta conuerſatione. Et lib. 7. epiſto. 110. ind. 2. Sicut autem tunc Neophytus dicebatur, qui in ſancta fide erat conuerſatione plantatus: ſic modo Neophytus habendus eſt, qui repentè in religionis habitu plantatus, ad ambiendos ſacros honores irrepſerit. Hæc ille. (1. Tim. 4.)

A.C. 600.

bant inſiſtere. Subdés. Fit plerumque, vt in ſacro myſterio, dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulant, dum populum vocibus delectat: vnde & hoc ibi prohibet diſt. 92. in ſancta Romana eccleſia.

Schola cãtorum & antiphonarius. Dia. lib. 2. cap. 6.

Deinde in domum Domini propter muſicæ compunctionem dulcedinis antiphonarium centonem ſtudioſiſſimus nimis vtiliter compilauit, ſcholamque cantorum, quæ hactenus eiſdem inſtitutionibus in ſancta Romana Eccleſia modulatur, conſtituit, eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, ſcilicet alterum ſub gradibus baſilicæ beati Petri Apoſtoli, alterum ſub Lateranenſi patriarchij domibus fabricauit, vbi vſque hodie lectus, quo recubans modulabatur, & flagellum illius, quo pueris minabatur, veneratione congrua cum authentico antiphonario reſeruatur.

Huius modulationis dulcedinem inter alias Europæ gentes Germani ſeu Galli diſcere crebróque rediſcere inſigniter potuerunt. Incorruptam vero tam leuitate animi, quia nonnulla de proprio Gregorianis cantibus immiſcuerunt, quã feritate quoque naturali ſeruare minime potuerunt. Alpina ſiquidem corpora vocum ſuarum tonitruis altiſone perſtrepentia, ſuſceptæ modulationis dulcedinem proprie non reſultant. Hæc Ioan. Diaconus.

Officium Gregorianum vbique quomodo receptum.

Sed & in vita beati Eugenij legitur, quod cum officium inſtitutum ab Ambroſio magis ſeruaretur, quàm Gregorianum, tempore Caroli magni, Romanus pontifex Adrianus congregato concilio vniuerſali, ſtatuit officium Gregorianum debere amodo ab omnibus obſeruari. Cuius rei Carolus imperator executor exiſtens, per diuerſas diſcurrens prouincias, omnes clericos minis & ſuppliciis ad hoc ipſum cogebat, libros Ambroſiani officij comburens, vbi inueniebat. Cum autem beatus Eugenius ad concilium veniens Romam iam diſſolutum inueniſſet, ob ſui ſanctimoniam à papa obtinuit, vt prælati, qui paulo ante, id eſt iam triduo receſſerant, reuocati iterũ congregarentur. Quo facto de communi conſilio & aſſenſu decretum eſt, vt miſſale Ambroſianum & Gregorianum vtrumque ſuper altare beati Petri ponerentur, & clauſis ianuis ſigilliſque plurimorum ſignatis, ne fraus fieret, nocte in oratione perſiſterent Dominum orantes, vt per ſignum aliquod oſtendere dignaretur, quod ſibi placeret magis in vniuerſali acceptandum. Quod obtentum eſt. Nam mane ſequenti Eccleſiam ingredientes inuenerunt miſſale Ambroſianum in loco ſuo clauſum, Gregorianum vero apertum, & ſecundum alios eius hinc inde quaterniones per eccleſiam diſperſos. Ex quo facto intellexerunt, & ſic ſtatuerunt Gregorianum per totam eccleſiã obſeruandum, Ambroſiano verò ſolum in ſua eccleſia vtendum, quod vſque hodie ſeruatur.

Roman' canendi modus gal'icis eccleſiis datus. ibi. cap 9.

Quantum vero ad cantum officiorum dicit Ioannes Diaconus, qui & ſupra quod cum Carolus magnus veniſſet Romam, diſſonantiam Romani cantus & Gallicani inueniens, offenſus eſt. Cùmque Gallorum procacitas cantum à noſtratibus quibuſdam nænus argumentaretur eſſe corruptum, noſtrique diuerſo authenticum antiphonarium probabiliter oſtentarent, interrogaſſe fertur, vter riuus ne an fons limpidiorem aquam cõſeruare ſoleret. Reſpondentibus fontem prudenter adiecit. Ergo & nos, qui de riuo corruptam lympham hactenus bibimus, ad perennis fontis neceſſe eſt fluenta principalia recurramus. Móxq; duos ſuorum induſtrios clericos Adriano tunc epiſcopo dereliquit. Quibus ſatis eleganter inſtructis, Metenſem metropolim ad ſuauitatẽ modulationis priſtinæ reuocauit, & per illam totam Galliam correxit. Et cum proceſſu temporis iterum vitiaſſent, iterum per alios clericos ex vrbe deſtinatos ad dulcedinem Romani cantus Gallia reducta eſt.

Iterũ galliã Romanis in cãtu reformantur.

Officium Eccleſiaſticum vt reformarit, lib. 2. cap. 17.

§. VI.

Quid Gregorius rei diuinę adiecerit. c. 20.

Gelaſianum codicem de Miſſarũ ſolẽnus multa ſubtraheus, pauca conuertens, nonnulla vero ſuperadiiciens, pro exponendis lectionibus euangelicis in vnius libri volumen coarctauit. In canone Miſſæ appoſuit. Diéſque noſtros in tua pace diſponas, atque nos ab æterna damnatione eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Alleluya extra Pentecoſtes tempora dici ad Miſſas fecit. kyrie eleyſon cantari præcepit. Et orationem dominicam mox poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit recitari. De quibus cum quoſdã murmurare ſentiret, tanquam conſuetudines Cõſtantinopolitanæ Eccleſia ſequeretur, piiſsimus pater non eſt dedignatus reddere rationem. Nam de Alleluya dixit de Hieroſolymorum eccleſia ex beati Hieronymi traditione tempore beati Damaſi papæ hoc tractum. Et de kyrie eleyſon etiam oſtendit, hoc non à Græcis aſſumptum, cũ aliter ipſi hoc dicant, quàm Latini. De oratione dominica, quæ ſcilicet dicitur poſt conſecrationem loco ſuo, ait, quod mos fuit apoſtolorum, vt ad ipſam ſolum orationem dominicam oblationis hoſtiam conſectarent, ipſa ſcilicet prius dicta. Et valde mihi inconueniens viſum eſt (ait) vt precem,[a] quam Scholaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus, & ipſam orationem, quã redemptor noſter compoſuerat, ſuper eius corpus & ſanguinem non diceremus. Sed ipſa do-

Canon Miſſ[æ] quis [...]ctor.

a Hunc Scholaſticum ſunt, qui Gelaſium pontificem max. eſſe putent, qui appellabatur Scholaſticus, antequàm ad Pontificatum promoueretur à dignitate quam apud Romanum Pontificẽ obtinebat. Nam ſchola ſignificat cœtum eorum qui erant ex aliquo corpore, ſeu collegio in comitatu Imperatoris & epiſcopi. Sic ſumitur ſchola Cod. de offic. magiſt. offi. l. 1. & 2. & Co. de aduoc. diu. indic. l. 6. Cùm autem D. Gregor. hunc Scholaſticum dicit precem compoſuiſſe, quam ſuper oblationem diceremus, quamcumque illi precem compoſuerit, non eſt hoc de Canone toto Miſſæ intelligendum. Nam ante Gelaſium eum ferè integrum habent Ambroſ. lib. 4. de Sacram. cap. 5. & 6. & Cyrillus Hieroſol. Catech. myſtag. 5. Porrò nihil toto canone contineri, quod non ab antiquis ſit vſitatum ex ipſorum verbis, diſertè probat Stapletonus in cõparatione Miſſæ Catholicæ, cum Proteſtantium cœna. Denique fore integer hic Canon extat in lib. 8. Apoſtolicarum conſtit. apud Clemen. Rom. quem quidem ab ipſis Apoſtolis magna ex parte fuiſſe editum, ex ſcripturis ſanctis collegit Turrianus lib. 1. pro Cano. Apoſtol. cap. 26. vide Geneb. in 3. Chron.

minica

A.C. 600. minica oratio apud Græcos à toto populo dici-tur, apud nos vero à ſolo ſacerdote cantatur.

Cur ſubdiaconi ſine tunicelis incedunt. ibid.

De ſubdiaconibus [autem ſic reſpondet, Subdiaconos vt ſpoliatus procedere facerem, antiqua conſuetudo Eccleſiæ fuit. Sed] placuit noſtro pontifici neſcio cui, eos veſtitos procedere, ſcilicet in miſſa, qui prius ſpoliati, (ſcilicet tunicellis) incedebant. Nam Siciliæ Eccleſiæ nunquid à Græcis traditionem acceperunt? vnde habent ergo hodie, vt ſubdiaconi in lineis tunicis procedant, niſi quia hoc à matre ſua Romana Eccleſia receperũt, Et poſtea ſubdit, & habetur diſt. B 22. de Conſtantinopolitana. De Conſtantinopolitana Eccleſia, quod dicunt, quis eam dubitet Apoſtolicę ſedi eſſe ſubiectam? Quod & piiſsimus dominus Imperator, & frater noſter eiuſdem ciuitatis epiſcopus aſsiduè profitentur. Tamen ſi quid boni ipſa vel altera Eccleſia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Nam ſtultus eſt, qui in eo primum ſe exiſtimat: vt bona, quæ in aliis viderit, diſcere contemnat.

Omnes epiſcopi Romanæ eccleſiæ correctioni ſubiecti. epi. 6. lib. 7.

Idem diſt. & c. eiſdem. Nam quod primas Bizanzenus (rectius Byzantinus) dicit ſe Apoſto- C licæ ſedi ſubiici, ſi qua culpa in epiſcopis inuenitur, neſcio quis epiſcopus non ſit ei ſubiectus. Cùm verò culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus.

Stationes [a] per baſilicas, vel Sanctorum martyrum cœmeteria, ſecũdum quod hactenus plebs Romana quaſi eo viuente certatim diſcurrit, ſollicitus ordinauit, per quas & ipſe ſimul diſcurrens, dum adhuc loqui præualeret, viginti homilias Euangelij coram Eccleſia diuerſo tempore declamauit. Reliquas verò eiuſdem numeri dictauit quidem, ſed laſſeſcente ſtomacho langore D continuo aliis pronunciandas commiſit. Sequebatur exercitus domini Gregorium præeuntem, & auditura verbum doctrinę innumerabiles vndique diuerſi ſexus, ac ætatis & profeſsionis confluebant cohortes voluntariæ: quibus ille vtpote ductor cœleſtis militiæ, cunctis duntaxat arma ſpiritualia ſuggerebat. Pauperibus verò & aduenis, qui pro conditione temporum Romæ influxerant, quotidiana ſtipendia miniſtrabat.

Quos ſibi familiares aſciuerit. ca. 11.

Cæterum prudentiſsimus rector Gregorius, remotis à ſuo cubiculo ſæcularibus, clericos ſibi E prudentiſsimos conſiliarios familiaréſque delegit, inter quos Petrum diaconũ coætaneum ſuũ, cum quo poſtea diſputans quatuor libros Dialogorum cõpoſuit. Aemilianũ notariũ, qui quadraginta homilias Euangelij cum ſociis ſuis excepit. Paterũ quoque æquè notarium, qui ab eo [b] Secũdicerius factus, ex libris ipſius aliqua vtiliſsima deflorauit. Et Ioãnem defẽſorẽ, qui eius iuſſu

Stationes in vrbe quando incœptæ.

[a] *Stationum, in quibus Romani pontifices ſtatis quibuſdam diebus pracipueq́; in Quadrageſima, & feſtis ad diuerſas vrbis Eccleſias accedebant, vbi ſermone vel concione ad populũ adſtantem habita, & oratione ad eum facta, diuina myſteria poſtea cum clero & populo Romano participabant, antiquiſsimum vſum ex Tertul. in lib. de corona mil. &* F *in lib. de Ieiunio aduerſus Pſychicos, & lib. 2. ad vxorem. & aliis ex locis probat Onuph. in libello de Stationibus. nihilq́; aliud circa eas ſtatuiſſe D. Gregorium, quam cum ante illum pro Pontificis arbitrio, quaſi vaga & incerta eſſent, eas ille certo*

A *ſub numero limitarit, quod probat tum ex hoc loco Ioan. Diac. tum ex Petro Mallio in lib. ſacra hiſto.* A.C. 600.

[b] *Inter ſeptem antiquos Romana Eccleſia Officiales primi & nobiliſsimi erãt Primicerius & Secundicerius S.R.E. ab officio nomina ſortiti. Hi Papa cõtinuo aſsiſtebant, quorum loca hodie duo Diaconi Cardinales primi tenent, iudicesq́; rerum Palatinarum erant, à dextra laeuáque Pontificem in omnibus proceſsionibus comitabantur, ſine quorum conſilio Pontifex nihil quod magni eſſet momenti tranſigebat, inde Papa conſiliarij dicti. Onuph.*

in Hiſpanias cognitor deſtinatus, Ianuarium epiſcopum Malalitanæ ciuitatis, ab epiſcopis ſuis compatriotis depoſitum, ſedi propriæ reſtituit, & depoſitores eius condemnauit. Monachorũ verò ſanctiſsimos ſibi familiares elegit. Inter quos Maximianum monaſterij ſui abbatem, quẽ poſtea Syracuſis epiſcopum fecit, eique per Siciliam vices ſuas commiſit. Auguſtinum & Mellitum, per quos Anglorũ gentes ad Chriſtianiſsimi gratiam conuocauit. Probum quem ſubitò ſpiritu reuelante Abbatem conſtituens, pro cõſtituendo C xenodochio Hieroſolymam miſit. Claudiũ quoque Claſsitanę ciuitatis Abbatem, qui de Prouerbiis, de Canticis Canticorum, de Prophetis, de libris Regum, de Heptateucho Papa diſputante, Sicut Pentateuchũ quinque libros Moſis, ſic hepta. licet non eodem ſenſu compoſuit. Cùm his Gregorius die noctúque verſatus, nihil monaſticæ perfectionis in palatio, nihil pontificalis inſtitutionis in Eccleſia dereliquit.

Act. 2. & 4. Phil. in lib. de viſa contẽ.

Videbantur paſsim cum eruditiſsimis clericis adhærere pontifici religioſiſsimi monachi, & in diuerſis profeſsionibus habebatur vita communis, ita vt talis eſſet, tunc ſub Gregorio apud vrbem D Romanam Eccleſia, qualis hanc fuiſſe ſub Apoſtolis, & Luca Euangeliſta apud Alexandriã Philo cõmemorat. [c] Tunc rerum ſapientia Romæ ſibi templum viſibiliter quodammodo fabri-

Romana curia qualis ſub Gregorio 13.

[c] *Quoniam de Romana curia multa multi, præſertim haretici & imperiti blaterant, operapretium exiſtimaui hic inſerere, qua doctiſsimus epiſcopus Ebroicenſis Sanctesius, in epiſto ad ſanctiſsimũ dominum noſtrum Gregoriũ 3. habet in opere de Euchariſtia, vt omnes intelligant ſub Gregorio 13 non minus Roma liberalia ſtudia, & mores ſanctos florere, quam ſub Gregorio primo, qui tãt opere & merito laudatur. Ante annos tres, ait ille, opportunè accidit, vt in Comitatu illuſtriſsimi Domini mei Cardinalis Lotharingi Romam ſecundò proficiſcerer. Ibi non Babylonem offendimus, ſed potius alteram ciuitatem nouam Hieruſalem, Cardinaliũ atque aliorum piorum & doctorum hominum magna frequentia quaſi montibus, ac lapidibus pretioſiſſimis ornatiſsimam. Siue enim veneranda canicies, ſiue adhuc integra ætatis viros quis deſideraret, pietate ſingulari, rara omnium artium ac litterarum, ſed pracipuè ſacrarum peritia. ſiue in nego-* F *tiis ac legationibus ſtrenuè obeundis inſignes & praſtantes, ſiue qui omnia iſta ad Eccleſiæ ædificationem coniunxerint, in ſanctiſsimo veſtra ſanctitatis collegio licebat vno aſpectu videre, Moronos, Oſios, Farneſios, Ferrarienſes, Tridentinos, Granuellanos, Borromæos, Placentinos, Auguſtanos, Madruccios, Palleotos, Sirletos, Comenſes, Caraffas, Alciatos, Coloneos, Vrſinos, Sabellios, Aldobrandinos, Iuſtinianos, atque alios Patres in*

A.C.600. *rebus agendis exercitatiſsimos, ad miraculum vſque probos & ſanctos, & ad prodigium doctos. paulò poſt. Perluſtret qui volet, nationes, & in ipſis de religione factiones, ac deligat, quorum iudicio de veritate fidei inter tot diſsidentes acquieſcat, non inueniet, quos cum his viris ſine impudentia comparare poſsit, ſiue hominum non vulgarem, ſed eximiam quamdam nobilitatem, eruditionem, multarũ ac magnarum rerum vſum, prudentiam, ac ſanctitatem quærat, paulò poſt. Taceo de omni regione quæ ſub cœlo eſt, & lingua Ieſuitarum, atque aliarum in omni ſcientia & religione præcellentium virorum frequentiſsima ibi collegia, ac ſodalitia. Hæc ille.*

carat, & ſeptemplicibus artibus veluti columnis nobiliſsimorum lapidum Apoſtolicæ ſedis atriũ fulciebat. Nullus pontifici fabulantium à minimo vſque ad maximum barbarum quodlibet in ſermone vel habitu præferebat, ſed togata Quiritum more, ſeu trabeata latinitas ſuum latium in ipſo latiali palatio ſingulariter obtinebat. Reſtoruerant ibi diuerſarum ſtudia artium, & qui fortè vel ſanctimonia, vel prudentia carebat, ſuo ipſius iudicio ſubſiſtendi coram pontifice fiduciam non habebat.

Iidẽ erãt Pontifici à Cõſiliis cap.14. Accerſebantur pontificalibus profundis conſiliis prudentes viri, quos perhibui, potius quàm potentes, & paupere philoſophia intrinſecus, quid potius aut potiſsimum in vnoquoque negotio ſequendum putaretur, artificioſis argumentationibus rationabiliter inquirente, diues inertia, quæ ſe de ſapientibus pari ſorte vlciſcitur, præ cubiculi floribus deſpicabilis remanebat. Sola deerat interpretandi bilinguis peritia, & facundiſsima virgo Cecropia, quæ quondam ſuæ mentis acumina Varrone cœlibatum ſuum auferente Latinis tradiderat impoſturarum ſibi præſtigia, ſicut ipſe in ſuis epiſtolis queritur, vindicabat.

Lib.9. ep. 69. Laici à quibuſlibet exclu ſi functionibus. cap. 15. Nemo laicorum quodlibet palatij miniſteriũ vel eccleſiaſticum patrimonium procurabat, ſed omnia eccleſiaſtici iuris munia eccleſiaſtici viri ſubibant. Nimirum laicis ad armorum ſolam militiam, vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc ſe nonnulli procerum ſub contentu religionis primo tonſurare cœperunt. Quorũ tergiuerſationi Mauricius imperator prudenter occurrens: data per Lõginum ſtratorem lege præcepit, vt quiſquis publicis fuiſſet adminiſtrationibus implicatus, ei ad eccleſiaſticum venire officium non liceret. Quam legem Gregorius ſuper hoc valde laudauit, dicens: Qui ſecularem habitũ deſerens ad eccleſiaſtica officia venire feſtinat, non relinquere cupit ſæculum, ſed mutare. ep.61.li.3. ind.12.

Quomodo Anglos ad Chriſtum conuerti curauerit. lib.2.33. & Beda lib.1.cap.23.

§. VII.

Gregori' Anglorũ apoſtolus DE conuerſione Anglicorum procurata per eum. vnde & Apoſtolus dicitur Anglorum. Refert idem Ioannes Diaconus, quod cum Gregorius pro conuertendis Anglis Saxonibus, quẽadmodum in monachatu ſuo propoſuerat: aſsiduis cogitationum fluctibus vrgeretur, mox vbi Eccleſiæ ſtatu compoſito quartus ſui põtificatus annus intrauit, Auguſtinum cum aliis domus ſuę A monaſterij monachis in Britãnias euangelizandi gratia deſtinauit. Qui ſuſceptæ peregrinationis poſt dies aliquot inerti tædio prægrauati, redire domum potius, quàm barbaram, feram, incredulãmque gentem adire, cuius nec linguam quidem intelligerent, decreuerunt. Nec mora, Auguſtinũ, quem eis epiſcopum conſecrandum, ſi ab Anglis exciperentur, indixerat, Romam remittunt, ſummum præſulem deprecantes, vt tam laborioſum iter, tam incertam periculoſámque peregrinationem, ſibi nuper impoſitam remoueret, ſuóſque reuerti permitteret. Quibus ille reſcripſit, dicẽs. A.C.600.

B Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia melius fuerat bona non incipere, quàm ab iis, quæ cœpta ſunt cogitatione retrorſum redire, ſummo ſtudio, dilectiſsimi filij, oportet vt opus bonum, quòd cœpiſtis auxiliante domino compleatis. Nec labor vos itineris, nec maledicorum vos linguæ deterreant: ſed omni inſtantia, omníque feruore, quæ inchoaſtis Deo authore peragite: ſcientes quòd laborem magnũ maior æternæ retributionis gloria conſequetur. Remeãti autem Auguſtino præpoſito veſtro, quem & abbatem vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite, ſcientes hoc C veſtris animabus per omnia profuturum. Omnipotens Deus vos ſua gratia protegat, veſtríque laboris fructum in æterna patria me videre concedat: quatenus etſi vobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inueniar, quia laborare ſcilicet volo. D. Gregorius literis à ſe miſſos cõfirmat. c. 34.

His exhortationibus Auguſtinus cum fratribus roboratus, per Etherij Arelatenſis vatis, pérque aliorum epiſcoporũ Galliæ regúmque, quibus eos piiſsimus pater propriis literis commendabat hoſpitia, Britanniam petiit. Ad Ethelbertũ D regem Cantuariorũ veniens, Dei cooperante gratia non ſolùm licentiam prædicandi, verũ etiam victus & manſiones in ciuitate Doruernenſi, quę erat regni eius metropolis facilè impetrauit. Ad quam Auguſtinus cum ſociis prælata cruce, ſeu ſaluatoris imagine appropinquans, cecinit dicẽs. Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, vt auferatur furor tuus, & ira tua à ciuitate iſta, & domo ſancta tua, quoniam peccauimus. Prædicantibus autem eis, & in nomine Ieſu miracula facientibus, crediderunt multi & baptizati ſunt, mirantes innocentis vitæ ſimplicitatem, E complectentéſque dulcedinem cæleſtis doctrinæ. Quomodo in Angliam venerint. ca. 35. & Bed. cap. 25.

Quapropter Auguſtinus Arelatem venit, & ſecundum Gregorij iuſsionem ab Etherio epiſcopus conſecratus in Britanniam remeauit. Illico per Laurentium presbyterum & Petrum monachum papæ Gregorio conuerſionem gentis Anglorum, ſeque conſecratum notificauit, ſuggerẽs, vt ſibi mitteret plurimos verbi Dei miniſtros, quia meſſem multam haberet, operarios vero paucos. Luc.10.

F Quibus relationibus Gregorius in Chriſto lætificatus, miſit Auguſtino plurimos, inter quos præcipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus & Rufinianus. Et per eos vniuerſa, quæ ad cultum erãt, Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta, altarium ornamenta eccleſiaſtica, veſtimenta clericalia. Apoſtolorum & multorum ſanctorum reliquias, & codices multos. Miſit ei & palliũ, iubens vt ſub metropoli ſua Cantię duodecim Monaſt. in Angl. iteiũ [illegible] 37.

A.C.600.

decim epiſcopos ordinaret. Ad Londoniam & Eboracum ſingulos epiſcopos mitteret, qui nihilominus ſub ſe duodecim epiſcopos conſecrantes, pallium ab Apoſtolica ſede perciperent. Et poſt Auguſtini obitum ipſe primus inter eos haberetur, qui prius conſecrari meruiſſet. Præcepit quoque, vt in Anglorum gente idolorum fana non deſtruerent, ſed ſanctificatis aquis reſperſa in baſilicas dedicaret. Et quia ſuper quibuſdam capitulis Auguſtinus eum interrogans, qualiter epiſcopus cum ſuis conuerſari deberet clericis requiſiuit, ac etiam de multis aliis concernentibus diuerſos ſtatus hominum & diuerſa negotia, ad ſingula humillimus Gregorius reſpondens informauit, vt habetur ſparſim in diuerſis decretis.

Aquæ ſanctificatæ reſperſio.

Huius nimirum precibus Deus omnipotens tantam Auguſtino, eiúſque ſociis faciendorum ſignorum gratiam contulit, vt verbum vitæ, quod ore prædicabant, ſignorum efficacia confirmarét. Vnde factum eſt, vt paucis labentibus annis etiã cæteri Saxoniæ reges ad Chriſti fidem per eius diſcipulos peruenirent. Et de hoc ipſe Gregorius Eulogio Alexandrino patriarchæ ſic ſcribit, referenti de bonis ſpiritualibus eccleſiæ ſuæ. Quoniam in bonis, quæ agitis, ſcio quod & aliis congaudetis, veſtræ vobis gratiæ vicem reddo. Quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc vſque remaneret, ex veſtro mihi orationis adiutorio placuit, vt ad eam monaſterij mei monachum in prædicationem tranſmittere Deo authore debuiſſem, qui factus epiſcopus ad prædictam gentem in fine mundi perductus eſt. Et nunc de eius ſalute atque opere ad nos ſcripta peruenerunt, quia tantis miraculis vel ipſe, vel ij qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in gente eadem coruſcant, vt apoſtolorum virtutes in ſignis, quæ exhibent, imitari videantur. In ſolennitate autem dominicæ natiuitatis plus quàm decem millia Angli ab eorum confratre noſtro epiſcopo baptizati ſunt.

Miracula Auguſtini ... cap.

De horum etiam Anglorum conuerſione in libris moralibus ipſe Gregorius vt refert Ioannes Diaconus ſic ait. Ecce lingua Britanniæ, quæ nihil aliud nouerat, quàm barbarum frendere, iamdudum in Dei laudibus Hebræa cœpit verba ſonare. Ecce quõdam tumidus, iam ſubſtratus ſanctorum pedibus ſeruit Oceanus, eiúſque barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiuerant, hos pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus verbis ligant. Et qui cateruas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, iam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cœleſtibus verbis clareſcentibus quoque miraculis ei infunditur diuinæ cognitionis, eiuſdem diuinitatis terrore refrænatur, vt praue agere metuat, ac totis deſiderus ad æternitatis gratiam venire concupiſcat.

Exultat Gregorius Anglorum conuerſione. ... Mo. c. 8 & ... c. cap.

Nihilominus eidem Auguſtino ipſe Gregorius ſcribens ſuper huiuſmodi miraculis ſic ait. Scio, quia omnipotens Deus per dilectioné tuá in gente, quam eligi voluit, magna miracula oſtédit. Vnde neceſſe eſt, vt de eodem dono cæleſti, & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. Gaudeamus videlicet quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur. Pertimeſcamus verò, ne inter ſigna quæ fiunt, infirmus animus in ſui præſumptione ſe eleuet, vt vnde foris per honorem tollitur, inde per inanem gloriam intus cadat.

De miraculis ... partim gaudendum, partim pertimeſcendum. li. 9. ep. 58.

A.C.600

Miraculo S. Gregorio Euchariſtia veritas declaratur, cap. 4.

§. VIII.

De miraculis, quę fecit ipſe Gregorius in vrbe. Matrona quædam per ſtationes publicas beato Gregorio Miſſarum ſolennia celebrãti ſolitas oblationes obtulerat. Cui poſt myſteria traditurus hoſtiam, cuius materia ab illa porrecta fuerat, cum diceret Gregorius, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet animam tuam, laſciua ſubriſit. Ille continuò dexteram ab eius ore conuertens, partem illam Dominici corporis ſuper altare depoſuit. Expletis verò miſſarum ſolẽnis, matronam coram populo inquiſiuit, quamobrem corpus dominicum ſuſceptura ridere præſumpſerit. At illa diu muſsitans, tandem in huiuſmodi verba prorupit: Quia panem quem propriis manibus meis confeciſſe cognoueram, tu corpus dominicum perhibebas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris cum tota plebe ſe in orationem proſtrauit. Et poſt paululum ſurgens, particulam panis, quam ſuper altare poſuerat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ matronæ oſtendens, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quàm totum populum confirmare curauit. Ruſúſque in oratione cum eiſdem proſtratus, carnis fruſtum in primordia panis reformauit.

Trãſſubſtãtiatio.

Alio tempore cum petentibus quibuſdam occidentalibus per legatos, in ſingulis pixidibus ſub nominibus petitorum martyrum, brandeum ſolito more concludens deſuper ſigillaſſet, legatis largitus eſt. Illi ſuſceptas reliquias, veneratione congrua deferentes, poſtquam quædam itineris miliaria conſumpſerunt, ſtulte ſe tantum viaticũ confeciſſe murmurare cœperunt, ſi neſciant vtrũ ſanctorum oſſa, an magis carnes à Romano pontifice recepiſſent. Itaque communi conſilio remoto pontificali ſignaculo, reſeratíſque pixidibus particulas brandei repererunt. Mox ad vrbis mœnia cum furore nimio reuertentes, per archidiaconem à Gregorio ſe deceptos fuiſſe, vt pro reliquiis vilem pannum ſuſciperent, flebiliter querebantur, dicentes dominus ſuos pulcherrimis palliis abũdare, ac per hoc Romanorum vilibus brandeis non egere. Forte tunc Gregorius Miſſarum celebrabat ſolennia. Quibus expletis ab eiſdem legatis brandea coram cunctis recipiens ſuper altare compoſuit, ſéque cum omnibus in orationem dedit, vt Deus omnipotens vtrum quod à liminibus apoſtolorum de more tranſmiſſum eſt, pro reliquiis martyrum venerari deberet, quamcitiſsime indicaret. Deinde ab oratione ſurgens, incredulos legatos propius ſtare præcepit, cultellum petiit, more ſanctiſsimi papæ Leonis brandeum pupugit, de cuius punctionibus ſanguis protinus emanauit. Quo miraculo tam legati confuſi, quàm omnes qui aderant tremefacti, iuſſu Gregorij cum eo terræ proſtrati ſunt. Nec ante ab orationibus ceſſauerunt, quàm cuncta brandeorum foramina diuinitus clauderentur.

Pro reliquiis martyrum vt brandeũ, id eſt, lineum altaris velũ dare ſit ſolitus. cap. 42.

Hæc hiſtoria ſimilem de D. Leone cõfirmat hiſtoriã, quam retulit D. Anto. tit. 11. c. 2. §. 4.

Quidam præterea diuitum Romanorum, relicta coniuge fuerat à pontifice communione priuatus,

A.C.600.

Quomodo equũ per maleficia furioſum euaſerit. ca. 41.

Nota qualis fuerit Rom. põt. in publicum proceſſus.

Planetati, qui planetã, id eſt, caſulã, & Mappulati, qui mappulam. i. manipulũ geſtant. vide Onuph. de ſacris veſtiũ generibus.

priuatus. Quod ille moleſtiſsime ferẽs, & autho- A ritatem tanti pontificis euacuare non præualens, magorum ſuffragia requiſiuit. Qui magnis muneribus perſuaſi, poſſe ſe ſuis carminibus agere, vt immiſſo dæmone tamdiu caballus pontificis vexaretur, quouſque cum ſeſſore ſuo periclitaretur, fiducialiter promiſerunt. Hac inceſtus iudex pollicitatione lætatus, magos iuxta viam, qua pontifex ad ſtationem profecturus erat, in abdito ſtare permiſit, vt videre tranſeuntes, non autem videri à tranſeuntibus potuiſſent. Cúmq; magi ex [a] Planetatorum Mappulatorúmque proceſsionibus magnum pontificem cognouiſſent, immiſſo dæ- B mone tam fortiter equum vexari fecerũt, vt nũquam à ſeſſore vel ſtratoribus teneri poſſe putaretur. Tunc Gregorius reuelante ſpiritu dæmoniacam immiſsionem cognoſcens, facto ſigno Crucis tam caballum à præſenti rabie liberauit, quàm maleficos ex latente culmine iubens deponere perpetua cœcitate mulctauit. Quos reatum ſuum ſuggeſtione inceſti iudicis confitentes, ac poſt multum temporis ad baptiſmi gratiam venientes, luminibus quidem ne magica relegerent, reddere noluit, eos tamen eccleſiaſticis bonis nutriri præcepit.

Vt monachũ poſt mortẽ ab excommunicatione abſoluerit. cap. 45 ex Prato Spirit. c. 192.

Cum autem Gregorius monaſterium ædificaſſet papa exiſtens, & ſtatuẽs vt nullus aliquid niſi in communi haberet, abbas dicti monaſterij comperto, quod quidam monachus tria numiſmata à fratre ſuo laico accepta pro quadam ſua neceſſitate occulte teneret, Gregorio papæ inſinuauit, qui ad aliorum terrorem illum excommunicauit. Moritur interea monachus excommunicatus, neſciente Gregorio. Quo audito contriſtatus eſt, quod excommunicatus deceſsiſſet. Sed ſcripturã fecit, quæ continebat eius abſolutionem, dedítq; vni diaconorum, vt ſuper ſepulchrum defuncti D legeret. Quo iuſſa implente, ſequenti nocte apparuit defunctus abbati, & ſe tunc vſque in cuſtodia fuiſſe detentum intimauit, ſed ab heri fuiſſe abſolutum lecta abſolutione narrauit.

Traianus Gregorij precibus liberatur ab inferno. Diac. lib. 2. cap. 44 & Dã. in ſer. pro defunctis D. Tho. in 4. q. 45.

Legitur quoque de eo, quod omnia mirabilia ſuperat, quia ſcilicet cum quadam vice tranſiret per forum Traiani, recolens humanitatem illius, & æquitatem, quam exercuit erga viduam, cuius filium Traiani filius equo diſcurrens occiderat, propter quod filium ſuum Traianus in adoptiuũ conceſsit cum maximis diuitiis, eius compatiens damnationi, quia gentilis defunctus, intrans baſilicã beati Petri pro eo ingemuit, & orauit. Cui diuinitus eſt reſponſum. Ecce petitionem tuam compleui, & Traiano pœnam æternam peperci. de cætero diligentiſsime caueas, ne pro aliquo damnato petitionem fundas. Et Damaſcenus in quodam ſermone narrat, quod Gregorius pro Traiano orationem fundens audiuit vocem diuinitus ſibi factam. Vocem tuam audiui, & Traiano veniam do, cuius rei teſtis oriens omnis & occidens. Circa hoc eſt multiplex modus dicendi à Theologis in 4. ſenten. Sed communior eſt, quod Traianus fuerit reſuſcitatus ad vitam præſentem, in qua conuerſus & baptizatus ſic infernum euaſit. Nec erat in inferno finali ſententia Dei condemnatus, ſed ad tempus, quouſque Gregorius pro eo oraret. Et quod dicitur. In inferno nulla eſt redemptio, intelligitur de iis, qui finali Dei ſententia ibi ſunt adiudicati, non autem ad tempus, vt iſte.

A.C.600.

Cum miſſarum ſolennia celebraret in eccleſia ſanctæ Mariæ maioris in vrbe, & diceret. Pax B Domini ſit ſemper vobiſcum. Reſponſum eſt ab angelis. Et cum ſpiritu tuo. In cuius rei memoriam, quando tali die ſummus pontifex ibi celebrat, dicitur, quod ad Pax domini, ei à choro non reſpondetur.

Anglorum pueros emit & inſtruendos curat. cap. 46 li. 5. ep. 9.

§. IX.

Eccl. 44

DE liberalitate eius & pietate ad pauperes, non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſerua- C ret legem excelſi de miſericordia & pietate præcipientem. Vt enim refert Ioan. Diaconus [b] pueros Anglorum per exteras regiones diffuſos, ſuis pretiis comparans annualiter, ad cognitionẽ fidei deducebat. Vnde & candido presbytero ſcribens ait. Pergens [auxiliãte Domino noſtro Ieſu Chriſto ad patrimonium] quod eſt in Galliis gubernandum, volumus vt dilectio tua ex ſolidis, quos acceperis, veſtimenta pauperum, vel pueros Anglos, id eſt ſeruos, qui ſunt ab annis ſeptemdecim, vel decem & octo, vt in monaſteriis dati Deo proficiant, emat, quatenus ſolidi Galliarum, D qui in noſtra terra expendi nõ poſſunt, apud locum proprium vtiliter expandantur. Si quid verò de pecuniis redituum, quæ ablatę dicuntur, recipere potueris, ex iis quoque veſtimenta emi volumus vel pueros. Sed quia pagani ſunt, qui illic inueniri poſſunt: volo vt cum eis presbyter trãſmittatur, ne quid ægritudinis contingat in via, vt quos morituros conſpexerit, debeat baptizare.

Iudæos præmiis ad Chriſtum pertrahi imperat. Diaco. ca. 48. ex epi. 6. lib. 4.

Idem Gregorius ſcribens Cypriano diacono mandat, quòd in Sardinia Iudæi in poſſeſsionibus Eccleſiæ commorantes, ſi volunt conuerti ad fidem, eis relaxet tertiam vel quartam partẽ penſionum, ſubdens. Nec hoc inutiliter facimus, ſi E pro leuandis penſionis oneribus eos ad Chriſti gratiam perducamus, quia etſi ipſi minus fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis nati ſunt, fidelius baptizantur. Aut ergo ipſos aut filios eorum lucrabimur. Et ideo non eſt graue, quicquid de penſione dimittimus.

Iudæis ad Chriſtum conuerſ veſtimẽ conferri curat. ca. 49. ex epi. 24. lib.

Vnde huiuſmodi tam leuigationibus penſionum, quàm promiſsionibus regni cælorum per diuerſa loca multi ex Iudæis conuertebantur ad fidem. Quibus cum ſalute animæ veſtimẽta quoque baptizandis habilia conferebat. Vnde Fan- F

a Planetati ſunt, qui planetas, quas nunc caſulas dicimus: & Mappulati qui Mappulas, quæ nunc manipula dicuntur, geſtant ex Onuph. de ſacr. veſt. gen. Nota autem obiter qualis fuerit Pontificis Romani in publicum proceſſus, vt imprimis diſcas Põtificis Romani pompam, qua tantopere hæretici offenduntur, non eſſe recentẽ, neque vituperandam, cum eum D. Gregorius pont. eorum confeſsione ſanctus non neglexerit.

b Gregorius 13. Gregorij primi & zeli æmulus, & pietatis aſsiduus imitator Anglos, item pueros adoleſcentésque, ex hæreſi, qua nunc miſera Anglia laborat, tamquam ex atrociſsima ſeruitutis iugo diuina gratia liberatos, non in Gallia modò, & Belgio, ſed in ipſa etiam vrbe Catholicè inſtruendos & educandos, ſingulari liberalitate procurat.

tina

A.C. 600.

tino defenſori ſcribit, quod cum complures Iudęi vellent ad Chriſtum conuerti, debeat epiſcopo loci mandare, vt indicta eis abſtinentia quadraginta dierum, die feſto eos baptizet, nec moram faciat propter peſtem, quæ illam regionem inuaſerat, & veſtes eis emat, qui præ paupertate ſibi comparare non poterant. A

Arianorũ filios baptizari prohibet. cap. 50. ex li. ep. 17.

Sed & pro Arianorum paruulis catholicæ fidei ſociandis ſollicitus, Italiæ epiſcopis vniuerſis ſcribens ait. Quoniam nefandiſsimus Antharith in hac, quæ nuper expleta eſt Paſchali feſtiuitate Longobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa cum diuina maieſtas B extinxit, vt ſolennitatem Paſchę vlterius non videret, fraternitatem veſtram decet cunctos per loca veſtra Longobardos admonere, vt quia grauis mortalitas imminet, eoſdem filios ſuos in Ariana perfidia baptizatos, ad Catholicam fidem concilient, ſcilicet baptizando, quia ſcilicet baptizati non erant, cùm Eccleſiæ formam Ariani non ſeruarent, quatenus iram omnipotentis Dei ſuper eos placent.

Diaconiis & Xenodochiis viros idoneos deputat. ca. 52.

Idem ſingulis [a] diaconiis & zenodochiis viros idoneos deputauit. Et vt ſecurius, & ſagacius curam egenis & debilibus impenderent, aliquos C priuilegiis cõmuniuit, vni eorum fideliſsimo ſic ſcribens. Nulli vnquam hominum, quolibet modo aut ingenio cogaris ponere rationem, vel aliquam debeas moleſtiam ſuſtinere. Sed quia te ita omnibus eſſe volumus rationibus abſolutũ, vt Deo noſtro, de iis, quæ commiſimus, noueris rationem poſiturum, hortamur, vt fidei in te ſinceritas vigeat, ſit mens in rebus intentior, cura propenſior, ſtudium vigilantius, deuotio clarior, exhibitio efficacior.

Xenodochia Hieroſolymis & alibi ſtruit. ca. 52.

Cæterum Probum religioſum abbatem cum multis pecuniis Hieroſolymam deſtinauit, cuius D inſtantia venerabile xenodochium conſtituit. Et tam ibi, quam in mõte Sina penes Arabiam Dei famulis ſub regimine Palladij conſtitutis: quotidiani victus & veſtimenti copiam, quandiu viuere potuit, procurauit. Nihilominus per diuerſas prouincias pro cuſtodia ſacræ religionis, rebúſque pauperum ſtrenuè gubernandis Eccleſiæ ſuæ viros induſtrios [b] rectores patrimoniorũ ad-

A C. 600. Rectores patrimoniorũ ab illo cõſtituti c. 53.

ſciuit. In quibus Cyprianum diaconum patrimonij Siculi, Pantaleonem notariũ Syracuſani, Fantinum defenſorem Panormitani. Sergium defenſorem Calabritani, Romanum notarium Appuli, Benenatum Samnitici, Anthemium ſubdiaconũ Neapolitani, Petrum ſubdiaconũ Campani, Candidum confeſſorem Tuſci, Vrbicum defenſorem Sabini, Optatum defenſorem Nurſini, Benedictũ defenſorem Carſeolani, Felicem ſubdiaconum Appiæ, Caſtorium chartularium Rauennatis, Caſtorium notarium Iſtriani. Antonium ſubdiaconum Dalmatini, Ioannem notarium Illyricani, Symmachum defenſorem Sardiniæ, Bonifacium ſubdiaconum Corſicani, Pantaleonem Liguriæ, Hieronymum defenſorem Alpium Cottiarum. Hilarium notarium Germaniciani, Et Cãdidum presbyterum Gallicani. Per iſtos mirabiliter pauperibus prouidebat.

Hoſpitalitas S. Gregorij. ca. 22.

Tantę hoſpitalitatis Gregorius in ipſo patriarchio fuit, vt refert Ioannes diaconus, vt exceptis iis, quos tam per diuerſas regiones, quàm Romæ quoque Longobardorum perfidiæ gládios fugiẽtes, eccleſiaſtica ſtipe miſericorditer nutriebat, quotidie ad menſam ſuam peregrinos quoſlibet C inuitaret. Inter quos die quadam vnus acceſsit, in cuius manibus, dum ipſe ex humilitatis miniſterio aquam fundere vellet, conuerſus vrceum accepit, ſed repente eum in cuius manibus aquam fundere volebat, non inuenit. Cúmque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte ei dominus per viſionem dixit. Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti.

Angelum inter peregrinos ſuſcipit. cap. 25.

Alio tempore Gregorius iuxta conſuetudinem ſuam præcepit [c] ſaccellario, vt duodecim peregrinos ad prandium inuitaret. Qui pergens iuſſa cõ- D pleuit, eóſque ad menſam pariter ordinauit. Dum autem ſimul diſcumberent, intuens papa tredecim numerauit. Et accerſito ſacellario, cur contra iuſsionem ſuam decimumtertium inuitare præſumpſerit, requiſiuit. Ille obſtupefactus, conuiuantes peregrinos curioſius numerauit, & duodecim ſolos inueniens, veluti ſecurus reſpondit. Crede mihi, venerabilis pater, non niſi duodecim ſunt, vt iuſsiſti. Ergo dum conuictus ſæpius duodecim idem numeraret, ac decimumtertium, quẽ ſolus Gregorius videre poterat, non videret, animaduertit pater Gregorius virum propius diſcũ- E bentem vultum crebro conuertere, & nunc adoleſcentem, nunc vetulum veneranda quadam canicie ſimulare. Finito cõuiuio duodecim quidem abire permiſit, decimumtertium vero manu ſuſcipiens in cubiculum ſuum induxit, vehementer adiurans, vt ei ſe, noménque ſuum ſimpliciter prodere dignaretur. Qui reſpondit dicens. Cur me interrogas de nomine meo, quod eſt mirabile? Verùm ſcito memoria recognoſcẽs, quia ego ſum naufragus ille, qui quondam veni ad te, quando ſcribebas in cella monaſterij tui, cui dediſti duodecim nummos & argẽteam ſcutellam, F quam tibi miſerat cum infuſis leguminibus mater tua Syluia. Et hoc pro certo tibi ſit cognitũ, quia ex eo die, quo mihi hæc hilari animo tribuiſti, deſtinauit te dominus præſulẽ fieri Eccle-

a Diaconiæ à Diaconis dictæ ſunt. Erant hæ publicæ pauperum hoſpitales domus, quæ oratoria & ſacella adiuncta habebant, in quibus à patre diaconiæ, ſeu diacono egenis neceſſaria ſubminiſtrabantur Onuph. in interpr. nom. Eccleſ. E

b Poſt D. Gregorium Centuriatores & alij hæretici ſomniant Romanum Põtificem potentiæ, & opũ incrementa cœpiſſe. Adeò ſunt antiquitatis ignari, vt neſciant tam multè ante fuiſſe ampliſsimum illius ſedis patrimonium iuxta promiſsionem apud Ezechielem factam. cap. 48. & fortaſſe amplius & ditius quam hodie ſit. Nam vt notat Nicolaus Clemangis libello de corrupto Eccleſiæ ſtatu cap. 4. Petri patrimonium Pontificum ignauia, vel potius, principum rapacitate, ſatis iam attenuatũ eſt. Fi- F *dem vt facit hoc loco Ioan Diaco. eni Gregorius in epiſtolis paſsim aſſentitur. Ex Geneb. Ampliſsimas certe fuiſſe D. Gregorij Põtificis Romani opes, tum ex hoc, tũ ex ſeq. 9. apertiſsimè perſpicitur. Quomodo enim tot tantiſq; perſonis, locisq; niſi maxima fuiſſent Romani pontificis facultates, proſpicere potuiſſet?*

c Saccellarius, a ſaccello, id eſt paruo ſacco, quo nummi cõtinentur, dictus eſt, quem Eleemoſynariũ ſeu Theſaurarium dicimus.

ſiæ

A. C. 600 ſiæ ſuæ ſanctæ. Et Gregorius. Et tu quomodo noſti hoc? Cui ille inquit. Quia ego ſum angelus, eius ad tuum propoſitum inquirendum deſtinatus. Tunc Gregorius prorſus expauit. Cui angelus. Ne timeas. Ecce miſit me dominus, vt ſim tibi cuſtos quandiu fueris in ſæculo iſto. Illico Gregorius in faciem ſuam corruit, Deo immenſas referens gratias. A

Eius liberalitas in omnes. cap. 24.

Cunctorum inſuper patrimoniorum prædiorúmq; reditus ex [a] Gelaſiano Polyptycho, cuius nimirum ſtudioſiſsimus videbatur pediſſequus, adæraui t, eorúmque penſionibus in auro & argento collatis, omnibus monaſteriis, eccleſiis, cœmeteriis, ordinibus eccleſiaſticis, vel palatinis, & xenodochiis quater in anno ſolidos certos diſtribui, paſcha ſcilicet, & natali apoſtolorum, ſancti Andreæ, & natalitio ſuo per polyptychon, quo hactenus erogabatur, indixit. B

Omnibus omnino Calendis pauperibus generaliter eaſdem ſpecies, quæ congerebantur ex reditibus erogabat. Et ſuo tempore frumentum, vinum, caſeum, legumen, lardum, manducabilia animalia, piſces, vel oleum, paterfamilias domini diſcretiſsime diuidebat. Pigmenta vero, aliáque delicatiora commercia primoribus honorabiliter offerebat, ita vt nihil aliud quàm communia quædam horrea communis putaretur eccleſia.

Tres mille moniales alit. cap. 27.

Tribus millibus ancillis Dei quas Græci μοναστρίας vocant, quindecim libras auri pro lectiſterniis dedit, eíſque pro quotidianis ſtipendiis octoginta libras annualiter cóferebat. De quibus ſeu earum ſanctitate ſcribens Gregor. Theotiſto patritio ait. Harum talis eſt vita, atque intantum lachrymis & abſtinétia diſtricta, vt credamus, quia ſi ipſæ non eſſent, nullus noſtrum iam per tot annos in hoc loco ſubſiſtere inter Longobardorum gladios potuiſſet. C

Lib. 6. ep. 157.

Quotidianis quippe diebus quibuſq;, per omnium regionum vicos vel compita infirmis, ſeu qualibet corporis parte debilibus certa ſtipendia per conſtitutos veredarios emittebat. Verecundioribus vero, antequam ipſe cibum caperet, à menſa ſua benedictionis apoſtolicæ oſtiatim dirigere ſcutellam curabat. D

Pauperis obitu quã fuerit afflictus. ca. 29

Horum dum quemdam pauperem in anguſtia [b] Andronatum receſsibus à veſpillonibus inuenire mortuum contigiſſet, exiſtimans eum ſtipis inopia periiſſe, ita per aliquot dies, vt dicitur, à Miſſarum celebratione vacando triſtatus eſt, tanquam ſi eum propriis manibus (quod dictu nefas eſt) peremiſſet.

Cum autem Gregorius quamdam eccleſiam, quæ olim fuerat Arianorum, poſitis ibi reliquiis Sebaſtiani & Agathæ dedicaret, apparuit porcus quidam inter aſtantes huc illucque diſcurrens, tandem de eccleſia exiens non eſt amplius viſus, vnde & diabolus tanquam de loco illo per conſecrationem eiectus, à cunctis exiſtimatus eſt. E

a Polyptychon, quod id proprie deſignat, quod multis plicis conſtat, eſt hoc loco album ſeu libellus quidam, in quo cunctorũ ciuium vrbis nomina continebantur, vt quaſi in ſpeculo videret Põtifex, quibus ſubuenire ex pietate deberet, quibúſque ipſe prouidere propter ipſorum opes & copias non tenebatur.

b In Andronorum. Ἀνδρῶνες a Suida dicitur eſſe domus, in qua ſoli viri congregari ſolui erant. F

A. C. 600. In eadem Eccleſia fit ſtrepitus. ca. 32.

Sequenti nocte magnus ſtrepitus tanquam diſcurrentium ſuper dictam eccleſiam auditus eſt. Sequenti nocte iterum grauior ſonitus tanto terrore auditus eſt, ac ſi funditus euerſa fuiſſet. Poſt paucos dies in magna ſerenitate aeris, nubes ſuper altare dictæ Eccleſiæ deſcendit ac operuit, & tanto terrore & odore Eccleſiam impleuit, vt nullus auderet intrare. Altera die lampades ſine lumine diuinitus ſunt accenſæ. Pluribúſque vicibus aliis diebus extinctę lampades à clericis poſt officium, ſine mutato lumine aliunde reperiuntur accenſæ.

Singularis D. Gregorij per omnes pene totius mundi partes prouidentia cap. 55.

§. X.

DE liberalitate Gregorij & miſericordia ad particulares perſonas. Ioan. Diaconus. Sane præſul iſte Gregorius per procuratores eccleſiaſticorum patrimoniorũ, velut Argus quidam luminoſiſsimus, per totius mundi latitudiné ſuæ paſtoralis ſollicitudinis oculos circumferebat, vt ex plurimis in paucis hic enarratis poteſt perpendi. Idem Petro ſubdiacono ſic ſcribit. Quinquaginta auri libris noua frumenta ab extraneis comparata, & in Sicilia in locis, in quibus non pereant repone, vt menſe Februario quãtas poſsimus naues illuc pro eo dirigamus ad hoc adducendum exceptis frumentis, quæ nunc Septembri vel Octobri iuxta conſuetudinem tranſmitti præſtolamur. Tam enim hic frumentorum parua natiuitas fuit, vt niſi de Sicilia congregentur, fames vehementer immineat. Sine autem alicuius vexatione coloni Eccleſiaſtici frumenta congregẽtur.

Comparandum frumentum Petro præcipit. epi. 70. lib. 1.

Et Anthemio ſubdiacono Gregorius ſcribens ait. Volo vt Dominæ Paterichiæ meæ mox vt præſentem iuſsionem receperis, offeras ad calceatium puerorum ſolidos quadraginta & tritici modios quadringentos. Dominæ Palatinæ relictæ vrbici ſolidos viginti & tritici modios trecẽtos, qui omnes in tuis rationibus computentur. Summam vero penſionis ſub feſtinatione adducito. Idem eidem. Inſinuatum eſt nobis ancillas Dei quaſdam Nolanæ ciuitatis in Aboritana domo commorantes, nimiam victus veſtitúſque penuriam pati, quibus ex præcepto Dei ſubuenire nos conuenit propterea præſenti iuſsione mandamus, vt quadraginta ſolidos in auro eis dare debeas, inſuper ſuccedentibus indictionibus annuos viginti ſolidos miniſtrare, qui tuis poſsint rationibus computari. Præterea Paulino presbytero monaſterij ſancti Eraſmi in latere montis Soractis, & duobus monachis in oratorio ſancti archangeli ſeruientibus, binos tantum ſolidos dare præcipimus. Item Paulinæ illuſtri annuos triginta ſolidos dare non differas.

Munera quædam dari præcipit. epi. 17. lib. 1.

Idem Petro ſubdiacono ſcribit. Inſinuatum eſt nobis Marcellum in Panormitana ciuitate, in monaſterio ſancti Adriani, in pœnitentiam deputatum victus neceſsitatem & nuditatis nimiam ſuſtinere moleſtiam, ipſi ergo pro victu & veſtimento ſtrato, quantum proſpexeris ſatis eſſe cõſtituas. Idem eidem. Monaſterium ſancti archangeli Michaelis victus habere neceſsitatem didicimus. Et ideo experientia tua diligenter inuigilet, vt ſi eiuſdem loci monachos bene ſe habere cognoueris, & neceſsitatem habere eos manifeſta verita

Pr... vt Ma... ſo ne... ſaria ... beat.

A.C.600.

A ſta veritate patuerit eis ſubuenire. Hac authoritate ſ[illegible] ſtul[illegible] us modis omnibus feſtinabis. Sed & tertulam Eccleſiæ noſtræ vicinam, quam ſolidum vnum & tremiſſes duos penſitare aſſerunt: ſi ita eſt ſibi, libellario nomine ad ſummum tremiſsis vnius habere concede. Studij ergo tui ſit hæc omnia complere, ſi tamen (vt diximus) eius loci monachi in Dei ſeruitio vt decet ſolertes perſtiterint. Item eidem. Quoniam filium Godeſtadij viri digniſsimi, non ſolùm amiſsione viſus, ſed etiam inopia victus neceſsitatem pati conſpeximus: experientiæ tuę præcipimus, vt annis ſingulis vigintiquatuor modios tritici, fabæ quoque B modios duodecim, vini decimaras viginti pro ſuſtētatione eius debeas miniſtrare, quod tuis poſtmodum poſsit rationibus imputari.

Idem Cypriano diacono. Ex variis periculorum neceſsitatibus Coſmas multis ſe dicit debitis obligatum: ita vt à creditoribus eius pro ipſis debitis ſuos dicat filios detineri. Cauſam ergo eius ſumma ſubtilitate perquire, & ſi inueneris prædictis debitis veraciter inuolutum, vt non ſit ei ſubſtātia, vnde poſsit hæc ipſa perſoluere, prædictos creditores eius adeas, & propter recolligendos filios, quanta cognoueris quātitate com- C ponas, & de rebus pauperum noſtra authoritate perſolue, ſciens quicquid illi datum fuerit, patrimonij noſtri penſionibus eſſe reputandum. Idem eidem Zeno frater, & coepiſcopus noſter quoſdam in ciuitate ſua alimoniarum neceſsitatē innotuit ſuſtinere. Idcirco dilectionem tuam antedicto fratri noſtro mille modios tritici, aut ſi plus leuare poteris, vſque ad duo millia præſentibus te dare ſcriptis deputamus. Hortamur ergo, vt in his concedendis nullam moram aut excuſationem adducas.

Coſmas multis debitis obligatus. lib. 1. ep. 34.

Idem Euſebio religioſo abbati. Credat mihi D charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua [ac ſi in te iniuriā ipſe pertuliſſem.] &c. propterea centum ſolidos per Petrum ſubdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos pero, vt abſque iniuria ſuſcipiat. Item Fantino defenſori. Lator præſentiū Coſmas Syrus in negotio, quod agebat debitum ſe contraxiſſe perhibuit, quod aliis atteſtantibus, & lachrymis eius verum eſſe credimus. Et quia centum & quinquaginta ſolidos debebat, volui vt creditores eius cum ipſo aliquid paciſcerentur[a] quoniam lex habet, vt homo liber pro debito nullatenus teneatur, ſi res E defuerint, quę poſsint eidem debitori addici. Creditores autem ſuus aſſerit ad ſolidos octoginta poſſe cōſentire. Sed quia multum eſt ab homine nihil habente octoginta ſolidos petere, ſexaginta ſolidos per notarium tuum tranſmiſimus, vt tu cum eiſdem creditoribus ſubtiliter loquaris, & rationē reddas, quia filium ſuum quem[b] tenere

Coſmas Syro [illegible] de [illegible] ob[illegible] [illegible] ep 41. lib. 3.

a Codice de actionib. & obligationib. lib. 4. tit. 10. leg. 12. Ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus iura compelli non patiuntur. idem in authen. coll. 9. tit. 1[illegible]. vt nulli iudic. liceat habere loci ſeruatorem. F cap. 7. quia verò habetur.

b Cod. quæ res pignori oblig. poſſunt. lib. 8. titu. 17. l. 6. Qui filios veſtros vel liberos homines pro pecunia quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, diſsimulatione ſe iuris circumuenit, cùm ſit manifeſtum obligationem pignoris non conſiſtere, niſi in his quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia.

A dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt. Et ſi poteſt fieri aliquid minus, quàm nos dedimus, condeſcendant. Et quicquid de eiſdem ſexaginta remanſerit, ipſi trade, vt cum filio tuo exinde viuere valeat. Hoc tamen ſolerter age, vt acceptis ſolidis ei plenariam munitionē ſcripto efficiant. A C.600.

Idem Caſtorio diacono & chartulario Rauennæ. Valerianum monachum, quem emendatum in monaſterio ſancti Ioannis in claſſe poſito tradidiſti, in eodem cum monaſterio ſine dubio volumus permanere. De reditibus autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ qui illic congregati ſunt te prouidente, omnes impenſas tuas te facere volumus. B Et ſi quid ſuperfuerit, nobis cùm veneris, defer.

De Valeriano monacho ep. 24. li. 4.

Idem Liberto exprætori ſic ſcribit. Quāta vos huius ſæculi premat anguſtia, incognitum non habemus. Et infrà. Forſitan enim magnifice fili, aliquid illum in proſperis offendiſti, vnde te clementi amaritudine vult purgari. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio, nec rerū damna diſcrucient, quia ſi in aduerſis gratias referens Deū tibi feceris eſſe placabilem, & quæ amiſſa ſunt multiplicata reddentur, & ſuper hæc gaudia ęterna præſtabuntur. Peto autem ne iniurioſum ducas, C quod viginti annuos veſtitus ad pueros veſtros per Romanum defenſorem ſcripſimus præberi, quia de beati Petri Apoſtoli rebus, quāuis parua ſint, quæ offeruntur, pro magna ſemper benedictione ſuſcipienda ſunt.

Quanta autem fuerit innocentia in eius liberalitate, oſtenditur ex eius epiſtola, vt refert Ioannes Diaconus. Pantaleoni enim notario ſcribit ſic. Experientia tua, quod vel quale apud ſacratiſsimum corpus beati Petri Apoſtoli iuſiurādum præbuerit, memor eſt. vnde nos quoq; ſecuri diſcuſsionis tibi cauſam in patrimonio partis Syra- D cuſanæ commiſimus. Oportet ergo te & fidem tuam, & eiuſdem beati Petri Apoſtoli timorem ſemper ante oculos habere, atque ita agere, vt neque in præſenti vita ab hominibus, neque ab omnipotenti Deo valeas in extremo iudicio reprehendi. Cognouimus autem Valerio chartulario noſtro narrante, quia modium cum quo coloni Eccleſiæ frumenta dare compellebantur, viginti & quinque ſextariorum inueneris. Quod omnimodo execrati ſumus, atque eamdem diſcuſsionis cauſam te tardè feciſſe doluimus. Quia verò eumdem modium te fregiſſe, & iuſtum fe- E ciſſe cōmemoras, gauiſi ſumus. Sed quia prædictus chartularius ſummam quoque nobis indicare ſtuduit, quæ de fraudibus conductorū apud experientiam tuam iam de duobus territoriis eſt collecta, ſicut te ſtudioſe feciſſe fracto iniuſto modio gaudemus, quia in futuro nobis proſpicimus: ita etiam de præteritis peccatis cogitamus, ne ſi ea, quæ fraudulenter conductores à ruſticis abſtulerunt, ad nos peruenitūt peccata, quæ ab eis perpetrata ſunt, ad nos trahantur. Et ideo volumus cum omni fide per vnamquamque maſſam colonos pauperes & indigentes experientiam tuā de- F ſcribere, atque ex eis pecuniis quæ ex fraudibus ſunt inuentæ, vaccas, oues, porcoſque comparare, & ſingulis colonis pauperioribus ea diſtribuere. Quod te facere volumus cum conſilio reuerendiſsimi Ioannis epiſcopi & Adriani chartularij, & ſi neceſſe eſt etiam cum conſilio filij mei domini Iuliani, ita vt nullus alius ſciat, ſed ſecretum ſit.

Innocētia S. Gregorij Diac. li. 2 ca. 58.

De menſura ruſticorū iniuſta. lib. 11. ep. 39.

Integritas S. Gregorij.

Maſſam pro villa ſumit ſæpe d. Gre.

A.C.600.
De iniuſtis oneribus ruſticorũ ep. 41. lib. 1.

Idem Petro ſubdiacono ſcribens ait: Cognouimus ruſticos Eccleſiæ in frumentorum pretiis vehementer grauari, ita vt inſtituta ſumma eis in comparatione abundantiæ tempore nõ ſeruetur. Vnde voluimus vt iuxta pretia publica omni tẽpore, ſiue amplius, ſiue minus frumenta naſcãtur, in eis comparationis menſura teneatur. Frumenta autem, quæ naufragio pereunt, per omnia vobis volumus reputari, ita tamen vt à te negligentia ad tranſmittendum minimè fiat, ne dum trãſmittendi tempus negligitur, damnum ex vitio veſtro generetur. Valde autem iniuſtum & iniquum eſſe perſpeximus, vt à ruſticis Eccleſiæ de ſextariis aliquid accipiatur, & ad maiorem modium dare compellantur, quàm in horreis Eccleſiæ infertur. Vnde præcipimus, vt pluſquàm decem & octo ſextariorum modium numquam à ruſticis Eccleſiæ frumenta debeant accipi. Niſi forte, ſi quid eſt, quod nautæ iuxta cõſuetudinem ſuperaccipiunt, quod minui in ipſis nauibus atteſtãtur. Item neque ſiliquas extra libras, neque libram maiorem, neque onera ſopra librã maiorem exigi debeant, ſed per æſtimationem tuam, prout virtus ſofficit in ſummam penſionis creſcat, & ſic turpis exactio nequaquam fiat. Ne verò poſt obitum meum hæc ipſa onera, quæ ſuper penſum illata ſubtraximus, iterum in quolibet addantur, volumus, vt ſecuritatis libellos ita de penſionibus facias: quatenus in primis dicas, tantam penſionem vnumquemque debere perſoluere, inibi adiectis ſiliquis oneribus vel granaticis. Ante omnia hoc te volumus ſollicitè attendere, ne iniuſta põdera in exigendis penſionibus ponantur, ſed ſi qua talia inueneris, frange, & noua & recta conſtitue. Præterea cognouimus, quod prima illatio burdationis ruſticos noſtros vehementer anguſtat, ita vt priuſquam labores ſuos venundare valeant, compellantur tributa perſoluere. Quæ dum de ſuo dare non habeant, ab auctionariis publicis mutuo accipiũt, & grauia incommoda pro eodem beneficio perſoluunt, ex qua re fit, vt diſpendiis grauibus coanguſtentur. Vnde præcipimus, vt omne, quod mutuũ pro eadem cauſa ab extraneis accipere poterant, à tua experientia in publico detur, & à ruſticis Eccleſiæ paulatim, vt habuerint, accipiatur, ne tempore coanguſtati compulſi vilius vendant, & hoc eis minimè ſufficiat.

Alias ſextariaticis.

Præcepit quoque eidem, vt de cõmodis nuptiarum, quod diuites ſolidi ſummam non excedant, ſcilicet in dando, pauperes verò minus, & hoc conductoribus dari, non in ratione Eccleſię. Præcepit quoque, vt conductorum Eccleſiæ bonis hæredes ſuccederent, & non Eccleſiæ officiales, vt fiebat in quibuſdã locis. Præcepit vt, & ſi colonus aliquid iniuſtè à conductore acciperet, ipſi conductori reſtituatur, cui ablatum eſt, non Eccleſiæ applicetur, vt fiebat. Non plus autem de miſſis Eccleſię volumus reaccipere, niſi quantum conſuetudo eſt.

Cõſuetudo attenditur.

Item eidem de quodam opere ſibi iniũcto ait. Agimus gratias ſolicitudini tuæ, quia de cauſa fratris mei præcepi tibi, vt augmentũ trãſmittere debuiſſet. Et ſic obliuioni mandaſti, ac ſi tibi aliquid ab extremo mancipio diceretur tuo. Quod iam vel modo nõ experiẽtia, ſed negligentia tua ſtudeat adimplere, & quicquid apud Antonium fuiſſe cognoueris, ſob omni velocitate trãſmitte.

Petrũ obiurgat, quod ei non paruerit.

Hæc Diaconus li. 4. cap. 67. Grauiter D. Gregor. affligitur, Homil. 22. in Ezech.

A.C.600.

§. XI.

DE multiplici eius afflictione, patientia, & humilitate. In fine expoſitionis ſuæ ſuper Ezech. Ecce hæc vt domino largiente potuimus coram vobis fratres chariſsimi, rimati ſumus. Nemo autem me reprehendat, ſi poſt hæc à locutione ceſſauero, quia ſicut omnes cernitis, noſtræ tribulationes excreuerunt. Vndique gladiis circumfuſi ſumus, vndique imminens mortis periculum timemus, alij detruncatis ad nos manibus redeunt, alij capti, alij interempti nunciãtur. Iam cogor linguam ab expoſitione retinere, quia tædet animam meã vitæ meę. Iam nullus in me ſtudium ſacri eloquij requirat, quia verſa eſt in luctum cithara mea. Iam cordis oculus in myſteriorum diſcuſsione non vigilat, quia dormitauit anima mea præ tædio. Cui autem viuere nõ licet, de ſcripturæ ſanctæ ſenſibus loqui myſtica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere, quomodo poſſum dulcia propinare?

Iob 10. Iob 30. Pſal. 118.

Idem ſcribens Italicæ patricię, & Venantio & monacho patricio ait. Peccatis meis facientibus, ecce iam vndecim menſes ſunt (quod valde rarum eſt) ſi de lecto ſurgere aliquando potuero, [tantis enim podagræ, tantíſque moleſtiarũ doloribus premor] vt vita mea grauiſsima ſit pœna. Quotidie enim in dolore deficio, & mortis remedium expectando ſuſpiro. In clero verò huius vrbis, & populo tanti febrium languores irruerunt, vt penè nullus liber, nullus ſeruus remanſerit, qui eſſe idoneus ad aliquod officiũ vel miniſterium poſsit. De vicinis autem vrbibus ſtrages nobis mortalitatis quotidie nunciãtur. Aphrica autem qualiter mortalitate & languoribus vaſtetur, vos qui viciniores eſtis, tanto credo ſubtilius cognouiſtis. De oriente verò qui veniunt, grauiores deſolationes nunciant. In his itaque omnibus, quia appropinquante fine mundi generalem percuſſorem eſſe cognoſcimus, affligi nimis de propriis moleſtiis non debemus.

Gregori° laboribus podagræ vexatur. lib. 7. ep. 127. ind. 2.

Idem Eulogio Patriarchæ Alexãdrino. Tranſacto anno ſuauiſsima ſanctitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quibus pro ægritudinis meæ nimietate reſpondere nuncuſque non valui. Ecce enim iam biennium penè expletur, quod lectulo teneor, tantíſque podagræ doloribus affligor, vt vix in diebus feſtis vſque ad horarum trium ſpacium ſurgere valeam, & Miſſarum ſolennia celebrare. Mox autem cum graui compellor dolore decumbere, vt cruciatum meum poſsim gemitu interrumpente tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus eſt, interdum nimius. Sed neque ita lentus eſt, vt recedat, neque ita nimius, vt interficiat. vnde fit, vt qui quotidie in morte ſim, repellar à morte. Nec mirum, quia peccator grauis tali corruptionis carcere diu teneor incluſus, vnde compellor exclamare. Educ de carcere animam meam. Sed quia meis hoc adhuc precibus obtinere non mereor, rogo vt veſtrę ſanctitatis oratio ſuę mihi intercesſionis adiutorium præbeat, méque à peccati & corruptionis pondere liberum reddat in illam, quam bene noſtis libertatem gloriæ filiorum Dei.

Idem ſcribit ad Eulogiũ lib. 8. ep. 35.

Pſal. 141.

Item eidem. Rogo ergo, vt pro me peccatore enixius oretis, quia & dolor corporis ex podagris, &

Idẽ ſcribit eidem lib. 12. ep. 47.

A.C. 600.

gris, & amaritudo cordis ex curarum afflictionibus, & immenſa vaſtitas mortalitatis, inter tot barbarorum gladios vehementer affligit. Inter quæ omnia non temporalem, ſed æternam conſolationem requir , quam per me impetrare non valeo, ſed per intercesſionem veſtræ beatitudinis hanc me obtinere confido. Idem Maximiano epiſcopo Arabiæ ſcribens ait. Multum iam tẽpus eſt, quod ſurgere de lecto non valeo. Nam modo podagræ dolor cruciat, modo neſcio quis in toto corpore cum dolore ignis expandit. Et fit plerunque vt vno me tempore ardor cum dolore affligat, & corpus in me animúſque deficiat. Proinde frater ſanctiſsime, diuinæ pro me pietatis miſericordiá deprecare, vt percusſionis ſuæ erga me flagella propitius mitiget, & patientiam toleradi concedat, ne nimio (quod abſit) tædio in impatientiam cor erumpat, & quæ curari per plagam poterat culpa, creſcat ex murmure.

Idem Sebaſtiano epiſcopo. Quæ, ſanctiſsime frater, de amici veſtri domini Romani perſona hac in terra patimur, loqui minime valemus. Breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia Longobardorũ gladios vicit: ita vt benigniores videantur hoſtes, qui nos interimunt, quàm reipublicæ iudices, qui nos malitia ſua rapinis atque fallacis in cogitatione conſumunt. Et vno tempore curam epiſcoporum atque clericorum, monaſteriorum quoque & populi gerere contra hoſtium inſidias ſollicitum vigilare, contra ducũ fallacias atque malitias ſuſpectum ſemper exiſtere, cuius laboris, cuius doloris ſit, veſtra fraternitas tanto verius penſat, quanto me, qui hoc patior, purius amat. Idem Ioanni Rauennæ epiſcopo ſcribens ait, Peccatis meis hoc imputo, quia iſte, qui nunc intereſt (haud dubium quin Rauẽnas exarchus) & pugnare contra inimicos noſtros diſsimulat, & nos pacem facere vetat. Quamuis iam modo etiam ſi velit, facere omnino non poſſumus: quia Arnulphus exercitum Antharith & Nordulfi habens, eorum ſibi dari precaria deſiderat, vt nobiſcum loqui de pace aliquid dignetur.

Libros Moralium quomodo ſcripſerit. lib. 1. vit. cap. 27. & lib. 4. cap. 72.

§. XII.

De libris editis ab eo. Cum de monaſterio aſſumptus Leuita cardinalis factus, pro reſponſis eccleſiaſticis Conſtantinopolim apocriſarius eſſet directus, à fratribus rogatus, maximéque à Leandro Hiſpalenſi epiſcopo, qui pro cauſis fidei Viſigothorum legatus Cõſtantinopolim aduenerat, compulſus eſt, vt librũ beati Iob multis inuolutum myſteriis enodaret, quem [librum quomodo iuxta litteram intelligendus, qualiter ad Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta referendus, quo ſenſu vnicuique fideliũ ſit aptandus, per trifarias intelligendi ſpecies triginta quinque libris mira ratione perdocuit. In quibus ita de virtutibus vitiiſque diſſeruit, vt non ſolis eadem verbis videatur exponere, ſed formis aliquo modo viſibilibus demonſtrare, vnde non eſt dubiũ eam perfectionem ipſarum eum aſſecutum virtutum, quarum tam efficaciter valuit indicare profectus. Priora autem dicti libri (ſcilicet moralium, vt dicit Ioan. Diaconus li. 4. ca. 72.) coram poſitis fratribus ſub oculis dixit. Et quia tempus paulò vacantius reperit, poſteriora tractando dictauit. Cumque ei ſpatia largiora ſuppeterent, multa augens, pauca ſubtrahens, atque ita vt inuenta ſunt nonnulla derelinquens, ea quæ ſe loquente excepta ſub oculis fluctant, per libros emẽdando compoſuit. Qui cum iam factus epiſcopus Romę poſtrema dictaret, quo ſtylo prima dixerat attendens, ſollicite egit, vt ea quæ locutus fuerat, ſtudioſa emendatione tranſcurrens, quaſi ad ſimilitudinem dictantis erigeret, & ea quæ dictauerat, non longe à colloquentis ſermone diſcreparent. Quamuis ipſius tertiam partem operis, vt colloquẽdo protulit, pene ita dereliquit, & dum eum fratres ad alia exponenda pertraherent, hãc ſubtilius emendari noluerunt. Quod opus per triginta quinque libros extenſum (vt dictum eſt) in ſex codicibus expoſuit.

In ipſis autem ſui epiſcopatus exordiis, dum à Ioanne Rauennatis vrbis epiſcopo humiliter fuiſſet reprehenſus, cur paſtoralis curæ deliteſcẽdo pondera fugere vir tam idoneus voluiſſet, quaſi rationem reddens librum paſtoralis regulæ compoſuit. Quem quadripartita ratione diſtinguens valde penſandum eſſe dicit, cum rerum neceſsitas expoſcit, ad culmen quiſque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perueniens, qualiter viuat, & bene viuens, qualiter doceat, & recte docens, infirmitatem ſuam quotidie quanta [valet] conſideratione cognoſcat. Primum ergo appetitum [timor] temperet, poſtea magiſteriũ, quod non à quęrente ſuſcipitur, vita commendet, deinde bonum, quod viuendo bene oſtenditur, etiam loquendo propagetur. Demum perfecta quæque opera conſideratio propriæ infirmitatis deprimat, ne ante oculos [occulti arbitri] ea tumor elationis extinguat. Et in ipſa tertia parte libri diffuſe oſtendit, quomodo admonendi ſint ſinguli variis vitiis dediti vario modo ſecundum varietatẽ conditionũ. Quem librũ paſtoralis magnus Anaſtaſius Antiochenus epiſcopus in Græcum tranſtulit, & orientalibus eccleſiis opus venerabile procurauit.

Deinde dum adhuc Gregorius ad loquendum voce flatúque ſufficeret, per ſtationes diſcurrens viginti homilias euangelii diuerſo tempore declamauit coram populo. Reliqua vero eiuſdem numeri dictauit quidem, ſed laſſeſcente ſtomacho languore continuo aliis pronunciare permiſit. Quarum exemplaria, ſecundo ſeruo Dei petenti mandauit.

Cúmque à ſuis familiaribus, vt aliqua de miraculis patrũ deſcriberet, enixius rogaretur, hinc Gregorius motus ſanctorum miracula, & præcipue in Italia facta cum Petro ſuo diacono, quæ per inquiſitionem & reſponſionem protulerat, expoſitionis alterius ſtudium interrumpens, ſola nominũ prænotatione diſtinxit, & in libros quatuor ordinauit. Hos libros dialogorum Zacharias poſt annos plurimos Romanus epiſcopus, Græco latinóque ſermone doctiſsimus, in Græcam linguam conuertens Orientalibus eccleſiis diuulgauit, quamuis aſtuta Græcorum peruerſitas, nomen filii in commemoratione Spiritus ſancti à Patre procedentis ſtatim radens abſtulerit. Horum librorum ſecundus diffuſe deſcribit per totum ortum, progreſſum, virtutibus, & miraculis plenum, & exitum beati Benedicti. Quartus vero de vitæ futuræ ſtatu, ſcilicet de inferno,

Paſtoralis curæ librũ quomodo ſcripſerit. li. 4. ca. 73.

Liber Gregorii curæ Paſtoralis ab Anaſtaſio in Grę̨cũ ſermonẽ cõuerſus. lib. 10 ep. 22.

Zacharias Romanus Pontifex lib. Dialogorũ Græcè edit, ſed illos Græci corrumpunt.

A.C.600. purgatorio, paradiſo per exempla plura. A

Homiliæ in Ezechielem, cap. 70.

Deinde primam & vltimam partem ſeu viſiones Ezechielis prophetæ, quæ videbantur obſcuriores, Romanis poſtulantibus pertractauit. Eaſque per homilias viginti & duas diſtinguens, quantum lucis intus habeant patefecit. Qui libri, vt ait Ioan. Diaconus, dum à doctoribus ſequentis temporis tam rectiſsimis ſenſibus editi, quàm luculento rhetoricæ facundiæ ſtylo compoſiti veraciter doceantur, eos beatus Gregorius ex humilitatis ſuæ dulcedine incultos perhibet.

Gregor. eloquentiæ non fuit affectator, in epiſt. ad Leãd. c. 5. Deu. 16

Leandro de libris Moraliũ ſic ſcribens, Quæſo, vt huius operis moralium dicta percurrens, in his verborum folia non requiras, quia per ſacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuoſæ loquacitatis leuitas ſtudioſe compeſcitur, dum in B templo Dei nemus plantari prohibetur, vnde & ipſam loquendi artem, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſeruare deſpexi. Nam ſicut huius epiſtolæ tenor enunciat, nõ metaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem deuito, ſitus, motuſque propoſitionum caſuſque ſeruare contemno, quia indignũ vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi, reſtringam ſub C regulis Donati. Neque enim hæc ab vllis interpretibus in ſcripturæ ſacræ authoritate ſeruata ſunt. In quibus verbis agnoſcitur Grego. non ſtuduiſſe pompaticæ locutioni, ſed ex priſtina ſæcularis exercitij cõſuetudine potius incurriſſe. Cuius tamen eloquentiam, & Iſidorus & Beda multum commendant.

Gregor. ſua ſcripta furfur ſui appellat. lib. 8. ep 37.

Ipſe tamen Gregorius ex humilitate furfur ſuam doctrinam appellat, reſpectu aliorum doctorum doctrinæ. Sed & ipſos libros ſuos publicè, ſcilicet ad menſam, vel in eccleſia legi prohibebat in officiis. Sed & in fine moralium huius D humilitas maxima oſtenditur dicentis. Expleto hoc opere ad meipſum mihi video eſſe redeundum. Multum quippe mens noſtra cùm rectè loquitur, extra ſeipſam ſpargitur. Integritaté nanque animi, dum cogitantur verba, qualiter proferantur, quia eum traniunt extrinſecus, minuunt. Et quidem mala me dixiſſe aliqua, etſi non inuenio, tamen, quia omnino non dixerim, non defendo. Bona verò ſi qua diuinitus accipiẽs dixi, meo videlicet vitio, minus me bene dixiſſe profiteor. Ad meipſum autem intrinſecus rediens, radicem E meæ intentionis inſpicio, Deo quidem ex ea me ſummopere placere voluiſſe cognoſco: ſed eidem intentioni, qua Deo placere ſtudeo, furtim ſe neſcio quomodo intentio humanæ laudis interſerit. Quod cùm iam poſtmodum tardéque diſcerno, inuenio me aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe. Fatendum igitur, quod rectam intentionem noſtram, quæ ſoli Deo placere appetit: nonnunquam intentio minus recta, quæ de donis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur. Si autem de his diuinitus diſtrictè diſcutimur, quis inter iſta remanet locus ſalutis, quando F & mala noſtra pura mala ſunt, & bona, quæ nos habere credimus, pura bona eſſe nequaquà poſſunt? Et poſt pauca. Igitur quæſo, vt vnuſquiſque qui hęc legerit, apud diſtrictum iudicem ſolatiũ mihi ſuæ orationis impendat, & omne quod in me ſordidum deprehendit, fletibus diluat.

Intentio minus recta bonã comitatur.

Videtur quoque & alia ſcripſiſſe ſeu expoſuiſſe, ex eo quod Ioanni ſubdiacono Rauennæ reſponſ... ſuo ſignificare videtur, inter cætera ſic A ſcribens. Quia chariſsimus quondam filius meus A.C.600. Claudius aliqua me loquentem de prouerbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris quoque Regum, de Heptatico audierat, quæ ego ſcripto tradere præ infirmitate nõ potui, ipſe ea ſuo ſenſu dictauit: ne obliuione deperirent, vt apto tempore hæc eadem mihi inferret, & emendatius dictarẽtur. Quæ eum mihi legiſſet, inueni dictorum meorum ſenſum valde in multis fuiſſe permutatum. Vnde neceſſe eſt, vt tua experientia omni excuſatione atque mora ceſſante, ad eius B monaſterium accedat, conuenire fratres faciat, & ſub omni veritate quantaſcunque de diuerſis ſcripturis chartulas detulit, ad mediũ deducant, quas tu ſuſcipe, & mihi celerius tranſmitte.

Epiſtolæ D. Gregorij quomodo ſcriptæ.

Vnde conſtat, quia plures libros, quàm præfatos, quos habemus, compoſuit. Et licet Longobardorum perfidia ſæuiente poſt Ezechielis tractatus ab expoſitione librorum deſtiterit, à componendis tamen epiſtolis quamdiu viuere potuit, non ceſſauit. Quarum videlicet tot libros in ſcrinio dimiſit, quot annos vixit: vnde decimumtertium Epiſtolarum librum imperfectum reliquit. C Ex quarum epiſtolarũ multitudine primi Adriani Papæ tẽporibus quædam Decretales epiſtolæ excerptæ ſunt, & in duobus voluminibus, ſicut modo cernitur congregatæ. Et dicitur regiſtrum Gregorij.

Epiſtolæ decretales D. Gregorij.

Quomodo Mauricio imperatori iniquam legem ferenti reſtiterit. Diaconus libro 3. cap. 50.

§. XIII.

DE diuerſis epiſtolis eius. Idem Mauricio auariſsimo, ſimulque rapaciſsimo Imperatori ſuggeſtionibus inimicorum ſuorum funeſtiſsimam legem ferenti, vt nulli militum, qui videlicet in militia ſignatus fuiſſet conuerti liceret, D inter cætera ſic reſpondit. Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines pietati dominorum meorum cœlitus data eſt, vt qui bona appetunt, adiuuentur, vt cœlorum via latius pateat, vt terreſtre regnũ cœleſti famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, vt qui ſemel in terrena militia ſignatus ſit, niſi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis E repulſus, Chriſto militare non liceat. Ad hæc ecce per me ſeruum vltimum ſuum & veſtrum, reſpondebit Chriſtus dicens. Ego te de notario comitem excubitorum feci, de comite excubitorũ Cæſarem, de Cæſare Imperatorem, & non ſolùm hoc, ſed & patrem Imperatorum feci. Sacerdotes meos tuæ manui cõmiſi, & tu à meo ſeruitio milites tuos ſubtrahis. Reſponde piiſsime domine, rogo ſeruo tuo, quid venienti & hæc dicenti reſponſurus es iudici Domino tuo? Requirat, rogo, Dominus meus, quis prior Imperator hanc legẽ dederit, & ſubtilius æſtimet, an dari debuit.

Cui à Deo imperatores conſtituti. lib. 2. ep 61. ind. 11.

F Idem Theodoro medico. Peccatis meis facientibus, inquit Gregorius, ex quorum conſilio vel ſuggeſtione neſcio, talem in republica ſua legem protulit Imperator, qualem primum ſicut ij dicunt, qui leges veteres nouerunt: Iulianus protulit, de quo ſcimus omnes, quantum Deo aduerſus fuerit. [a] Cùm autem quidam Ioannes ex mo-

Iniqua lex Iuliani. lib. 2. ep 64.

a Quoniam hæretici tantopere D. Grego. in hoc vniuerſalis epiſcopi nomine repellendo laudant, quod

A.C. 600

De nomine vniuerſalis epiſcopi.

quod quidem meritò faciunt: non erit inconueniens A *oſtendere, vt in eiſdem epiſtolis in quibus ſe & quemquam alium vniuerſalem epiſcopum dici vetat, vniuerſalis tamen Eccleſiæ epiſcopi munus geſſerit, & vniuerſalis Eccleſiæ epiſcopū Romanū pontificem eſſe inſinuarit. Nam inprimis quæro, cur D. Grego. qui modeſtia & humilitatis fuit eximiæ, aliis tacentibus vnus Ioanni Conſtantinopolitano hoc nomen ſibi ſuperbè arroganti ſe oppoſuit? Nónne vel quia reliquorum omnium epiſcoporum primus illorum iura tueri debuit, vel quia ipſius maximè cauſa agebatur, cùm id quod propriè erat ſuum, alter iniuſtiſsimè vſurpabat. vtramque ſanè* B *huius rei cauſam ſatis ipſe indicat dicens. Et tamē hæc Eccleſia, quæ vno eodémque tempore clericis, monaſteriis, pauperibus, populo, atque inſuper Longobardis tam multa indeſinenter expendit: ecce adhuc ex omnium Eccleſiarum premitur afflictione, quæ de hac vnius hominis ſuperbia multū gemunt, etſi nihil dicere præſumunt. Sic primam quam dixi cauſam notat, dum ſuam Eccleſiam premi omnium afflictione aſſerit, quia ipſe verè Apoſtolicæ ſedis antiſtes, & Apoſtolorum principis ſucceſſor legitimus ſollicitudine omniū Eccleſiarū inſtar D. Pauli*

2 Cor. 11.

angebatur, alteram apertè cauſam oſtendit, dum C *hæc verba, quæ D. Anton. habet adiecit. vnde per omnipotentem Dominum rogo, ne pietatis veſtræ tempora permittatis, vnius hominis elatione maculari: neque tam peruerſo vocabulo vllum quoquomodo præbeatis aſſenſum. Neque hac in cauſa nequaquam me pietas veſtra deſpiciat, quia & ſi peccata Gregorij tanta ſint, vt pati talia debeat, Petri tamen Apoſtoli peccata nulla ſunt, vt veſtris temporibus pati iſta mereatur. vbi pulchrè duplicem in ſe agnoſcit perſonam, hominis videlicet peccatoris & Pontificis, & queritur grauiter quòd Pontificis perſona, quam ipſe Petrum nominat, iniuria* D *grauiſsima afficiatur, quia videlicet ei detrahitur, quod ſuum eſt, vniuerſalis Eccleſiæ epiſcopi nomen. Quomodo autem vniuerſalis Eccleſiæ epiſcopi munere fungatur, audi ex eadem epiſtola. Salonitanæ verò ciuitatis epiſcopus, me ac reſponſali meo neſciente ordinatus eſt, & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens ad eumdem præuaricatorem, qui inordinatè ordinatus eſt, protinus miſi, vt omnino Miſſarum ſolēnia celebrare nullo modo præſumeret, niſi prius à ſereniſsimis Dominis cognoſcerem. ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent, quod ei ſub excōmunicationis interpoſi-* E *tione mandaui. Et contempto me atque deſpecto, in audaciam quorumdam ſæcularium hominū, quibus denudata ſua Eccleſia præmia multa præbere dicitur, nunc vſque Miſſas facere præſumit, atque ad me venire ſecundum iuſſionem Dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me neſciēte ordinatus eſt, hoc quod in ordinatione ſua me vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ex corde laxaui, ac ſi me auctore fuiſſet ordinatus. Alia verò peruerſa illius ſcilicet mala corporalia quæ cognoui, vel quia* F *cum pecuniis eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita relinquere non poſſum. Prius tamen quàm hæc cognoſcantur, ſereniſsimus dominus diſcurrente iuſſione præcepit, vt eum venientem cum honore ſuſcipiam. Et valdè graue eſt, vt vir, de quo tanta nunciantur, cùm ante requiri & diſcuti debeat honoretur. Et ſi Epiſcoporum cauſæ mihi cōmiſſorum*

A.C. 600.

A *apud piiſsimos dominos aliorum patrociniis diſponuntur, infœlix ego in Eccleſia iſta quid facio? Sed vt epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. hoc tamen breuiter ſuggero, quia aliquantulum expecto, & ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo. hæc ille. Denique quomodo tandem ſeſe ipſe Epiſcoporum omnium principem agnouerit, ex his eius verbis perſpicitur, quæ ad Mauricium Imperatorem epiſt. 32. ſcripſit. Quia verò non cauſa mea, ſed Dei eſt, &* B *quia non ſolus ego, ſed tota turbatur Eccleſia, quia piæ leges, quia venerandæ ſynodi, quia ipſa Domini noſtri Ieſu Chriſti mandata, ſuperbi atque pompatici cuiuſdam ſermones turbantur inuentione, piiſsimus dominus locum ſecet vulneris, atque reſiſtentem ægrū Auguſtæ auctoritatis vinculis conſtringat. Cunctis enim Euangelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur, Petre amas me? paſce oues meas. Ipſi dicitur. Ecce Satanas expetiit cribrare vos ſicut triticum, & ego pro te ro-* C *gaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ipſi dicitur. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam. Et quodcunque ligaueris ſuper terrā, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ecce claues regni cœlorum, &c. quæ habet D. Anto. adiicit poſtea. Nā qui contra omnipotentem Dominum perinanis gloriæ tumorem, atque contra ſtatuta patrum ſuam ceruicem erigit, in omnipotenti Domino confido, quia meam ſibi nec cum gladiis flectit. Quid autē* D *nuper in hac vrbe ex auditu huius vocabuli geſtū ſit, Sabiniano diacono, ac reſponſali meo ſubtilius indicaui. Cogitet ergo dominorū pietas de me proprio ſuo, quem ſpecialiter præ cæteris ſemper fouit & continuit, qui & vobis obedientiam præbere deſidero, & tamen de mea negligentia reperiri reus in ſuperno, tremēdóque iudicio pertimeſco. hæc ille. quæ primatum populi Romani Pontificis prorſus confirmant, tantùm abeſt, vt vniuerſalis epiſcopi nomen reiiciens eum velit euertere. vide quæ ſuprà diximus cap. 2. Cætera quæ in controuerſiam ab hæreticis deducuntur apud D. Grego. conſtant* E *omnia, vt deinceps videbimus.*

Ioan. 21. Luc. 22. Mat. 16.

nacho regiæ vrbis factus antiſtes, qui tempore quo Gregorius Conſtantinopoli morabatur apocriſarius Papæ, fugere ſummum ſacerdotiū quaſi humiliter finxerat, eo ſuſcepto adeò in ſuperbiā eſſet elatus, vt ex cauſa alia occaſionem quærens ſynodum faceret, in qua ſe vniuerſalem appellare conatus eſt. Hoc audiens Pelagius Papa, directis epiſtolis eiuſdem ſynodi acta caſſauit. [Diaconum verò, qui iuxta morem pro reſponſis Ec-F cleſiaſticis faciendis Imperatoribus adhærebat, cum eo Miſſarū ſolennia celebrare prohibuit.] Beatus Gregorius ſententiam Pelagij ſequens, prædictum Ioannem ſæpe monitum acquieſcere differentem pari ſentētia mulctauit, & ſub interminatione proprij honoris omnibus epiſcopis mā dauit, ne vnquam vniuerſalis profanum vocabulum aut ſcriberent, aut ſuſciperent. Sed Ioannes ille multis fallaciis ad ſuam hypocriſim conſen-

Quomodo Ioannis Conſtantinopolitani ſuperbiā retuderit. Diac. ibi. cap. 31.

A.C.600. ſuam auariſsimi principis redimens, obtinuit vt A imperator Gregorio ſcriberet, quo ſibi pacificus exiſteret. Quapropter ipſe Gregorius inter alia Conſtantiæ imperatrici ſic ſcribit.

De ſuperbia Ioannis Conſtantinopolitani. lib. 4 epiſ. 34. ind. 13.

Sabiniano diacono reſponſali meo ſcribente cognoui in cauſis beati Petri apoſtolorum principis, contra quoſdam ſuperbos humiles facie tenus & blandos, quantum ſe iuſtitia veſtræ ſerenitatis impendat. Vnde adhuc peto, vt nullius præualere contra veritatem hypocriſim permittatis. Quia ſunt quidam iuxta apoſtoli vocem, qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, qui veſte quidem deſpecti ſunt, B corde autem tument, & quaſi in hoc mundo cuncta deſpiciunt, ſed ea quæ mundi ſunt, cuncta ſimul adipiſci quærunt. Qui indignos ſe omnibus hominibus fatentur, ſed priuatis vocabulis contenti eſſe non poſſunt, quia illud appetunt, vnde omnibus digniores eſſe videantur. Et poſt pauca. Præterea indico, quia piiſsimi domini ſcripta ſuſcepi, vt cum fratre & conſacerdote meo Ioanne debeam eſſe pacificus. Et quidem ſic religioſum dominum decuit, vt ſacerdotibus iſta præciperet. Sed cùm ſe noua præſumptione atque ſuperbia, idem frater meus Ioannes vniuerſalem ſe C epiſcopum appellet, ita vt prædeceſſoris mei ſanctæ memoriæ tempore adſcribi ſe in ſynodo tali ſuperbo hoc vocabulo faceret, quamuis cuncta acta illius ſynodi Apoſtolica ſede contradicente ſoluta ſint, triſte aliquid mihi ſereniſsimus dominus innuit, quod eum non corripuit, qui ſuperbit, ſed me potius ab intentione mea declinare voluit, qui in hac cauſa Euangeliorum & canonum humilitatis & rectitudinis veritatem defendo. Qua in re à prædicto fratre, & cõſacerdote meo D contra Euangelicam ſententiam contra beatum quoque Petrum Apoſtolum, & contra omnes Eccleſias canonúmque ſtatuta agitur. Sed eſt omnipotens Deus, in cuius manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt. Non eſt ſapiẽtia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Et quidem ſæpe fatus ſanctiſsimus frater ſereniſsimo Domino multa ſuadere conatur, ſed bene noui, quia tantæ illæ orationes eius, & lacrymæ nihil ei à quoquam contra rationem aut animã ſuam ſubripi permittunt. Triſte tamen valde eſt, vt patienter feratur, quatenus deſpectis omnibus prædi- E ctus frater, & coepiſcopus meus ſolus conetur nuncupari epiſcopus. Sed in hac eius ſuperbia, quid aliud niſi propinqua iam Antichriſti tempora eſſe deſignat? quia illum videlicet imitatur, qui ſpretis in ſociali gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere, dicens. Super aſtra Dei exaltabo ſoliũ meũ, ſimilis ero altiſsimo. Vnde per omnipotentẽ Dominum rogo, ne pietatis veſtræ tempora permittatis vnius hominis elatione maculari, nec tam peruerſo vocabulo vllum quoquo modo præbeatis aſſenſum: atque in hac cauſa nequaquam me pietas veſtra deſpiciat, quia etſi peccata Gregorij F tanta ſint, quæ iſta pati mereantur, Petri tamẽ Apoſtoli nulla ſunt peccata, vt veſtris temporibus pati talia mereatur. Vnde iterum atque iterũ per omnipotentem Dominum rogo, vt ſicut parẽtes veſtri priores principes ſancti Petri Apoſtoli gratiam quæſiuerũt, vos quoque hanc vobis & quærere & ſeruare curetis, & propter peccata noſtra, qui ei indigne ſeruimus, eius apud vos honor A nullatenus minuatur. Qui & modo vobis in omnibus adiutor eſſe valeat, & poſtmodũ veſtra valeat peccata dimittere. Viginti autem iam & ſeptem annos ducimus, quòd in hac vrbe inter Logobardorũ gladios viuimus. Quibus quàm multa ab hac Eccleſia quotidianis diebus erogantur, vt inter eos viuere poſsimus, ſuggerenda nõ ſunt. A.C.600

Pontifex non cedit imperatori.

Rom. 16.

Ioannes Conſtantinopolitanus Antichriſti præcurſor.

Iſa. 14.

Mauricio autem Imperatori ſuper huiuſmodi ſcribens Gregorius ait. Ecce claues regni cæleſtis, haud dubium Petrus accepit, poteſtas ligandi & ſoluendi ei tribuitur, cura totius Eccleſiæ & principatus cõmittitur, & tamen vniuerſalis Apoſto- B lus non vocatur, & vir ſanctiſsimus Ioannes coepiſcopus meus vocari vniuerſalis epiſcopus conatur. Exclamare compellor & dicere. O tẽpora, ô mores. Ecce in Europæ partibus barbarorum iuri cuncta ſunt tradita, deſtructæ vrbes, euerſa caſtra, depopulatæ prouinciæ, nullus terram cultor inhabitat, ſed ſæuiunt & dominãtur quotidie in necem fidelium cultores idolorum: & tamen ſacerdotes, qui in cinere & pauimento flentes iacere debuerunt, vanitatis ſibi nomina expetunt, & nouis & profanis vocabulis gloriantur. C Nunquid ego in hac re piiſsime Domine cauſam propriam defendo? Nunquid ſpecialem iniuriam vindico, & nõ magis cauſam omnipotentis Dei, & cauſam Eccleſiæ vniuerſalis? Quis eſt iſte, qui contra ſtatuta Euangelica, contra canonum decreta, nouum ſibi nomen vſurpare præſumit? Vtinam ſine imminutione ſit vnus, qui eſſe appetit vniuerſalis. Et ecce multos Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in hæreſeos voraginem cecidiſſe nouimus ſacerdotes, & nõ ſolùm hæreticos, ſed hæreſiarchas factos.

Aduerſus eundem pulchra D. Gregorij inuectiua epi. 32. lib. 4.

D Et infrà. Ille ergo magis piiſsimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis canonicis obedientiam præbere contemnit. Ille coercendus eſt, qui ſanctæ Eccleſiæ vniuerſali iniuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine ſingularitatis appetit, qui honori quoque veſtri imperij ſe per priuatum vocabulum ſuperponit. Ecce omnes de hac re ſcandalum patimur. Ad vitam igitur rectam reuertatur author ſcandali, & omnia ſacerdotum iurgia ceſſabunt. Ego enim cunctorum ſacerdotum ſeruus ſum, inquantum ipſi ſacerdotaliter viuunt.

Conſtantinopolitani epiſcopi non ſolum hæretici, ſed etiam hæreſiarchæ.

E *Gregorij in pontificatu acta. Diac. li. 2. ca. 5.*

§. XIIII.

ANimaduertens igitur Gregorius ſe à Deo pontificem conſtitutum, vt radices vitiorũ euelleret, virtutes plantaret, omnes conſuetudines, quas contra Apoſtolicam traditionem nouiter pullulaſſe in eccleſia cognouerat, anathematis interminatione damnauit. A cubiculo ſuo omnes ſæculares amouit. Clericorum, vel monachorum prudentiſsimos familiares & conſiliarios ſibi ſociauit. Ipſe etiam ſtatuit dicens in generali ſynodo 2. q. 7. cum paſtoris. Cum paſtoris vita F exemplo debeat eſſe diſcipulis, plerumque clerici qualis ſit vita in ſecreto ſui paſtoris neſciunt, quam tamen ſæculares pueri ſciunt. De qua re præſenti decreto ſtatuimus, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui vitam eius in ſecreto conuerſationem videant, & ex ſedula viſione

Quales eſſe debeant pontificis miniſtri. Cõ. Ro. cap. 10. 2. Cõc. & li. 4. ep. 44. ind. 13.

viſione exemplum profectus fumant.

A.C. 600. S. Petrus inſtituit ieiunium quadrageſimale.

a Ipſe ſanctiſsimus pontifex ad ieiunium Quadrageſimale, quod à beato Petro dicitur inſtitutum, & inchoabatur à laicis ſecunda feria poſt primam dominicam Quadrageſimæ, addidit Gregorius quatuor dies ieiunandos ante ipſam dominicam, vt in hoc conformaremus nos Chriſto in ieiunio quadraginta dierum. Nam à prima dominica vſque ad paſcha nõ ſunt niſi 36. Et in ipſo ieiunio quadrageſimali declarat non ſolum à carnibus, ſed & ouis & caſeo abſtinendum, vt patet diſt. 4. denique.

Subdiacono continentia indicta à Greg. li. 1. ep. 41. Vide quæ ſupra tit. 9 c. 4. § 2. annotaui. 1. Cor. 6. lib. 7. ep. 39 ind. 2.

Ipſe Gregorius indixit continentiam ſubdiaconibus, ſtatuens, quod nullus de cætero promoueretur ad ſubdiaconatum, niſi promiſſa continentia implicite, etſi non explicite, ita quod poſtea non poſſunt contrahere matrimonium, & contractum de facto non tenet, vt patet diſt. 31. ante triennium. Ipſe etiam reprehendit ſacerdotes habitare cum fœminis dicens. [Neque hoc ſilere debeo, (quod cum graui animi triſtitia & amaritudine dico,) ſacerdotes cum fœminis habitare] conſpicio, quod nefarium eſt dicere vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita, vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt. Idcóque admonendi ſunt, vt non antiqui hoſtis decipiantur fraude, quatenus iuxta apoſtoli vocem, non vituperetur miniſterium noſtrum, di. 81. oportet. Idem diſt. ea. legitur. Legitur, quod beatus Auguſt. cum ſorore ſua habitare non conſenſit, dicens. Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meę non ſunt. Docti ergo viri cautela magna debet eſſe nobis inſtructio. A.C. 600.

Simoniaci pœna. Hæc ex parte habet Greg. lib. 7. epiſ. 110 ind. 1. & Grego. 7. li. 6. regul.

Contra ſimoniacos ſic ait in regiſtro, & habetur 1. q. 1. presbyter. Presbyter, ſi eccleſiam per pecuniam obtinuerit, non ſolum eccleſia priuetur, ſed etiã ſacerdotij honore ſpolietur, quia altare, decimas, & Spiritum ſanctum emere vel vẽdere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat, & benedictio illi in maledictionem cõuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur. Et infrà, eo. cap. quicunque. Quicunque ſacros ordines vendunt vel emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt, vnde ſcriptum eſt. Anathema dãti, anathema accipienti: hæc Grego. Quę verba ſunt multum obſcura. Talis enim ſimoniacus in beneficio ipſum retinere non poteſt, ſcilicet ſine diſpenſatione, & ſi eſt curatum, eſt ſuſpenſus ab executione officiorum ſuorum & ordinum. Et ſic intelligitur, quod dicitur, quia ſacerdotes eſſe nõ poſſunt, qui ordines emunt, etiam quoſcunque, quia ſcilicet exequi actus eorum non poſſunt, & ſic intelliguntur anathematizati, id eſt, ſuſpenſi, nam ſecundum antiqua iura non erant ipſo iure excommunicati, ſed ſuſpenſi. Altare dicitur, vel ipſa capella, vel præſentatio ad capellam, quod eſt patronorum ius, vel ius patronatus. Pro quolibet horum dare, vel accipere pecuniam, ſimonia eſt. Decima dicitur hic ius percipiendi decimas.

Spiritum ſanctũ vẽdere quid ſit.

Spiritum ſanctum vẽdere, eſt pecuniam accipere pro ſacramẽtis, in quibus recipitur Spiritus ſanctus, vt pretium eorum, quod eſt ſimoniacum. Et dicitur Simonia hæreſis non proprie, ſed per ſimilitudinẽ, quia ex eo opere videtur oſtendere ſe, vt dominum eius, poſſe vendere Spiritum ſanctum, quod eſt hęreticum credere. Et ſi, vt fiat hæreticus, tenetur conſecutiue nõ cauſatiue, quia ex ipſa promotione ſimoniaca ſequitur iſte effectus, vt cenſeatur quaſi hæreticus modo dicto. Idem in tractatu euangeliorum, & habetur 1. q. 1. ſunt nonnulli, dicit. Cum virum iuſtum propheta deſcriberet, ait. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, non dixit à munere, ſed ab omni munere, quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud à manu, aliud à lingua. Munus ab obſequio, eſt ſeruitus indebite impenſa. Munus à manu, eſt pecunia. Munus à lingua, fauor. Ille ergo, qui ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed nec etiam humanam gratiã requirit.

Ab omni munere in ordinũ ſuſceptione abſtinendum. hom. 4. in Euang. Iſa. 33.

Idem in regiſtro, & habetur cap. ſeq. inquit. Si quis neque ſanctis pollens moribus, vel neque clero populóque vocatus, vel pulſatione coactus impudenter Chriſti ſacerdotium tam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſeu fraudulento munuſculo, epiſcopalem ſeu ſacerdotalem non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte reliquerit, eúmque inſperata mors pœnitentem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit. Iſtam tamen materiam de ſimonia quæ multum regnat in eccleſia, diffuſe habes declaratam in 2. parte tit. 1. c. 1. per totum.

Idem Gregorius in homil. 13. & 1. q. 3. vendentes, ait, contra iudices pecunia iudicantes, etiam

a Quadrageſimæ ieiunium ab Apoſtolis inſtitutũ conſtans eſt omnium veterum opinio, vt inter alios docet Turr. lib. 5. Canon. Apoſt. cap. 8. Cum igitur D. Petrus Romæ ſedem Apoſtolicam multos annos tenuerit, eum in Eccleſia Romana Quadrageſimæ ieiunium inſtituiſſe nemini dubium eſſe poteſt, qui eam Eccleſiam ab eodem fundatam & inſtitutam eſſe non dubitat. Quod vero ait D. Ant. D. Gregorium quatuor dies Quadrageſimæ addidiſſe, plerique alij aliter tradunt. Nam Turr. ſic loco citato ſcribit. Tempore igitur Teleſphori erat ſtatutum ieiunium, quod ex æquo & clerici & laici communiter ieiunabant ſeptem hebdomadis non plenis: incipiebant enim à quarta feria, vt hodie incipimus. Et Alphonſus Piſanus lib. de Abſtin. cap. 8. Romanæ, inquit, Eccleſiæ ſemper conſuetudo fuit, vt à feria quarta Cinerum vſque ad Paſchales dies Quadrageſimæ ieiunium celebraretur. In eo ſiquidem temporis ſpacio exceptis Dominicis quadragenarius numerus relinquitur. Vnde conſtat verum non eſſe, quod quidam exiſtimarunt D. Gregorium quatuor dies illos ieiunij ante primam Dominicã quadrageſimæ addidiſſe. Extant ſiquidem D. Auguſt. multo Gregorio antiquioris ſermones in feria quarta Cinerum & tribus diebus ſequentibus. Hæc ille & plura alia. Certe D. Leo ſerm. 6. de Quadrageſima ſic ait. Quod ergo dilectiſſimi in omni tempore vnumquemque conuenit facere, id nunc ſollicitius eſt & deuotius exequendum, vt Apoſtolica inſtitutio, quadraginta dierum ieiunijs impleatur. Quod ab omni memoria quadraginta dies ad ieiunandum fuerunt inſtituti, neceſſe profecto eſt, vt Quadrageſima fuerit ſemper feria quarta ſicut nunc fit, inchoata. Fefellit autem vt opinor D. Anton. Gratianus de conſecratione diſt. 5. Quadrageſima. qui tamen quadam Gregorij nomine citat, quæ ſaltem omnia apud Gregor. nuſquam extant.

A.C. 600.

iuſte. In templo vendentes ſunt, qui hoc, quod A quibuſdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iuſtitiam enim vendere, eſt, hanc pro præmij acceptatione ſeruare. Ementes vero in templo ſunt, qui dum hoc, quod iuſtum eſt, proximo ſoluere nolunt, dúmque rem iure debitam facere cótemnont, dato patronis pretio emunt peccatũ.

Iſid. lib. 3. de ſummo bono cap. 58.

Idem Gregor. 11. q. 3. qui rectè iudicat. Qui rectè iudicat, & præmiũ remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiã, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis malè vtuntur, qui pro temporali lucro iuſtè iudicant. Tales quippe ad veritatem nõ de- B fenſio iuſtitiæ, ſed amor præmij prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ cõfeſsione recedunt. Acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt, vnde & pro iuſto dicitur, qui excutit manus ſuas ab omni munere, ille in excelſis habitabit. Idem q. ea. ſummopere. Summopere præcauendum eſt, vt rectores Eccleſię, & qui publica iudicia exercent, in dictandis ſententiis nullatenus leuitate aut furore ducti ſint præcipites, ſed cauſis prius diligẽter ventilatis: cùm res, quæ ignorabatur pleniter ad notitiã venerit, tunc diuina & humana lex reſoluatur, & tunc ſe- C cundum quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Idem in lib. Moralium 20. & di. 45. omnis. ait.

Iuſte iudicãs miſericordiam cũ iuſtitia ſeruat. Iſid. lib. de ſum. bon. 3. cap. 54.

Omnis qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat. Sed per iuſtitiam reddit peccati ſententiã, per miſericordiam peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam per miſerationem indulgeat. Qui Dei iuſtitiam oculis ſuis proponit, ſemper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iuſtitię tramite deuians cadat. Idem c. præceden. diſt. ea. Di- D ſciplina vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ineſſe debet rectoribus, & iuſtè cõſulens miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. vnde in vulneribus ſauciati per Samaritanum vinũ adhibetur & oleũ, per vinum mundantur putrida, per oleum fouentur ſananda. Miſcenda ergo eſt lenitas cum ſeueritate, & faciendum eſt quoddam ex vtraque temperamentum: vt neque nimia aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur, authoritate pſalmiſtæ figura arcæ, exemplo

Pſ. l. 22. 2. Par. 5. Exo. 32.

Moyſi hoc declarat. Idem Grego. in homi. eadem E diſt. vera iuſtitia. Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa dedignationem, quamuis & iuſti ſoleant peccatoribus dedignari, ſed aliud eſt quod agitur typho ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ: dedignantur quippe iuſti, ſed non ſunt dedignãtes. Perſecutionem mouent, ſcilicet contra vitia, ſed amantes. At contra, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt. Idem ex regiſtro epiſcopis per Galliam, Europam, & Germaniam conſtitutis. diſt. F 45. licet 1. Licet plerunque accidant ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga eos corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio, quàm commotio, plus caritas, quàm poteſtas, cum nemo noſtrum ſine reprehenſione aut ſine peccato viuat. Nam ſi ſtatim dominus beatum Petrum præceptorem noſtrum poſt

Vera & falſa iuſtitia quomodo differãt homi. 14. in Euan.

D. Petrus Romanorum præceptor.

A trinam negationem iudicaſſet, non tantùm ex eo fructum, ſicut fecit percepiſſet. Expectandi ergo atque corrigendi magis ſunt rectores Eccleſiæ, quam ſtatim iudicandi. Vnde neceſſe eſt quæcunque negotia eccleſiaſtica poſt multarum experimenta cauſarum ſollicitius proſpici, & diligẽtius præcaueri, quatenus per ſpiritum caritatis & pacis, omnis materia ſcandalorũ & præſumptio iniuſtorum atque oppreſsio ſimplicium fratrum de eccleſiis Domini auferantur: hæc ille. Et videntur intelligenda hæc & obſeruanda, quando peccata ſunt occulta, vel ex quadam paſsione & fragili- B tate, & de quibus multum dolent, & non ex habituata malitia & cum pertinacia.

Quando ſeniores præbent ſcandalũ grauiter puniendi ſunt. li. 7. ep. 1. indi. 2.

Vnde idem Grego. ait ex regiſtro. & 2. q. 7. Paulus 1. Paulus dicit. ſeniorem ne increpaueris. Sed hæc regula in eo eſt ſeruanda, cùm culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem ſenior exemplum ad interitũ præbet iunioribus, ibi ſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt. Laqueus iuuenum omnes vos eſtis. Et rurſus: Maledictus puer centum annorum.

1. Tim. 5.

Iſa. 42. & 66.

Idem in Homil. & 23. q. 4. ſi is qui. ſic ait. Ea C quæ in nos cõmittuntur, facilè poſſumus dimittere: ea verò quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec tamen ſine pœnitentia poſſumus relaxare. Item Caſtorio notario Rauennæ ſcribit dicens. Quanto tibi à nobis credi, & neceſſarias vides cauſas iniungi, tanto ſtrenuum debes te, & ſollicitum exhibere. Proinde ſi Maximus (ſcilicet epiſcopus) de inobedientia ſua ſicut deputauimus egit pœnitẽtiam, volumus vt ad conſolandum illum epiſtolam, quam ad eũ ſcripſimus, qua ei & gratiam noſtram & cõmunionem nos reddidiſſe ſignificauimus, experiẽtia D tua debeat dare: quia ſicut in cõtumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic humiliatis & pœnitentibus veniam negare non debemus.

Idem in Homil. 26. & 11. q. 3. iudicare. Iudicare dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorũ cauſis, ſua vel odia vel gratiam ſequuntur.

Iudicium quomodo peruertitur. hom. 2 in e[illegible]

Idem Bonifacio defenſori ſcribens. 25. q. 2. inſtitutionis. ait. Nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis ſacerdotum moribus inimicum, niti quempiã quacunque rationis excuſatione, quę bene ſunt ordinata reſcindere, & exemplo ſuo docere quandoque poſſe conſtituta diſſolui.

E Idem Fœlici epiſcopo. q. ea. ſi ea. Si ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait. Omne regnũ in ſeipſum diuiſum non ſtabit, & omnis ſciẽtia & lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur.

Idem Dominico Carthaginẽſi epiſcopo. q. ea. de eccleſiaſticis. De eccleſiaſticis priuilegiis, quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat: quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſiis ſua iura ſeruamus. Nec cuilibet gratia fauente vltra quàm me- F reretur impartior, nec vlli hoc, quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante derogo. Sed fratres meos per omnia honorare cupio, ſicque ſtudeo honore ſingulos ſubuehi: dummodo non ſit, quod alteri iure ab altero poſsit opponi.

Grego. qua moderatione ius inter epiſcopos diremerit li. 2. epi. 32.

Idem Vigilio Arelatenſi epiſcopo. q. ead. cum piæ. Cum piæ deſiderium voluntatis, & laudandæ deuotionis intẽtio, ſacerdotalibus ſemper ſit ſtudiis adiu

diis adiuuanda, cui a eſt ſollicitudinis adhibenda, vt ea quæ pro quiete religioſæ conuerſationis ſunt diſpoſita vel ordinata, nec diſsimulatio negligere, nec quædam valeat præſumptio perturbare, ſed ſicut hoc, quod ratio exigebat vtilitatis oportuit definiri, ita quod definitum eſt, non debet violari.

Religioſis neceſſaria pro[uidenda] ... epi. ... ind. 11.

Idem 12.q.2.cap.vlti.ait. Religioſam vitam eligentibus, congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſquam neceſsitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur (quod abſit) conuerſationis infringat.

Idem ſcribens epiſcopo Ariminēſi 18.q.1.ſi luminoſo. Omnino (ait) prohibemus ne in Dei ſeruorum, id eſt religioſorum ſeceſsibus, & eorum receptaculis vlla popularis præbeatur occaſio cō uentus, quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi epiſcopus cathedram collocare [vel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuiſsimam faciendi, niſi ab abbate fuerit rogatus,] quatenus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate, vt remotis cunctis vexationibus ac grauaminibus, diuinum opus, id eſt, officium cum ſumma animi deuotione perficiant.

Religioſi ... no[n] ... ep. 7. ...

Idem de religioſis ſcribens Ianuario epiſcopo 19.q.3. quia, ſic ait. Quia ingredientibus monaſterium conuertendi gratia vlterius nulla ſit teſtandi licentia, ſed res eorum eiuſdem monaſterij ſint, aperta [a] legis definitione decretum eſt. Et dicitur gratia conuertendi, id eſt permanendi. Secus ſi ingreſſus eſſet cauſa probandi ſecūdum gloſ. Et de ingreſſu per profeſsionem tacitam vel expreſſam non eſt dubium.

...ſcopi ... epiſco...

Idem 18. q.2.viſitandi ait. Viſitandi, exhortandique cauſa ad monaſterium quoties placuerit, ab antiſtite ciuitatis accedatur (& intelligitur de non [b] exemptis. Et ſubdit.) Sed ſic caritatis officium illic impleat epiſcopus, vt grauamē aliquod monaſterium non incurrat.

Monaſteriū à laicis nō teneatur. li 4. ep. 27 ind. 13.

Idem Ioanni Rauennati epiſcopo, q. ca. peruenit 2.ait. Peruenit ad me, quod in eccleſiis fraternitatis tuæ, aliqua loca dudum in monaſteriis cōſecrata, nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum ſunt facta. Et infra. Proinde fraternitas tua, ſi hoc quolibet in loco factum eſt, emendare feſtinet.

Idem ex regiſtro q.ca. in nullo loco. In nullo loco monachos & monachas permittimus in vno monaſterio habitare, ſed nec ea, quæ duplicia vocantur. Et ſi quid tale eſt, religioſus epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco manere ſtudeat, monachos autem aliud monaſterium ædificare cogat, & res quas habent communes, ſecundum iura eis competentia diſtribuantur.

Idem 18.q.1.peruenit 1. prohibet monachos ſibi facere commatres, ſcilicet tenendo in baptiſmo vel leuando de fonte.

Quā graue ſit votum frangere. ep. 33. lib. 1. Act. 5.

Idem ex regiſtro 17.q.1 Ananias, ait. Ananias Deo pecunias vouerat, quas poſtea diabolica victus perſuaſione ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus eſt, ſcis. Si ergo mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat nummos abſtulit, conſidera, quanto periculo dignus eris in diuino iudicio, qui non nummos, ſed temetipſum omnipotenti Deo, cui te ſub monaſtico habitu deuoueras, ſubtraxiſti.

Idem ſuper Ezech.q.ea.cap.vlti. Qui bona agunt, ſi meliora agere deliberant, & poſt deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perſeuerent, in conſpectu tamen domini ceciderunt. Item ſunt quidam qui cuncta relinquere, & Dei ſeruitio ſe ſubdere, & fræno caſtitatis ſe reſtringere deliberant, ſed cum poſt caſtitatem alios cecidiſſe conſpiciunt, ſe retrahendo meritum perdunt.

Nemo poteſt eſſe monach[us] ſimul & laicus. li. 4. ep. 1 indic. 13.

Idem ſcribens Ioanni Rauennati archiepiſcopo 16. q. 1. nemo, ait. Nemo poteſt eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinate perſiſtere, vt ipſe diſtrictionem monaſterij teneat, qui quotidie in miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere. Et dicit ibi gloſ. quod vel loquitur de clericis ſæcularibus, qui volebant præeſſe monaſteriis, cum tamen non ſeruarent vitam monachalem. Vel ſi loquitur de monachis, vult dicere, quod non poteſt, cum præficitur Eccleſiæ ſæculari habenti curam, ſeruare obſeruantias monachales, vt ſilentium & huiuſmodi, & curæ intendere animarum, vel etiam non poteſt præeſſe Eccleſiæ ſæculari ſimul, & monaſterio.

Idem ſcribens Mariano epiſcopo Rauennati 16.q.1.ne pro cuiuſlibet. Ne pro cuiuſlibet monachi vel abbatis promotione onus aliquod fortaſſe monaſteria ſuſtineant, ſtudendum vobis eſt, vt ſi quiſquam monachorum ex quocunque monaſterio ad clericatus officiū, vel ſacrum ordinem acceſſerit, non ibi aliquam vlterius habeat poteſtatem.

Coniunx nō poteſt inuito altero religionē intrare. li. 9. ep. 44.

Idem ex regiſtro 27.q.2. Agathoſa, ait. Etſi mūdana lex præcipit conuerſionis gratia, id eſt, ingreſſus religionis vtrolibet inuito diſſolui poſſe coniugium, diuina tamen lex non permittit. Nam

excepta

a Extat Cod. de ſacroſanct. eccle. lib. 1. his verbis. Ingreſsi monaſteria, ipſo ingreſſu ſe ſuaq́; dedicant Deo, nec ergo de his teſtantur, vtpote nec domini rerum. & in authen. collat. 9. conſtit. 15. idem fere aſſerit dicens. Si qua mulier, aut vir liberis non extantibus monaſticam vitam elegerit, & monaſterium intrauerit, monaſterio quod intrauit res eius competere iubemus, ſed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos monaſteriū intret, liceat ei poſtea inter eos diuidere, legitima nulli diminuta, & quod eis non dederit, monaſterio competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter eos filios diuidere voluerit, ſua perſona filiis connumerata partem ſibi retineat, quæ monaſterio cōpetere debet, ſed ſi poſt ingreſſum monaſterij moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiēt, reliqua ſubſtantia monaſterio competente. Idem in iure Canonico cautum eſt. arg cap non dicatis 12. q. 1. de teſtamen cap. cum ingredientibus. & de ſtatu monacho cap. monachi. & ſuper quodam. & cū ad.

b Hanc iuris reſtrictionem. Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 8. ſuſtulit his verbis. Locorum ordinarij Eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarū, ſi qua illis immineat, aliisq́; debitis obſequiis minime defraudentur, appellationibus, priuilegiis, conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus excluſis. Idem etiam ſeſſ. 21. cap. 8. de reformatione. & 24. cap. 9.

A.C.600

excepta fornicationis cauſa, virum vxorem dimittere nulla ratione conceditur, quia poſtquam copulatione coniugij viri & mulieris vnum corpus efficitur, non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſæculo remanere. hæc ille. Dimiſsio tamen coniugij ob fornicationem intelligitur quo ad torum, non quoad vinculum.

Cur probi homines infamia falſo laborent. lib. 2. epi. 23. ind. 10.

§. XV.

COntra detractores Gregorij 2.q.5. habet, ait. Habet hoc proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos improborum actuum perpetratione Deo ſibi reſiſtente, deiicere non valet, opiniones eorũ falſa ad præſens ſimulando dilaceret.

Ob ea quæ falſo nobis imputantur, non debemus moueri. li. 6. ep. 14. Gen. 18.

Idem Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo 11. q.3. in cunctis, ait. In cunctis quæ in hac vita aduerſa proueniunt, ſola eſt ſicut noſtis, omnipotentis diſtrictio Dei penſanda, atque ad cor propriũ ſemper recurrendum, vt nullius nec ibi lingua implicet, vbi conſcientia nõ accuſat. Quem enim conſcientia defendit, liber eſt inter accuſationes, & liber ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola quæ interius audit conſcientia accuſet. Sacri eloquij teſtimonium habemus, vt mala maiora cum forte dicuntur, niſi approbata credi non debeãt, ſed citius probata vlciſci. Hæc igitur dixi, vt nimiæ leuitatis eſſe oſtenderem, ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt, vnde ſanctitas veſtra debet à maledicorum hominum rumoribus & obtrectationibus mentem ſuam diſiungere, & ſola, quæ internæ vitæ ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

Conſcientia conſulenda eſt, ſiue laudemur, ſiue vituperemur. li. 8. ep. 45.

Idem q. ea inter verba. Inter verba laudantium vel vituperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt, & ſi non in ea inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam triſtitiam generare debet. Et rurſum ſi in ea non inuenitur malũ, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi nos homines laudant, & conſcientia [accuſet ? Aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi omnes accuſent & ſola cõſcientia nos] liberos demonſtrat ? Habemus Paulum dicentem. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob quoque dicit. Ecce in cœlo teſtis meus. Si ergo nobis eſt teſtis in cœlo, & teſtis in corde, dimittamus ſtultos loqui foris, quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant: vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen ſunt etiam ipſi, & tranquillè admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet, ſcientes, quod de Iudæis veritas dicit. Ne forte ſcandalizemus eos. Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem, quam in euangelio aſpicias. Cum enim domino dictum fuiſſet. Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcãdalizati ſunt? Reſpondit eis. Sinite illo , Cœci ſunt, & duces cœcorum. Paulus quoque admonet dicens. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. q.d. Si nos in mente caritatem erga odientes ſeruare cupimus, etſi illi nobiſcum pacem non habeant, nos tamen cum illis ſine dubio habemus.

1. Cor. 3. Iob. 16. Mat. 17. Mat. 15. Rom. 12.

Quare hoc permittat Deus, ſcilicet bonis detrahi, aſsignat idem Gregorius rationem dicens, 6.q.1. ſunt plurimi. Sunt plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius, quàm debent laudant, & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt, quod doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur inter infamiã & bonam famam, & aliis dicitur eſſe odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.

A.C.600

Cur Deus probus detrahi permittat li. 9. ep. 19. 2. Cor. 6. 2. Cor. 2.

Quod ſpecialiter ſacerdotes ex detractionibus, quæ fiunt contra eos, non debent iudicari vel deſpici, ſed ab omnibus honorari, etiam principibus, oſtendit idem ſcribens ad Mauricium imperatorem iſta 11.q.1. ſacerdotibus. Sacerdotibus non ex terrena poteſtate dominus noſter (ſcilicet imperator) citius indignetur, ſed excellenti conſideratione, propter eum cuius ſerui ſunt, ita eis dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis ſacerdotes aliquando dij, aliquando angeli vocantur. Nam & ad Moyſen de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur. Applica illum ad deos, videlicet ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt. Dijs non detrahes, id eſt ſacerdotibus. Et propheta ait. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, ſcilicet homines, quia angelus domini exercituum eſt. Quid ergo mirum, ſi illos pietas veſtra dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, aut deos, aut angelos ipſe etiã appellat Deus ? Eccleſiaſtica quoque narrat hiſtoria, quia cum piæ memorię Conſtantino principi ſcripto oblatæ accuſationes cõtra epiſcopos fuiſſent, libellos accuſationis accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant epiſcopos cõuocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit dicens. Ite & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignum non eſt, vt iudicemus deos. In qua ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. Ante eum quippe pagani in republica (aliàs iure publico) principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, deos lapideos & ligneos colebant, & tamen eorum ſacerdotibus honorẽ maximum impendebant. Quid igitur mirũ, ſi Chriſtianus imperator veri Dei ſacerdotes honoret, dum pagani principes eorum ſacerdotibus honorem impendere nouerunt, qui dijs ligneis & ſaxeis ſeruiebant? Hoc ergo non tantum ſpecialiter (ſcilicet de bonis) quantum generaliter pro omnibus (ſcilicet etiam malis) aſſerimus ſacerdotibus, quoniam adhuc neſcimus, quis in terribili iudicio Dei, quiſque futurus ſit. Etenim egregius prædicator Paulus dicit. Nolite ante tempus iudicare, quonſque veniat dominus. Nã ſunt multa, quæ de illius iudicio homines ignorant, quia fortaſſe, quos vos laudatis, ille reprehendit, & quos vos vituperatis, ille laudabit. hæc ille.

Dij ſunt ſacerdotes. Exod. 22. ibid. Mal. 2. Pa[...] dotes [...] netur. 1. Cor. 4.

Doctrina arrogantium qualis, lib. 23. Mor. cap. 12.

§. XVI.

COntra arrogãtes ſeu ſuperbos & adulatores Greg. 22. li. moral. & habetur di. 46. hoc habet. ſic ait. Hoc habet propriũ doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant inferre, quod docent, & recta, quæ ſapiunt ea recte miniſtrare non poſsint.

A.C.600.

poſsint. In verbis enim eorum proditur, quod cum docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſummitatis culmine reſidere, eóſque quos docent, vt longè infra ſe poſitos velut in imo reſpiciunt, quibus non conſulēdo loqui, ſed vix dominādo dignantur. Rectè autem his per Prophetam dominus dicit. Vos cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem, quanto ardentius ſuorum verborum iaculis ipſum magiſtrū elationis inſequitur.

Ezec. 34. Veræ doctrinæ propoſitum cap. 15.

Idem in Paſtorali. & diſt. 49. hinc etenim. ait. Senſus humanæ cogitationis, ſi ſtultum ſe peccatorémque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi ſapientiæ ſeu iuſtitię tribuit, à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit, & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo ſe apud ſe per arrogantiā exaltat, ſecundum illud Roma. 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.

Idem ſuper Ezechielem ait, de pœnit. diſt. 2. citius ad hoc reſpondemus. Sæpe homo multis occulte peccatis inuoluitur, & in vna aliqua virtute magnus videtur. Quæ ipſa quoque virtus inaneſcēs deficit, quia dum innoteſcit hominibus, proculdubio laudatur, eiúſque fauor inhianter appetitur. Et infrà. Plerunque enim latet ſuperbia, & caſtitas innoteſcit, atque ideo oſtenſa diu caſtitas, circa finem vitæ perditur: quia cooperta ſuperbia vſque in finem incorrecta retinetur. Alius eleemoſynis vacat, propria diſtribuit, ſed tamen multis iniuſtitiis deſeruit, vel ſorte linguam in detractionibus exercet. Et fit plerunque, vt is qui miſericors fuerat, iuxta vitæ ſuæ terminū rapacitatis & crudelitatis ſtimulis inardeſcat. quod valde iuſto iudicio agitur, vt perdat etiam ante homines vnde hominibus placuit, quia hoc vnde Deo diſplicuit, corrigere nūquam curauit. Alius patientiæ ſtudet, ſed dum inuidere aliis, & ſeruare malitiam in corde non cauet, fit quandoque impatiens, quia diu latuit dolens. Hi itaque, & per aliquid aurum ſunt, atque per aliquid lutum ſunt, atque hoc aurum quaſi lutum ſternitur, quādo occultis peccatis exigentibus, etiam virtus, quæ publice claruerat, diſsipatur, ſed operæ pretium credimus, ſi in his virtutem superni ordinis ſubtilius perpendamus. Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorundam mala diu tolerat, & aperta eorum bona electorum ſuorum vſibus pro futura diſpenſat. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deſerentes, non perſeueraturi anguſtum iter arripiunt, ſed ad quærendam anguſtam viam exemplo ſuo, eos, qui perſeueraturi ſunt, accendunt. Vnde plerumque contingit, vt ipſum hoc, quod bene videntur viuere, non ſibi, ſed potius ſolis electis viuant, dum exemplis ſuis ad bene viuendi ſtudia perſeueraturos alios non perſeueraturi prouocant. Sępe enim quoſdam videmus ad viam ingredi, ad locum propoſitum feſtinare, quos alij, quia euntes conſpiciunt, ſequūtur, eundémque pariter locum petunt, ſed fit plerunque, vt irruente aliquo implicationis articulo, poſt ſe redeant, qui præibant, & ij ad locum perueniant, qui ſequebantur, ita nimirum ſunt illi, qui non perſeuerant, & viam ſanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non perſeueraturi inchoant, vt eis, qui peruenturi ſunt, viam, qua gradiantur, oſtendant. Quorum etiam caſus vtilitate non modica electorum profectibus ſeruit, quia ipſorum lapſum dum conſpiciunt, de ſuo ſtatu contremiſcunt, & ruina, quæ illos damnat, iſtos humiliat. Addiſcunt enim in ſuperni adiutorij protectione confidere, dum pleroſque conſpiciunt de ſuis virtutibus cecidiſſe. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quaſi planum iter electis ſequentibus monſtrant. Quando vero in laqueum nequitiæ corruunt, electis poſt ſe pergentibus quaſi cauendam ſuperbiæ foueam oſtendunt.

Homines in aliqua virtute eminēt, & in vitiis ſcatent. lib. 35. Mora. cap. 9.

Omnipotens Deus occulta mala tolerat bonorum. cap.

Idem lib. moral. & habetur de pœn. diſt. 2. cap. fina. ait. Idcirco tam mira in quibus fuit, & quæ amiſit, de primo angelo in ſcriptura ſacra dicuntur, vt homini oſtendat quid ipſe, ſi ſuperbiat, de elationis ſuæ culpa paſſurus ſit, ſi feriēdo illi parcere noluit, quem creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. Conſideret ergo homo elatus, quid in terra mereatur, ſi prælatus angelis angelus in cœlo, proſternitur.

Cur de Angelo præuaricatore tā mira ſcriptura cōmemorat. li. 31. Moral. ca. 16.

Idem in moralibus de inobedientia 8. q. 1. ſciēdum, ait. Si quaſi peccatum ariolādi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere, ſola eſt, quæ fidei meritum poſsidet obedientia, ſine qua quiſquis infidelis eſſe cōuincitur, etiam ſi fidem tenere videatur.

Contra auaros & cupidos idem ait diſt. 47. c. bonorum. Bonorum authori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quæ radix eſt omnium malorum, abſcindamus. 1. Tim. 6.

Idem 19. moral. & diſt. 47. omnes inquit. Omnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt, pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtunt. Pro terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant, pro cœleſti mercede vel tenuiſsimi verbi ferre contumelias recuſant. Terreno iudici toto etiam die adſiſtere fortes ſunt, in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis atque honoribus tolerant, & earum ſpe rerum ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant, ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſsimulant, quāto ea tardius retribui putant.

Cōtra huius ſæculi amatores li. 19. Mora. ca. 15.

Idem ex regiſtro 2. 1. q. 1. cum omnis, ait. Cum omnis auaritia idolorū ſit ſeruitus, quiſquis hanc & maxime in dandis eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni ſubiicitur, etiam ſi tenere fidem, quam negligit, videatur. Coloſ. 3.

Idem Siagrio epiſcopo ſcribens dicit 1. q. 1. nō eſt. Non eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Quia qui hac intentione male accipit, vt bene diſpenſet, grauatur potius hac intentione quàm iuuatur. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ, cum peccato aliquid ſtudeamus acquirere, prohibet ſcriptura dicens. Hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt Domino, quæ offerūtur ex ſcelere. Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis iram non placat, ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt. Honora Deum de tuis iuſtis laboribus. Hinc & per Salomonem dicitur. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, idem facit, ac ſi victimet filium ante conſpectum patris. Quantus autem dolor ſit patris, perpendamus, ſi

De male partis eleemoſyna nō eſt facienda. lib. 7 epi. 110. indi. 2.

Prou. 21. Prou. 3. Eccle. 34.

A.C.600.

A ınus, ſi in eius conſpectu filius victimetur, & hinc facile cognoſcitur, quantus apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina offertur. Nimis ergo declinandum eſt ſub obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare.

Quod nihil pro ſepultura exigendũ eſt. lib. 7. ep. 55. ind. 2.

Idem ex regiſtro & 13. q. 2. queſta. Ianuario epiſcopo Sardiniæ ſcribens ait. Queſta eſt nobis Nereida clariſsima fœmina, qood ab ea ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas tua non erubeſcat exigere. Hoc autem vitium, poſtquam & nos Deo authore ad epiſcopatus hooorem acceſsimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus, & B prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus, meiores, quia dum Abraham

Gen 23.

à filiis Emor, hoc eſt Ephron, hoc eſt à filius Seor ſepulchrum pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium recipere renuit, ne commodum de cadauere videretur conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Hoc igitur auaritię vitium ne denuo tentari præſumatur, admoneo. Sed ſi quando in eccleſia veſtra aliqoem ſepeliri conceditis, ſi C parentes ipſius vel hęredes pro luminaribus ſpóte quid offerre voluerint, accipere non vetamus, peti vero aut aliquid exigi omnino prohibemus, ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis (quod abſit) dicatur Eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudetis quærere quolibet modo compendium. De ſimonia in ſepultura habetur in ſecunda parte titu. 1. cap. 1.

Eccleſiæ ablata reſtituẽda. lib. 4 epi. 77. ad Cõſtantiam Auguſtã.

Idem contra damna inferentes eccleſiis per furta, incendia, vel aliis modis, ad Conſtantiam ſcribens reginam Galliæ ſic ait 22. q. 2. cum deuotiſsimam. Cum ſereniſsimam dominam ſciam D de cæleſti vita ac remedio animæ ſuæ ſedulo cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Dei ſunt ſuggerenda ſiluero, & te ſanctiſsimam, reginam de eccleſiaſtica pace ſedulo non commonuero. Exinde narrat querelam ſibi factam cuiuſdam epiſcopi Iuliani, cuius eccleſiæ villa à prædonibus fuit inuaſa, & rapinis & incendiis læſa in partibus illis. Vnde petit ſatisfactionem de huiuſmodi ab illis fieri lege canonica & ciuili hoc mandante, cum pœnæ adiunctione, ſubdens. Quia ſummum in regibus bonum eſt iuſti- E tiam colere, & ſua vnicuiq; iura ſeruare, & ſubiectis non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri.

De pœnitentia furum & reſtitutione Eccleſiaſticarũ rerum ca. 4.

Idem ſcribens Auguſtino epiſcopo Anglorum ait, q. ea. fraternitas. Fraternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia furtum perpetrant, & ſunt alij, qui hac in re ex inopia delinquunt, vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis, id eſt reſtitutionibus, quidam verberibus [& quidam leuius, quidam vero diſtrictius] corrigantur. Et F cum paulo diſtrictius agitur, ex caritate agendum eſt, non ex furore, quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Addis etiã, quo agmento ea quæ furto eccleſiis abſtulerunt, reddere debeant. Sed abſit, vt eccleſia cum augmento recipiat, quod terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærere. hæc ibi. Vbi notat gloſ. quod quo ad forum conſcientiæ ſufficit damno ſatisfacere, qoo ad forum iudiciale, ponit multiplicem opinionem de augmento.

A.C.600.

Eccleſia rapinis non vti debet. lib. 2. epi. 41. ind. 11.

Idem q. e. ſicut eccleſia. Sicut eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet.

Idem q. ea. eccleſiaſticis. Eccleſiaſticis vtilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, vt qui ſe voluntariis obſequiorum neceſsitatibus ſponte ſubiiciunt, digne noſtris prouiſionibus conſolentur, quod & ipſe exemplo ibi fecit Gregorius, donans Theodoro viro eloquentiſsimo conſiliario ſoo vnum ſeruum Eccleſiæ.

Montano & Thomæ libertatẽ dat. lib. 5. epi. 51.

Idem q. ea. cum redemptor noſter. Cum redẽptor noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam carnem voluit aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur capti vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati, ſalubriter agitur, ſi [a] homines quos ab initio natura creauit liberos, & protulit: & ius gentium iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur, quod & ipſe ibi oſtendit ſe facere. Nam Mõtanum & Thomam ſeruos Romanæ eccleſię intuitu pietatis liberos fecit, ciueſqoe Romanos.

Bona Eccleſiæ in quatuor partes diſtribuẽda in reſpõſ. ad Aug. cap. 2.

Idem q. ea. mos eſt. Mos eſt apoſtolicæ ſedis, ordinato epiſcopo præcepta tradere, vt de omni ſtipendio, quod accidit, quatuor debeant fieri portiones. Vna videlicet epiſcopo & familiæ propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta eccleſiis reparandis.

a Concordat huic ſententiæ l. Manumiſsiones. D. de Iuſtitia & iure, vtpote inquiens, cum iure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſsio, cum ſeruitus eſſet incognita. Idem etiam D. de ſtatu hominum. l. Et ſeruorum, & lib. 1. Inſtit. titu. 3. Cæterum ex hoc D. Gregorij facto, quo ille Montanum & Thomam liberos fecit & ciues Romanos, colligit Geneb. Romam vrbem in ditione pontificis tunc fuiſſe, quod verum eſt. Poteſt etiam colligi ex ep. 34. lib. 4. ind. 13. viginti, inquit, iam & ſeptem annos ducimus, quod in hac vrbe inter Longobardorum gladios viuimus. Quibus quammulta hac ab Eccleſia quotidianis diebus erogantur, vt inter eos viuere poſsimus, ſuggerenda non ſunt. Sed breuiter indico, ſicut in Rauenna partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiæ ſacellarium habet, qui cauſis ſuperuenientibus quotidianas expenſas faciat, ita & in hac vrbe eorum ſacellarius ego ſum. Nam cur in Longobardos tot expenſas faceret D. Gregor. niſi vt illi Romam quæ ſcilicet iuris Eccleſiæ eſſet, non occuparent? Quod vero ſubijcit ſe in vrbe Longobardorum eſſe ſacellarium ſicut in Rauenna partibus imperator habebat ſuum ſacellarium: indicat ſe Longobardis pecunias & ſtipendia quotidie erogare, vt ſcilicet vrbem Romam ab illorum infeſtatione liberaret, ſicut Imperator habebat apud Rauennam ſacellarium, qui ſuo exercitui ſtipendia numerabat. Sicut ergo in poteſtate imperatoris erat Rauenna, ſic & Roma Gregorij ditioni ſubdita erat, quam ille in ſua tenere ditione, largitione militibus facta, cupiebat.

Quid ſignificet eum qui habet ingem ſcabiem vel ponderoſum non poſſe offerre panes Domino, par. 1. cap. 11. Paſt.

Quod

A.C. 600.

§. XVII.

QVod in lege antiqua prohibebatur offerre panes Deo, qui haberet inter alios defe-ctus iugem ſcabiem, vel qui erat ponderoſus, exponit Grego. in paſtorali. & diſt. 49. hinc etenim. ſignificare luxum operis, vel etiam cordis. Qui enim huiuſmodi vitiis dediti, nec accedere debēt ad altare ad celebrandum, vel communicandum, quia criminalia ſunt. Dicit enim Gregorius, Scabiem iugem habet, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie enim feruor viſcerum ad cutem trahitur. Per quam recte luxuria deſignatur, quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foris iam corpus ſauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Ponderoſus eſt, qui turpitudinem non exercet in opere, ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente. Qui nequaquam quidem vſque ad opus nefarium rapitur, ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo repugnationis obſtaculo delectatur. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde.

Luxuria per ſcabiem cutis deſignatur.

De vitio gulæ ait idem lib. moralium, & de conſe. diſt. 5. quinque modis. Quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando enim indigentiæ tempora præueniuntur. Aliquando vero hora cōgrua non præuenitur, ſed cibos lautiores quis quærit. Aliquando quæ ſumenda ſunt præparari accuratius expetit. Aliquando autem & qualitas ciborum & tempus congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram moderatæ refectionis excedit. Nonnumquam abiectius eſt quod deſiderat, & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deterius peccat.

Quinque modis gulæ. 30. cap.

Idem de crapula carniſpriuij ſcribens Auguſtino epiſcopo Anglorum, & diſt. 4. ſic ait. ca. denique. De ipſa vero Dominica die hæſitamus, quidnam dicendum ſit, cum omnes laici & ſęculares illa die plus ſolito cæteris diebus, accuratius cibos carnium appetāt, & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noctes ſe iniurgitent, non aliter ſe huius ſancti temporis obſeruationē ſuſcipere putant, quod vtique non rationi, ſed voluptati, immo cuidam mentis cœcitati adſcribendum eſt. Vnde nec à tali cōſuetudine auerti poſſunt, & ideo cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne forte peiores exiſtant, ſi à ſua tali cōſuetudine prohibeantur. hæc ibi. Et loquitur de dominica, quia tunc Quadrageſimæ ieiunium incipiebat die lunæ ſequenti. De ira & inuidia in libro 5. moralium diffuſe ibi tractat.

De ira agit Greg. li. Mor. 1.32. & de inuidia ve. ca. 33. 34.

De gradibus peccatorum, ad Aug. cap. 11. & hom. 16. in Euang.

§. XVIII.

DE gradibus peccatorum & tentationum, Gregorius ſcribens Auguſtino Anglorum epiſcopo, & diſt. 6. teſtamentum, cum ſeq. ſic ait. Tribus modis impletur omne peccatum, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtione per diabolum fit, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, quia cum primo culpam ſerpens ſuggeſſit, Eua delectata eſt, vt caro, Adam velut

Gen. 3.

A ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio vt inter ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mentē, ſi nulla peccati delectatio ſequitur, peccatum omnino nullum eſt. Cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ad conſenſum ex deliberatione peruenit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. [In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum: in conſenſu perfectio. De illuſione vero quæ per ſomnium ſolet accidere ad eundem B ſic ſcribit ea cap. eodem. Teſtamentum veteris legis ſicut in ſuperiori capitulo iam dictum pollutum Domino,] niſi lotum aqua etiam vſque ad veſperam intrare eccleſiam non concedit. Quod tamen aliter populus ſpiritualis intelligens, quaſi per ſomnium eum illudi reputat, qui tentatus immundiria vanis imaginibus in cogitatione inquinatur, ſed lauandus eſt aqua, vt culpam cogitationis lachrymis abluat, & niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe vſque ad veſperam cognoſcat, & extra eccleſiam merito. Sed in eadem illuſione neceſſaria eſt valde diſcretio, quæ ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidat menti dormientis. C Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit pollutio. Et ſubditur ibi in textu Grego. & in gloſ. quando quis propter huiuſmodi pollutionem debeat abſtinere à celebratione vel communione, ſed plenius hoc declaratur in tertia parte, tit. de ſacramentis.

De illuſione nocturna. ibid.

Idem de pœn. diſt. 2. ſciendum, ait. Sciendum quidem eſt, quòd peccatum tribus modis committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio peccatur. Inter hæc ſciendum eſt aliud D eſſe, quod de tentatione carnis animus patitur, aliud cum per conſenſum animus delectationibus obligatur. Plerumque enim animus cogitatione praua pulſatur, ſed renititur. Plerunq; autem peruerſum quod cōceperit, intra ſemetipſum etiam per deſiderium voluit. Et nimirum nequaquam mentem cogitatio immunda inquinat, cum pulſat, ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Hinc prædicator egregius ait. Tētatio vos non apprehendat, niſi humana. Humana quippe tentatio eſt, qua plerunque in turpi cogitatione tangimur, etiam nolentes, quia vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in noE biſmetipſis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca tentatio eſt, & non humana, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas ſuggerit, per conſenſum ſe animus adſtringit.

Trib. modis peccatum admittitur. li. 25. mor. c. 16. & li. 21. ca. 3.

1. Cor. 10.

De perplexitate inter diuerſa vitia, ſic ait Gregor. lib. moral. & 13. diſt. nerui, exponens enim illud Iob. Nerui teſticulorum Leuiathan perplexi ſunt, ait. Quia ſuggeſtionum illius argumenta implicatis inuentis alligantur, vt pleroſque ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe peccatum fuge F re appetant, hoc ſine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum aliqua vitant, atque nequaquam ſe ab vna valeant abſoluere, niſi in alia conſentiant ſe ligari. Et ponit exempla in laicis, de eo, qui iurauit amico ſuo tenere ſecreta quæ ſibi dicit, & ille manifeſtat ſe velle occidere aliquem. In religioſis exemplum, in eo qui ingreſſus religionem, proponit ſe ſuperiori in om-

Peccata ita perplexa ſūt vt ſi vnū fugias alterū non euadas. li. 32. mora. cap. 18. Iob c. 49.

A.C. 600.

nibus obedire,& ſuperior ſibi pręcipit peccatum. A In prælatis exemplum in eo, qui pecunia adeptus eſt dignitatem eccleſiaſticam. Et poſtea ſubdit. Eſt tamen, quod ad deſtruendas verſutias Behemoth ſubtiliter fiat, vt dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi nullus omnino ſine peccato aditus patet, minora ſemper eligantur, quia & qui murorum ambitu, ne fugiat, clauditur: vtique ibi ſe præcipitat, vbi breuior murus ingeritur. hæc ille. Sed vt dicit ibi gloſ. & bene. Realiter & ſecundum veritatem nullus poteſt eſſe perplexus inter duo peccata, ita quod oporteat alterum incurrere, ſed ſolum ſecundum con B ſcientiam erroneam eius. Et tunc ſeruandum, quod dicit Gregor. hic. Qui enim iurauit tenere ſecretum alicui, ſi reuelando impedit malum, non peierat. Et ſic de aliis.

Minora mala ſemper eligẽda.

§. XIX.

DE gratia & virtutibus Gregor. diſt. 40. quælibet. Quælibet occulta loca animam ſine gratia ſaluare non poſſunt, quod aliquãdo in ipſis conſpicimus erratibus electorum. Nam Loth in ipſa ciuitate peruerſa iuſtus fuit, in monte pecca- C uit. Sed iſta cur dicimus, cũ maiora inuenimus? quid enim paradiſo iucundius? quid cælo ſecurius? & tamen homo de paradiſo, angelus de cælo peccando cecidit, quia qui nobilitatem Dei à ſe eiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

Loca ſanctum non faciunt. hom 9 ſup Ezec.

Idem ſuper Ezech. tractans illud prophetæ. Pluit Deus deſuper vnam ciuitatem, ſuper aliam non pluit, & eandem ex parte compluit, & ea parte aridam reliquit, ſic exponit. Quia vni animæ infundit pluuiam gratiæ, alteri non infundit, ex occulto nobis iudicio ſuo. Et aliquando non ſuper totam ciuitatem pluit, ſed ſuper partem, & D in parte reliquit aridam, id eſt aliqua peccata aliquis deteſtatur, aliqua non. Criminis enim deteſtatio pluuia vocatur, quia ex fonte diuinæ gratię cordi noſtro inſtillatur, vt vel ſic ad veram pœnitentiam veniat, vel minus à Deo puniatur, de pœn. diſt. 3. §. illud autem Gregor. Sed deteſtatio perfecta omnium peccatorum pertinet ad gratiam gratum facientem, deteſtatio aliquorum ad gratiam gratis datam.

Idem ſuper Ezech. hom. 5. & de pœn. diſt. 2. poteſt, ſic ait. In ſanctorum cordibus iuxta quaſdã virtutes ſemper manet, iuxta quaſdam receſſurus E venit, & venturus recedit ſpiritus. In fide enim, ſpe, caritate, & in aliis bonis, ſine quibus non poteſt ad cæleſtem patriam perueniri, ſicut eſt humilitas, caſtitas, iuſtitia, & miſericordia, & huiuſmodi: perfectorum corda non deſerit. In prophetiæ vero virtute, doctrina, facundia, miraculorũ exhibitione, electis aliquando adeſt, aliquando ſe ſubtrahit. Et ſic ſpiritus ſtabilis dicitur, & mobilis in lib. Sapiẽtiæ, c. 5. quia virtutibus, ſine quibus non peruenitur ad vitam, in electorum cordibus manet. In iis per quas ſanctitatis virtus oſtenditur, mobilis dicitur, quia aliquando miſericordi- F ter adeſt, aliquando miſericorditer ſe ſubtrahit. hæc ille. Prima pertinet ad gratiam gratum faciẽtem, ſecunda ad gratiam gratis datam.

Spiritus ſanctus eſt in cordibus fidelium ſtabilis per gratiam gratũ facientẽ, & mobilis per gratiam gratis datam ibid.

Idem ſuper Ezech. tractãs illud pſalmiſt. Deus in gradibus eius dignoſcetur, cum ſuſcipiet eam pro quo nos habemus. Deus in domibus eius cognoſcetur, ait de pœn. diſt. 2. dum ſanctam. Dum A ſanctam Eccleſiam dominus ſuſcipit, in gradibus eius dignoſcitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim ſancta Eccleſia aſcendendo proficit, tantum Deus in hominibus ex eius virtutibus innoteſcit. De his gradibus Iob loquitur dicens. Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum. Omnipotentem quippe dominum per ſingulos gradus pronunciat, qui per incrementa virtutum, quæ accipit, ei ſemper laudem pietatis ſuæ reddit. Si gradus quidam in cordis aſcenſione non eſſent, pſalmiſta non diceret. Ibunt de virtute in virtutem. Nec mirum ſi de B virtute in virtutem gradus ſunt, quando ipſa vnaquæque virtus quaſi quibuſdam gradibus augetur, & ſic per incrementa meritorum ad ſumma deducitur. Alia namque ſunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionem non quibuſdam gradibus duceretur, Apoſtoli non dixiſſent domino. Adauge nobis fidem. Inducit exponendo parabolam de ſemine iactato in terram quod primo producit herbam, deinde ſpicam, demum plenum frumentum in ſpica. Cum deſideria (ait) bona concipimus, ſemen in terram mittimus. Cum operari C recta incipimus, herba ſumus. Cum ad profectũ boni operis creſcimus, ad ſpicam peruenimus. Cum in eiuſdem operis perfectionem ſolidamur, iam plenum frumentum in ſpica proferimus. Addit exemplum Petri, qui primo fuit herba ante paſsionem Chriſti, poſtea ſpica poſt reſurrectionem, poſtea plenum frumentum poſt Pentecoſten.

A.C. 600. Iob 31. Pſal. 83. Luc. 17. Mar 4.

Idem ſuper Ezech. & de pœn. diſt. 2. non reuertebantur, tractans illud Ezech. Non reuertebantur animalia cum incederent, quia electi quique ſic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non D redeant. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et per Salomonem dicitur. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. In eorum namque animo bonum deſiderium atque intellectus lucis intimæ, iam pars diei eſt. Sed quia vſque ad finem vitæ in virtute proficiunt: ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad regna cæleſtia perducti in ea luce, quam deſiderant, iam minus aliquid non habebunt.

Perſ... ſemper ... pro ... hom. 5 ... per Ezec. Ezech. 1. Mat. 10. Prou. 4.

Idem primo moral. & de pœn. diſt. 3. incaſſum, ait. Incaſſum bonum agitur, ſi ante vitæ terminũ E deſeratur, quia & fruſtra velociter currit, qui antequam ad metas veniat, deficit.

Idem 23. q. 1. niſi bella, ait. Niſi bella iſta carnalia figuram bellorum ſpiritualium gererent, nunquam vt opinor Iudaicarum hiſtoriarum libri diſcipulis Chriſti, qui venit pacem docere, legendi in eccleſiis ab Apoſtolis fuiſſent traditi. Denique ſciens apoſtolus iam non vltra carnalia bella à nobis eſſe peragenda, ſed animæ certamina contra ſpirituales nequitias eſſe deſudanda. velut magiſter militiæ præceptum dat militibus Chriſti dicens. Induite vos armaturam Dei, vt F poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.

Bella carnalia ... iam ... runt ... ge. ... 13 in ... ſue ... bet. Eph. 6.

In Eccleſia Catholica eſt tantum ſalus, lib. 35. Mor. cap. 6.

§. XX.

DE fide & obedientia Gregor. in lib. Moral. & 24. q. 1. quia ex ſola, ait. Quia ex ſola catholica

A.C.600. Exod.33. Mat.16. Exod.12. Sacrificiũ miſſæ hic oſtẽditur. Gen.6. & 7.

tholica Eccleſia veritas conſpicitur, apud ſe eſſe A locum dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyſes ponitur, vt Dei faciem cõtempletur: quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam præſentiam non agnoſcit. De qua ſoliditate dominus dicit: Super hanc petram ędificabo Eccleſiam meam. Sola eſt per quam dominus ſacrificium accipit libenter, ſola quæ pro errantibus intercedit fiducialiter. Vnde & de agni hoſtia dominus præcepit dicens. In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna namque domo comeditur, quia in vna Catholica eccleſia vera redemptoris hoſtia immolatur. De B carnibus eius prohibet lex foras efferri, quia dari ſanctum canibus vetat. Sola eſt, quæ intra ſe poſitos valida caritatis compage cuſtodit, vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtulit, omnes autem quos extra arcam inuenit extinxit.

1.Cor.3.

Idem ſcribens Antiocheno patriarchæ ait 1.q.1. cum Paulus. Cum Paulus dicat, Fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitũ eſt Ieſus Chriſtus, id eſt fides Chriſti, conſequẽter probatur, quia vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis ſupereſt ædificium. C

De obedientia li. 35. mor.c. 12.

De obedientia Grego. in vlti. moral. lib. & 11. q.3. quid ergo mirum, ait. Quid ergo mirum, ſi peccator homo ſe obedientiæ in huius vitæ breuitate ſubiicit, quando hanc mediator Dei & hominum tenuit & tenendam præcepit, & cũ obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum tamen eſt, nunquam per obedientiam malum fieri, ſcilicet debere, aliquando vero debet per obedientiam bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim mala in paradiſo arbor extitit, quam Deus homini, ne tangeret, interdixit. Sed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus cre- D ſceret, dignũ fuit, vt etiam à bono prohiberetur, quatenus tanto verius id, quod ageret, virtus eſſet, quanto & à bono ceſſans, authori ſuo ſe ſubditum & humilem exhiberet.

Obedientia aliquãdo minima aliquando nulla. ibi.

Idem in eodem & 8.q.1. ſciendum. Sciendum ſummopere eſt, quod obediẽtia, ſi de ſuo aliquid non habuerit, minima eſt, & aliquando, ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt. Nam cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi adhæc ex proprio deſiderio anhelat. Neque enim ſe ſub obediẽtia E dirigit, qui à percipienda huius vitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſeruit. Rurſus cum mundi deſpectus præcipitur, cum probra adipiſci & contumeliæ iubentur, niſi ex ſemetipſo animus appetat, obedientiæ ſibi meritum diminuit, qui ad ea, quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus nolẽſque deſcendit. Et paulo ſuperius ait.

1.Reg. 15.

Obedientia recte victimis præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur, quo contra ariolandi peccatum inobedientia eſſe monſtratur.

Præceptis apoſtolicis obtẽperandũ. Anaſta. 2. in ep. ad Anaſtaſ. impe. c. 6.

Idem diſt 12. præceptis ait. Præceptis apoſto- F licis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à ſancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutifere impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei Eccleſiæ, quę caput eſt veſtrum, communionem habere deſideratis. Et in fin. Si quis hæc apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe ho- A ſtis non dubitetur. Idem diſt. 19. nulli. Nulli fas eſt velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet charitatem. Sit ergo ſuæ ruinæ dolore proſtratus, quiſquis apoſtolicis præceptis & decretis voluerit contraire, nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed exors fiat à ſancto miniſterio. Ne de eius iudicio quiſquam curam habeat, poſtea quam damnatus à ſancta & Apoſtolica Eccleſia ſua inobedientia atque præſumptione à quoquam eſſe non dubitetur, quia maioris excommunicationis deiectio- B ne eſt abiiciendus, cui ſanctæ eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, quia non ſolum præfatæ ſanctæ Eccleſiæ iuſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne præterirent inſinuare. Et vt dicit ibi gloſ. hæc inobedientia intelligitur cum quis aſſerit Romanam eccleſiam non eſſe caput aliarum, & non poſſe condere canones, quod eſt hæreticum, vnde excommunicatur talis. Sed aliter tranſgrediendo mandata eccleſiæ, non per hoc eſt hæreticus vel excommunicatus de ſe.

A.C.600. A pontificalibus ſit alienus officiis, qui Apoſtolicis non vult obedire præceptis. Grego. 4. in ep. & refert Poly. li.1. tit 17. Anſ. li. 2. cap.22.

Sacramenti baptiſmi vis, li. 4. mor. ca. 2.

§. XXI.

Sacramẽti baptiſmi vis. li. 4. mor. ca. 2.

DE ſacramentis. Et primo de baptiſmo inquit Gregor. in libro moralium, & de conſce. diſt. 4. quod apud nos. Quod apud nos valet aqua baptiſmatis: hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus ſacrificij, vel pro iis, qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt, virtus circumciſionis.

Gregor. in homil. 24. & de conſec. diſt. 4. ſacerdotes. Sacerdotes cum per exorciſmi gratiã manum credentibus imponũt, & habitare malignos D ſpiritus in eorum mentes contradicũt, quid aliud faciunt, niſi quòd dæmonia eiciunt?

In baptiſmo cõſuetudo ſeruanda. li. 1. epi. 41.

Idem Leandro epiſcopo ſcribens ait, de conſe. diſt. 4. de trina. De trina immerſione baptiſmatis, nihil reſponderi verius poteſt, quàm quod ipſi ſenſiſtis, quia in vna fide nihil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa. Nos autem, quòd tertio immergimur, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus, & dum tertio ab aquis infans educitur, reſurrectio triduani temporis exprimitur. Quod ſi quis forte etiam pro ſummæ trinitatis veneratione id exiſtimet fieri, neque hoc aliquid obſi- E ſtit baptizando in aquis ſemel immergere, quia dum in tribus ſubſiſtentiis vna ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt, infantem ter vel ſemel immergere, quoniam in tribus immerſionibus perſonarum trinitas, & in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Idem Gregor. de conſec. diſt. 4. presbyteri. Preſbyteri baptizatos in fronte ſignare ſacro chriſmate non præſumant, ſed preſbyteri baptizatos vngant in pectore, & epiſcopi poſtea confirment in fronte.

Presbyteri ea vetei conſuetudine Romanę Eccleſiæ cõfirmare non poſſunt. li. 3. epi. 26.

Idem Gregor. ſcribens Ianuario epiſcopo ait, F diſt. 95. peruenit. Peruenit quoque ad nos, quoſdam ſcãdalizatos fuiſſe, quod presbyteros chriſmate tangere eos, qui baptizati ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum veterem vſum noſtræ eccleſiæ fecimus. Si autem de hac re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant, concedimus, hæc ibi. Vbi gloſ. po-

A.C.600. Tho. in 4. diſt. 7. q. 3. art. 1. q. 2. & in 3. pt. q. 72. art. 11. ad 2.

ponit circa hoc plures opiniones. Sed ſecundum Tho. in quarto, & alios theologos. Grego. hoc fecit ex ſpeciali conceſsione illis. Nam de iure cõmuni presbyteri confirmando de fa cto ſacramétum hoc non conferunt, niſi haberent hoc ex ſpeciali conceſsione Papæ. Nec in hoc epiſcop poſſunt diſpenſare ſeu coucedere, ſed ſolus papa & conſuetudo in contrarium nihil facit, vt extr. de conſue. quanto.

De Euchariſtia ſacramento, Greg. lib. 4. dial. cap. 58.

§. XXII.

DE ſacramento Euchariſtiæ. In homil. de tẽpore paſchali. & de conſec. diſt. 2. quid ſit ſanguis. Gregorius ſic ait. Penſemus quale ſit illud ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti filij ſemper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium poſsit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſumma & ima ſociari, vnumque ex inuiſibilibus & viſibilibus fieri? Vno eodémque tempore ac momento, & in cœlo rapitur miniſterio angelorum ſociandus corpori Chriſti, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur.

Remig. epiſc. Antiſiodo. in can. miſſæ

Tanta videtur vnitas Eccleſiæ in Chriſto, vt vnus vbique ſit panis corporis Chriſti, & vnus ſit calix ſanguinis eius. Calix enim, quem ſacerdos Catholicus ſacrificat, ſcilicet ſeruãs formam Eccleſiæ, in hoc non eſt alius, niſi ipſe, quem dominus apoſtolis tradidit, quia ſicut diuinitas verbi Dei vna eſt, quæ totum implet mundum, ita licet multis locis & innumerabilibus diebus illud corpus conſecretur, non ſunt tamen multa corpora Chriſti, & multi calices, ſed vnum corpus Chriſti, & vnus ſanguis cum illo, quod ſumpſit in vtero virginis, & quod dedit Apoſtolis. Diuinitas enim Verbi replet illud, quod vbique eſt, & coniungit & facit, vt ſicut ipſe vna eſt, ita & vnũ corpus eius ſit in veritate. Vnde animaduertendum eſt, quia ſiue plus ſiue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter Corpus Chriſti ſumunt integerrime, & generaliter omnes, & ſpecialiter vnuſquiſque. Item. Myſterium fidei dicitur, quod credere debes, quod ibi ſalus noſtra cõſiſtit. Prouidens enim nobis Dominus, dedit hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt: per iſtud ſacramentum peccatorum remiſsionem cõſequamur.

Euchariſtia quare myſteriũ fidei dicatur.

Quotidie Chriſtus comeditur in veritate.

Quotidie enim ipſe comeditur & bibitur in veritate, ſed integer & viuus & immaculatus manet. Et ideo magnum & pauendum myſteriũ eſt, quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum myſterium ſit vnum, corpus & ſanguis dicitur figuram panis & vini habet faciente domino, quia non habemus in vſu carnem crudam comedere & ſanguinem bibere. hæc ibi. Idem 1. q. 1. multi, ait. Multi ſæcularium hominum, cum plus ſacerdotum vitam, quàm ſuam diſcutiunt, in magnum contemptionis diuinorum ſacramentorũ crimen incurrunt, vnde fit, vt non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed (quod deterius eſt) etiam diuina myſteria contemnant. Heu in quam magnũ laqueum incidunt, vt diuina, & occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata fieri poſſe credant, cum vnus idémque Spiritus ſanctus in Eccleſia diffuſa per totum orbem terrarum incomprehenſibiliter ea myſteria & occulte & inuiſibiliter, & operando ſanctificet, & benedicendo benedicat?

A.C.603.

Iſid. li. 6. etym. ca 19.

Myſterium dicitur ob hoc, quòd ſecretam & reconditam habeat diſpenſationem. Sacrificium quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam dominicę paſsionis. Sacramenta ob id dicuntur, quia ſub tegumento rerum corporalium diuina virtus ſecretius ſalutem operatur, vnde à ſecretis virtutibus vel ſacris dicuntur. Euchariſtia Græce, Latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore & ſãguine Domini? Siue ergo per bonos, miniſtros, ſiue per malos diſpẽſetur, ſacramẽtũ intra Eccleſiam tamen eſt, quia Spiritus ſanctus viuificat. Nec meritis diſpenſatorum bonorum ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore & ſanguine Domini, hoc de baptiſmate & chriſmate ſentiendum & tenendum eſt, & ſic de aliis, quia diuina virtus ſecretius operatur in eis, & diuinæ ſolummodo virtutis hoc eſt, non humanæ efficaciæ.

Sacramentorum nomẽ vnde ſumptũ.

Pœnitentia quid ſit, hom. 34. in Euang.

§. XXIII.

DE pœnitentia, ſic ait Gregor. in homil. & de pœni. diſt. 3. pœnitentiam. Pœnitentiam agere eſt & perpetrata mala plangere, & plangenda iterum non perpetrare, (id eſt propoſitum habere non committendi.) Nam qui ſic alia deplorat, vt alia iterum committat, (ſcilicet propoſito) adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſsimulat. Quid enim prodeſt ſi peccata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelat?

Idem. Sunt qui dicunt pauci temporis pœnitentiam ſibi contra peccatum debere ſufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire. Recte hos paſtoris primi ſententia percutit, qui ait. Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti.

Pœnitẽtia paucorũ dierũ nõ ſufficit. ep 39. li. 9.

Idem de pœni. diſt. 4. ex dictis euangelij, can. conſtat. Conſtat quia, ſi quod in nos delinquitur, non dimittimus ex corde, (ſcilicet rancorem) & illud rurſus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum eſſe gaudebamus. Quod intelligitur ſecundum Thom. non quo ad culpam dimiſſa redire, ſed quo ad quendam effectum aggrauationis propter ingratitudinem.

Idem Gregor. in homil. & de pœni. diſt. 5. negotium, ait. Negotium, quod ante conuerſionem, (ſcilicet ad pœnitentiam) ſine peccato extitit, (ſcilicet mortali) hoc repetere poſt pœnitentiam culpa non fuit. Sunt enim pleraque negotia, quę ſine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant (ſcilicet mortale) ad hæc neceſſe eſt, vt poſt cõuerſionem animus non recurrat. Et exemplificat de Petro, qui poſt conuerſionem ad diſcipulatum, ſcilicet Chriſti, rediit ad piſcandum, vt patet poſt reſurrectionem. Matthæus vero relicto exercitio telonei, cum à Chriſto vocatus fuit, ad illud non rediit, quia illicitum exercitium, Petri vero de ſe licitum.

Negotia quæ [illegible] cõuerſionem [illegible] ceri poſſunt. ho. 24 in Euang.

Ioan. 21.

De abſolutione in pœnitentia, Gregor. in homil. & 11. q. 3. tunc vera eſt. Tunc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni ſequitur arbitrium

iudicis

A.C.600. judicis, quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignauit, quia prius dominus mortuum vocauit & viuificauit dicens. Lazare veni foras, & (Ioan.11.) poſtmodum is, qui viuus fuerat egreſſus, à diſcipulis eſt ſolutus.

Idem de pœnit. diſt. 1. ſi peccatum Dauid, ſic ait. Proculdubio dominus peccatum ſine vltione non deſerit. Aut enim ipſe homo in ſe hoc pœnitens punit (ſcilicet per pœnitentiam perfectam) aut hoc Deus cum homine vindicans percutit, (ſcilicet per tribulationes patiēter portatas.) Sic enim Dauid poſt confeſsionem (ſcilicet peccati ſui,) audire meruit. Dominus tranſtulit peccatū tuum, & tamē multis poſtea cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauerat exoluit, ſcilicet quo ad pœnam debitam.

(Deus delictū ſine vltione nō deſerit. lib. 9. Moral. ca. 17.) (2. Reg.12.)

Idem ſuper Ezechielem, & de pœn. diſt. 4. hoc nobis. Hoc nobis maxime conſiderandum eſt, quia [cum mala noſtra committimus, ſine cauſa ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocamus: quoniam] in perpetratione malorum nulla debet eſſe nobis fiducia bonorum præteritorum. Et illud tractans Aggæi prophetæ. Congregauerunt mercedes & miſerunt in ſacculum pertuſum, dicit Gregorius ibidem, cap. de pertuſo. de ſacculo pertuſo aliunde exit, quod aliunde mittitur, quia indiſcretæ mentes mercedem quæ ex bono acquiritur, non aſpiciunt quomodo ex malo opere perdatur.

(Bona præterita ni hil iuuant impro bos hom. 21 ſup. Ezech.) (Aggæ. 1.)

§. XXIIII.

DE matrimonio inquit Venetio ſcribens epiſcopo Carolitano, & 35. q. 10. fraternitatis. Fraternitatis veſtræ ſtudioſæ ſagacitati, frater amande, quas debeo refero grates, quoniam quæſiſti, quæ debuiſti, iucundum me reddidiſti. Vnde placide ad inquiſita reſpondeo. Sedem apoſtolicam conſulere decreuiſti, ſi mulier nuptiali copula extraneo viro coniuncta, cognationi eius pertineat, ſi eo defuncto cognatio remaneat, vel ſi ſub altero viro cognationis vocabula diſſoluātur, vel ſi ſuſceptæ ſoboles poſsint legitime ad prioris viri cognationis copulam tranſire. Eſt enim verbum Domini validum & forte, & durabile & perſeuerabile & immutabile, non momētaneum, non tranſitorium. Ait autem per ſe veritas ipſa, quæ Deus eſt, & verbum Dei eſt. Cum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Antequam Deus appareret inter homines, eo inſpirante dixit Adam. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, & viſibilis in humanitate appareret, interrogatus, ſi licitum eſſet homini relinquere vxorem, prohibens vetuit, niſi forte fornicatio excluderet maritalem copulam, (ſcilicet quo ad thorum,) vnde protulit ſtatim in medium ipſam eandem ſententiam, quam ante ſæcula manens cum patre verbum inſpirauerat Adæ, ipſe idem confirmans, quod ipſe primus protulit homo. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem &c. Si ergo vna caro fuerit, quomodo poteſt aliquis eorum propinquus vni pertinere, niſi pertineat alteri? hoc fieri minime poſſe credendum eſt. Porro vno defuncto, in ſuperſtite affinitas non deletur, nec alia copula coniugalis ſoluere valet affinitatem prioris copulæ. Sed neque alterius coniunctionis ſoboles placet vel poteſt ad affinitatis prioris viri conſortium tranſire, pro eo, quod verbum Domini validum eſt, & forte. Et vt propheta dicit. Verbum Domini ſtabit in æternum. Et alius propheta. Quoniā ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit. Nam poteſt per verbum atque præceptum efficere duos carnem vnam, id eſt maſculum & fœminam, qui innumeram multitudinem vtriuſque ſexus non deſtitit vnum facere ſecum, ſicut per ſe veritas dicit. Non pro his rogo tantum, ſed etiam pro iis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Si quis ergo ſacrilego & temerario auſu in defuncto quærit propinquitatem extinguere, vel ſub altero affinitatis vocabulo diſſipare, vel ſuſceptam ſobolē alterius copulæ propinquitati prioris credit legitime copulari, hic negat Dei verbum validum, & forte & durabile. Et qui tam facile & tam velociter quærit diſſoluere, hic non credit, quia verbum Dei manet in æternum. Conſpice terram ex quatuor locis magna intercapedine à ſe diſtantibus confectam & conglutinatam, finge cuiuſcunque figuræ vel immenſitatis corpus volueris, nunquid erit humanum ingenium, quod ipſas quatuor partes ab inuicem valeat ſegregare, vt vnaquæq; pars poſſit agnoſci? Hanc ſimilitudinem de quatuor elementis vnde homo concreatus eſt, colligere potes, ſi eorum vnamquamque ſpeciem, quæ in multis diuiſionibus partita eſt, per diſcretas inter ſe aſsignaueris partes. Fit idem in metallis. Hoc idē in liquoribus probatur, in coloribus pictor proſequitur, arte colores admiſcendo. hæc ille.

(Affinitas in ſuperſtite non deletur. Item ſi cōſtitutio... 2 ſtīpe de 5 Vict. lib. 4. p. 12.) (Matt. 24.) (Gen. 2.) (Matrimonij vinculum perpetuum.) (Mat. 19.) (Iſ. 40.) (Pſal. 148.) (Matrimonium ſacramentū eſt Chriſti & Eccleſiæ cōiunctionem deſignans.) (Ioan. 17.)

Idem 35. q. 8. de gradibus, ait. De iis, qui mortua vxore ſecundas contrahere nuptias voluerint, iuſte, & honeſte, & rationabiliter proſpeximus, ab earum conſanguineis vſque ad quartum gradum genealogiæ abſtineri, hoc nos ſecundum indulgentiam ſanctæ matris Eccleſiæ mitius prælibauimus.

(Quod intra quartū gradū affinitatis vel cōſanguinitatis matrimonia cōtracta nō diſſoluerit, id eſſe permiſsiuè factū.)

Idem Gregor. 35. q. 2. §. ſed idem humillimus pater Gregor. Felici Meſſanæ ciuitatis epiſcopo ait. Quod ſcripſi Auguſtino gentis Anglorum epiſcopo, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo auſteriora recederet, ſpecialiter & non generaliter me hoc egiſſe cognoſcas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas teſtis extitit. Nec ea intentione hæc eis ſcripſi mandata, vt poſtquam firma radice fuerint in fide ſolidati, ſi infra propriam conſanguinitatem inuenti fuerint, non ſeparentur, aut infra affinitatis lineam, id eſt vſque ad ſeptimam generationem iungantur, ſed quod adhuc illis neophytis exiſtentibus, eis primum illicita conſentire, & eos verbis & exemplis inſtruere oportet, iuxta apoſtolum. Lac vobis potum dedi non eſcam. hæc ille. Et quod dicit Grego. illicitum conſentire, intelligitur, quantum ad aliquod lege communi prohibitum. Sed illis non fuit illicitum, quia cum eis in hoc diſpēſatum. Et quod dicit de gradu ſeptimo, eſt ſecundum antiqua iura. Sed per Gregorium nonum diminuti ſunt huiuſmodi gradus conſanguinitatis, & affinitatis, & determinati ſunt per Eccleſiam tantum quatuor gradus conſanguinitatis & affinitatis: extra de conſan. & affin. cap. ſi.

(Poly. lib. 4. ca. 6.) (Epi. 31. lib. 8.)

A.C.600.

A Idem 33. q 4. vir cum propria, ait. Si quis ſua coniuge non cupiditate voluptatis raptus, ſed ſolummodo procreandorum liberorum gratia vtitur, (ſcilicet matrimoniali actu) iſte profectò ſiue da ingreſſu Eccleſię, ſiue de ſumendo Dominici corporis & ſanguinis myſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus, quia à nobis non eſt prohibẽdus accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. hæc ille.

Thom. in 1 p q 8. a. 7. & D. Ant. in 3. part tit. 1. c. 10 §. 7.

Idem ſecundum Thom. & alios, cum exactus debitum coniugi reddit, quia in vtroque caſu non peccat etiam venialiter. Da his tamen plenius in 3. parte, tit. 1.

B Idem Auguſtino epiſcopo Anglorum & diſt. 5. cum enixa, dicit. Si mulier eadem hora, qua genuerit, id eſt pepererit, actura gratias intrat Eccleſiam, nullo peccati pondere grauatur. Voluptas enim carnis in culpa eſt, non dolor. In carnis autem commixtione voluptas eſt, in partu prolis dolor & gemitus. Si ergo enixam mulierem intrare eccleſiam prohibemus, ipſam ei pœnam vertimus in culpam.

Mulier ſtatim poſt partum Eccleſiã poteſt ingredi. Ib. Leuit. 10.

Idem eidem diſt. ea. ad eius. Ad eius concubitum vir ſuus accedere non debet, quouſque qui gignitur ablactetur. Praua autem cõſuetudo in coniugatorum moribus irrepſit, vt filios, quos gi- C gnunt, nutrire mulieres contemnant, eóſque ad nutriendum aliis mulieribus tradant. Quod videlicet ex ſola carnis incontinentia videtur fuiſſe inuentum, quia dum ſe continere nolunt: deſpiciunt lactare, quos gignunt. Si autẽ filios ſuos ex praua conſuetudine aliis ad nutriendum tradunt, niſi tempus purgationis tranſierit, viris ſuis miſceri non debent. Quippe & non partus cauſa, cum in menſtruis conſuetis detinentur, viris ſuis miſceri prohibentur, ita vt morte lex ſacra feriat ad menſtruatam accedentem. Quæ tamen dũ ex conſuetudine menſtruum patitur, prohiberi D Eccleſiam intrare non debet, quia naturæ ſuperfluitas reputari ei in culpam non valet. Vnde per hoc quod inuita patitur, iniuſtum eſt, vt Eccleſiæ ingreſſu priuetur. Et infrà. Sanctæ autem communionis myſterium in eiſdem diebus non debet prohiberi percipere. Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit, laudanda eſt, ſed ſi perceperit, non eſt iudicanda. Bonarum enim mentium eſt, ibi culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt, quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vide ibi gloſſ. quid dicatur tempus ablactationis. E

Mulier menſtrua patiens à cõmunione prohiberi non debet. ibi.

Ordinandus eſt, qui id maximè renuit lib. 7. epiſt. 10. ind. 2.

§. XXV.

DE ordinis ſacramento Gregorius ſcribens Siagrio epiſcopo Auguſtudunenſi, & 1. q. 6. cap. vlti. ſic ait. Sicut is, qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus: ſic qui vltro ambit, vel importune ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad al- F tiora conſcendere, quid aliud agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profunda deſcendat? Itaque frater cariſsime in ſacerdotibus ordinandis, ſinceritas vigeat, ſit ſimplex & ſine venalitate conſenſus, præferatur pura electio, vt ad ſumma ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

A.C. 600.

A Idem Gregor. 1. q. 1. eſtote, ait. Eſtote præcipue in ordinatione ſolliciti, & ad ſacros ordines, niſi prouectiores ætate & mundos opere nullatenus admittatis. Eorum enim qui ſunt in ſacro ordine collocandi, prius vitam moréſque diſcutite, vt dignos huic officio adhibere poſitis: non vobis potentia aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Quando igitur de his tractari neceſſe eſt, graues expertoſque viros conſiliis veſtris adhibete participes, & cum eis hoc communi diſpenſatione penſate.

Qualis ſit qui ordinandus eſt. li. 2 ep. 48. ind. 11.

B Idem ſcribens omnibus epiſcopis, diſt. 89. ſingula, ait. Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in Eccleſiæ corpore ſecundum veridicam Pauli ſententiam, in vno eodémque corpore ſpirituali conferendum eſt hoc officium vni, alteri committendum eſt aliud. Neque quantumlibet exercitatæ vni perſonæ, vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuerſa officia & ro- C bur corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat, ita & varietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem & venuſtatem ſanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimúlque turpiſsimum eſt, ſi ſingula miniſteria rerum perſonis totidem non fuerint diſtributa.

Rom. 12.

Idem Caralitano epiſcopo Ioanni, diſt. 89. indicatum, ait. Cauendum eſt à fraternitate veſtra, ne ſæcularibus viris, atque ſub regula noſtra non D degentibus, cuiuſlibet res Eccleſiæ committãtur, ſed probatis de officio veſtro clericis, in quibus, ſi quid reperiri poterit prauitatis, vt in ſubditis emendare, quod illicite geſtum fuerit, valeatis. Et immediate ſupra ait. Quicquid fraudis inuentum fuerit circa res Eccleſię etiam laicos perpetraſſe, eum pœna legibus ſtatuta reddere compellãtur.

Sæcularibus viris res Eccleſiæ nõ cõmitẽdæ. li. 7. ep. 66. ind. 2.

Idem Gregor. 23. q. 8. ſi in morte, ait. Si in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec regem nec duces [nec comites] haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa. Sed quoniam Deum meum timeo, in E mortem cuiuſlibet hominis me miſcere formido. Hæc ſcripſit Gregorius cuidam epiſcopo, vt eum excuſaret apud imperatorem Mauricium & alios apud quos diffamatus fuerat ab ęmulis ſuis, quod cauſa extitiſſet mortis cuiuſdam epiſcopi ex carcere diro & aliis pœnis ei inflictis. Quem epiſcopum Gregor. ad ſe vocauerat pro quadam informatione exceſſuum eius, qui fuerant ſibi denunciati. Qui tamen in nullo ab eo moleſtatus, ſed humane receptus: ſua naturali morte ſubito deceſsit: vt reſcripſit illi Gregor.

Vt ſit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo. par. 2. c. 4.

Idem Gregor. in paſtorali. diſt. 43. ſit rector, F ait. Sit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores (vt dicitur) improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam

gregis

A.C.600.

gregis cuſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt: quos Dominus in Iſaia increpat dicens. Canes muti, non valentes latrare. Et infra. Hinc per Eſaiam Dominus admonet, dicens. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quidem officiũ ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe clamando gradiatur. Sacerdos ergo, ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem dabit præco mutus?

Iſa.16. Iſa. 4.

Vnde in figuram huius inducit, quod in veſte hyacinthina ſummi ſacerdotis, in qua ingrediebatur in ſancta ſanctorum: in extremitate eius erant poſita tintinnabula cum malogranatis intextis, ad ſignificandum, quod in conuerſatione ſacerdotis ſignata per veſtem, debet eſſe ſermo prædicationis, vt exemplo doceat & verbo. Malogranata ſeu mala punica, in quibus multa grana ſub vno exterius cortice vniuntur, ſignant vnitatem fidelium. Hæc interebantur intexta cum tintinnabulis, ad innuendum, quòd in prædicatione debet ſacerdos quærere vnitatem auditorum, & caritatem in eis nutrire: non materiã ſcandalorum ſeminare. Ac etiam à nimietate ſeu prolixitate nimia prædicator debet cauere, quod ſignatur per habentem fluxum ſeminis, qui immundus in lege habebatur, nec ea huiuſmodi loquacitate fructus ſequitur in audiente, ſed faſtidium, ſicut nec etiam ex ſemine effluxo per infirmitatem in illam patiente.

Exo.28.

Côcionatores à prolixitate cauere debêt. ibi. Leuit.15.

In Eccleſia ſunt boni & mali. Homilia 38. in Euangel.

§. XXVI.

GRegorius in Homil. & 23. q. 4. hæc autem vita. Hæc autẽ vita, quæ inter cœlum & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarumque partium ciues cõmuniter recipit: quos tamen ſancta Eccleſia & indiſcretè, (id eſt indiſtinctè) ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernit. Si igitur boni eſtis, quãdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit: quem Cain malitia non exercet. Ferrum quippe noſtræ mentis ad acumen nõ poteſt peruenire virtutis, niſi eum eraſerit lima alienæ prauitatis.

Idem de Prælatis, qui habent malos ſubditos in lib. Dialogo. 2. quæſiuit à Petro diacono, vtrũ debeat eos deſerere: ait. & 7. q. 1. cap. vlti. Ibi adornati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuẽtur boni. Nam vbi omnimodo fructus de bonis non eſt, fit aliquando de malis labor vacuus, maximè ſi è vicino cauſæ ſuppetant: quæ fructum Deo valeant offerre meliorem. Sæpe enim agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundum non eſt: quia cum laborem ſuum ſine fructu eſſe conſiderent, in loco alio ad laborẽ cum fructu migrant.

Qoando ſubditi à prælatis deſerendi ſunt li. 2. dial. ca. 3.

Idem Grego. in 4. Dialogo. & de pœnit. diſt. 1. voluiſſent. Voluiſſent iniqui ſine fine viuere, ſi potuiſſent, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim, quia ſemper in peccato viuere cupiunt, qui nũquam peccare deſinunt, dum viuũt.

Quare impij æterno igne torqueã tur lib. 4. dial c. 44.

Ad magnam ergo iuſtitiam pertinet iudicantis, vt nũquam careat ſupplicio, qui in hac vita dum viuerent, nunquam voluerunt carere peccato.

A.C.600

Idem diſtin. 25. qualis ait. Qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur. Sed tamen de quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit. Qui autem in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur ei in hoc ſeculo, neque in futuro. In qua ſententia datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam in futuro poſſe remitti. Quod enim de vno negatur, cõſequens intellectus patet, quia de aliis conceditur. Sed de paruis minimiſque peccatis hoc fieri poſſe credendum eſt, ſicut eſt aſſiduus & otioſus ſermo, riſus immoderatus, peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine peccato agitur, etiam ab iis, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt. Quæ adhuc poſt mortem grauant, ſi adhuc in vita poſitis minimè fuerint relaxata.

Qualis quiſque egreditur ta. is iudicio præſẽtatur, ſũt tamẽ ante iudicium pœnæ purgatoriæ, ibi. ca 39. Matt.12.

Idem 13. q. 2. cum grauia. & in dialo. ait. Cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodeſt mortuis ſi in Eccleſia ſepeliantur, quia eorum proximi quoties ad loca ſacra veniunt, ſuorũmque ſepulturam aſpiciunt, recordantur, & pro eis preces Domino fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem cumulum damnationis potius, quàm ad abſolutionem eorum corpora in Eccleſiis ponuntur.

Sepeliri in Eccleſia quibus mortuis profit. ibi. cap. 50.

Idem quæſt. c. animæ diffunctorum. Animę defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus Sanctorũ, aut carorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Curatio verò funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt viuorũ ſolatia, quàm ſubſidia mortuorum.

Aug. li. de cura pro mor. agẽ. cap. 18.

Idem ea. vltima voluntas. [a] Vltima voluntas teſtatoris modis omnibus ſeruetur.

Idem 16. q. 1. admonere. Carolitano Epiſcopo ſcribens ait. Admonere te volumus, ne piæ viuorum aut defunctorum voluntates tua (quod abſit) remiſſione caſſentur. gloſ. Secus ſi iniuſtæ eſſent voluntates.

Idem 7. q. 1. aduerſitas. Aduerſitas quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis eſt, non indiciũ reprobationis. Quis enim neſciat, quàm proſperũ fuit, quod beatus Paulus Apoſtolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit, ſed nauis cordis in maginis fluctibus integra ſtetit.

Aduerſitas probatio virtutis eſt. lib. 7. epi. 116. ind. 2. Act. 26.

Idem in epiſto. ad Candidum. 7. q. 1. cum corporalis. Cum corporalis percuſſio imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta proueniat, Dei iudicium à nobis ignoratur. Et ideo non debet à nobis flagellatis addi afflictio, ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Afflictis non addẽda afflictio. lib. 2. epiſt 5. ind. 10.

a Idem legibus duod. Tabul. cautum erat his verbis. Paterfamilias vti ſuper familia pecuniáue ſua legaſſit, ita ius eſto. M. T. in 2. de inuent. & auctor ad Heren. lib. 1. Cod. item de ſacroſ. Eccleſ. lib. 1. Nihil eſt, inquiens, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, & pluribus aliis in locis tum Canonici tum ciuilis iuris.

A.C.600. *Prælatio non cupienda ſed ex obedientia ſuſcipienda. lib. 6. ep. 5. in 15.* A

§. XXVII.

QVod prælaturam, quantum eſt ex ſe, quilibet non debet quærere, ſed fugere, ſed ex obedientia ſuſcipere. Gregor. ex regiſtro. 8. q. 1. in ſcriptis ait. In ſcriptis veſtris vos magnopere requiem quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralem ſollicitudinē vos congruè veniſſe oſtenditis: quia ſicut locus regiminis deſiderantibus eſt negandus, ita fugientibus offerendus. Et ſicut ſcriptum eſt. Nec ſibi quiſquam ſumat honorem, B ſed qui vocatur à Deo tāquam Aaron. Et rurſus idem egregius prædicator dicit. Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus Chriſtus mortuos eſt. Et ſi hoc eſt, ſupereſt, vt qui viuunt, non iam ſibi viuāt: ſed ei, qui pro ipſis mortuos eſt, & reſurrexit. Et paſtori ſanctæ Eccleſiæ dicitur. Simon Ioānis diligis me plus his? paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur, quia ſi is, qui valet omnipotētis Dei oues paſcere renuit, oſtendit ſe ſummum paſtorem minimè amare. Si enim vnigenitus Patris pro explenda vtilitate omnium, de ſecreto patris ad pu C blicum noſtrum egreſſus eſt: nos quid dicturi ſumus, ſi ſecretum noſtrum præponimus vtilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt, & tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita ſi deſit, qui prædicet: occupationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus eſt, alter accepit & appetiit. Nā mittenti ſe Domino Hieremias reſpondit, dicens: A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia D puer ego ſum. Et cùm omnipotens Dominus ad prædicandum perſonam quæreret, dicens. Quem mittam? Eſaias ſe obtulit, dicens: Ecce ego Domine, mitte me. Ecce ab vtriſque exterius diuerſa vox prodiit, ſed non à diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt præcepta caritatis, amor ſcilicet Dei, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodeſſe proximis cupiens Eſaias, officiū prædicationis appetiit: per contemplatiuam vero conditoris amori Hieremias ſedulò inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo vnus laudabiliter appetiit, E hoc laudabiliter alter expauit. Ille ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet, ille ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed hoc in vtriſque eſt ſubtiliter intuendum, quia & is, qui recuſauit, plenè non reſtitit, & is qui mitti voluit, antè ſe purgatum per altaris calculum vidit: ne aut non purgatus quiſque adire ſacra myſteria audeat, aut quem ſuperna gratia eligit ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat.

Locus regiminis deſiderātibus negandus, fugientibus offerendus. Heb 5. 2. Cor. 5. D. Petrus Paſtor Eccleſiæ. Ioan. 21. Hier. 1. Iſa. 6.

Idem Grego. ſcribens ciuibus Neapolitanis ait quæſt. ea. c. nec nouum. Nec nouum, nec reprehen F ſibile eſt in eligendo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere: ſed graue eſt, quando in eiuſmodi cauſis non ex iudicio, ſed ex fauore ſolo venit electio. Idem Gregor. 56. diſt. ſatis. ait. Satis peruerſum eſt, & contra eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, vt fruſtra quorūdam voluptatibus ſuis quis priuetur officiis: quem ſua culpa vel facinus ab officio, & quo fungitur gradu, nō deiicit.

De eligēdo epiſcopo lib. 8. epi. 40.

A De Iudæis inquit Gregor. ſcribens Paſchaſio epiſcopo Neapolitano. 45. diſtin. qui ſincera. Qui ſincera intentione extraneos à Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam producere, blandimentis debent non aſperitatibus ſtudere, ne quorum mentem reddita ratio ad planum poterat reuocare: pellat procul aduerſitas. & infrà. Agendum eſt ergo, vt potius ratione, & manſuetudine prouocati, ſequi nos velint, non fugere: vt eos ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus ad ſinum matris Eccleſię poſsimus Deo adiuuante conuertere. Omnes ergo feſtiuitates fe- B riaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obſeruandi, celebrandique licentiam, nec eos in huiuſmodi inquietari permittas.

A.C.600. Iudæi nō opprimēdi. lib. 11. ep 15.

Idem Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribēs ait diſt. 12. nouit. Nouit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit eſſe nutritam. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicana, ſiue in qualiber alia Eccleſia inueniſti, quod plus poſsit Deo placere, ſollicitè eligas, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc in fide C noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis Eccleſiis colligere potueris, infundas. Nō enim pro locis res, ſed pro bonis rebus ſunt loca amanda. Ex ſingulis igitur quibuſque Eccleſiis, quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt elige, & hæc quaſi in faſciculum collecta, apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.

Diuerſæ conſuetudines Eccleſiarum non improbandæ. ad Augu. reſp. 3.

Ibidem diſt. ead. cap. præced. Quemadmodum illicita perpetrare non patimur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

De vita beata. hom. 37. in Euang.

D §. XXVIII.

DE vita beata Grego. in homi. Si conſideremus fratres cariſsimi, quæ & quanta nobis promittuntur in cœlis, viles cunt omnia quæ habentur in terris. Terrena nanque ſubſtantia ſupernæ fœlicitati comparata pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors potius eſt dicenda, quàm vita. Ipſe enim quotidianus corruptionis defectus, quid eſt aliud, quàm quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere ſufficit, aut quis intellectus ca- E pere, ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia, angelorum choris intereſſe, cùm beatiſsimis ſpiritibus incircumſcriptum lumen videre, vultum Dei cernere, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Ad hæc audita inardeſcit animus. Iāmque illic cupit aſsiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere. Sed ad magna præmia non peruenitur, niſi per magnos labores. Si delectat magnitudo præmiorum, non deterreat multitudo laborum. Non coronabitur (ait apoſtolus) niſi qui legitime certauerit. 2. Cor. 2.

F Idem in lib. dial. & 23. q. 4. obtineri. Obtineri nequaquam poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerint. Sed ea, quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt eorum precibus obtineantur. Nam ipſa perennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, vt ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare.

Prædeſtinatio ſanctorū precibus iuuatur. lib. 1. dial. c. 8.

Gregor.

A.C. 600. De nouẽ ordinib. angelorũ hom. 34 in Euāg. Ezech. 28

Gregorius in homil. [a] Nouem eſſe ordines angelorum teſtante ſancto eloquio dicimus, ſcilicet angelos, archangelos, virtutes, poteſtates, principatus, dominationes, thronos, cherubim, & ſeraphim. Vnde de primo angelo dicitur. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. Sardius, topazius, iaſpis, chryſolitus, onyx, beryllus, ſapphyrus, carbunculus, & ſmaragdus. Ecce nouem dixit nomina lapidum, quia profectò nouem ſunt ordines angelorum, quibus ordinibus ille primus angelus opertus dicitur, quia dum cunctis agminibus angelorum prælatus eſt, ex eorum comparatione clarior fuit. & habetur de pœniten. diſt. 2. principium. B

Angelus nomẽ eſt officij nõ naturæ. ... officia

Sciendum quoque, ait idem in homil. quòd nomen angelorum, nomen eſt officij non naturæ: [Nam ſancti illi cœleſtis patriæ ſpiritus, ſemper quidem ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari angeli nequaquam poſſunt.] quia tunc illi ſpiritus ſunt angeli: quum per eos aliqua nunciantur vel operantur. [vnde & per Pſalmiſtam dicitur. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. ac ſi patenter dicat. Qui eos, quos ſemper habet ſpiritus, etiam cùm voluerit angelos facit.] Ij autem qui minima nunciant: angeli: qui verò ſumma, archangeli vocantur: C virtutes vocantur, per quos ſigna & miracula frequenter fiunt. Poteſtates vocantur ij, qui hoc potentius præ cæteris perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorum poteſtate refrænantur, ne corda hominum tantùm tentate valeant, quantum volunt. Principatus vocantur, qui ipſis quoque bonis, angelorum ſpiritibus præſunt, qui ſubiectis aliis dum quæ ſunt agenda diſponunt, eis ad explenda diuina myſteria principantur. Dominationes vocantur, qui etiam poteſtates principatuum dominatione alta tranſcendunt. Nam principari eſt, inter reliquos priorem exiſtere: dominari eſt ſubiectos quoſcunque poſsidere. Throni quoque illa agmina ſunt, quibus ad exercendum officiũ iudicis ſemper Deus præſidet. Throni Dei hi dicti ſunt, qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis Dominus ſedeat, & per eos ſua iudicia decernat. Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur. & ſublimiora illa agmina ideo Cherubim ſunt vocata, quia tanto perfectiora ſunt ſcientia, quanto claritatẽ Dei vicinius contemplantur. Seraphim vocantur, qui ex ſingulari propinquitate conditoris incomparabili ardent amore. Seraphin enim ardentes vel incendentes interpretantur. Sed quia illa ſuperna ciuitas ex angelis & hominibus conſtat: ad quam tantos credimus humani generis aſcendere, quantos illic contigit electos angelos remanſiſſe, debemus aliquid ex illis diſtinctionibus ad vſum noſtræ conuerſationis trahere. hæc ille. Et ſubſequẽter ponit ibi, quomodo ex diuerſis exercitiis virtutum homines aſſumuntur in gloria C ad diuerſos ordines angelorum inferiorum, vel ſuperiorum, ſecundum gradus perfectionis operum humanorum.

Tot illic aſſumuntur ex hominibus, quot ibi angeli remanſerunt.

Nouem eſſe angelorum ordines ...

a Quoniam impius Caluinus lib. 1. Inſti. cap. 14. ſect. 4. iſtam angelorum diſtinctionem vocat puram garrulitatem, cui conſentiunt Magdeb. Centur. 3. cap. 4. & Cent. 4. cap. 4. & nonnulli alij, hic D ea addenda duxi, quæ ibidem D. Gregor. habet. Vbi ex ſacris litteris hos nouem angelorum ordines colligit. Eſſe namque (inquit) angelos & archangelos pene omnes ſacri eloquij paginæ teſtantur. Cherubin verò atque Seraphin ſæpe, vt notum eſt, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinũ nomina Paulus Apoſtolus ad Epheſios commemorat dicens. Supra omnem Principatum & Poteſtatem & Virtutem & Dominationem. Qui rurſus ad Coloſſenſes ſcribens ait. Siue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Dominationes E verò principatus & poteſtates iam ad Epheſios loquens deſcripſerat, ſed ea quoque Coloſſenſibus dicturus præmiſit Thronos, de quibus necdum quicquam fuerat Epheſiis locutus. Dum ergo illis quatuor, quæ ad Epheſios dixit, id eſt, Principatib. Poteſtatibus, atque Virtutibus & Dominationibus coniunguntur Throni, quinque ſunt ordines, qui ſpecialiter exprimuntur. Quibus dum angeli atque Archangeli, Cherubin atque Seraphin adiuncta ſunt, proculdubio nouem eſſe angelorum ordines nunciantur. Idem habet lib 33. Moral. ca. 25. Idem F teſtatur Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 12. Hilar. in comm. in pſal. 136. Sedulius presbyter in 1. cap. ad Epheſios, denique veteres omnes, vt oſtendit Franciſcus Feuardentius li. 1. aduerſus hæreſes. Imo verò quidam ex doctoribus noui Euangelij aduerſus Caluinum & ſuos aſſeclas hanc angelorum propugnant diſtinctionem, tam bella eſt inter ipſos Euangelicos de rebus fere omnibus conſenſio.

§. XXIX.

DE bello vitiorum in electis Dei. Grego. 31. Moraliũ tractans illud Iob 39. procul odoratur bellum, ſcilicet equus, de quo per ſimilitudinem ibi loquitur, ſicut & de exhortatione ducum, & vlulatu exercitus. Bellum procul odorari, eſt ex cauſis præcedentibus, quę vitiorũ pugnę ſubſequantur, agnoſcere. Quia enim odore res D non viſa cognoſcitur, bellum proculdubio odorari, eſt ſicut flatu narium, ſic prouiſione cogitationum nequitias latentes indagare. Primo ergo electi Dei ſignati per equum conſiderant, ne venialia quælibet agant. Secundo verò, ne bona incautè faciant, & poſtquam praua ſubegerint, ipſa etiam ſibi ſubiicere recta contendunt, ne de meritis in elationis culpam vertantur. Plerunque enim ex bonis per incuriæ vitium mala naſcũtur. Vigilanti ſtudio contemplatur Dei electus, quomodo ex doctrina, arrogantia, ex iuſtitia, crudelitas, ex pietate, remiſsio, ex zelo ira, ex manſuetu E dine torpor oriatur. Cúmq; bona hæc agit, quot hic contra ſe hoſtes per hæc exurgere valeant, conſpicit. Nam cum adipiſcendis doctrinæ ſtudiis elaborat, mentem ſollicite contra certamen arrogantiæ præparat. Cùm culpas delinquentium iuſte vlciſci deſiderat, ſagaciſsime conſiderat, ne modum iuſtitiæ crudelitas vindictæ tranſcẽdat. Cúmque frenare pietate ſe nititur, ſolerter proſpicit, ne qua diſciplinæ diſſolutione vincatur. Cum ſe recti zeli ſtimulis excitat, ſummopere prouidet, ne plus quàm neceſſe eſt, iræ flamma ſe F ſuccendat. Cum magna manſuetudinis tranquillitate ſe temperat, vigilanter obſeruat, ne torpore frigeſcat. Quia ergo ſpiritalis militis cogitatione omne vitium priuſquam ſubrepere poſsit aſpicitur, rectè de equo Dei dicitur. Procul odoratur bellũ. Perpendit etiam, quę turba iniquitatũ proruat, ſi mala ad ſe ingredi, vel pauca permittat, vnde ſequitur. Exhortationem ducum & vlulatum exercitus. Tentantia quippe vitia, quæ inuiſibili

Bellum procul odorari quid ſit. li. 31. c. 30.

Ex bonis mala oriuntur.

A.C.600. uiſibili contra nos prælio regnanti ſuper ſe ſuperbiæ militant, alia more ducum præeunt, alia ſubſequuntur more exercitus. Neque enim culpæ omnes pari acceſſu cor occupant: ſed dũ maiores & paucæ neglectam mentem præueniunt, minores & innumeræ ad illa ſe cateruatim fundunt. A

Superbia vitiorum regina. Ipſa namque vitiorum regina ſuperbia, cum deuictum cor ceperit, mox illum ſeptem principalibus vitijs, quaſi quibuſdam ſuis ducibus deuaſtandum tradit. Quos videlicet duces exercitus ſequitur, quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius oſtendimus: ſi ipſos duces atque exercitum ſpecialiter enumerando proferamus. B Radix quippe cũcti mali ſuperbia eſt, ſcriptura teſtante. Eccle.10. Initium omnis peccati ſuperbia. Primæ autem eius ſoboles ſeptem nimirum principalia vitia de hac virulenta radice proferuntur, ſcilicet inanis gloria, Rami ſuperbiæ. inuidia, ira, triſtitia, id eſt, accidia, auaritia ventris ingluuies, & luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiæ vitiis nos captos doluit, idcirco redemptor noſter ad ſpirituale liberationis prælium ſpiritu ſeptiformis gratiæ plenus venit.

Soboles inanis gloriæ. Sed habent hæc contra nos exercitum ſuum. C Nam de inani gloria, inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentiones, pertinaciæ, diſcordiæ, & præſumptio nouitatum, oriuntur.

Item inuidiæ & iræ. De inuidia, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio in proſperis, naſcitur. De ira, tumor mentis, rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur.

Item accidiæ & aliorũ capitalium vitiorum. De triſtitia ſiue accidia, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, euagatio mentis circa illicita, naſcitur. De auaritia, proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obdurationes D cordis oriuntur.

De ventris ingluuie ſeu gula, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam propagatur.

De luxuria vero, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror vel deſperatio futuri, generantur.

Quia ergo ſeptem principalia vitia tantam de ſe vitiorum multitudinem proferunt, cum ad cor veniunt, quaſi ſubſequentis exercitus cateruas trahunt. E Ex quibus videlicet ſeptem duo carnalia, quinque ſpiritualia ſunt.

Vitia ex ſeſe mutuo generantur. Sed vnumquodque eorum tanta ſibi cognatione iungitur, vt non niſi vnum de altero proferatur. Prima namque ſuperbię ſoboles, inanis gloria eſt, quæ dum oppreſſam mentem corruperit, mox inuidiam gignit, quia nimirum dum vani nominis potentiam apperit, ne quis hanc alius adipiſci valeat, tabeſcit. Inuidia quoque iram generat, quia quanto interno liuoris vulnere animus ſauciatur, tanto etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur. Et quia quaſi dolens membrum tangitur, idcirco oppoſitæ actionis manus velut F grauius preſſa ſentitur. Ex ira quoque triſtitia naſcitur, quia turbata mens, quo ſe inordinate concutit, eo addicendo confundit, & cum dulcedinẽ tranquillitatis amiſerit, nihil hanc niſi ex perturbatione ſubſequens mœror paſcit. Triſtitia quoque ad auaritiam deriuatur, quia dum confuſum cor bonum lætitiæ in ſemetipſo intus amiſerit, A vnde conſolari debeat foris quærit. A.C.600. Et tanto magis exteriora bona adipiſci deſiderat, quanto gaudium non habet, ad quod intrinſecus recurrat.

Poſt hęc vero duo carnalia vitia id eſt, ventris ingluuies & luxuria ſuperſunt. Sed cunctis liquet, quia de ventris ingluuie luxuria naſcitur, dum etiam iu ipſa diſtributione mẽbrorum ventri genitalia ſubnixa eſſe videantur. Vnde dum vnum inordinate reficitur, aliud proculdubio ad contumeliam excitatur.

Bene autem duces exhortari dicti ſunt, exercitus vlulare, quia prima vitia deceptæ menti ſub B quadam ratione ſe inſerunt, ſed innumera, quæ ſequuntur, dum hanc ad rationem inſaniam pertrahunt, quaſi beſtiali clamore confundunt. Quid ſit duces exhortari & exercitum vlulare, cap.32. Inanis namque gloria deuictum cor quaſi ex ratione ſolet hortari, cum dicit, [Debes maiora appetere, vt quo poteſtate valueris multos excedere, eo etiam valeas multis prodeſſe. Inuidia quoque deuictum cor, quaſi ex ratione ſolet hortari cum dicit,] In quo illo vel illo minor es? Cur eis ergo vel æqualis vel ſuperior non es? Quanta vales, quæ ipſi non valent? Non ergo tibi aut ſuperiores eſſe [aut etiam æquales] debent. C Ira etiam deuictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cum dicit. Quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri nõ poſſunt, immo hæc tolerare patienter peccatum eſt. Et ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur. Triſtitia quoque deuictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cum ait. Quo habes vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi ſunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur. Auaritia quoque deuictum animum ex ratione ſolet hortari, cum dicit. Valde ſine culpa eſt, D quod quædam habenda concupiſcis, qui nõ multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis: & quod alius male retinet, tuipſe melius expendis. Ventris ingluuies, quaſi ex ratione ſolet hortari, cum dicit. Ad eſum Deus mundo omnia condidit, & qui ſatiari cibo reſpuit, quid aliud quàm muneri conceſſo contradicit? Luxuria quoque deuictum cor quaſi ex ratione ſolet hortari, cùm ait: Cur te in voluptate tua non dilatas, cùm quid te ſequatur ignoras? Acceptum tempus in deſideriis perdere non debes, quia quàm citò pertranſeat, ignoras. Si enim miſceri hominem in voluptate Deus E non vellet, in ipſo exordio humani generis maſculum & fœminam non feciſſet. Hæc eſt igitur ducum exhortatio, quę dum incautè ad ſecretum cordis admittitur, familiarius iniqua perſuadet.

Quem videlicet exercitus vlulatus ſequitur, quia infœlix anima, ſemel vitiis principalibus capta, dum multiplicatis iniquitatibus in inſaniam vertitur, ferali iam vaſtatur immanitate. Sed miles Dei, quia ſolerter præuidere vitiorum certamina nititur, bellum procul odoratur. Exhortationem ducum nares agitatæ deprehendunt, & quia longè præſciendo ſubſequentium iniqui- F tatum confuſionem conſpicit, quaſi vlulatum exercitus odorando cognoſcit. Igitur, quia vel prædicatorem Dei, vel quemlibet ſpiritalis certaminis militem deſcriptum equi narratione cognouimus, nunc eundem iterum in auis ſignificatione videamus, vt qui per equum didicimus eius fortitudinem, etiam per auem diſcamus eius contemplationem, quantum ſcilicet per contemplationem

A.C.600 tionem volat. vnde ſequitur. Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandés alas ſuas ad auſtrum? In auſtro accipitrem plumeſcere, eſt vnumquemque ſanctorū tactu Spiritusſancti concaleſcere. De ſingulis tamen horum vitiorum habes diffusè in ſecunda parte per totum.

Iob 39.

Obitus S. Gregorij colitur 12. Martij.

§. XXX.

Fames D. Gregorij obitū ſecuta, & calūniæ in eum. Diacon. lib. 4. c. 69.

POſtquam igitur Gregorius ſedit in cathedra Petri annis 13. menſibus 6. diebus 10. plenus operibus bunis [a] quieuit in pace anno domini quingenteſimo ſexto, imperij autem Phocæ anno 2. Poſt cuius mortem, cum fames valida ſequeretur, quidam inuidi Gregorio cœperunt detrahere, aſſerentes, quòd totum theſaurum Eccleſiæ tanquam vir prodigus conſumpſiſſet. Vnde ob huius vindictam ad comburendum libros eius cæterorum animos inclinauerunt: quorum dum quoſdam iam combuſsiſſent, & cæteros cóburere vellent. Petrus diaconus familiaris eius, cum quo quatuor dialogorum libros diſputauerat, traditur vehementiſsime reſtitiſſe, aſſerens hæc ad eius delendam memoriam non valere, cum in diuerſis mundi partibus exemplaria tenerentur, adiungens immane ſacrilegium eſſe tanti patris tot & tales libros cumburere, ſuper cuius caput ipſe Spiritum ſanctum in ſimilitudine columbæ frequentiſsime proſpexiſſet. Tandem in hanc eos ſententiam adduxit, vt ſi, quod dixerat iureiurando confirmans, mori continuo meruiſſet, ipſi à librorum exuſtione deſiſterent. Si vero mori non meruiſſet, ſed ſuperſtes ſui teſtimonij extitiſſet, ipſe quoque combuſtoribus manus daret. Itaque cum apparatu diaconi euangeliorum librum baiulans venerabilis leuita Petrus adueniens, mox vt tactis ſacroſanctis euangeliis, Gregorij ſanctitati teſtimonium perhibuit, à dolore mortis extraneus, ſpiritum inter verba veræ confeſsionis efflauit.

Petri diacon. mors admirabilis.

Eodem tempore, ſed dum viueret Gregorius, fuit quidam eremita vir magnæ virtutis, qui omnia propter Deum reliquerat, & nil præter vnā cattam poſsidebat. Quam blandiens crebro quaſi cohabitatricem in ſuis gremiis refouebat. Orauit igitur ad dominum, vt ſibi oſtenderet, cum quo futuræ remunerationis manſionem ſperare debuiſſet, qui illius amore nil ex ſæculi diuitiis poſsideret. Quadam igitur nocte ſibi reuelatur, vt cum Gregorio Romano pontifice manſionem ſibi ſperare deberet. At ille fortiter ingemiſcens, parum ſibi voluntariam paupertatem profuiſſe putabat, ſi cum eo remunerationem reciperet, qui tantis mundialibus diuitiis redundaret. Cum ergo Gregorij diuitias ſuæ paupertati die noctúque ſuſpirando conferret, vna nocte audiuit dominū dicen

De quodā bono eremita. ex Diac. li. 2. c. 60.

a Obijt eximius doctor & pontifex vere maximus Gregorius primus, de Eccleſia Dei optime meritus 4. Non. Mar. an. 604. ſepultus in porticu ante Baſilicam S. Petri prope ſecretarium hodie S. Mariæ de Febre vocatum, cum hoc epitaphio, quod habet Beda lib. 2. hiſt. Anglic. cap. 1. Diaco. lib. 4. cap. 68. & Onuph. in Plat.

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum.
Reddere quod valeas viuificante Deo.
Spiritus alta petit, leti nil iura nocebunt
Cui vitæ alterius mors magis illa via eſt.
Pontificis ſummi hoc clauduntur mēbra ſepulchro.
Qui innumeris ſemper viuit vbique bonis.
Eſuriem dapibus ſuperauit, frigora veſte,
Atque animas monitis rexit ab hoſte ſacris.
Implebatq́; actu quicquid ſermone docebat,
Eſſet vt exemplum myſtica verba loquens.
Anglos ad Chriſtum conuertit mente benigna.
Sic fidei acquirens agmina gente noua.
Hic labor, hoc ſtudium, hac tibi cura, hoc paſtor agebas,
Vt Domino offerres plurima lucra gregi.
Hiſq́; Dei conſul factus lætare triumphis,
Nam mercedem operum iam ſine fine tenes.

Porro Caluinus inſtitut. lib. 4. cap. 17 §. 49. vltimū Romanum Pontificem D. Gregorium fuiſſe tradit. Funccius tamen Sabinianum adiungit. Sed non vident hi miſeri homines, hanc ipſorum ſententiam Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ fidem ſtabilire & confirmare, ipſorum vero perfidiam omnino cōuellere. Nam quid Romana hodie docet Eccleſia, quod non à D. Gregorio eiuſq́; maioribus fuerit antea traditum? Vel hæc ipſa ſola quæ ex D. Gregorio in hoc capite collegit D. Anton. quæq́; poſtea cap. 9. ex dialogis referentur teſtantur plane Eccleſiam Romanam à fide D. Gregorij nulla in re degeneraſſe. Quæ enim de ſacramentis, de Miſſæ ſacrificio, de imaginibus ſacris, de precibus ſanctorum, de mortuorum ſuffragiis & de cæteris Catholicæ religionis capitibus nos Catholici credimus & aſſerimus, eadem plane D. Gregoriū & crediſiſſe & tradidiſſe ipſius ſcripta proclamant. Cum vero noſtra aſtruit, aduerſariorum noſtrorum dogmata plane deſtruit. Quod ſi Eccleſia Romana poſt Gregorij tempus, aut etiam antea fidem mutauit, atque ab antiqua & vera Dei Eccleſia defecit, oſtendant nobis Proteſtantes ducem huius mutationis aut defectionis, ſi non vnum quempiam nominatim, at certe congregatione aliquam certi nominis & qualitatis oſtendant dogmata, in quibus à reliquis fidelibus tum primum diſſenſerunt: oſtendant ſi non mēſem aut annum, certe aut olympiadem aut luſtrum, in quo hæc mutatio ſit facta. Oſtendant quiſnam ſe illis ſchiſmaticis pro Eccleſia Catholica oppoſuerit, quæ diſputatio, collatio, ſynodus congregata ſit contra illos, vbi vixerint ſchiſmatici, vbi reliqui Catholici egerint, in quas iterum ſectas dicti ſchiſmatici Romani per tot ſæcula diſceſſerint, vbi remanſit illa multitudo vnitatis, à qua omnes hæretici exeunt. Oſtendant, quòd perdita Eccleſia Romana non dormitauerit, ſed quòd ita ſit depreſſa, confuſa, & euerſa, propter ſectas & hæreſes, quemadmodum Alexandrina, Antiochena aut Conſtantinopolitana Eccleſia, vel potius oſtendant, ſic non eſſe amplius in orbe Romanos, quemadmodum non ſunt iamdiu Manichæi, Ariani, aut Monothelitæ. Poſtremo deſignent ex tot Baſilicis aut ſacris ædibus, quot per vniuerſum orbem Chriſtiani prius habebant, vel vnam aliquā, in qua illi fideles Deum coluerint, qui iam inde a Gregorij tempore Eccleſiam Romanam, & alios epiſcopos in communione Romanæ Eccleſiæ manentes aut hæreſis, aut ſchiſmatis aut alicuius erroris accuſarunt. Hæc enim omnia in omni mutatione fidei & in omni defectione ab antiqua & Catholica Eccleſia ſolent interuenire, vt oſtendit Sand. lib. 8. de viſib. mon. cap. 51. ex quo magna ex parte hæc excerpſimus.

Gregorius non fuit vltimus pontifex Roman⁹ cōtra Caluinum.

A.C.600.

A.C. 603. *Diuitem non opes ſed cupiditas facit.*

dicentem. Cum diuitem non poſſeſsio diuitiarum faciat, ſed cupido, quomodo audes paupertatem tuam Gregorij diuitiis comparare, qui magis illam cattam, quam babes, quotidie palpando diligere comprobaris, quàm ille tantas diuitias, quas non amando ſed contemnendo cunctiſque liberaliter largiendo diſpergit? Itaq; ſolitarius increpatus Deo gratias retulit, & qui meritum ſuũ decreuiſſe putauerat, ſi Gregorio æquaretur, orare cœpit, vt cum eo manſionem percipere mereretur.

Miratus eſt iſte eremita, quod Gregorius papa ei æquaretur in gloria. Ego autem vt puſillus ingenio, vehementer ſtuperem, quod eremita idiota & ſimplex, quieti ſuæ ſolum vacans, non doctrinæ proximorum æquaretur Gregorio in gloria, qui ſummo pontificatu fungens in tanta humilitate fuit, vt pene nullus humilior, tanta liberalitate profuſus in tantis diuitiis, vt nullius inopis obliuiſceretur, tanta deuotione fulgens, vt officium & cantum eccleſiaſticum ordinaret, tanta doctrina repletus cum miraculis, vt tot libros & tam vtiles componeret, tantis aduerſitatibus Longobardorum & imperatorum laceſsitus, tot corporis continuis quaſi doloribus vexatus, patientiſsime omnia ſufferret: niſi mente tenerem, quia ſpirituum ponderator eſt dominus, qui ſua munera, vt vult diuidit, dat cui vult, & quantũ vult, ſine cuiuſquam acceptione perſonæ.

Enchomia D. Gregorij — Prou. 16. 1. Cor. 12.

Nec enim pro qualitate nobilitatis, nec quantitate dignitatis, aut ſcientię vel doctrinæ & fructificationis in populo, vel labore corporis, præmij magnitudinem eſſentialis reddit, ſed ſecundum amplitudinem caritatis. Et cum eodem gradu caritatis vnus infimæ conditionis & modicæ ſcientiæ pauca ad extra operatur, alter verò in magna dignitate etiam eccleſiaſtica, plurima agit proximis vtiliſsima, & cum conuerſione multorum ſua doctrina & miraculis ſecũdum regulam diuinæ iuſtitiæ æquali præmio eſſentiali ambo perfruantur. Nec ab hac ſententia doctorum diſſonat, quod ait apoſtolus ad Corinth. quia vnuſquiſque ſecundum ſuum laborem mercedem accipiet, hoc enim eſt verum, quantum ad prȩmium accidentale, vt qui plus laborauerit & fructificauerit, plus præmij accidentalis percipiet.

Eſſentiale prȩmiũ Deus dat pro magnitudine caritatis. — 1. Cor. 3.

Iuſtinus pop. Rom. in oriente 17. imperator, imper. an. 9 di. 28. de quo Theodorus lector Euang. lib. 3. hiſt. Eccleſ. Zon. Marcel. Paulus Diac. lib. 15. Rer. Rom. ex quo hæc maxime ſumpta ſunt.

CAP. IIII.

QVia [verba iam fecimus] de ſummis pontificibus, qui fuerunt à tempore Ioannis primi, vſque ad D. Gregorium, de quo diffuſe dictum eſt, & de dictis eius, ad imperatores, qui fuerunt illis temporibus ſtylum reuertendo [tranſeamus.] Sciendum, quod Anaſtaſio imperatori, de quo in præcedenti titulo actum eſt, ſucceſsit Iuſtinus maior Chriſtianiſsimus imperator, qui imperauit annis nouem. Cœpit autem imperare anno domini 518. Ab initio vero mundi 5718. Secundum aliam cõputationem 4486. Hic Iuſtinus, vt deuotiſsimus, legatos ad eum deſtinatos ab Hormiſda papa honorifice ſuſcepit, & epiſcopos exilio traditos ab Anaſtaſio hæretico liberauit. Multa vaſa aurea & argẽtea Romam ad eccleſiam beati Petri mittens largitus eſt. Omni ſtudio hæreticorum nomina extinguere curauit, & eccleſias Arianis auferri. Quod nimis ægreferens Theodericus rex Italiæ, quia Arianus, miſit Ioannem papam ad Iuſtinum imperatorem, vt proteſtaretur ei, ſi non reſtitueret in oriente eccleſias Arianis, totam Italiam igne & gladio exponendam ab eo. Qui cõpatiens deſolationi Italię accedens Conſtantinopolim obtinuit Ioannes papa, quod petiuit à Iuſtino, vt ſupra dictum eſt. Hic autem Iuſtinus, poſtquam contra Parthos feliciter dimicauit, & cum rege eorum fœdus firmiſsimum ſtabiliuit, admodum ſenex & deficiens, Iuſtinianum ſuum ex ſorore nepotem deſignauit ſucceſſorem, & deceſsit.

A.C. 603. — *Cæs. Iuſt. ...* *Mors Iuſtini imperatoris.*

Iuſtinianus pop. Rom. in oriente 18. imperator, imper. an. 38 men. 3 di. 13.

§. I.

IVſtinianus igitur Iuſtino ſucceſsit in imperio, anno domini 528. qui ad reipublicæ reparationem, Belliſarium patricium primum contra Perſas miſit, qui in terminos Romanorum exierant. Qui Belliſarius prælio Perſas proſtrauit, terminos Romanorum ſibi vendicantes, & Conſtantinopolim rediens iubente Iuſtiniano triumphauit. Imperauit autem Iuſtinianus annis 39. Interea Longobardi Pannoniam ingreſsi, eam prouinçiam inhabitarunt annis viginti quatuor.

A.C. 527. — *Belliſar. cõtra Perſas bellũ gerit.* Di. li. 16. Niceph. lib. 17. cap.

Et notandum, quòd hic Iuſtinianus ſparſas multis voluminibus antiquas Romanorum leges temporibus illis collegit, multaſque nouas inſtituit. Dicebantur autem digeſta vel pandectæ. Et dicuntur digeſta, id eſt, diſpoſita diligenter, diſcuſſa & ordinata. Pãdectæ autem dicuntur, quod eſt nomen Græcum, quaſi omnia ſuſcipientes. Et vt dicitur ab Archidiacono, per modernos ſcribitur abbreuiate, cum allegatur per duplex ff. quod ex vitio ſcriptorum introductum eſt, quia debet eſſe duplex ſſ. cum titulo interciſo in ipſis literis, ſic ſſ. [a] Et exponebatur ſanctio ſancta, id eſt firma conſtitutio. Sed ille titulus eſt taliter mutatus, quod formatur per literam f. & ſic ſignatur digeſtis ff. Iuſtinianus igitur cum videret ſparſas leges in multis libris plurimorum legiſperitorum, maxime Iuliani, Scæuolæ, Papiniani, Pomponij, Caij, Modeſtini, Pauli, Vlpiani, reduxit, & reduci fecit, reſecatis ſuperfluis in libros quinquaginta, quorum quinquaginta librorum digeſtorum ſeu pandectarum vnum volumen exiſtens, ſic hodie per iuriſperitos eſt diuiſum in tria volumina, ſcilicet digeſtum vetus, infortiatum, & digeſtum nouum. Et primum volumen viginti quatuor libros cum dimidio continet: ſecundum volumen continet quatuordecim libros, & dicitur infortiatum, tertium continet duodecim libros, & dicitur digeſtum nouum, cuius vl-

Iuſtinianus iura ciuilia cõſarcinatos, ... 17. — *Cur ſcripta per duo ff. ...tentur.* — *Digeſtorũ in tria volumina diuiſio.*

a Adde aliam rationem quare libri Digeſtorum ſcribantur per duo ff. quam ponit Alciatus in lib. diſpunct. Nam Græci Pandectas per P. cum accentu circumflexo notabant hoc modo ſſ quod poſteriores per ignorantiam Græcarum literarum putantes eſſe duplex ff. hoc ſigno abuſi ſunt.

A.C.527. tima rubrica eſt de regulis iuris.

Codex Iuſtiniani.

Reſecari [a] quoque fecit Iuſtinianus volumen, quod dicitur Codex compilatus per Theodoſiũ iuniorem, in quo continentur leges multorum imperatorum, quorum nomina in principio legũ ponuntur, & diſtinguuntur in nouem libros. Volumen etiam appellatur, quod in ſe continet quatuor opera, ſcilicet tres libros codicis vltra ſupradictos nouem, & volumen inſtitutionum Iuſtiniani diuiſum in quatuor libros, & volumen authenticorum Iuſtiniani, quæ ſunt ipſius nouem deciſiones, & volumen vſus feudorum, quod non eſt Iuſtiniani, ſed alterius imperatoris, in quo ſunt ſcriptæ conſuetudines feudorum.

Bellũ Vandalicum.

Præterea [b] Iuſtinianus Imperator anno Domini 533. Belliſarium ſtrenuiſsimum ducem in Aphricam mittit recuperandam, quam multis labentibus annis Vandali primo pagani, exinde Ariani effecti poſſederant, vt in præcedentibus habitum eſt. Qui illuc perueniens cum magno exercitu, Vandalos Deo fauente confeſtim ſuperauit, & totam Aphricam ad antiquum reipublicæ corpus ſub Romano imperio reuocauit. Rex quidem Vandalorum Giliſmer cum impetum Belliſarij ferre non poſſet, ad Mauruſios fugit, ſed eum illuc Belliſarius inſecutus comprehendit, atque argentea vinctum catena ſecum adduxit. Deóque Conſtantinopoli triumphauit. Illóque tempore in Italia clarebat beatus Benedictus pater monachorum in occidente, ſed de hoc infra in alio loco.

Aphrica poteſta Romano re... de...

De bello Gothico, de ... loco, ... & circum... ... Aꝛ... quo ... de... ... ta ...

Poſt hæc [c] Iuſtinianus imperator cum iampridem animum ad liberandam Italiam firmaſſet, idoneum tempus nactus poſt victoriam contra Vandalos per Belliſarium habitam, mittit oratores ad Theodahatum, qui ſibi vſurpauerat regnũ Italiæ, procurata morte prius Amalaſunthæ reginæ filiæ Theoderici regis Italiæ, quæ dictum Theodahatum adſciuerat in ſocium & cõſortem regni. Petitque Iuſtinianus per oratores ſuos reſtitui ſibi Italiam & Siciliam, offerens in huius rei recompenſationem alias dignitates. Quod ſi non faceret, bellum vt expectaret indixit. Ea autem cum Theodahatus detrectare videretur, non vltra cunctandum Iuſtinianus ratus, Belliſarium in Siciliam tranſire iuſsit cum exercitu, in apparatu tamen faciendo non in Siciliam, ſed Aphricam miſſurum ſe claſſem ſimulabat.

A.C.527.

Belliſarius aduerſum Gothos in Italiã mittitur.

Belliſarius igitur parata claſſe, impoſitíſque militibus in Siciliam nauigauit. Habebátque pedirum copias ſatis magnas, & inſuper equites eadem claſſe portabantur. Cum ergo Carthaginem ſe petere ſimularet, in Siciliam profectus eſt, & quaſi reficiendi ſui cauſa in illis locis deſcendit. Sumptóque exinde idoneo tempore Catinam vrbem repente adortus recepit. Inde mox copias oſtentans, ac propoſitum aperiens, multos poſt dies Syracuſas dedentibus ſe ciuibus occupauit. Poſt hæc mirabilis fuit victoriæ curſus, dedentibus ſe vltro ciuitatibus atque vocantibus. Cauſa vero huius erat Siculorum in Gothos odium, & imperij Romani authoritas, ac Belliſarij præſentia. Qui cum ab Vandalis Aphricam liberaſſet, idem facturus de Gothis per Siciliam & Italiam ſperabatur.

Sed & Gothi nullos per Siciliam apparatus fecerant, nec ibi futurum bellum eſſe putabant. Itaque quicunque erant in Sicilia Gothi, ſubita Belliſarij inuaſione attoniti, de fuga magis, quàm de reſiſtentia cogitabant. Panormus ſola, quoniam in ea vrbe validum erat Gothorum præſidium, obſidionem expectauit & pertulit. Quæ cũ à terra munitiſsima eſſet, claſſe in portum delata, mari tãdem expugnata eſt. Portus enim vſque ad mœnia patebat, animaduerſumque erat à Belliſario quibuſdam in locis malorum nauium altitudinem celſius attoli quàm mœnia. Quare ſagittarij per malos diſpoſiti ſubiectos hoſtes ſagittis & telis vndique ferientes, mœnia defenſoribus nudauerunt, aliíque ſubeuntes abſque vllo metu muros ſcãdebant: quo periculo adducti hoſtes ſe ac vrbem dedidere. Hæc fuit vltima ciuitatum Siciliæ quæ in poteſtatem Belliſarij deuenit. Hac igitur ciuitate recepta, reuerſus Belliſarius Syracuſis ludos magnificos edidit, & numiſma in multitudinem diſperſit.

Bellum in Dalmatia geſtum, idem.

Inſuper Iuſtinianus imperator, per idem tempus dum in Sicilia per hunc modum res proceſſerant, Mundum quendam ſcilicet ducem, cum aliis copiis Dalmatiam inuadere mandauit, vt hincinde percuſsi Gothi, facilius opprimerentur. Mundus igitur Dalmatiam ingreſſus cum exercitu Salonas occupauit, bellóque & tumultu partes illas inuoluit. Gothi vero contractis magnis copiis ad vrbem Salonas currunt. Cúmque in propinquo eſſent, & bellum hincinde gereretur, pugna tandem committitur nõ ex preparato, ſed præter expectationem vtriuſque exercitus. Cauſa pugnandi in hunc modum fuit: [Mauricius erat Mundi ducis filius adoleſcens egregius: is partem equitatus habens ſpeculatum ierat Gothorũ caſtra, huic fortuna quadam hoſtium equitatus obuiam fuit.] Cúmque ſeſe mutuò conſpexiſſent, nulla fuit mora, quin prælium committeretur. Pugnatum eſt aliquandiu ita vehementer, vt enixius fieri nil poſſet. Præſtantéſque Gothorũ permulti ceciderunt in eo prælio, & tandem ipſe Mauritius occubuit. Senſerant vtraque caſtra prælium committi, & vtrique ſuis ferre opem properabant.

Mundus Iuſtiniani dux à Gothis interficitur.

In via dum eſſet Mundus, filij interitum cognouit: tunc homo natura vehemens & bellicoſus, inſuper dolore filij incenſus quaſi rabie quadam in hoſtes defertur. Aduenerant inter hæc omnes copiæ Gothorum, ac totis viribus hincinde

a Extribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano, & Theodoſij iunioris, aliorumq́; poſt eum retro principum conſtitutionibus ipſo Iuſtinianus nouum codicem collegit, quem à ſuo nomine Iuſtinianeum vocari voluit. Iuſtinia. in proœmio, de nouo codice faciendo.

b De hoc bello fit mentio Cod. de offic. præf. præt. Aphricæ lib. 1. ſed fuſius Procop. & Diac. lib. 16. Zon. tom. 3. Niceph. lib. 17. cap. 12. Blond. lib. 3. dec. 1. Naucl. gen. 18.

c A.C. 534. ſeminaria belli Gothici iacta fuerũt, ex indigna reginæ Amalaſunthæ cæde, quod ann. 535. cœptum per annos decem & octo continuos perdurauit. Hoc autem bellum ducibus Belliſario & Narſe adminiſtratum, maximum, anceps, periculoſum cum duobus potentiſsimis regibus Vitige & Totila geſtum, & poſtremo Italiæ pernicioſiſsimum fuit. Illud ſcribunt Diac. lib. 16. & Zon. tom. 3. Niceph. lib. 17. cap. 13. Blond. lib. 4. 5. 6. & 7. decad. 1. & Naucl. gen. 18. & 19. & alij.

A.C.535.

pugnabatur. Pugna fuit cruentiſſima & aſperrima. Tandem fracti Gothi magna ſuorum cæde in fugam vertuntur. Sed Mundus dum inſaciabiliter Gothos cædit, ac profligatos longius ira ac dolore amiſsi filij inſequitur, ipſe ſua victoria occiditur à fugientibus hoſtibus. Et ita vindicta filij ſupra modum exercitata, interitum inſuper patris cumulauit. Poſt hoc prælium vtrique exercitus receſſere. Nam & Gothi profligati in iis locis coonſiſtere auſi non ſunt, & Iuſtiniani milites ob mortem ducis coterriti relictis Salonis retro abierunt.

Poſt mortem Mundi ducis, ac receſſum exercitus, Gothi per Dalmatiam plus poſſe cœperunt. Agrippa quippe vnus ex proceribus Gothorum refecto exercitu Salonas vrbem, & quod prius ceperat Mundus, per ea loca recuperauit. Multóque ſuperior res Gothorum per eas partes videbatur, Theodahatóque regi ex his animus creuit, erat enim & ipſe ex gente Gothorum.

Conſtantinianus dux belli in Dalmatia deſignatur, ibidem.

§. II.

IVſtinianus vero cum audiſſet, quæ in bello Dalmatico geſta erant, Conſtantianum quendam ex aulicis ſuis bello Dalmatico præfecit, & ſimul ad Belliſarium ſcripſit, ne cunctaretur in Italiam tranſire. Cóſtantianus igitur refecto exercitu, claſſéque affatim ſtructa, cum aliquod tempus in iis conficiendis Dyrrachij commoratus eſſet, tandem inde mouet & Epidaurum [nauigauit.] Erāt Epidauri exploratores quidā ab Agrippa ſubmiſsi, qui cum viderent Conſtantiani claſſem iuxta littus nauigantem, multitudinem nauium ac ſtructuram egregiam, confeſtim ad Agrippam reuerſi rem per ſe magnam magnificētius extulerunt. Quibus auditis Agrippa incertus conſilij eſſe cœpit. Nam & pugna decernere aduerſus tātas vires perniciofum, & temerarium arbitrabatur, & includere ſe Salonis non ſatis confidebat, ciuibus ſuſpectis, & mœnibus eius oppidi quibuſdam locis vetuſtate collapſis, mari etiam præualentibus hoſtibus, cito ſe ad inopiam commeatus redigi poſſe formidabat. His curis anxius conſilium capit. Salonas egreditur cum copiis ſuis, & aliquantum profectus caſtra idoneo loco muniuit. Inter hæc Conſtantianus cum tota claſſe Lyſinam peruenit. Ibi cùm ea, quæ facta erant cognouiſſet, ad proximum littus nauigauit. Demum exercitum omnem Salonis admouit, & nullo negotio vrbem recepit. Id cum Agrippa intellexiſſet, paucis diebus circa ea loca moratus abire conſtituit, atque ita Rauennam mari delatus Dalmatiam & Liburniam penitus dereliquit, quæ ſtatim nullo repugnante in Conſtantiniani manus deuenerunt.

Salonę recipiūtur.

Belliſarius autem litteris Iuſtiniani acceptis, cum ſibi in Italiam tranſeundum eſſet, militum præſidio Syracuſis & Panormi relicto, inde in Italiam cum exercitu tranſiens, caſtra prope Neapolim conſtitit, quæ vrbs magno & valido Gothorum præſidio tenebatur. Et tandem per aquęductum mittens nocte multos milites, [ſcalas permultas iampridem comparauerat, quibus mœnia aggrederetur. Milites autem per aquæductum longam & cœcam viam euntes, intrantes ciuita-

Neapolis à Belliſario capta.

A tem ad mœnia profecti torres duas occiſis cuſtodibus occupauerunt, atque inde tuba canere ac muros aſcendere cœperunt, Belliſariuſque cōfeſtim ad ea loca profectus ſcalas mœnibus admouit, ac milites conſcendere iuſsit. Alia verò pars exercitus portam vrbis ad orientem verſam incenderat, ac perrumpere in vrbem feſtinabat. Inter hæc dies apparuit, portáque à militibus refracta ingreſſum exercitui præbuit, ſimúlque per portam ad orientem verſam, quam incenſam à militibus diximus penetratum.] Cædes & rapinę vbique factæ. Belliſarius tamen capta Neapoli

A.C.535.

B humaniſsime victoria vſus eſt. Nullū enim Neapolitanorum, poſt arma depoſita interfici aut capi permiſit. Mulieres ab omni libidine integras reſeruatas, maritis parentibúſque reſtituit.

Gothi verò, qui Romæ, & circa ea loca degebant, auditis iis, quæ Neapoli facta ſunt, in ſuſpicione & metu plurimo conſtituti erant. Nec dubitabant Belliſarium cum victore exercitu ad ſe eſſe venturum, ac per hoc ſeipſos cohortantes, cæteróſque gentis ſuæ bellatores euocantes, inter Narniam & Terraciniam caſtra fecerunt. Ibíque cùm ſimul eſſent Gothorum copiæ, multa de

C ſuperiori malignitate Theodahati, multaque de præſenti ſegnitie conqueſti, demum ſeditione in exercitu facta, Vitigem ſibi regem creauerunt. Erat autem Vitiges nō ex regio genere ortûs, ſed magnus bello vir quondam habitus, eaque virtute nomen ſibi & authoritatem plurimam compararat. Theodahatus verò rex ſimul iſta perſentiens, arrepta fuga Rauennam ire parabat. Sed miſsi ſtatim poſt eum à Vitige nouo rege ſatellites, per viam aſſecuti eum interfecerunt.

Vitiges rex Gothorum creatur.

Poſt hæc Vitiges ad vrbem proficiſcitur, ac Romanos cohortatur, ne nouas res moliantur:

D cogens eos iuramento ſibi fidem ſeruare. Quod ſi non fecerint, neminem de ſua rebellione poſſe gloriari. Et quoniam nouum erat eius regnum, ex ſenatu populóq; Romano multos elegit, quos loco obſidum habere conſtituit. Vrbi autem Romanæ quendam ex proceribus ſuis Luderim pręfecit, eíſque delectorum militum quatuor millia reliquit, quibus Romam cuſtodiret. Ipſe verò cū reliquo exercitu Rauennam petere contendit, quo regnum magis ſtabiliret. Eò cum perueniſſet, Amalaſunthę filiam Theoderici neptem, quæ à Theodahato captiua tenebatur, in matrimoniū

Theodahati regis Gothorū mors. A.C.536.

E ſibi iunxit, vt regio ſanguine dominationem honeſtaret. Gothorum autem copias vndecunque vocare, paratéque non deſtitit, armaque & equos inter ſuos partiri cæteràque, quæ ad bellum pertinent, prouidere.

Cûmque Vitiges rex Gothorum magnam Gothorum multitudinem circa Padum & Ticinum commorari ſciret, ac cæteram dictæ gentis partem per Galliam Ciſalpinam eſſe, eam ad ſe contrahere feſtinauit.

Sed ad hanc contrahendam gentis Francorum

F ſibi eſt obiecta formido. Franci enim tempore illo vſque ad Alpes dominium ſuum extēderāt. Cis Alpes verò Gothi poſsidebant, nec ſane inter ſe amici: ſed ſuſpecti, magíſque diſcordes habebantur. Et irritatos inſuper Francos à Iuſtiniano imperatore conſtabat, ſuadęnte, vt aduerſus Gothos arma capeſcerent. Ob hanc ſuſpicionem Vitiges ad Francos oratoribus deſtinatis, delere formidinem ab ea parte ſtuduit. Quod tādem

Franc. dominiū vſque ad Alpes.

A.C. 536.

do em obtinuit fœdere cum illis inito, & amicitia contracta.

[Belliſ]ſari⁹ [R]omam [pet]it.

Belliſarius autem refecto ornatóque exercitu Romam petere conſtituit. Itaque relicto Neapoli Herodiano cum præſidio militum, Ciuniſque alio præſidio impoſito, ipſe cum cætero exercitu Romam petiit, factus per quemdam fidelem certus quod populus Romanus exercitui imperatoris, nequaquam portas eſſet clauſurus. Vnde Gothi conterriti, ac populi voluntatem inſpicientes, ſponte ſua omnes abire ſtatuerunt præter Ludetim præfectum, qui pudore ductus perire maluit, quam vrbem fidei ſuæ creditam deſerere.

Belliſari⁹ Roma potitur.

Romani igitur Gothis abeuntibus, ſecuritatem nacti ſunt. Euenitque vt eadem die eadémque hora Gothi porta Flaminia vrbem egrederētur, Belliſarius autem Cælimontana, quæ porta Aſinaria dicitur, Romam intraret. Cum autem Belliſarius maxima cum lætitia populi intra vrbem eſſet receptus, ſenatum ac populum, quæ oportebat allocutus, ſummam poſt hæc diligentiam adhibuit in reparandis mœnibus, ac vrbe munienda: & non ſolùm mœnia procurauit, ſed & propugnacula idoneis locis conſtruxit, & foſſas & aggeres mœnibus adiunxit. Frumenti quoque maximam quantitatem nauibus importandam, & in publicis horreis ſeruandam prouidit. Nec tamen interea ſegnis, ſed per præfectos ſuos Conſtantinum & Beſſam in hoc tempore Narniam, Spoletum, & Peruſiam, dedentibus ſeſe ciuibus ſuſcepit.

Pugnatum eſt etiam non procul ab vrbe Peruſia contra Gothos. Nam Vitiges rex Gothorū ſtatim, vt defectionem Peruſinorum perſenſit, Humilam & Piſſum cum exercitu in Tuſcos miſit, qui cæteras vrbes in fœdere continerent, atque ea, quæ iam defecerant, oppida recuperarēt. Erat autem Peruſiæ Conſtantinus Belliſarij præfectus, copiáſque omnes eo contraxit, præter paucos Spoleti relictos. Cúmque Gothorum copiæ appropinquarent, & ſub ipſis prope mœnibus Peruſiæ eſſent, egreſſus Cōſtantinus acie ſtructa, & ad dimicandum paratus Gothos inuaſit. Committitur ingens prælium, & magnis viribus vtrinque certatur. Et poſt longum certamen, ſuperati ad extremum Gothi in fugam vertuntur. Fit eorum magna cædes. Multi capiuntur. Inter quos Humilas & Piſſus duces copiarum capti fuerūt, & Romam ad Belliſarium miſſi.

[Go]thi [pr]ofligan[t]ur.

Vitiges igitur cum præter defectionem vrbiū hanc cladem accepiſſet, non vltra differendum ratus, cum toto penitus Gothorum robore in bellum deſcendere conſtituit. Itaque Rauenna ſe mouens, Romam exercitum duxit, habens ſecum ducenta millia hominum, plurimóſque inter eos loricatos equites, quos cataphractos vocāt. Cum his omnibus copiis ita Romam petebat, vt nihil magis vereri videretur, quàm ne Belliſarius non expectaret. Quare nec ad Peruſiam, nec ad Spoletum, nec ad Narniam conſtitit, nec bello in his implicari voluit, ſed Romam petere feſtinauit. Belliſarius autem cum tantam belli molem in ſe conuerti ſentiret, Conſtantinum & Beſſam cum iis copiis, quas habebāt, ad ſe propere redire iuſſit. Conſtantinus dicto parens confeſtim ex Tuſcis Romam venit, Beſſas, qui erat Narniæ tardius receſsit, vt etiam cum primis Gothorum excurſoribus implicaretur. Vitiges enim proximum

[Vi]tiges [cont]ra cō[tra] Belli[ſ.] pro[fici]ſcitur.

A Narniæ iter faciebat, quò cum primi antecurſores perueniſſent, egreſſus vrbe Narnia Beſſas eos inuaſit, & agmina quædam eorum in fugam conuertit, multóſque occidit. Sed cum maiori numero premeretur, in vrbem ſeſe Narniam recepit. Moxque inde Romam properans ex viſu denunciauit Gothos adeſſe. Cúmque Gothi Romam appropinquarent, ad Anienem fluuium conſtiterunt. Nam Belliſarius pontem ſuper eo amne ex vtraque ripa turribus caſtriſque munierat, ac militum præſidio cuſtodiri iuſſerat.

A.C. 536.

Beſſas cū Gothis confligit.

Itaque Gothi primo aduentu tranſire nequeūtes, trans amnem caſtra poſuerunt. Sed nocte ſequenti, milites, qui in præſidio pontis erant, multitudine ac ferocitate barbarorum conterriti, turres ac munimenta pontis deſeruerunt. Clámque fuga arrepta in Campaniam abierunt: potētiam Belliſarij formidantes. Poſtridie autem Belliſarius mille equitibus aſſumptis ad ea loca profectus eſt, quibus & ſitum regionis, & quid agerent hoſtes ſpecularetur: & ſimul idoneum locum caſtris ſuis deligeret. Proficiſcenti autem cum prope amnem eſſet, equites Gothorum præter expectationem ſibi obuiam venerunt. Gothi enim paulo ante munimenta pontis deſtituta ſentientes, clauſtra portáſque fregerant. Iamque tranſgreſſa erat multitudo eorum magna, quæ Belliſario hoc ignoranti cùm repente obuiā veniſſet, ex inſperato pugnare compellitur. Et ab initio quidem ducis munera tantummodo Belliſarius obibat, iubens & adhortans, & quid agendum eſſet oſtendens. Cùm verò ſui magis ac magis ab hoſtibus prēmerentur, tunc neceſsitate cogente non amplius ducis officium, ſed militis exercebat. Aduolans ſiquidem inter primos pugnatores, manu & viribus ſtrenue rem gerebat, quo quidem die plurimum ipſe periculum ſubiit ex huiuſmodi cauſa.

Belliſarij in Gothos prælium.

Erat Belliſario equus inſignis, quo plurimum vehatur. Cum igitur ex eo pugnaret equo, & in primis pugnatoribus verſaretur, transfugæ quidā eum noſcitantes clamore ſignificarunt, vt Phalā, id eſt equum illius ferirent. Ex quo factum eſt, vt tota pugna in vnum Belliſarium conuerteretur. Quod niſi circa eum egregia familiariū manus ſe conglobaſſet, ac impetus irruentium in eū hoſtium excepiſſet, corporibúſque & armis equū & Belliſarium inter mille telorum ictus protexiſſet, euadere non potuiſſet. Tunc autem egregie defenſus eſt, tum virtute propria cum peritiſsime dimicaret, tum amicorum & familiarium auxilio, qui incredibili amore circa illum verſabantur. In hoc loco multi atque optimi ex Belliſarij familiaribus ceciderunt, & pręcipue Maxentius. Ad extremum vero ſeſe cohortantes, qui cū Belliſario erant, impetu facto hoſtes in fugam verterunt, & vſque ad pontem perſequuti ſunt. Pedites vero, qui pro ponte ſtabant, prælium excipiētes, facile Belliſarium & ſuos repulerunt. Tandem cū multi pugnantes vtrinque cecidiſſent, effuſo curſu Romam petere coguntur. Fuga fuit ad eam portam, quam Princianam vulgo appellant. Gothi vſque ad illam portam Belliſarium perſecuti ſunt, vt de muris vrbis ferirentur. Fuitque in eo loco tumultus ingens. Romani enim, qui in muris ſtabant, veriti propinquitatem hoſtium: portas aperire nolebant, (nec Belliſarius licet clamans cognoſcebatur, quod & iam ſol occiderat, & ipſe

Belliſari⁹ in magno verſatur diſcrimine.

Belliſarius Romam fugere cōpellitur.

A.C.537. puluere ſudore deformatus erat. Vnde Belliſa- A rius ſuos cohortatus, hoſtes magno impetu inuadit, ac in fugam longe ſubmouit:] fugatis hoſtibus, & plane iam cognitus, ipſos intra vrbem reduxit.

Pugna huius diei longe maxima ac varia fuit. Cœptum eſt enim pugnare paulo poſt ſolis ortum, deſitum autem iam tenebris terram occupantibus. Optimúſque pugnatur iudicio omnium Belliſarius æſtimatus eſt ea die, inter Gothos autem Viſandus. Cúmque in vrbe reduxiſſet Belliſarius ſuos milites, per mœnia Romanos milites vigilias agere nocte illa iuſsit. Gothi vero [per B noctem ſub portam Salaram venientes cum Romanorum animos ad deditionem tentauiſſent, nihilque profeciſſent,] aliquantulum nocte commorati circa mœnia, in caſtra regis, quæ inter vrbem & Anienem erant poſita, reuerſi ſunt. Gothi vero poſtridie cum nemo in bellum egrederetur, ad obſidionem ſe parauerunt, & caſtra circa vrbem ſex in locis poſuerunt, à Flaminia via vſque ad Prænestinam. His caſtris quinque portæ obſidebantur vrbis. Addiderunt poſtea ſeptima caſtra vltra pontem Miluium. Hæc vltima portam Aurelij obſidebant, & impediebant C vias, quæ trans Tyberim ferunt. Caſtra autẽ ipſa vallo & foſſa ac ligneis turribus munierunt, & tam circa quàm vltra Tyberim poſsidentes, omnia crebris incurſionibus peruadebant.

Gothi vrbem obſident.

Belliſarÿ in vrbe cuſtodienda diligentia, ibid.

§. III.

Belliſarius autem contra pro defenſione vrbis hæc prouidit. Pincianam portam, quæ contra Gothorum maiora caſtra maxime erat oppoſita, & huic proximam à dextra manu Salariam, D & quicquid circa illas mali eſt, ipſe ſibi Belliſarius tuendum aſſumpſit. Prænestinam verò portam Beſſæ commiſit, Flaminiam vero, quæ eſt à ſiniſtra Pincianæ, Conſtantino attribuit, cæteris quoque portis alios præfecit. Gothi vero profecti circa vrbem aquæductus omnes interruperunt. Erant hi quatuordecim mirabili opere confecti, per quos aqua in vrbem labebatur. Ex horum vero interruptione non tantum aquarum incommoda nocebant Romanis, quantum piſtrinorum defectus. Ex illis enim aquæductibus magna commoditas molendi Romanis afferebatur, E qui tunc interrupti obſeſsis magnas difficultates molendi afferebant.

Gothi aquæductus vrbis interruperunt.

Sed Belliſarius aduerſus hæc incommoda in hunc modum remedia excogitans prouidit, vt ſcilicet bini lembi, id eſt nauiculæ paruæ paruo inter ſe diſtantes ſpacio, tignis coniunctis molas in medio continerent, quæ rapido fluminis curſu faciliter voluebantur. Funes verò ab vtraque ripa, quam maxime intenti lembos huiuſmodi ſuſtentabant. Huiuſmodi lembos ſecus pontem, qui primus trans Tyberim fert, collocauit: [Poſt eos lembos alios eodem ordine poſuit. Ne vero F hoſtes mittendo è ſuperiori loco materiam & ignem officere lembis valerent,] catenæ in flumine ad ipſum pontem obiectæ omnem materiam excipiebant, [acceptam verò homines, ab vtraque parte diſpoſiti auferebant.] Aquarum autem incommoda Tyberis ſuſtentabat. Belliſarius per mœnia inſtrumenta belli multiplicia ad ferendum & repellendum hoſtes ſolertiſsime A.C.538. prouidebat. Et Gothi ad expugnationem vrbis inſtrumenta varia, machinas, arietes, & turres ligneas pari mœnibus altitudine, ac ſcalarum prægrandem numerum parauerunt. Et Vitiges rex eorum agmina quotidie diſtribuebat, & quid agere quemque volebat, præſcribebat. Belliſarius ante portam cum electiſsimis militum quotidie ſuper aggerem perſtabat. Quotidie ergo variis victuris ab vtroque pugnabatur. Gothi autem cum tempus rei gerendæ viſum eſt, egreſsi ex inſidiis repente ad molem Adriani inuadendam conuolarunt, ſcaliſque admotis primum ambitũ, B qui figura quadrata molem cingit, repentino impetu ceperunt.

Belliſarij piſtrinorum quæ ſuper flumina certamus excogitator

Molis Adriani deſcriptio

Hæc moles ſepulchrum Adriani imperatoris fuit, eximio ac magnificentiſsimo opere confectum, primus ambitus quadrati formam habet. Conſtat autem ex marmore pario ſumma artificum diligentia ædificatus. In medio vero huius quadrati rotunda moles ſurgit excelſa quidem, latitudine vero tanta, vt in ſuprema eius parte area ſit, cuius diameter vix iactu lapidis transigatur: habet vero pontem ſuper Tyberim amnem, C qui ab ipſa mole ad aliam ripam extenditur. Belliſarius autem ipſam, vt arcem & propugnaculum quoddam, militibus ſuis cuſtodiendam prouiderat, & eius curam Conſtantino mandauerat. [Viderat autem Conſtantinus paulo ante hoſtes ratibus in Tyberim miſsis, ad eam partem vrbis expugnandam accedere, quæ Martium campum & ipſum Adriani pontem intercedit. Itaque veritus humilitatem murorum ex Adriani mole cum manu militum aduolarat, nec ſatis multos reliquerat molem ab hoſtibus defenſuros.] Gothi ergo per abſentiam præfecti, capto inferiori D ambitu, molem ipſam expugnare nitebantur. Milites autem de ſuperiori parte repugnantes, quo magis repellerent hoſtes rem nefariam effecerunt, vt ſtatuas, quæ erant in ſuprema parte molis illius, hominum, equorum, & quadrigarum excellenti artificum opere confectæ, partim integras, partim confractas præcipitauerint in hoſtes deſcendentes. Conſtantinus quoque repente ſuccurrens, repulſis hoſtibus, militibus ſuis animum addidit. Et per hunc modum Adriani moles ſeruata eſt, quæ hodie dicitur Caſtrum ſancti Angeli.

Moles Adriani dic tur ſancti Angeli.

E Exinde Vitiges rex ad Prænestinam portam cum multitudine Gothorum expugnandam acceſsit, quam tamen Belliſarius cum ſuis, & ſi cum difficultate defendit. Ceciderunt in his prælijs ex Gothis ad tria millia. Durante autem obſidione Romani, & ſi Belliſarij virtutes admirabantur, tamen querela eorum aduerſus ipſum erat, quòd contra tantas Gothorum vires exiguis ipſe copiis concitato bello Romam in præſentes difficultates conieciſſet. Belliſarius Romanorum intelligens querelas, & ſi alias hæc eadem Iuſtiniano ſignificauerat, tamen tunc maiorem in modum commotus vehementius ad Iuſtinianum im- F peratorem ſcripſit, vrbis Romæ obſidionem oſtendens, ac hoſtium multitudinem, & ſuorum paucitatem, ſibíque tantummodo ad quinque millia militum reſtare, obſideri autem à Gothis ducentorum millium exercitu. Romanos vero horum periculorum inſuetos, obſidionem nequaquam toleraturos: quantum vero ad ſe attinet,

Belliſarius de periculo Iuſtinianum monet

vitam

A.C. 538.

vitam imperatori Iuſtiniano deuouiſſe, [nec ſua referre tarde an cito intereat.] Cæterum videndum eſſe, quid ea res honoris vel infamiæ illi ſit allatura.

His literis Iuſtinianus acceptis, valde commotus eſt, ac ſtatim copias quaſdam iam paratas in Italiam nauigare iuſsit, & maiores alias parare conſtituit. Præerant autem iis copiis paratis Valerianus & Martinus. Eaque hyeme per Aetholiam & Acarnaniam hyemarunt. Romanos hæc ſignificata in ſpem continuerunt. Interea Aſinarius & Vligaſilaus Gothorum duces, dum hæc Romæ geruntur, quos in Dalmatiam Vitiges rex miſerat cum exercitu, claſſemque illis dederat, coniunctis ſibi maximis barbarorum copiis Salonas mari terráque obſederunt. Conſtantianus enim, qui pro Iuſtiniano imperatore ibi erat, impar tantis hoſtium copiis munita prius affatim vrbe obſidionem tolerabat. Nonnunquam etiam ex vrbe egreſſus magna damna Gothis terra marique inferebat. [Roma poſt hæc obſideri durius cœpit.]

Aſinar. Aſinarius & Vligiſal.

Vitiges enim rex Gothorum, quoniam expugnatio prius tentata turpiter ei ſucceſſerat, inquietior inde factus, cuncta rimari non deſtitit, quibus obſeſſos Romanos quàm maxime affligeret. Portus erat iuxta mare à dextra fluminis Tyberis ripa, ſuper eo vrbs valido muro cincta, eo in loco naues cuncta quæ mari feruntur, deponebant. Inde rurſus terra vel fluuio Romam portabantur. Vitiges igitur magnis ſuorum copiis repente & inopinate miſsis vrbem Portuenſem cepit, oppidanis contra ſubitam Gothorum vim nequaquam ſatis ad reſiſtendum paratis. Et huius occupatione vrbis, magnæ confeſtim difficultates Romæ creuerunt, frumenti cæterarumque rerum, quæ vſui ſunt, importandarum facultate ſublata: nam Gothi ibi relicti oppidum ac fauces Tyberis cuſtodiebant, ne quid inde aſportari valeret. Deinde prædictus rex Vitiges mille ciues Romanos, quos pridem Rauennam ſecum obſides duxerat, interfici fecit, præter paucos, qui cognita eius ira fugerunt in Galliam.

Portus à Gothis capitur.

Bellіſarius verò annonæ defectu timens, Romanis ciuibus edixit, vt filios & vxores, & omnem inutilem bello turbam Neapolim mitterent. Idémque milites ſuos facere coegit. Romani igitur vxores & filios, & imbellem multitudinem emiſerunt. Fames autem valida eodem tempore, ſcilicet anno domini 539. vt refert Datius epiſcopus Mediolanenſis, per vniuerſam Italiam fuit: adeo quod in partibus Liguriæ mulieres penuria famis filios proprios comederunt.

Mirabilis & crudelis fames.

Inter hæc Martinus & Valerianus, quos à Iuſtiniano miſſos ſupra diximus, Romam venerũt, habentes equites ad mille ſexcentos. Erant vero hi ex magna parte Hunni. Aduentu horum equitum recreatus Bellіſarius, alia ratione, quá prius bellum gerere conſtituit. Non enim ſtans intra mœnia vrbem tuebatur, ſed per ſingulos dies equitatu ſubitis incurſionibus hoſtes vexabat, ex quo factum eſt, vt mirificum hincinde accenderetur certamen, & in omnem experientiam veniretur. [Bellіſarius enim crebra militum ac præfectorum cohortatione fatigatus, experiri tádem maiorem pugnam decreuit, copiáſque ſuas in hunc modum diſpoſuit. Primo aciem vnam per viam Caſsiam exire, & ante ſepulchrum Adriani

A.C. 539.

A ad hoſtes verſam ſtare iuſsit. Duas ſubinde alias ſtruxit acies, vnam ad Salariam portam, alteram ad Pincianam.] Vitiges Gothorum rex cum poſtridie futurum prælium cognouiſſet, Gothos prima luce armari fecerat, in ſtruenda acie pedites medios, à dextera verò & ſiniſtra equites quaſi alas diſpoſuit. Ita Bellіſario obuiam progreſſus prælium commiſit. Milites igitur ab vtraque parte ſtatim acriter concurrerunt. Duces vero poſt eos ſtantes hinc Bellіſarius, illinc Vitiges ſuos ad hortabantur. Et ab initio quidem pugnæ Bellіſarij milites longe præualebant, multíque cadebãt B ex Gothorum acie, & pugnabatur ſub ipſis hoſtium caſtris, multitudine tamen abundantes Gothi in cadentium locu alios ſubmittebant. In hũc modum vſque ad meridiem pugnatum eſt [a] neutra parte ſuperante.

Prœlium atrox cõmittitur.

Gothi deinde poſtquam ceperunt portam Oſtiæ, volentes impedire ne frumentum, & alia neceſſaria Romam deferrentur: octaua circa ipſam vrbem poſuerũt caſtra inter Latinam & Appiam viam. Sicque Latinam, & Appiam, & Oſtienſem viam impediebant, omnem facultatem importãdi, præſcindentes. Ex hoc durior admodum C obſeſſorum conditio reddebatur, ac fames haud dubia imminebat. Quamdiu tamen ſegetes in agris fuere, milites noctu Roma egreſsi frumenta importabant, ac magno pretio ciuibus vendebant, atque ita indigentia ſuſtentabatur. Vbi vero hæc quoque facultas defuit, tunc deſperata omnia videbantur. Iam ſolſtitium venerat æſtiuum: & peſtis Romæ graſſari cœperat, frequentéſque moriebantur non ſolum è plebe Romana, verumetiam ex Bellіſarij militibus: vnde & res ipſa erat in ſummis difficultatibus & anguſtiis. Itaque ad Bellіſarium venientes Romani, grauiter conquerebã- D tur. Deinde Bellіſarius animum in eam cogitationem traducere cœpit, quemadmodum Gothis difficultates rei frumentariæ quamplurimas in-

Fames & peſtis Romæ graſſantur.

a Exitum huius prælij valde memorabilem D. Anton. reticuit. fuit aut talis interim qua ad ſepulchrum Adriani ſtabat acies, prælium commiſit, multitudo enim popu. Rom. ex collibus deſcendere cœperat, & Valentinus implicatos prælio ſuos cernens, aciem cui praeerat à ſepulchro Adriani commouit, atque hoſtes inuaſit. Nec diu tulerunt Gothi, præſertim multitudine illa quæ de ſuperioribus E locis deſcendebat conterriti, & in eorum caſtra ſe recipere non valentes longius aufugerunt. Romanorum autem multitudo ſtatim ad caſtra hoſtium diripienda contendit. Rapinam autem ab eis fieri cernentes milites, omiſſa perſecutione hoſtium ad caſtra diripienda ipſi quoque conuerſi ſunt. Inde Gothi caſtra ſua agi ferriq́; videntes, ſeſe tandem cohortati rurſus hoſtes inuaſerunt, eoſq́; impeditos perfacile ſuperarunt. Poſt hæc milites effuſo curſu ad vrbẽ refugerunt. Stantes verè in mœnibus Romani portas clauſerunt, veriti ne hoſtes ſimul vrbem intrarent. Itaque non parua militum pars ex- F cluſa eſt, qui aggerem transgreſsi, terga ad mœnia faciem ad hoſtes verſi ſtabat. Quos qui pro mœnibus ſtabant lapidibus tutati ſunt. Pugna hæc ad caſtra Gothorum ab initio cœpta, poſtremo ad portas ac mœnia deſiit, cecideruntq́; ex Bellіſarij militibus permulti, ac maxime virtute præſtantes. Ex Procopio Leon. Aret. de bello Goth. & Blond. lib. 1. deca. 4.

A.C. 539.

ferret. Vnde ad diuerſa loca milites ſuos miſit, A & ſic ad Gothorum caſtra commeatus portare impediuit. Ex quo breui admodum tempore eue-

Item in Gothorũ exercitu.

nit, vt Gothi obſidentes non minoribus difficultatibus afficerentur, quàm obſeſſi, & ſuper defectum frumenti, peſtilentia quoque caſtra Gothorum peruaſit.

Inter hæc aliæ copiæ à Iuſtiniano miſſæ in Italiam peruenerunt. Fuerũt autem equites Thraces octingenti, quos ducebat Ioannes Vitaliani fratris filius. Ex delectu autem equites mille trecenti, quibus præerant Alexander, & Maxentius & B Zeno. Sed & claſſe adducti fuerãt peditum tria millia, quos ducebant Paulus & Conon. Erant præterea Neapoli pedites quingenti, [quos parauerat noſter ipſe Procopius Cæſarienſis.] Hæ omnes ſimul copiæ in vnum conuenientes Gothinam petere conſtituerunt: afferebant vero ſecum multum & magnum commeatum. Belliſarius autem ſentiens horum aduentum, ac metuens ne Gothi eos inuadant, hæc machinatur. Portæ flaminiæ, quam à principio obſidionis obſtrui fecerat, [demoliri impedimenta per noctem iuſsit, ac C milites prima luce ad eam portam ſtructos paratoſque continuit. Traianum vero & Diogenem cum mille equitibus per Pincianam portam emiſit, iubens vt ad caſtra hoſtium magno tumultu diſcurrant, & cum egreſsi in eos fuerint hoſtes, fugam ipſi arripiant. Hæc facta cum eſſent Belliſarius cum reliquo exercitu repente porta flaminia egreſſus, ad caſtra Gothorum conuolauit.

Belliſarij aſtus mirabilis.

Itaque non multum abfuit, quin caſtra ipſa caperẽtur. Verſus deinde Belliſarius, ad Pincianam portam medióſque nactus hoſtes,] cum ipſe à tergo inuaſiſſet, illi vero qui prius fugerant à frõ- D te repugnarent, incredibili cæde illos oppreſsit. Tantúſque fuit apud omnes Gothos terror, vt in caſtris vigiliæ duplicarentur, nec de alia re cogitarent magis, quàm vt ſe ab inſidiis Belliſarij tutos præſtarent. Per hunc modum impeditis & conterritis hoſtibus, copiæ nullo impedimento Oſtiam peruenerunt.

Gothis igitur multis incommodis fatigatis, cũ inſuper nouas deueniſſe copias Belliſario intellexiſſent, de diſſoluenda obſidione cogitare cœperunt. Iam enim multitudo ingens in Gothorum caſtris vel peſte vel ferro conſumpta erat, multi E morbo aut vlceribus debilitati deſeruerant caſtra. Iamque Vitiges legatione Romam miſſa, cũ multa hincinde dicta reſponſaq; fuiſſent de cauſę iuſtitia, tandem ad Iuſtinianum imperatorem cõtrouerſias deferri conſenſit, vt ex eius authoritate res componerentur. Legatique ob huc miſsi, ac trium menſium induciæ, donec redirent legati, factæ ſunt. Obſidéſque hincinde traditi pro induciis ex fide ſeruandis.

Mediolanum imperatori deditur. Ex Procop. Aret. li. 2. & Blõ li. 5. dec. 1.

Datius Mediolanenſis epiſcopus per id tempus, & cum eò ciues aliqui Mediolanenſes ad Belliſarium venientes, vrbem Mediolanum in po F teſtate imperatoris fore dixerunt, ſi vel modicum præſidium eò mittat, ſéque potentes eſſe non Mediolano ſolum, ſed vniuerſa ex Gallia Ciſalpina Gothos expellere, dummodo imperatoris nominis authoritas adſit. Hos Belliſarius benigne ſuſceptos, ac multis ampliſsimiſque verbis commendatos, bonam ſpem habere iuſsit, ac ſe cum tempus fuerit, impleturum quod poſtulant affirmauit.

A.C. 539.

Eodem tempore cùm proſpera & læta viderentur omnia eſſe, periculum ſuperuenit horrendum, quod paruo momento cuncta pene ſubuertit. Præſidius erat quidam ciuis Romanus. Is cum Rauennæ habitare conſueuiſſet, ab initio belli præfati clam inde aufugerat, Romamque proficiſcebatur. In itinere autem Conſtantini milites Spoleti degentes, gladium huic pretioſe ornatũ abſtulerunt. Is ergo ſpoliatus, & iniuriam indigne paſſus, querela apud Belliſarium expoſita B reddi ſibi ablata poſtulauerat, Belliſariúſque illi gladium reſtitui præcepit. Et cum ſæpius hoc præcepiſſet Conſtantino [eius enim milites erant, qui gladium abſtulerant,] & ille præceptũ contempſiſſet. Ego, inquit Conſtantinus, potius gladium illum in Tyberim abiiciam, quam illi nebuloni reddam. Hoc valde contumaciter, & proterue dicens. Tunc Belliſarius. Nunquid tu mihi iubes? Iubeo (inquit) poſtquam imperator ita vult. Verùm in hac vna te nunquam tibi parebo. Cum hæc audiſſet Belliſarius, magis irri-

Conſtantinus in Belliſarium irruit.

tatus eſt, ac vocari apparitores iuſsit. Conſtanti- C nus autem putans in ſui perniciem apparitores vocari, arrepto pugione, qui ſibi ad femur pendebat, in Belliſarium ruit, eúmque paulo infra ſtomachum percuſsit. Quod niſi circunſtantes ſubito accurriſſent, ac vi extorto pugione ipſum in manibus apparitorum tradidiſſent, ſuprema illa dies Belliſario fuiſſet, eiuſque interitus cuncta ſimul ſecum ruina traxiſſet, Gothique eodem die rerum domini efficiebantur. Sed non permiſit Dei bonitas tanta mala contingere. Conſtantinus autem paulo poſt iubente Belliſario interficitur.

De induciis violatis inter Belliſariũ & Gothos altercatio.

D Cum autem ob inducias factas ſuperius, Belliſarius Romam, Gothi caſtra munitionéſque cuſtodirent, querelæ & altercationes ortæ ſunt pro induciis cõtra fidem violatis, ex huiuſmodi cauſa. Nam cum Gothi Portuenſem vrbem, & Centumcellas vrbem maritimam, ac Albam vrbem, quæ eſt in Marſis cuſtodirent, deficientibus ſibi neceſſariis ad victum, eas vrbes vacuas dimiſerunt: quas Paulus Iſaurorum præfectus, qui Oſtię cum claſſe remanſerat, occupauit. Vitiges igitur, cum has vrbes ab hoſtibus captas cognouiſſet, oratores Romam miſit, qui & fractas contra fi- E dem inducias quererentur, ob occupatas Gothorum vrbes, vnde & reſtitutionem fieri debere earum. Oratoribus autem Belliſarius in hunc modum reſpondit. Redite (inquit) ad regem veſtrum, eique dicite, omnibus patere, quibus de cauſis Gothi eas vrbes pro derelictis habuerint. [Induciis quidem eripere auferréque vetari.] Occupare vero, quæ à nullo poſsidentur, nequaquam prohiberi. Ex hoc ſuſpiciones inſurrexerunt, quærentibus Gothis paria Belliſario referre. Nam iſtæ tres vrbes magnas opportunitates Belliſario ad bellum afferebant.

F Deinde miſit in agrum Picenum equitum duo millia. His autem copiis præfecit Ioannem Vitaliani, vt ſi quid Gothi tentarent, eſſet paratus contra eos. Gothi igitur furtim Romam capere tentauerunt, primò per aquæductum quemdam via

Gothi fidius vrbem capere tentant ſed fruſtra.

noctu quæſita, deinde ratibus traiecto amne iuxta Martium campum. Sed in vtroque loco eos ſpes fefellit. Nam & per aquæductum conſpecta lumina fraudem illorum detexerunt, & obſtruſo aquæductu facultas eis præciſa eſt inuadendi. Et

ad

A.C. 539. | A C. 540.

ad campum Martium detecta proditio, conatum A eorum irritauit. Proditio autem illa ad intrandū campum Martium ratibus traiecto amne, adiutorio duorum Romanorum ex infima plebe procurabatur. Vigiles autem, qui poſiti erant ad cuſtodiendum talem locum, vnde ex amne in campum Martium poſſent intrare, duorum Romanorum pecunia eis ob hoc datá opera ordinatum erat, vt ab eis acciperent potum ſomniferum, quo hauſto euigilare non poſſent, & conſequenter acceſſum eorum detegere. Sed Deo volente alter eorum pœnitentia ductus, rem Belliſario patefecit, altero capto medicamentum ſomniferum, quod ſibi rex dederat repertum eſt, & tota rei ſeries tormentis expreſſa. Huic igitur Belliſarij iuſſu na- B ſus & auriculæ amputantur, ipſeque aſino impoſitus, per Pincianam portam ad Gothorum caſtra miſſus eſt, vt cognoſceret Vitiges detectam fraudem, & conatum ſuum patefactum.

[Pr]oditorum pœna.

Belliſarius itaque his ita deprehenſis, ſeruandas ſibi inducias nequaquam exiſtimauit, quare ad Ioannem ſcripſit, vt bellum exequeretur. Ille igitur cum duobus equitum millibus agrum Picenum peruadens, vxores natoſque Gothorum cœpit, & prædis & rapinis regionémque totam inuoluit. Vgluheum vero Vitigis patruum cum Gothorum copiis ſibi obuiam profectum, prælio C ſuperauit, ipſumque ducem cum magna parte copiarum occidit. Inde victor factus captis multis agri Piceni oppidis, relictiſque Auximo & Vrbino vrbibus munitis copias deducens, Fanum & Piſaurum cepit. Et cum Ariminenſes non bene conuenirent cum Gothis, appropinquans ipſe cū exercitū tantum terrorem intulit eis, vt diffiſi in eo loco conſiſtere, Rauennam omnes demigrarent. Ciues autem portas eis aperuerunt, & per hunc modum Ioannes Ariminum cepit.

Gothi autem poſtquam Ariminum captum intellexerunt, obſidionem vrbis Romanæ diſſolue- D re, atque inde abire ſtatuerunt. Itaque Vitiges paucis poſt diebus crematis caſtris cum omnibus Gothorum copiis abiuit. Qui inſuper in ipſo receſſu magna detrimenta ſuſcepit, propterea quòd media iam exercitus parte tranſgreſſa pontem, Belliſarius poſtremos à ſuis inuadi iuſsit, multiſque Gothorum interfectis, reliqui tanto tumultu & feſtinatione pontem tranſire coacti ſunt, vt ab vtraque ſponda multi in flumen præcipitarentur. Durauit autem hæc obſidio vrbis Romæ anno integro & diebus nouem in Martio inœpta. E

Vitiges vero licet Rauennam ire properaret, vrbes tamen Hetruriæ & aliarum prouinciarum continere in poteſtate ſtudebat. Quamobrem milites ſuos Cluſium ad vrbem veterem, Tudertum, Auximum, Vrbinum, Ceſenam, ad Mótemferretrum cuſtodiendi cauſa miſit. Ipſe vero cum reliquo exercitu ad obſidendum Ariminum profectus eſt. Belliſarius vero, poſt receſſum Gothorum Martinum & Ildigerem cum equitibus F mille Ariminum feſtinare iuſsit. Indéque Ioannem & equites, qui cum illo erant abducere, pedites vero ibi collocare. Ioannes autem neque ipſe parere voluit, neque etiam Damianum patruelem ſuū parere permiſit cum ſuis equitibus. Quare Ildiger & Martinus Arimino abierunt. Vitiges autem inter hæc veniens Ariminum obſedit. Primóque ſtatim tempore ligneam turrim murorum altitudini parem fecerunt. Eam igitur Gothi contra illam muri partem, vbi facilior erat aditus, conſtituerunt, poſtridie vrbem expugnaturi. Ioannes per noctem eductis militibus, foſſam latam & profundam ab ea parte effecit, multique Gothorum cadunt. Committitur magnum prælium circa turrim, & poſt longum & atrox certamen turrem Gothi retraxerunt, ſed tanta ſuorum cæde tantóque detrimento, vt ſpem abiicerent vi oppidum oppugnandi, ſed fame peruincere obſeſſos Vitiges cogitauit.

Ariminū à Gothis obſidetur

Mediolanenſibus legatis per hæc ipſa tempora, qui Romam venerant, auxiliares copias Belliſarius conceſsit. Præfecit autem omnibus copiis Mundilam, vnum ex familiaribus ſuis, virum ſtrenuum. Qui tranſmiſſo tandem Pado ad vrbem Ticinum (quæ nunc Papia dicitur) quum veniſſet, Gothi ex eo oppido egreſsi, illos inuaſerunt: commiſſo autem breui prælio, Gothi ab hoſtibus intra vrbem compelluntur. Mundilas vero cum copiis ſuis per pontem, qui iuxta vrbem erat, tranſieruut. Et demum Mundilas cum ſuis Mediolanum profecti in vrbem recipiuntur. Inde Bergomum, Comum, & Nouaria, & aliæ illarum partium vrbes exemplum Mediolani ſecutę ſunt, recipientes ſponte Mundilam cum ſuis.

Mundilas belli apud Inſubres geſti dux.

Vitiges autem cum ea, quæ accidiſſent Mediolani, cognouiſſet, Vraiam fratris filium magno cum exercitu ad loca illa tranſmiſit. Qui & contineret in fide ciuitates, quæ nondum à Gothis defecerant, & illas, quę iam receſſerant à ſe, recuperare conaretur. Ipſe autem Vitiges ad Theodebertum Francorum regem, qui fœdus nuper cum eo iecerat miſit, vt auxilia ſua Vraiæ coniungeret. Belliſarius autem cum iam matureſcerent ſegetes. Roma egreſſus, Tudertum pactione recepit. Interim Vitiges Anconam vrbem qui Belliſarij præſidio tenebatur, experiri cum omnibus copiis conſtituit. Ea ciuitas per id tempus in monte ſolum mœnia habebat, planiora vero ſub mōtem loca nullis mœnibus claudebantur, etſi ædificiis frequentata. Cum igitur illuc Gothi aduentaſſent, Conon præfectus Belliſarij, qui Anconæ præerat, cum mille militibus aduerſus Gothorū quatuor millia occurrens in bello confeſtim pœnas luit ſuæ præſumptionis: profligatus enim & in fugam verſus, magnam ſuorum partem amiſit, & vix tandem in vrbem receptus fuit. Cum verò Gothi ſcalis vrbem capere niterentur, alij igne coniecto ædificia omnia, quæ [in] vrbe erant, cremauerunt.

Gothi Anconam obſident.

Conon à Gothis profligatur.

Narſis in Italiam aduentus, iidem.

§. IIII.

NArſes inter hæc cum exercitu nouo veniſſe in Italiam nunciatus eſt. Erat autem Narſes eunuchus, multumque gratia & potentia apud Iuſtinianum valebat. Denique vnus hic imperatoris aulam in omnibus gubernabat, pecuniarum imperialium receptor ac diſpenſator, cōſiliorum omnium particeps, & interdum auctor. Auxit autem exercitum miſſum in Italiam militum quinque milibus. Belliſarius inter hæc audito Anconitarum periculo venerat in Picentes. Idem fecerat & Narſes, circáque vrbem Firmium duces ipſi ſimul & exercitus in vnum cōuenerunt. Ibi cum de communi bello conſultaretur, Narſetis

A C. 540.

ſententia prævaluit, vt Ioanni Arimini obſeſſo A auxilium confeſtim præberetur. Qui cum ſuis militibus fame confectus ſeptem dierum moram literis ſuis pepigiſſe ſignificauit. Licet Ioannis temeritatem multi accuſarent, quod contra Belliſarij iuſſum ſeſe intra Ariminum concluſiſſet, ſuperbia & auaritia ductus cuncta pro arbitrio fecerit, nullo reſpectu ducis aut mandatorum. Sétentia Narſetis in concilio approbata, mari & terra caſtra mouentes, tandem Ariminum peruenerunt. Itaque Gothi duos exercitus aſpicientes, arbitrantes ſe circumueniri, obſidionem illico diſſoluerunt, nullo ordine Rauennam ex fuga B repetentes.

Gothi ſoluunt obſidionem Arimini.

Igitur cum claſſe primus Narſes applicuit, egreſſuſque in terram Gothorum caſtra diripuit, nec multo poſt Martinus & Belliſarius cum exercitibus ſuperuenerunt. Cum vero Ioannem & milites, qui cum eo obſeſsi fuerant, pallore & inedia confectos conſpicerent, ad Ioannem quaſi eius temeritati illudens, ait Belliſarius. Permagnas (inquit) gratias Ildigeri debes. Ad hęc Ioannes ſuperbe nimium reſpondit, ſe quidem Ildigeri nullas debere gratias, ſed Iuſtino & Narſeti, omnes oſtendere volés nullam Belliſario curam C fuiſſe ſaluris ſuæ, niſi Iuſtinus & Narſes compuliſſent. Verba hæc Belliſarium turbarunt, & fuerũt diſſenſionum initium. Ioannes enim poſt hæc Belliſarium formidans Narſeti adhæſit, dicens, non Belliſario, ſed Narſeti Italiæ gloriam debere vendicari. Hæc Narſetem ita extulerunt, vt ſeorſum caſtra ſua faceret, ac ex iis nihil ſequi vellet que Belliſario videbantur, ac ſua per ſe cœpta conſiliáque de bello iniret. Simul tamẽ ad obſidionem Vrbini profecti ſunt, non tamen eiſdem caſtris, ſed Belliſarius contra eam partem vrbis, quæ ad orientem ſpectat, Narſes ad occi- D dentem conſedit. Cum vero expugnare vrbem Belliſarius ſtatuiſſet, machináſque pararet, Narſes quaſi rem vanam deridens poſt dies paucos, quã eo venerant, deſerta obſidione cum exercitu ſuo Ariminum rediit, Belliſariumque, & ſuos dereliquit deteriori conditione, quàm ſi ipſe ab initio non veniſſet. Hoſtes enim cernẽtes partem exercitus abire, fiduciam ſupra modum aſſumpſerũt. Belliſarius tamen in obſidione permanens, experiri expugnationem conſtituerat. [Cum igitur ſe ad iſta pararet, fœlicitate quadam accidit vt fons qui vnicus Vrbini fuerat, ſponte ſua exareſ- E ceret.] Quo deterriti, qui obſidebant, pactione inita vrbem dedidere, vt Gothi Vrbinatéſque imperatori Iuſtiniano ſubeſſent æquo iure cum aliis Italicis, qui imperatori parebant.

Inter Narſet & Belliſarium odij ſeminariũ.

Vrbino recepto Belliſarius in Beneuentanos exercitum duxit. Eius autem vrbis difficillima expugnatio erat, quoniam in ſaxo vndique præciſo conſtituta: nullum fere aditum expugnationis dabat. Sed in defectu frumenti ſpes erat. Longo enim bello Italia attrita ac multis exercitibus calcata, ſingulæ ciuitates frumenti penuria laborabant. Qua etiam penuria ad extremum domi- F ta, in Belliſarij poteſtatem deuenit.

Vrbinum Belliſario deditur.

Narſes vero cum Arimini eſſet, Ioannem cum exercitu miſit ad Ceſenam expugnandam. Ibi dũ mœnia ſcalis aggreditur, repulſus multis vulneribus multos ſuorum amiſit, & Phanatheus Herulorum dux ibi interiit. Quamobrem à Ceſena deſiſtens Ioannes, ad Forum Cornelij (quæ nunc A Imola dicitur) exercitum duxit, eámque ſeſe dantibus incolis ſuſcepit.

A.C. 541.

Forũ Cornelij nũc Imola dicitur.

Mundilas per idem tempus, & qui cum eo Mediolani erãt, maximis difficultatibus inuolui cœperunt ob Francorum aduentum. Theodebertus enim Francorum rex à Vitige vocatus (vt dictum eſt) decem millia Burgundionum ad Vraiam miſerat. Qua ille multitudine fretus, non procul à Mediolano caſtra poſuerat, & importationẽ frumenti cæteríque commeatus omnem impediebat. Mundilas copias ſuas Comi, & Bergomi, & Nouariæ diſpartitus neceſſario erat. Ipſe vero B non magnum numerum equitum ſecum habebat, quoniam in vrbis defenſione non erat difficultas. Mediolanenſes enim ciues vnanimiter ad defenſionem concurrebant. Sed defectus annonæ in vrbe populoſiſsima timebatur, ſi barbari diutius in iis locis ſtare ſinerentur. Belliſarius igitur hæc intelligens, Martinum & Vlianum cum magnis copiis mittit, vt Mundilæ exercitui coniuncti barbaros ſubmouerent. Hi cum ad flumen Padum perueniſſent, non auſi tranſire timore hoſtium diu in iis locis deſederunt, ſpem Mundilæ & obſeſſorum dierum fruſtrantes, tandem ad Belliſa- C rium ſcripſerunt, contra tantas hoſtium copias ſe tranſire non poſſe. Belliſarius his auditis, ſtatim ad Narſetem de imminenti periculo ſcripſit. Qui quamquam concederet exercitum illuc proficiſci, tamen quia Belliſarij fuerat cœptum, lente admodum & incurioſe quaſi ad alienum negotium agebatur. Per hunc modum dilata res fruſtrationem accepit. Mediolanum vero acrius premebatur, & fame iam intolerabiliter laborabat. Ex quo ad extremam neceſsitatem deducti, Mundilas & milites, vt incolumes ſibi abire liceat, paciſcuntur. [a] Gothi antẽ vrbem ingreſsi nulli ætati D pepercerunt, trucidati paſsim ciues non modo, qui arma ferre poſſent, ſed ſenes & impuberes, mulieres in ſeruitutem Burgundionum traditæ, vrbs ad ſolum euerſa. Reparatus quidam Romanus ciuis in ea vrbe captus minutatim à Gothis conciſus & canibus traditus eſt. Et ita pulcherrima & populoſiſsima Italiæ ciuitas totius, ob Belliſarij & Narſetis diſcordias vltimam cladem ſubiuit. Interfecta ſunt illa in vaſtitate Mediolanenſium ciuium triginta millia.

Mediolanum à Gothis euertitur.

Belliſarius autem audita Mediolanenſiũ ſtrage in maximo luctu conſtitutus eſt, Iuſtinianóque E imperatori ſcripſit rei totius initium & progreſſum. Iuſtinianus autem, cum iſta cognouiſſet, ægre pertulit, non tamen quemquam puniuit, Narſetem ſolummodo ab Italia reuocauit: authoritatémque totius belli penes Belliſarium eſſe iuſsit. Ex hoc Narſes cum parte copiarum in Græciam abiit, & Belliſarius cum omnibus copiis in Italia remanſit, qui de bello gerendo cum iam liberius

Narſes in Græciam reuocatur.

a Multa in hac Procopij de bello Gothico hiſtoria tanquam falſa Blondus redarguit. Idque maxime hoc loco contra Leonardum Aretinum probat, ſed F *Mediolanum quamuis à Gothis diu oppugnatum, nunquam tamen fuiſſe expugnatum, præſertim aut Datij Mediolanenſis auctoritate nititur: qui cum multa de ſui ſæculi calamitatibus ſæpe in ſuis epiſtolis commemoret, Mediolanum patriam ſuam, pro cuius ſalute Romam & Conſtantinopolim acceſsit, à Gothis quidem obſidione preſſam dicit, ſed ſolo euerſam aut diruptam nuſquam refert.*

cogitaret

A.C. 541.

cogitaret, omnis eius cura in Vitigem & Rauennam erat conuerſa. Duo tamen prius oppida Gothis adimenda ſtatuebat, quam contra Vitigem & Rauennam exercitum duceret. Erant autem hæc duo oppida Auximum & Fæſulæ, ambo ſitu loco rum muniti ſſima, ambo validis Gothorum præſidiis cuſtodita. Exercitu igitur trifariam partito ipſe cum vna copiarum parte ad obſidendum Auximum proficiſci ſtatuit, aliam partẽ cum Cypriano & Iuſtino præfectis Fæſulas miſit, tertiam copiarum partem Martino & Ioanni ducendam commiſit, iubens vt citra Padum cum iis copiis castra faciant, Vraiamque & copias eius in illis locis quammaxime fieri poteſt conturbent, ne in Tuſcos & Picentes ad diſſoluendas obſidiones veniant. Martinus igitur & Ioannes profecti cũ exercitus parte Dertonam vrbem occupauerunt, indeque Vraiam & Gothos infeſtare cœperunt. Cyprianus vero & Iuſtinus Fęſulas adeuntes applicuerunt. Quæ ciuitas ſeu montuoſa & muniti ſsima, tamen de ſuperiori loco, qua planior eſt aditus, eam vrbem obſederunt. Belliſarius vero cum longe valida manu Auximum circumſletit, quod oppidum Vitiges optimis militibus munierat.

Theodeberti Francorum regis in Italiam tranſitus, ijdem.

§. V.

THeodebertus vero rex Francorũ cum octoginta millibus hominum ſuperatis Alpibus per citeriorem Galliam deſcenderunt, eo maxime, quia cum viderent bellum inibi confectum, ipſi, bellicoſi tunc totam Italiam poſſe ſuperare arbitrati ſunt. Nam Martini & Ioannis miſſorum à Belliſario contra Vraiam caſtra diſtabant ab Vraiæ caſtris circiter ſeptem miliaria. Inter hæc Franci circa ea repente loca ſuperuenerunt. Hos Vraias & Gothi propter fœdus nuper initum auxiliares ſibi veniſſe arbitrabantur, vt ſuperiori anno in bello Mediolanenſi fecerant. Horũ Frãcorum perpauci erant equites circa Theodebertum regem, cætera vero multitudo pedeſtris omnis. Arma vero ferebant non pila vel arcus, ſed ad protegendum quidem corpus ſcutum & galeam: ad feriendum autem hoſtem gladium & ſecurim bipennem. In prœliis autem maxime ſecuribus vtebantur, quibus compoſiti ferientes & ſcuta & galeas hoſtium perfringebant, vt nemo aduerſum tantam vim reſiſtere valeret. Hi ergo, vt amici Gothorum Ticinum amnem apud Papiam pontem tranſgreſsi, magnas poſtea Papienſibus clades intulerunt, ac immanitate quadam barbara filios vxoréſque Gothorum per agros repertos occiderunt. Móxque tranſmiſſo Pado, vbi caſtris Vraiæ propinquarunt, ſiue conſilio ſiue temeritate multitudinis, rixa & prœlio cum Gothis implicantur. Nec prius finis prœliandi fuit, quàm Gothi in fugam verſi caſtra ſua deſererent, fugientéſque non longe à Belliſarij caſtris militibus, admirationem plurimam intulerunt. Nihil enim de Francorum aduentu audierant.

Franci & Gothorũ & Belliſarij caſtris potiuntur.

Quare videntes Gothos fugere tanquam prœlio profligatos] exiſtimabant Belliſarium abditis itineribus veniſſe ad Vraiam opprimendum. Armis igitur raptim ſumptis, cum aliquãto progreſsi fuiſſent, inopinate Francis occurrerunt, inuitíque pugnare coacti cito franguntur, neque repetere caſtra auſi ſola fuga ſibi conſuluerunt. Franci victores vna & eadem die Gothorum & Belliſarij copiarum caſtra vtraque ceperunt. In illíſque conſtituerunt commeatu in vtriſque abunde inuento. Vraias igitur ex fuga Rauẽnam, Belliſarij autem copiæ per Placentinorum & Parmenſium fines ſuperato Apennini iugo in Etruriam abierunt.

Hic ſubitus Francorum aduentus Vitigem & Belliſarium ſimul turbauit. Maxime vero formido Belliſarium apprehenderat, ne Franci in Etruriam deſcenderent, & copias illas, quæ Fæſulas opprimebant, opprimerent. Eſt enim breue expeditúmque iter per Placentinum Parmenſémque agrum in Etruriam deſcendentibus. Sed Franci commorantes circa Padum, cum neque vina, neque alia opportuna reperirent, vtpote in regione longo bello afflicta, tantúmque modo bouina carne & aqua Padi veſcerentur, in varios languores cito inciderunt. Quibus vexati, cum frequentes eorum morerentur, ſtatuerunt retro abire, ac per eadem veſtigia, qua venerant in Galliam redierunt.

Franci in Galliã redeunt.

Gothi deinde, qui à Belliſarij militibus obſidebantur Fæſulis, cum fame premerentur, ac ſæpius poſtulata auxilia non venirent, tandem pactione vrbem Cypriano & Iuſtino Belliſarij ducibus dedidere. Illi autem receptis Fæſulis ac præſidio militum impoſito cum reliquis omnibus copiis Auximum profecti ſunt. Vitiges autẽ cum toto Gothorum robore iis, qui Auximi obſidebantur, laturum ſeſe opem promittebat, [& Vraiæ præſentia hoc ipſum polliceri videbatur,] tamen fruſtra obſeſsi expectabant. Quare Belliſarius eò quoque copias vndique cõtrahere coactus eſt, & ne longus obſidionis labor in irritum caderet, ſtatuit eos neceſsitate aliqua ad deditionem compellere, cuius rei gratia hæc machinatur. Fons erat perennis aquæ extra mœnia Auximi, ita propinquus mœnibus, vt intra iactum lapidis foret, & quoniam animaduertebat Belliſarius ex eo fonte obſeſſos tantummodo aquam habere, illum fontem ſtatuit illis tollere. Vnde quinque viros huius artificij gnaros, cum dolabris & malleis ad hoc ipſum paratis, multorum clypeis protectos, ad fontem effodiendum deſtruendúmque ſubmiſit. Quod cum parum deſtruere poſſent præ tenacitate ædificij, & reſiſtentia obſeſſorum per murum, Belliſarius hoc opere dimiſſo alium adinuenit, ſcilicet ſucco herbarum maligno, & cadaueribus iumentorum & lapide calcinoſo, quem Aſbeſtum vocant, inficiendam eius fontis aquam curauit, & eam penitus inutilem reddidit. Gothi igitur penuria aquæ laborantes pactum quærunt à Belliſario, vt ſcilicet incolumitate rerum ſuarum data eis, proficiſcerentur Rauennam, ciuitate conceſſa. Contradicentibus autem militibus Belliſarij prædámque totam caſtri poſtulantibus, ſic rem Belliſarius compoſuit, vt dimidia pars militibus in prædam daretur, aliam dimidiam Gothi ſibi retinerent. Et ſic oppidum hac pactione traditum eſt.

Belliſarij aſtutia.

Belliſarius Rauennam obſidet, ijdem, ibidem.

§. VI.

POſt hæc Belliſarius, anno Domini 542. aduerſus Vitigem & Rauennam ducere copias

A.C. 541.

A ſtatuit, eiſque vndique contractis, eò profectus eſt. Qui ſtatim in primo aduentu Maximum vnũ ex præfectis ſuis cum parte copiarum ad obſeruandas cuſtodiendaſque Padi ripas miſit, ne quid inde importari Rauennam valeret. Venit etiam ex Dalmatia Vitalis cum aliis copiis à Belliſario vocatus, & alteram eius ripam fluminis obſedit. Magna inter hæc nauigiorum multitudo cum veniret, frumentum commeatumque cæterum Rauennam ferentium, flumen ipſum vſque adeo decreuit, vt pleraque nauigia deſtituerẽtur. Ex quo factum eſt, vt omnia nauigia à militibus Belliſarij caperentur, [nec multo poſt ea capta flumen B in ſuam magnitudinem rediit.] Fluuio igitur Padi facultas importandi Rauennam neceſſaria ablata eſt. Mari verò importari nihil poterat, cum vbique Gothorum hoſtes mare poſsiderent.

Res in Rauennæ obſidione mirabilis.

Cum Rauenna in hunc modum obſideretur, legati Francorum ad Vitigem venerunt, quingẽta armatorum millia in Italiam tranſitura nunciant, ac liberationem obſidionis, Belliſariique deſtructionem, ſi in ſocietatem dominationis Italiæ Gothi recipere Francos vellent, promittebãt. Belliſarius vero ſentiens Francorum legatos ad Vitigem veniſſe, confeſtim & ipſe ſuos legatos C Rauennam miſit, qui concordiam Gothis cum imperatore Romano offerrent, ac infidelitatem Francorum commemorando ab illorum ſocietate deterrerent. Gothi igitur Francorum & Belliſarij hincinde auditis legatis, quid optimum foret conſultantes; poſt longam diſputationem imperatoris concordiam prætulerunt. [Per hunc modum legati Francorum irrita legatione dimiſsi ſunt, & frequentes poſthac cum Belliſario tractatus habiti, denique] rerum tractatarum exitus fuit, vt controuerſiæ omnes ad arbitrium imperatoris Iuſtiniani delegarentur, huiúſque rei D gratia oratores ad Iuſtinianum miſsi, & induciæ quædam inter obſidentes & obſeſſos fuerunt cõſtitutæ. Inter hæc accidit horrea publica, quę erãt Rauennæ, cum omni frumento cremari: quæ res in maximas difficultates Gothos adduxit, cum & frumenta incendio conſumpta eſſent, & Belliſarius importari non fineret. Gothi per hoc tempus, qui Alpes incolebant, plerique ſe Belliſario dedere ſignificarunt. Alpes enim Gallias ab Italia diuidunt, quæ mirabili altitudine inſurgentes, difficillimos aditus habent. Siſigis igitur vnus ex Gothorum proceribus, qui in Alpibus caſtella quædam habebat, primus omnium Belliſarij mi- E lites ad ea loca miſſos ſponte ſuſcepit, & alia caſtella idem facere ſuaſit. Et per idem tempus, licet Vraias exercitum congregaret, vt Rauennã proficiſceretur, Gothi qui cum eo erant, [poſtquam audiuerunt Siſigim ad hoſtes defeciſſe, caſtellàque & vrbes in quibus ipſi natos vxoréſque habebant, tentatáante omnia eò ducere Vraiam cõpulerunt. Hæc cum audiſſet Ioannes Vitaliani & Martinus, ſine vlla mora & ipſi in Alpes profecti, caſtella quædam, in quibus vxores eorum erant, & filij qui cum Vraia militabant, ceperunt. F Quæ poſtquam illi intellexerunt,] deſertis caſtris eius, ad hoſtes trãsfugerũt, quo ſuos recuperarẽt. Et ſic Vraias deſtitutus à ſuis cum paucis in Galliam reuerſus eſt.

Francorũ legati cũ Vitige de fœdere ineũdo tractant.

Gothi qui Alpes incolebant, ſe Belliſario dedũt.

Legati ab imperatore Iuſtiniano inter hæc venerunt, ferentes Iuſtiniani reſponſum ad ea, quæ Vitiges cum Gothis de concordia poſtulauerant.

Conditiones pacis Iuſtiniani cum Gothis initę.

A.C. 541.

A Summa ſententiæ Iuſtiniani hæc fuit. Vitiges omnia trans Padum loca retineat, citra Padum vero cuncta dimittat. Mediam vero pecuniarum partem regalium imperatori tradat, reliquam partem retineat. Gothi vero omnes, qui citra Padum incolunt, ſubiecti Romano imperio ſint. Locuti ergo prius cum Belliſario legati, deinde Rauennam ingreſsi mandata expoſuerunt, quæ lætis animis ab Vitige, cæteriſque Gothorum proceribus audita & comprobata ſunt. Belliſarius autem hæc magno cum dolore audiebat, ſecum ipſe indignans, ac grauiter ferens, quòd cum plenam vi- B ctoriam de Gothis poſſet habere, ſibi auferebatur. Itaque redeuntibus paulo poſt legatis ac ſubſcriptionem eius poſtulantibus ſubſcribere noluit. [Ex qua re nata eſt ſuſpicio, quaſi Belliſarius ipſe imperiũ affectaret, & totus abalienatus à Iuſtiniano eſſet. Qua opinione inducti Gothi clam ad eum miſerunt, hortantes, vt non alteri ſed ſibi ipſi occidentale imperium comparare vellit. Senſit Vitiges hæc oblata, ſuóſque & ipſe mittens nuncios ad hæc Belliſarium cohortatus eſt. Belliſarius igitur iſta conſiderans ac vtilia fore arbitratus, non multo poſt quodam è ſuis Rauen- C nam miſſo, ſignificauit ſe conſtituiſſe ea facere, quæ illi ſuaſiſſent. Gothi autem ſine mora legatos ad Belliſarium miſerunt. Hi cum in caſtra veniſſent, Belliſarium ſecreto conuenientes, fidem, promiſsionẽ ac iuſiurandum ab eo petunt, de legitima gubernatione iuſtitiaſque Gothorũ conſeruandis, & aliis huiuſmodi compluribus. Deinde quod ipſe Italiæ Gothorum poſthac rex eſſet. Belliſarius cætera iurauit omnia. De regno autem ſuſcipiendo,] cum eſſet Rauennæ coram Vitige cæteriſque Gothorum proceribus, ſe præſtaturum iuſiurandum dicit. Legati vero nequa- D quam ſuſpicantes, quin rex eſſe velit, hac in parte capere iuſiurandum ab eo diſtulerunt, quaſi mox Rauennam ingreſſus id foret præſtaturus. At Belliſarius longe alia mente agitabat. Tunc igitur rebus ita geſtis, Belliſarius volentibus Gothis in vrbem Rauennam vocatus eſt. Ille autem ornato exercitu, claſſèque parata, qua commeatum omnis generis abunde deferret, magna Gothorum exercitùſque lætitia Rauennam ingreditur. Cùm vero ingentes Gothorum copiæ eſſent, volens Belliſarius eas copias diminuere, paucis poſt ingreſſum diebus licentiam omnibus, qui citra Padum incolerent, dedit domum remeandi. E Illi vero longa militia defeſsi, libentiſsime ad ſuos redierunt, ita multitudine Gothorum, quæ erat Rauennæ attenuata, Belliſarij exercitus longe potentior, ac plane dominans intra Rauennæ mœnia remanſit.

Belliſarius Rauennam potitur.

His itaque confectis Gothorum proceres, qui per Italiam vbicunque erant, vel ipſi venerunt ab Belliſarium Rauennam, vel oratores ſuos miſerunt. Sed cum ſuſceptio regni à Belliſario differretur, eáque res admirationem primò, poſtea etiam ſuſpicionem pareret: auxit mox ſuſpicio- F nem reuocatio Belliſarij ab imperatore Iuſtiniano facta. Nam fama increbruerat, & detulerant quidam Belliſarium affectare Italiæ regnum, ac iam plene ſuſcepiſſe. Quo metu Iuſtinianus illũ ad ſe confeſtim ex Italia reuocauit. Gothi autem hoc ſentientes, ſibiipſis ab initio nullo modo perſuadere poterant illum ad imperatorem Iuſtinianum eſſe rediturum. Sed poſtquam apparatus fieri

Belliſarius rex Gothorũ fieri renuit.

A.C. 542.

fieri viderunt, ac omnia diſponi, quæ ad profe-ctionem eius fieri oportebat, deceptos ſeſe ac planè circumuentos à Belliſario cognouerunt, ſed quid agerent ignorabant. Ille enim Rauennam & proceres Gothos in poteſtate ſua habebat, vt nec querelæ liberæ forent.

Gothi vero qui trans Padum erant, vbi hoc ſenſerunt Papiæ conuenientes, ac multum inter ſe conqueſti de communi gentis calamitate & Belliſarij fraude tandem Vraiam ſibi conſtituere regem voluerunt. Quod ille paſſus non eſt, maxime illa ſe ratione excuſans, quod cum filius fratris Vitigis eſſet, neque pie neque honeſte facere videretur, ſi illo viuente regnum aſſumere videretur. Hac ratione probabili ſe excuſans author fuit, vt Ildouadus rex conſtitueretur, vir magnæ inter Gothos authoritatis, magnæque potentiæ, & qui longo tempore Veronæ dominatus eſſet. Is ergo ex vrbe Verona Papiam vocatus, purpuraque indutus: rex Gothorum appellatur, ac de ſalute gentis ſuæ cogitare iubetur. Ildouadus ergo rex Gothorum factus, ſtatim oratores Rauennam ad Belliſarium mittit. Qui commemorata illius promiſsione dudum facta de regno Italiæ Gothorumque ſuſcipiendo, defectum fidei palam arguerent, ac ea fraude deceptos ab eo fuiſſe Gothos conquererentur. Proinde ſi etiam tunc adimplere promiſſa, ac rex fieri velit, id facto oſtẽderet. Ildouadum Rauennam offerre ſe eſſe venturum, ac purpuram ad pedes eius eſſe poſiturũ. Sin autem imperatoris Iuſtiniani ſeruus eſſe magis, quàm ipſe imperare velit, ne grauiter ferat, ſi Ildouadus & Gothi, qui reliqui ſunt, de communi gentis ſuæ ſalute prouidere nitantur. Hęc ſumma orationis fuit. Belliſarius palam ad hæc reſpõdit ſe viuente Iuſtiniano imperatore nunquam regnum eſſe ſuſcepturum. Cum hoc ergo reſponſo legati ad Ildouadum Papiam redierunt. Belliſarius deinde parata claſſe cum Vitige, & cæteris Gothorum proceribus & theſauris regis Byzantium, id eſt Conſtantinopolim nauigauit, quinto anno poſtquam bellum in Italia gerere cœperat.

Ildouadus Gothorum rex creatur. A.C. 542.

Belliſa-[illegible]

Qualis vir eſſet Belliſarius ex lib. 3. Leon. Aret. & Blondo.

§. VII.

BElliſarius iſte, vt omittamus rei militaris ſciẽtiam, qua omnes ætatis ſuæ duces longiſsime ſuperauit, vir ſummæ humanitatis, perquam pauperi & opulento ſeſe impertiebatur. Acceſsúſque ad eum faciles & liberi cuique generi hominum. Præterea liberalitas admiranda. Militibus, qui equos, aut arcus, aut arma non ignauiter amiſiſſent, continuo alia donabat. Ruſticorum vero tantam habebat curam, vt in ducendo exercitu neminem eorum violari, nemini damnum inferri pateretur. Ne poma quidem in arboribus pendẽtia milites ſui attingere audebant. Hac ille ſeueritate diſciplinæ conſequebatur, vt caſtra eius eſſent abundantiora, quàm vllum in vrbe forum. Ita libera & ſecura erat rerum venalium importatio. Abſtinentiam vero eius erga ciuitates ſocias & amicas, nemo ſatis digne queat referre, maximaque illius in ciuitates beneficia. Nullæ vnquam vexationes audiebantur.

Belliſarius abſtinentiæ & humanitatis exceptus.

Cum igitur Belliſarius Byzantium veniſſet, magna lætitia à Iuſtiniano imperatore ſuſceptus

A plurimóque in honore habitus, omnem, quæ de ſe prius habita fuerat, ſuſpicionem deleuit. Gothi etiam, quos ſecum adduxerat, benigne humanéque recepti ſunt, & cum admiratione quadam circumſpecti, nec id immeritò. Erat enim Vitiges rex Gothorum vxórque eius Amalaſuentha quondam Theoderici regis, qui Italiam poſſederat, neptis. Præterea Ildouadi tũc filij duo, quos Rauennæ apud Vitigem repertos non dimiſerat Belliſarius, ſed vnà ſecum in Græciam adduxerat. E-

B rant & alij Gothorum proceres, Belliſariíque virtutem, qui tantas res confeciſſet, admirabantur, tollentes eum in cœlum laudibus, quod nuper Aphricam, nunc Italiam ad Iuſtiniani imperium redegiſſet.

A.C. 542.

In Italia vero poſt Belliſarij diſceſſum apud Ioannem Beſſam & Vitalem Iuſtiniano iubente gubernatio remanſerat. Venerat etiam & Conſtantianus ex Dalmatia, qui & ipſe numero gubernatorum additus eſt. Confeſtímque apparuit, quantum inter gubernationem horum & Belliſarij intereſſet. Nam qui in gubernatione ſucceſ-

C ſerunt, neque humanitate, nec virtute, nec abſtinentia pares fuerunt. Nam cum ipſi rapinas prędáſque ſectarentur, etiam milites in omnem licẽtiam prolabi permiſerunt. Superbi quidem in ſocios, in hoſtes vero nimis feroces.

Belliſario in imperio valde impares ſuccedunt.

Itaque res breui tempore retrouerti, & in ruinam tendere cœpit. Ildouadus autem rex Gothorum nouiter conſtitutus, poſt Belliſarij diſceſſum ſumma cum diligentia res exequebatur. Gothos enim omnes & Italos, qui cum eis ſentiebant, arma capere, & ad præſcriptam diem Papiæ conuenire iuſsit. Paruus quidem ab initio exercitus

D cum eo fuit, ſed continuo augeſcens, ac ſpem aſſumens in dies meliorem. Adiuuabat vero non mediocriter Gothorum partes auaritia & iniuria aduerſariorum. Exactores enim pecuniarum fiſci nomine à Iuſtiniano in Italiam miſsi, populos vexare mirabili acerbitate cœperunt, & ad indebitarum pecuniarum ſolutionem compellere. Quamobrem & ſingulis priuatim hominibus, & publice ciuitatibus tantam deſperationem intulerunt, vt Gothos iterum fieri dominos rerum optarent, multíque ad Ildouadum volũtarie proficiſcerentur, eiuſque exercitum augerent. His

Auaritia Iuſtiniani Italiam perdidit.

E creſcens in dies Ildouadus omnes trans Padum Venetiarum vrbes in poteſtatem recepit, & Italorum Gothorúmque multitudine exercitus eius completus eſt. Quamobrem haud multo poſt educere in aciem, ac fortunam pugnæ tentare non dubitauit. Prœlium hoc non procul Taruiſio fuit aduerſus Vitalem, qui vnus erat ex Iuſtiniani ducibus. Victórque Ildouadus tanta ſtrage Vitalis exercitum concidit, vt dux ipſe cum paucis vix euaderet, reliqui omnes vel interficerentur à Gothis, vel captiui ducerentur. Ea victoria & magna & clara incredibile quantum Gothorum a-

Victoria Gothorũ contra Vitalẽ Iuſtiniani ducem.

F nimi creuerunt, quantúmque fractæ ſunt vires aduerſariorum, vt non ſolum trans Padum per Galliam & Venetias, verumetiam citra Padum Gothorum partes confirmarentur: noménque Ildouadi celebre fieret apud Iuſtinianum imperatorem, aliáſque nationes.

Ildouadus nec multo poſt Vraiam maximum inter Gothos hominem ad mortem vſque perſecutus eſt, ſuſpicione iniecta quaſi cum hoſtibus ſentiret. Hæc enim prætexebatur cauſa. Sed verior

A. C. 543.

rior cauſa fuit, quòd Ildouado regi ſuſpecta erat Vraiæ potentia, & ideo eum interfici iuſsit. Cuius mortem permulti Gothorum improbauerunt, palámque deteſtati ſunt, quaſi rem ſceleratam & impiam. Itaque & ipſe Ildouadus ab Villa vno ex cuſtodibus corporis ſui in conuiuio dum prãderet occiditur. In eius vero locum Atharicus rex creatur. Qui nec ipſe diu regnauit, ſed propter malam ineptámque gubernationem quinto poſt electionem menſe à Gothis occiditur, ita duobus regibus intra biennium interfectis, ad Totilam magno Gothorum conſenſu regnum defertur.

Mors regis Ildouadi.

De rebus Totilæ contra Italiam, Romam, & imperatorem geſtis.

CAPVT V.

De Totila rege Gothorũ idem.

Totila itaque poſt Atharicum (aliàs Alaricum) magno Gothorum cõſenſu eſt rex eorum factus. Hic antequam rex factus eſſet, Taruiſij dominabatur, quæ eſt ciuitas Venetiarum. Pater eius Ildouadi regis frater germanus fuerat. Itaque interfecto Ildouado, Totila ipſe formidans propter illius conſanguinitatem, clam Rauennam miſit, & cum Iuſtiniani ducibus pepigit ad hoſtes tranſire cum omnibus qui ſecum erant, cum Taruiſin oppido. Dicta ad rem conficiendam dies erat, quæ cum nondum veniſſet, Gothi pœnitentia ducti quòd Ildouadi morte lætati fuiſſent, quódque Athalaricum regem creaſſent, hominem nequaquã tanti, vt Gothorum gentem defendere aduerſus tantas hoſtium vires valeret, ad Totilam Ildouadi propinquum reſpicere, atque regem optare cœperunt. Et hic fuit Totila, quem ob ſæuitiam (vt dicetur) inflictarum cladium, Dei flagellum quidam appellarunt, ſicut & Attila alius ab iſto, quia rex Hunnorum ille, & per centum annos ante. Iſte Totila rex Gothorum genere quidem Gothus fuit, ſed in Italia natus atque educatus.

Iuſtinianus autem imperator cognitis iis, quæ in Italia contigerant, ducum ſuorum imperitiam & ſocordiam increpabat, quod in tantis diſcordiis hoſtium, tantíſque reuolutionibus ipſi opportunitatem rerum agendarum nacti, nihil protinus effeciſſent. Quibus increpationibus permoti, Rauennæ duces ſimul omnes conuenerũt. Ibi cum de inferendo bello conſultarent, placuit ante omnia ad vrbem Veronam exercitum ducere. Eius namque vrbis capiendæ ſpes quædam illis ſecreto offerebatur. Erant vero hi duces vndecim, quorum præcipui habebantur Conſtantianus & Alexander in Italiam nuper à Iuſtiniano miſsi ad pecunias colligendas. Profecti igitur cum ingentibus copiis, vbi Veronæ propinquarunt, ſpem dudum ſibi datam experiri decreuerunt. Erat enim Martianus quidam vir domi nobilis, caſtellum habens non procul à Verona. Is quia partes imperatoris animo præferebat, cuſtodem vnius portarum induxerat ad exercitum imperatoris introducendum. Re igitur arcanè compoſita, cum eò perueniſſet exercitus, præmittitur Arthauades Armenius cum manu delectorum militum, qui portam ante capiat, ac cęterum exercitum præſtoletur. Nihil promiſſorum in hoc loco defecit. Nam intempeſta nocte cum ad portam veniſſent milites, proditor aperiens intra vrbem eos recepit. Illi portam ingreſsi, mœnibus quoque ſuper eam captis exercitui ſignificarunt. Sed Gothi ſentientes in vrbe eſſe hoſtes, per diuerſam portam aufugerunt. Duces vero captam portam à ſuis audientes iter ſtatim quidem ingreſsi ſunt. Sed antequam in vrbem venirent, de præda inter ſe diſceptantes quinque millibus ab vrbe paſsibus conſtiterunt. Inter hæc dies eluxit. Arx eſt Veronæ vrbi ſupereminens, in qua intra vrbem & extra longe proſpectus eſt. Gothi igitur, qui in arcem refugerant, cernẽtes paucos intra vrbem hoſtes, exercitum vero extra vrbem exiſtere, necdum mœnibus appropinquare, ſubito ex arce impetu facto vrbem peruicerunt, & portam, quæ tenebatur ab hoſtibus receperunt, atque clauſerunt. Milites vero, qui per noctem fuerant ingreſsi, partim oppreſsi, partim ad mœnia confugientes deſuper repugnabant. Venientes autem paulo poſt duces cum portam clauſam inueniſſent, quamquam intus eſſent milites, qui eos vocabant, ac ne ſe deſererent precabantur, tamen e veſtigio abierunt. Militum vero pars è muro ſe demittens euaſit, è quorum numero fuit Arthauades Armenius eorum præfectus, cæteri vel capti, vel interfecti ſunt. Per hunc modum prauitate & auaritia ducum res apud vrbem Veronam periere.

Verona capitur per proditionẽ.

Duces Iuſtiniani ſeſe mouent.

A. C.

Iuſtiniani ducũ vecordia.

Iuſtiniani imperatoris duces poſt hæc, quoniam Veronæ cœpta flagitioſe turpiterque euaſerant, ex illis locis abierunt, tranſmiſſoque Pado amne Placentiam profecti ſunt. Totila per id tempus Papiæ degebat, cognitóque hoſtium aduentu, quaſcunque potuit copias propere contraxit. Duces vero Iuſtiniani inter hæc vltra Placentiam progreſsi, ſecus ripam Padi caſtra faciebant. Totila autem, quamuis foret admodum impar, tamen cum iis quas habebat copiis, obuiam illis exire, ac fortunam pugnæ experiri conſtituit. Cũ igitur in propinquo eſſent caſtra, ac pugna decernere vtriſque placuiſſet, Totila per noctem partem equitum præmiſit, quos viginti fere ſtadiis vltra hoſtium caſtra flumen trãſire iuſsit, & cum pugnare cœptum eſſet, poſt terga hoſtium cum quammaximo valerent tumultu adoriri mandauit. Ipſe vero cum tempus fuit, ad hoſtes exercitum duxit. Idipſum fecerunt & Iuſtiniani duces. Acies ergo tunc ſimul congreſſæ prœlium acerrimum inierunt, omniſque ferri experientia in eo certamine verſabatur. Cúmque ferueſceret maxime prœlium, & ab vtriſque enixiſsime pugnaretur, neutram adhuc in partem victoria inclinante, equites Totilæ tranſmiſſo flumine terga Iuſtiniani ducum inuaſere, tumultuſque maior inde exortus, cum multitudo ingens crederetur, exercitum Iuſtiniani primo turbauit, mox in fugam vertit. Solutis enim ordinibus, cum antè retróque ſtaret hoſtis, cito diſsipatur, multiſque à Gothis perſequentibus interfecti ſunt, multi etiam ſeſe per deuia quæque præcipitantes euaſere. Captiuorum multitudo ingens fuit, & (quod nunquam ante contigerat) omnia militaria inſignia imperatoris exercitus in prœlio capta ſunt ab hoſtibus, & ad Totilam relata. Inſignis hæc victoria Totilæ fuit, quippe qui minoribus copiis contra maiores prœlium iniiſſet. Hac tamen victoria humaniſsime vſus fuit, nemini captiuorum

Totilæ cũ Iuſtiniani ducibus prœlium.

Inſignis Totilæ de Iuſtiniani ducibus victoria.

A.C. 543.

rum moleſtiam inferens, multis etiam gratuito dimiſsis, quæ quidem humanitas famam eius plurimum auxit.

Totila autem non multo poſt hanc victoriam iam animo maiora concipiens, exercitum in Etruriam miſit. Præfecit autem huic exercitui tres Gothorum præſtantiſsimos, Beldam, Rodericum & Vliarium. Erat autem in Etruria Iuſtinus vnus ex ducibus, qui prælio proximo interfuerat, póſtque id tempus, nunquam ceſſauerat copias reparare, oppida munire. Is cum exercitus Totilę ſuperuenit, circumdatus ab hoſtibus intra Florentiæ mœnia obſidebatur. Terrebat autem Iuſtinū rei frumentariæ defectus. Nam importari ad obſeſſos nil poterat, & intus quod erat frumentum breui defuturum videbatur. Rauennam igitur ad cæteros duces mittens Iuſtinus, quo in periculo res eſſet oſtendit: rogauítque, vt ſibi opem ferrēt. Ob eum nuncium præmoniti Beſſas, Cyprianus, & Ioãnes, cum ſuis copiis in Etruriam venerūt. Gothi verò, vbi intellexerunt illos appropinquare, ſoluta illico obſidione retro caſtra mouerunt. Profectique vnius diei iter, in loco qui Muciallo dicitur, conſtiterunt. At poſtquam exercitus Iuſtiniani Florentiam peruenit, placuit ducibus vt paucis Florentiæ in præſidio dimiſsis, ipſi ad hoſtem contenderent. Et cum Ioannes prius ad eos perueniſſet, & aciem ſuorum aduerſus montes direxiſſet, hoſtes vero de ſuperiore loco fortiſsime repugnarent, caſu cum quidam ex militibus Ioannis latus pilo transfixus fuiſſet, & mortuus, falſa fuit credulitas Ioannem interfectum fuiſſe. Fuga hinc fieri cœpta eſt, nec modus vllus in fuga, diſsipatim ſparſimque in diuerſum abierunt. Itaque duces ipſi à nullis hoſtibus pulſi fugam arripere coacti ſunt. Neque poſt hæc conuenerunt in vnum, ſed alius alibi, prout ſe ex fuga receperant, oppida tenuerunt. Gothi tamen ad obſidionem Florentiæ non ſunt reuerſi, magnitudinem veriti copiarum, quæ per Etruriæ oppida conſtiterant diſperſæ, & hyems ſuperuenit. Aliqui dicunt Totilam Florentiam ingreſſum, & facta magna cæde ibi hominum & rapina & incēdio, quaſi deſolaſſe. Vnde & aliquo tēpore quaſi derelictam remanſiſſe, & inhabitatam, quæ tamē erat tunc parui circuitus & modici territorij. Non tamen iſtud eſt multum authenticum, ſcilicet quòd Totila ita eam deſolauerit, vt dicit Leonardus Aretinus.

Florentia obſidione cingitur.

Ioannes falſo mortuus dictus exercitū in fugam vertit.

Totila res per Italiam geſtæ. Leon. lib. 3. Blon. dec. 1. lib. 6.

§. I.

TOtila autem, vt primum tempus educendi copias fuit, coacto exercitu in agrum Gallicum venit, vbi Ceſenam & Petram oppidum (quod corrupto in vulgus nomine dicitur Bertinorum) obſedit, cæteraque eius regionis oppida permulta vel vi vel pactione cepit. His per ea loca confectis in Etruriam cum exercitu tranſit, vbi cum duriora omnia repetiſſet, ſtatuit tempus nequaquam in iis terere. Itaque Tyberi amne, quo Etruria finitur, tranſgreſſo, per Vmbros & Sabinos & Marſos in Campaniam profectus eſt. In his locis Beneuentum captum mœnibus ſpoliauit. Nolebat enim in vrbe munitiſsima hoſtes, ſi quando contingeret, ſedem belli habere. Neapolim deinde obſedit, & multum conatus eſt, vt Neapolitani potius eius amicitiam quàm inimicitiam mallent. Sed erat in præſidio eius vrbis Conon Iuſtiniani præfectus, nec pauciores mille militibus habebat. Itaque nihil decerni libere in concione poterat. Quod cum intelligeret Totila, poſitis non longe caſtris vrbem obſedit, non tamen oppugnauit, ſed quietem agens incubabat. Interim parte exercitus miſſa, Cumas & alias quaſdam per ea loca vrbes cepit, ex quibus magnam pecuniarum vim adeptus eſt. Mulieres etiam quaſdam ex nobilitate Romana capi in iis locis contigit: quas omnes Totila cum ſumma beneuolentia conſeruatas liberas eſſe iuſsit, ac parentibus maritiſque cum honeſto comitatu remiſit. Cumque per has regiones neque dux, neque exercitus eſſet, qui conatibus Totilæ repugnaret, ſuarum copiarum partem continuo mittendo, Appuliam, Lucaniam & Calabriam cum vniuerſis eorum oppidis in poteſtatem ſuam redegit. Ex quo factum eſt, vt Iuſtiniani ducibus militibuſq; nullæ amplius pecuniæ ſoluerentur, quæ quidem res magnam ipſis incommoditatem fecit. Milites enim Iuſtiniani cum pecuniæ deeſſent, nec ſtipēdia eis ſoluerentur, nec parere ducibus, nec in expeditiones ire volebant, ſed per oppida incluſi res amicorum prædabantur, rapinis & maleficiis omnia fœdabant. Duces quoque ob has difficultates intra mœnia conſiſtentes, oppida tantummodo ab hoſtibus tutabantur. Partitique inter ſe vrbes, Ioannes Romam, Beſſas Spoletum, Cyprianus Peruſiam, Iuſtinus Florentiam, Conſtantianus Rauennam gubernabat. Inter hæc Totila Neapolim durius obſidebat, & parata claſſe neque mari, neque terra importari quicquam patiebatur. Ex quo palam erat, niſi quis opem ferret, eam demum vrbem in manus hoſtium eſſe peruenturam.

A.C. 544.

Neapolim obſidet Totila.

Iuſtiniani ducum & militum ignauia.

Iuſtinianus igitur imperator prædicta audiens, pro tantis Italiæ cladibus, próque imperij dedecore dolens, Maximinū præfectum prætorio ad corrigendas reparandáſque res in Italiam miſit. Dedit autem ſibi claſſem & exercitum ex Thracibus & Armeniis. Maximinus ergo Byzantio profectus in Epirum venit, ibi cum res Italiæ ex propinquo cogitaret, inter ſpem ac metum dubius, tarditate & deſidia tempus amiſit. Erat enim Maximinus vir bonus, & ad pacis negotia non inutilis, belli vero imperitus omnino, & ob hoc timidus & cunctator in cunctis, ac plurimum ambigens, res vero tunc & conſultandi & agendi celeritatem flagitabant. Maximino igitur de ſe paruam ſpem afferente, Iuſtinianus Demetrium quēdam, qui ſub Belliſario dudum in Italia militauerat, cum alia claſſe in Siciliam miſit. Is cum in Siciliam nauigaſſet, audita Neapolis obſidione ſtatuit confeſtim auxilium ferre. Cum vero aperta via id efficere deſperaret, quoniam neque claſsis nec exercitus eius ad reſiſtendum obſidentibus ſufficiens erat. [Naues quamplurimas ex vniuerſa Sicilia contraxit, fecitque ex ipſis claſſem ad aſpectum permagnam, impoſitoque frumento Neapolim contendere perrexit. Conſcius tamen imbecillitatis ſuæ Neapolim adire non auſus,] Romam petiit, quo militibus inde aſſumptis naues impleret. Sed milites, qui Romæ erant, claſſem aſcendere noluerunt, victi enim duplici prœlio à Gothis, immodice formidabant. Itaque hac

Demetri⁹ ad liberādam obſidione Neapolim pergit.

A.C. 544.

Demetrij claſsis à Gothis capitur.

A deficiente ſpe, Demetrius Roma aduerſus hoſtes proficiſci compellitur. Et cum Neapolim appropinquare cœpiſſet, præfectus Totilæ repente cum velocibus nauibus ex improuiſo claſſem Demetrij in fugam vertit, quam Gothi velocibus nauibus inſequuntur, & poſt magnam cædem Demetrij omnes naues cum ipſis oneribus ipſiſque viris plenas ceperunt. Demetrius dua claſsis cum paucis in Lembis proſilientes euaſerunt. Maximinus cum maiori claſſe poſt hæc in Siciliam nauigauit. Cum Syracuſas applicuiſſet, eadē ignauia, qua prius cunctando, tempus amiſit. Vbi autem præcepta & minæ Iuſtiniani ſuperuenerūt, B nec ob eas quidem nauigare aduerſus hoſtes ſuſtinuit, ſed claſſem Demetrio, & Herodiano & Baſſæ ducendam tradidit, ipſe in Sicilia remāſit. Erat iam plane hyems cum nauigare cœperunt. Cumque Neapolim veniſſent, orta ſubito tempeſtas claſſem arripuit, neque remis, neque arte vlla reſiſti potuit, quin ad ipſum littus, vbi caſtra erāt hoſtium, adigeretur. Sicque Gothi naues ceperūt, & ſi qui reſiſtebant, interfecerunt, reliquos captiuos duxerunt. In quorum numero fuit Demetrius ipſe. Herodianus autē & Baſſas cum & ipſi capti eſſent, caſu quodam ſeruati ſunt. Totila De- C metrium in vinculis ad mœnia Neapolitanæ vrbis mandauit. Ibi vocato Canone præfecto, militibus & Neapolitanis ciuibus Totila iubente Demetrius verba fecit, ſuaſitque, ne amplius auxilia vlla expectarent, binam claſſem cum pugnatoribus eſſe amiſſam. Obſeſsi vero iampridem fame macerati, cum Demetrium captum, & omnem ſpem ſublatam viderent, in fletum & lamentationem conuerſi, quid agerent, neſciebant. Totila deinde huiuſcemodi verba ad populum Neapolitanum & milites Iuſtiniani habuit, Quia Italorum omnium ſoli, inuiti & repugnantes in pote- D ſtatem hoſtium noſtrorum, cum vltima pene ciuitatis veſtræ clade, vulneribúſque & cruore veſtro deueniſtis: beneficia potius à nobis, quàm vltionem Neapolitani expectate, ac etiam hoſtibus noſtris, qui vobiſcum in vrbe ſunt, acerbi non erimus. Nam militandi æquo iure nobiſcum cum aliis militibus, vel abeundi cum omnibus rebus ſuis quocunque volent facultatem dabimus. Hęc & iurando ſancire parati ſumus. Laudauerunt Neapolitani & milites Totilæ ſermonem. Quo tamen honeſtior deditio fieret, triginta dierum inducias poſtularunt, quibus videretur, an aliqua E auxilia ſuperuenirent. Ad hæc Totila ait. Non triginta tantum, ſed ter triginta dierum ſpacium ſe dare reſpondit. Quam libertatem admirati obſeſsi, claréque depræhendentes nullam eſſe auxilij ſpem, intra paucos dies apertis portis Totilam & eius exercitum intra mœnia acceperunt. Ingreſſus autem Neapolim neminem malo affecit, nulli moleſtus fuit, quinimo tanta humanitate vſus eſt, vt nequaquam conuenire barbaro homini videretur. Cum multi enim propter inediam deficientibus viribus ægrotarent, ne ſubita affluentia cibi immoderate ſumpti periculum illis affer- F ret, ſumma cura diligentiáque prouidit, vt nō ſolum Neapolitanis ciuibus, ſed etiam militibus cibaria bis in die ad certum pondus traderentur, diligentiſsime obſeruato, ne cunde aliquid plus caperent, & ſingulis diebus modicum ſuperadderetur. Conom autem & militibus ſuis abire volentibus nauigia præbuit. Hac igitur humanitate in alienoa Totila vtebatur. In ſuos vero tantam diſciplinæ ſeueritatem ſeruabat, vt nullum factum impunitum eſſe pateretur. Raptori & violatori pœna mors erat, & publicatio bonorum: qui quidem bona violentiam paſſo tradebantur. Itaque caſtra & ingreſſus Gothorum per amicas ciuitates & gentes omni ſcelere carebant.

Neapolim deditione Totilas accipit.

A. C. 545.

Eiuſdem in ſuos ſeueritas.

Quales fuerint imperatoris in Italia duces, ijdem.

§. II.

B IVſtiniani imperatoris ducibus per hoc ipſum tēpus diuerſa penitus erat cōditio. Nam & duces ipſi neque abſtinentes erant, & milites in omnem licentiam traducti, à nullo ſe maleficio temperabant. Nec quicquam miſerius per illa tēpora in Italia, quàm populi, qui imperatori parebant, cum extra mœnia quidem ab hoſtibus, intra mœnia verò à militibus diriperētur. Duces enim munitas tenētes arces, nihil de ſubiectorum iniuriis curabāt. Iuſtinianus igitur ob hęc flagitia coactus, cum indies magis ac magis deſperatio ſequere- C tur, iterato in Bellisarium mentem animúmque conuertit. Nam cæteri quidem duces nedum perdita recuperare, ſed nec illa ipſa, quæ tenebant, diutius tueri poſſe videbantur. His igitur de cauſis Belliſarius ad curam Italici belli rurſus delectus eſt. Cumque hoc medio tempore bellū aduerſus Medos geſsiſſet, needum plane finitum eſſet bellum, & milites nouos ſcribere opus eſſet, (Nam veterem exercitum circa Euphratem reliquerat) Thraciam totam circumiens Belliſarius, pecuniáſque abunde largitus, voluntariorum ad quatuor millia congregauit militum. Quibus D claſsi impoſitis, vnà cum Vitale præfecto Illyrici, qui nuper ex Italia venerat, nauigauit, traiectóque demum Ionio mari Salonis applicuit. In hoc ipſo itinere Hydruntum Calabriæ oppidum Gothorum obſidione liberauit. Deinde Polam nauigauit, & tandem cum tota claſſe Rauennam peruenit.

Belliſarius iterum in Italiam mittitur.

In eius aduentu deteriora omnia opinione ſua per Italiam reperit. Hoſtes enim vbique pręualere, ac optima ſpe eſſe videbantur. Amici vero vbique per Italiam fracti, ac in deſperationem adducti, ciuitates quidem & populi ob iniuriam militum, E milites autem ipſi, quod multa ſibi deberentur ab imperatore, & ſtipendia nulla ſoluebantur, contumaces & aduerſi, nec parere ducibus, nec exire in expeditiones volebant. Erántque ad exiguum numerum redacti, aduentus quoque Belliſarij deſperationem auxit. Licet enim optimus dux, & ſine controuerſia præcipuus haberetur, tamen contemnendas admodum copias adduxerat tyronum quatuor millia, pecunias vero nullas, quæ militibus darentur. Itaque concionantem Rauennæ [cauſaſque aduentus ſui docentem, cohortantem] denique ad capeſſendum bel- F lum nec oppidani nec milites læto animo audiuerunt, neque lætitiæ nec ſpei bonæ ſignificationes vllas reddiderunt. Denique Belliſarium ipſum, quòd in Italiam veniſſet, pœnitere cœpit, maxime cum Totila maiores copias haberet, & ſibi parentes, & Tybur ſuſcepiſſet. Imminet autem Tybur Romæ, nec plus ab ea diſtat quàm ſedecim millibus paſſuum. Tandem vero Ioanne

Belliſ[arius] in I[taliam] ad[uenit] [illegible]

Vitalia

A.C. 545. Vitaliani ad Iuſtinianum miſſo conditionem Italiæ per eum demonſtrauit, & ſimul literas ſcripſit, hunc effectum continentes.

Literæ Belliſarij ad Iuſtinianum, de Italiæ ſtatu.

Miſiſti me in Italiam, optime imperator, virorum & equorum & pecuniarum inopem, quod & antequam à te diſcederem, ſæpius oſtendi, & obteſtatus ſum. Sed iuſſui tuo non parere mihi nefas erat. Thraces enim & Illyricos milites perpaucos, & eoſipſos tyrones, bellorúmque inexpertos, nec arma quidem tenere ſcientes nobiſcũ ducere coacti ſumus. Veterani autem, quos per Italiam reperimus, victi iam ante quibuſdã prœliis Gothos victores ita formidant, vt vix eorum aſpectum ferre poſsint. Stipendiiſque diu fraudati, nec equos nec arma nuper amiſſa reparare potuerunt. Nec in expeditione ſine his ire conſentiunt, nec alioqui tantæ ſunt copiæ, vt cũ hoſtium copiis congredi ſine manifeſta pernicie valeant. Nam maxima eorum pars, qui in Italia ſub tuo nomine militabant, ob ea quæ memorauimus incommoda, ſponte ſua ad hoſtes tranſierunt. Pecuniarum autem reditus nullos ab Italia ſperes nobis prouenturos eſſe, cum ſit ab hoſtibus magna ex parte occupata, & ea, quæ reſtat pars adeo attenuata bello atque afflicta, vt tributa nullo modo ſoluere queat. Si igitur ſatis fuit Belliſarium in Italiam miſiſſe, optime à te prouiſum eſt, ſum enim in Italia. Quod ſi hoſtes ſuperare vis, alia ſunt à te prouidenda. Nam dux belli ſine iis, quæ opportuna ſunt, proficere nil valet. Copias igitur potiſsimum meorum militum huc mittas oportet. Deinde Hunnorum ac cæterorum barbarorum multitudinem ingentem. Illud inſuper à te neceſſarium prouidendum eſt, vt pecuniæ adſint, nam ſine his in bello nihil opportune fieri poteſt.

Totilæ res per Italiã geſtæ.

Hæc tunc à Belliſario ſcripta ſunt. Ioannes igitur cum his mandatis ad Iuſtinianum profectus, & quodam tempore commoratus, nil niſi tarde atque anxie proficiebat. Totila inter hæc Firmum & Aſculum, quandoquidem nemo obſeſsis auxilium ferebat, pactione recepit, deinde profectus ex Picentibus in Vmbros, Aſsium & Spoletum obſidens, intra paucos dies accepit. Deinde Peruſiam exercitum Totila duxit. Præerat autem Peruſiæ Cyprianus Iuſtiniani dux, quẽ cum Totila per Vlianum Armigerum ſuum pecunia corruptum interfici feciſſet, milites tamen poſt mortem Cypriani Vlianũ perſecuti vrbem egregie defendebant. Itaque diutius Totila commotari nolens, ſoluta Peruſiæ obſidione Romam petere contendit.

De ſimulatione Totilæ à D. Benedicto deprehenſa.

§. III.

D. Greg. lib. 2. dial. cap. 14.

INterea cum rex Totila ſanctum virum Dei Benedictum ſpiritum prophetiæ habere audiuiſſet, ad eius monaſterium pergens paulo longius ſubſtitit. Eique ſe venturum nunciauit. Cui dum protinus mandatum de monaſterio fuiſſet, vt veniret, ipſe ſicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei ſpiritum prophetiæ haberet explorare conatus eſt. Quidam vero ſpatharius eius Riggo dicebatur. Cui & calceamenta præbuit, & indui eũ regalibus veſtibus fecit. Quem quaſi in perſona ſua ad monaſterium ire præcepit. In cuius obſequium, tres qui ſibi præ cæteris adhærere conſueuerant, comites miſit, vt ante ſerui Dei oculos ipſum regem Totilam ſimulantes eius lateri obambularent. Sic ergo Riggonem regiis veſtibus & obſequiis decoratum, cum vir Dei eminus venientem conſpexiſſet, clamauit dicens. Fili depone hoc, quod portas, non enim eſt tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit expaueſcens. Omnéſque, qui cum eo venerant in terram conſternati cecidere, & ſurgentes ad virum Dei appropinquare minime præſumpſerunt, ſed ad ſuum regem reuerſi, nunciauerunt trepidi in quanta velocitate deprehenſi ſunt. Tunc per ſe Totila ad eum acceſsit (vt ſcribit Grego. in 2. dialogorum hæc narrans.) Et cum longe ſedentem cerneret, non auſus accedere ſeſe in terram dedit. Cui cum vir Dei bis térque diceret. Surge, & ipſe ante eum erigi non auderet, Benedictus Ieſu Chriſti famulus dignatus eſt per ſe proſtratum regem de terra leuare. Qui eum de ſuis actibus increpauit, atque in paucis ſermonibus cuncta, quæ ei erant euentura, prænunciauit, dicens. Multa mala facis. Multa feciſti, iam aliquando iniquitate conquieſce. Tu quidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annis regnabis, decimo morieris. Quibus rex territus auditis oratione petita receſsit, & ex illo iam tempore minus crudelis fuit.

A.C. 546.

De prophetia regi Totilæ à D. Benedicto edita cap. 15.

Poſtquam autem Totila à ſancto viro diſceſsit, Romam cum perueniſſet, opportunis locis circumdedit, non tamen agricolis moleſtus. Nam toto hoc bello Totila ruſticos & agricolas offendi à ſuis militibus non permiſit. Belliſarius autẽ Romæ pro præſidio conſtituit Beſſam, & Cononem, & Artaſirem genere Perſam, & Barbationem Thracem. Qui cum militibus Romam contra Gothos egreſsi primis in fugam verſis, tandem circumuenti à Gothorum multitudine, maiori parte militum omiſſa, vix in vrbem refugerunt. Atque ex eo tempore etiam fames ſecuta eſt, neque enim mari quicquam, (quoniam claſsis dudum in obſidione [Neapolis à Totila comparata, tunc rurſus ſtructa onerarias nauigare prohibebat,) neque terra aſsidentibus Gothis,] poterat importari. Fecit etiam ſuper Tyberim pontem cum turri lignea ex vtraque ripa fluminis, ſicque tranſitus cuſtodiebatur. Vigilius inter hęc pontifex Romanus tunc in Sicilia degens, cum fame præmi populum Romanum cognouiſſet, magnam vim frumenti nauibus impoſitam Romam mittebat. Gothi autem id ſentientes, cum iam appropinquarent naues in portum præueniunt, & poſt turres ædificiáque latentes inſidias inſtruunt. [Nautæ vero, qui frumentum è Sicilia euehebant, ſecundo curſu portum ingreſsi,] à Gothis inſidiantibus capiuntur omnes, cũ ſumma deſperatione populi Romani, qui ab expectatione huius frumenti totus pendebat.

Totil. Romam obſidet. Leo. Aret. li. 3. & Blõ. li. 6. Dec. 1.

Pelagius quidam diaconus per idem tempus Romæ erat, qui in hac difficultate famis permulta ac maxima pietatis opera in plebem Romanam ediderat, pecunias erogando ac ſuccurrendo indigentiæ ſingulorum, ob quam liberalitatem nomen eius magnum prius, etiam clarius factum eſt. Ad hunc igitur Romani conuenerunt, poſtulántque ab eo ſuppliciter, vt pro ſalute populi Romani legatus ad Totilam proficiſcatur, paucorum dierum inducias petiturus, quibus

Pelagij Diaconi pietas.

A.C.547.

Pelagius diaconus ad Totilā legatione fungitur.

diebus niſi auxilium ſuperueniat deditionem vrbis promittat. Pelagius autem, quoniam id neceſſe erat, populo paret. In caſtra ad Totilam cū his mandatis accedit. Totila hoc ipſum fore coniectura ſuſpicatus, (ex transfugis enim difficultatem obſeſſorum extremam cognouerat) venientem ad ſe Pelagium honorifice ſuſcepit. Sed antequam Pelagius mandata exponeret, præueniens ipſe longa & acerba oratione contra Romanos inuectus eſt, videlicet beneficia Theoderici in Romanos exprobrans, ac perfidiam Romanorū in Gothos redarguens, ad extremum concluſit nullam eſſe colloquij vel pactionis viam, niſi euerſis mœnibus ſeſe ac ſua in arbitrium & poteſtatem Gothorum permittant, eas paſſuri leges, quas victor tradidiſſet. Hanc acerbitatem contumeliámque orationis Pelagius audiens, non vltra cum eo inſiſtendum ratus. Quandoquidem (inquit) tū Totila, vocem legati audire non ſuſtinuiſti, ſed anticipans præcidiſti omnem viam colloquij, ad Deum confugiemus, qui ſolet ſuperbas ac ſupra modum elatas mentes hominum iudicio ſuo deprimere. Hæc fatus, e veſtigio in vrbem reuertitur.

Romani autem Pelagium re infecta rediiſſe cernentes, quid agerent, aut quo ſe verterent, ignorabant. Hinc enim fames intolerabilis eos premebat, illinc Totilæ Gothorúmque crudelitas ante oculos verſabatur, potiúſque inedia mori, quàm in ſæuiſsimas Gothorum manus deuenire ſtatuebant. Totila dum ſic Romam obſideret, alium exercitum miſit vt Placentiam caperet. Ea ſola ex illius regionis ciuitatibus Iuſtiniani permanebat in partibus. Belliſarius autem cum de periculo vrbis Romæ plurimum ſollicitus eſſet, & ex vrbe Rauenna opem ferre non valeret, alia via opem ferre conſtituit. Itaque Iuſtino cum manu militum Rauennæ relicto, ipſe per Dalmatiam Dyrrachium profectus eſt, vbi venturas ab imperatore copias expectabat. Iuſtinianus imperator inter hæc Ioannem cum exercitu ad Belliſarium miſit, non tamen cum magnis copiis, ſed maiores parabat vere proximo tranſmittendas. Cuius rei gratia Narſet.m cubicularium ad Herulos miſerat, & ad cæteras barbaras nationes circa Iſtrum incolentes. Cum ergo Dyrrachium copiæ perueniſſent, Belliſarius & Ioannes de bello gerendo conſultantes in hanc ſententiam conuenerunt, vt populi Romani neceſsitatibus ſubuenirent: vnde Belliſarius cum claſſe è Dyrrachio profectus Hydruntum peruenit. Gothi autem Hydruntum obſidentes, dimiſerunt obſidionem fugientes ante Belliſarium, & Brunduſium ſe tutantes receperunt. Audiens Totila Belliſarij aduentum, obuiam ſe ei proficiſci parabat, ſed Belliſarius iter mari accipiens ad portum Romanum peruenit. Cuius aduentum Romani cum audiſſent, meliori ſpe omnes difficultates tolerabant.

Belliſari⁹ vrbi ſuccurrere cogitat.

Ioannis ducis res in Calabria geſta, ÿdem.

§. IIII.

IOannes autem poſt diſceſſum Belliſarij ex Dyrrachio, traiecto freto, Gothos nihil tale ſuſpicantes inuaſit, multáque cæde in fugam conuerſos perſecutus Brunduſium cepit. Conciliatiſque ſibi Calabriæ populis, & ad beneuolentiam Iuſtiniani traductis, è Brunduſio ad vrbem Canuſium peruenit, idque oppidum in poteſtatem ſuam redegit. Non longe à Canuſio vicus eſt Cānæ, in quo illud memorabile prœlium inter Annibalem & Romanos fuiſſe perhibetur. Deinde omiſſa ad Belliſarium profectione, Ioannes in Brutios & Lucanos cum exercitu iter conuertit, & Richomundum Gothorum præfectum primo impetu profligauit, cæſaque magna parte copiarum, reliquos vnà cum duce in deditionem accepit. Ex hoc iam Lucani & Brutij omnes à Gothis deficientes, imperatorias ſecuti ſunt partes. Interea Belliſarius aſsidue expectans incredibili dolore conficiebatur, damnabatque Ioannis ignauiam, [quod non aduerſus equitatum, qui copiæ fuerat, conflixiſſet, præſertim cùm ipſe vel optimum equitatum Hunnorum haberet. Cæterum querelæ inanes erant. Ioannes enim in Apulia ſtatiuis poſitis quieſcebat,] cogitationémq; omnem Romam petendi abiecerat. Timens igitur Belliſarius ne Romani obſeſsi deſtitutos ſe putent, ac ob deſperationem ſiniſtrum aliquid moliantur, ſtatuit per Tyberim auxilium ferre. Nam per terram non tantas copias habebat, vt congredi aduerſus hoſtes valeret. Flumen & ingenium ſpem ſibi afferebant, per aquam ad vrbem peruadendi.

Gothi ab Ioanne profligantur.

Hac igitur cogitatione inſurgent, ducentas naues parauit, quas verbo græco dromadas, id eſt, curſorias vocant. Hæ ſunt naues mœnia vndecunque lignea habentes, opportunis locis perforata ad ſagittas & cætera tela in hoſtes emittēda. Structa ergo paratáque claſſe militum, ipſe vnam illarum curſoriarum nauium ingreſſus, princeps ducebat, cæteræ ſequebantur. Ibat vnà, id eſt ſimul & pedeſtris exercitus iuxta ripam illam, qua portus erat. Miſerat quoque Belliſarius Romam ad Baſſam, vt eruptione per id tempus facta, hoſtes quammaxime diſtineret. Sed Baſſa neque hoc, neque quicquam aliud opportunum illa obſidione peregit. Cúmque prope pontem, quem fecerat Totila ſuper Tyberim, longe tamen ab vrbe (vt ſupra dictum eſt) perueniſſet claſsis, cum Belliſario ibi pugna duriſsima orta eſt, conátibus Gothis pontem defendere, & militibus Belliſarij pontem peruincere. Cum autem rates, in quibus turris erat, Belliſarius ad turrim pontis, in qua erant Gothi bellantes, appropinquare feciſſet, picem & ſulphur ſuccenſum fecit Belliſarius in turrim pontis de ſuperiori loco immittere, vnde cremata eſt cum Gothis ducentis qui in ea erant. Sicque Gothis terga vertentibus, pontem ceperunt, quem confeſtim inciderunt cum tota claſſe Romam profecturi cum frumentis & aliis neceſſariis.

Belliſarii egregium conſilium.

Gothi Belliſario victi.

Sed occulto Dei iudicio diſponente ob demerita eorum, impedimentum non ab hoſtibus, ſed à ſuis coortum mirabili caſu omnia peruertit. Oſtiam namque vrbem tenebant Gothi, quæ erat in ſiniſtra Tyberis ripa iuxta mare, Portus autem in dextra. Cum igitur Belliſarius cum claſſe proficiſceretur, vxorem & res ſuas in vrbe Portuenſi reliquit, præfecítque oppido Iſaacem virum ſtrenuum & fidelem cum ſatis grandi militum præſidio, iubens & obteſtans, ne quocunque caſu ex oppido diſcederet, ſed ibi conſiſtens oppidum tueretur. Cúmque turres hoſtium Belliſarius incendiſſet, vt dictum eſt, volant continuo

nuncij

A. C. 548.

nuncij ad Portuenſem vrbem, & victoriam magnam etiam grandius extollunt. Quibus nunciis Iſaaces lætitia exultans, & ſeſe animo extollens, quaſi væſanus quidam præceptorum Belliſarij oblitus, milites arma capere iubet, ardoréque & impetu delatus ad inuadendum ſtationem hoſtiũ quæ erat in alia ripa non procul ab Oſtia cucurrit, inuaditque ſubito Gothos, ac primo impetu pellit. Sed hoſtes paulo poſt ſe colligentes, & ſeſe cohortantes aduerſus Iſaacem redierunt, cæſáque magna parte militum qui cum eo erãt, ipſum diſcuſſa eius væſania ceperunt. His itaque geſtis equites quidam celeriter Belliſario retulerunt Iſaacem captum. Quo nuncio perculſus Belliſarius, nil vltra percunctatus eſt, nec vbi, nec quomodo, ſed ita accepit, quaſi hoſtes Portum cepiſſent, vxorémque ac omnia haberent in manibus. Itaque tanto dolore ſtatim affectus eſt, vt loqui non valeret. Retróque conuerſus, claſſem ac milites curſim reduxit certiſsimo propoſito vel oppidum recuperandi rebus adhuc recentibus, nec ab hoſtibus ſtabilitis, vel in prælio moriendi. Per hunc modum à Belliſario iam parta victoria deſerta eſt ab eo.

Iſaces à Gothis captus.

Cum autem ad Portum perueniſſet, ſaluum eſſe oppidum ac errore ſe deceptum fuiſſe cognouit, tantúmque dolorem ex hoc ſuſcepit, vt ægritudine correptus iaceret, ſecutaque ſubinde febris longo ac periculoſo morbo eum detinuit. Iſaaces autem tantorum malorum cauſa, iuſſu Totilæ in vinculis occiditur ob vindictam Roderici præfecti præſidij, qui ex vulnere in prælio ſuſcepto deceſſerat. Et omnino Totila humanitatem illam, quam ab initio regni oſtenderat, in ſuperbiam crudelitatémque conuertit, ſiue ſucceſſu proſperitatis, ſiue quòd ficta ab initio virtus diu ſimulari non potuit. De populo autem Romano ſic acerbe loquebatur, vt vel hic terror cauſa fuerit pertinacius famem tolerandi, quæ tãta fuit, vt equorum, aſinorum, & mulorum carnes pro deliciis per id tempus Romæ eſſent. Canes, & mures, & huiuſmodi quidam edebant, herbas omnis generis etiam, quas etiam pecudes non cõtingunt, radicibus herbarum & corticibus arborum veſcebantur. Sed cum audirent Romani, quę Belliſario acciderant, & de auxilio deſperarent, in lachrymas conuerſi, alij ſponte ſuam vitam finiebant, alij latitantes per noctem ſtationem hoſtium fallere nitebantur, multos inter parietes proprios inedia necauit.

Belliſarius febre laborat.

Dira fames in Romanos graſ.

De vrbe à Totila capta, ydem.

§. V.

IN his ergo calamitatibus cum eſſet Roma, quatuor Iſauri de prodenda vrbe conſiliũ inierunt. Hi cuſtodiam agebant ad Cœlimontanam portam, quam vulgo Aſinariam vocant, & fune per noctem à mœnibus demiſſo per eum deſcendunt, Totilámque adeuntes prodere ſibi vrbem pollicentur. Qui ad hoc hortatus eſt eos multa ipſis pollicitus [quoſdam ex ſuis cum illis miſſis, qui inſpicerent locum, & an fieri poſſet conſiderarent. Iſauri ad mœnia eos ducentes, per eũdem funem illis ſpectantibus conſcenderunt. Ita re diligenter inſpecta, cum fidem his adhibuiſſet, conſtituta ad facinus nocte, quoſdam è ſuis qui funem conſcenderent præmiſit. Ipſe cum exercitu ſecutus non procul à porta conſtitit.] Miſsi ergo à Totila milites ab Iſauris recepti ſunt mœnibus, mox inde ad portam deſcendentes ſecuti-bus fretis portas aperuerunt. Totila per hunc modum vrbem ingreſſus, exercitum ad portam continuit diem expectans. Clamor ſubito ab ea parte exortus, hoſtes intra mœnia eſſe ſignificauit. Abibant fugientium agmina per alias portas oppoſitas ingreſſui eorum. Multi etiam ex nobilitate & plebe ad eccleſias confugerunt. [a] Gothi igitur facto die, per totam vrbem diſcurrunt, & quoſcunque inuenerunt ciuium ſine vllo delectu interfecerunt.

A. C. 548.

Romam proditione capta ingreditur Totila.

Totila vero ipſe à Laterano ſe mouens, ad Eccleſiam beati Petri, quaſi votum exoluturus, iter faciebat per vrbem ſtipatis cateruis hominum ferociſsimorum qui nudis gladiis ac ſanguine diſtillantibus, quoſcunque obuios ſine vlla diſtinctione occidebant. Cum autem ad beati Petri limina perueniſſet, Pelagius diaconus præſentiam eius formidans, ſolemni religionis habitu indutus, euangelia Chriſti tenens in manibus, ac genua ſubmittens. Parce (inquit) rex ſupplicibus tuis. Totila autem ſuperbo nimis aſpectu, quaſi dedignatus eſt. Nunc (inquit) Pelagi mihi ſupplicaturus venis? Ad hoc Pelagius. Nunc (inquit) quando Deus te mihi eſſe dominum voluit, miſerere igitur domine ſeruorum tuorum. Ex hoc Totila iá quaſi lenita ira præcepit, vt nemo poſt hac feriretur, & finis eſſet licentiæ gladiorum & cædibus. Præcepit etiam, vt nulla ingenua fœmina ſeu virgo ſeu nupta ſeu vidua foret, violaretur. Idque ſeuere cuſtodiuit. Bona duntaxat Romanorum ciuium in prædam libere militibus cõceſsit, corpora libera eſſe voluit.

Pelagius Totilæ crudelitatem cohibet.

Volens autem Totila Gothorum mentes victoria elatas deprimere, in concionem poſtridie vocatos in hunc modum allocutus eſt eos. An quiſquam veſtrum commilitones tantas mutationes intuens, quantæ per hos annos contigerunt, non formidet rerum humanarum fragilitatem, & vnde mutationes iſtæ proueniant, non facile deprehendat? [b] Omitto Romam quondam domitricem

Totilę ad ſuos & populũ Romanũ cõcio præclara.

a A. C. 548. 16. Cal. Ian. Totila dolo Iſaurorum Romam ingreditur, ac euertit muros, domos aliquãtas igni cõburens, ac omnes Romanorum res in prædam accepit, hos ipſos Romanos captiuos in Campaniam abduxit. Poſt quam deuaſtationem Roma fuit ita deſolata, per quadraginta aut amplius dies, vt nemo ibi hominum niſi beſtiæ morarentur. Marcel. com. in Chron.

b Hos admirabiles intra annos centum quadraginta duos iudicio Dei caſus, domitrix illa orbis terrarum, arxq́; omnium gentium Roma ſuſtinuit, vt ad manum Eccleſia, cuius debuit eſſe caput, ſerue laberetur. Nam poſtquam A. C. 410. duce Alarico Roma à Gothis capta eſt & direpta, à Vandalis poſt annos quadraginta quatuor vaſtata eſt. Deinde poſt viginti duos annos ab Odoacro & Herulo, rurſus poſt quatuordecim annos à Theoderico, poſtea poſt quinquaginta annos à Beliſario capta, tandem in hanc extremam deſolationem ſub rege Totila incidit. Denique quarto ab hinc anno, rurſus à Totila capta ſplendorem potius, quam detrimentum ab eo recepit, vt dicetur §. ſeptimo. Sed cũ hæc ipſa vrbs Roma Pontificis Romani iure penitus relicta fuiſſet, ſicut maxime D. Gregorij tem-

Roma quoties capta intra breue tempus.

A.C.543.

A *pore fuiſſe ſuperius manifeſtum fecimus, nunquam illa tot tantaſq́; mutationes ſuſtinuit. Quinimo ab vno ſacerdote obſcuro plerumque, inermi, & rerũ pene omnium humanarum præſidio deſtituto, iam per mille annos ſine vlla controuerſia tenetur & poſsidetur. Quiſquis autem ex hac vna re Roma. Pont. auctoritatem & maieſtatem diuina maxime prouidentia niti & ſuſtentari non animaduertit, infidelis, qui non agnoſcit, vacors, qui non ſentit, cæcus eſt. Ex Geneb. Nota autem vt Deo curæ eſſe maxime ſciat pontificis Romani perſonam, nihil vnquam graue in tot vrbis direptionibus ei accidiſſe: & ſicut* B *B. Innocentium, quo tempore vrbs ab Alarico capta Rauennæ eſſe Deus voluit, ne aliquid ei aduerſi contingeret, vt ex Oroſio ſupra tit. 9. ca. 9 §. 2. notauimus. ſic Vigilium Romanum Pontificem eo tempore Conſtantinopolim euocatum & in Siciliam miſſum à tam grauibus calamitatibus, Dei ſingularis prouidentia ſubſtraxit. Nota etiam Põtificis Romani in Sicilia hoc ipſo tempore patrimonium amplum & copioſum fuiſſe, tum ipſe ſicut refert Procop. de bello Gothico poſt quem Leonardus Aretinus & D. Anton. §. 3. hoc referunt) poſtquam audiſſet Romanos fame premi, magnam vim frumenti ad eos miſerit, quod non aliunde, quàm ex il-* C *lo D. Petri in Sicilia patrimonio, cuius tam crebra eſt apud D. Gregor. in epiſtolis mentio, ſcriptum eſſe exiſtimarem.*

Potentia Gothorũ in Italia quanta.

orbis terrarum in veſtras manus nunc deueniſſe, hæc enim antiquiora ſunt, ruináque huius vrbis non nunc primum incepit. Ego noſtra commemorare malo. Quid potentius ante hoc bellum fuit, quàm Gothorum gens per Italiam ducenta millia bellatorum ponebat in cãpo, armis, equis, opibus, auro, & argento ſtructa? Italiam vniuerſam cum Sicilia, Corſica, Sardinia, Dalmatia D poſsidebat. Hanc tantam potentiam quis vnquam putaſſet ſeptem millibus Græcorum (nec enim plures in Italiam ab initio intrauerũt) fuiſſe ſubuerſam? Tenentibus autem omnia Græcis ac plane dominantibus, quis vnquam putaſſet vos admodum paucos & inopes aduerſus viginti millia Græcorum Italiam recuperaſſe, cum ab initio vix quatuor millia equitum conficeretis, ac præter Papiam, Veronam, & Taruiſium, nihil per Italiam teneretis, Romam nunc tandem caput rerum cepiſſe, quam Vitiges ducentorum millium exercitu & annua obſidione ſubigere nequiuit? E Maxima ſunt hæc commilitones, ac digna admiratione non parua. Atqui commutationum iſtarum cauſæ, ſi attendere velimus, maniſeſtiſsimæ ſunt. Quamdiu enim Gothi inter ſe iuſtitiam & æquitatem colere voluerunt, res eorum ac potẽtia floruit. Cum verò plus habendi cupiditas tranſuerſos egit, tunc ſeditiones domeſticæ, cædéſque inteſtinæ & proditiones clandeſtinæ inter ſe ruinam pepererunt. [Ruſſus verò cum in Iuſtiniani duces hæ ipſe labes tranſiuerunt, vos iam emendari facile eos ſuperaſtis.] Hæc igitur F conſiderantes in hac victoria veſtra minime ſuperbire debetis, ſed Deũ vereri, & fortunæ mutabilitatem expaueſcere. Illũdque intelligere, imperia & potentias omnes perfacile amitti, niſi per iuſtitiam, & prudentiam, & induſtriam conſeruentur. Maximam igitur ad hæc vobis commilitones laboris partem reſtare ſcitote. Nam & tueri quæſita difficilius eſt, quã acquirere, [quo-

Quæſita difficilius eſt cõſeruare quã acquirere.

A.C.548.

A niam in acquirendo ignauia poſsidentis, ſæpe plus confert, quàm propria virtus. Tueri autem quæſita ſine propria virtute nemo poteſt.]

Gothi autem in his dictis regis ſui ſapientiam laudauerunt. Totila autem poſt hæc Romanis ad ſe vocatis, eorum ingratitudinem erroréſque redarguit, quod cum prius fuiſſent in manibus Odoacri, opera Theoderici & Gothorum liberati ab illius tyrannide, tanta ſuſcepiſſent beneficia, quanta vix ſciuiſſent optare propter quæ diuites atque beati multos annos vixiſſent. Demum vero nulla iniuria nullâque contumelia accepta, con- B tra fidem & iuſiurandum defeciſſent ad Græcos, homines leuiſsimos, & ſine vlla virtute, qui ſtatim obſeſsi à Vitige nunquam prodire in aciem auſi fuerint, ſed intra mœnia incluſi, ac fame macerati omne dedecus tolerauerint. Qui poſtquam nõ armis, ſed proditionibus & fallaciis facti ſunt domini ciuitatũ: publicanis, exactoribus, delatoribúſq; omnia referſerunt. Qui ciuitates populóſq; Italiæ mirabili acerbitate ad ſolutionem eorum tributorum compulerunt, quæ iam eis multis annis à Theoderico cæteriſque regibus fuerant cõdonata atque remiſſa, imperatores ſui inexplebili C auaritia implerentur.

Romani à Græcis quot incõmoda perceperint.

Dicite (inquit) Romani, ſi quid vnquam mali à Gothis paſsi eſtis, & eorum regibus? Dicite rurſum, ſi quid boni vnquam à Græculis iſtis accepiſtis, qui vobis amicis plura mala, quàm hoſtibus intulerunt: genus hominum vitioſum & maleficum, & in nulla re magis efficax, quàm in mẽtiendo. Atqui Gothi in Italia nati, & vnà vobiſcum educati ſunt: vobis autem magis peregrini & ignoti placuerunt, quàm veſtrates & noti, vſque adeo, quos amare debebatis odiſtis: noua optantes, & quietem faſtidientes, quemadmodum D equi otio & affluentia nimia, calcitroſi fiunt. Vos igitur, qui contra rectam fidem, contra veſtram vtilitatem hæc patraſtis, pœnas meritò luiſtis hactenus, & luetis.

His dictis Romanos ſine vlla ſpe bona dimiſit. Ruſticianę nobilis mulieris per hos dies cauſa acta eſt. Accuſabant illam Gothi, quòd ſtatuas Theoderici regis confringi, delerique feciſſet ob vindictam Boetij viri ſui, ac Symmachi patris, quos Theodericus necari fecerat. Quod obiiciebatur mulieri de ſtatuis deletis, verum fuiſſe putabatur. Sed excuſabat eam iuſtus dolor, quòd E magnos illos viros iniuſte necatos fuiſſe conſtabat. Qua ratione Totila mulierem abſoluit, & ab impetu Gothorum tutam ſeruauit. Deinde Totila Pelagium diaconum, & Theodorum Romanum ad Iuſtinianum imperatorem mittere decreuit. [Quos Totila grauiſsimis iuramentis obligauit, quòd mandata fideliter exequerentur, redirẽntque quàm celeriter in Italiam. [Eiuſmodi mandatorũ hæc ſumma fuit. Si imperator ipſum & Gothos in amicis habere velit, ſe vrbem Romanam ſeruaturum, & in cunctis expeditionibus F permagna ac fidelia auxilia præſtaturum. Si autem bellum cum Gothis habere malit, Romam ad ſolum eſſe diruturum, quoniam neque tueri illam in bello occupatus poſsit, nec hoſtibus eam relinquere.

Ruſticiana vxor Boetij apud Totilam accuſatur & abſoluitur.

Scripſit etiam ad Iuſtinianum in hunc modũ. Quæ facta ſunt ex vrbe Romana, te omnia cognouiſſe ſcio. Quorum vero gratia legatos ad te mittimus, hęc ſunt. Pacis bona optamus & ſuſcipere

Litteræ Totilę ad Iuſtinianum.

A.C. 549.

pere & exhibere, vt nuper ab imperatore Romano Anaſtaſio cum rege Theoderico fuit, quorum concordia & pax illorum temporum tranquillitatem, & maxima commoda vtriſque peperit. Si tu igitur eius mentis es, parentem merito te vocabo, méque & Gothos in cunctis expeditionibus auxiliarios habebis. Sin autem alterius mentis es, à legatis intelliges, quæ ſequentur. Miſsis igitur legatis iſtis vſque ad eorum reditum Totila Romæ conſiſtebat. Belliſarius autem interea apud portum febri & dolore animi confectus iacebat. Ioannes inter hæc, multa in Lucanis & Bruttiis innouare pergexit, quare Totila quoque mittere in Lucanos, & bellum reſumere coactus eſt. Totila non multo poſt certior fit de Iuſtiniani reſpóſo, quod nihil aliud fuit, niſi Belliſarium eſſe in italia, in cuius poteſtate atque arbitrio res Italiç commiſiſſet. Id poſtquam Totila intellexit, cernens negari ſibi quod poſtularat, & Ioannis factum indignatus, qui ſe quieſcentem, & núcios pro concordia miſſos expectantem, bello laceſſiſſet, de euertenda vrbe Roma cõſilium ſumpſit.

Totila Romam incẽdit, rapuit. cædibus & multorũ euerſione miſere diripuit.

Itaque inſurgens mirabili crudelitate mœnia Romæ pluribus locis ad ſolum euertit. Fuit autem quaſi tertia pars illa, quæ euerſa eſt, totius ambitus murorum. Capitolium deinde incendit, circa forum, & Saburram, & viam Sacram omnia conflagrauit. Fumabat Quirinalis mons, Auentinus flammas incendij euomebat, fragor ruentium domorum vbique audiebatur. Inter incendia multitudo vrbana cum coniugibus, & liberis ſedibus patriis educebatur, deplorandi quidem miſerias ſuas libertatem habens. Et populum quidem ac turbam per oppida Campaniæ diſperſit. Senatores vero ac patricios loco obſidum ſecum retinuit. Roma poſt hæc cum toto exercitu egreſſus eam deſolatam penitus & vacuam dereliquit, vt neque vir quiſquam nec fœmina in illa remaneret. Exinde partem exercitus contra Portum collocauit, ne Belliſarij milites quicquam moliri per eius abſentiam valerent, & ipſe cum reliquis copiis contra Ioannem in Calabriam profectus eſt. Ioannes autem hoc ſentiens fugiens Hydruntum ſe recepit. Vbi autem Totila ad eas partes applicuit, paruo momento omnes & Lucanos & Brutios præter Hydruntinos recuperauit. Spoletum etiam tunc ſuſcepit mœniis euerſis, tamẽ cuſtodiebatur arx ſola. Eodem fere tempore Tarentum repoſitum eſt, cum prius deſertum fuiſſet. Repoſuerunt autem ipſum Calabri & alij populi domo pulſi, non quidem ad primam eius magnitudinem, ſed partem eius. Exinde redactis in ſuam poteſtatem Lucanis & Bruttiis, Totila cum ſuis Rauennam ire contendit.

Hæc accipe l... n. Aret. li. 4.

Tarẽtum reponitur

Magnanimum Belliſarij facinus, ijdem.

§. VI.

Belliſarius inter hæc longa febre liberatus, audax cœptum, ac vt multi putaſſent, temerarium, moliri aggreſſus eſt, quod tamen poſtea magnanimum & laudabile apparuit. Conſtituit enim tunc vrbem Romam deſolatam occupare ex improuiſo, ac munire. Hoc igitur in ſe celans conſilium, relictis apud Portum paucis militibus in præſidio eius oppidi, cum cæteris omnibus copiis ſuis profectus eſt, neminéque vel ſuorũ vel hoſtium id ſuſpicante Romam occupauit: & incredibili celeritate munire illam pergexit. Qua enim parte ſubuerſa erant mœnia, tumultuario opere muri aliquid refecit, foſſas profundas ante muros egit, turres ligneas & propugnacula ad tutelam refecti muri impoſuit. Hæc ſumma militũ voluntate & opera viginti ſex diebus Belliſarius perfecit. Nauéſque à Portu frequenter aderant, frumentum & cętera neceſſaria importantes. Romani ciues audita inſtauratione vrbis, qui diſperſi erant per finitima oppida, deſiderio magno in patriam remigrabant, præſertim quia ibi frumenti copia haberetur.

A. C. 549.

Belliſari' Romam inſtaurat.

Totila cùm iſta ſenſit, relictis cæteris curis Romam petere feſtinauit. Nondum portas vrbi imponere Belliſarius valuerat, cum hoſtes superuenerunt, & poſitis caſtris vrbem oppugnare cœperunt, & Belliſarius [pugnaciſsimum quemque militem delectum ad portas vrbis, reliquos per mœnia ac propugnacula collocauit. Pugnatum eſt vehementer ab vtriſque, pugnáque magna cœpta ad noctem durauit. Belliſarius autem, ne hoſtes per noctem improuiſi adirent, tribulos ante portas frequentes iecit. Altera quæ ſecuta eſt die, eodem ordine Gothi ad vrbem acceſſerunt. Belliſarius autem & ſui eodem modo reſiſtebant. Poſt hæc Gothi rurſus ad vrbem oppugnandam ſubierunt. Belliſarius autem milites ſuos, iam magis fidẽtes è porta educit, committitur ante prælium atrox ac vehemens, in quo] tandem Gothi in fugam vertuntur, & ſignifer Totilæ lancea transfixus eſt.

Noua vrbis Romę oppugnatio.

Deinde Totila cum ſuis Tybur accedens, ſe in eam recepit. Romani vero, ne ſubitis incurſionibus ab ea parte, qua Tybur eſt, infeſtarentur, cũctos Anienis fluminis pontes euerterunt. Belliſarius verò poſt diſceſſum Gothorum, portas vrbis quiete fabricari fecit, & ferramenta ad claudendum. Clauéſque vrbis Romæ ad Iuſtinianum in Græciam miſit. Diſcedens autem à Tybure Totila, Peruſium profectus eſt cum ſuis, quæ vrbs iã prius erat obſeſſa à Gothis, vt magis obſidionem vrgeret deficiente iam in ciuitate frumento, & aliis neceſſariis. Ioannes vero cum audiſſet Totilam in obſidione Peruſij occupatum, ſenatores vero & patricios vrbis Romæ, quos ſecum Totila eduxerat, per Campaniæ oppida ſub militum cuſtodia relictos, famam ſui nominis extendere cogitauit per illorum liberationem. Mouens igitur ſe ex Calabria cum delecto equitatu, neque die neque noctu intermiſſo itinere in Campaniã venit. [Totila vero per idipſum tempus hæc eadem ſuſpicatus, validam Gothorum manum in Campaniam deſtinauerat,] caſúque accidit, vt Gothi milites in Ioannem eiúſque equitatum inciderent, ſtatímque prœlium inter eos cœptum eſt. In quo præualens Ioannes multis Gothorum occiſis, plurimiſque vulneratis eos in fugam vertit. Itaque ex ſingulis oppidis Campaniæ Romanos capiens, de manibus Gothorum eos liberauit.

Ioannes ſtrenue in Campaniam ſe gerit.

Totila auditis geſtis per Ioannem, valde commotus ſe vindicare conſtituit. Relicta ergo parte ſui exercitus in obſidione Peruſij, ipſe cũ reliquis per Picentes, & Marſos & Pelignos in Apuliã & Calabriã properauit, repertúmq; Ioannẽ inuaſit, & eum cum toto exercitu profligauit. Caſtra etiã cępit: non tamen magna cædes facta eſt à Gothis. Hæc victoria Totilæ maxime nomen eius incly-

Ioannis exercitus à Totila cæſus.

A.C. 550.

tum reddidit propter celeritatem itineris. Iuſtiniani copiæ non multo poſt id prœlium aliæ in Italiam miſſæ Hydruntu applicare cœperũt. Permotus enim imperator crebris Belliſarij literis, qui belli conditionem ſignificans poſtulabat ſupplementa, [nouas copias in Italiam mittere decreuerat, & Belliſario ſcripſerat, vt in Calabriam ſe transferret ad recipiendos milites, & bellum aduerſus hoſtes illic gerendum.] Ductores verò

Belliſari⁹ in Calabriá proficiſcitur.

nouarum copiarum erant Valerianus Armeniorum ductor, & Netus Herulorum. Belliſarius cũ intellexiſſet copias imperatoris Hydruntum peruenisſe, confeſtim Connone gubernatore dimiſſo B Romæ, mari delatus cum nongentis militibus delectis Calabriam petere contendit, & Tarenti copias adunare, quod ab Hydrunto abeſt bidui itinere. Sed aduerſante tempeſtate Crotone in portum peruenit, ibi copias exponens, & quoniá his locis pabulum non erat, equites vltra progredi iuſsit, & ipſe cum vxore & peditibus Crotone remanſit, quo Ioannem cum cæteris copijs ad ſe vocaret. [Equites vero vltra progredi, & in finibus Turinorum conſiſtere iuſsit. Sic enim perfacile ſibi & equis opportuna reperturos ac futuros tuto in loco ratus eſt.] Eſt enim ibi Ruſcia C Turinorum caſtellum, ſupráque illud eſt oppidũ remotius à mari arduo loco poſitum, quod Ruſcianum vocant. Id oppidum Ioannes præſidio militum cuſtodiebat. Quo cum Belliſarij equites perueniſſent, caſu quodam obuij fiunt equites hoſtium, quos Totila ad tentandum id oppidum miſerat. Prœlióque commiſſo, Belliſarij milites licet pauciores numero, tamen facile ſuperarunt, ac ſupra ducentos ex hoſtibus occiderunt. Stantes vero in iis locis, vtpote victores & vagantes, & procul ab oculis ſui ducis commorantes, nec ordinem nec diſciplinam ſeruabant, nec exploratores D mittebant. Quæ poſtquam Totila cognouit, cum tribus millibus equitum profectus, eos nihil ſuſpicantes inuaſit. Hinc cædes & profligatio ingens fieri cœpta. Phaſas cum turma ſuorum equitum mirabilia opera virtutum edens, ad extremum cum ſuis equitibus occubuit. Barbation alius Belliſarij præfectus tantum cum duobus comitibus aufugit, cæteri capti vel interfecti fuerunt. Quæ clades per nuncios fugam arripiẽtes Belliſario ſignificata eſt.

Ducũ Belliſarij clades.

Belliſarius igitur amiſſo equitatu, cum ſuſpicaretur hoſtes aduerſus ſe eſſe venturos, naues pro- E pere conſcendit, ac magno cum dolore ſeſe ventis permittens, eadem illa die Meſſanam in Siciliam delatus eſt. Totila vero cum ea perfeciſſet, ac vires hoſtium turbari ſentiret, Ruſcianum oppidum obſidere conſtituit. Obſeſsis autem ibi cùm neceſſaria deficerent, ad Totilam mittunt veniam poſtulantes. Quibus omnibus impunitatem conceſsit, & ſi ſecum militare velint, omnia ſua retinere. Per hunc modum oppidum recepit, oppidanorum bona in prædam militibus ſuis cóceſsit, corpora libera eſſe iuſsit. Conõ præfectus, F qui Romæ à Belliſario conſtitutus fuerat, ab iratis militibus interfectus fuit, indignantibus maxime, quod ille mercatura frumentaria, clandeſtinæ inita pretiũ annonæ quotidie augeret. Iidémque milites à Iuſtiniano per legatos poſtularunt huius delicti abolitionem, aſſerentes, niſi id concedat imperator, ac ſtipendia eis debita perſoluat, ſe Romam Totilæ eſſe tradituros. Quo metu

Conon à ſuis trucidatur.

A omnia ſunt illis cóceſſa. Antonina Belliſarij vxor per hoc tempus Byzantiũ profecta eſt, quo Theodoram Iuſtiniani vxorem rogaret pro Belliſarij ex Italia reuocatione. Itaque propter hanc Belliſarius ex Italia in Græciam à Iuſtiniano reuocatur, Antonina eius vxore procurante, & quidem faciliter, præſertim cum belli Parthici timor ingens adeſſet, quinquennio fere poſtquam ex Græcia in Italiam profectus eſt, & non eadem fortuna in hac vltima expeditione qua fretus fuerat, in prima proceſsit. Romæ vero abiens tria millia militum delectorum in præſidio dereliquit, B ſub ductu & gubernatione Diogenis legati, viri prudentis & bellorum gnari.

A.C. 550.

Demum Peruſium à Gothis abeunte Belliſario longo tempore obſeſſum, demum deficiente victu ſeptimo anno obſidionis vi armis capitur, anno domini 450. vel circiter. Capta ergo ciuitate, qui præerat exercitui, ad Totilam miſit, inquirẽs, quid ei agendum de epiſcopo, & de populo illo eſſet. Cui ille remandauit dicens. Epiſcopo prius à vertice vſque ad calcaneũ tolle corrigiã, & tũc caput eius amputa, omnem vero populum, qui illic inuentus eſt, gladio occide. Tunc præfectus C Herculanum venerabilem epiſcopum Peruſinæ ciuitatis, qui ex conuerſatione monaſterij ad ſacerdotalis ordinis gratiã deductus fuerat factus epiſcopus, ſuper vrbis murum deductum capite truncauit, eiúſque cutem iam mortui à vertice vſque ad calcaneum incidit, vt ex eius corpore corrigia ſublata videretur, móxque corpus eius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis cauſa compulſi, abſciſſum caput ceruici apponentes, cum vno paruulo infante, qui illic extinctus inuentus eſt, iuxta murum corpus eius ſancti ſepulturæ tradiderunt. Cúmque poſt eandem cædem die quadrageſimo rex Totila iuſsiſſet ciues D vrbis illius, qui quolibet diſperſi eſſent, ad eam ſine aliqua trepidatione remeare, ij qui famis tẽpore fugerant reuerſi ſunt. Sed quam ſanctæ vitę epiſcopus fuiſſet recolentes, vbi corpus eius eſſet ſepultum quæſierunt, vt hoc iuxta honorem debitum in eccleſia ſancti Petri humarent. Cúmque apertum fuiſſet ſepulchrum inuenerunt effoſſa terra, corpus pueri pariter humati, vtpote iam die quadrageſimo, mortuum tabe corruptum, & vermibus plenum, corpus vero epiſcopi incorruptum ac ſi eadem hora fuiſſet ſepultum. Et quod E adhuc eſt mirabile & venerandum, quia ita caput erat vnitum corpori, ac ſi nequaquam fuiſſet abſciſſum, ſic videlicet, vt nulla veſtigia ſectionis apparerent. Cúmque hoc idem in terga verterẽt, exquirentes ſi quod ſignum inciſionis inueniri potuiſſet, nil tale repertum eſt. Hæc Gregor. narrat, ſcilicet de ſancto Herculano lib. 3. dialogorum.

Peruſium ſeptimo obſidionis anno à Totila capitur. Greg. lib. 3. dia. c. 13.

S. Herculanus capite plectitur.

Totilas iterum Romam obſidet. Leon. Aret. lib. 4. & Blond. dec. 1. lib. 6.

F

§. VII.

TOtila expeditis Calabriæ rebus, contractis vndique copiis Romam veniens obſedit. Faciebant ſibi animos Belliſarij receſſus ab Italia, [& vbique per Italiam proſperæ Gothorum res, Græcorum aduerſæ.] Cum autem in lõgum protraheretur obſidio, oratores Romani ad Iuſtinianum profecti ſunt, orantes vt Belliſarium ad

Italiam

A.C. 551.

Italiam remitteret ad diſſoluendam obſidionem A [Iuſtinianus autem ſibi curæ fore res Italiæ reſpondebat. Cæterum differendo & procraſtinando nihil efficiebat. Gothi autem expugnata Portuenſi vrbe ne quid ad obſeſſos per Tyberim importari poſſet, oppida quoque finitima fere omnia in ſuam redegerunt poteſtatem. Sed Romani omni diligentia intra vrbem omnia loca quæ vacua ædificiis erant, frumentum ſeri fecerunt, vt deficiente frumento veteri nouum intra pomœria natum ſuperueniret. Et per hunc modum lõgo tempore obſidionem pertulerunt. Denique ſeruaſſent vrbem, niſi ad extremum proditio pau B corum eos peruertiſſet. Ad portam enim Capenam qua via Oſtienſi ad ſanctum Paulum itur, ſtatio erat militum Iſaurorum. Hi ad Totilam acceſſerunt, tradere ei portam illam pollicentur. Totila duabus nauiculis in Tyberim demiſsis, tubicines in eis imponit, vt per aduerſum fluuiũ nauigantes, repente tubarum clangorem quamterribiliſsimum emittant. Ipſe vero ſilentio cum exercitu profectus ad portam præfatam concedit. [Omnia conceſſere ſecundum Totilæ voluntatem. Tubicines enim nauiculis aduecti cum imperata feciſſent, tunc Romani terribili ſoni- C tu perterriti, hoſtes ab ea parte adeſſe putant, & vndique ad eum locum concurſum eſt. Dum omnes eo concurſant, ac cætera negligunt, proditores ſoli relicti porta refracta Totilam & Gothos intra vrbem recipiunt. Statimque cædes cœpta eſt fieri Romanorum & militum, nec iam de reſiſtendo, ſed de fugiendo cogitatum. Diogenes autem præfectus, quoniam nulla remedia eſſe videbat, cum parte militum Roma egreſſus, Centumcellas petere contendebat. Qui à Gothorum inſidiis ſuperatus, eo itinere magna militum ſuorum parte amiſſa, ipſe grauiter vulneratus vix D euaſit.

Roma proditione & dolo iterum capitur.

Erat præterea inter cæteros ductores, Paulus quidam ex Sicilia præfectus turmæ equitum. Is cum per vrbem captam nocte plura prœlia iniſſet, tandem ad Adriani molem cum ſuis equitibus ſe recepit. Orta demum luce cum cætera vrbis loca capta eſſent, ad molem tamen Adriani vehementiſsime pugnabatur. Habebat enim Paulus equites quadringentos, cum quibus molem & pontem iuxta eam egregie defendebat. Qui diem illam totam & noctem ſequentem abſque cibo commorati, poſtridie conſultabant, quid eis E foret agendum. Itaque Paulus huiuſmodi ad milites habuit verba. Vtcumque nos vertamus, commilitones, extrema nobis adeſſe videtis. Nam fugæ quidem nulla eſt facultas, circumfuſis hoſtiũ copiis, ac nos impigre obſeruantibus: dedi vero Gothis ſupra turpitudinem vilitatémque conſilij cruciatus excarnificationémque portendit. Barbarorum quippe ſæuitia ſimplici morte contenta eſſe non ſolet. Durare vero in obſidione, ac equorum paſci cibo, eorum forſitan eſſet, qui ſibi auxilia ventura ſperarent, nobis autem carentibus ea ſpe, nulla ratio ſuadere poteſt hanc tolerantiã, F niſi viliſsima protractio mortis ſeu pueri formidoloſi dolore confici malunt; quàm ferro ſecari. Ego vero dedi hoſtibus, & tabeſcere inedia, eorum puto, qui ſanguinem non habent & cor. At nobis manu ſtrenuis, & prœliorum non inſuetis, glorioſa mors eſt complectenda. Sic enim moriamur, vt ſanguine hoſtium madentes, non inulti cadamus, nec rideat hoſtis noſtro interitu, ſed deficiat. Quid ergo paucorum annorum acceſsio nobis prodeſt, cum etſi nunc ſeruati, tamen paulo poſt ſimus obituri? Ite igitur mecum ad glorioſam mortem, quam ciues ſimul & hoſtes admirabuntur, ac laudibus in cælum in perpetuum ferent.

Pauli egregius militum præfectus

Pauli viri ſtrenui ad milites oratio.

A.C. 551.

His dictis incenſi milites, ſeſe morti deuouerunt. Quare complexi ſe inuicem, & oſculati certiſsimo moriendi propoſito ad dimicandum ſe parant. Erátque eorum conſilium in proximam ſtationem ruere, factáque permagna hoſtium cæ- B de interire. Quos cum videret Totila ad extremum caſum parari, veritus ne hominum deſperatorum conatus maiorem, quàm pro numero cladem Gothis afferrent, caduceatore ad eos miſſo electionem dedit, an mallent relictis armis & equis incolumes abire, an omnia retinentes ſecũ militare. Ea cum audiſſent milites, lætati ſunt. Qui tandem omnes manere apud Totilam elegerunt, præter Paulum eorum ducem, & Mundum Iſaurum, quos Totila viatico & cæteris adiutos liberaliter Byzantium remiſit. Alios quoque ex præſidio milites, qui ad ædes ſacras con- C fugerant: Totila inuiolatos eſſe iuſsit. [a] In vrbem vero Romam, neque deſæuiit, nec deſolatam fecit, vt prius, ſed ciues tam ex Campaniæ oppidis, quàm ex aliis locis ſtudioſiſsime reuocauit. Ludósque equeſtres ac cætera magnificentię opera, quæ in beatis & tranquillis ciuitatibus fieri conſueuerunt, inſigni apparatu Romæ edidit, quo ciues bonam ſpem ſuſciperent, ac deſiderio vrbis allicerentur. Aedes quoque vel euerſas vel incendio priori illa deſolatione conflagratas, reparare niſus eſt. Denique tantum frequentandi Romam ſtudium oſtendit, quantum prius oſtenderat deſo- D landi, ſiue ex voto [b] apoſtolorum Petri & Pauli, [facto, quorum templa euertiſſe videri poterat

Totila militib' qui ad ædes ſacras cõfugerant parcit.

Totilæ vrbis Romæ ornandæ ſtudium.

a Mirabilis plane & non niſi diuino nutu facta hæc Totila videtur fuiſſe mutatio. Qui enim adeo in prima vrbis occupatione deſæuierat, vt plane Romam deſolatam redderet, is in ſecunda eam ornare, & à ciuibus ſuis frequentari magno ſtudio diligentiaq́ curauit. Cum autem D. Gregor. in 2. Dial. cap. 15. dicat Totilam poſt habitum cum D. Benedicto colloquium (de quo ſupra §. 3.) minus crudelem fuiſſe, tantum abeſt autem, vt ante primã E *vrbis direptionem minus crudelis fuerit, vt humanitatem, qua principio vſus fuerat, in crudelitatem verterit, vt §. 4. D. Anton. teſtatur, facile crederem prædictum Totilæ cum D. Benedicto colloquium nõ ante primam, ſed ſecundam vrbis occupationem incidiſſe, & inde in hac poſteriori, quàm in priori occupatione mitiorem fuiſſe. Hoc etiam affirmat Blond. in fine lib. 6. Dec. 1.*

b Totilæ barbari alioquin & immanis regis hinc apparet pietas, qui votum DD. Petro & Paulo nuncupauerat, de reſtitutione vrbis Romæ, ſi victor eſſe potuiſſet. Porro illa Petri Pauliq́ templa, quorum F *vtrumque extra vrbem tunc ſitum erat, vt apertè tradit Leon. Aret. lib. 1. neque in longa illa ſub Vitige obſidione, neque in vrbis per Totilam deuaſtatione, violata fuerunt: immo vero ſacerdotes, vt prius permanentes rem diuinam exequebantur, & ædificia eorum & homines in his habitantes veneratione Apoſtolorum illæſa Gothi ſeruabant. Idem lib. 1. & 2.*

cum

A.C. 551.

Totila nauigat Siciliam.

cum ciuitatem euertit,] ſiue propter belli vtilitatem opportunam, ſiue infamia permotus ex huiuſmodi deſtructione. Poſtmodum Totila in Siciliam expeditionē parauit, cuius rei gratia permagnam longarum nauiū claſſem effecit, & Rhegium obſedit, & Tarentum accepit. Et in Siciliā tranſgreſſurus, cum multa oppida minora vi vel pactione obtinuiſſet, mari terraq; Syracuſas obſedit. Per idem tempus Gothi, qui in Picentes aduerſus Ioannem & Valerianum miſsi fuerant, Ariminum ceperunt. Nec procul Rauenna conſerto alio prœlio, Nerum Herulorum ducem cū omnibus copiis ſuis interfecerunt. Et qui apud vrbem Rhegium obſidebantur, deficiente commeatu ſeſe Gothis dediderunt.

Iuſtinianus Germanum belli Italici ducem deſignat, ydem.

§. VIII.

IVſtiniano imperatori cum hæc omnia ſub vno tempore nunciata fuiſſent, Germanum patruelem ſuum Italiæ belloque Gothico ducem pronunciauit, magnóſq; apparatus ſubinde fieri iuſſit. [Huius rei fama cum in Italiam perueniſſet, hoſtes conterruit, & amicos in ſpem maximam erexit.] Erat enim Germanus vir alti animi, nec minoris conſilij, liberalitate egregia, ac ſumma apud populos & milites gratia. Et accedebat his quod Metaſſuntam Theoderici neptem poſt mortem Vitigis vxorem acceperat, quæ quidem res fauorem Gothorum multum ſibi conciliauerat.

Sclaui Romani imperijſines intrant.

Cum autem eſſet iam in Illyrico Germanus, Sclauenorum ſiue Sclauorum gens tranſmiſſo Danubio, Rom. imperij prouincias inuaſit, genus hominum crudele & immane. Qui cum ſe in Macedoniam Thraciámque conuertiſſent, tantum Iuſtiniano metum intulerunt, vt Germanum iter in Italiam cœptum intermittere iuberet. Gothi vero interim per Italiam & Siciliam peruadendi omnia tempus facultatémque plurimam habuere. Nam præter Rauennam, & Anconem, & Hydruntum, & Centumcellas, & aliis quibuſdam oppidis Gothi in Italia cætera omnia poſſidebant. Vna modo ſpes homines ſuſtentabat Germani aduentus, quæ & ipſa defecit. Nam cū vehementer in Italia expectaretur, morbo correptus magno cum ſuorum dolore in Illyrico diem clauſit extremum. Habebat autem Germanus filios duos, quos ſecum in Italiam ducebat. Eos imperator proſequi paternum Italiæ cœtum mādauit, vnà cum Ioanne Vitaliani notho iam per Italiam duce ipſorum affine. Itaque Ioannes & Germani filij exercitum ducentes, Salonas peruenerunt. Et quoniam hyems erat, illic habitare conſtituerunt, primo ſtatim vere Rauennam traiecturi.

Iuſtinianus imperator Liberium cum claſſe in Siciliam miſit, qui Syracuſas ingreſſus eſt, Gothis, qui ſtationem habebant in portu, prohibere ingreſſum nequaquam valētibus. Sed paucis poſt diebus veritus rerum neceſſariarum defectum, cum claſſe eadem è Syracuſis Panormum nauigauit. Iuſtinianus inter hæc mutato rurſus propoſito, Narſetem eunuchum Italico bello ducem præfecit, illique pecunias & exercitus large promiſit. Et Ioanni ſcripſit, ne in Italiam traiceret, ſed Salonis manens aduētum præſtolaretur Narſetis.

Narſes iterū Italiæ dux creatur.

A.C. 552.

Narſes igitur ſuſcepto impigre negotio, magnas vndique copias inſtituit, & apparatibus factis & copiis in Illyrico ſibi adeſſe iuſsis, per Thraciam & Macedoniam iter ſuum proſecutus eſt. Totila iam cognito hoſtium apparatu in Italiam redierat, & quæ opportuna videbantur per Italiam prouidebat. Vt vero & ipſe potentiam ſuam oſtentaret aduerſus Græcos, & vice verſa eos inuaderet, claſſem magno nauium longarum, numero in Græciam miſit, iubens, vt quammaximo tumultu cuncta popularentur. Ea claſsis Corcyram primo ac proximas inſulas diripuit, móxque in continentem tranſgreſſa per Epirum & Acarnaniam, & Aetoliam cuncta rapinis incendiíſque fœdauit, maréque obſeruans multa Græcorum nauigia quæ in Italiam & Illyricum nauigabant excepit, [totúmque id mare infeſtum & inutile nauigantibus reddidit.]

Totila Græciam inuadit.

Dum verò hæc à Gothis in Græcia gererentur, Totila nouo exercitu in Picentes miſſo, Anconē terra maríque obſideri mandauit. Cui expeditioni tres duces præfecit, quibus & claſſem attribuit nauium longarum quadraginta ſeptem. Valerianus autem, qui Rauennæ præerat, Ioannem, qui Salonis erat hortatus eſt per literas, ad opem obſeſsis Anconitanis ferendam, cum ipſo non poſſet. Qui milites electos è toto exercitu nauibus decem & octo impoſuit, & verſus Rauennam nauigauit. Cui obuiam proceſsit Valerianus cum duodecim longis nauibus. Qui communi conſilio tota ſimul claſſe ad hoſtem nauigauerunt, littoríque Anconitano applicuerunt. [Quod poſtquam ſenſerunt Gothorum duces, & ipſi ſe ad pugnam comparantes, delectis militibus naues ſuas compleuerunt. Cumque ſatis ſtructi paratíque eſſent, progreſsi aliquanto aduerſus hoſtes ſeſe pugnæ obtulerunt.] Erant igitur Gothorum naues quadraginta ſeptem, Græcorum autem triginta Duces claſsis Græcorum Ioannes & Valerianus, Gothorum autem Vlidas & Gotildus. Militari igitur oratione animis militum incenſis ex compoſito conflixerunt. Ab initio fuit pugna acerrima obuiam concurrentibus proris. Gothi pugnatores quamuis egregij, tamen rerum maritimarum experientiam non habentes, ſeipſos cōturbabant, naues quibuſdam locis ſimul plures conglobatæ ſeſe mutuo impediebant. Græcos verò ſcientia & diſciplina rerum naualium plurimum adiuuabat. Tandem ſuperiores Græci pugna fuere. Submerſæ aliquot Gothorum naues cum ipſis pugnatoribus & nautis perierunt. Multæ expugnatæ incredibili cæde capiuntur. Quod cum viderent Gothi, fugam demum arripuerunt, decem tantum integræ naues Gothorum refugerunt ad littus, cæteræ captæ vel ſubmerſæ. Gothi demum crematis confeſtim nauibus, quæ euaſerant, ne eis potirentur hoſtes, in caſtra redierunt. Et ſic diſſoluta obſidione Anconitana deſertis caſtris Auximum ſe receperunt.

Vincuntur Gothi bello nauali à ducibus Iuſtiniani.

Ioannes igitur & Valerianus cū victrici claſſe ſumma lætitia & incredibili Anconitarum gaudio portum ingreſsi, caſtra hoſtium inuadentes, cum reperiſſent deſerta, commeatum, qui in eo erat, in vrbem Anconem inferri fecerunt. Et paucis poſt diebus Ioannes Salonas, & Valerianus Rauennā reuerſi ſunt. Hæc pugna vehemēter perfregit Gothorum animos, & quaſi initium fuit ruinæ eorum. Totila hac plaga perculſus, magnam

Anconæ obſidio ſoluitur.

copiarum

A.C. 552. copiarum partem è Sicilia reuocauerat. Itaque A Artanaues Iuſtiniani dux, qui Liberio ſucceſſerat, potentior per Siciliam factus, non ſolum liberauit ab obſidione ſocios, verumetiam Gothos plu ribus locis pet oppida obſedit, & Crotoniatas longa obſidione Gothorum laborantes claſsis Iu ſtiniani ſuperueniens liberauit, & hoſtes multa cæde perfregit, quæquidē res ſuperiori cladi adiecta, multo magis perterruit Gothorum animos, præſertim cum de aduentu Narſetis in Italiam, de eiuſque apparatibus multa crebri rumores circūferrent. Reginaris quidam vir inter Gothos clarus, qui Tarento præerat, & Muras qui Acheruſię B cum oppidis, quæ cuſtodiebant, & militibus ſuis ad Iuſtiniani partes tranſierunt.

Narſes in Italiam proficiſcitur, ijdem.

§. IX.

NArſes cum hæc conditio rerum eſſet per Italiam, coactis per hyemem copiis ad iter ſe comparauit. Habebat autem exercitum tātum, quantum vix alij omnes per Italiam duces in Ita liam hoc bello adduxerāt. Pecuniis enim abunde conceſsis à Iuſtiniano ipſe etiam in erogando C erat magnificus. Non ſolum autem ex Thracia & Græcia, ſed & aliis locis copias ingentes contraxerat. Nam & Longobardorum ſupra quinque millia pugnaciſsimorum hominum Alboino rege concedente ſuſceperat. Et Herulorum ad eū tria millia venerant, Hunnorum multitudo ingens confluxerat, [præterea Cumades Perſa cū non contemnenda manu Perſarum ad eum venerat, &] Aſſuades cum quingentis bellatoribus Gepidarum gentis. Et Ioannes cognominatus Fagas, cum Gręcorum & Thracum exercitu. Prętera & Ioan. Vitaliani ſuum ac filiorum Germa D ni exercitum illi coniunxerat. Narſes igitur has copias habens, ex Illyrico mouens per Dalmatiā & Liburniam circumito maris ſinu pedeſtri itinere in Italiam tranſiit, primóque ingreſſu in Venetis conſtitit.

Narſes igitur omiſſo mediterraneo itinere, viā per Hadriatici maris littus elegit, quoniam illa hoſtibus carebat, & tandem Rauennam cum omnibus copiis peruenit. Erant autem per Italiam Veterani milites permulti, quibus ſtipendia multi temporis debebantur. His omnibus Narſes ſti pendia perſoluit, animóſque illorum ſanauit, atq; E erexit. Demum Romam petere contendit. Vſdrilas per id tempus Arimino præerat, vir inter Go thos bello inſignis. Is cum in agrum Ariminenſem perueniſſent prima Narſetis agmina, tranſitū eorum impedire conabatur. Pugna itaque non longe à mœnibus oppidi committitur, in qua He rulorum quidam eques comminus pugnans Vſdrilam occidit, militéſque eius morte ducis conterriti trepidi in oppidum fugerunt. Caput Vſdrilæ ad Narſetem relatum eſt, qui quaſi bono augurio lætatus eſt, quod primo congreſſu princeps aduerſarius à ſuis interfectus eſſet, ſpe bona F plenus iter conficiebat, itaque Ariminum prætergreſſus Romam profectus eſt.

Vſdrilas Gothus obtruncatur.

Totila aduerſus Narſetem mouet, ijdem.

§. X.

TOtila cognitis iis, quæ in Venetiis geſta erāt, aduentúque Narſetis apud Rauennam intellecto, quamquam copiæ ſuæ apud Teiam erant, tamen ipſe Romam diſcedens exercitum contra Narſetem parauit, atque ei obuiam fuit, & tandem aſperrima pugna ab vtriſque inita, ad extremum Gothi ſuperantur, cum maxima eorum ſtra ge, ac Totila interficitur, ſecundum beati Benedicti prophetiam anno regni ſui decimo. Gothi vero interfecto Totila, quicunque ex prœlio aufugerunt, Padum amnem tranſgreſsi Papiæ & circa ea loca conſtitere. Vbi cum de nouo gentis ſuæ duce cogitarent, Teias omnium iudicio rex Gothorum eligitur, qui rex factus theſauros quos Totila Papiæ congeſſerat illico ſuſcepit, ac reparare vires, & exercitum cogere, arma tribuere, equos elargiri, & omnia impigre facere non deſtitit. Ad Francos etiam miſit eos habiturum ſe in ſocietatem pollicens belli.

A.C. 552. Totila interfecto Teias Gothorū rex deligitur. A.C. 552.

Narſes poſt Totilæ interfectionem, Gothorum apparatum audiens, Valerianum cum ſuis copiis circa Padum, quaſi in cuſtodiam eſſe iuſsit, ne metu dempto Gothi licentius vagarentur, ipſe vero cum omni exercitu Romam petiit. Inter eundum Narniam vltro ſe dedentem ſuſcepit, Spoletinis milites conceſsit, qui præſidio ſibi forent, donec eorum mœnia à Gothis euerſa reficerentur. [Miſit quoque Peruſium, qui deditionem poſtularent.] Peruſij autem erant duo præfecti militum pro Gothis, Meligedius & Vlitus. Hi diſcordes erant plurimum inter ſe. Nam Meligedius vrbē dedere cupiebat, Vlitus repugnabat. Et ita ſeditione orta, Vlitus interficitur, & Peruſium à Meligedio Narſeti traditur. Narſes igitur Romam profectus eam obſedit, quæ plena ruinis præteritis adhuc erat, & pauci in ea ciues. Narſes ergo cum expugnare vrbem ſtatuiſſet, pluribus ſimul locis mœnia aggreſſus eſt. Cōcurrentes verò ad ea loca Gothi de mœnibus repugnabant. Milites autem quidam Narſetis remotiora petentes loca, cum ibi ſolitudo eſſet, ſcalis mœnia conſcenderunt. Inde clamor factus captam vrbem oſtendit. Gothi itaque omiſſa defenſione, alij Portuenſem vrbem fuga petierunt, alij ad ſepulchrum Adriani in arcem ſe receperunt. Per hunc modum Narſes Roma potitus eſt. Arcem vero obſeſſam non multo poſt tempore pactione recepit.

Romam Narſes obſidet.

Erant vero in Campania nonnulli Romani pa tricij generis, alij autem ex ſenatorio ordine, quos, vt ſuſpectos eò miſerant Gothi in oppida eorum, hos omnes cum filiis & agnatis Gothi interfecerunt Roma à Narſete accepta, ſimiliter & trecentos adoleſcentes Romanos, quos Totila milites delegerat, ſed reuera obſides adduxerat trans Padum, Gothi capta Roma à Narſete occiderunt. Exinde Narſes Portum miſsis copiis obſedit, & accepit, & ſimiliter Centumcellas. Teias vero rex Gothorum Francorum gentem ſollicitare, ac in ſocietatem adſciſcere non ceſſabat, & modo pecunias, modo participationem dominationis per Italiam pollicebatur. Sed Franci iam conſtituerant ſe huiuſmodi bello non intromittere, & ſic ſpes Gothorum periit.

Crudelia Gothorū facinora.

Narſetis præclare geſta.

Narſes Cumas obſidet, ijdem.

§. XI.

ET quia dum Totila viueret, pecunias regias partim Papiæ congregauerat, partem etiam non paruam in Cumarum arce ſepoſuerat, eíque arci

A.C.553.

A arci fratrem ſuum præfecerat. Narſes cum hoc intellexiſſet, partem exercitus miſit ad obſidendum Cumas. Ipſe autem Romæ conſiſtens, reparare vrbem, ac frequentare conabatur. Ne verò Gothi, qui erant trans Padum, ſuccurrere vel Cumis vel aliis locis poſſent, Ioannem Vitaliani cũ ſociis ſuis in Etruria commorari iuſsit, qui conatus hoſtium reprimeret. Teias rex Gothorũ, vbi ſenſit Cumas obſideri, ferre opem conſtituit, his qui obſidebantur, profectúſque ex Papia tranſuerſis itineribus per Picentes & Marſos peruenit in Campaniam. Quod poſtquam Narſes intellexit, Ioannem cum exercitu ex Etruria reuocauit, B & ipſe cum aliis copiis profectus certiſsimo propoſito confligendi Campaniam petiit. Fertur autem non procul ab vrbe Nuceria eſſe fluuius quidam, Dracon nomine, latitudine vtique exiguus, profunditate vero ita magnus, vt neq; peditibus, neque equitibus ſit tranſmeabilis. Circa dictum fluuium ambo exercitus conſtiterunt. Claſſem præterea Gothi in mari habebant ſatis propinquo, quæ frumenta & cæterum commeatum in littore exponebat, vnde in caſtra deferebatur. Sed poſtquam Gothorum claſsis proditione amiſſa eſt, eo defectu, quia neceſſaria non poterant eis importari, C neceſsitas compulit Gothos locum deſerere. Itaque deſerto ponte & circa amnem loco in proximum montem, qui lactcus dicitur, Gothi abierunt, quos Narſes ſecutus ad radices montis conſedit. Ibíque atrox pugna & vbique cruentiſsima fuit. Gothi enim deſperatione certabant, Narſetis milites conſcientia multitudinis cedere erubeſcebant, Teias vero rex Gothorum inter primos pugnatores eſſe voluit. Erat enim in armis conſpicuus, ſiniſtra ſcutum, dextra pilum quatiebat, aduerſus hunc congreſsi plures ab eo interfecti ceciderunt. Sed cum in ſcuto eius D permulta pila infixa adhæſiſſent, atque ob hoc verſare ſcutum impediretur, dũ clamitabat aliud ſcutum ſibi afferri, id vbi allatum eſt, priori dimiſſo ſcuto nouum aſſumpſit. In hac ſcuti mutatione letaliter vulneratus à volitante telo, cum multum ſanguinis effunderet, nihilominus fortiſsime pugnans nunquam pedem retraxit, nunquam frontem ad ſuos deflexit, ſed in hoſté conuerſus continue dimicans ad extremum in faciẽ corruit, & mortuus eſt.

Al Tracõ

Atrociſsima inter duos exercitus pugna.

Gothi ob * mortem regis nequaquam deterriti, vſque ad noctem pugnauerunt, cum magna tã E dem vtriuſque partis cæde. Gothi autem adueniente die, poſtremo oratoribus ad Narſeté miſſis velle ſe Italia excedere obtulerunt, ſi incolumes abire, ſuáque aſportare permittantur: Sin eis hæc non permittat Narſes, quamdiu viuent, tãdiu ſe paratos ad pugnandum. Narſes cum præfata intellexiſſet in concilio re diſcuſſa, Gothis permittere decreuit liberum receſſum cum ſuis, ne aduerſus deſperatos homines magno ſuorum de-

Teias rex Gothorũ fortiſsimus occiditur.

a A.C. 553. menſe Februario occiſo Teia rege Gothorũ, in Italia Gothi, qui diuturno bello ſuperfuerant, à Narſete Italia omni expulſi ſunt circa menſem Martium. Anno poſteaquam imperium Occidentale pop. Rom. in Gothorum poteſtatem deuenerat ſub Odoacro rege 77. Ipſe autem Narſes pro Imperatore Iuſtiniano Auguſto ducis nomine imperium Italiæ tenuit an. 16. Obijt Romæ An. Ch. 567. Onuph.

Gothi Italia quando pulſi.

trimento victoriam adipiſcantur. Inter hæc mille equites ex Gothis aufugerunt; & Papiam & ad alia oppida trans Padum peruenerunt. Reliqui autem fœdere cum Narſete inito, ſua priuatim aſportantes, Italia excedere, & nunquam bellum aduerſus Romanum imperium gerere promiſerunt, libertate tamen retenta ſine vlla Romani imperij ſubiectione. Quo facto Cumas ac cæteras quæ ſupererant ciuitates, Narſes recepit, finíſque fuit anni decimioctaui huius belli. Poſtquam autem Gothos Italia abire iuſsit, Narſes eam poſſedit annis ſeptemdecim.

A C.553.

B Poſt hæc Iuſtinianus erexit in vrbe Conſtantinopoli domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſapientia patris, templum, quod vocauit ἁγίαν σοφίαν, id eſt ſanctam ſapientiam, cætera mundi opera excellens. Poſtquam autem Gothos Narſes ſuperaſſet, tunc adunatus clerus Romanus orauit Narſetem vt eius ſuggeſtione rogaret imperatorem, vt ſi adhuc viueret Vigilius papa, & presbyteri, & diaconi, & reliqui clerici, qui cum eo fuerant miſsi in exilium, reuerterentur. Suſcepta relatione Narſetis, & cuncti cleri Romani, lætatus eſt imperator, & omnes eius proceres, quòd requiem C Deus dediſſet Romanis. Móxque per edictum ſuum omnes ab exilio reuocauit, qui poſtea cum eſſent in imperatoris præſentia, eis dixit. Vultis recipere Vigilium, vt ſit papa veſter? Sin minus en hic habetis archidiaconum veſtrum Pelagiũ, & manus mea erit vobiſcum. Imperet Deus pietati tuæ (reſponderunt omnes) reſtitue nobis modo Vigilium, & quando voluerit Deus eum tranſire de hoc ſæculo, tunc cum tuo mandato donetur nobis Pelagius archidiaconus noſter. Tunc imperator dimiſit omnes detentos cum Vigilio. Qui applicantes Syracuſas ad terram mari in D greſsi ſunt. Ibique infirmatus Vigilius migrauit ad Dominum, ſed Romam corpus fuit adductũ.

Iuſtinianus templum S. Sophiæ construit. Niceph. Proc. 17 c. 10. Diac. de geſt. Longo. c. 17.

Hic Iuſtinianus, etſi multa magna fecit, ad inſtigationem tamen vxoris ſuæ quæ hæreticis fauebat, perſecutus eſt, & exilio relegauit duos ſummos pontifices, ſcilicet Syluerium & Vigiliũ. Et non ſolum iſta dicta Theodora, ſed plures aliæ reginæ ſeu imperatrices magna detrimenta & ſcãdala concitarunt contra eccleſiam, vt ſoror Conſtantini magni fauens Arianis, Eudoxia vxor Arcadij in perſecutione contra Ioannem Chryſoſtomum Iuſtina mater Valentiniani, & multæ a- E liæ. Et Sophia vxor Iuſtini imperatoris, quem Iuſtinianus non habens filios de conſilio optimatum adoptauit in filium, & poſtea imperatorem conſtituit.

Vxores imperatorũ eccleſiæ malæ fuerunt.

Bucellinum autem quemdam diripientem Italiam, vt regi ſuo Theodeberto Gallorum ſpolia ferret, in Campania non longe à Tarento hyemare diſponentem, Narſes proſtrauit & peremit. [Amingus vero dum Vindino Gothorum comiti contra Narſetem rebellanti auxilium ferre conatus eſt, ambo à Narſete ſuperati ſunt. Vuidinus F ſuperatus Conſtantinopolim in exilium abiit. Amingus vero, qui ei auxilium præbuerat, Narſetis gladio perimitur.] Tertius quoque Francorum dux nomine Leutharius Bucellini germanus dum multa præda onuſtus ad patriam reuerti cuperet, inter Veronam & Tridentum iuxta lacum Benacum propria morte defunctus eſt.

Narſes etiam per Dagiſteum magiſtrum militum, virum bellicoſum & ſtrenuum, viuuectos

Dagiſteus geſta. c. 5.

Italiæ

A.C.566.

Italiæ fines obtinuit. Peſte adueniente anno domini 565. Italiæ populi & præcipue Ligures conſternantur. Demum Iuſtinianus, dum à diuinis mandatis autem cordis auertit, iuſto iudicio Dei amentiam incurrit. Et accerſito Iuſtino curam imperij delegauit, quo facto obit anno imperij ſui 38. Iuſtiniani temporibus in Conſtantinopoli magna peſte ſurgente inſtituta fuit ſolemnitas purificationis beatæ Mariæ, & ita mortalitas illa ceſſauit, quæ feſtiuitas poſtea per totum orbem celebrata eſt, quæ poſtea ſequenti anno in Italia graſſari cœpta eſt. Et dicitur dicta feſtiuitas apud Græcos ὑπαπάντη, & Latine interpretatur obuiatio.

Purificati onis feſtū quādo in ſtitutum. Dia. li. 10. & Nicep. li. 17. c. 28.

Tempore huius Iuſtiniani Arator poeta floruit Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, qui duos libros metricos de actibus apoſtolorum compoſuit. Cuius etiam tempore, ſcilicet Iuſtiniani claruit beatus Benedictus abbas, vita & ſanctitate mirabilis, de quo infra dicetur. Sed & corpus beati Antonij repertum apud Aegyptum tunc temporis, Alexandriam cum multa veneratione delatum eſt. Nunc autem pro certo corpus eius eſt in abbatia montis maioris prope Arelatem in prouincia Prouinciæ. Et brachium eſt apud Viennenſes, vbi nunc ſit concurſus populorum, vt clare patere poteſt hunc proceſſum intrinſecus intuenti.

Floruit etiam per idem tempus in Scotia beatus Brandanus, qui multis virtutibus clarus pater extitit fere trium millium monachorum. Huius tamen viri hiſtoriam peregrinantis propter multa apocrypha & deliramenta, quæ ibi continentur, hiſtoriographi omittunt. Ea tempeſtate Iudæus quidam imaginem Saluatoris de Eccleſia accipiens, illam telo transfixit, & cum clam illam ſub veſte domum portaſſet, ſe totum ſanguine, qui de illa fluxerat, cruentatum inuenit. Quam Chriſtiani quærentes per veſtigia ſanguinis, eam inuenerũt, & ipſa in ſuo loco repoſita Iudæum ſacrilegum lapidauerunt.

Iuſtinus 2. pop. Rom. in Oriente 19. imperator imper. an. 10. me. 10. di. 20. Ann. Chr. 565. de quo Diac. lib. 16. Niceph. lib. 17. Zonar. & alij.

CAPVT VI.

SVcceſsit ergo in oriente Iuſtiniano Iuſtinus ſecundus, anno incarnationis domini 566. Ab initio mundi quinquies milleſimo 764. Et imperauit annis 11. qui vxorem ſuam nomine Sophiam coronauit auguſtam. Hic vir omnis auaritiæ tenax, pauperum contemptor, ſenatorum ſpoliator, adeo rapax fuit, vt arcas ferreas faceret, in quibus multa auri talenta ſeruabat. Lapſus eſt etiam in hæreſim Pelagianam, ſed iudicio Dei punitus, vt infra dicetur. Narſes vero eunuchus, de quo diximus, cum ab inſultu diuerſorum hoſtium totam Italiam liberaſſet, & quietam reddidiſſet, pro magnis beneficiis à Romanis inuidiam pertulit, ita vt ad vrbem regiam mitterent oratores dicẽtes. Quia melius erat Romanis, vt Gothis ſeruirent, quàm Græcis, vbi Narſes eunuchus imperat, & pro ſua libidine dominatur. Quorum ſermonibus commotus imperator, Longinum præfectum [a] ſuum loco Narſetis ſubſtituit. Sed inſuper Sophia auguſta hanc contumeliam Narſeti mandauit, vt Conſtãtinopolim remearet, & cum puellis ſuis in conuentu fœminarum lanarum penſa diuideret. Narſes deinde receptis iniuriarum literis dicitur reſpondiſſe, talem ſe ei Sophiæ auguſtæ telam orditurum, vt quamdiu viueret, nunquam deponeret, nec retexeret.

Narſes à populo Romano in inuidiã adducitur. lib. 2. de geſt Lõg. cap. 5.

A.C.569.

Et Neapolim diſcedens, [b] Longobardis mandauit, vt pauperrima Pannoniæ rura, quæ incolebant deſererent, & ad Italiæ fertile ſolum poſsidendum confluerent. Quod audiens Alboinus Longobardorum rex, Hunnis Pannonia tradita iter parauit ad Italiam. Anno autem domini 570. acies in cælo per Italiam apparuerunt, humanum ſanguinem, qui poſtea effuſus eſt, ſignificauerunt. Ac deinde cõtinuatis imbribus pluribus diebus, tanta aquarum vi auctus eſt Tyberis, vt magna ſtrage populi humiliora loca ſubmergeret, & ſimiliter in quibuſdam aliis ciuitatibus & locis accidit. Leuuigildus Gothorum rex rebellantes Hiſpaniæ ciuitates ſubegit.

Lõgobardi inuitã tur à Narſete vt in Italiam tranſeãt.

Alboinus igitur Longobardorum rex vocatus à Narſete Italiam ingreditur, magna Longobardorum multitudine cum filiis & vxoribus & aliis barbaris nationibus. Deinde Mediolanum ingreditur, & intra breue temporis ſpacium, ſibi totam præter Papiam, Rauennam, & Romam ſubiecit Italiam, quam Longobardi & eorum reges poſſederunt annis 204. vſque ſcilicet ad tempora Caroli magni, vt dicetur. Hæc Longobardorum gens, qui prius dicti ſunt Vuinili (aliàs Viruli) nunc Longobardi, anno incarnationis dominicæ 372. olim deſerta inſula Scandinauia in ſeptentrionali oceano ſita, in Pannonia tandem ſedem poſuerunt. Et inde à Narſete vocati in Italiam venerunt. Quamuis autem Narſes placatus perſuaſione pontificis Ioannis, niteretur Longobardos ab ingreſſu Italiæ reuocare, tamen quia Alboinus iam fuerat literis eius accenſus, & cum omnibus ſuis vxoribus & familia iter aſſumpſerat, deterreri non potuit à perſecutione incepti. In ipſo primo eorum ingreſſu ciuitatem Mediolanum obſederunt vndique, qua violenter effracta, omnes pene inhabitantes gladio occiderunt. Vouerat enim rex Alboinus ſe omnes Chriſtianos gladio pêrempturum. Et licet tunc Longobardi baptizati eſſent, idola tamen colebant, ac ſimulachrum viperæ venerabantur vt Deum,

Alboinus Italiã ingreditur. Paul Dia. li. 2. Vinc. li. 21. cap. 126.

Mediolanum iterum capitur. Diac. cap. 12.

a An. Ch. 569. mortuo Fl. Narſete cum Lõgobardi ſub eorum rege Alboino Italiam inuaſiſſent Fl. Lõginus Patricius Conſtantinopoli in Italiam à Iuſtino iuniore miſſus, in locum Narſetis factus eſt Italia rector, qui Rauenna imperij ſede firmata eam Italiæ partem ipſe & eius ſucceſſores pro imperatoribus Conſtantinopolitanis ſub exarchi nomine tenuerunt, quam Longobardi inuadere non potuerunt: adminiſtrauit autem Italiam an. 15. Onuph.

b An. Ch. 568. 4. Non. Apr. feria ſecunda Paſchali Longobardi à Narſete Patricio inuitati ſub Alboino rege Pannonia egreſſi ſunt, & in Italiam venerunt eodem anno, vt ſibi eam vendicarent: à quo die Longobardorum regnum in Italia inchoatur, quam intra triennij tempus fere omnem caſis Romanis ducibus pulſiſq; præſidiis occuparunt, tenueruntq; per annos 206. quo tempore reges vigintiquatuor habuere. Onuph.

Lõgobardi quãdo Italiã intrauerint.

A.C.569.

quo errore beatus Barbarius Beneuentanus epiſcopus eos amouit,& dictũ viperæ ſimulachrum in pulcherrimum calicem commutauit.

Narſes moritur li.2.ca.8.

Capto ergo Mediolano, omnes aliæ ciuitates timentes crudelitatem barbarorum, ſe ſponte ei ſubiiciebant. Narſes interim Romæ moritur, cuius corpus in locello plumbeo poſitum eſt,& cũ omnibus diuitiis ſuis Conſtantinopolim eſt delatum, ſiue (vt alij dicunt) Neapolim, qui propter virtutem patriciatus dignitatem promeruit. Erat autem vir piiſsimus, vigiliis & orationibus tantum ſtudens, vt plus ſupplicationibus ad Deum profuſis, quàm armis bellicis victorias obtineret. Erat enim religione catholicus, in pauperes munificus, in reparandis eccleſiis ſatis ſtudioſus. Alboinus autem Longobardorum rex, partem Italiæ, qua largus patens in ea habetur ingreſſus, nepoti ſuo Giſulpho ſummę potentię viro donauit. Anno autem domini 574. Armenij fidem Christi publice ſuſceperunt. Venetia Galliaque omnis cis Alpes à Longobardis eſt poſſeſſa præter Papiam, quæ cum triennium obſidionem ſuſtinuiſſet, hoc tandem anno deditur.

Papia Longobardis deditur. cap.23.

Alboinus Chunimundum Gepidarum regem perimit. Diac.lib.1.de geſtis Long.ca.18.

§. I.

ALboinus rex Longobardorum, antequam Pannoniam egrederetur, cum Guimundo, (aliàs Chunimundo) rege Gepidarum congreſſus eum occidit. Cuius filius dum ad paternæ necis vltionem accingitur, ab Alboino etiam ſuperatus occiditur. Cuius exercitus partim gladio, partim captiuitate proſternitur. Inter captiuos autem filia ipſius regis Gepidarum occiſi nomine Roſimunda, quæ ab aliis Rodiſnida nuncupatur, pulcherrima corpore reperitur. Quam Alboinus in ſui perniciem duxit vxorem. Qui etiam, vt refert Ioan.de Col. interfecti regis caput auferens, ac teſtam ſeu caluariam auro ornans, ex illa poculũ ad bibendum fecit quaſi pateram, ac illa in magnis ſolennitatibus & feſtis vtebatur. Cum autem hic Alboinus poſt multas hominum ſtrages, ac ciuitatum excidia eſſet Veronæ, ac ſemel in die ſolenni in cœna cum regina vxore ſua diſcumberet, multo vino calefactus, pateram, quam ex capite patris vxoris fabricari fecerat, vino repletam porrexit vxori ſuæ dicens. Bibe cum patre tuo. Quæ postquam caput patris aſpexit, ingemuit, verùm more fœmineo cum ſimulato gaudio texit. Et deinceps qualiter in virum ſuum mortem patris ſui & fratris vindicare poſſet, cogitare cœpit.

De nece Alboini per Roſimundam coniugẽ. li.2.c.14.

Erat autem tunc in ducis exercitu quidam iuuenis nomine Peredeus, quem nonnulli Peretheum vocant, corpore decorus, armis ſtrenuus: hic puellam reginæ obſequio deputatam carnaliter cognoſcebat. Accidit autem, quod Rege abſente regina dictam puellam ad ſe vocatam in propria camera iacere fecit, & regina in camera puellæ. Quo facto ex puellæ nomine iuueni mandat, vt ad ſe nocte ille veniret. Qui in primo noctis crepuſculo ad locum venit. Intrãſque lectum, in quo regina ſe poſuerat, cum ipſa concubuit. Quo facto dixit regina ad militem. Scis quæ ſim? Cúmque ille ex amicæ nomine vocaſſet, ait illa. Non ſum, ſed ſum regina Roſimunda. Et addidit. Talem rem hodie perpetraſti, vt niſi Alboinum regem occidas, & patrem meum vindices, quem ipſe peremit, abſque dubio tu illius gladio interibis. Ad cuius verba ille vehementer ſtupens, poſtremo multis promiſsionibus acquieuit. Statuta igitur die ille in camera armis omnibus munitus abſconditur. Cúmque ſe rex poſuiſſet in lecto nudum, è latebris exiliens Peredeus, euaginato gladio regem aggreditur. Ille vero ita vt erat nudus de lecto egreſſus ſcabellũ, vt ſe defenſaret, arripuit. Sed nec diu, nam ab armato faciliter vulneratur, & poſtremo occiditur.

A.C.571.

Regina autem hoc perpetrato ſcelere magnam partem theſaurorum regis accipiens, vnà cum milite, qui maritum occiderat, Rauennam fugit, ibíque eum in virum accepit, vbi cum non multo poſt alium pulcherrimum iuuenem regina adamaſſet, & ipſum habere in virum concupiuit: vnde virum illum priorem cogitauit extinguere. Igitur venenum vino commiſcens, illum rogabat vt biberet, qui cum haurire cœpiſſet, & amaritudinem magnam ſentiret, & rem ſuſpectam haberet, mandat reginæ, vt ipſa reſiduum bibat. Quod cum illa recuſaret, extracto gladio eam bibere compulit, quo hauſto illi eadem die ambo perierunt. In regno autem Longobardorum quidam nomine Cleb Alboino à Longobardis ſubſtitutus eſt in regno.

Roſimundæ fuga & mors cap.15.

Theophilus diabolo ſe deuouet. Hanc hiſtoriam ex Eutychiano refert Metaphraſtes, & poſt eum Sur.tom.1.& Caniſ. li.6.de Maria virgine cap. 20.

§. II.

CIrca ea tempora in Cicilia cum Theophilus quidam aliàs ſatis modeſtus dignitatem ſuã ſcilicet [a] vice dominatus, calumnioſe accenſatus iniuſte amiſiſſet, ita moleſte tulit tantam iniuriam vt nil faciendum omitteret ad recuperandam famam ſibi ablatam, adeo quòd maleficorum conſilio diabolum inuocaret, ad præſtandum ſibi auxilium ad recuperandum honorem ſuum, paratus omnia facere, quæ ille ſibi mandaret. Qui obtulit ſe hoc ei facturum, dummodo fidem abnegaret, & ſe ſibi totum daret, ita quòd & de hoc inſtrumentum talis donationis manu ſua conſcriberet, & ei traderet. Quo facto diuerſis modis ſecutum eſt, vt ille honorem ſuum recuperaret. Sed ad ſe miſer reuerſus cognouit ſcelus ſuum, & pœnitentiam agens per quadraginta dies, & Dei genitricis, cui deuotus fuerat, ſuffragia petens, peccati veniam impetrauit. Vnde ei dormienti apparuit beata Maria, & inſtrumentum ſuæ abnegationis, quod ſigillatum diabolo dederat, ſuper lectum proiecit, ad indicium remiſsionis ſibi factæ.

Ex hiſtoria Britannorum refert Ioan. de Col. quòd in quadam celeberrima curia, & congregatione principum in ciuitate Londinenſi habita, omnes reges occidentalium nationum, & principes Galliarum interfuerunt. In qua deliberatum

De A... ro... niæ ... vide ... tia.10.c... §.1.& ... notauit hoc ... refert Vincen. ſpec. hiſt.li.23. c.74.

a Hæc dignitas οἰκονομία] à Metaphraſte identidem dicitur, & ipſe Theophilus [οἰκονόμος] Eccleſiæ, qua dicitur Adana, vocatur. Erat vero is qui apud Latinos Archidiaconus nominatur, vt Caniſius interpretatur.

eſt

A.C. 574. eſt, vt duce Britonum rege Arturo Italiã ac ipſam Romanam vrbem occuparent. Magno igitur exercitu congregato in Burgundiæ finibus aduerſus Lucium Hiſpaniarum ducem qui ſub Leone principe eas regiones gubernabat, proceſsit ad prœlium. In via autem gigantem quemdam ſingulari certamine vicit, & non multo poſt non longe à Lingonenſium vrbe cum Romanis ducibus pugna cruenta conflixit, ex qua poſt vtriuſque exercitus grauem cædem victor euaſit. Poſt quam victoriam eum verſus Romam ipſam iter dirigeret, audiuit Morderetum eius nepotem, quẽ ad regni cuſtodiam dimiſerat, ſe occupata Britannia regem conſtituiſſe. Quod intelligens Arturus à propoſito deſtitit, ac in Britanniam contra nepotem reduxit exercitum, quo poſtquam applicuit, cum illo cruentiſsima pugna cõflixit. In qua illud mirandum, ac horribile ſolo dicto refertur, quod non niſi viginti ex illo exercitu ſuperfuerunt, cum eſſent vtriuſque exercitus copiæ innumerabiles. Ipſe vero Arturus letali vulnere in prœlio ſuſcepto ad quandam inſulam deportatus eſt, ex qua nunquam rediit. Vnde ſecundum Merlini vaticinium dubium exitum habuit. Succeſsit autem ei in regno cognatus eius Conſtantius.

a Circa ea tempora in oriente quidam puer Iudæorum filius cum à coæuis ſuis filiis Chriſtianorum, vt refert Vincen. ex Martiali ad hoc adductus fuiſſet, vt in eccleſia ſanctæ Mariæ matris Domini corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti ibi perciperet, propter hoc à patre ſuo hoc ſentiente, proiectus eſt in fornacem ardentem, vnde à Chriſtianis illæſus extractus eſt. Nam mater eius cum audiſſet patrem filium comburere, cucurrit ad liberandum eum. Sed eum vidiſſet incendia ab ore fornacis patulo huc illùcque reſpergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffuſáque cæſarie ſe miſeram clamitans, ciuitatẽ vocibus impleuit. Chriſtiani autem concurrentes ad ſpectaculum, retractis ignibus ab ore fornacis inuenerunt puerum quaſi ſuper plumas molliſsimas decumbentem. Cùmque fideles benedixiſſent Deum, proiectum huius ſceleris authorem Iudæum eius patrem miſerunt in fornacem, quem ita totum ignis abſorbuit, vt vix de oſsibus eius paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantibus autem Chriſtianis puerum, quale ei inter ignes fuiſſet vmbraculum, ait. Mulier illa, quæ in Baſilica vbi panem accepi de menſa, in cathedra ſedens puerulum in ſinu geſtat, illa me pallio ſuo, ne ignis voraret, operuit, ſcilicet beatiſsima virgo Maria. Igitur puer agnita fide credidit & baptizatus eſt cum matre ſua, & multi aliorum Iudæorum ex hoc miraculo conuerſi ſunt ad Chriſtum.

In Gallia, vt refert Vinc. ſpec. hiſt. mons ſuper Rhodanum fluuium multis diebus dans mugitũ, tandem ab alio monte ſibi vicino diſcuſſus, cum eccleſiis, domibus, hominibus, & beſtiis in Rhodanum præcipitatus eſt. Clotharius rex Francorum Chrannũ filium ſuum diu contra ſe rebellantem, & multa mala in regno ſuo facientem in Britannia proſecutus eſt, eiuſque auxiliario duci Britnnum Chonobro occurrit. Et Chonobrum quidem peremit, Chrannum vero captum igni cũ vxore & filiabus comburi fecit. Chrannus à patre crematur.

a Conſuetudo à multo tempore imperanti vrbi fuit, vt cum pluſculum de partibus immaculati diuiniq́, corporis Domini & Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros incorruptos, ex iis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerſerent vt ieiuni reliquias eas ederent, Nicepho. ibidem.

Poſt hæc vt refert Gregor. Turonenſis, dum Clotharius rex in Chotilia ſylua venationẽ exerceret, à febre valida corripitur, & exinde Compendium villam, quæ eſt palatium regale, adiit. Vbi autẽ grauiter vexaretur dicebat, vach. vach. Quid putatis, qualis eſt rex cæleſtis qui tam magnos reges interfeciſſe dignoſcitur? Et in hoc tædio ſpiritum exhalauit. Obiit autem anno 51. regni ſui. Quem quatuor filij ſui cum magno honore Sueſsionem deferentes, in baſilica ſancti Medardi ſepelierunt. Turo. ca. 20. & 21. Aemyl. li. 1.

Diuiſio regni Franciæ, Vinc. lib. 21. cap. 117. poſt Turo. lib. 4. cap. 22. & Diac. lib. 2. de geſtis Longob. ca. 8. Aemyl. lib. 1.

§. III.

DE diuiſione regni Francorum inter filios Clotari, & vxoribus eorum. Temporibus illis vt narrat Vincen. ſpec. hiſto. poſt Grego. Turonen. lib. 22. cap. 117. Chilpericus poſt mortem patris ſui theſauros, quos in villa Brumacho (aliàs Brannacho) congregati erant, accepit, & Francos vlteriores petiit, ipſoſque muneribus multis donatos, ſibi ſubdidit, & mox Pariſios ingreditur, & ſedem Childeberti regis occupauit. Sed non diu licuit ei poſsidere. Nam cõiuncti fratres eius inde eum expulerunt. Et ſic inter ſe hi quatuor Aribertus (aliàs Chariberthus) Gunthrannus, Chilpericus atque Sigebertus diuiſionem legitimam fecerunt. Accepitque Aribertus regnum Childeberti, ſedémque conſtituit Pariſiis, Gunthrannus regnum Clodomiris accepit, & Aureliis ſedem inſtituit. Chilpericus regnum Clotharij patris ſui accipiens, Sueſsione ſedem ſtatuit. Sigebertus regnum Theodorici ſortitus ſedẽ ſtatuit habere in ciuitate Remenſi. Aribertus rex Nigebridam duxit vxorem. Habebat autem ipſa regina puellas duas, cuiuſdam pauperis filias, nimis ſpecioſas, nomen ſenioris Marcaneſa, & nomen iunioris Meroſidis, in quarum amorem rex nimis exarſit. Ob hoc Nigebrida affligebat eas nimio odio. Nam & patrem earum compoſitorẽ lanificij iuſſerat fieri. Pro qua cauſa rex nimis iratus Nigebridam reliquit, & Meroſidem vxorem accepit, poſt hoc etiam Marcaneſam ſororem eius ad coniugium ſibi copulauit. Et ob hanc cauſam à ſancto Germano Pariſienſi epiſcopo excommunicatus vterque eſt. Sed cum eam rex relinquere nollet, percuſſa Dei iudicio mortua eſt. Et non poſt multum tempus Aribertus etiam rex mortuus eſt, & in Blauia caſtello in eccleſia ſancti Romani ſepultus. Ariberti regis incontinentia. Turo. ca. 15. qui tamen re paulo aliter narrat

Porro Sigebertus rex eum videret, quod fratres eius indignas ſibi vxores acciperent, & ancillas ſibi coniugio copularent, legationem in Hiſpaniã miſit & multis muneribus dans Athanahildi (aliàs Athanagildi) regis filiã petiit. Erat enim puella elegans, pulchra, & ingenioſa, nomine Brunechildis. Quam acceptam, quia alienæ legi, ſcilicet Arianorum fuerat ſubiecta, præcepit baptizari. Quod videns Chilpericus rex, eum Sigebert' rex Brunechildem ducit. ca. 27.

A.C. 564.

Chilpericus rex Galſondã in vxorẽ accipit. c. 28.

iam plures haberet vxores, ſororem ipſius Brunechildis nomine Galſondam (aliàs Glaſſunitã) petiit in coniugium, promittens ſe alias vxores dimiſſurum. Quæ ab eo in coniugium aſſumpta & baptizata, magnæ ſanctitatis eſt effecta fœmina. Per odium autem Fredegundis peſsimę cõcubinæ ſuæ, ortum eſt inter eos magnum ſcandalum. Itaque dicebat Galſonda ſe tantas iniurias Fredegundis nullatenus ſuſtinere poſſe. Petiitque à rege, vt relictis theſauris quos ſecum de Hiſpania detulerat, liberam redire dimitteret ad patrẽ ſuum. Sed ipſe ei verbis mollibus blandiebatur. Demum per conſilium peſsimum Fredegundis, eam per noctem in ſtrato ſuo ſtrangulauit. Poſt cuius obitum Deus pro ea virtutes oſtendit. Quo facto fratres Chilperici ſuper hoc indignantes, eum de regno eiicere voluerunt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Andouera (aliàs Audonera) regina vxore ſua, ſcilicet Theodobertum, Merouenm, & Clodoueum.

Andouera Chilperici vxor. Ado. in Chron.

Ipſa quoque Fredegundis verſuta dominam ſuam Andoueram decepit, nam & ipſa Fredegũdis ex familia infima fuit. Cum igitur Chilpericus rex in hoſtem pergeret cum Sigeberto fratrę ſuo contra Saxones, Andouera regina domi remanſit grauida, & filiam peperit. Cui Fredegũdis conſilium dedit, vt eam cito faceret baptizari, quatenus rex de prœlio veniens filiam baptizatam gratulanter reſpiceret. Vocato itaque epiſcopo vt eam baptizaret, cum non eſſet matrona, quæ eam ſuſciperet, ipſa mater à Fredegunde monita, eam de ſacro fonte ſuſcepit. Venienti autem regi cum victoria exiit Fredegundis obuiam dicens. Deo gratias, quia dominus rex noſter victoriam habuit de inimicis ſuis, natáque tibi eſt filia. Cum qua domine mi dormies hac nocte? quia domina mea regina eſt ª commater tua de filia tua Childeinda. Et ille ait, ſi cum illa dormire nequibo, dormiam tecum. Cúmque introiſſet rex in aulam ſuam, occurrit ei Andouera regina cum filia ſua. Et ait rex. Nefandam rem feciſti per ſimplicitatem tuam, iam enim coniunx mea eſſe non poteris. Rogauitque eam ſacrum velamen induere cum ipſa filia ſua, & dedit ei prædia multa & villas. Epiſcopum vero, qui eam baptizauit, exilio condemnauit, & Fredegundem reginam ſibi copulauit.

Magna Fredegũdis aſtutia.

a Et ſi 30. cauſa. quæſt. 1. Canones aliquot recenſeantur, quibus ſtatuitur, vt vir vel mulier qui filium ſuum de fonte ſacro ſuſceperunt, debeant à coniugio ſeparari: qui canones hoc ſeculo ſexto vim ſuam & robur habebant: tamen alij in eadem quæſtione canones referuntur: qui prorſus contrarium definiunt, & propterea circa hanc materiam ſequendus eſt D. Anton. infra tit. 13. c. 1. §. 2. & parte 3. huius operis tit. 1. cap. 6. §. 2. qui, ſi hoc fiat propter neceſsitatem, vel propter imprudentiam, aſſerit non impedire propterea coniugem eum qui ſuſcepit filium in fonte, à debito exigendo, vel petendo. Quod ſi malitioſe hoc etiam factum eſſet, matrimonium non propterea diſſolui, quod ad eius reddendi debitum, quamuis grauis ſit ei qui hoc fecit iniungenda pœnitentia. Hoc etiam conſtitutum eſt ab Alexandro 3. in Decretalibus, lib. 4. tit. 11. cap. 2. cuius de hac re decretum habet D. Anton. in 3 parte huius operis, tit. 18. ca. 9. §. 2.

Chilpericus aduerſus Sigebertum filium mittit. Vinc. lib. 21. cap. 128. & Tur. lib. 4. cap. 5. A.C. 578.

§. IIII.

CHilpericus ſiquidem Theodebertum filium ſuum ſeniorem, qui antea Sigeberto iurauerat vltra Ligerim non tranſire, contra eum, vt hoſtem direxit in aciem. Qui abiens ciuitates Sigeberti auunculi ſui peruaſit Turones, Pictauos & reliquas. Apud Pictauos pugnauit contra Gondobaldum ducem, colliſúſque eſt exercitus Gondobaldi, & fugit, magnámque illic cædem Theodobertus fecit. Commoto inde exercitu Lemouices Cadurcóſque abiens peruaſit atque vaſtauit, eccleſias incendit, monaſteria deſtruxit, clericos interfecit, monaſteria virorum deiecit, puellarum deluſit, & cuncta vaſtauit. Fuítque eo tempore maior gemitus in Eccleſiis, quàm tempore perſecutionis Diocletiani & Maximiani. Inter has diſcordias Chilpericus etiam commoto exercitu vſque Remos acceſsit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sigebertus conuocatis gentibus illis quæ vltra Rhenum ſunt, Pariſios venit, & contra fratrem ſuum ire diſpoſuit. Chilpericus quoque fugiens per Rothomagenſem regionem cum vxore ſua & filiis Tornacum ciuitatem ingreſſus, ibi ſe clauſit & communiuit. Sigebertus vero ciuitates illas, quæ vltra Pariſios ſunt poſitæ, vſque ad Rothomagum accepit, & reuerſus eſt inde Pariſios.

Bellũ ciuile inter Franciæ regulos.

Tunc Franci, qui quondam ad Childebertum ſeniorem aſpexerant, ad Sigebertum legationem mittentes, relicto Chilperico ipſum ſibi regem ſtabiliunt. Qui miſit ad eos, vt fratrem ſuum in memorata vrbe Tornaco obſiderent, dicens ſe cũ exercitu ſecuturũ. Cui beatus Germanus epiſcopus Pariſienſis dixit. Si abieris, & fratrem tuum occidere nolueris, viuus & victor inde redies. Si autem aliud cogitaueris, morieris. Sic enim dominus per Salomonem ait. Foueam, quam fratri tuo parabis, cadet in eam. Quod ille audire neglexit. Tum Fredegundis memor artium ſuarum, inebriauit duos pueros Tornacenſes, & dixit eis. Ite ad Sigeberti cuneum, & ſimulate, vt eum ſupra vos regem eleuare debeatis, & interficite eum. Si euadere poteritis, ego mirifice honorabo vos & ſobolem veſtram. Si autem corrueritis, ego eleemoſynas multas per loca ſanctorum tribuam. Illi vero nec dubij fero ad eum, vt erant corde, venientes, cum aliam cauſam ſuggerere ſe velle ſimularent, abſtractis cultris vtraque ei latera feriũt. At ille vociferans, corruens emiſit ſpiritum, vbi etiam & homicidæ illi corruerunt. Chilpericus vero neſciebat, donec Fredegundis omnia de interitu fratris enarrauit. Tunc Chilpericus rex de Tornaco egreſſus fratrem ſuum Sigebertũ apud Lambras vicum ſepeliuit.

De Sigeberto per insidias Fredegũdis. Vin. cap. 129. & Turon. ca. 51.

Sigeberti cædes.

Interempto vero Sigeberto rege, Brunechildis regina cum filiis ſuis reſidebat plena luctu, quid agere deberet ignorans. Gundobaldus autem dux apprehendit Childebertum filium eius furto per noctem, & cum eo ᵇ aufugit in Auſtriam. Colle-

b Auſtria ſæpe in Francorum hiſtoria, pro Auſtraſia & Mediomatricum regno, ſeu, vt nunc loquimur, Lotharingia vſurpatur.

A.C.578. ctiſque gentibus, ſuper quibus pater eius regnauerat, regem eum inſtituit. Chilpericus vero rex Pariſios veniens apprehenſa Brunechilde, apud Rothomagenſem vrbem eam in exilium retrusit, filias quoque eius Meldis ciuitate teneri præcepit.

De inceſtu Merouei & Brunechildis. Turon. ca. 2. Vinc. cap. 130.

Chilpericus poſt hæc filium ſuum Merouæum cum exercitu vltra Ligerim dirigit. At ille relicta ordinatione patris, tunc per Cenomannos reuerſus, matrem ſuam Andoueram viſitare fingens Rothomagum venit. Ibique Brunechildæ reginæ coniunctus, eam ſibi in coniugiũ copulauit. Hoc autem ſciens Chilpericus, quod contra fas & legem canonicam vxorem patrui ſui accepiſſet, valde amarus factus eſt, & feſtinus ad ipſam vrbem perrexit. Illi vero cum cognouiſſent, quod eos ſeparare deberet, ad baſilicam ſancti Martini, quæ eſt ligneis tabulis ſupra muros conſtructa, confugerunt. Rex vero illos inde ingenio eiicere nõ valens, iurauit eis doloſe. Si voluntas Dei eſt (inquit) ego vos non ſeparabo, quo audito de baſilica ſunt egreſsi. Et dignanter acceptis epulatus eſt rex cum eis. Poſt hæc vero inſidiante Fredegunde propter coniugationem Brunechildis, Merouæus tonſuratus eſt, & iuſſu Chilperici patris ſui presbyter ordinatus eſt, & ad monaſterium Cenomannicum, quod vocatur Auiſola directus, vt illic regulariter degere deberet. Eo quoque tempore beatus Germanus Pariſiorum epiſcopus plenus virtutibus migrauit ad dominum, & glorioſe cum magno honore in eccleſia ſancti Vincentij delatus ſepultus eſt. Childebertus poſt hæc minor legationem ad Chilpericum miſit, propter Brunechildem matrem ſuam rehabendã, qui eam pacifice reddidit.

Rex Chilpericus populo grauia imponit onera. Turon. cap. 28.

§. V.

POſt hæc Chilpericus rex, deſcriptiones nouas & graues per conſilium Fredegundis in omni regno ſuo fieri iuſsit. Pro qua cauſa multi relinquentes ciuitates illas, & poſſeſsiones alia regna petierunt, ducentes melius eſſe peregrinari, quam tali periculo ſubijci. Populus vero valde oppreſſus vociferatur ad dominum. Eo tempore Chilpericus rex grauiter ægrotauit, quo ſanitatẽ recuperante filij eius grauiter ægrotarunt. Et Fredegundis plena dolore filiorum & gemitu, ait ad regem iam ſerio pœnitens. Diu nos male agẽtes diuina ſuſtinuit pietas. Sępe nos febribus, & aliis malis corripuit, & emendare neglexímus. Ecce iã perdimus filios, iam enim eos lachrymæ pauperum, lamenta viduarum, ſuſpiria orphanorum interimunt. Ecce auri & argenti immenſa põdera, Cellaria & horrea plena redundant, & neſcimus cui congregamus ea: Ecce quod pulchrius habebamus, perdidimus. Quid ergo profuerunt nobis omnia iſta. Nunc igitur placeat tibi conſilium meum, & iube reddere, quod male peruaſimus, & deſcriptiones nouas, quas iniuſte & nequiter fecimus, iube igne cremari, vt & ſi filios perdimus, vel ſaltem perpetuam pœnam euadamus. Tunc rex corde compunctus, tradidit omnes deſcriptiones iniquas igni comburendas. Poſt hæc filius eius paruulus mortuus eſt, alius quoque nomine Clodobertus. Fredegundis autem filium

Fredegũdis pœnitentia. Vide cap. 34.

Nota.

A peperit, quem vocauerunt Clotharium. Hic poſtea fuit rex magnus, qui etiam genuit Dagobertum.

A. C. 587.

Maximæ etiam tunc diſcordię inter Chilpericum & Childebertum nepotem ſuum conſurgebant. Irritabant enim eos ex vtriſque partibus Fredegundis & Brunechildis. Erat autem Fredegundis regina pulchra, & ingenioſa nimis, atque adultera. Landericus enim erat tunc in aula regis Chilperici vir efficax atque ſtrenuus, quem memorata regina diligebat multum, quia luxuriabatur cum ea. Quadam igitur die cum maturius rex B Chilpericus ad venationem exercendam de villa Calenſi in Pariſiacam pergeret, reuerſus eſt in cameram palatij de ſtabulo equorum. Illa faciem ſuam erat abluens in ipſa camera. Et rex retro veniens, eam in nates fuſte percuſsit. At illa cogitãs, quòd Landericus eſſet, ait. Quare ſic facis Landerice: Reſpiciénſque vidit, quòd rex eſſet & vehementer expauit. Rex vero nimium effectus triſtis in venationem perrexit. Fredegundis itaque vocauit ad ſe Landericum, & narrauit omnia, quæ fecerat, dicens. Cogita, quid agere debeamus, C quia craſtina die ad tormenta valida exhibebimur. Et ait Landericus contrito ſpiritu & lachrymis commotus. Tam mala hora viderunt te oculi mei, ignoro enim quid agere debeamus. Comprimunt me enim vndique anguſtiæ. At illa dixit ei. Noli timere, audi conſilium meum, & faciamus hanc rem, & non moriamur. Cum rex de venatione ſummo veſpere obtenebrante aduenerit, mittamus, qui eum interficiant, & præcones clament, quod inſidiæ ſunt Childeberti nepotis ſui. Illo autem mortuo, nos cum filio noſtro Clothario regnabimus. D Factum eſt autem in initio noctis, reuertente Chilperico rege de venatione, quidam pueri gladiatores inebriati vino à Fredegunde miſsi, dum de equo deſcenderet, pergentibus reliquis perſonis ad negotia ſua, ipſi gladiatores percuſſerunt regem in aluo. At ille vociferans emiſit ſpiritum. Succlamaueruntque gladiatores, quos regina fraudulenter miſerat, dicentes. Inſidiæ hoc fecerunt Childeberti regis Auſtraſiorum ſuper dominum noſtrum. Tũc exercitus huc atque illuc diſcurrens, cum nihil inueniſſent, reuerſi ſunt ad propria ſua.

Improbitas Fredegũdis quę ipſi regi mortẽ eſt machinata. Vincẽ. c.131. Aemyl. lib.2.

Cilperici regis mors. A.C. 587. Turon. li. 6. cap. 46.

E Itaque Fredegundis viro ſuo Chilperico ingenioſe perempto, ipſa cum Clothario rege paruulo ſuo & Landerico, quem maiorem domus palatij elegerunt, in regno reſedit. Franci quoque dictum Clotharium ſuper ſe regem conſtituerunt. Audiens autem hæc Childebertus rex Auſtraſiorum filius Sigeberti hoſtem collegit, nam defuncto Guntranno patruele ſuo regnum Burgundiæ ipſe acceperat. Hic Guntrannus rex Francorum dum ſemel in venando feſſus in gremio armigeri ſui dormiret iuxta riuum aquæ, poſtea expergefactus & ſtupefactus dixit ſe per ſomnium per põtem ferreum tranſiſſe, & ſub quodam mõte theF ſauros multos vidiſſe. Quo cum rex perrexiſſet ſecundum fidem ſomnij, multos theſauros inuenit, eóſque acceptos ſanctæ Eccleſiæ vſibus delegauit. Poſt mortem igitur huius cum Childebertus accepiſſet eius regnum: Burgundiones & Auſtraſij & ſuperiores Franci ſimul commoto magno exercitu per Campanias digreſsi, pagum Sueſsionicum cum Gundebaldo & Vintrione deuaſtabant. Hæc audiens Fredegundis cum Lan-

Guntrannus multos Theſauros inuenit. Vincen. c. 2. ex Diac. li. 3. de geſt. Long. ca. 17.

A.C. 587.

derico, & reliquis Francorum ducibus hoſtem congregat, & ad Brumacum villam veniens multa dona & munera Francis dedit, eóſque ad pugnandum contra inimicos ſuos incitauit. Cum autem cognouiſſet, quod multus eſſet exercitus Auſtraſiorum, coadunatis Francis, qui cum ea erant, conſilium dedit eis dicens. [a] De nocte cõſurgamus contra eos cum lucernis, quas portent ante nos præcedentes, & ſimul ramos ſyluarum in manibus noſtris feramus cum tintinnabulis ſupra equos ligatis, vt eorum vigiles & cuſtodes caſtrorum nos cognoſcere nequeant, & nos in initio diei illuceſcente irruamus ſuper eos, & forſitam eos deuincemus. Placuit hoc conſilium. Cũ autem denunciatum fuiſſet placitum, qua die ad prœliandum in loco nuncupato Truncia, in pago Sueſſionico conuenire deberent, illa ſicut conſilium dederat, de nocte conſurgens cum armorum apparatu, cum ramis in manibus, & reliquis, quæ ſupra diximus, aſcenſis equis Clotharium paruulum regem in brachio vehitans vſque ad Trunciam peruenit. Cum autem cuſtodes hoſtium ramos ſyluarum, quaſi in montibus in agmine Frãcorum cernerent, & tinnitum tintinnabulorum audirent, dixit vir ad ſocium ſuum. Nonne heſterna die in illo & illo loco campeſtria erant, quomodo nunc ſyluas cernimus? At ille irridens eũ, dixit. Certe hac nocte inebriatus extitiſti, & modo deliras. Nunquid audiſti tintinnabula equorum iuxta ipſam ſyluam paſcentium? Dum hæc agerentur, & aurora diei initium daret, irruerunt Franci cum ſtrepitu tubarum ſuper Auſtraſios & Burgundiones dormientes, & interfecerunt maximam partem exercitus eorum à maiori vſque ad minorem. Gondebaldus quoque & Vintrio per fugam delapſi vix euaſerunt. Landericus quoque inſecutus eſt Vintrionem, ſed ille curſu velociſſimi equi euaſit. At vero Fredegundis cum reliquo exercitu vſque Remos acceſſit, ac tota Campania ſuccenſa, cum multis ſpoliis reuerſa eſt ad ciuitatem Sueſſionenſem. Eodem tempore Childebertus rex Auſtraſiorum habebat duos filios, ſenior vocabatur Theodebertus ex concubina. Iunior vero ex regina natus erat nomine Theodericus: quem cum auia ſua Brunechilde in Burgundia in regnum Guntranni regis magni direxit. Eo tempore mortuus eſt Childebertus rex iunior, regnauitque annis 20. Theodebertus autem filius eius in regnum patris ſui ſucceſſit, id eſt in Auſtria, Theodericus vero in Burgundia.

Fredegundis hoſtes vicit ſe ſellici aſtu tia.

Francorũ de Auſtraſianis & Burgũdionibus victoria.

Childebertus obiit an. 600.

a Aemylius cùm hoc Fredegundis conſilium expoſuiſſet, ſubiunxit. Propius fidem eſt Burgundiones Auſtraſianóſque, quòd Francorum dux fœmina eſſet, ac puer rex, nimia virium ſuarum fiducia ac contemptione hoſtium per negligentiam apparatum belli ardoremq́; pugnandi remiſiſſe, atque ideo facile oppreſſos.

De reprehenſione ſancti Columbani erga Theodericum regem de adulterio, & perſecutione eius contra ſanctum Columbanum.

§. VI.

THeodericus ergo, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 21. cap. 4. quia intra regni ſui terminos habebat ſanctum Columbanum monachorum abbatem plurimorum, & nominatiſſimum; ſuper hoc gratulabatur. Cum autem ad Theodericum vir Dei ſæpiſſime veniret, cœpit increpare eum, cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potius ad legalem prolem procreandam legitimo coniugij ſolamine frueretur. Cumque ad eius imperium rex obtemperans, ſe ab omnibus illicitis ſegregaturum reſponderet, eius auia Brunechildis contra virum Dei ſtimulata eſt. Verebatur enim, ne ſi rex abiectis concubinis reginã, quam in vxorem acceperit auiæ præfeciſſet, dignitatis ſuæ & honoris modum amputaret. Quadam igitur die cum ad eum veniret, illa Theoderici filios adulterinos ad eum adduxit. Quo ſciſcitante, quid ſibi vellent, ait. Regis filij ſunt, tu eos tua benedictione robora. At ille. Nequaquam eos regnaturos ſcias, quia de lupanaribus emerſerunt. Tunc illa fitens paruulos abire iuſſit. Egredientéque viro Dei aulam regiam, dum limitem tranſiret, fragor ſubito eſt exortus, qui totam domum quatiens omnibus terrorem incuſſit, nec tamen miſeræ fœminæ furorem compeſcuit. Tunc monaſterij præpoſitis per nuncios imperat, vt nulli eorum extra terminos iter pandatur, nec receptacula monachis eius, vel qualibet ſubſidia tribuantur. Cernens autẽ vir Dei animos regios contra ſe permotos, ad eorum frangendam pertinaciam properans, apud Spiſſiam villam publicam, vbi tunc rex erat, occidente ſole peruenit. Quod cum regi nunciatum fuiſſet, iuſſit regio cultu opportuna ſubſidia parari, Deique famulo dirigi. Qui cum vidiſſet dapes & pocula regio cultu præparata, quæſiuit quid de iis agere vellet. Qui dixerunt. Tibi ſunt hæc à rege directa. Abominatus ea ſanctus dixit. Munera impiorum reprobat altiſſimus, nec dignum eſt vt ora famulorum Dei cibis eius polluantur, qui non ſolum in ſuis; verumetiam in aliorum habitaculis Dei famulis aditum denegat. His dictis vaſcula omnia in fruſta dirupta ſunt, vináque & ſicera ſolo diffuſa, cæteráque ſeparatim diſperſa. Pauefacti miniſtri, rei geſtæ cauſam regi annunciant. Et ille pauefactus cum auia ſua diluculo ad virum Dei properat, de commiſſo crimine veniam precãtur, ſeque poſtmodum emendare pollicentur. His pacatus promiſſis ad monaſterium rediit.

A.C. 600.

Brunechildis Columbano infeſta.

S. Col[illegible] regis dapes [illegible] poſt. Eccl. 34.

Hæc pollicita matrimonij iura non diu ſeruata violantur, ſolitáque à rege adulteria perpetrantur. Quo audito, vir Dei literas ad regem verbis plenas, & comminatorias direxit. Vnde rurſum permota Brunechildis animum regis contra eum excitauit. Epiſcopos etiam ſollicitare aggreſſa eſt, vt eius conuerſationi detraherent, ac ſtatum regularem, quem monachis tradiderat, vituperando macularent. Rex itaque Luxouium venit, cõqueſtus eſt cum eo, cur à Prouincialium moribus deſiſteret, & intra ſepta ſecretiora omnibus Chriſtianis aditus non pateret. Cui Columbanus, vt erat audax, & animo ingens ait. Si in hunc locum veniſti, vt habitacula ſeruorum Dei deſtruas, & regularem vitam macules, ſcito regnum tuũ funditus ruiturum, & cum omni propagine regia euertendum. Quod poſtea rei probauit euentus. His ergo dictis, rex territus, extra refectorium, quod ingreſſus fuerat, celeriter repedauit. Cúmque viri Dei duris increpationibus vrgeretur, ait. Martyrij coronam me ſperas tibi illaturum, ſed non ſum tantæ dementiæ, vt tantum ſcelus perpetrem, quin potius placet, vt qui aliorum moribus

Rex Luxouiũ venit. Vinc. eiuſdem cap. 20.

A.C. 600. moribus regulariter tuo propoſito diſcordas, vla qua veniſti, repedare ſtudeas. Ad hæc ille ſe dicit de cœnobij ſeptis non egreſſurum, niſi violenter abſtraheretur. Diſceſsit ergo rex, & virum procerum nomine Handulphum reliquit, qui virum Dei a monaſterio pellens, ad exulandum perduxit iuxta oppidum Vezentiouenſe.

Cypitulo Colū. fol. [illegible] ca. 11.

Ibi commoratus audiuit carcerem in illo loco plenum damnatorum. Illuc properans, eis verbū Dei annunciabat. Qui cum reſponderent omnes, ſi liberarentur, ſe emendaturos & pœnitentiam acturos, ipſe vir Dei per miniſtrum ſuum iubēs, vt de vinculis educeret ferreis illos, ferrum manu & fruticem putridum comminuit, & de carcere liberauit. Peractóque euangelico cultus officio, pedes illis lauit & extērſit. Deinde imperauit, vt eccleſiam intrarent, & ſcelus commiſſum fletibus abluerent. Tribunus audiens carcerem euacuatum, cum militibus eos inſequitur, ſed oratione viri Dei facta pro illis, ne ad vincula reducerentur, expreſſo miraculo per clauſuram portarum Eccleſiæ virtute diuina eos liberos dimiſerunt.

Non multo poſt tempore ſanctus Columbanus reuerſus eſt, nullum timens ad monaſterium, à quo prius fuerat exiliatus. Quo audito rex & auia eius Brunechildis, aculeis atrocioribus ſtimulati, iubent cohorti militum, vt vi illum à loco abſtrahant, atque ad exilium priſtinū ferant. Qui monaſterium ingreſsi, cum ante eum tranſirent, ipſum Dei nutu videre non poterant. Quod cum regi fuiſſet nunciatum, aucto furore quendam comitem ad eum deſtinauit, qui eum rogabat ex parte regis, vt inde recederet. Qui reſpondit, non niſi vi coactum ſe receſſurum. Demum vir Dei cernens periculum aliorum, ſi ſeueritati ſuæ ſatisfaceret, egreſſus inde ad Aualonem caſtrū peruenit. Sed cum in via cuſtos equorum Theoderici lancea eum traiecere vellet, manus eius, qua lanceam extendebat, obriguit, & ipſe à dæmonio arreptus ad pedes ſancti corruit, ſed oratione eius liberatus eſt. Porro Theodericus rex apud Metenſe oppidum diuinitus percuſſus, inter flagrantis ignis incendia mortuus eſt. Poſt quem Brunechildis filium eius Sigebertum in regno ſuffecit.

At Clotharius memor prophetiæ viri Dei, collecto exercitu fines regni, qui ſuæ ditioni debebantur, volens recipere, Sigebertum captum peremit, fratréſque eius quinque Theoderici filios cum proauia Brunechilde cepit. Et pueros quidem ſeparatim peremit. Brunechildem vero ignobiliter camelo impoſitam, hoſtibus girando monſtrauit primo, poſtque indomitorum equorū caudis irretitam miſerabiliter vita priuauit. Funditus ergo & radicitus Theoderici ſtirpe ſublata, Clotharius trium regnorum monarchia ſolus potitus eſt, & ſic beati Columbani prophetia in omnibus impleta.

Miracula S. Columbani. Vinc. cap. 7.

Hic ſanctus Columbanus multis miraculis claruit. Et inter cætera cum ſemel ſepulchrum beati Martini cum ſocijs viſitaſſet, & quas portauerat ſecum pecunias pro viatico, furtim ſibi ablatæ fuiſſent, pie queſtus eſt apud ſanctum Martinum in oratione, quod non venerat, vt ſibi auferrētur bona ſociorum, repentéque qui furatus fuerat, verberatus comparuit indicans furtum, & locum vbi abſconderat, atque reſtituens. Item eum in quodam loco ſylueſtri permaneret fructibus arborum victum percipiens, & miniſter eius pro fructibus colligendis tempore refectionis ad locum acceſsiſſet, inueniſſetque vrſum fructus comedentem, nunciauit viro Dei. Qui ad locum remiſit eum, mandans, vt diuideret frutecta & poma, partem aſsignans vrſo pro ſui ſuſtentatione, & partem pro cibo viri Dei. Quod animal omnino obediens fuit, nihil ſumens de parte aſsignata pro viro Dei. Quod eſt ad magnam cōfuſionem hominum Deo non obedientium. Huius ſancti Columbani inter cæteros fuit diſcipulus ſanctus Gallus, qui poſtquam per tempora conuerſatus fuerat cū eo, in ſancta religione inſpiratus à Deo per diuerſa loca diſcurrit, loca religioſa conſtituens, & ſpecialem gratiam eiiciendi ſpiritus immundos à Domino percepiſſe legitur. Epiſcopatum ſibi oblatum reſpuit, ſed in deſertis locis habitans, ſibi & Deo ſoli vacauit. Et poſt multa miracula in domino requieuit.

A.C. 618

Colitur S. Columbanus 21. Nouem.

Tiberius 2. pop. Roma. in oriente imperator, 20. impe. an. 6 men. 10 di. 8. A. C. 576. de quo Diac. li. 17. Niceph. l. 18. Euang. l. 5. Zon. & alij.

§. VII.

PRonde Iuſtinus imperator octauo imperij ſui anno pedibus cœpit infirmari, qua de re aſſumens comitem excubitorum Tyberium adoptauit in filium, & ſucceſſorem ſuum ipſum declarauit. Hugo Flo. Iuſtino autem mortuo vt teſtatur Sigebertus qui imperauerat annis circiter 12. ſuſcepit imperium Tyberius ſecundus huius nominis, anno Domini 577. mundi autem ab initio, anno 5775. ſecundum communiorem opinionem, [hic miſſa ab Aegypto frumenti copia magna, Romam liberat ab inedia.] Nam antea Romanorum vrgente inopia famis multi ſe Longobardis dediderant. Qui Longobardi, vt dictum eſt ſupra, imperante Iuſtino Italiam intrauerunt. Fuit imperator iſte vir iuſtus, ſtrenuus, vtilis, ſapiens in iudicijs, [iuſtus in victoria] clarus, eleemoſynarius. Et (quod omnibus præſtantius eſt) deuotiſsimus & totus catholicus. Hic cum multa de Theſauris, quos Iuſtinus congregauerat, pauperibus erogaret, Sophia Auguſta eum ſæpius arguebat dicens, quòd rempublicam in paupertatem redigeret, & quod multis annis congregauit Iuſtinus, tu (inquiebat) intra paruum tempus prodigè diſpergis. Cui ille aiebat. Spero in Deo, quod non deerit pecunia fiſco noſtro, tantum vt pauperes eleemoſynam recipiant aut captiui redimantur. Deinde cum quadam die per palatium ambularet, vidit in pauimento domus marmoream tabulam, in qua crux dominica erat ſculpta, & ait, Cruce domini frontem noſtram & pectora debemus munire, & ecce eam ſub pedibus calcamus, mox tabulam inde iubet auferri. Qua ſublata, alteram inueniunt hoc ſignum crucis habentem, qui & ipſam iuſsit leuari. Hac remota inueniunt & tertiam, tale crucis ſignum habentem. Hanc etiam iuſsit auferri. Hæc cum fuiſſet ſublata, magnum theſaurum inueniunt ſuper mille auri talenta. Sublatóque auro, abundātius quàm prius conſueuerat, eleemoſynas elargitur. Præterea & Narſes patricius, dum eſſet Italiæ præſidens, fecit in domo ſua magnam ciſternam fodi, in qua abſcondit immenſos theſauros, occi-

Tiberij liberalitas inſignis. Diac.

Crux pedibus nō calcanda.

A.C. 576. ſiſque omnibus conſcijs huius rei, vox ſent, à quo A ſacramentum celandi id exegerat commendauit. Mortuo Narſete ſenex ad Tyberiũ proficiſcitur, & ait ad eum: Si mihi vtile futurum erit, rem tibi magnę vtilitatis pandam. Dic, inquit imperator, tibi enim profuturum erit. Indicauit ſenex locũ theſauri, quem Narſes condiderat. Lætatus Tiberius pueros ſuos ad locum illum transmiſit, aperta ciſterna theſaurum inueniunt, quæ per plures dies ciſterna via potuit euacuari. Deinde dictum theſaurum penè omnem Tiberius manu largiflua pauperibus diſperſit. Sequenti anno ſcilicet ſe- B cũdo imperij ſui Tiberius miſſo exercitu ſuo cõtra gentem Perſarum eam feliciter ſubegit. Victorque regrediens, tantam molem prædæ cum viginti elephantibus detulit: vt humanæ crederetur cupiditati poſſe ſufficere. Daphon Longobardorum rex poſt Cleb demum diem clauſit extremum, poſt quem per decem annos ſine duce fuere, in quibus per varios duces omnem fere Italiam ſubegerunt, præter vrbem Romam, quam in huius gentis poteſtatem nunquam deueniſſe conſtat.

Romanorum de Perſis victoria.

Gothi per ea tempora diuiſi mutua ſe cæde C proſterirunt. Nauiculam Petri tunc regebat Pelagius ſecundus, de quo ſupra dictum eſt. Longobardi Alpes tranſgreſſi in Galliam ruunt, & magna exacta præda ac ingenti captiuorum numero in Italiam reuertuntur. Lupi ciuitatem Burdegalenſem intrantes, neminem metuentes, deuorauerunt canes. Demum Tiberius Auguſtus cum imperaſſet annis multis, vbi finem vitæ ſibi imminere præuidit, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 23. in principio. elegit ad imperium quemdam virũ genere Cappadocem, ſtrenuum ac ſapientiſsimũ, D qui & Mauricius nuncupabatur, cui etiam filiam ſuam Conſtantiam ornatam tradidit regalibus ornamentis, dicens. Sit tibi imperium meum cum hac puella conceſſum, vtere ergo eo fœliciter, & habe in mente inceſſanter ęquitatem & iuſtitiam, & intellige hæc præcipua optimi imperatoris eſſe inſignia, quod poſtquam dixit ſpiritum exhalauit. Tunc Mauritius purpura indutus & diademate coronatus eſt, ad circum proceſsit, & acclamatus ſibi laudibus, & largitis ſecundum morem muneribus, primus ea Græcorum gente potitus eſt Romano imperio. E

Tiberius ſucceſſorem imperij Mauricium deſignat. Vin. li. 21. ca. 1 ex Dia. li. 3. cap. 7. de geſt. Lon.

Mauricius 21. pop. Rom in oriente imperator imp. an. 19. men. 3. di. 11. An. Ch. 583. de quo Diac. lib. 17. Niceph. lib. 18. cap. 10. Euang. lib. 5. & 6. Zon. & alij.

§. VIII.

MAuricius igitur ſumpſit imperium anno domini 584. Mundi vero 5784. ſecundum cõputationem maioris numeri. Et imperauit annis 21. Hic fuit vir Catholicus fide & reipublicę ſatis vtilis: ſiquidem Hunni qui & Auares appel- F lantur, eius induſtria ſunt ſuperati atque domiti. Circa hoc tempus verus de fracto pane ſanguis effluxit. Anno Mauricij primo Perſæ Armeniam prædis, incendijs, captiuitate epiſcoporum, ac populorum conturbant. Eccleſiam tamen quadraginta octo martyrum apud Armeniam ſub Licinio paſſorum, nullo modo incendere potuerunt.

Hũni qui & Auares.

Anno vero ſecũdo imperij Mauricij Antiochia ſubuertitur hoc modo. Quidam ciuis illius adeo eleemoſynis & hoſpitalitati deditus, vt nullo vnquam die ſine paupere vel hoſpite comederet, cùm vna die vſque ad veſperam ciuitatem circumiſſet, vt pauperem vel hoſpitem inueniret, tandem virum ſeniorem veſte alba indutum cum duobus ſocijs ſtantem in medio ciuitatis inuenit. Et inuitans eum ad hoſpitium, hoc reſponſum accepit ab eo. Non poteras, ô homo Dei, cũ noſtro Simeone hanc vrbem ſeruare, ne ſubuerteretur? Et hoc dicto ſudarium, quod in manu tenebat, excuſsit ſuper vnam medietatem vrbis. Statimque ipſa medietas vrbis cum habitaculis & habitatoribus eſt ſubuerſa. Et volens adhuc excutere ſudarium ſuper aliam medietatem vrbis, vix ab illis duobus ſocijs ſuis multa prece flexus eſt, vt parceret reſiduæ vrbis medietati. Sicque virum, qui hoc aſpiciebat, attonitum conſolatus ex ſaluatione domus ſuę diſceſsit, & vltra non comparuit.

A.C. 590.

Anno Mauricij ſeptimo nimię pluuiæ inundauerunt, vt omnes quaſi dubitarent, ne aquæ diluuij tempore Noe iterum terram cooperirent. Et tanta clades ſuperuenit, vt nullus grauiorem à ſæ C culo eſſe meminerit. Magnus etiam draco in modum validę trabis cum innumerabili ſerpentum multitudine per Tiberim in mare deſcendit: à quibus ſuffocatæ beſtiæ & ad littus maris proiectæ putredine aerem corruperunt. Et de hoc ſupra in cap. de Gregorio papa.

Magna aquarum inũdatio. de qua ſupra c. 5. §. 1. & Diac. lib. 3. de geſt. Longob. c. 11.

In eo aquarum diluuio narrat Gregor. in 3. dialogorum hoc miraculum Veronæ accidiſſe. Romæ quidem fluuius Tiberis egreſſus alueũ ſuum adeo excreuit, vt eius vnda ſuper muros vrbis influeret, atque in ea maximas regiones occuparet. Apud Veronam vero ciuitatem fluuius Atheſis D excreſcens ad beati Zenonis martyris atque pontificis Eccleſiam venit, cuius Eccleſiæ cum eſſent ianuæ apertæ, aquæ in eam minime intrarunt, quę paulatim creſcentes vſque ad feneſtras Eccleſiæ, quæ tectis erant propinquæ peruenerunt. Sicque ſtans aqua Eccleſiæ ianuam clauſit, ac ſi illud elementum liquidum in ſoliditatem parietis fuiſſet immutatum. Cumque eſſent multi interius inuẽti, ſed aquarum multitudine eccleſia omni circũdata, qua poſſent egredi non haberent, ibique ſe fame & ſiti deficere formidarent, ad eccleſiæ ia- E nuam veniebant, ad bibendum hauriebant aquã, quæ (vt prædixi) vſque ad feneſtras excreuerat, & tamen intra Eccleſiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque vt aqua poterat, [ſed diffluere vt aqua non poterat.] Stans autem ante ianuam ad oſtendendum cunctis martyris meritum, & aqua erat ad adiutorium, & quaſi aqua non erat ad inuadendum locum.

Mauricius iſte imperator circa ea tempora Armenios & Perſas per præfectos ſuos debellat. Idẽ Childeberto regi Francorum quinquaginta millia ſolidorum direxit, vt cum exercitu ſuo Longo F bardos de Italia pellat. Is Francorum multitudinem poſtea in Italiam miſit. Longobardi interim ſe ciuitatibus munientes, legatis Francorum oblatis muneribus pacem cum rege Francorum firmarunt, & in Franciam Francorum exercitus eſt reuerſus. Mauricius deinde cognito hoc à rege Francorum cœpit expetere quod obtulerat, ſed rex Francorum nec ei reſponſum dedit.

Mauricius Childeberto ad pugnãdum contra Longobardos pecunias mandat. Diac. li. 3. de geſt. Longob. c. 8.

Ea tempeſtate Longobardi regem ſibi præficiunt Autharim Clephonis filium, qui Flauius dictus

A.C. 600. dictus eſt, à quo Flauij deinde cognominati ſunt. A Fuit hic rex 13. eorum & regnauit 6. annis. Ipſe autem Authari rex Longobardorum Brixellum ciuitatem ſupra Padi marginem ſitam, in quam Droctulfus dux à Longobardis aufugerat, ſeque partibus imperatoris tradens, militibus ſociatis, Longobardorum exercitui fortiter reſiſtebat inuaſit. Sed cum non poſſet reſiſtere, Rauennam aufugit. Breſillus ciuitas capta eſt, muríque eius diruti ſunt. Exinde Longobardi Romam obſede-

Longobardi Romam obſident. idem c. 10

runt. Sed cum Tiberis exundaſſet, adeo vt ſuper muros vrbis aquæ aſcenderent, & peſtis etiam ſu perueniret, obſidionem ipſam diſſoluerunt. Ex B qua inundatione aquarum, quæ fuit de menſe Octobris, innumerabilis multitudo hominum & pecudum per Italiam, & maxime Romæ, & in Liguria, & Venetia perierunt, & tonitrua & coruſcationes vltra ſolitum. Ex peſte illa Pelagio papa defuncto electus eſt Gregorius, & à Mauricio approbatus: licet ipſe Gregorius qui eius filium ſacro fonte leuauerat, cum eſſet Conſtantinopoli, adiuraſſet eum per literas, ne aſſentiret tali ſuæ electioni, vt ſupra dictum eſt. Et per aliquod tempus fuit Mauricius Gregorio affectuoſus & deuotus, ſed poſtmodum ex auaritia ſua & C aliorum falſis informationibus in aduerſarium commutatus, vt patebit.

Choſdroes Perſarum imperator conſtituitur. Diac. lib. 17. Vinc. lib. 22. cap. 8.

§. IX.

Anno octauo Mauricij, Hormiſdam regem Perſarum à Perſis excæcatum filius eius Coſdroes occidit, & ad Mauricium imperatorem confugit, cuiúſque virtute Perſas debellás regnum Perſarum accepit, in quo triginta octo annis re- D gnauit. Deditque ei Mauricius imperator filiam ſuam nomine Mariam in vxorem. De quo Coſdroe infra dicetur. Anno Mauricij decimo in Gal-

Ti. 13. c. 3. 4.

lia, quidam in ſylua cędens ligna, adeo à muſcis infeſtatus eſt, vt per biennium amens fieret. Deinde ſub religionis habitu ſe exhibebat pſeudoprophetam, deinde ſanitates etiam ſuper infirmos faciens, Chriſtum ſe eſſe dicebat, & pro Chriſto ſe adorari iubebat. Nolentes ſe adorare cum populo, qui ei multus adhærebat, hoſtiliter inſequebatur. Qui poſtea à quodam fideli occiſus eſt, & ita ſequaces eius ſunt diſperſi. hæc Sigebertus. E

Richaredus rex Viſigothorum terminos Romanorum inquietauit anno Mauricij decimo, vt ait Sigebertus. Et poſt annos duos idem rex ſynodo ſeptuaginta duorum epiſcoporũ apud Toletum congregata, ibi Ariana hæreſi abdicata & anathematizata, ſe cum toto Viſigothorum cœtu confirmat in fide catholica. Conſtantinopoli naſcitur puer quadrupes, & alter duos vertices habens, quæ prodigia prætendunt aduerſa locis, in quibus naſcuntur. Circa illa tempora regnabat

Ti. 14. ca. 6. § 15.

in Hybernia Philtanus. Et in Scotia Brendanus, (aliàs Brendinus) cui frater erat nomine Adel- F phius, de cuius Adelphij filia, quæ vocata eſt Gelgehes, genuit rex Hyberniæ Philtanus ſanctum Furſeum, de quo infra, & fratres eius Foillanum & Vltanum. Et hucuſque Gregorius Turon. hiſtoriam Francorum digeſsit.

Circa illud tempus tunica Domini noſtri Ieſu Chriſti in ciuitate Zaphat non longe ab Hieroſolyma confeſsione Simeonis Iudæi inuenta, & A.C. 600. ab epiſcopis Gregorio Antiocheno, & Thoma Hieroſolymitano, & Ioanne Conſtantinopolitano Hieruſalem in loco, vbi crux Chriſti venerabatur, eſt poſita. Gaugericus Cameracenſis epiſcopus claret. Ea tempeſtate Agilulphus rex Longobardorum in Romanos inſurgit. Sed à gente Theodelinda regina non multo poſt cum eis fœdus iniit. Huic reginæ Gregorius papa libros dialogorum miſit.

Agilulphus Rex Longobardorũ 14 A.C. 568.

In diebus illis irruentes Longobardi in montem Caſsinum, diripuerunt omnia, quæ in monaſterio ſancti Benedicti inuenire potuerunt. Neminem vero tenere valuerunt, ſicut eidem famulo ſuo dominus promiſerat, vt ſi res gentibus traderet, animas tamen ſaluaret. Monachi ergo fugientes Romam petierunt, codicem regulæ à beato Benedicto editum, & pondus panis atque mẽſuram vini ſecum deferentes. Sol à mane vſque ad meridiem minoratus eſt, vſque ad tertiam ſui partem, ſcilicet per eclipſim ſubtracta luce.

In Nilo Aegypti flumine viſa ſunt animalia humanæ formæ, vir ſcilicet & mulier vſque ad lumbos ſuper aquam extantes. Qui & ab hominibus per Deum adiurati, à mane vſque ad nonã ſe videndos præbuerunt. Et vir quidem erat pectoribus & vultu terribilis, rufa coma, caniſque permixtis. Mulier autem mamillas habebat, & fœmineum vultum cæſariéſque prolixas, & omnia populus admirabatur, nudos vſque ad lumbos, reliquum aqua operiebat.

Anno 18. Mauricij contentio inter Romanam Eccleſiam & arrogantiam Ioannis Conſtantinopolitani, qui nomen ſibi vniuerſalis patriarchæ vſurpauerat, ſub Pelagio papa incœpta, & à Gregorio inde non leuiter exagitata, non ante quieſcere potuit, quã Ioannes ipſe ſubita morte obiit. Multæ Gregorij epiſtolæ circa hoc contra Ioannem reperiuntur. Auguſtinus epiſcopus Anglorum conſecratus ab Etherio epiſcopo Arelatenſi, ſed miſſus illuc cum aliis à beato Gregorio habita ſynodo cum Britonum & Scotorum epiſcopis quia ſacerdotes & monachos inuenit aduerſarios veritatis, quos voluit habere ſocios prędicationis, terruit eos vaticinio futuræ ſuper eos calamitatis.

Angli ad Chriſtum conuerſi.

Anno 21. Mauricij occidentales Angli cum rege ſuo Sigeberto conuertuntur ad fidem Chriſti per Mellitum epiſopum miſſum cum Auguſtino præfato à Gregorio papa. Et per Auguſtinum ipſum archiepiſcopum tranſlata eſt dignitas archiepiſcopatus, quæ prius Londoniis erat, ad Cãtuarienſem eccleſiam. Præcedente maxima ſiccitate, locuſtarum agmina in maxima multitudine ſubſequuntur, quæ quicquid in aruis vireſcebat depaſcentes ingentem famem biennio fecere.

[a] Hexarchus Italiæ primus creatur Patricius Romanus populo Romano, & princeps primus contra Longobardos, qui magiſtratus apud eos

a In hoc ipſo capite ante §. 1. Longinum Imperatoris Conſtantinopolitani nomine Italiæ præfuiſſe ſub Hexarchi nomine annotauimus, qui quindecim annis eam tenuit. Poſt quem ſecundus Italiæ Hexarchus Fl. Smaragdus, qui tribus annis Italiæ præfuit. Tertius denique Italiæ Hexarchus fuit hic Romanus Patricius, qui in Italiam à Mauricio An. Ch. 587. miſſus eandem rexit an. 11. ex Onup.

antea

A.C.600.

Exarchus Italiæ pri mus, ca.3. & 4.

antea non fuit. Ipſe enim ciuitates, quæ prius à A Longobardis tenebantur, recuperauit, ſcilicet Sutrium, Polimartium, Ortam, Tudertum, Ameriá, Peruſium, Luciolos, & alia multa. Agilulphus rex Longobardorum cum Cachano rege Hunnorum pacem firmat illam ipſo poſtulante per legatos è Pannonia. Cometes per menſem apparuit.

De morte Mauricij imperatoris Paul. Diac. lib. 17. & Ioan. Diac. lib. 4. vita S. Greg. cap. 17.

§. X.

B

DE occiſione Mauricij facta per Phocam ſucceſſorem eius in imperio. Deniq; Mauricius cum Gregorium papam cerneret votis ſuis non annuere, vtpote quia non erant iuſta, libertatem vocis tanti pontificis reprehenſioniſque conſtantiam admiratus, ad exercendam in eum tyrannidem nitebatur. Sed eodem anno, ſcilicet vltimo imperij ſui, vt refert Ioan. diaconus: vir quidam monaſticis indumentis veſtitus, diuina quadam virtute commotus apparuit, ſpatam dextera accipiens, eámque à foro vſque ad ſtatuam æneam gladiatoris nudam circumferens imperatorem C gladio moriturum prædixit. Quod Mauricius vt percepit, à tyrannide Gregorio inferenda ſe continuit, & iudicium diuinum, quod ei comminatus fuerat, cito ſe ſubiturum tãto magis timuit, quanto Gregorium credidit non poſſe mentiri, qui aliquando per epulas quaſi hoc comminatus fuerat. Móxque ſcripto preces compoſitas tam eidem quàm cunctis patriarchis, epiſcopis, & monachis ciuitatum ſiue ſolitudinum, pecunias multas cereos & thymiamata deſtinauit, hoc potiſſimum deprecans, quatenus in hoc ſæculo merita ſuorum malorum reciperet, non in futuro ſeculo. D Cumque & hoc ipſe per multa tempora cum lachrymis poſtulaſſet, quadam nocte dormiens videt ante æneam palatij portam ſe coram multo populo æneæ ſtatuæ Saluatoris adſiſtere. Tunc vox terribilis facta ex ipſo incarnati verbi charactere, id eſt figura ænea dicens. Date Mauriciũ. Et capientes eum iudiciorum miniſtri, ſtatuerunt eum ante imaginem illam Saluatoris. A qua vox exiuit. Vbi vis reddam tibi mala, quæ in hoc ſæculo perpetraſti? At ille reſpondit. Amator hominum domine, & iudex iuſte, hîc potius ea mihi, & non in futuro ſæculo redde. Statim diuina vox E iuſſit tradi Mauricium & Conſtantinam vxorem eius cum omnibus filiis & filiabus ſuis omníque cognatione ſua Phocæ militi. Euigilans autem vocari ad ſe fecit Philippicum generum ſuum, quem olim ſuſpicatus fuerat imperium eum ſibi velle auferre. At ille ſuſpicione perdendum ſe eſſe coniiciens, aduocata Gordiana vxore ſua, tãquam eam non reuiſurus vltimum vale dixit, ſacramétóque cõmunionis accepto ad palatium venit, & cubiculum imperatoris ingrediens, ad pedes imperatoris procidit. Cui imperator aſſurgens, ad pedes eius nihilominus & ipſe corruit F dicens: Ignoſce deprecor mihi, quia diuina reuelatione edoctus, cognoui, quòd nihil in me, quod ſuſpicabar, commiſeris: ſed ſi quem in agminibus noſtris cognoſcis, qui Phocas ſoleat vocitari, dicito mihi. Et Philippicus diu apud ſe recogitãs ait. Vnum Phocã cognoſco, qui nuper procurator ab exercitu nuncupatus, contradicebat

Maurici⁹ punitionẽ poſtulat, cap. 18.

Chriſti Seruatoris ſtatua ſeu imago ænea.

A.C.602.

tuo imperio. Cùm vero Mauricius de qualitate eius quæreret, reſpondit. Eſt quidem iuuenis & temerarius, attamen timidus. Et Mauricius. Si timidus (inquit) eſt, profecto & homicida. Dúmque ſuper huiuſmodi titubaret, in craſtinum Magiſtrianus ab eremitis, quibus imperatoris preces portauerat rediens, reſponſum retulit dicens. Deus recepta pœnitentia tua ſaluabit animam tuam, & cum ſanctis tecum tota domo tua conſtituet. Imperio vero cum ignominia & diſcrimine decides. Quibus auditis Mauricius Deum glorificans pœnitentiam tenuit.

Maurici⁹ ob auaritiã contra ſe exercitum concitat. ca. 19.

Sed à cupiditatibus vſque adeo non receſſit, vt exercitus in periculoſis locis hyemare, & tranſito Danubio victum ſibi de Sclauorum regione periclitabundus quærere, ne videlicet alimenta publica manducarent. Quod cum Petro prætori feralibus literis mandaret, ille taxiarchis vocatis ait. Nimis mihi videntur grauia imperatoris pręcepta, Romanos in aliena hyemare prouincia. Nã & illi non obedire ſæuum eſt, obedire vero ſæuiſſimum. Nullum bonum parit auaritia, quia mater omnium malorum conſiſtit, qua imperator lãguens horum maximorum malorum Romanis cauſa efficitur. Exercitus itaque hoc per taxiarchas audito, ad ſeditionem conuertitur, exaltatũque ſuper clypeum Phocam centurionem hexarchum acclamarunt. Fugatóque prætore, Theodoſio filio imperatoris & Germano ſocero eius, nũcios dirigunt, vt alter eorum ſibi imperare ſtuderet. Illi nullo modo conſenſerunt, immo Mauricio retulerunt. At ille Germanum perdere voluit, qui quoniam in eccleſiam fugerat, filium tãquam proditorem ſui conſilij flagellauit, multóſque ad hunc ab eadem eccleſia extrahendũ tranſmittens, nunquam permittitur: immo multis conuiciis à populo laceratus Marcioniſta hæreticus appellatur. [a] Et commoto intra Conſtantinopolim graui tumultu, Mauricius diſſimulato habitu cum vxore & filiis nocte Dromonem conſcendit. Fugiens apud ſanctum Antonium venit. At vero Phocas cum exercitu imperator efficitur, à quo Mauricius cum filiis & vxore & filiabus apud Macedoniam, quemadmodum ſibi denunciatum fuerat, decollatur.

Dromonẽ vocat nauim curſoriã, vt ſupra ca. 5. §. 4.

a Mauricius imperator occiſus eſt 8. Cal. Decemb. A. C. 602. cum Petro fratre, vxore, quinque filiis, & totidem filiabus, & demum ordine propinquis omnibus. ſepultiq; ſunt omnes tumulo ad S. Mammatem in ſuburbio Conſtantinopolis, quorum ſepulchro hoc inciſum eſt epitaphium, quod Niceph. Zonar. & Onuph. habent. Conſtantia eius vxor loquitur,

Hîc ſita ſum regum dolor heu miſeranda duorum,
Mauricij coniunx, filia Tiberij:
Quæ partu monſtrante meo fœcunda probaui,
Multorum eſſe etiam poſſe bonum imperium.
Militis huc furor, & populi leuis ira maritum
Me ſobolemq; meam ſanguinolenta tulit.
Heu mihi quid gemitis? Niobem ego mortua ſpiro,
Aſpera continuis ſaxa rigo lachrymis.
Cladibus haud Hecuba certent, Iocaſtaq; noſtris,
Nam leuior dolor eſt caſus vterque parens,
Sane quid infantes peremit vitijq; doliq;
Ignaros? ætas quid dedit illa mali?
Non tibi Roma meis iam præbeo frondibus vmbras.
Turbine Threicio funditus interij.

Igitur

A.C. 603. Mauritio occiſo Phocas imperiũ admittit. 10. & Greg. ep. l. 11.

Igitur ſeptimo Calendarum Maiarum imago A Phocæ & Leontiæ vxoris ſuæ Auguſtorum, cum eorũdem fauorabilibus literis delata eſt Romã. Et poſtquam à clero & ſenatu acclamatum eſt eis in baſilica Iulij, iuſſu Gregorij, in oratorio ſancti Cæſarij in Lateranenſi palatio conſtituto reponitur. Cumque Phocas factus imperator mandari ſibi Romanæ ſedis diaconum cum magna humilitatis reuerentia poſtularet à Gregorio, qui tunc Romæ præſulabatur, Gregorius ita reſcripſit. Cõſiderare cum gaudijs & magnis actionibus gratiarum liber, quantas omnipotenti Deo laudes debemus, quod remoto iugo triſtitiæ ad libertatis B tempora ſub imperiali benignitatis veſtræ pietate peruenimus. Nam quod permanere in palatio iuxta antiquam conſuetudinem Apoſtolicę ſedis diaconum veſtra ſerenitas non inuenit, non hoc meæ negligentię, ſed grauiſsimæ neceſsitatis fuit: quia dum miniſtri omnes huius eccleſiæ tam cõtrita aſperáque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, vt ad vrbem regiam in palatio permanſurus accederet. Sed poſtquam veſtram clementiam omnipotentis Dei gratia diſponente ad culmen imperij perueniſſe cognouerunt, ipſi quoque ſua- C dente lætitia ad veſtra veſtigia venire feſtinant, qui illuc prius accedere valde timuerunt. Lator autem præſentium, qui primus omnium defenſorum fuit, bene mihi ex longa aſsiduitate compertus eſt, vita, fide ac moribus approbatus. Hunc aptum pietatis veſtræ veſtigiis eſſe iudicaui, vnde cum authore Deo diaconum feci, & ſub celeritate tranſmittere curaui. Qui cuncta, quæ in his partibus aguntur, inuento opportuno tempore valeat clementiæ veſtræ ſuggerere. Cui rogo clementia veſtra pias aures inclinare dignetur, vt tãto celerius nobis valeat miſereri, quanto afflictio D nem noſtram verius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim quotidianis gladijs, & quantis Longobardorum incurſionibus, ecce iam per triginta quinque annorum longitudinem premimur, nullis explere ſuggeſtionibus valemus. Sed in omnipotenti Deo confidimus, quòd qui ſuſcitauit in republica pios dominos, extinguet crudeles inimicos.

Phocas diaconũ apoſtolicæ ſedis ad ſe mitti poſtulat. dia. li. 4. cap. 22. Greg. epi. q. li. 11.

De S. Goare, cuius vitam Vuandelbertus compoſuit, quam Sur. tom. 4. edidit. ex quo Vinc. lib. 22. cap. 13. hæc excerpſit.

De ſancto Goare confeſſore, & Brigida regina Suetiæ.

CAP. VII.

DE ſanctis, qui claruerunt vita, & miraculis temporibus præfatorum imperatorum. Et, vt refert Sigebertus anno 17. Mauricij imperatoris ſanctus Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia. Hic, F vt narrat Vinc. ſpec. hiſto. lib. 23. ex geſtis eius, in ſuburbano Treuerico iuxta fluuium Eccleſiam fecit, multáſque ſanctorum reliquias in eo collocauit. Ibi die nocteque Deo ſeruiebat in ieiuniis, vigiliis, oratione, & prædicatione, multóſque paganos conuertebat, & ægrotos ſanabat. Vnde diabolus virtutibus eius inuidens, multas ei tribulationes ingeſsit. Itaque contigit, vt legati epi- A ſcopi Treuerici nomine Ruſtici, Adalinus & Albinianus ad cellam viri Dei quaſi ſpeculatores aduenirent, vt ibi aliquam rem nouam vel inanem inuenire poſſent. Viderunt ergo quod more ſolitu mane poſt pſalmodiam & miſſam cum peregrinis & pauperibus in caritate cibum ſumeret. Quod ipſi non caritate, ſed guloſitate fieri exiſtimantes, accuſauerunt eum ad archiepiſcopum, dicentes ſe eum vidiſſe ſine temperamento mane comedere vel potũ ſumere. Quod audiens archiepiſcopus iuſsit illos legatos illuc redire, & ſanctum Dei Goarem ſibi præſentari, dicens, B quod inquiſitionem de eo facere vellet, vt poſſet ſcire, quo ingenio vel arte talia præſumpſiſſet plebi ſibi commiſſæ exempla monſtrare. Qui veniẽtes ad beatum Goarem locuti ſunt doloſe, putantes quòd accuſationem illam, per quam eum infamauerunt, poſſent blandiciis verborum obtegere. Archiepiſcopus (inquiunt) noſter Ruſticus ſalutem tibi mandat, iubétque vt ad colloquium eius Treuiros feſtinanter accedas. Hoc audiens ſanctus Goar cum gaudio dixit. Faciat mihi Deus, vt poſsim ei obedire, quia obedientia ſine mora eſt facienda. Et nocte quidem illa fecit C eis cœnam ſecundum vires ſuas, & ipſe in laudibus, vt ſolebat, fuit perſeuerans.

A.C. 601.

D. Goar vitæ probitate clarus miſſam quotidie celebrat.

Mane facto, poſtquam curſum ſuum finiuit, Miſſarum ſolennia celebrauit. Cumque compleſſet diuinum officium die illo, dixit miniſtro. Fili fac nobis lætum diem de abundantia noſtra, vt iſti legati archiepiſcopi ſimul nobiſcum faciant caritatem, quia in itinere ſunt, & forſitan Deus aliquem pauperem vel peregrinum adducet, vt pariter epulemur. Quod audientes illi, nõ potuerunt malignitatem cordis abſcondere, nec ei voluerunt conſentire. At ſanctus introducto quo- D dam peregrino per caritatem comedit cum illo. Quod videntes legati cum lætina ſtrauerunt equos dicentes. Nunc manifeſte vidimus, quod nunciemus archiepiſcopo.

Curſum vocat ſtatas preces horarias.

Accepto itaque à viro Dei cibo & potu in vaſculis ad viaticum itineris præparatis ambulãtes cum eo cœperunt fame & ſiti vehementer vrgeri. Mittentéſque manus ad cellareiam & vtrem nihil inuenerunt, cum vtique de domo Goaris ſufficientem ſecum deportaſſent alimoniam. Et ait Adalinus ad Albinianum. Talem ego famem & ſitim nunquam habui. Et hæc dicens cecidit de equo ſuo quaſi mortuus. Albinianus vero cõ- E uerſus ad famulum Dei ait. Succurre nobis pie ſacerdos Chriſti, quia fame & ſiti morimur. Sanctus Goar, cum hæc audiſſet, cum gaudio ait. Hodie filij, quando indigum vidiſtis caritatem facere, non debuiſtis ſecuſare, iſta vero, quæ nunc patimini, ad corripiendum vos Deus meus permiſit fieri. Dum hæc eis diceret, & fames eos nimis vexaret, venerunt tres ceruæ miræ magnitudinis trinitatem repræſentantes. Quæ iuſſæ ab eo ſtare ſe firmauerunt, & mulſit eas in vaſculo, & iuſsit F exinde illas abire. Sanctus autem ex illo lacte liniuit corpora illorum, & ſtatim nullum dolorem qui eis acciderat ex fame ſenſerunt: inde confortati mittentéſque manus ad ſarcinulas ſuas inuenerunt cibum & potum, & epulati ſunt. Cúmque mirarentur ſecum de iis, quæ acciderant & timerent, iter proſequentes demum Treuiros venerunt.

Ceruas mirabiliter mulget.

Seruus autem Dei Goar per oratoria & eccleſias

A C 650.

ſias ſanctorum,ſicut ſolitus erat facere,pergebat. A Prædicti autem legati accedentes ad archiepiſcopum ſuum inuenerunt eum in ſolio ſuo in ſynodo ſedentem cum cleru ſuo,& narrauerunt, quæ acciderant eis in itinere,& quæ viderant.Quę cũ audiſſet,cum iracundia cœpit dicere. Inquantum intelligentia cordis conſiderare valeo, conſuetudo huius pertinacis viri,qui ſic mane comedit,& beſtias mulget,ſine dubio potius guloſitati deputanda eſt, quàm caritati. Inquirendus eſt tamen, quam ob rem, vel quo humanæ laudis deſiderio hoc faciat,& verum ex parte Dei ſit, an ex parte B aduerſarij. Vix verba compleuerat, & ecce vir Dei intrauit in domum,in qua ipſe archiepiſcopus reſidebat. Et ingreſſus cœpit circumquaque reſpicere,ſi forte eſſet locus,vbi poſſet ſtare diſcipulus eius,& cappam ſuam pendere ſeu abſcondere. Diu ergo circumſpiciens, vidit in angulo domus quaſi ſimilitudinem fuſtis, qui certe nõ erat fuſtis,ſed radius ſolis,qui per feneſtram penetrabat interiora manſionis. Cumque appropiaſſet ad radium ſolis ſpeciẽ groſſioris perticę prætendentis,appendit cappam ſuam ſuper ipſum radium,ibiq́ præcepit ſtare diſcipulũ ſuum. Quod C cum vidiſſet Ruſticus archiepiſcopus vnà cum clero ſuo dixit. Videtis nunc, quid fecit? Vere ſi hæc cauſa ex Deo fuiſſet, tam mane non comediſſet,quia anteriores ſancti per orationes & ieiunia intrauerunt in regnum Dei.Hoc autem mirabile factum, quod video, quid ſit omnimodo neſcio,ſed inde non mediocriter ſtupeo. Mane comedit & bibit,& nunc etiam cappam ſuam radio ſolis ſuſpendit. Accedat ergo propius, vt reddat rationem ſuper his circumſedentibus.

S. Goar ad archiepiſcopũ venit.

Tunc vir quidam venit portans in brachio D ſuo infantem tres noctes habẽtem, qui proiectus fuerat in concham marmoream, vbi pauperculæ fœminæ ſolent infantes ſuos iactare. Quem videns archiepiſcopus dixit ad ſanctum Goar. Nũc oportet, vt oſtendas nobis miniſterium tuum, ſi verum ſit an falſum. Si verum eſt,per veram obedientiam præcipio tibi, vt facias iſtum infantem nobis innoteſcere genitorem ſuum & genitricem ſuam,ſi hoc facere poteris,credemus tibi & virtutibus tuis. Sin autem [hoc agere non poteris] nihil tibi credere debemus. Tunc vir Dei ſuſpirauit grauiter, & lachrymas fudit, vehementer E admirans,quam ob rem pontifex ſuorum operũ vituperator talem ſibi inanem atque ineptam obedientiam præcepiſſet. Et fundens orationẽ ait. Sancta Trinitas te inuoco,atque te infans in nomine Trinitatis coniuro,vt genitorem tuum per nomen denomines, & ſimiliter genitricem tuam. Reſpondens infans ait. Iſte Ruſticus eſt pater meus,mater mea Afflagia nuncupatur. Quo audito epiſcopus cecidit velociter ad pedes ſancti Goaris dicens. Nunc ſcio vere te ſanctum eſſe Dei ſeruum,cui ſcelera mea, quæ ita abſconſa putabam, vt nullus ſciret præter me & mulierem F & vnum puerum meum, tibi patefacta ſunt per ipſius nati mei verba. Hæc audiens beatus Goar ſtupore miraculi repletus ait. Heu heu domine, quare per me miſerum peccata tua hactenus latentia facta ſunt manifeſta? Melius fuiſſet [a] ſpontanea coram Deo ſecreta confeſſio,quàm iſta cõtra votum tuum ignominioſa publicatio. Deinde ſollicite ac benigne monuit eum ad pœnitentiã dicens. Quantum Saluator noſter eſt pius ad dimittendum,tantum oportet nos eſſe paratos ad pœnitendum. Ego autem inquantum pietas diuina vitam mihi condonauerit,& exaudire dignabitur,ſeptem annis pœnitentiam pro te compellente caritate fraterna iam deliberaui facere.

Quomodo coact⁹ peccatorum epiſcopi à puero publicari fecerit. c. 15.

S. Goaris miraculũ non vulgare.

Secreta confeſſio melior peccati publicatione.

Tantæ ſanctitatis famam,& noua geſta audiẽs C Sigebertus rex Francorum, ſtatim miſsis legatis ſuis iuſsit ſanctum Goarem ad ſe venire. Mirante autem rege, atque diſcente omnia, quæ facta fuerant à ſancto miracula,omnis populus acclamabat ad regem,vt faceret eum archiepiſcopum Treuiris ciuitati. Quod cum ei gratum eſſet, rogabat ſanctum Dei, vt huic rei conſentiret. Cui reſpondit ſanctus. Melius eſt mihi mori,quàm ſuper epiſcopum adhuc viuentem accipere miniſterium eius,& peccare in conſpectu Domini. Dimitte, ô rex, Ruſticum deflere facinura ſua,ſi vis, vt dominus dimittat tibi peccata tua. Cúmque D rex multum ſuper hoc inſtaret, & eum rogaret omni populo & clero hoc poſtulante,dixit Goardus. Glorioſiſsime princeps ſine me prius redire ad cellam meam,vt ad reſponſum tuæ celſitudinis me præparem. Cui rex. Vade in pace,& trãſactis viginti diebus veni ad Metenſem ciuitatem ad reſpondendum. Reuerſus ergo ad cellam cœpit contriſtari,& valida febre fatigari. Quid multa? Die ac nocte dominum precabatur, vt daret ei defenſionis ſuæ auxilium, & eriperet eum de tam graui iugo,quod rex ei imponere cupiebat. E Sicque ſex annos tranſigens ad regem redire non valuit, ſed demum in ſenectute bona in pace quieuit.

Quomodo monte epiſcopatum vitauerit. c. 16.

Colitur 6. Iulij.

De S. Brigida virgine Scotia, cuius vitam ſcripſiſſe Laurentium Dunel. menſem annotat Catalogus ſcriptorum Britanniæ, ex quo Vin. lib. 21. cap. 29. & D. Anton. & Sur. tom. 1. ſua accepiſſe crediderim. Ioan. Mol. in martyr.

§. I.

ANte ea [b] tempora, imperante ſcilicet Iuſtino ſeniore,vt refert Sigebertus, refulſit F ſanctitate & miraculis admiranda ſancta Dei virgo

a Hæc ſpontanea ſecretaq́, confeſsio coram Deo quidem, ſed apud ſacerdotem facienda eſſe intelligitur: illo enim ſicut etiam ſuperioribus ſæculis fuit in vſu hæc peccatorum apud ſacerdotem ſecreta confeſsio, vt colligi facile poteſt ex lib. 1. Dialog. cap. 12. ex hiſtoria quam D. Anton. habet infra cap. 9. §. 7. Quod etiam non obſcure indicat ipſe S. Goar, quem Vualdebertus dixit huic ſuaſiſſe epiſcopo, vt conſiliis ſalubribus acquieſcens ſuſciperet pro reatu proprio duram prolixamq́, pœnitentiam ex iudicio ſacerdotum. In ipſo autem auctore quem Surius edidit, hæc verba nõ ſunt coram Deo, quibus quidem verbis ſubſtractis plane de ſecreta apud Sacerdotem confeſsione locutum fuiſſe S. Goarem perſpicitur.

b Imperite hanc noſtram S. Brigidam cum Brigitta Suetica, cuius nomine reuelationes multæ inſcribuntur, quidam confundunt. Leſlæus lib. 4. de geſtis Scotor. certe D. Anton. qui hic S. Brigidæ virginis vitam ſcribit, in 3. part. tit. 24. cap. 11. Sueticæ matronæ geſta habet, quare pro Suetia nos Scotiam hîc repoſuimus.

Brigida

A.C. 600. Brigida in Scotia. Hæc ſiquidem vt narrat Vinc. ſpec.hiſt.lib.22.de Chriſtianis & nobilibus parẽtibus orta in Scotia, à pueritia bonarum rerum ſtudiis incluuit, pudicitiæ ac ſobrietati ſemper intenta, & de bonis ad meliora creſcens, ab ipſa puellari ætate ſignis extitit admiranda.

Pro matre famulam magis eius addicta erat ſeruitute. Cum à matre ſua tranſmiſſa eſſet, vt de vaccarum lacte butyrum congregaret, & ad pódus redderet, ſicut aliæ puellæ in illis regionibus facere conſueuerant: hæc virgo iam hoſpitalitati dedita, magis volens Deo quàm hominibus obedire, pauperibus & hoſpitibus tam lac, quàm butyrum largiter diſtribuere cœpit. Et cum tempus aduenisset, vt omnes redderent fructum vaccarum, cooperatrices eius monſtrauerunt opera ſua, ventum eſt ad Brigidam, vt redderet opus ſuum, quæ pauida non habens quid redderet, quia totum pauperibus erogauerat, timore matris pauida, totam ſe conuertens ad dominum ad orationem cucurrit, quam dominus exaudiuit. Et mox poſt orationem ſuper omnes cooperatrices ſuas opus ſuum in butyro amplius abundans matri aſſignauit.

Vt virginitatẽ ſuã Deo vouerit. Vin cẽ.ca. 30. Non multo poſt eum parentes eius more humano eam deſponſare voluiſſent, illa cælitus inſpirata virginem caſtam ſe volẽs, & vouẽs Chriſto exhibere, ad epiſcopum ſanctiſſimum Machillam nomine perrexit. Qui pallium album, & veſtem candidam ſuper eius caput impoſuit. Quæ coram Deo & epiſcopo genua flectens humiliter ad altare, & ſuam virginalem coronam Domino offerens, vt fundamentum ligneum altaris tetigit, ſtatim viride factum eſt, & vſque hodie ſic vireſcens languores à fidelibus pellit.

Cum aliquando lardum aduenientibus hoſpitibus in caldaria coxiſſet, cani adulanti ac flagitãti miſericorditer dedit, & tamen cum lardum de caldaria tractum ac poſtea hoſpitibus diuiſum fuiſſet, pleniſſime eſt repertum, ac ſi nihil inde demptum fuiſſet.

Aliquando cum conuocaſſet meſſores, ac operarios in meſſem ſuam, & facta eſſet dies nebuloſa & pluuialis valde per circumitum in prouincia tota, in eius meſſem gutta aquæ non cecidit.

Cum oues ſuas aliquando paſceret in campeſtri & herboſo loco, nimia inundatione facta humectatis veſtibus domum rediit. Et cum radius ſolaris per foramina domus intrinſecus intraret, illa vmbram obtuſa oculorum acie arborem fuiſſe tranſuerſam & fixam putans, deſuper ſuam veſtem compluiam poſuit, & ita tanquam in arbore grandi & firma in ipſo tenui ſolari radio pependit.

Alia eius miracula cap. 31. Leproſis ab ea petentibus ceruiſiam in potum cum illa non haberet, aquam puram benedicens, conuertit in ceruiſiam optimam, & illis dedit. Lapidem in ſalem conuertit cuidam ab ea ſal poſtulanti. Cœco nato oculos reſtituit.

Quidam nequiſſimi cum ei furati fuiſſent boues, & fluuium cum eis tranſire vellent, ſubmerſi ſunt, bobus ſolutis & reuertentibus per ſe ad domum ſanctæ Brigidæ.

Aper ferus & ſylueſter ad gregem Brigidæ curſu præcipiti peruenit, ſcilicet porcorum. Quem ſancta videns benedixit, qui ſtatim omni feritate depoſita cum grege porcorum permanſit.

Quidam ſimplex vidit vulpem ambulantem per regis palatium, quam neſciens eſſe domeſticã & variis artibus agilitatis edoctam occidit. Quo

A cognito rex iratus iuſſit illum occidi, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat in ſeruitutẽ redigi, niſi ſibi vulpes ſimiliter edocta redderetur. Quod audiens Brigida iuncto curru regem rogatura, per planiciem campi pergebat per viã, quæ ducebat ad palatium regis, ex intimo corde rogans Deum, vt prouideret. Statímque Dominus vnam de feris vulpibus ad eam tranſmiſit. Quæ currens per campeſtria appropinquauit curru beatæ Brigidæ, & leuiter ſe eleuans intrauit currum eius, & ſub veſte ſanctæ Brigidæ ſe conſtituens, manſuete in curru cum ea ſedebat. Perueniens ad regem Brigida rogare cœpit, vt qui ignorans deliquerat, abſolueretur. Noluit rex, niſi ſibi ſimilis vulpes reſtitueretur. Protulit Brigida vulpem omni calliditatis artificio edoctam, vt prior fuerat. Miratus rex iuſſit illum reum liberum abire. Non multo poſt illo liberato, cũ ſancta rediiſſet domum, vulpes doloſa inter turbas ſe torquans, & callide mouens aufugit, & capi non potuit.

Nouem viri conſueti erant ſuperſtitione quadam nefaria votis & iuramentis ſe adſtringere, quod in Cal. Iunij hominem iugularent. Quibus Brigida prędicabat vt ab hoc errore deſiſterent, qui noluerunt niſi prius voto completo. Illa autẽ pro execratione erroris eorum cœpit Dominum rogare. Egreſſi illi viri contemplantur imaginem inſtar viri, quem volebant iugulare, quam continuo ſuis lanceis confoderunt, & quaſi poſt triũphum de aduerſario ſuo cum armis ſuis cruentatis ad Brigidam reuertuntur, & ſic ad pœnitẽtiam conuertuntur.

Arborem ingentem exciſam ſua oratione ad locum deſtinatum tranſmiſit. Multa alia miracula fecit. Floruit A.C. 570. L. flaus. celebratur 1. Februar.

S. Carilephi vitam ex MS. codicibus deſcriptam edidit Sur. tom. 4. ex quibus hæc Vin. li. 21. cap. 41. deſumpſerat.

De ſanctis Carilepho, Gregorio Lingonenſi, & Gregorio Turonenſi, & aliis.

CAPVT VIII.

TEmporibus Childeberti & Clotharij regum Francorum floruit ſanctus Carilephus, & in caſtris ſanctæ Eccleſiæ contra poteſtates aereas clypeo fidei protectus, ſpicula doctrinę contorſit, fulminéque miraculorum effulſit. Hic in Aruernenſi territorio clariſſimis parentibus ortus, doctrinæ gratia in monaſterium Menatæ mittitur, vbi literarum facundiam, & ſanctæ conuerſationis excipit formam. Cumque vellet ſingulare contra diabolum inire certamẽ, & eremiticam vitam ducere, eiuſdem cœnobij monachus Auitus nomine, collocutionis gratia affuit, vir meritorum ſummorũ prærogatiua præditus. Dum ergo inter ſe colloquia ſerunt, codicem ſancti euangelij aperiunt, linea, quæ prima fronte occurrit, hæc fuit. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. Itaque beatus Auitus qui apothecæ miniſterialibus erat præpoſitus, claues cellarij clã abbatis ſui ſuppoſuit ceruicali, & pergentes ſimul in ſuburbium Aurelianenſe deuenerunt. Auditáque ſancti Maximini fama, qui ibi monachorum

A.C. 600.

ſias ſanctorum, ſicut ſolitus erat facere, pergebat. A
Prædicti autem legati accedentes ad archiepiſcopum ſuum inuenerunt eum in ſolio ſuo in ſynodo ſedentem cum clero ſuo, & narrauerunt, quæ acciderant eis in itinere, & quæ viderant. Quę cũ audiſſet, cum iracundia cœpit dicere. Inquantum intelligentia cordis conſiderare valeo, conſuetudo huius pertinacis viri, qui ſic mane comedit, & beſtias mulget, ſine dubio potius guloſitati deputanda eſt, quàm caritati. Inquirendus eſt tamen, quam ob rem, vel quo humanæ laudis deſiderio hoc faciat, & vtrum ex parte Dei ſit, an ex parte B
aduerſarij. Vix verba compleuerat, & ecce vir Dei intrauit in domum, in qua ipſe archiepiſcopus reſidebat. Et ingreſſus cœpit circumquaque reſpicere, ſi forte eſſet locus, vbi poſſet ſtare diſcipulus eius, & cappam ſuam pendere ſeu abſcondere. Diu ergo circumſpiciens, vidit in angulo domus quaſi ſimilitudinem fuſtis, qui certe nõ erat fuſtis, ſed radius ſolis, qui per feneſtram penetrabat interiora mãſionis. Cumque appropiaſſet ad radium ſolis ſpeciẽ groſsioris perticę prætendentis, appendit cappam ſuam ſuper ipſum radium, ibíq; præcepit ſtare diſcipulũ ſuum. Quod C
cum vidiſſet Ruſticus archiepiſcopus vnà cum clero ſuo dixit. Videtis nunc, quid fecit? Vere ſi hæc cauſa ex Deo fuiſſet, tam mane non comediſſet, quia anteriores ſancti per orationes & ieiunia intrauerunt in regnum Dei. Hoc autem mirabile factum, quod video, quid ſit omnimodo neſcio, ſed inde non mediocriter ſtupeo. Mane comedit & bibit, & nunc etiam cappam ſuam radio ſolis ſuſpendit. Accedat ergo propius, vt reddat rationem ſuper his circumſedentibus.

S. Goar ad archiepiſcopũ venit.

Tunc vir quidam venit portans in brachio ſuo infantem tres noctes habẽtem, qui proiectus D
fuerat in concham marmoream, vbi pauperculæ fœminæ ſolent infantes ſuos iactare. Quem videns archiepiſcopus dixit ad ſanctum Goar. Nũc oportet, vt oſtendas nobis miniſterium tuum, ſi verum ſit an falſum. Si verum eſt, per veram obedientiam præcipio tibi, vt facias iſtum infantem nobis innoteſcere genitorem ſuum & genitricem ſuam, ſi hoc facere poteris, credemus tibi & virtutibus tuis. Sin autem [hoc agere non poteris] nihil tibi credere debemus. Tunc vir Dei ſuſpirauit grauiter, & lachrymas fudit, vehementer E
admiratus, quam ob rem pontifex ſuorum operũ vituperator talem ſibi inanem atque ineptam obedientiam præcepiſſet. Et fundens orationẽ ait. Sancta Trinitas te inuoco, atque te infans in nomine Trinitatis coniuro, vt genitorem tuum per nomen denomines, & ſimiliter genitricem tuam. Reſpondens infans ait. Iſte Ruſticus eſt pater meus, mater mea Aflagia nuncupatur. Quo audito epiſcopus cecidit velociter ad pedes ſancti Goaris dicens. Nunc ſcio vere te ſanctum eſſe Dei ſeruum, cui ſcelera mea, quæ ita abſconſa putabam, vt nullus ſciret præter me & mulierem F
& vnum puerum meum, tibi patefacta ſunt per ipſius nati mei verba. Hæc audiens beatus Goar ſtupore miraculi repletus ait. Heu heu domine, quare per me miſerum peccata tua hactenus latentia facta ſunt manifeſta? Melius fuiſſet [a] ſpontanea coram Deo ſecreta confeſsio, quàm iſta cõtra votum tuum ignominioſa publicatio. Deinde ſollicite ac benigne monuit eum ad pœnitentiã dicens. Quantum Saluator noſter eſt pius ad dimittendum, tantum oportet nos eſſe paratos ad pœnitendum. Ego autem inquantum pietas diuina vitam mihi condonauerit, & exaudire dignabitur, ſeptem annis pœnitentiam pro te compellente caritate fraterna iam deliberaui facere.

Quomodo coact⁹ peccatum epiſcopi à puero publicari fecerit. c. 15.

S. Goaris miraculũ non vulgare.

Secreta confeſsio melior peccati publicatione.

Tantæ ſanctitatis famam, & noua geſta audiẽs C
Sigebertus rex Francorum, ſtatim miſsis legatis ſuis iuſsit ſanctum Goarem ad ſe venire. Mirante autem rege, atque diſcente omnia, quæ facta fuerant à ſancto miracula, omnis populus acclamabat ad regem, vt faceret eum archiepiſcopum Treuiris ciuitati. Quod cum ei gratum eſſet, rogabat ſanctum Dei, vt huic rei conſentiret. Cui reſpondit ſanctus. Melius eſt mihi mori, quàm ſuper epiſcopum adhuc viuentem accipere miniſterium eius, & peccare in conſpectu Domini. Dimitte, ô rex, Ruſticum deflere facinora ſua, ſi vis, vt dominus dimittat tibi peccata tua. Cúmque D
rex multum ſuper hoc inſtaret, & eum rogaret omni populo & clero hoc poſtulante, dixit Goardus. Glorioſiſsime princeps ſine me prius redire ad cellam meam, vt ad reſponſum tuæ celſitudinis me præparem. Cui rex. Vade in pace, & trãſactis viginti diebus veni ad Metenſem ciuitatem ad reſpondendum. Reuerſus ergo ad cellam cœpit contriſtari, & valida febre fatigari. Quid multa? Die ac nocte dominum precabatur, vt daret ei defenſionis ſuæ auxilium, & eriperet eum de tam graui iugo, quod rex ei imponere cupiebat. E
Sicque ſex annos tranſigens ad regem redire non valuit, ſed demum in ſenectute bona in pace quieuit.

Quomodo morte epiſcopatum vitauerit.

Colitur 6. Iulij.

De S. Brigida virgine Scotia, cuius vitam ſcripſiſſe Laurentium Dunel. menſem annotat Catalogus ſcriptorum Britannia, ex quo Vin. lib. 21. cap. 29. & D. Anton. & Sur. tom. 1. ſua accepiſſe crediderim. Ioan. Mol. in martyr.

§. I.

ANte ea [b] tempora, imperante ſcilicet Iuſtino ſeniore, vt refert Sigebertus, refulſit ſan- F
ctitate & miraculis admiranda ſancta Dei virgo

[a] Hæc ſpontanea ſecretaq́; confeſsio coram Deo quidem, ſed apud ſacerdotem facienda eſſe intelligitur: illo enim ſicut etiam ſuperioribus ſæculis fuit in vſu hæc peccatorum apud ſacerdotem ſecreta confeſsio, vt colligi facile poteſt ex lib. 1. Dialog. cap. 12. ex hiſtoria quam D. Anton. habet infra cap. 9. §. 7. Quod etiam non obſcure indicat ipſe S. Goar, quem Vualdebertus dixit huic ſuaſiſſe epiſcopo, vt conſiliis ſalubribus acquieſcens ſuſcipiat pro reatu proprio duram prolixamq́; pœnitentiam ex iudicio ſacerdotum. In ipſo autem auctore quem Surius edidit, hæc verba nõ ſunt coram Deo, quibus quidem verbis ſubſtractis plane de ſecreta apud Sacerdotem confeſsione locutum fuiſſe S. Goarem perſpicitur.

[b] Imperite hanc noſtram S. Brigidam cum Brigitta Suetica, cuius nomine reuelationes multa inſcribuntur, quidam confundunt. Leſlæus lib. 4. de geſtis Scotor. certe D. Anton. qui hic S. Brigidæ virginis vitam ſcribit, in 3. part. tit. 24. cap. 11. Sueticæ matronæ geſta habet, quare pro Suetia nos Scotiam hîc repoſuimus.

Brigida

A.C. 600. Brigida in Scotia. Hæc ſiquidem vt narrat Vinc. ſpec.hiſt.lib.22.de Chriſtianis & nobilibus parẽtibus orta in Scotia, à pueritia bonarum rerum ſtudiis inoleuit, pudicitiæ ac ſobrietati ſemper intenta, & de bonis ad meliora creſcens, ab ipſa puellari ætate ſignis extitit admiranda.

Pro mer- [illegible] bon me gü. cuius edicta eis ſerui tute.

Cum à matre ſua tranſmiſſa eſſet, vt de vaccarum lacte butyrum congregaret, & ad põdus redderet, ſicut aliæ puellæ in illis regionibus facere conſueuerant: hæc virgo iam hoſpitalitati dedita, magis volens Deo quàm hominibus obedire, pauperibus & hoſpitibus tam lac, quàm butyrum largiter diſtribuere cœpit. Et cum tempus aduenisſet, vt omnes redderent fructum vaccarum, cooperatrices eius monſtrauerunt opera ſua, vẽtum eſt ad Brigidam, vt redderet opus ſuum, quæ pauida non habens quid redderet, quia totum pauperibus erogauerat, timore matris pauida, totam ſe conuertens ad dominum ad orationem cucurrit, quam dominus exaudiuit. Et mox poſt orationem ſuper omnes cooperatrices ſuas opus ſuum in butyro amplius abundans matri aſsignauit.

Vt virginitatẽ ſuã Deo vouerit. Vin cẽ. ca. 30.

Non multo poſt cum parentes eius more humano eam deſponſare voluiſſent, illa cælitus inſpirata virginem caſtam ſe volẽs, & vouẽs Chriſto exhibere, ad epiſcopum ſanctiſsimum Machillam nomine perrexit. Qui pallium album, & veſtem candidam ſuper eius caput impoſuit. Quæ coram Deo & epiſcopo genua flectens humiliter ad altare, & ſuam virginalem coronam Domino offerens, vt fundamentum ligneum altaris tetigit, ſtatim viride factum eſt, & vſque hodie ſic vireſcens languores à fidelibus pellit.

Cum aliquando lardum aduenientibus hoſpitibus in caldaria coxiſſet, cani adulanti ac flagitãti miſericorditer dedit, & tamen cum lardum de caldaria tractum ac poſtea hoſpitibus diuiſum fuiſſet, pleniſsime eſt repertum, ac ſi nihil inde demptum fuiſſet. D

Aliquando cum conuocaſſet meſſores, ac operarios in meſſem ſuam, & facta eſſet dies nebuloſa & pluuialis valde per circumitum in prouincia tota, in eius meſſem gutta aquæ non cecidit.

Cum oues ſuas aliquando paſceret in campeſtri & herboſo loco, nimia inundatione facta humectatis veſtibus domum rediit. Et cum radius ſolaris per foramina domus intrinſecus intraret, illa vmbram obtuſa oculorum acie arborem fuiſſe tranſuerſam & fixam putans, deſuper ſuam veſtem compluta m poſuit, & ita tanquam in arbore grandi & firma in ipſo tenui ſolari radio pependit. E

Alia eius miracula cap. 31.

Leproſis ab ea petentibus ceruiſiam in potum cum illa non haberet, aquam puram benedicens, conuertit in ceruiſiam optimam, & illis dedit. Lapidem in ſalem conuertit cuidam ab ea ſal poſtulanti. Cœco nato oculos reſtituit.

Quidam nequiſsimi cum ei furati fuiſſent boues, & fluuium cum eis tranſire vellent, ſubmerſi ſunt, bobus ſaluis & reuertentibus per ſe ad domum ſanctæ Brigidæ.

F Aper ferus & ſylueſter ad gregem Brigidæ curſu præcipiti peruenit, ſcilicet porcorum. Quem ſancta videns benedixit, qui ſtatim omni feritate depoſita cum grege porcorum permanſit.

Quidam ſimplex vidit vulpem ambulantem per regis palatium, quam neſciens eſſe domeſticã & variis artibus agilitatis edoctam occidit. Quo

A cognito rex iratus iuſsit illum occidi, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat in ſeruitutẽ redigi, niſi ſibi vulpes ſimiliter edocta redderetur. Quod audiens Brigida iuncto curru regem rogatura, per planiciem campi pergebat per viã, quæ ducebat ad palatium regis, ex intimo corde rogans Deum, vt prouideret. Statímque Dominus vnam de feris vulpibus ad eam tranſmiſit. Quæ currens per campeſtria appropinquauit currui beatæ Brigidæ, & leuiter ſe eleuans intrauit currum eius, & ſub veſte ſanctæ Brigidæ ſe conſtituens, manſuete in curru cum ea ſedebat. Perue-

B niens ad regem Brigida rogare cœpit, vt qui ignorans deliquerat, abſolueretur. Noluit rex, niſi ſibi ſimilis vulpes reſtitueretur. Protulit Brigida vulpem omni calliditatis artificio edoctam, vt prior fuerat. Miratus rex iuſsit illum reum liberum a?ire. Non multo poſt illo liberato, cũ ſancta rediiſſet domum, vulpes doloſa inter turbas ſe torquens, & callide mouens aufugit, & capi non potuit.

Nouem viri conſueti erant ſuperſtitione quadam nefaria votis & iuramentis ſe adſtringere, quod in Cal. Iunij hominem iugularent. Quibus

C Brigida prędicabat vt ab hoc errore deſiſterent, qui noluerunt niſi prius voto completo. Illa autẽ pro execratione erroris eorum cœpit Dominum rogare. Egreſsi illi viri contemplantur imaginem inſtar viri, quem volebant iugulare, quam continuo ſuis lanceis confoderunt, & quaſi poſt triũphum de aduerſario ſuo cum armis ſuis cruentatis ad Brigidam reuertuntur, & ſic ad pœnitẽtiam conuertuntur.

Floruit A.C. 570. L. flaus. colitur 1. Februar.

Arborem ingentem exciſam ſua oratione ad locum deſtinatum tranſmiſit. Multa alia miracula fecit.

S. Carilephi vitam ex MS. codicibus deſcriptam edidit Sur. tom. 4. ex quibus hac Vin. li. 21. cap. 41. deſumpſerat.

De ſanctis Carilepho, Grego io Lingonenſi, & Gregorio Turonenſi, & alys.

CAPVT VIII.

E TEmporibus Childeberti & Clotharij regum Francorum floruit ſanctus Carilephus, & in caſtris ſanctæ Eccleſiæ contra poteſtates aereas clypeo fidei protectus, ſpicula doctrinę contorſit, fulminéque miraculorum effulſit. Hic in Aruernenſi territorio clariſsimis parentibus ortus, doctrinæ gratia in monaſterium Menatæ mittitur, vbi literarum facundiam, & ſanctæ conuerſationis excipit formam. Cumque vellet ſingulare contra diabolum inire certamẽ, & eremiticam vitam ducere, eiuſdem cœnobij monachus Auitus nomine, collocutionis gratia affuit, vir meritorum ſummorũ prerogatiua præditus. Dum ergo inter ſe colloquia ſerunt, codicem ſancti euangelij aperiunt, linea, quæ prima fronte occurrit, hæc fuit. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Itaque beatus Auitus qui apothecæ miniſterialibus erat præpoſitus, claues cellarij clã abbatis ſui ſuppoſuit ceruicali, & pergentes ſimul in ſuburbium Aurelianenſe deuenerunt. Auditáque ſancti Maximini fama, qui ibi monachorum

A.C. 600. cohortibus in cœnobio Miciatenſi degentium præerat, ad eum viſendum conuolauerunt, & ab eo humanitus recepti, ſacerdotali dignitate per eum inſigniti ſunt. Sed poſtmodum habitaculũ remotius perquirentes, vaſtas partiti ſaltus ſolitudines exp:tunt, quas dum peragrant, inter opaca quæque nemorum & luſtra abditiſſima ferarum, obuium ſe tulit eorum conſpectibus fertilis locus, qui tunc Pithiacus dictus eſt, & nunc cella ſancti Auiti vocatur. Fonte autem aquæ ibi reperto, illic plurimis diebus cum ſancto Carilepho Deo ſeruierunt. Et cùm fama ſancti Auiti aures regis occupaſſet, iuſſu regis baſilica ibi fabricatur, opibúſque regis ditatur. B

Beatus autem Carilephus proſpera mundi vitare, & aduerſa ob ſui cuſtodiam appetere proponebat. Vnde à ſancto Auito diſcedens, in interiora intrauit deſerti. Aſſumptóque ſecum commilitone ſuo, pedem vertit in partes Cenomannicæ vrbis. Tandem diuertit in locum Caſagnani nuncupatum, acceſſu ſecretum, terræ fertilitate iucundum. Itaque eremi pater ferarum adtentu ſæpe viſitabatur, vt quodammodo dictum videretur. Et beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

In eremũ vaſtã ſeceſſit. cap. 42.

Iob. 5.

C Inter hæc Childebertus cum coniuge ſua, & omni comitatu partes Cenomanicas adiit, ibíque conſiſtenti nunciatur bubalum inuſitatam beſtiam in locis illis delitеſcere. Rex autem gaudens iuſſit venatores præparare neceſſaria beſtiæ capiendæ. Cumque terram curioſe perertrarent; miſer iam capiendus bubalus ad ſanctum Carilephum recurrit, quaſi ſingulare adiens ſuffragium. Venatores tandem deuenerunt ad locum, vbi erat vir ſanctus; & bubalus poſt eum. Tunc miniſtri inſolita rei nouitate turbati, nec beſtiam attingere, nec ſancto viro aliquam moleſtiam ingerere auſi ſunt. D Rex vero viſo miraculo, nequaquam Dei potentiam honorauit, ſed indignatus ait. Vnde vobis, ô incognitæ perſonæ, tanta præſumptio, vt mei iuris ſaltum nullo concedente auſi ſitis irrumpere, & noſtræ venationis dignitatem in aliquo mutilare? Cui ſanctus reſpondit. O rex bone, nequaquam deſpectus tui gratia, aut conturbandæ venationis luſtra ferarum irrumpimus, ſed vt familiarius atque enixius Domini occuparemur ſeruitio, inacceſſibilia hominum loca petiuimus. Præcepítque rex turbatus, vt inde recederent.

E Seruus autem Dei regem inuitauit ad potum, vt refocillaretur. Cui non acquieuit, ſed eum contemnens cum redire tentaret, equus, cui inſidebat, immobilis ſtetit, nec calcaribus cruentatus mouere ſe poterat. Cúmque ex eo ſtuperent cum rege omnes, huius rei cauſam ignorantes, dixit quidam ex illis prudentior cæteris. Optime rex, hoc exiſtimo accidiſſe; quia contumelioſe tractaſti illum Dei ſeruum; quem etiam hortatus eſt, vt nuncium mitteret ad virum Dei veniam petens. Quod cum feciſſet, ait ſanctus. Vade, & dic regi, vt reuertatur: quia enim iratus ſine benedictione receſſit, hoc ei euenit. F Ad regem ergo nuncius celer reuerſus, quod ſibi iniunctum fuerat retulit. Móxque ſolutis nexibus equus ſe mouit, & reuerſus rex ad ſanctum Carilephum veniam proſtratus cum lachrymis petiit & obtinuit, poſtulans humiliter, vt quod prius obtulerat, vinum afferret ob deuotionem bibendum. Cúmque vir Dei calicem vnum vini porrexiſſet

Miraculũ quod eo regẽ ad bibendum inuitante accidit. cap. 43.

A regi, bibit ex eo & comitiua ſua. Mirum autem erat, vt vas vitreum paruulum in tantam copiæ magnitudinem exuberaſſet, vt omnes ſufficienter biberent, nec tamen detrimentum inopiæ ſuſtineret.

A.C. 600.

Regina quoque Aldiogadis, nobiliſſima & deuota, audita vitæ qualitate, tibi ſcilicet parcimonia, noctium inſomnietate, veſtium vilitate (cilicio enim obuoluebatur, & in nuda humo dormiens iacebat) deſiderans præſentia eius frui, promiſit ei omnia fiſci illius, vbi reſidebat, ſe daturam ſi eam viſitare dignaretur. Qui venientibus B ad ſe reginæ nunciis ait. Aequum eſt mihi, & ſalutare cauere muliebrem aſpectum, ne capiar ego laqueis inimici incolens ſqualida eremi loca. Ite ergo optimi iuuenum, & dominæ veſtræ hæc verba referte. Si quid præualeo, pro ea dominũ exorabo. Certum autem habeat, quamdiu in corpore fuero, faciem mulieris me nunquam viſurum, nec hoc cœnobiolum vnquam ingreſſui mulieris patebit. Paulo poſt monachis adſtantibus diſſolutionem corporis ſui imminere prædixit. Sed & fama cum pereebuiſſet per vulgi ora Carilephũ nunquam vultum mulieris aſpicere, vel ad cœnobium eius accedere permittere, quædam mulier C inhoneſta & curioſa, huius rei experiri voluit exitum, & inciſa coma capitis ſui, & virilibus veſtibus aſſumptis acceſſit ad locum armis accincta & baculo. At vero cum interiora penetrare voluit, & curioſe perſcrutari, gemina capitis eius lumina crepitu repentino mulctata ſunt: Dæmonéque peruaſa horridam cruoris teterrimi vndam per os arca pectoris eius emiſit.

Aliàs Vltrogoda. Reginam cum videre cupientem repulit. cap. 44.

Colitur 1. Iulij.

Poſt eius obitum, ſcilicet ſancti Carilephi, ad ſepulchrum eius cæci illuminati ſunt, infirmi ſanati, & obſeſſi à dæmoniis liberati. Sanctus vero D Auitus abbas Carnotenſis pagi, quem Portenſem vocant, exitum ſuum Spiritu ſancto reuelante prædixit. Quo honorifice ſepulto apud Aurelianenſem vrbem Eccleſia in eius honorem ædificata eſt. Cumq; anniuerſarius dies aſſumptionis eius ſolenniter celebraretur, aliiſque ciuibus ad eccleſiam eius pergentibus, & quidam raſtrum habẽs ad paſtinandam vineam vel purgandam iret, cum argueretur ab aliis, cur huic feſto non intereſſet, reſpondit. Et hic, quem colitis operarius fuit. Verùm cum vineam eſt ingreſſus, facies eius ad tergum conuerſa eſt. Tunc tremens cum fletu maE gno, ſpectantibus populis baſilicam ingreditur, & poſt paucos dies orans in eodem loco aſſiduè directa ceruice conualuit.

Puniti nolẽs colere ſancti. Colitur 17. Iun.

De S. Gregorio Lingonenſi ex Greg. Tur. lib. de vita patrum Galliæ tom. 1. Sur. V. nouemb. lib. 2. 17 cap. 59.

§. I.

F HIc vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. 21. ex ſenatoribus Auguſtudunenſibus ortus eſt, & regionem illam per quadraginta annos rexit ita ſeuere & diſtricte, vt rei eum ſufferre non poſſent. Habuit coniugem nomine Armentariam, de qua filios ſuſcepit. Poſt cuius mortem electus eſt in epiſcopum Lingonenſem. Sub panibus triticeis hordeaceos tenues ſibi faciebat apponi, & triticeos frangens & erogans, hordeaceos nullo ſciẽtẽ comedebat: vinum etiam non bibebat, tale vitrum eligens, quod claritatem aquæ obtegeret.

Multi

A.C.600.

Multi de virga quam ferre ſolebat, ſignati energumeni curabantur,& de ſtrato eius, ſi quis aliquid abſtuliſſet, ægrotus curabatur.

S. Benigno oratorium cõſtruxit.

Hic ignoranter ſepulchrum ſancti Benigni frequentare ſulebat. Cui ſanctus Benignus apparẽs corripuit eum,& monuit, vt oratorium ſabricaret ſuper ſepulchrum ſuum. Lætuſque effectus pro inuentione martyris flebat amariſsime, quod non prius perhibuerat, & cryptam antiquitate collapſam decenter reparauit. Ibi habebat oratorium pro amore martyris, in quo multorum ſanctorum reliquiæ habebantur, ad quod nocte de ſua domo baptiſterio adhærente pergebat, & oſtium clauſum ſola manu pulſans aperiebat, ingrediénſque orabat diutiſsime in ſilentio, poſtea voces ſanctorum cum eo pſallentium per tres horas & amplius audiebantur. Quo expleto ita ad lectulum caute reuertebatur, & ſuper ſtramm ſe deponebat, vt nemo ſentiret. Obſeruatores autẽ baptiſterij claue ſua oſtium reſerabant, & reſeratum reperiebant, ac ſi nemo illud aperuiſſet. In die autem ſepulturę huius Gregorij vidit quidam religioſus cælos apertos. Defunctus vero faciem habebat roſeam, cæterum corpus candens, vt lilium. Fecit autem ſe ſepeliri iuxta ſanctum Benignum. Et cum deferretur ad ſepulturam, vincti clamabãt, vt ſui miſereretur, & ita aggrauatũ eſt corpus eius, vt ſuſtineri non poſſet. Quo depoſito trabs, in qua incluſi erant, & coarctati pedes vinctorum, repulſis obicibus ſciſſa eſt media, & liberati ſunt à iudice. Poſt multa tempora cum corpus eius ad alium locum transferretur, à ſancto Tetrico ſucceſſore & filio eius, facies eius integra & illæſa inuenta eſt, & nihil in veſtimento eius immutatum.

Colitur 4. Ianuarij.

Quædam puella die Dominica pectens caput ſuum, ſenſit dentes pectinis ita affigi digitis ſuis, vt valde cruciaretur, ſed ad ſepulchrum ſancti Gregorij curata eſt.

De SS. Medardo & Gildardo de quib. S. Andoenus metrum cõpoſuit apud Sur. tom. 3. & Gre. Tur. Antiphonam quã adhuc habet vnã verò S. Medardũ Fortunato cõſcripſit, & ab alio anonymo ſanctũ habet Sur. ibid colũtur 8. Iun.

Tempore quoque Iuſtiniani imperatoris, vt dicit Sigebertus, florebant in Gallia duo fratres vterini & eodem die nati, & pontifices conſecrati, Medardus ad titulum Nouiomenſem, & Gildardus ad Rotbomagenſem, & vna die abſoluti à ſæculo & aſſumpti à Chriſto. Et de ſancto Medardo refert Vincen. in ſpec. hiſto. ex eius legenda, quod cum caſulam, quam ei genitrix ſua dederat, ad artificem ferret, dedit eam cuidam cæco ſibi obuianti. Et ſimiliter quicquid ad eſcam accipiebat, dum gregem porcorum paſceret, egenis dabat, ipſe de die in diem egens. Cum autẽ adhuc eſſet puer in ſcholis, prædixit cuidam compari ſuo Eleutherio, quod in actione publica comitiuam aſſumeret, & cum triginta annorum eſſet, futurus pontifex eſſet. Quod ſic accidit, factus enim epiſcopus Tornacenſis: in tranſitu autem Medardi vidit Vulcarius presbyter cœlos apertos prorſus, & ante corpus ſancti Medardi luminaria micare videntibus cunctis, qui aderant per tres horas, mox in terram grande fluxit diluuium pluuia nimis calida de cœlo cadente.

De S. Germano epiſcopo Pariſienſi, cuius vitam ſcripſit Fortunatus, quam edidit Sur. tom. 3. ex quo Vincen lib. 21. cap. 63. nos hic capita ex primaria hiſtoria annotabimus. Origo S. Germani, cap. 1.

§. II.

A.C.600.

SAnctus Germanus territorij Auguſtudunenſis indigena fuit, patre Eleutherio, matre Euſebia, vt refert Vincen. ſpec. hiſt. li. 22. Dicta autem Euſebia mater eius, pro eo quòd hunc poſt alterum intra breue ſpacium concepiſſet, pudore mota muliebri cupiebat eum ante partum extinguere. Et accepta potione, vt eum extingueret, dum ei nocere non poſſet, incubabat in ventrem, vt vel pondere præfocaret, quem venena non læderent. Habebat ſocium Stratidium, cuius mater, vt hæreditatem Germani acquireret filio ſuo, temperatam potionem in ampulla condidit, & vinum in altera, prçcipiens puellæ, vt venientibus à ſchola ambobus, illi [ſcilicet Stratidio] porrigeret vinum, & alij [Germano videlicet] maleficium. Illa vero ignoranter mutauit ampullas & pocula, & illi dedit maleficium, huic autem vinum. Cui Stratidio ſollicito impenſo ſtudio, & ſi mors vitam non abſtulerit, tamen ſignum mortis infixit.

Veneno eum tollere mulier tẽtat. cap. 2.

Germanus igitur à venerabili pontifice Nectario abbas adſciſcitur ad ſanctum Symphorianum, cuius bonis operibus inflammatus epiſcopus eum in cuſtodiam truſit, cui nutu diuino aperiebatur ergaſtulum, ſed tamen non inde exibat, niſi ſupplex epiſcopalis ei daretur præceptio.

Cumque incendium fortuitum accidiſſet, rapta de foco cucuma, aſcendit Germanus ſuper fabricam concinens Alleluya, fundénſque paululũ aquæ in modũ crucis reſtinxit incendia. Cariulphus quidam Francus res eius inuaſerat, quẽ vindicauit vrſus ſingulis diebus tres equas eius deuorans, & damnum ſemper triplicans, donec ille reſipiſceret. Anna vxor Ebronis ingrediente ad eam Germano ait. Ecce ſanctus Germanus cornuta facie mihi videtur incedere. Ebron vero eodem die iuxta ſanctum nullatenus præſumpſit ſedere honoris cauſa pariter & terroris. Credimus autem, quòd pro colloquio Domini ſicut Moyſes meruit ſanctus, iſte cornutus videri.

Incendiũ extinguit cap. 5.

Exo. 34.

Ante quatuor annos cognouit ſe futurum epiſcopum. Vidit enim in ſopore à quodam ſene claues portæ Pariſiacæ ſibi porrigi, & interrogans cur hoc fieret, accepit reſponſum, vt ſaluas animas faceret. Ciuitatis ergo illius epiſcopo decedente dum regi Childeberto occurreret, mox electus eſt in epiſcopum Pariſienſem. Eunte autem eo ad eccleſiam cuiuſdam villæ, obuium habuit quemdam iuuẽem Amantium nomine, quem deprehendit in vinculis duci, quia recuſaret legibus Iudaicis ſubiici. Sed ſancto Germano faciente ſignum Crucis ſuper eo, diſſoluta ſunt vincula.

Itidem cum Pariſiis ad Eccleſiam ſanctorum Geruaſij & Protaſij cauſa orandi profectus eſſet, & ianuis clauſis ei negaretur ingreſſus, facto ſigno Crucis peſſulum reſerauit. Quid plura? Quocunque pontificis ſe conuertit præſentia, nulla morborum generibus defuit medicina. Ante quem etiam dæmones non tolerantes eius præſentiam, terribili vlulatu ſua gemebant incendia. Et cum pedem efferret de domo vel eccleſia, videres ſtrages dæmoniorum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa ſancti cateruatim veſtigia diuerſis modis effuſa, hæc muta, illa clamantia, & velut ante iudicem geſta referrẽt, propria non effugiebant tormenta.

Item fores Eccleſiæ reſoluit. ca. 67.

Cæterum eleemoſynis quantum prodigus fue-

A.C.600.

rit explicari non poteſt. Qui frequenter contentus vna caſula vel tunica, quicquid erat reſidui nudum pauperem veſtiebat, vt inops calefieret largitore algente. Quanta etiam fuit in eo redéptionis effuſio, cum ad nomen beati concurrerét vndique liberandi iugo ſeruitij? Cum vero aliquatenus [quod daretur] nihil eſſet præ manibus, triſtis ſedens & anxius, ſeuerus in vultu, auſterus erat eloquio. Tunc ſi fortaſsis ab aliquo inuitaretur ad prandium, compellebat conuiuas, aut miniſtros proprios, vt conferentes pariter [agerent,] vnde vel vnum captiuum ſeruitio liberarent. Quis vero digne repetat, quanta virtus verborum ab eius ore rotabatur, cum prædicaret in populo? vt omni literaturæ naſceretur ſtupor, & fieret in commune generalis compunctio, atque ex ore dicentis crederes, quòd verba formarentur ab angelo, dum plus quàm homo loqueretur, tranſlatus in mentis exceſſu, cum ſinceritate dogmatis pectora plebis cogeret diuinis efflagrare pigmentis? Qui equitans in itinere ſemper de Deo aliquid aut verbo contulit aut cantauit, curſum nudo capite dicens, etiam ſi nix aut imber vrgeret. Quum veniſſet ad menſam, confeſtim aſſuit & miniſter recitans diuina colloquia, vt inter cibi fercula, animi paſtus alimento plus ſaturaretur conuiua. Nullum tempus interpolans quo non aut alij prodeſſet, aut non ipſe proficeret. Diem autem obitus ſui hoc modo prædixit. Ante aliquot dies vocans ad ſe notarium ſuum, imperat ſuper lectum ſuum in cubiculo ſcribere hoc tantummodo 5. Calen. Iunij. Sed neſcientibus cunctis, quid hoc eſſet, poſtea ſanctus ſuum diſceſſum de ſæculo manifeſtauit. Nam illa die fere octogenarius migrauit ad dominum.

Captiuorum redēptio. c. 76.

Precibus quantum vacauerit c. 79.

Colitur 28. Maij.

De S. Radegunde, de qua Greg. Tur. lib. 9. hiſt. Franc. eius vitam S. Fortunatus & Baudonina ſcripſerunt, quam Sur. habet tom. 4. ex quibus Vinc. lib. 21. cap. 79. hæc excerpſit.

§. III.

DE ſancta Radegunde regina in Frácia. Hęc natione barbara fuit de regione Turinga, patre rege Berchario, quæ regione Francorum victoria deuaſtata, exiuit de patria. Tum inter ipſos, quorum erat in præda regalis puella, fit côtentio de captiua. Et niſi reddita fuiſſet tranſacto certamine, reges inter ſe arma mouiſſent. Quæ veniens in ſortem Clotharij regis in Veromanduos ducta, apud Atheias villam regiam nutriendi cauſa cuſtodibus eſt deputata. Quam cũ præparatis expenſis Victuariaci voluiſſet rex prædictus accipere: nocte cum paucis elapſa eſt. Deinde cum ad Sueſsiones eam direxiſſet, vt in reginam eligeret, illa euitabat pompam regalem, ne ſæculo creſceret, ſed cui debetur, etiam humana gloria non mutatur. Nupſit ergo terreno principi, non tamen ſeparatur à cæleſti, ac dum ſibi acceſsiſſet ſæcularis dignitas, plus ſe inclinauit voluntas, quàm permitteret dignitas, timénſque ne adeo degradaſſet, cum mundi gradu proficeret, ſe cum ſua facultate eleemoſynæ dedicauit. Nam cũ ſibi aliquid de tributis accideret, omnibus quæ veniſſent, ad eam, ante dedit decimas quàm recepit. Deinde quod ſupererat, monaſteriis diſpenſabat, & quò ire pede non poterat, miſſo munere circumibat.

Clotharius rex eã inuitam ducit vxoré.

Eleemoſynæ ſe dedicauit.

Item nocturno tempore cum reclinaret cum principe, rogans ſe pro humana neceſsitate velle conſurgere, & leuans egreſſa cubiculo, tamdiu ante ſecretum orationi incumbebat iactato cilicio, vt ſolo calens ſpiritu, iaceret gelu penetrata, tota carne præmortua. De qua regi dicebatur, habere ſe magis iugalem monacham, quàm reginam. Vnde & ipſe irritatus, pro bonis erat aſperrimus, ſed illa pro parte leniens, pro parte tolerabat rixas modeſte illatas à coniuge. Diebus vero quadrageſimæ ſatis eſt ſcire qualiter redegerit ſe inter veſtes regias ſingulariter pœnitens. Igitur appropinquante ieiunij tempore, ad religioſam monacham nomine Piam mittebat, cui ad ſanctum propoſitum illa dirigebat, venerantec in linteo ſigillatum cilicium, quod ſancta induens ad corpus per totam quadrageſimam ſubter veſtem regiam, dulcem portabat in ſarcinam. Si autem rex deeſſet, quis credat qualiter orationi ſe diffunderet? qualiter ſe tanquam præſentem Chriſti pedibus alligaret? & quaſi repleta deliciis ſic longo ieiunio ſatiaretur in lachrymis? Cui deſpecto ventris edulio, Chriſtus erat tota refectio, & tota fames erat ei in Chriſto. Illud qua pietate peragebat ſollicita, [vt quæ per oratoria vel loca venerabilia tota nocte perlucerent, candelas ſuis manibus factas iugiter miniſtraret.] Qualiter vero ſi quis pro culpa criminali, vt aſſolet à rege interfici deputabatur, ſanctiſsima regina moriebatur cruciatu, ne deſignatus reus moreretur gladio? Qualiter concurſabat per domeſticos fideles ſeruientes & proceres? quibus blandimentis mulcebat animum Principis, donec mitigata ira regis, vnde proceſſerat ſors mortis, inde curreret vox ſalutis?

Nocturnæ eius preces.

His igitur beatis actibus occupatam, intantum prouexit diuina clementia, vt etiam in palatio dum adhuc eſſet laica, domino largiente per eam declararentur miracula. Denique in [Perona] villa quadam dum perambularet ſanctiſsima, rei truſi pro crimine, ſuccurri ſibi ſucclamabant vociferantes de carcere. Ipſa autem quid eſſet interrogat, mentiuntur miniſtri, quòd mendicorum turba eleemoſynam quæreret. Interea à iudice compelluntur tacere, qui tenebantur in compede. Cùm vero nox ſuperueniſſet, fractis vinculis ſoluti ſanctæ occurrunt de carcere. Et quoniam aliqua occaſione, diuinitate proſperante, caſus cedit ad ſalutem, vt hæc religioſius viueret, frater interficitur innocenter.

Eiuſdem erga reos benignitas, Vinc. cap. 8.

Directa igitur à rege veniens ad beatum Medardum Nouiomum ſupplicat inſtanter, vt ipſam mutata veſte domino conſecraret. Móxque veſtimentum nobile, quo celeberrima die ſolebat, pôpa comitante, regina procedere, exuta ponit in altari, & ablatis ornamentis & gemmis menſam diuinę gloriæ onerat tot donis per honorem cingulum auro ponderatum fractum dat in opus pauperum.

S. Radegũdis fit monacha et regina.

Vt Pictauis conſtruxerit monaſterium, ex lib. 2. vita. Vinc. cap. 85.

§. IIII.

POrro prædictæ ſanctę Radegundis mens intenta ad Chriſtum, Pictauis inſpirante & cooperante Dei gratia, monaſterium ſibi per ordinationem præcelſi regis Clotharij conſtruxit, in

A.C.600. A in quod gaudens ingreſſa eſt, vt & perfectionis ornamenta conquireret, & magnam congregationem puellarum Chriſto nunquam morituro ſpóſo aggregaret. Quæ electa abbatiſſa, & iam conſtituta, tam ſe quam ſua omnia eius tradidit poteſtati, ex proprio iure nihil ſibi reſeruans, vt poſt veſtigia Chriſti curreret expedita, & tantum ſibi plus augeret in cœlo, quantum ſibi ſubtraxiſſet ex ſæculo. Sed inuidus bonorum humani generis inimicus, cuius voluntatem etiam cum eſſet in ſæculo, facere abhorruit, eam perſequi non ceſſauit. Sicut enim iam per internuncios cognouerat, B quod timebat, præcellus rex Clotharius cum filio ſuo præcellentiſsimo Sigeberto Turonos aduenit, quaſi deuotionis cauſa, quo facilius Pictauos accederet, vt ſuam reginam acciperet. Qun cognito beata Radegundis ſacramentales literas fecit, ſub conteſtatione viro apoſtolico ſancto Germano Pariſiẽſi epiſcopo, qui tunc cum rege erat, quas per Proculum ſuum agentem ſecretius direxãt cum xenio aut eulogus. At vbi eas relegit vit Deo plenus, lachrymans ſe proſternit pedibus regis ante ſepulchrum ſancti Martini, deprecans eum cum conteſtatione diuina, ſicut ei literis fuerat intimatum, vt Pictauos non accederet. C Hinc amaritudine plenus rex intelligens hanc petitionem eſſe beatę reginæ, pœnitentia ductus, malis coſiliariis iſtud reputans, ſeque indignum reputans, quòd talem reginam diutius non meruiſſet, proſternit ſe & ille ante limina ſancti Martini pedibus apoſtolici viri, rogans vt pro Chriſto veniam peteret à beata Radegunde, vt ei indulgeret, quod in eam per malos coſiliarios peccauerat, vnde vltio diuina de præſenti eos vindicauit. Sicut enim Ario, qui contra Catholicam fidem certans omnia inteſtina ſua in ſeceſſum depoſuit, ita & iis euenit, quid de beata Radegunde D egerunt. Tunc rex timens diuinum iudicium, rogat beatum virum Germanum epiſcopum Pictauos celeriter ire pro eo veniam poſtulaturum. Quod & fecit. Vnde Pictauos adueniens, monaſterij oratorium ingreſſus, ad pedes ſanctæ reginæ ſe proſtrauit, veniam pro rege poſtulans. Illa autem gaudens de faucibus ſæculi ſe ereptam, benigne indulget, & ſe Dei aptat ſeruitio, expedita ad ſequendum Chriſtum quocunque ierit.

Clotha[rius] ...dol[et] ...oluiſ[se] à mo... ...tio ...e.

Qualiter autem ſe geſsit per ſingula, quis enumeret infinita? Hæc etiam in menſa ſub ſiadone ſiligineum panem abſconſum vel hordeaceum E manducabat occulte, ſic vt nemo perciperet. Nã ex illo tempore, quo beato Medardo conſecrante velata eſt, vſque ad infirmitatem, nihil præter legumen & olera, non pomum, piſcem, vel ouum, vel aliud eſui habuit, potum vero præter aquam mulſam atque pyracium non bibit. Tunc vero more ſancti Germani, iubet ſibi molam afferri ſecretiſsime, in qua tota quadrageſima tantum laborauit, quantum quatriduana refectio poſtulabat. Balneo parato ipſa ſuccincta ſabbato capita lauabat F egenorum, defricans quicquid erat cruſtæ ſcabiei vel tineæ, nec purulenta faſtidiens, interdum etiam vermes extrahens, purgans cutis putredines: ſigillatim capita pectebat ipſa, quæ lauerat. Egredientibus exinde, ſi cui inueterata eſſent indumenta, tollens raſa, noua reddebat, ante panno ſos, faciebat cultos venire ad prandium: quibus congregatis miniſterio parato, ipſa aquam ſiue mappam ſingulis porrigebat, & inualidis ipſa

Mira eius abſtinentia ...it. vitæ ...c. 56.

Erga egenos ſingularis humanitas.

A pariter os & manus tergebat. Hinc tribus ferculis allatis, ſtans ante prandentes ieiuna, præſens conuiuis, ipſa incidebat panem, carnẽ, vel quicquid apponeret. Languidis autem & cæcis non ceſſabat ipſa cibos cum cnclearibus porrigere. Mulieres variis lepræ perfuſas maculis comprehendens, in amplexu oſculabatur, in Deo eas toto diligens animo. Recedentibus præbebat auri vel veſtimenti ſolatia.

A.C.600.

Prima Quadrageſima qua ſe clauſit in cellula, donec fuiſſet tranſacta, panis non ſumpſit cibaria niſi die Dominico, ſed tantum herbas aut olera B de maluis, ſine olei gutta, ſine ſale cõdita. Verum aquæ toto ieiunio nec duo ſextaria, ſumens tanta ſiti laborabat, vt faucibus deſiccatis vix pſalmos diceret arida. Cilicium autem habens ad corpus iugiter decantans peragebat vigilias, ante ſe habens cinerem ſtratum, ſuperiecto cilicio hoc vtebatur pro lectulo. Manicam, qua brachium indueret non habebat, niſi quod de caliga ſua duas manicas fecit, ſed ita ſe tractabat, vt hæc nec abbatiſſa ſentiret. Adhuc monachalibus omnibus ſoporatis calciamenta tergens, & vngens tranſmittebat per ſingulas cellas. De officiis autem C monaſterialibus nihil ſibi placuit, niſi prima ſeruiret, & ipſa ſe caſtigabat, ſi bonum feciſſet poſt alteram. Ergo ſuis vicibus ſcopans monaſterij plateas vel angulos, quicquid erat fœdum purgans, ſarcinas, quas aliæ horrebant videre, non abhorrebat euehere: ſecretum etiam opus purgare non tardans, ſed ſcopans ferebat ſtercoris fœtores. Credebat ſe minorem ſibi, ſi ſe non nobilitaret vilitate ſeruitij, ligna ſupportans brachũs, focum flatibus & forcipibus admouens, [calens nec læſa ſe retrahebat, extra ſuam hebdomadam infirmantibus ſeruiens ipſa, cibos deco- D quens, ægrotis facies abluens [ipſa calidum porrigens viſitabat, quas fouebat, ieiuna rediens in cellulam.] Hinc conſummatis conuiuiis ipſa vaſcula diluens, purgans nitide coquinam.

Abſtinentia eius in quadrageſima. cap. 17.

Miniſteria vilia exercet.

cap. 18.

Ad omnes faciebat humanitatem pedes lauans & oſculans, & adhuc omnibus proſtrata deprecabatur veniam pro commiſſa negligentia. Poſt tot labores quas ſibi pœnas intulerit, ipſa vox, quæ refert, perhorreſcit. Quadam vice tranſlatos ſibi circulos ferreos diebus quadrageſimæ collo vel brachiis innexuit, & tres catenas inſerens circa ſuum corpus dum alligaſſet ſtricte, incluſit durum ferrum caro tenera ſuccreſcens. Et tranſacto E ieiunio cum voluiſſet ſub cute clauſas catenas extrahere, nec valeret, caro per dorſum atque pectus ſuper cathenarum ferrum eſt inciſa per circulum, vt ſanguis fuſus ad extremum exinaniret corpuſculum. Inde iuſsit vice altera fieri laminã de orichalco in ſignum Chriſti. Quam accenſam in cellula locis duobus corporis altius ſibi impreſsit tota carne decocta. Sic ſpiritu flammante membra faciebat ardere. Aliquid adhuc grauius in ſeipſa tortrix excogitans, vna Quadrageſima F ſuper auſterum ieiunium & ſitis torridum cruciatum, adhuc lima cilicij tenera membra ſetis aſperis diſsipante, iubet portari aquimanile ardentibus carbonibus plenum. Hinc deſcendentibus reliquis trepidantibus membris animus armatur ad pœnam, tractans quia non eſſent perſecutionis tempora vt martyr fieret. Inter hæc vt refrigeraret tam feruentem animum, incendere corpus deliberabat. Apponit æra candentia, ſtridunt

Grauiſsime corp[us] torquet.

A.C. 600.

cremantia membra, conſumitur cutis intima, quò attigit ardor, fit foſſa, tacens tegit foramina, ſed computreſcens ſanguis manifeſtabat, quòd vox non prodebat in pœna. Sic fœmina pro Chriſti dulcedine tot amara libéter excepit. Hinc actum eſt, vt quod ipſa abdiderat miracula non tacerent.

Catalog⁹ virtutum eius ex li. 2. Vin. ca. 89.

Intantum de corde vel ore eius laus Dei non diſcedebat, vt cum quadam die vidiſſet poſticariam monaſterij tranſeuntem nomine Codegundem, vbi eam voluit appellare pro eius nomine; alleluya clamabat. hoc millies fecit. Nunquam mendacium, nunquam maledictum ab eius ore contra qualemcunque perſonam prolatum eſt, non ſolùm non detraxit cuiquam, ſed nec detrahentem audiuit. Patienter pro perſequentibus ſe ſemper orauit, & orare alios docuit. Nunquam impoſuit alicui, quod ipſa prius non fecerit. Vndecunque ſeruus Dei veniſſet, ſollicite perquirebat, qualiter Deo ſeruiret. Si quid vero noui cognouiſſet ab eo, quod ipſa non faceret, continuò cum omni alacritate ſibi prius impoſuit, & poſt congregationem tam verbo docuit, quàm exemplo oſtendit. Cum ante eam pſalmus ceſſaret, lectio nunquam diſceſſit. Dum nocte quaſi vel vnius horæ ſpacio videretur ſomnum capere, ſemper tamen lectio legebatur. Vbi autem à lectione ceſſaſſet, mens ad Chriſtum intenta dicere videbatur. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Cantic. 5.

Eius miracula ex li. 2. Vinc. c. 90.

De miraculis eius. Mulier quædam cum inimici inuaſione grauiter laboraret, & vix ad ſanctam potuiſſent rebellem hoſtem adducere, imperat aduerſario, vt ſe ſuo cum tumore pauimento proſterneret. Mox ad beatæ ſermonem in terram ſe deficiens, qui timebatur extimuit, & expulſus eſt. Et quia in rebus minimis eſt gloria creatoris, ergo caſu dum glomus, quem ſancta filauerat, penderet de camera, veniens ſorex vt tangeret, antequam filum incideret, mortuus pependit in morſu. Rogauit beatiſſima de loco ſuo euelli arborem validam lauri, & ad ſuam cellulam pro iucunditate transferri: quo facto tranſplantata non adhærente radice fit tota foliis arida. Cui abbatiſſa iocularitet imputat, quod niſi exoraret, vt arbor terræ adhæreret, ſe à cibo ſuſpenderet, quod non inaniter dictum eſt. Nam ſancta intercedente, foliis, ramis & radice laurus ſiccata reuiruit.

Item cum dicta ſancta clauſa eſſet in cellula, audiuit fletum de mortua monacha infantula. Cuius cadauer ſancta ad cellulam ſuam compatiens ferri mandauit, iubetque omnes diſcedere. Intereà dum exequiæ pararentur, mortuæ per ſeptem horas tractat corpuſculum, & orans illam vitæ reſtituit & ſaluti.

Multa miracula eff ficit ligni Crucis, li. 2. vitæ, 2 iuſdem.

Cum autem ad imperatorem miſiſſet pro portione ligni ſalutiferæ Crucis, & de ea tuliſſet, Pictauis in ſuo monaſterio collocauit. Ad cuius ligni præſentiam miracula plura oſtenſa ſunt. [Pro cæleſti autem hoc munere miſit vnum presbyterum cum aliis, qui gratias ageret imperatori.] Sed nuncij per mare nauigantes cum iter agerét, facta eſt magna procella, ita vt nauis eorum quadraginta diebus & noctibus in medio maris periculis ſubiaceret. Qui deſperantes de euaſione ſanctam Radegundem inuocauerunt in adiutorium ſuum. Et ad inuocationem nominis eius columba apparuit, quæ circuiens nauem, famulos eius de mortis iamuis vitæ reſtituit. Ipſa autem hora, qua migrauit à ſæculo ſancta, tribuno fiſci, qui Demolenus vocabatur, dum ſuffocationis languore totus deficeret, in ſopore apparuit ſancta, tangéſque fauces eius ſanauit, iubens, vt quos in carcere habebat ſeptem homines relaxaret. Qui euigilans, & ſanum ſe inueniens, exiſtimauit ſanctam illa hora migraſſe. Vnde & nuncium mittens id inuenit, & de carcere liberatos illos abſoluit. Viuo berga vna eius famula fuit, quæ auſu temerario in cathedra beatæ reginæ poſt eius deceſſum ſedere præſumpſit. Quo facto, iudicio Dei percuſſa ita ardebat, vt viderét omnes fumum de ea in altum procedere; & illa coram omni populo confitens ſe clamaret peccaſſe, & propterea ardere; quia in beata ſede conſederat. Tribus ergo diebus & noctibus incendium paſſa vociferans clamabat. Domina Radegundis peccaui, male egi, ignoſce mihi, refrigera mihi membra duro cruciatu exuſta. In tanta pœna eam omnis populus videns, pro ea deprecabatur. Sícque beata ad preces omnium indulgens benigne ignem feruétem compeſcuit, & illa ſoſpex domum rediit. Huius ſanctæ tranſitus recolitur idibus Auguſti.

A.C. 600.

Horrēdū ſupplicium famulæ eius loco reſidētis, ex lib. 2.

De S. Brendano Vinc. ex Sigeb. lib. 21. cap. 93. & De S. Maclouio cuius vitam ex Sigeber. Gemblar. edidit Sur. tom. 6. ex quo Vincen. hæc excerpſerat aliqua ex parte.

§. V.

EO tempore, vt ait Sigebertus, in Scotia Brendanus claruit; qui fortunatas inſulas ſeptennali nauigatione perquirens, multa miraculo digna vidit. A quo Machutes, qui & Maclouius, regulariter inducatus, & ipſius nauigationis ſocius in Britannia ſanctitate & miraculis claruit. Hic vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 22. parentibus generoſis in Britannia quadrangula eſt ortus, matre, vt fertur, iam decrepita, id eſt, 66. annorum: quæ ſoror erat Haymonis, patris ſancti Samſonis. Hunc Maclouium S. Brendanus abbas baptizans, ſpiritualem filium ſpiritualiter educādum deinceps accepit, & literis erudiuit. Qui licet ætate tener, animo tamen fortis erat, & ſtabili grauitate fundatus, igneúmque vigorem corpuſculi in ſe validum feruere teſtabatur: ita vt dum eius cōdiſcipuli præ nimio frigore ſtridere dentibus videbantur, ille ſpiritu feruens omnibus horis calebat in corpore.

Bredanus & Maclouius.

Itaque more puerorum ipſe & condiſcipuli ad littus maris perrexerunt, vt laborem diſciplinæ iocandi licentia releuarent. Sed cum cæteri ante inundationem maris continue æſtuantis fugerent, & ludum relinquentes ad ſcholas redirent, puer ſanctus dormiens ſuper faſcem algæ remanſit in littore. Cúmque appropinquaret mare, minime eum tangens circundedit, nutuque diuino quantum circa concreſcebat, tantum locus littoris, ſuper quem ille iacebat, exaltabatur. Tandem puer præ horrore ſonitus fluctuum euigilans, dum circumſpiciens neminem videret, condiſcipulos nominatim inclamare cœpit. Cui cum nemo reſpōderet, ſecum ait. Deus omnipotens, vbi nunc poſitus ſum ego? ne derelinquas me, ſed adiuua me.

Maclou⁹ in medio mari in algæ faſce dormit. Hoc habet Sige. c. 3. & Vincen. c. 94.

Interea magiſter quærebat à diſcipulis ſollicite, vbi eſſet alumnus eius cariſsimus. Quibus reſponden

A.C.600.

ſpondentibus ſe neſcire, ingemuit ille timens A eius ſubmerſionem. Et iam imminente veſpere cum ſcholaſticulis ſuis ad littus maris perrexit, cœperuntque per vndas maris circumquaque cōſpicere, ſi forte vel cadauer pueri videre contingeret. Et non inuento eo ad monaſterium redeūtes, exequias pueri quaſi iam mortui celebrarunt. Sed ſancto Brendano nocte oranti apparuit angelus, ſignificans ei puerum ſaluum inter vndas maris. Ecce enim (ait) pro conſeruatione pueri facta eſt, vbi iacebat dormiens, perpetua inſula. B Tūc ſanctus Domino gratias agens mane cum fratribus ad littus abiit. Ibique puerum in ſuperiori loco inſulæ odas Domino concinentem proſpexit, & gaudens eum ſalutauit. Qui omnes ad benedicendum Deum inuitans addidit. Nunc ſaltem vna die permitte me manere, vbi pietas Saluatoris miraculo me dignata eſt illuſtrare. Sed & pſalterium meum, vt mecum habeam, afferte, & ſi non eſt modus, quo ad me deferatur, illud in mari deponite. Quod cum magiſter ſanctus in mare miſiſſet, faſcis algæ, ſuper quam iacens dormitauerat, accurrit, & ſuper ſe pſalterium excepit, & C ad inſulam aquis non madidum puero præſentauit.

Vt i magiſtro ſuo repertus fecit. ca. 94.

Cum autem ad requiſitionem parētum ſanctus Brendanus eum vellet eis aſsignare, puer lachrymabiliter ait. Magiſter ſancte, & mihi pre parentibus venerande, nonne cum euangelium legeretur audiui. Nolite vocare vobis patrem ſuper terram? Sicque parentes eum cum magiſtro dimiſerunt. Cum vero quadam nocte ſurgens, vt ante magiſtrum candelam accenſam in lucerna, vt moris erat, ad eundum in eccleſiam in matutinis deferret, & pro ea accendenda ad lucernam ſeu lā- D padem accederet, alij pueri conſocij inuidia inſtigante extinxerunt focum, vnde lumen accendere debebat, cupientes eum ob hoc à magiſtro verbera perpeſſurum. Quo comperto, puer ambigens quid ageret, ſaltem mortuos carbones in ſinum collegit, & ſubito ignis inter illos erupit, à quibus illæſum permanſit veſtimentum eius, & reuerſus ad magiſtrum reperit candelam ab angelo illuminatam. Itaque omni vita ſua virgo permanens, monaſticum habitum induit, & demum poſt longam nauigationem ad patriam redeuntem ſanctum Machutem miraculis coruſcā- E tem reges & nobiles illius prouinciæ ad epiſcopatus apicem elegerunt. Qui ſolenniter ordinatus ſacrum officium aliquamdiu fœliciter adminiſtrans, naualibus iterum apparatibus inſtructus ad quādam inſulam cum quodam magiſtro ſuo Brendano peruenit, vbi ſepulchrum miræ magnitudinis inuenerunt.

Mat. 23.

Diuinitus cādela ei accēſa eſt cap. 96. & Sige. in vita ca. 4.

Proficiſcitur cū S. Brēdano ad inſulas Fortunatas. Vinc. cap. 47. & Sig. cap. 8.

Tunc ſanctus Brendanus cum fratribus ſuis beatum Machutē poſcebat, vt corpus illud quodcunque foret tumulatum oratione ſua ſuſcitaret. Qui cum ſe primo ab hoc opere excuſaſſet, ne inobediens magiſtro videretur, cum lachrymis ſe F proſternens & orans mortuum ſuſcitauit giganteæ ſtaturæ. Qui interrogatus, quis fuiſſet, & cuius conditionis, reſpondit ſe nomine Milduinum paganum, & idololatram fuiſſe, tormenta etiam, quæ cum aliis perditis ſuſtinebat, enarrauit, & quod meritis beati Machutis inde ereptus eſſet. Cōfitebatur quoque Chriſtum verum Deū eſſe, & filium Dei. Iudæos quoque eius crucifixores plus cæteris cruciatos. Suſcitatum igitur ſe intelligens virtute deitatis, aqua & ſpiritu renaſci flagitabat. Eruditus ergo ab eo in fide baptiſmum ſuſcepit, qui poſt tempus modicum quieuit in domino. Patriam demum redire diſponentes, carinam à ſtatione ſubmouerunt, & illuceſcente ſacratiſsima die Paſchæ circumſpicientes quaſi mo ditam inſulam ad eam applicuerunt. Ibique ſuggerentibus fratribus Miſſarum ſolennia celebrare cœpit. Cúmque fratres pſallendo miſſam canerent, peruētum eſt miſſali ordine ad orationem dominicam. Tunc ſubito tota illa, quæ videbatur inſula, commota eſt. Erat autem bellua ex iis, quæ cete dicuntur, abyſſi incola, tantæ magnitudinis, vt crederet paulo ante inſulam eſſe, vel terræ ſpacium aliquod non modicum. Aduertentes deſuper ſtantes viuum animal eſſe, exterritis omnibus, ſeque iam mergendos & gluttiendos clamantibus, vir Domini fidens in Deo imperterritus ſtetit, donec expleta Miſſa fratrum cateruam confortare cœpit, proponens eis Ionam prophetam in ventre ceti triduo illæſum ſeruatum, diuináque adeſſe ſuffragia vbi deſunt humana. Diffugientibus ergo cunctis ad nanim, ſanctus vir ſe in oratione proſtrauit, rogans Deum, vt cetum illud immobile faceret, donec illa congregatio fratrū illæſa euaderet. Sicque factum eſt, vt immobilis permaneret.

A.C.600.

Homo dānatus reſuſcitatur & baptizatur.

Idem ſanctus Machutes cum in vigilia Paſchę Miſſam celebraret, ante fores Eccleſiæ cadauer homines portantes vſque ad conſummationem Miſſæ ſubſiſtere mandauit. Qua expleta oratione ſua mortuum illum vitæ reſtituit. Cumque ſuſcitatus ſitiens potum vini poſtularet, vaſculū marmoreum ſanctus iuſſit afferri aquæ plenum. Qui D epiſcopali benedictione vas marmoreum conuertit in vitreum, & aquam in eo in vinum optimum. Et cum per Britanniam tranſiret prędicans verbum Dei, inuenit ſubuculum mœrentem, eo quod iactu lapidis porcam occidiſſet, eo quòd meſſes importuna voraret. Cui incumbebant ſeptem ſuilli, nec lac nec quicquam à mámillis eius elicere valentes. Huic compatiens ſanctus Dei cuſpidem baculi ſui miſit in aurem ſcrophæ, ſicque reuixit, & filios enutriuit. Item cum in quodam loco multa fuiſſent ei & ſuis allata, inter cætera ruſticus quidam aſellum donauit ad ligna ferenda ex ſylua, quem quadam die lupus occidit E & comedit, ſed ſanctus Dei in ſyluam pergens, vbi lupus receſſerat, lupum fecit ad ſe venire, atque ſalmam lignorum pro aſello impoſuit deferendam. Qui domeſticum animal effectus, officium aſini in ferendis ſalmis agebat. Complura alia Dominus per eum fecit, demum ſancto fine quieuit 17. Cal. Decembris.

Mortuū ad vitam reuocat. Vinc. cap. 99 & Sig. cap. 13.

Salma, id eſt ſarcina aſini vel iumēti.

Colitur 15. Nouē.

De S. Samſone Dolenſi epiſcopo. cuius meminit Sigeb. in vita S. Maclouij, & in Chron. ex quo Vinc. lib. 21. cap. 105. de hoc etiam ſequēti §. fit mentio.

§. VI.

TEmpore illo Samſon Dolenſis archiepiſcopus conſanguineus beati Maclouij, & ſucceſſor Samſonis Maglorius, qui de tranſmarina Britānia ad Ciſmarinā tranſierant, claruerunt ſanctitate & miraculis. Hic Samſon, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. 22. ex geſtis eius, de Metiana prouincia nobilibus parentibus fuit ortus ex matre

A.C.600.

Anna ſterili,& patre Amonio. Ipſique matri reuelatum eſt à Domino talem filium cōcepturam, cui Samſon nomen imponeret,qui magnus in cōſpectu Dei eſſet futurus,& ſacerdos ſanctus. Hic igitur conceptus & natus cum eſſet annorū quinque,& ſcholas adire voluiſſet, pater contradixit ne clericus fieret,ſed cęleſti increpatione per ſomnium admonitus eſt, vt à ſcholis non reuocaret. Fuit ergo ſub magiſterio egregij Britannorū magiſtri Elchuti nomine,qui ex diſcipulis erat ſancti Germani. Hic erat omnium ſcripturarum noui & veteris teſtamenti & omnium artium philoſophiæ cunctorum Britannorum ſapientiſsimus. Itaque literis puer apud eum eruditus, cum eſſet annorum circiter quindecim, ieiunijs & vigilijs plus omnibus ſe exercebat,ita quod ſæpe biduana ieiunia facere contendebat.

Elchuti doctrina eximia.

Quadam die dum æſtiuo tempore fratres ad mala herbarum germina purganda egreſsi fuiſſent de meſſe, coluber quidam de tubo egrediēs fratrem vnum momordit in inguine, móxque in terram cecidit ſemiuiuus. Et cum de vita deſperaretur à cunctis, Samſon adueniens, & pro eo per trium horarum ſpacium Deum orans pro eius incolumitate, ipſum ſanitati reſtituit ad plenum. Cum autem ordinaretur à Domino Dubrutio papa, id eſt epiſcopo, in diaconem præfatus Samſon, viſa eſt columba ſuper illum deſcendere,& immobilis permanere. Idémque contigit cū in presbyterū tempore ſuo fuit promotus. Quanto autem ad maiorem gradum aſcendebat, tanto & in arctioris abſtinentiæ tramite ſe inſerebat. Qui etiam libidinoſa incentiua in adoleſcentiæ ſuæ flore vincens voluntariam carnis munditiam pro natura habebat,nec vnquam aliquid alicuius animalis in vita ſua tota guſtauit. Inuidia quoque ex fratribus poculum veneno infectum(cuius malitia experimento cuiuſdam animalis ex eo mortui oſtenſa fuerat) ſibi oblatum mortiferum bibens in nullo læſus eſt. Sed cum ille, qui tantum ſcelus operatus eſt in ſanctum, pœnitentiam nec ſecum ageret,vindicta Dei affuit velox. Nam dominica die ſequenti de manu Samſonis communicās,cum buccella introiuit in eum Sathanas terribiliter vexans,ita vt ſe diſcerperet,turpitérque nudaret,ac labia ſua dentibus laniaret. Sed Dei viro Samſone compatiente, & pro eo lachrymis exorante,liberationem eius obtinuit,mali perpetrati pœnitentiam coram omnibus agentis.

Vt ad ſacros ordines ſit promotus,cap. 103.

Totam vero noctem ſanctus fere ducebat inſomnem,lectione ſcripturarum & meditatione ſe occupans, & ſiquando quieſcere opus eſſet vt homo, ſeipſum parieti aut alicuius rei duræ firmamento inclinās nunquam in lecto dormitabat. A Deo autem inſpiratus,longum iter aſſumpſit, vt viſitaret patrem ſuum infirmatū, & per ſyluā tranſiens ſocium ſuum cuiuſdam monſtroſi animalis eis occurrentis timore & horrore ad terram prolapſum & ſeminecem, oratione ſua ſoſpitati reſtituit. Demum ad domum patris ſui Amonij peruenit. Qui in aduentu eius plurimum gauiſus, capitale crimen quod in ſe celauerat, in medium publicauit, & ad ſeruiendum Deo ſe deuouit, & caput ſuum tondere fecit, ſed & vxorem ſuam Samſonis matrem cum quinque eorum filijs fecit altiſsimo famulari, vnam autem ſororem tunc paruulam, quam præcognouit voluptatibus implicandam,mandauit tamen nutriri, quia creatura Dei. Exinde ad monaſterium, priſtinum remeans,in nemore ſerpentem terribilem inueniens contra eum flammeo capite ſpirantem ſigno Crucis occidit. In ſuo autem monaſterio abbas creatus ſecundum regulam, & ſanctum vitam fratres ſuos verbo & exemplo viuere docuit. Indeque poſt annum cum dimidio vaſtiſsimam ſolitudinem intrans ſolus habitare decreuit,vt Deo frequentius frueretur, vbi & fontem aquæ oratione ſibi procurauit.

Vt patrē ſuum viſitans ſalutis ei cauſam affert. cap.109.

A.C.600.

Rediit in monaſterium quid egerit. cap.11.

In viſione autem nocturna apparuerunt ei tres epiſcopi, diademate aureo coronati, eccleſiam intrantes, quorum nomina ei ſciſcitanti dixerunt eſſe Petrum, Iacobum, & Ioannem, & ad eum epiſcopum confirmandum aduenisse. Vnde & paulo poſt congregatis epiſcopis cum ſuo metropolitano Dubrucio ad prouidendum eccleſiæ cuidam epiſcopo viduatæ,eis domino reuelante, quod Samſon ad pontificium illud aſſumeretur, ita omnibus placuit in eum aſſentire. Viſaque eſt columba ſuper eum deſcendere, & permanere quouſque ordinatus in epiſcopum fuit, viſumque eſt Dubrucio,& duobus egregiis monachis, cum miſſam celebraret ſolemniter, ignem de aure & naribus eius exire. In miſſa autem eius ab ea die,qua fuit presbyter ordinatus, angeli altaris & ſacrificij eius erant miniſtri.

Demum in paſchate miſſam eo ſolemniter celebrante, apparuit ei angelus domini, qui eum confortauit, admonuitque vt vltra mare proficiſceretur. Qui iter aſſumens, matrem in via viſitans, inuenit & ſororem à matre ſeparatam, & adulterio pollutam. Vnde & in hoc malo perdurantem excommunicauit, & poſt doctrinam & miracula nauigio demum venit in Britanniam minorem, deſcendenſque de naui prope portum inuenit quendam plorantem, & ad mare aſpicientem, ad oſtium tugurij ſui manentem. Qui percunctatus ab eo cauſam mœroris, habeo (inquit) in hoc tugurio vxorem leproſam, & filiam dæmoniacam, & virum expecto tranſmarinum, qui iſtas ſanare debeat,prout mihi promiſſum eſt. Ingreſſus ergo vir Dei tugurium, & ſuper illas orationem fundens reſtituit ſanitati. In illis ergo partibus monaſterium fundauit Dolenſe nuncupatum, vbi plurimis ad Deo ſeruiendum collectis,& diebus & noctibus à colloquiis diuinis & oratione non ceſſans, ieiunijs & vigilijs vacans, quieuit in pace miraculis clarus.

Vt angeli admonitu ſit peregrinatus. ca.113.

Colitur 28. Iulij.

De S. Ethbino, cuius vitam ab incerto quidem auctore ſcriptam, ſed fide digna edidit Sur. tom. 5. ex quo etiam Vinc. lib. 21. cap. 114. hæc excerpſerat.

§. VII.

Hic ſanctus,vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 22. in Britanniæ partibus fuit natus,& in domo patris ſui viri nobiliſsimi vſque ad decimumquintum annum artibus liberalibus eruditus. Quo ſcilicet patre eius mortuo, mater eius ad ſanctum confugit Samſonem,qui eam ſacro velamine conſecrans, Deo dicauit, & filium ſuum Ethbinum comam capitis radens clericauit. Qui annis aliquot cum eo manens,ei iugiter ſeruiens, eo quadam die celebrante audiuit verba domini in euangelio dicentis. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſsidet non poteſt meus eſſe diſcipulus.

A.C. 600.

lus. Hac vóce compulſus cuncta reliquit, & ad A
ſanctum Similianum abbatem peruenit, habitū-
que monachalẽ de manu eius ſuſcepit, & in Tau-
taco monaſterio ſub iugo domini ceruicem ſuam
Inclinauit. In quo, ſcilicet monaſterio, habitabat
ſanctus Vignalocus ſacerdos & monachus, cui
iuſſu abbatis Eccleſiam vno miliario diſtantem à
monaſterio viſitare, ibíque hoſtias domino offer-
re conſuetudo fuit, & ad hoc ſecum ſanctum
Ethbinum ſociauit diaconum.

Quadam igitur die dum irent, inuenerunt le-
proſum in meſſe iacentem, totum vulneribus ple
num, flebili voce ab eis auxilium poſtulantem. B
Qui requiſitus de infirmitate ait. Graues dolores
quatiuntur in corpore, ſed inſuper vnus dolor eſt
tam nociuus, vt ſi hunc diem ſine eius leuamine
tranſiero, mortem proximam exiſtimo. Nares e-
nim meæ plenæ ſtercoris cõcremantur ardore in-
firmitatis. Tunc Ethbinus eum per latera arri-
piens, à terra ſurſum erexit, & Vignalocus ma-
nus eius ad nares porrexit. Sed pauper flebili vo-
ce clamare cœpit. Noli ſenior, manibus tuis na-
res capere, quia dolor non permittit. Sed ſi dolo-
rem meum leuare volueris, neceſſe eſt, vt in
ore tuo nares meas mittas, & ita traxeris. Tunc C
ille meritis exaltatus humiliauit ſe, & quando pu-
tauit dolorem pauperi alleuiare, ore ſuo carnem
excepit filij Dei. Mox ergo, vt ad ſe traxit, petra
mirabilis in os eius cecidit. Beatus autem Ethbi-
nus, per latera dominum tenens, ſurſum aſpexit,
cœlum apertum vidit, & in capite Domini, quẽ
tenebat, ſancta crux apparuit, angelóſque do-
mini obuiam venire vidit. Tunc ſacerdoti ait.
Pater ſancte, ipſum quem teneo manibus, & tu
ore, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui
pro nobis ſemetipſum tradidit, eſſe crede. Cúque
dominum vellent manibus tenere, eleuauit ſe in D
nubibus dicens. Non me erubuiſtis ſerui mei in
anguſtiis meis, nec ego vos erubeſcam in regno
patris mei. Hæreditas veſtra mecum eſt, & iis, qui
memores veſtri fuerint in orationibus veſtris ſa-
lus in regno meo. His dictis euanuit ab oculis
eorum, & receptus eſt in cœlum. Cumque ma-
nerent ſtupefacti, alter alteri cœpit attribuere
miraculum. Vignalocus Ethbino propter perfe-
ctam eius obedientiam, vt nil prætermitteret ſi-
bi mandatum. Ethbinus Vignaloco propter eius
quotidianam miſſæ celebrationem.

Christus in ſpecie leproſi ei apparet.

Denique cum Franci vaſtaſſent Britanniam,
Ethbinus Hyberniæ partes petens: in * ſylua, E
quæ Noctenſis dicitur, vt pauper peregrinus, tu-
gurium fecit, & eccleſiam fabricauit, in qua Do-
mino militauit. Et quadam die claudum ab eo
eleemoſynam petentem, in nomine Chriſti ſana-
uit. Quædam etiam mulier pro ſanitate filij ſui
paralytici, poſtulauit. Cui reſpondit Ethbinus.
Nos peccatores, non poſſumus hoc miraculum
facere, hoc in vſu non habemus. Sed ſi vis ſanari
filium tuum, perduc eum ad ſanctæ Brigidæ ſe-
pulchrum. At illa inquit. O pater iam eum illuc
portaui, ſed nocte quadam audiui vocem dicentẽ F
mihi, vt ad te accederem. Ingreſſus igitur orato-
rium pro eo ad dominum preces fundens, ſanita-
ti reſtituit. Vixit autem in eodem loco ſanctus
vir annis viginti miraculis coruſcans. Tantæ au-
tem abſtinentiæ fuit, vt in eum cibus non intra-
ret in hebdomada, niſi tantum feria quinta panis
& aqua. Vinum autem non bibebat, niſi cum

* alias inſula.

communicabat. Cumque eſſet iam octoginta triũ
annorum, acri dolore fatigatus conuocatis fratri-
bus obitum ſuum prędixit, eiſque Deo commen-
datis ante altare ſpiritum reddidit xiiij. kalend.
Nouembris.

Colitur 19. Octo.

De S. Baſolo, de quo in Martyr. vt Vſuardi fit mentio, hæc autem habet Vinc. lib. 21. cap. 116.

§. VIII.

ANno Iuſtini imperatoris ſecundo, vt ait Si-
gebertus, Baſolus abbas, & Syndulphus
presbyter, & recluſus in Francia claruerunt. Hic
Baſolus (vt refert Vincen. ſpe. hiſt. li. xxij. ex ge-
ſtis eius) in territorio Lemouicino ortus, cum
tempore adoleſcentiæ ſacri tyrocinij incrementa
contigiſſet, ad diuinæ ſeruitutis opus totum ſe
conuertit. Cumque extra loci illius fines pedem
peregrinaturus mouiſſet, apparuit ei angelus do-
mini ſocius itineris, quo duce ad Remenſem vrbẽ
peruenit, vbi pontificatum tenebat ſanctus vir
C Egidius poſt beatum Remigium quartus. Hunc
rex Francorum Chilpericus, & regni proceres
valde diligebant. In ea igitur altercatione, quæ
inter Chilpericum & Childebertum de princi-
patu regni fuerat oborta, idem præſul Chilperici
regis auxilio non defuit. Vnde & multa poſt ad-
uerſa ſuſtinuit. Ab hoc vir Dei Baſolus honorifi-
ce ſuſceptus, petiit ab eo ſecretius ſibi concedi
habitaculum, eo quod haberet propter turbas po-
pulum vitandi propoſitum. Et primo quidem
eiuſdem pontificis gratia & authoritate, in quo-
dam cœnobio ad radices montis Remorum mo-
D naſticam vitam duxit. Et cum de virtute in vir-
tutem ſublimiter excreuiſſet, volens ſolitariam
aggredi vitam, in nemoroſi montis cacumine cel-
lam ſibi cum oratorio conſtruxit, vbi per quadra
ginta annos habitans ſingulariter, contra anti-
quum ſerpentem fideliter dimicauit. Et cum aquę
penuria ibi laboraret, ad Deum deuotè conuer-
ſus orauit. Mox dicto citius fons in eodem loco
fluere abundantiſsime cœpit hauſtu dulcis & in-
firmis ad potandum ſalubris.

S Baſolus ſecedit in Eremum.

Cum autem Attila quidam diues & præpotens
gratia venandi ſyluam illam intraſſet, miræ ma-
gnitudinis aprum fugientẽ inſequitur. Qui mon-
E tem aſcendens ad cellam viri Dei peruenit, &
omni feritate depoſita, ante pedes prouolutus
ſtetit, quaſi præſidium vitæ ſuæ implorans. At
ille eius miſertus, tanta inſecutores beſtiæ virtu-
te vno in loco fixit, vt beſtiam ſibi proximam
oculis cernerent, & tamen omnino contingere
non valerent. Tunc Attila cognita Dei virtute,
veniam prȩſumptionis flagitans, quicquid circa
locum ſui iuris fuit, nonnulla etiam poſsidenda
prædia ſancto viro contulit.

Homo quidam pro crimine commiſſo diiudi-
F catus, & patibulo ſuſpenſus, cum iam in extre-
mis ageret, inter laqueos huius ſancti confeſſoris
ſibi ſubito memoriam incidit. Voce igitur, qua
poterat adſtrictus, totis præcordiis ſanctum Ba-
ſolum inuocat, & vt ſibi ſubueniat lachrymabi-
liter poſtulat. Mox laqueus rumpitur, & ille ab
alto labitur. Super omnes ſtupor ruit, & liber ille
à morte recedit.

Colitur 26. Nou.

De S.

A.C.600.

De S. Amando. cuius vitam ſcripſit Milo monachus, tom. 1. Sur. ex quo Vinc. lib. 21. cap. 119. multi item alij de eo ſcripſerunt, quos vide in annot. Ioan. Mo. in Vſuar. Martyr. obiit anno 661. A

§. IX.

ANno Iuſtini imperatoris ſexto ſanctus Amandus naſcitur. Hic vt refert Vincen. ſpec. hiſt. vbi ſuprà, ex nobilibus parentibus ortus, ab infantia ſacris literis eruditus, parentes ſuos reliquit, & in quodam monaſterio habitum religio- B nis aſſumpſit. Qui dum quadam die circa monaſterium ambularet, repente quemdam maximum ſerpentem inuenit, quem ſtatim virtute crucis, & orationis ad foueam ſuam, nunquam inde exiturum coegit redire. Poſtea egrediens de monaſterio illo cauſa peregrinationis, venit Turonos ad ſepulchrum beati Martini, & ibi manſit in quadam cella quindecim annis, cilicio ſemper tectus & aqua & hordeaceo pane ſuſtentatus. Exinde Romam acceſsit ad limina Apoſtolorum viſitanda; vbi cùm quadam nocte in eccleſia vigilare vellet, cum eiecit irreuerenter cuſtos Eccleſiæ. C Qui dum ante fores Eccleſiæ dormitaret, apparuit ei ſanctus Petrus rogans, vt ad Franciam prædicationis gratia remaneret. Quo cum veniſſet, & verbum Dei conſtantiſsime prædicans, multas iniurias eſſet perpeſſus, dum ipſum regem Franciæ Dagobertum de ſuis criminibus increparet, de regno eius expulſus eſt. Tandem cum rex filium non haberet, rogauit dominum, vt daret ei filium, qui ei ſuccedere poſſet in regno. Cum ergo nutu Dei filium habuiſſet, cogitabat rex ſollicite, quis eum baptizaret, & venit in mentem eius ſanctus Amandus, propter hoc diligenter eũ D inquiri fecit. Inuentus ergo regali imperio adductus cum magno gaudio ſuſceptus eſt. Rex autem pedibus eius obuolutus, rogauit, vt ei indulgeret quod in eum perpetrauerat, & filium, quem Dominus ei conceſſerat, baptizaret. Ille vero primã eius petitionem libenter conceſsit, ſed ſecularibus negotiis metuens implicari, ſecundam prorſus renuit & abſceſsit. Rex tamen miſit ad eum ſanctum Eligium & ſocium eius Dadonem, quorum precibus ſatigatus Amandus ad regem veniens eius filium baptizauit. E

S. Amandus Romã venit.

Poſt hæc cum Traiectenſis epiſcopus migraret ad dominum, rex ſanctum Amandum licet plurimum renitentem in Traiectenſi eccleſia in cathedrali ſede ſublimari fecit, vbi cum triennio verbum Dei cõſtanter prædicaſſet, & à pleriſque prædicationem ſuam contemni videret, contemptores ſuos deſeruit, & in Vaſconiam gentem ferociſsimam cauſa prædicationis intrauit. Vbi cũ intraſſet, & ioculator quidam leuis & lubricus prædicationis ſuæ verbis detrahere cœpiſſet, ſtatim à dæmonio arreptus dentibus ſeipſum lacerare cœpit & diſcerpere, & quod iniuriam fece- F rat Dei ſeruo clamans, expirauit. Inde pergens ad aliam ciuitatem, ab epiſcopo ciuitatis humanè ſuſceptus eſt. Cui cum ille epiſcopus cauſa humilitatis & hoſpitalitatis aquam manibus daret, iuſſit ille miniſtro vt aquam illam diligenter cuſtodiret. Credebat enim, quod meritis viri multis foret fidelibus ad ſalutem, quod & ſecutum eſt. Nã & cæcus quidam aqua illa oculos lauans ſubito viſum recepit. Poſt hæc ſanctus Amandus reuertens in Galliam, impetrauit à rege Childeberto A locum, qui dicitur * Manto, vt ibi cœnobium ædificaret. Sed quidam epiſcopus vicinæ ciuitatis moleſte hoc ſuſtinens, iuſsit famulis ſuis, vt eum inde eiicerent, vel certe occiderent. Qui veniẽtes ad eum doloſe ei dixerunt, vt ſecum pergeret, & illi locum aptum ad conſtruendum monaſterium ei oſtenderent. Sanctus autem malitiam eorum agnoſcens, Deo ſibi reuelante, iuit cum eis ad cacumen montis, vbi eum occidere decreuerãt. Nec tamen ſuis hoc ipſe dixerat, quia valde martyriũ cupiebat. Sed orta tempeſtate ſubito pluuiæ & B grandines ita montem texerunt, quod maligni, qui eum diſpoſuerant occidere, penitus nihil viderunt, & iam ſe mori putantes proſtrati veniam poſtulabant, & vt eos viuos abire permitteret, orabant. Tunc ſanctus tamdiu orauit, donec ſerenitate reddita, & viſu recepto ad propria redierunt. Tandem ſanctus Amandus poſt plura miracula in pace quieuit.

Fit epiſcopus Traiectenſis, Vinc. cap. 120.

A.C.600.

*aliàs Nãto.

Colitur 6. Februa.

De S Paulo Leonenſi epiſcopo, ex geſtis ipſius, hæc habet Vinc. lib. 21. cap. 122. & 123. Meminit eiuſdem Vſuar. in Martyr. C

§. X.

SAnctus quoque Paulus Leonenſis epiſcopus beato viro * Hydulto à pueritia eſt traditus doctrina & moribus informandus, ſimul cũ ſancto Samſone poſtea futuro epiſcopo. Hic cum veniſſet ad domum ſororis ſuæ ſuper littus maris Britanniæ ſitam, rogatus ab ea preces fudit ad dominum, quatenus ſtatuto maris fluctus coercerentur alueo, & terra optata aliquo ſibi, & incolis eius inſulæ ampliaretur ſpacio. Cumque ſubito D mare vndas retraheret, & terra ſicca apparere cœpiſſet, ab oratione pariter ipſe & ſoror ſurgũt, & ad ripam accedunt. Tunc Paulus ſorori imperat, vt in manibus lapillos, vſque ad ſummam maris marginem deferat. Nam mille paſſus vel amplius aquis exhauſta terra per eius orationem dilatata eſt. Tum genua in oratione ſuper ripam flectunt. Qua finita Paulus ad mare cõuerſus ait. Lapilli quos in finibus tuis poſui, ſint in ſignum inter me & te, vt denuo nunquam tranſgredi, nec hæc noſtra territoria audeas ingredi. Cuius ſer- E monis imperium vſque hodie ſeruat horridum maris elementum. Cumque reuerterentur domũ, ſubito viderunt præfatos lapillos diuina virtute columnas lapideas miræ magnitudinis factos, vt res ſimpliciter poſtulata redderetur duplicata. Via quoque, quam eo die tenuerunt per medias illas columnas incedentes, adhuc in Britonibus ſemita Pauli vocatur. Quadam die cum iter agerent diſcipuli, grauiter feſſi ſyluas peragrantes aquam exquirunt, nec inueniunt, [quam eis D. Paulus] miraculoſe eis procurauit. Et ſerpentem maximum in maris præcipitium ire coegit. [His & a- F lijs virtutibus clarus ad epiſcopatum licet renitens, promotus eſt, huius feſtum recolitur 4. Idus Martij.

*Hic ſuprà § 6. Elchulus eſt dictus.

S. Paulus mari terminos præfigit.

Colitur 12. Martij

De S. Gregorio Turonenſi, de quo Clerici Turonenſes ſcripſerunt tomo ſexto Sur. & initio hiſtoriæ Francorum, ex quibus & Sigebertus, Vincentius libro 21. capite 124.

A.C. 600.

§. XI.

Hic, vt ait Sigebertus, octauo Iuſtini anno ordinatur Turonẽſis archiepiſcopus, & in omnibus clarus habetur. Ipſe (vt refert Vincen. ſpecul. hiſto. lib. 22. ex geſtis eius) Aruernicæ regionis indigena, cum aliquando de Burgundia ad Aruerniam iter faceret, magna contra ſe tempeſtas exorta eſt, denſus imber in nubibus cogitur, cœlum crebris ignibus micare, & tonitruis reſonare cœpit. Omnibúſque timore pallentibus, Gregorius ſanctorum reliquias, quas indeſinenter collo ferebat, de ſinu protraxit, ac nubibus conſtanter oppoſuit. Quæ protinus diuiſæ dextera læuáque prætereuntes, illæſum iter gradientibus præbuerunt. At ſuperbia, quæ plerumque nutritur virtutibus, iuuenili animo protinus irrepſit. Et quia ſuperbiæ vicinus eſt caſus, dum priuatim gaudens ſuis meritis præſtitum arrogaret auxilium, equus, cui inſederat, illico lapſus ad terram eum grauiter eliſit, ita vt omni corpore contuſus vix poſſet aſſurgere, cauſamque ruinæ intelligens, ſatis deinceps cauit, ne ſe vanæ gloriæ ſtimulus qualibet occaſione deiiceret.

Sanctorũ reliquiis fugat tempeſtatem.

B

C

Hic igitur beati Martini amore flagrans, & paſtorali officio exiſtens idoneus, eius vice cathedram Turonenſem regendam accepit, beato migrante ad Dominum Euphonio, qui eccleſiam rexerat immediate. Eccleſias autem plures ipſe inſtruxit, & libens in laudem ſanctorum, & in expoſitione ſanctarum ſcripturarum edidit, Matricémque eccleſiam, quam beatus Martinus cõſtruxerat, nimia vetuſtate confectam, arcuato ſchemate reparauit, atque hiſtoricis eiuſdem Martini geſtis decorauit. Cum autem aliquando per viam incederet, & crucem auream cum reliquiis collo geſtaret, & cuiuſdam pauperis hoſpitiolum foliis ac ſurculorum cremiis contectum, cremari conſpiceret, illóque cum vxore cum liberis hac & illac curſitantibus, & ſtrepentibus, & aquam eſferentibus flammæ mitigari non poterant. Tunc Gregorius accurrit, & contra flammarum globos Crucem eleuauit, móxque in aſpectu ſanctarum reliquiarum ita totus ignis obſtupuit, vt nec ea, quæ iam apprehenderat, vltra vel ad modicum vſtulare poſſet.

Fit Turonenſis archiepiſcopus.

D

Aliquando ſepulchrum beati Hilarij Gregorius ſupplicaturus adiit, & inde ad viſendum ſanctam Radegundam reginam olim & tunc ſanctimonialem diuertit. Et cum ſecum hi duo incolæ Paradiſi de cæleſtibus loquerentur, oleum quod ante pignora ſanctæ crucis, guttatim illic deſluere ſolebat, ſic in aduentu pontificis auctum eſt, vt intra vnius horæ ſpacium vltra vnum ſextarium exundaret. Porro cum hæc beata regina ad regnũ cœlorum accerſenda eſſet, Gregorius de eius trãſitu nuncium accepit. Et cùm illa eo occurrente migraſſet, ſancta eius membra ſepulturæ locauit. Sexdecim autem annis in epiſcopatu exegerat, cum æquiuocus ille magnus Gregorius in ſede Apoſtolica ſubrogatus eſt, optatáque res eſt, quòd dudum alter alteri ſit familiari amicitia deuinctus. Cum igitur ſacra apoſtolorum limina hic petiſſet, cum magna reuerentia eum Papa excepit. Quem ad beati Petri confeſsionem introducens, ex latere conſtituit, præſtolans donec aſſurgeret. Interim autem (vt erat ingenio profundiſsimus) ſecretam Dei diſpenſationem admirãs, conſiderabat in huiuſmodi homine (erat enim ſtatura breuis) tantam gratiam cœlitus profluxiſſe. Quod ille mox diuinitus perſentiens, & ab oratione ſurgens, placido, vt erat vultu, ad papam reſpiciens, Dominus (inquit) fecit nos, & non ipſi nos. Idem in paruis, qui & in magnis. Cumq; cogitationi ſuæ id ſanctus papa reſponderi cognoſceret, ipſa ſua deprehenſione gauiſus, gratiam, quam hactenus in Gregorio mirabatur, in magna veneratione deinceps habere cœpit, ſedémque Turonicam ita nobilitauit, vt etiam ei auream cathedram donaret, quæ præſtita apud præfatam ſedem in poſterum ſeruaretur. Cum autem moreretur, in tali ſtrato vel loco ſe ſepeliri fecit, vbi ſemper pedibus omnium conculcaretur, nec in vlla reuerentia haberetur. Sed gratia beati Martini talia non ferens, eum de loco illo leuauit, & edito ſibi pulchro mauſolæo ad læuam ſancti ſepulchri ſcilicet Martini digna reuerentia collocauit. Obiit autem 15. Cal. Decembris. Hic deſcripſit hiſtoriam regum Francorum, ex qua multa in hoc opere excerpta ſunt. Miracula quoque beati Martini poſt obitum eius in quatuor libris, & alia plura.

Gregori⁹ ad S. Hilarij ſepulchrũ pergit.

E

F

S. Gregorium Papã inuiſit.

A

In cõfeſſione B. Petri baſilicam & templum introducitur.

Pſal. 99.

B

C

Colitur 17. Nouẽ.

De S. Ioanne, quem ἐλεήμονα Græci, Latini Eleemoſynarium vocant, de quo Metaphra. apud Sur. tom. 1. & Leontius in vitis Patrum, ex quo Vinc. lib. 22. cap. 108. hæc collegit.

§. XII.

Tempore Phocæ imperatoris (vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 23. cap. 108. ex geſtis eius) floruit Ioannes patriarcha Alexandrinus, qui cognominatus eſt Ioannes Eleemoſynarius. Hic cũ eſſet Cypri adhuc iuuenis annorum quindecim, vidit vna nocte in ſomnis puellam ſuper ſolem ſplendidam & ornatam, quæ ſtetit ante lectum ſuum, & eum in latere pulſauit. Qui expergefactus, cum vere videret eam ſtantem, & putaret eã eſſe mulierem, quæ etiam in capite coronam habebat, ex ramis oliuarum, ſigno crucis ſignatus dixit ei. Quæ es tu, & quomodo intrare auſa es ſuper me, cum dormio? Illa hilari vultu, labiiſque ſubridendo dixit ei. Ego ſum prima filiarum regis, ſi me amicam poſſederis, ego te perducam in conſpectum imperatoris. Et hæc dicens diſparuit. Ille igitur in ſe reuerſus, intellexit viſionem & ait. Credo vere, quia eleemoſyna & compaſſio eſt, quæ veraciter Deum carne veſtiri fecit. Statim ergo ſe veſtiuit, & nullum excitans in eccleſiam abiit. Erátque iam aurora. Et dum iret, obuiauit cuidam frigore vexato, expoliauítque ſe indumento caprino, & dedit ei. Nondum enim Eccleſiam apprehenderat, & ſubito obuiauit ei quidam albis veſtimentis indutus, dedítque ei ligaturam centum numiſmatum, dicẽs. Accipe hoc frater, & diſpenſa vt vis. Ille præ gaudio ſtatim hoc ſuſcipiens, reuerſus eſt, volens reddere ligaturam illam, quaſi nihil indigens, ſed nullum inuenit. Intelligens ergo viſionem non eſſe phantaſiam, ſed veritatem, ſæpe fratribus quæ poterat erogabat.

D

E

Eleemoſyna filiarum regis prima.

F

Quidam diues, cuius domum ingreſsi fures expoliauerant vſque ad ſtramentum, deprecatus eſt illum cum magna reuerentia, dicens ei calamitatem ſuã, qui miſertus eius, iuſsit ei dari quindecim libras auri. At ille, cui creditum erat aurum,

Diuiti in paupertatem lapſo vt ſubueniret.

A.C. 610.

rum, apprehendit conſilium œconomorum, & A diaboli operatione inuidentes, non dederunt ei niſi quinque libras. Cum ergo de collecta rediret archiepiſcopus, mulier quædam dedit ei in ſcriptis notitiam xenij quinque cẽtenariorum auri. Quam cum ſuſcepiſſet, conuocauit diſpenſatores, & ait illis. Quot libras dediſtis ei, qui ad me acceſsit pro eleemoſyna? At illi dixerunt. Domine quindecim, vt ſanctitas veſtra iuſsit. Cumque per inhabitantem in ſe gratiam cognouiſſet illos eſſe mentitos, adduxit eum, qui acceperat, & interrogauit, quid accepiſſet. Illo autem dicente, quòd quinque libras acceperat, proferens ille pyctacium, quod ei traditum fuerat, dixit eis. A vobis exquiret Deus, & alia decem centenaria, quia B ſi dediſſetis quindecim libras, vt mea humilitas iuſſerat, quæ attulit quinque centenaria, dediſſet & decem. Et vt certos vos faciam, adducam eam ad vos. Cumque per nuncios acceſiſſet fœminã illam, iſta ſtatim ſurgens cum quantitate auri acceſsit, & veſtigia ſancti apprehendit. Qui cum ſuſcepiſſet oblationem, & oraſſet ſuper eam, ait ad ipſam. Obſecro te, Nonne voluiſti hoc tãtum offerre Deo, an aliud aliquid? At illa cum ſenſiſſet deiferum illum cognouiſſe quod fecerat, timore quammaximo concuſſa, dixit: Per ſanctum Mennam, ego ancilla tua manu propria ſcripſe- C ram centenaria quindecim, vt datem tibi domino meo, & inueni decem deleta à ſeipſo. Tunc ſtupefacta intra me dixi. Vtique voluntas Dei non eſt, vt dem niſi quinque. Tunc patriarcha eã dimittente, ceciderunt ad pedes eius diſpenſatores indulgentiam petentes, & nihil vlterius ſe acturos affirmantes.

Pyctaciũ ſyngrapham ſeu chartam de his pecuniis factam nominat.

Habebat hic ſanctus ſcientiam ſcripturarum, non in ſapientia ſermonis ad inanem gloriam, ſed per operum executionem, & in ſecreto quotidiani conſilij. Nullus ſermo otioſus audiebatur, niſi forte ordinatio rei ciuilis exigeret, ſed aut D ſanctorum patrum relationes, aut ſcripturarum traditiones, aut dogmatica problemata propter multitudinem hæreticorum regionem circumdantem. Si quis alicui detrahere incipiebat, hunc per alteram ſermocinationem, vt ſapiens ingenioſe remonebat. Et ſi iterum permanebat, hunc aduocato hebdomadario præcipiebat, ne vlterius ad eum intrare ſineret, vt per eum cæteros temperaret, & erudiret.

De ſciẽtia ſcripturarum quã habuit.

Cumque in infimo ſtrato recumberet, & vilibus operimentis in cella vteretur, quidam poſſeſſorum ciuitatis, aſcendens ad eum, & videns, E quod opertorio ſciſſo & laneo tegeretur, tranſmiſit ei opertorium numiſmatum triginta ſex, rogans eum multum, vt cooperiretur illo in memoriam eius. Quod ille ob inſtantiam viri ſuſcipiẽs, vnà nocte eo coopertus per totam fere noctẽ dicebat ad ſeipſum, vt cubicularij eius recitabant, Quis dicet, quòd humilis Ioannes pallio triginta ſex numiſmatum tegatur, & fratres Chriſti frigore necentur? Quanti deſiderant ſaturari de foliis olerum, quæ de coquina mea proiiciuntur? Quãti vel odorare vinum vellent, quod in cellario F meo funditur? Quanti putas fame, frigore & miſeriis affliguntur? Tu vero expectas etiam æternam iucunditatem conſequi, & vinum bibis, & piſces immanes deuoras, & in cubiculis demoraris, nunc autem cum omnibus malis tuis & in coopertorio triginta ſex numiſmatum te calefacis. Vere ita viuens, & tali laxamento cõuerſans, non expectabis illic ſempiternis gaudiis frui, ſed audies vtique quod ille diues audiuit. Recepiſti bona in vita tua, & [pauperes vero mala, nunc ergo conſolantur, tu vero cruciaris.] Benedictus Deus, humilis Ioannes alia nocte te non cooperietur: Iuſtius eſt enim, vt tegantur centum & quadraginta fratres domini tui, quàm tu infelix. Mox ergo miſit ipſum in craſtinum, vt venundaretur. Is autem, qui hoc obtulerat, emit illud. Rurſumque patriarchę obtulit, vt eo tegeretur. Cumque id tertio feciſſet, ſanctus vir gratulabundus dicit ei. Videbimus vter deficiet, ego an tu. Erat enim ille opulentus valde. Quem ſuauiter vir B ſanctus vindemiabat paulatim ab eo multa auferens, vt pauperibus daret. Valde quoque diligens erat eloqui de actibus ſanctorum, qui eleemoſynarij fuerunt.

De vili eius ſtrato & ſtragulo pretioſo.

A.C. 610.

Luc. 16.

Vna dierum cum recitaret de vita ſancti Serapionis, qui Sindonites vocabatur, inuenit eum, vt fertur amictum ſuum egeno dediſſe, & iterũ paululũ illum proceſsiſſe, & frigus patienti obuiaſſe, eique tunicam præbuiſſe. Et quia nudus ſedebat tenens euangelium, interrogatus à quodam, Quis te expoliauit Abba? demonſtrans euangelium, ait. Iſte. Alio quoque tempore hoc ipſum euangeliũ C vendidiſſe, & eleemoſynam dediſſe fertur. Diſcipulo autem dicente: Abba vbi eſt euangelium? ait. Hoc quod dixit mihi, Vade & vende, quæ habes, & da pauperibus, ipſum vendidi, & ipſum dedi, vt habeam fiduciam in die iudicij. Et cum quædam vidua petiiſſet aliquando ab eo eleemoſynam, quia filij eius eſuriebant, eo non habente aliquid, ſeipſum ei tradidit, vt venderet eum ad Græcos, quos & in paucis diebus fecit Chriſtianos. Hæc legens de ſancto Serapione vir ſanctus ſtupefactus, & totus lachrymis infectus ait, Credite mihi, quia vſq; hodie putaui, quod vel aliquid D facerem dans quas haberem pecunias, neſciens quod & ſeipſos venderent quidam compaſsione ſuperati.

De Serapione Sindonite vt de hiſtoriæ Lauſiacæ cap. 83 & infra tit. 15. c. 10. §. 13.

Matt. 19.

Præcipiebat autem collectas pro defunctis impigre facere, dicens, quia ante paucũ tempus quidam captiuus à Perſis ductus, in carcerem truſus eſt. Quidam ergo fugientes illinc, & venientes in Cyprum, interrogati à parentibus illius, ſi forte vidiſſent eum, reſponderunt ſe propriis eum manibus ſepeliſſe. Non autem erat ipſe, ſed quidam ei ſimilis. Illi ergo tanquam pro mortuo faciebant ei tres collectas per ſingulos annos. Poſt E quatuor autem annos ille fuga lapſus à Perſis, venit in Cyprum. Cumque audiſſet à ſuis, quòd memoriam ſui tãquam mortui feciſſent ter in anno, ſcilicet in Theophania, in Dominica ſancta, & in Pentecoſte, reſpondit ille. His tribus temporibus anni veniebat quidam candidus vt ſol, & diſſoluebat me à vinculis ferreis & cuſtodia, & monebat tota die deambulando, nemóque me recognoſcebat, & in craſtinũ inueniebar vincula ferrea portãs. Ex hoc igitur ait ſanctus Ioãnes, dormientes quietem habere dicimus, quando pro eis F collectas facimus.

Collectas id eſt miſſas facere pro defunctis hortatur, ſimilem hiſtoriã refert Beda lib. 4. hiſt. Angl. ca. 22. & Gregor. ho. 37. in Euang.

Huic quidam totum aurum quod habebat ſeptem libras & dimidiam obtulit, cum flexis genibus rogans, vt oraret pro ſalute vnici filij eius, & vt dominus nauem eius, quæ in Aphricam abierat, cum bono reduceret aduentu. Quod cum ille feciſſet, mortuus eſt puer, & nauis illa in qua fratet

A.C. 610.

ter illius hominis erat, naufragium pertulit, totumque, quod plena erat periit, præter animas & ſcapham vacuam. Cumque vir ille vltra modum triſtis eſſet, vidit per noctem in ſomnis quendam quaſi in habitu patriarchę dicentem ſibi. Vt quid turbaris frater? Nonne rogaſti me, vt peterem à Deo, quatenus filium tuum ſaluaret? Ecce ſaluus factus eſt. Crede mihi, quia ſi viueret, prauus & immundus fieret. Et de naui tua ſcito, quia niſi Deus pro bono, quod feciſti, placatus eſſet, ſententia data erat, vt tota cum animabus in profundum pergeret, & fratrem tuum perdidiſſes. Sed ſurge, & glorifica Deum, qui donauit tibi eum, & ab hoc ſæculo vano ſaluauit filium tuum. Euigilans ergo vir ille inuenit cor ſuum conſolatum. Et currens ad ſanctum patriarcham inclinauit ſe ad pedes eius, & gratias egit, narrans viſionem, quam viderat & ille glorificauit Deum.

...es pro... bis infortunia accidant.

Quodam monacho gyrante in ciuitate cum vna puella iuuencula, & petente eleemoſynam, quidam hoc videntes ſcandalizati nunciauerunt hoc Patriarchæ, quod ille monaſticæ vitæ mulierem habens derogaret. Tunc ſanctus Ioannes volens prohibere peccatum, iuſſit mulierem flagellari, monachum vero verberari, & in carcerē trudi. Quo facto, apparuit ei per viſum noctē monachus oſtendens dorſum ſuum ex flagellis putrefactum, dicens ei. Ita placet tibi domine patriarcha. Crede mihi hac vice, vt homo erraſti. & hæc dicens receſſit. Mane autem vir ſanctus memor viſionis, ſedit ſuper lectū ſuum mœſtus, & mittens pro monacho, qui erat in carcere, fecit eum expoliari coram ſe, vt dorſum eius videret, ſi ita eſſet, vt viderat in ſomnis. Quo facto Dei voluntate ſolutus eſt etiam amictus, quo erat indutus, & cecidit; omneſque viderunt eum eſſe eunuchum. Tunc vir ſanctus ait ignorantē ſe peccaſſe in Deum, & in eum, monens tamen eum non ita oportere monachum circumducere mulierem ad ſcandalum videntium. At ille humiliter rationem reddidit dicens. Nuper cum eſſem Gazæ exeunti mihi de vrbe hæc mulier occurrit, dicens ſe eſſe Hebræā, & velle fieri Chriſtianam; conteſtans etiam me verbis terribilibus, ne dimitterem eam perire. Timens ergo iudiciū Dei, ſumpſi eam & baptizaui, & gyrabam eam ſimplici corde modicum expoſcens ſumptum, quatenus eam introducerem in monaſteriū. Tunc ſanctus narrata viſione iis, qui præſto erant, protulit centum numiſmata daturus ei. At ille nihil accipere voluit, ſed ait monachus: qui fidem habet, horum non indiget, & ſi horum indiget, fidē non habet. Hoc maxime omnibus fidem fecit, quod ſeruus Dei eſſet. Hæc ex hiſtoria Vinc.

De ... monacho ... de ... ſuſpe... flagellari ſe ...

Hæc omnia item ex vita Leontij excerpta ſunt.

§. XIII.

QVædam alia narrat ex eius legēda Iacobus de Voragine de iſto Ioanne eleemoſynario. Quidam enim pauper in habitu peregrini ad eū venit, & eleemoſynam petiit. At ille vocato diſpenſatore dixit ei. Da ei ſex numiſmata. Quę ille accipiens, abiens habitum mutauit, & iterum ad patriarcham veniens, eleemoſynam depoſcebat. Ille autem diſpenſatore vocato, iuſſit ei dare ſex numiſmata auri. Diſpenſator ait domino. Per orationes tuas pater, pauper iſte mutato habitu bis eleemoſynam accepit. Beatus autem Ioannes quaſi non te neſcire diſſimulauit. Iterum ille tertio habitum mutans ad Ioannem pro eleemoſyna venit. Tunc diſpenſator beatum Ioānem tetigit innuens, quod ille eſſet, qui iam bis acceperat. Cui beatus Ioannes reſpondit. Vade & da ei duodecim numiſmata, ne forte ſit dominus meus Ieſus Chriſtus, qui tentare me velit, verùm hic poterit plus accipere quàm ego dare.

De peregrino qui eum tentauit.

Audiens patriarcha conſuetudinem eſſe, quod mox, vt imperator coronatus eſt, confeſtim monumentorum ædificatores ſumunt quatuor vel quinque minutias marmorum puſillas varij coloris, & ingredientes ad imperatorem dicunt. De quali marmore, vel metallo iubet imperium tuum ſibi fieri monumentū? Imitatus hoc Ioannes monumentum ſibi fieri præcepit; ſed tamen vſque ad diem obitus ſui imperfectum manere voluit. Ordinauitque aliquos, qui ad eum cum in celebri feſtiuitate cum clero conſederet, accederent, ſibique dicerent. Domine monumentum tuum imperfectum eſt; præcipe ergo, vt conſumetur, quia neſcis qua hora fur veniat.

Quomodo imperfectū ſibi monumentum iuſſerit preparari.

Quadam vice cum patricius quidam pecuniæ Eccleſiæ quantitatem in mercimonibus ponere vellet, & patriarcha nullatenus conſentiret, ſed eam pauperibus diſtribui vellet, ambo plurimum contendentes abinuicem diſceſſerunt irati. Adueniente hora vndecima mandat patriarcha per archipresbyterum patricio dicens. Domine ſol ad occaſum eſt. Quod ille audiens lachrymis infuſus ad eum venit, & veniam poſtulauit. Cū quidam ſuus nepos grauem à tabernario quodam iniuriam audiuiſſet, & hoc patriarchæ lamentabiliter retuliſſet, nec conſolari poſſet, reſpondit ei patriarcha. Et quomodo aliquis auſus eſt hæc dicere, & contra te os ſuum aperire? Certe fili faciā hodie in eum talem rem, vt tota Alexandria miretur. Quod ille audiens conſolationem accepit, putans quia faceret eum grauiter verberari. Vidēs Ioannes, quod conſolationem accepiſſet nepos eius, eum oſculatus eſt dicens. Fili vere nepos meæ humilitatis exiſtis, cum præparas te flagellari & contumelia pati ab omnibus. Vera enim cognatio non ex carne & ſanguine, ſed ex virtute mentis agnoſcitur. Confeſtim igitur pro illo homine miſit, & ab omni penſione & tributo liberum eum eſſe fecit. Quod audientes omnes admirati ſunt, & intellexerunt hoc eſſe, quod dixerat, Faciam in eum talem rem, vt tota Alexandria miretur.

Confictio eius cum Niceta patricio.

Idem cum cuidam eleemoſynam petenti, dari præcepiſſet quinque nummos, non ille indignatus, quod maiorem eleemoſynam non feciſſet, continuo ad contumelias eius prorupit, & in faciem eius conuiciari cœpit. Quod eius famuli audientes, voluerunt in eum irruere, & ipſum grauiter cædere. Quod beatus Ioānes prohibuit dicens. Sinite fratres, vt mihi maledicat. Ecce enim ego habeo ſexaginta annos blaſphemans per opera mea Chriſtum, & ego vnum conuicium non tolerabo ab iſto? Iuſſitque ſacculum pecuniæ afferri, & coram eo apponi, vt inde tolleret quantum vellet.

De eo qui conuicia patriarchæ inferebat.

Cum populus Alexandrinus lecto euangelio Eccleſiam exiret, & verbis otioſis vacaret, extra quadam vice patriarcha cum eis exiit, & inter

A.C. 610.

A eos ſedere cœpit, Omnibus vero de hoc mirantibus, dixit ad eos. Filij vbi oues, ibi & paſtor. Aut intrate & ego ingrediar, aut ſi manetis hic, & ego pariter vobiſcum manebo. Semel igitur & bis hoc fecit, & eos in Eccleſia ſtare erudiuit. Cú quidam iuuenis quamdam ſanctimonialem rapuiſſet, & clerici coram beato Ioanne iuuenem exprobrarent, & ipſum excommunicandum dicerent, vtputa qui duas animas perdiderat, ſuam ſcilicet & illius fœminæ compeſcuit eos ſanctus Ioannes dicens. Non ſic filij non ſic. Oſtendo vobis, quod vos duo peccata committitis. Primo quia contra præceptum domini facitis dicentis. B Nolite iudicare, vt non iudicemini: ſecundo, quia neſcitis pro certo, ſi vſque hodie peccent, & ſi non pœniteant.

Neminé eſſe condemnandum oſtẽdit.

Mat. 6.

Frequẽnter exiſtens beatus Ioannes in oratione & in ecſtaſi poſitus, talibus verbis cum Deo diſputare auditus eſt. Sic ſic, bone Ieſu, Ego diſpergendo, & tu miniſtrando videamus vter vincet. Cum autem morti ſe appropinquare videret febre correptus: dixit. Gratias tibi ago Deus, quoniam exaudiſti miſeriam meam, rogantem bonitatem tuam, ne inueniretur morienti mihi niſi vnus tremiſſis. Hunc igitur dari pauperibus iubeo. C Ipſo autem defuncto venerabile corpus eius poſitum eſt in ſepultura, vbi duo corpora epiſcoporum tumulata erant. Et ecce corpora illa mirabiliter ſancto Ioanni ceſſerunt, & locum ei medium vacuum dimiſerunt.

Colitur 23. Ianua.

Ante autem paucos dies, quàm moreretur, cũ quædam mulier quoddam flagitioſiſsimum peccatum commiſiſſet, & nulli vnquam [a] confiteri auderet, dixit ei ſanctus Ioannes vt ſaltem illud ſcriberet, eo quòd ſcribere ſciebat mulier illa, & ſigillatum ei afferret, & pro ea ipſe oraret. Cui illa aſſenſit, & peccatum ſuum ſcribens, diligenter D ſigillatum beato Ioanni tradidit. Sed poſt paucos dies Ioannes infirmatus in domino requieuit. Illa autem reputans ſe vituperatam & confuſam, credens, quod ſcripturam alicui dimiſiſſet, & ad manus alicuius deueniſſet, ad tumulum ſancti Ioannis acceſsit, & ibi vberrime flens clamabat dicens. Heu heu putans confuſionem vitare, confuſio facta ſum omnibus. Cumque amariſsime fleret, & beatum Ioannem rogaret, vt ſibi oſtenderet, vbinam ſcriptum ſuum dimiſiſſet. Ecce beatus Ioannes in habitu pontificali de tumulo proceſsit duobus epiſcopis, cum quibus erat tumula E tus, hincinde vallatus, dixitque mulieri. Cur me tantum infeſtas, & me & ſanctos iſtos, qui mecũ ſunt, quieſcere non permittis? Ecce ſtolæ noſtræ lachrymis tuis madefactæ ſunt. Porrexitque ei ſcriptum ſuum ſigillatum, vt prius fuerat, dicens.

Miraculũ de muliere nolẽte confiteri peccatum ſuum.

a Hac hiſtoria quam Leontius & Metaphraſtes referunt, neceſſariam eſſe ad abſolutionem peccatorum confeſsionem euidenter oſtendit, præſertim ſi mulieris verba & S. Ioannis adiungantur quæ D. Anton. omiſit. Aiebat enim mulier, peccatum habeo miſera, quòd ad aures hominum venire non poteſt, & ſcio, quòd ſi vis potes mihi indulgere. Dixit enim vobis presbyteris Dominus, quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Hæc verba audiens à muliere ſanctus aiebat. Si vtique credis ò mulier Deo, quòd per fidelitatem meam ignoſcat tibi crimen quod dicis, confitere mihi hoc. Leontius hæc habet.

A Vide ſigillum hoc, & aperi ſcriptum tuum, & lege. Quod illa aperiens, peccatum omnino deletũ inuenit, & ibi taliter ſcriptum reperit. Propter Ioannem ſeruum meum, deletum eſt peccatum tuum. Sicque illa immenſas Deo gratias reddidit, & beatus Ioannes cum duobus illis epiſcopis in tumulum rediit. Claruit autem ſanctus iſte (vt ſupra dictum eſt) tempore Phocæ imperatoris, vnde & circa tempora Gregorij papæ anno ſcilicet domini 615. vel circa.

A.C. 610.

Monachus quidam Vitalius nomine ſanctus vir, volens tentare Ioannem tunc viuentem, ſi poſ B ſet ſibi verbis ſuaderi, & ad ſcandalum facile inclinari, ingrediens ciuitatem Alexandriæ, omnes publicas meretrices conſcripſit. Intrauit autem ad illas per ordinem dicens cuilibet. Noli fornicari cum alio, ſed dona mihi hanc noctem. Intrãs autem ad vnam in angulo domus, tota nocte flexis genibus orabat pro illius conuerſione, & poſtea mane exibat, præcipiens, ne alicui reuelaret, quod per eum fiebat. Vna autem vitam eius manifeſtauit, quæ ſtatim orante ſene à dæmone arrepta eſt. Cui dicebãt omnes. Reddidit tibi Deus quod merebaris, quoniam mentita es excuſans C illum, quia non ad fornicandum intrauerat. Veſpere autem facto dicebat Vitalius cunctis audiẽtibus. Volo ire ad locum. Expectat me domina talis, ſcilicet meretrix. Multiſque obiurgantibus eum dicebat. Nunquid non ego habeo corpus, vt alij, aut contra monachos ſolum iratus eſt Deus? Dicebant autem ſibi aliqui. Accipe tibi vnam mulierem abba, & non ſcandalizes alios. Ille ſe fingens iratum dicebat. Vere non audiam vos. Qui vult ſcandalizari ſcandalizetur. Cumque apud beatum Ioannem querimonia deferretur de iſto, dominus indurauit cor eius, vt non crederet. D Deprecabatur autem Deum, vt poſt mortem alicui reuelaret, vt non imputaretur in peccatum iis, qui ſcandalizati erant ſuper eum. Multas ergo meretrices per illum modum Deus conuertit, quas ad monaſteria deſtinabat mulierum. Quodã autem mane dum egrederetur Vitalius de domo vnius, ad quam alius accedebat ad fornicandum, dedit alapam Vitalio dicens. Vſquequo peſsime non emendas vitam tuam ab his immunditiis? Cui ille reſpondit. Crede mihi accipies à me alapam talem, vt tota Alexandria congregetur. Et ecce poſt modicum quidam in ſpecie Mauri ſibi E alapam dedit dicens. Hæc eſt alapa, quam mittit tibi abbas Vitalius, & ſtatim à dæmone vexatur, ita quod ad voces eius omnes currebant, ſed tamen pœnitens per eius orationem liberatus eſt. Vir autem Dei morti appropinquans hanc ſcripturam dimiſit. Nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autem confitentibus, quæ faciebat, omnes glorificabant Deum, & præcipue beatus Ioãnes dicens. Vtinam ego accepiſſem illam alapam quam ille accepit. Mirabile eſt iſtud exemplum, nec imitandum, ſed ex eo hoc eliciendum, quod de operibus extraordinariis ſanctorum virorum, F non eſt facile in malum iudicandum.

De abbate Vitalio qui eſt meretrices viuens ad meliorẽ vitam reuocabat, admirandũ ſed non imitandum, ſidem ac ctores.

1. Cor. 4.

De operibus ſanctorũ nõ eſt facile iudicandum.

De Petro teloneario auariſsimo, ſed poſtea liberaliſsimo narratio, iidem auctores.

§. XIIII.

A.C.610. PRæfatus ſanctus Ioannes, volens homines ad A
eleemoſynas inducere, inducebat hoc nota-
bile factum. Pauperes mendicantes ſemel ſedeo-
res ad ſolis radium, cœperuot adinuicem confer-
re de iis, qui eis faciebant eleemoſynas, bonos e-
leemoſynarios quoſdam laudare oominatim, aua
ros alios, & tenaces vituperare. Inter cæteros au-
tem ad medium collocutionis eorum deductus
eſt quidam nomine Petrus teloncarius, diues &
potens, ſed nimis pauperibus immiſericors, quia
ad domum ſuam mendici accedentes cum nimia
indignatione ab eo repellebantur. Cum ergo nul
lus eorum inueniretur, qui à domo illius ſuſce- B
piſſet voquam eleemoſynam aliquam, vnus eorũ
dixit. Quid vultis mihi dare, ſi ego ab eo eleemo
ſynam accipio? Et facientibus cum eo pactum de
aliquo, acceſsit ille ad domum eius eleemoſynam
petens. At ille Petrus cum domum tunc rediret,
inueniens paupetem præ foribus, & mancipium
eius panem ſiliginis à furno in domum referret,
non inueniens lapidem loco eius panem vnum
ſiliginis arripiens illum importune petentem per
cuſsit, io eum proiicieos. Ille autem eum accipiẽs
ad pauperes ſocios ſuos adduxit, & quod de ma-
nu ipſius Petri eleemoſynam accepiſſet ille lætus C
inſultabat. Poſt duos dies iofirmatus Petrus iſte
ad mortem, vidit ſe ante iudicium ſtare, ac Mau-
ros quoſdam ſuper ſtateram eius mala appende-
re. Ex altera autem parte ſtateræ quidam dealba-
ti triſtes ſtabant, eo quod nihil, quod ibi appone-
rent, inueniebant. Tuoc vous eorum diait. Vere
nihil habemus, niſi vnum panem ſiliginis, quem
ante duos dies Chriſto dedit cocus. Illum igitur
ipſis ſuper ſtateram ponentibus, ſtateræ æqualitas
facta eſt. Dixerunt ei. Adauge ad ſiliginem hanc,
alioquin Mauri iſti te apprehendent. Euigilans
autem, & liberatus ab iofirmitate dicebat intra D
ſe. Si vnus panis ſiliginis, quem per furorem ia-
ctaui, ita profuit, quantomagis omnia ſua paupe-
ribus elargiri? Quadam igitur die cum optimis
veſtimentis indutus per viam pergeret, naufra-
gus quidam ab eo aliquod tegumentum poſtula-
bat. Continuo ille ſe pretioſo veſtimento expo-
liaos, illi dedit, quod ille accipiens, ſtatim vendi-
dit. Cum teloneatius rediret, & veſtimentum ſu-
ſpenſum videret, contriſtatus eſt valde, adeo vt
nec cibum ſumere vellet, diceos. Quia non ſum
dignus, vt mei memotiam egenus haberet. Et ec-
ce dum talia diceret, vidit quemdam ſuper ſolem E
fulgentem, & ſuper caput Crucem ſercotem, in-
dutum veſtimento, quod dederat egeoo, dicẽtem
ſibi. Quid deploras Petre? Qui cum cauſam ſuæ
triſtitiæ expreſsiſſet, di ait ei. Cognoſcis me? Et
ille, etiam domine. Et dominus. Eo ego veſtior,
ex quo mihi dediſti, & gratias ago bonæ volun-
tati tuæ, quoniam frigore affligebar, & coope-
ruiſti me. In ſe ergo reuerſus cœpit egenis bene-
facere, & dicere. Viuit dominus. Non moriar, do-
nec fiam vnus ex eis. Dans ergo pauperibus om-
nia, quæ habebat, accerſito notario ſuo dixit ei. F
Secretum tibi volo committere, quod ſi propala-
ueris, aut ſi me non audieris, barbaris veodam te.
Dánſque ei decem libras auri dixit ei. Vade in
ſanctam ciuitatem, & merces tibi eme, & vende
me alicui Chriſtiano, & pretium pauperibus tri-
bue. Illo autem recuſante dixit ei. Si me non au-
dieris, barbaris te vendam. Ducens ergo eum, vt
dixerat indutum ſordidis veſtibus, cuidam argen

Christo [illegible] qua [illegible]

A tario tanquam ſeruum vendidit, & triginta nu- A.C.6ro
miſmata ea eo accipiens, pauperibus diſpenſauit.
Petrus igitur venditus, omnia vilia officia facie-
bat, ita vt ab omnibus contemnetetur, & ab aliis
ſeruis percutiebatur, & iam amens exiſtimabatur.
Dominus autem frequenter ei apparebat, & ve-
ſtimenta & numiſmata ei oſtendens eum conſo-
labatur. Verùm impetatore, & vniuerſis ſibi no-
tis de amiſsione tanti viri dolentibus, quidam
vicini eius ad viſitanda loca ſancta Hieroſolymá
acceſſerunt, & à Domino illius inuitati cum prá-
derent, ſibiinuicem in aure dicebant. Quàm ſimi-
B lis eſt bomo iſte Petro telonedrio? Et curioſe re-
ſpiciẽtibus, vnus dixit. Vere dominus Petrus eſt.
Surgam, & tenebo eum. Quod ille aduertens la-
tenter fugit. Erat autem oſtiarius ſurdus & mu-
tus, qui per ſignum oſtium aperiebat, cui Petrus
noo ſignis, ſed verbis imperauit. Et ille continuo
audiens, & loquelam recipiens, ſibique ſubridẽs,
aperuit oſtium. Et domum intrans cunctis de e-
ius loquela mirantibus dixit. Ille, qui coquinam
faciebat exiit, & fugit, ſed videte, ne ſeruus Dei
ſit. Cum enim mihi dixit. Aperi tibi dico, ſtatim
flamma ex ote eius exiuit, quæ linguam meam &
C aures tetigit, & mihi loquelam & auditum reſti-
tuit. Et exilientes & currentes poſt eum amplius
eum inuenire non potuerunt. Tunc omnes de do
mo illa pœnitentiam egerunt, eo quod tam ſan-
ctum virum ita viliter tractauerunt.

De miraculis plurimorum ſanctorum, ex dialogo ſancti Gregorij collectis, & primò de Honorato abbate monaſterij Fundenſis, lib. 1. cap. 1.

CAPVT IX.

D MVlta narrat Gregorius in libro dialo-
gorum miracula & exempla virtutum
miranda, quæ geſta ſunt à ſanctis vi-
ris in diuerſis partibus Italiæ circa
tempora ſua.

Io partibus enim Samnij fuit quidam Hono-
ratus nomine, qui à puerilibus annis ad amorem
cœleſtis patriæ per abſtioentiam exarſit, ab eſu
carnium ſe ſubtrahens, & ab otioſo etiam ſermo-
ne reſtringens. Quadam autem die dum à paren-
tibus eius conuiuium vicinis eorum paratú eſſet,
carnibus ad veſcendum paratis, Honoratus in
E propoſito abſtinentiæ ſuæ firmus caroes contin-
gere recuſabat. Cœperúotque parentes irridere
eum dicentes: Comede, Nunquid piſcem tibi in
his montibus allaturi ſumus? Illo enim in loco
piſces audiri conſueuerant, non videri. Deficien-
te autem aqua in conuiuio, mancipium perrexit
ad fontem cum ſitula. Qui cum aquam ex fonte
hauriret, piſcis ſitulam intrauit, & ante ora con-
uiuantium mancipium aquam cum piſce fudit,
qui erat tátę magnitudinis, vt ad totius diei victũ
Hooorato ſufficere poſſet. Vnde mirati omnes
F cœperunt eum venerari, quem prius deſpiciebát.
Hic demum Honoratus cum eſſet ſeruus aſcri-
ptitius, à domino ſuo Venantio cum creſceret vir
tutibus, fuit libertate donatus. Monaſterium autẽ
in loco, qui dicitur Fundi, conſtruens, pater ex-
titit ducentorum ſere monachorum. Dum autem
quadam die ex eius monte, qui eius monaſterio
in excelſum prominet, ingeotis ſaxi moles eruta
eſſet, quæ per deuexum montis latus veniens, to-

A.C. 550.

tius ruinam cellæ omniúmque fratrum interitum minabatur, eámque venientem deſuper vir ſanctus vidiſſet, frequenti voce Chriſtum inuocans extenſa mox dextera ſignum crucis oppoſuit, eã-que in ipſo deuexi montis latere cadentem fixit, ita vt nunc vſque montem cernentibus caſura pendere videatur.

Virtus S. Crucis.

De Libertino præpoſito eiuſdem monaſterij, ca. 2.

§. I.

Regis Totilæ tempore quidam nomine Libertinus, Fundenſis prædicti monaſterij præpoſitus, in diſcipulatu dicti Honorati conuerſus & eruditus fuit magnarum virtutum. Inter cætera autem dum pro vtilitate monaſterij quadam vice iter ageret equo inſidens, comes exercitus Gothorum Darida ei obuiauit. Cui ex equo proiecto abſtulerunt equum armigeri. Ille autem non ſolum patienter tulit deiectionem & damnum, ſed & flagellum, quo equum ire cogebat, eis obtulit. Abeuntibus illis Libertinus orationi ſe dedit. Et cum perueniſſent ad fluuium nomine Vulturnum equi raptores, equi eorum nec haſtis tũſi, nec calcaribus cruentati mouere ſe poterant, & fluuium tranſire. Ad ſe autem reuerſi, intelligentes hoc eis accidiſſe ex iniuria ſerui Dei, ad eũ reuerſi equum ablatum reddiderunt. Quem cum recuſaret accipere, eum ad hoc coegerunt per ſe leuantes, & ponentes in eo. Poſt quod libere cum ſuis equis iter proſecuti ſunt.

Libertin' caligula Honorati mortuũ ſuſcitat.

Alio quoque tempore Libertinus pro negotiis monaſterij pergebat Rauennam, qui de more ſuo quocunque ibat ſemper caligulam venerabilis abbatis Honorati (de quo ſuperius diximus) in ſinu ſuo portabat ob deuotionem. Cum ergo in via pergeret, quædam mulier corpus filij ſui defuncti ei obtulit, & iumentum illius per frænũ tenuit, atque pie cum iuramento dixit. Nullatenus hinc recedes, ſi filium meum non ſuſcitaueris. At ille inuſitatum habens miraculum, expauit petitionis illius iuramentum. Ibique pugnabant humilitas conuerſationis inter ſe, & pietas matris. Timor, ne inuſitata præſumeret, dolor ne orbatæ mulieri non ſubueniret. Sed ad maiorem Dei gloriã vicit pietas illud pectus virtutis, quod ideo fuit validum, quia deuictum. Itaque de equo deſcendit, genibus flexis ad cœlum manus tetendit, caligulam de ſinu produxit, & ſuper extincti pueri pectus poſuit. Quo orante, anima ad corpus pueri rediit, quem manu apprehenſum matri ſuæ reddidit viuum, iter ſuum exinde proſecutus.

Et, vt ſubdit Gregorius ad interrogationem Petri. In oſtenſinne tam admirabilis ſigni cum fide fœminæ virtus conuenit vtrorumque, ſcilicet & Libertini & Honorati, cuius caligulam in ſinu ob eius deuotionem geſtabat. Sicut & Heliſæus tangendo aquas Iordanis pallio Heliæ non diuiſit, ſed inuocando Deum Heliæ. Tunc enim exhibere magiſtri virtutem potuit, quando magiſtri nomen ad memoriam reduxit ex humilitate.

4 Reg. 2.

Virtus vtriuſque Honorati & Libertini huius miraculi opifex.

Contra hunc venerabilem virum Libertinum, is qui poſt Honorati exitum monaſterij regimen tenebat, graui iracundia exarſit, ita vt eum manibus cæderet. Et quia virgam, qua eum ferire poſſet, minime inuenit, ſcabello ſuppedaneo contra eum proiecto caput & faciem tutudit, totumque vultum ac faciem liuidam reddidit. Qui ita vehementer cæſus, ad ſtratum proprium tacitus receſſit. Die vero altera erat pro vtilitate monaſterij cauſa conſtituta. Expletis autem hymnis matutinalibus Libertinus ad lectum abbatis venit, orationem ab eo humiliter petiit, & licentiam, vt exiret monaſterium. Sciens autem abbas quantũ Libertinus à cunctis honoraretur & diligeretur, pro iniuria, quam ei iniecerat eum de monaſterio recedere velle putauit. Vnde requiſiuit eum dicens. Quo vis ire? At ille. Monaſterij cauſa conſtitura eſt pater, quam declinare nequeo, quia heſterno die me hodie iturum promiſi, quo ire diſpoſui. Tunc abbas à fundo cordis conſiderans aſperitatem & duritiã ſuam, ac humilitatem & manſuetudinem Libertini, ex lecto proſiluit, pedes Libertini tenuit, ſe peccaſſe, ſe reum eſſe ex illa percuſſione teſtatus. At cõtrà Libertinus ſeſe in terram proſternens, eiúſque pedibus prouolutus, ſuæ culpæ non illius ſæuitię, quod pertulerat, adſcribebat. Sicque factum eſt, vt ad magnam manſuetudinem perduceretur pater, & humilitas diſcipuli magiſtra fieret magiſtri. Cumque pro cauſa monaſterij egreſſus eſſet, multi viri & nobiles, qui eum vehementer honorabant, videntes faciem eius tam liuidam & tumidam admirati, interrogabant ſollicitè, quid hoc eſſet, & cauſam tanti tumoris faciei. Quibus reſpondebat. Heſterno die ſero, peccatis meis exigentibus in ſcabellum ſuppedaneum impegi, atque ſic hoc pertuli. Sicque vir ſanctus ſeruans in pectore honorem veritatis, & magiſtri, nec patris prodebat vitium, nec falſitatis incurrebat peccatum. Vbi præmittit Gregorius. Ego virtutem patientiæ ſignis & miraculis præfero.

A C. 550.

Libertin' a præpoſito ſuo cæſus ſeſe ...

In eodem monaſterio quidam magnæ vitæ monachus hortulanus erat. Fur vero illuc venire cõſueuerat, & per ſepem aſcendens occulte olera aſportare. Cumque ille multa plantaret, quæ minus inueniret, & alia pedibus conculcata, alia diruta conſpiceret, totum hortum circumiens, inuenit iter, vnde fur venire conſueuerat. Qui eumdem hortum deambulans, reperit etiam ſerpentem. Cui præcipiens dixit. Sequere me. Ad adi-túmque furis perueniens, dixit ſerpenti. In nomine Ieſu Chriſti præcipio tibi, vt aditum cuſtodias ac furem ingredi non permittas. Serpens protinus ſeſe in tranſuerſum tetendit, & monachus abſceſsit. Cumque meridiano tempore cuncti quieſcerent, more ſolito fur aduenit, ſepem aſcendit, & dum in hortum pedem deponeret, vidit ſubito quia tẽſus ſerpens clauſiſſet viam. Et tremefactus poſt ſemetipſum cecidit, eiuſque pes per calceamentum in ſude ſepis inhæſit. Sicque donec hortulanus veniret capite deorſum pependit. Conſueta autem hora venit hortulanus ad locum, & pendentem in ſepe furem inuenit, ſerpenti autem dixit. Gratias Deo, impleſti quod iuſsi, recede modo. Qui illico receſsit. Ad furẽ vero ait. Quid eſt frater? Tradidit te mihi Deus. Quare in labore monachorum toties furtum facere præſumpſiſti? Et hæc dicens pedem illius à ſepe, cui inhæſerat, ſoluit, eúmque ſine lęſione depoſuit. Cui dixit. Sequere me. Quem ſequentem duxit ad horti aditum, & olera, quæ furto appetebat auferre, ei cum magna dulcedine præbuit dicens. Et poſt hoc furtum non facias. Sed cum neceſſe habes, huc

De hortulano monacho eiuſdem monaſterij cap. 3.

Fur miraculoſe deprehenſus.

A.C.550.

huc ad me ingredere,& quæ tu cum peccato laboras tollere,ego tibi deuictus dabo. A

De S.Equitio abbate prouinciæ Valeriæ, ca.4.

§. II.

IN Valeriæ partibus, vir ſanctiſsimus pro ſuæ vitæ merito apud omnes magnæ admirationis habebatur:qui in eadem prouincia multorũ monaſteriorum pater extitit. Hunc cum iuuentutis ſuæ tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent,ipſæ ſuæ tentationis anguſtiæ,eum ad orationis ſtudium ſollertiorem fecerunt. B Cumque hac in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precibus quæreret,nocte quadam adſiſtente angelo eunuchizari ſe vidit, eiuſque viſioni apparuit,quod omnem motum ex genitalibus membris eius abſcinderet, atque ex eo tempore ita alienus extitit à tentatione,ac ſi ſexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotentis auxilio, vt viris ante præerat, ita cœpit etiam poſtmodum fœminis præeſſe. Nec tamen diſcipulos ſuos admonere ceſſabat,ne ſe exemplo eius in hac re facile crederent, & caſuri tentarẽt C donum,quod non accepiſſent.

Monachi ſtabiles eſſe nõ debent ad fœminarum curã ſuſcipiendam.

Eo autem tempore, quo malefici ſunt in hac vrbe deprehenſi,Baſilius,qui in magicis operibus primus fuit, in monaſtico habitu Valeriam fugiens,ad virúmque reuerendiſsimum Amiterninæ ciuitatis epiſcopum Caſtorium pergens, petiit ab eo,vt eum Equitio abbati committeret,ac monaſterio eius commendaret. Tunc ad monaſteriũ venit epiſcopus,ſecum Baſilium monachum ducens,& eundem Equitium Dei famulum, vt eúdem monachum in congregatione ſua ſuſciperet, rogauit. Quem ſtatim vir ſanctus intuens ait. Húc quem mihi commendas pater, ego non monachũ D eſſe,ſed diabolum video. Cui epiſcopus. Occaſionem quæris,ne debeas præſtare, quod peteris. Cui Equitius. Ego quidem hoc eum denuncio eſſe,quod video,ne tamen me obedire nolle exiſtimes,facio quod iubes. Suſceptúſque in monaſterio eſt. Cumque non poſt multos dies pro exhortandis ad ſuperna deſideria fidelibus paulo longius à cella digreſſus eſſet, contigit in monaſterio virginum,cuius etiam cura ei incumbebat, earum vnam,quæ iuxta carnis huius putredinem ſpecioſa videbatur, febricitare,& vehementer anxiari, magniſque non iam vocibus,ſed ſtridori- E bus clamare. Modo moritura ſum, niſi Baſilius monachus veniat,& ipſe mihi per curationis ſuæ ſtudium ſalutem reddat. Sed in tanti patris abſentia adire quiſpiam monachorum ad congregationem virginum non audebat, quantominus ille, qui nouus aduenerat,cuiuſque vitam adhuc fratrũ congregatio neſciebat? Miſſum itaque eſt repente, & nunciatum hoc Equitio,ſcilicet quod illa grauiter infirmaretur,& Baſilium peteret viſitatoré. Quo audito vir ſanctus dedignando ſubriſit, & ait. Nunquid non dixi, quod diabolus eſſet iſte, F non monachus? Ite & eum de cella expellite. De ancilla autem Dei, quæ anxietate febrium vrgetur nolite ſolliciti eſſe,quia ex hac hora,neque febribus laboratura eſt,nec Baſilium petitura. Regreſſus eſt monachus,& ex ea hora ſaluti reſtitutam Dei virginem agnouit, qua Equitius longe poſitus eamdem ſalutem illius nunciauit. In virtute miraculi exemplum tenens magiſtri, qui ad A filium reguli inuitatus cum ſolo verbo ſaluti reſtituit. Expulſus autem de monaſterio præfatus Baſilius frequenter ſe cellam Equitij magicis artibus ſuſpendiſſe, nec tamen eis quemquam lædere potuiſſe dixit, qui demum Romæ igne crematus eſt.

Magicis ambages vir Dei demonſtrat.

Sanatur magicæ præſtigiæ.

A C. 550.
Ioan.4.

Item quadam die quædam monialis ex monaſterio virginum hortum ingreſſa eſt, quæ lactucã videns concupiuit,eámque ſigno Crucis benedicere oblita,auide momordit. Sed arrepta à diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur eidem Equitio nunciatur. Qui concitus accurrens, cum B hortum eſſet ingreſſus, diabolus, qui illam arripuerat,per eam clamare cœpit dicens. Ego quid feci? Sedebam ſuper lactucam, venit illa & momordit me. Cui cum vir Dei cum graui indignatione præcepiſſet,vt Dei famulam dimitteret,protinus abceſsit.

Monialis lactucã ſigno Crucis benedicere oblita à dæmone occupatur.

Item quidam vir nobilis Felix nomine,Nurſiæ prouinciæ cum prædictum ſanctum virum Equitium conſpiceret ordinem ſacrum non habere, atque vbique diſcurrere, & verbum Dei prædicare quadam die familiaritatis auſu eum adiit dicens. Cum ſacrum ordinem non habeas, nec à C ſummo pontifice licentiam prædicãdi acceperis, quomodo prædicare præſumis? Qua eius inquiſitione compulſus,vir Dei indicauit prædicationis licentiam qualiter acceperat,dicens, Ea, quę mihi loqueris, ego quoque mecum pertracto. Sed nocte quadam ſpecioſus per viſionem mihi iuuenis adſtitit,atque in lingua mea medicinale ferramentum, id eſt phlebotomum poſuit dicens. Ecce poſui verba in ore tuo,egredere ad prædicandum, atque ex illo die etiam ſi voluero, de Deo tacere non poſſum. Hæc notat Gratianus 16.q.1. §.hoc idem. Vbi dicit,quòd cum angelus in ſom- D nis ad prædicandum mitteret, & Equitius de vitio linguæ conquereretur, angelus phlebotomo linguam eius tetigit,& vitium curauit.

Interrogante autem Petro Gregorium de conuerſatione vitæ huius Equitij,qui talia opera faceret. Reſpondit ei Gregorius. Opus ex dono eſt, non donum ex opere,alioquin gratia iam nõ eſt gratia. Omne quippe opus,ſcilicet bonum, dona præueniunt,quamuis etiam ex ſubſequenti opere etiam ipſa dona ſuccreſcant. Ne tamen eius vitæ cognitione fraudcris,hanc bene reuerendiſsimus vir Albinus Reatinæ ciuitatis antiſtes agnouit,& E adhuc ſuperſunt multi qui ſcire potuerunt. Sed quid plus operis quęris,quando concordabat vitæ munditia cum ſtudio prædicationis? Tantus illum ad colligendas Deo animas feruor accenderat,vt ſic monaſteriis præeſſet, quatenus per Eccleſias,per caſtra,per vicos,per ſingulorum quoque domos fidelium circumquaque diſcurreret, & corda audientium ad amorem cœleſtis patriæ excitaret. Erat vero valde vilis in veſtibus,atque ita deſpectus,vt ſi quis eum fortaſſe neſciret, ſalutatus etiam reſalutare deſpiceret. Et quoties ad F alia tendebat loca,iumento inſidere conſueuerat deſpicabiliori cæteris iumentis. In quo etiam capiſtro pro freno,& veruecum pellibus pro ſella vtebatur. Qui per ſemetipſum ſacros codices in pelliceis ſaeculis miſſos, dextro læuoque latere portabat. Et quocunque perueniſſet, ſcripturarum aperiebat fontem, & irrigabat prata mentium.

Opus omne bonũ ex gratia.
Rom.11.

Hic nota religioſorum mendicãtium & aliorũ ſimilium vitæ exẽplar.

Eo tempore de clericis huius Apoſtolicę ſedis

A.C. 550.

quidam adulando conqueſti ſunt contra hunc ſanctum virum dicentes. Quis eſt iſte vir ruſticus, qui ſibi authoritatem prædicationis arripuit ſine licentia apoſtolici noſtri? Mittatur pro eo ſi placet, vt quis ſit Eccleſiaſticus vigor agnoſcat. Suadentibus clericis pontifex aſſenſum præbuit, vt ad Romanam vrbem debuiſſet deduci. Iulianus autem defenſor, qui poſtea fuit Sabinenſis epiſcopus, mittitur, vt eum magno cum honore deduceret, ne ex conuentione eadem aliquid iniuriæ vir Dei ſentiret. Qui concitus ad monaſterium eius venit, & vbi eſſet abbas Equitius inquirens, reſponſum accepit, in valle eum eſſe ad ſecandum eum monachis fœnum. Miſit ergo Iulianus ſeruum ſuum ſatis ſuperbum ad vocādum Equitium. Qui ad locum veniens, & interrogās, quis ex ſecantibus fœnum eſſet Equitius, cum ſibi fuiſſet oſtenſus, à longe aſpiciens immenſo terrore correptus eſt, atque ad eum veniens, & genua eius deoſculans, nunciauit dominum ſuum eum quærere. Cui reſalutato Equitius dixit. Leua fœnum viride, porta pabulum iumentis, in quibus veniſtis. Et ecce ego, quia parum ſupereſt, opere expleto te ſubſequor. Puerum ergo fœnum deferentem ſubſecutus Equitius eſt clauatis calceatus caligis, falcem fœnariam in collo deferēs; Cumque à longe adhuc eo poſito, quis eſſet puer oſtendiſſet, ex ipſo habitu Iulianus eum deſpexit, ſed mox vt Dei ſeruus cominus affuit, intolerabilis pauor Iulianum arripuit, ita vt ad quod venerat, lingua vix explicare valuiſſet. Quo cognito, vir Dei Equitius cœpit immenſas gratias omnipotenti Deo agere, quod ſe per ſummum pontificem ſuperna gratia viſitaret. Móxque Equitius Iulianum vehementiſsime cœpit vrgere ad iter proſequendum. Sed cum ille ſe feſſum ex itinere illo die non poſſe exire aſſereret, Equitius dixit. Contriſtas me fili, quia ſi hodierna die non egredimur, iam craſtina die non exibimus. Quod vtique, vt à propheta prænunciatum impletū eſt. Nam ſequenti die in lucis crepuſculo vehementi equo & curſu fatigato ad Iulianum puer cum epiſtola pontificis venit, in qua ei præceptum eſt, ne ſeruum Dei de monaſterio amouere auderet. Per viſum enim pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei hominem mittere præſumpſiſſet, ſicque Equitius in ſuo monaſterio remanſit.

Apoſtolicus eſt ſummus pontifex.

Equitius magni beneficij loco ducit à ſummo pontifice euocari.

Cum autem Petrus admiraretur, quomodo tāto pontifici ſubripi potuit de tali viro, vnde pro eo mitti iuſsiſſet: admirationis cauſam tollit Gregorius ſubdens. [a] Quid miraris Petre? quia fallimur, qui homines ſumus? An menti excidit, quod Dauid, qui ſpiritum prophetię habere conſueuerat, contra innocentem Ionathæ filium ſententiam dedit, cum verba mentientis pueri audiuit? Quod tamen, quia per Dauid factum eſt, & occulto Dei iudicio, iuſtum credimus: & tamen humana ratione, quomodo iuſtum ſit non videmus. Quid ergo mirum ſi ore mentientium in aliud ducimur, qui prophetæ non ſumus? Multum vero eſt, quod vniuſcuiuſque præſulis mentem curarum denſitas deuaſtat. Cumque animus diuiditur ad multa, fit minor ad ſingula. Tantóque ei in vna qualibet re ſubripitur, quanto elatius in multis occupatur.

2. Reg. 16.

a Quamuis pro ſua modeſtia D. Gregor. erroris culpam in ſummo Pontifice videatur agnoſcere: tamen ſi rem ſubtilius perſpiciamus, facile ab omni errore Pontificem poſſumus liberare. Nam cū concilijs generalibus Nicæno & Chalcedonenſi, vt refert Grat. 16. q. 1. ca. placuit. 1. & Qui vero. cautum fuiſſet monachis prædicare, & proinde Equitius nō ex lege communi, ſed ex lege Spiritus ſancti hoc officio fungeretur, iure ſuo pontifex rationē eius rei ab eo potuit poſtulare. Quare vel nullus fuit error, vel ſi fuit, leuis valde & humanus fuit. Obſerua autem ſingularem Dei in Pontifice prouidentiam, qui in tantillo errore Pontificem verſari paſſus non eſt: multominus igitur paſſus eſſet eum in tam craſsiſsimis erroribus, quos illi hæretici impingunt, tot iam annos perdurare.

Poſt mortem quoque ipſius Equitij etiam miracula ad ſanctitatem eius oſtendendam apparuerunt. Cum enim ſupra ſepulchrum eius in oratorio beati Laurentij quidam ruſticus arcam cum frumento poſuiſſet, turbo repente cœlitus miſſus arcam illam à ſepulchro extulit, longéque proiecit.

Equitij ſepulchri miracula.

Longobardis quoque Valeriæ prouinciam intrantibus, cum monachi monaſterij dicti ſancti viri ad ſepulchrum eius in oratorium fugiſſent, Longobardi intrantes oratorium cœperunt monachos foras trahere, vt eos per tormenta diſcuterent vel necarent. Vnus autem ex monachis ingemiſcens ait. Eia ſancte Equiti, placet tibi vt ſic trahamur, & non defendis nos? Ad cuius vocem mox Longobardos immundus ſpiritus inuaſit. Qui corruentes in terram tamdiu vexati ſunt, quouſque cognoſcerent etiam qui extra erant Longobardi, quatenus ſacrum locum vlterius temerare non auderent.

De Conſtantio manſionario Eccleſiæ S. Stephani, cap. 5.

§. III.

IVxta ciuitatem Anchonitanam, eccleſia ſita erat ſub titulo beati Stephani. In qua vir venerabilis Conſtantius nomine, manſionarij functus officio deſeruiebat. Cuius ſanctitatis opinio ſeſe ad notitiam hominum longe latéque tetenderat, quia idem vir funditus terrena deſpiciens, toto anniſu mentis ad ſola cœleſtia flagrabat. Hic cū quadam die in eadem eccleſia oleum deeſſet, & prædictus Dei famulus, vnde lampades accenderet non haberet, omnes lampades eccleſiæ aqua impleuit, & ex more papyrum in medio ponens, allato igne accendit. Sicque aqua arſit in lampadibus, ac ſi oleum fuiſſet. Et quia Petrus quærit, cuius vir iſte tantus in miraculis humilitatis fuerit, declarat Gregorius per exemplum ſequens notabile.

Māſiotius qui Eccleſiæ aliqua obſ... quio ng... ter intus permanet.

Quadam die ex longinquo loco ad eum vidēdum ruſticus quidam venit, & eadem hora contigerat, vt ſanctus vir ſtans in gradibus ligneis reficiendis lampadibus deſeruiret. Erat autem puſillus valde, exili forma, atque deſpecta. Cumque is, qui eum ad videndū venerat, inquireret quiſnam eſſet Conſtantius, & obnixe peteret eum ſibi oſtendi, qui eum nouerant, ei monſtrauerunt, quis eſſet. Sed ſicut ſtultæ mentes hominis meritum

A.C. 550.

ritum ex qualitate corporis metiuntur, eum paruulum atque deſpectum videns, ipſum hunc eſſe cœpit omnimo non credere. In mente enim ruſtica facta fuerat quædam rixa, & exiſtimabat tam breuem per viſionem eſſe non poſſe, quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cui cũ ipſum eſſe à pluribus fuiſſet adſtructum, deſpexit & irriſit dicens. Ego grandem hominem credidi, iſte autem nihil habet de homine. Quod vt vir Dei Conſtantius audiuit, lampades, quas reficiebat, protinus lætus relinquens, concitus deſcendit, atque in eiuſdem ruſtici amplexum ruit, eúmque ex amore nimio conſtringere cœpit brachiis, & oſculari, magnáſque gratias agere, quod is de ſe talia iudicaſſet, dicens. Tu ſolus in me oculos apertos habuiſti. Ex qua re penſandum eſt, cuius apud ſe humilitatis fuit, qui deſpicientem ruſticum amplius amauit. Qualis enim quiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat. Nam ſicut ſuperbi honoribus, ſic humiles ſua deſpectione gratulantur.

De S. Marcellino epiſcopo Anchonitano, c. 6.

Eiuſdem Anchonitanę ciuitatis epiſcopus fuit Marcellinus, cuius greſſum dolore nimio podagra contraxerat. Eumque familiares ſui, ſic vbi neceſſe erat, in manibus ferebant. Quadam vero die dum per incuriam ciuitas ſuccenſa eſſet, concurrentibus multis & aquam certatim proiicientibus, ita flamma creſcebat, vt totius vrbis interitum minari videretur, & nullus obſiſtere valeret. Deductus autẽ manibus venit dictus epiſcopus, præcipiens ſuis, vt contra ignem eum ponerent. Ibíque poſitus eſt, vbi tota vis flammæ incumbere videbatur. Cœpitque incendiũ miro modo in ſeipsũ retorqueri, ac ſi ex reflexionis ſuæ impetu exclamaret, epiſcopum ſe tranſire nõ poſſe. Sicq; illo termino flamma refrænata, in ſeipſa demum refriguit.

De Nonnoſo Monaſterij in monte Soratis præpoſito, cap. 7.

§. IIII.

IN Sorate monte monaſterium ſitum eſt, in quo Nunnoſus nomine præpoſitus monaſterij erat ſub abbate aſperrimo, cuius mores mira ſemper æquanimitate tolerabat. Et quia dictum monaſterium in cacumine montis ſitum erat, ad quátumlibet paruum hortum fratribus excolendum nulla planicies patebat. Vnus enim breuiſsimus locus in latere montis excreuerat, quem ingentis ſaxi naturaliter egrediẽs moles occupabat, quam quinquaginta boum paria mouere nõ potuiſſent. Cumque de humano labore facta eſſet deſperatio ad remouendum inde dictam molem, nocturnu ſilentio in orationem ſe dedit. Et mane facto, inuenerunt monachi molem illam ſaxi longius à loco ſuo receſsiſſe, vt ſpacium largum ad hortum faciendum ibi relinqueretur. Idem Nonnoſus, cum lampades vitreas quodam tempore in oratorio lauaret, vna è manibus eius lapſa per innumeras partes fracta eſt. Qui patris monaſterij vehementiſsimum timens furorem, fragmenta collegit, & oratione cum lachrymis facta lampas integra inuenta eſt.

Nõnoſus ſaxum ingens loco mouet.

Altera vice cum in monaſterio oleum deeſſet, & iam colligẽdæ oliuæ tempus incũberet, & fructus nullus vel paucisſimus in oliuis appareret, viſum eſt patri monaſterij, vt circumquaque fratres in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent, quatenus ex mercede ſui operis aliquantulum monaſterio oleũ deportarẽt. Quod vir Dei Nonnoſus prohibuit cum magna humilitate, ne exeuntes fratres de monaſterio dum lucra olei quærerent, animarum damna paterentur. Eas autem paucas, quæ in arboribus monaſterij erant colligi præcepit, & in prælo mitti, parumque olei inde expreſſum ſibi afferri. Quod allatum ſibi iuxta altare in vaſe, facta oratione mandauit, vt de eo minimum quid in cuncta vaſa olei poneretur, quæ omnia die ſequenti plena reperta ſunt.

De Bonifacio Ferentinæ ciuitatis epiſcopo, cap. 9.

§. V.

IN Tuſciæ partibus fuit vir vitæ venerabilis Bonifacius nomine, qui in ea ciuitate, quæ Ferentia dicitur, epiſcopatus officium tenuit, & bonis moribus impleuit. Hæc tamen ciuitas oſtenditur funditus euerſa, & inhabitata verſus Viterbium, à cuius ciuibus dicitur deſtructa. Hic ergo Bonifacius in ſua pueritia clarere virtutibus & miraculis cœpit. Nam dum cum matre ſua adhuc habitaret puer, egreſſus hoſpitio nunnunquã ſine linea, crebro etiam ſine tunica reuertebatur, quia mox, vt nudum reperiebat, veſtiebat, ſe his expolians, vt ante Dei oculos illius mercede veſtiretur. Tunc mater ſua frequenter eum increpare conſueuerat dicens, quod iuſtum non erat, vt ipſe inops pauperibus veſtimenta largiretur.

Quadam autem die ipſa mater pueri horreum ingreſſa, pene totum triticum, quod in ſtipẽdium totius anni ſibi parauerat, inuenit à filio ſuo pauperibus erogatum. Cumque ſeipſam alapis & pugnis cæderet: quod quaſi anni ſubſidia perdidiſſet, ſuperuenit puer Dei Bonifacius, eámque verbis, quibus valuit, conſolari cœpit. Quæ cum nil conſolationis admitteret, hanc rogauit, vt ab horreo exire deberet, in quo parum quid tritici remanſerat. Matre ſecedente ibi Bonifacius orationi ſe dedit, qua finita matrem introduxit. Quæ horreum magis plenum reperit, quàm prius, cum per eam ibi congregatum fuiſſet. Quo viſo miraculo, compuncta mater iam cœpit agere, vt daret, qui ſic celeriter poſſet, quæ petiiſſet, accipere.

Bonifacius frumento precibus horreum implet.

Hæc quoque in hoſpitij ſui veſtibulo gallinas nutrire conſueuerat, ſed eas ex vicino rure vulpes veniens auferebat. Quadam die dum in eodẽ veſtibulo puer Bonifacius ſtaret, vulpes ex more venit, & gallinam abſtulit. Ipſe autem concitus in Eccleſiam intrauit, & ſe in oratione proſternẽs apertis vocibus dixit. Placet tibi domine, vt de nutrimentu matris meæ manducare non poſſem? Ecce enim gallinas, quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione ſurgens, de Eccleſia egreſſus eſt. Mox autem vulpes rediit, gallinam, quam ore ferebat, dimiſit, & moriens ante eius oculos in terram cecidit. Exauditus itaque eſt in rebus vilibus puer ſanctus & ſimplex, vt in paruis diſceret, quantum de Deo præſumere in magnis petitionibus deberet.

Cur Deus in rebus vilib. ſanctos exaudiat.

Factus autem epiſcopus ita pauperem habebat eccleſiam, vt nihil aliud ad omne ſtipendium, niſi tantum vnam ſolummodo vineam poſsideret. Et

[A.C. 550.] hæc vinea quadam die ita grandine vaſtata eſt, vt A in ea in paucis vitibus, vix parui rarique racemi remanerent. Quam cum Bonifacius fuiſſet ingreſſus, magnas omniputenti Deo gratias egit, quia in ipſa ſua adhuc inopia ſeſe anguſtiari cognouit. Solet enim bonis mentibus paupertas cuſtos eſſe humilitatis. [Paupertas eſt cuſtos humilitatis.] Sed cum iam tempus adeſſet, quo illi racemi pauci matureſcere cœpiſſent, cuſtodem vineæ ex more poſuit. Quadam autem die iuſsit Conſtantio nepoti ſuo, vt cuncta vini vaſcula in epiſcopio præpararet. B Super quo nepos admiratus eſt valde, cum vinum minime haberet. Fecit tamen, quod iuſſum fuerat. Vir ergo Dei vineam ingreſſus, racemos collegit, ad calcatoriũ detulit, omnéſque inde egredi præcepit, ſolúſque cum vno paruulo remanſit, quem in eodem calcatorio depoſuit, & calcari ipſos paucisſimos racemos fecit. Cumque ex eiſdem racemis parum aliquid vini deflueret, cœpit hoc vir Dei in vno vaſe ſuſcipere, & per cuncta dolia præparata pro benedictione diuidere, vt omnia vaſcula vix infuſa viderentur. Quo facto vocato presbytero C iuſsit pauperes adeſſe. [Calcatorium locus vbi vuæ calcantur.] Tunc cœpit vinum in calcatorio creſcere, ita vt omnia, quæ allata fuerant pauperum vaſcula impleret. Qui cum ſe idoncè ſatisfeciſſe cõſpiceret, de calcatorio puerum iuſsit aſcendere, apothecam clauſit, & impreſſo ſigillo proprio munitam reliquit, móxque ad Eccleſiam rediit. Tertia vero die Conſtantium vocauit, & oratione facta apothecam aperuit, & vaſa in quibus tenuiſsimum liquorem fuderat, vbertim vinum fundentia inuenit, ita vt pauimentum omne excreſcentia vini inundaſſet, ſi adhuc tardius epiſcopus intraſſet. Tunc terribiliter presbytero Conſtantio præcepit, ne quouſque viueret, D hoc miraculum cuiquam indicaret: pertimeſcens videlicet ne in virtute facti humano fauore pulſatus inde intus inaneſceret, vnde foris hominibus magnus appareret: [Mat. 17.] exemplum magiſtri ſcilicet Chriſti ſequens, qui ad viam humilitatis inſtruens, de ſeipſo diſcipulis mandauit, vt nemini dicerent, quæ vidiſſent.

Alio tempore cum vir nobilis Fortunatus, magnis precibus à Bonifacio præfato ſancto viro obtinuiſſet, vt in natali beati Proculi martyris in Eccleſia ei dedicata miſſarum ſolennia celebraret, & ad domum ſuam declinaret ad prandium, E [Miſſarũ ſolẽnia S. Bonifaci⁹ celebrabat.] peractis Miſſarum ſolenniis domum Fortunati ingreſſus eſt. Et antequam Deo hymnum diceret, ſicut quidam ludendi arte ſolent victum quærere, repente ante ianuã vir cum ſimia adſtitit, & cymbala percuſsit. Quem ſanctus vir ſonitum dedignatus, dixit: heu, heu, heu, mortuus eſt miſer iſte. Ego ad menſam refectionis veni, os adhuc ad laudem Dei non aperui, & ille cum ſimia veniens cymbala percuſsit. Subiunxit tamen & ait. Ite, & pro caritate cibum, potúmque ei tribuite, ſed ſcitote quoniam mortuus eſt. Qui infælix vir cum panem & vinum ex eadem domo percepiſſet, F egredi ianuam voluit, ſed ſaxum ingens ſubito de tecto cecidit, eíque in verticem venit. Ex qua percuſsione proſtratus, ſeminiuus leuatus eſt. Die autem ſequenti mortuus eſt ſecundum viri Dei ſententiam. Qua in re penſandum ait Gregorius, [S. viri nõ irritandi.] quantus ſit ſanctis viris timor exhibendus, templa enim Dei ſunt. Et cum ad iracũdiam ſanctus vir trahitur, quis alius ad iraſcẽdum niſi eiuſdem templi inhabitator excitatur?

Alio quoque tempore Conſtantius presbyter [A.C. 550.] nepos ſuus equum ſuum duodecim aureis vendidit, quos in arca propria ponens ad exercendum aliquod opus diſceſsit. Subito autem pauperes ad Bonifacium venerunt, vt aliquid ſuæ inopiæ largiretur deprecantes, ſed cum nil tunc haberet dandum, æſtuare animo cœpit, ne pauperes vacui ab eo exirent. Cui repente ad memoriam venit, quod nepos eius Conſtantius equum vendidiſſet. Abſente igitur ipſo nepote ſuo acceſsit ad arcam B & violenter clauſtra arcæ comminuit, & duodecim aureos inde accipiens, pauperibus, vt ſibi placuit, diuiſit. Reuerſus Conſtantius ex opere, & arcam fractam inueniens, & pretium caballi non inueniens, cœpit magna voce perſtrepere, & cum furore nimio clamare. Omnes hic viuunt, ſolus ego in hac domo viuere non poſſum. Ad cuius vocem aduenit epiſcopus Bonifacius, omnéſque, qui in eodem epiſcopio aderant. Cumq; vir Dei voce blanda eum temperare voluiſſet, cœpit ille cum iurgio reſpondere dicens. Omnes tecum viuunt, ſolus ego ante te viuere nõ poſſum. C Redde mihi ſolidos meos. Quibus vocibus commotus epiſcopus, beatæ Mariæ Eccleſiam ingreſſus [S. Bonifacius duodecim aureos precibus B. virginis impetrat.] cœpit extenſis manibus rogare dominum, vt ei redderet, vnde presbyteri furentis inſaniam mitigare potuiſſet. Cumque ſubito oenlos ſuos ad veſtimentum ſuum inter brachia extenſa reduxiſſet, repente in ſinu ſuo duodecim aureos inuenit ita fulgentes, ac ſi eadem hora ex igne producti eſſent. Qui mox de eccleſia egreſſus, eos in ſinum furentis presbyteri proiecit dicens: Ecce habes ſolidos, quos quæſiſti. Sed hoc tibi notum ſit, quia poſt mortem meam tu in epiſcopum huic D Ecclefiæ non eligeris propter auaritiam tuam. Ex qua ſententiæ veritate colligitur, quia eoſdem ſolidos pro adipiſcendo epiſcopatu præparauerat, ſed ille in presbyteratu deceſsit.

Item cum quadam die duo Gothi ad eum gratia hoſpitalitatis veniſſent, qui Rauennam feſtinare ſe profeſsi ſunt, paruum vas ligneum vino plenum manu ſua eis præbuit, quod fortaſſe in prandio itineris habere potuiſſent. Illis autẽ profectis, non ſolum in via tota, ſed etiam dum aliquot diebus Rauennæ ſteterunt, & in reuerſione ad eum vinum bibentibus, nunquam de vaſe illo E defecit, ac ſi vinum non ſolum augeretur, ſed in vaſe illo naſceretur.

Item altera vice cum ingreſſus hortum magna multitudine erucarum coopertum eſſe vidiſſet, [Erucę præcepto eius obediunt.] quæ omne olus conſumebant: ipſe ad eas conuerſus ait. Adiuro vos in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: hinc recedite, & nolite hæc olera comedere. Quæ ſtatim omnes egreſſæ ſunt ita, vt ne vna quidem remaneret.

De S. Fortunato epiſcopo Tudertino ca. 10.

§. VI.

HIc (vt ait Gregor. in primo dialogorum) in effugandis ſpiritibus immenſæ virtutis gratia pollebat, ita vt nonnunquam ab obſeſsis corporibus legiones dæmonum pelleret. Legio autem continet numerum ſex milium ſexcentorum ſexaginta ſex dæmonum. Hic inter cætera miranda, vt narrat Gregorius ex relatu cuiuſdã Iuliani defenſoris in vrbe, qui paulo ante deceſſerat, & ſatis familiaris dicto Fortunato extiterat, hoc egit.

Matro

A.C. 550.

Matrona quædam nobilis in Tuſciæ partibus A vicinus nurum habebat, quam filius eius de propinquo vxorem duxerat. Hæc autem cum fuiſſet inuitata ab amicis, vt ad dedicationem cuiuſdam oratorij ſub titulo ſancti Sebaſtiani accederet, nocte præcedenti dedicationis diem dicta nurus voluptate carnis deuicta, à viro ſuo ſeſe abſtinere non potuit. Cumque mane facto deterreret carnis delectatio perpetrata, proceſsionem vero ad oratorium illud imperaret verecundia, plus erubeſcens vultum hominum, quàm Dei iudiciũ metuens, cum ſocru ſua ad dedicationem oratorij acceſsit. Mox autem vt reliquiæ beati Sebaſtiani martyris ſunt oratorium ingreſſæ, eandem prædictæ matronę nurum ſpiritus malignus arripuit, & coram omni populo vexare cœpit. Eiuſdem vero oratorij presbyter, cum hanc vehementiſsime vexari conſpiceret, ex altari protinus ſindonem tulit, eámque cooperuit, ſed & hunc repente ſpiritus inuaſit. Et quia ſupra vires voluit quicquam præſumere, compulſus eſt in ſua vexatione cognoſcere, quid eſſet. Qui ergo aderant, puellam ex oratorio domum deportarunt. Cumque malignus ſpiritus hanc vexatione continua attereret, parentes eius eam carnaliter amantes, & amando perſequentes, ad obtinendum remedium ſalutis maleficis tradiderũt, vt eius animam funditus extinguerent: cuius carni ad tempus prodeſſe conatentur, ductáque eſt itaque ad fluuium, & in aquam immerſa, & arte magica diutius incantata [malefici moliebantur] vt diabolus exiret, ſed miro omnipotentis Dei iudicio dũ peruerſa arte ab ea vnus pellitur, in eam ſubito legio intrauit. Cœpit ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribuſque perſtrepere, quot ſpiritibus tenebatur. Tunc inito conſilio parentes eius ſuæ perfidiæ culpam fatentes, hanc ad venerabilem virum Fortunatum epiſcopum duxerunt, eíque reliquerunt. Qua ille ſuſcepta, multis diebus ac noctibus in oratione ſe dedit, tantóque annisu precibus incubuit, quanto & in vno corpore contra ſe adſiſtere legionis aciem inuenit, quam demum ita ſanam reddidit, ac ſi nũquam diabolus inuaſiſſet.

Mulier poſt commixtionẽ ad dedicationẽ templi accedens à dęmone occupatur.

Dæmõ artibus magicis non tollitur, ſed imminuitur.

Alio quoque tempore idem vir omnipotentis dei famulus, ex obſeſſo quodam homine ſpiritum excuſsit, qui malignus ſpiritus cum adueſperaſcente iam die ſecretam ab hominibus horam cerneret, peregrinum quempiam ſe eſſe ſimulans, circumire cœpit ciuitatis plateas, & clamare. O virum ſanctum Fortunatum epiſcopũ, ecce quid fecit, peregrinum hominem de hoſpitio ſuo eiecit, quæro vbi requieſcere debeam, & in hac eius ciuitate non inuenio. Tunc quidam in hoſpitio ſuo cum vxore ſua, & paruulo filio ad prunas ſedebat, qui vocem eius audiens, & quid ei epiſcopus feciſſet inquirens, hunc inuitauit hoſpitio, ſedere ſecum iuxta prunas fecit. Cumque viciſsim aliqua confabularentur, paruulum eius filiũ ſpiritus malignus inuaſit, atque in eaſdem prunas eiecit, animámque eius excuſsit. Qui orbatus miſer, vel quem ipſe ſuſceperit, vel quem epiſcopus expuliſſet, agnouit. Et aſsignans rationem Greg. quare iſti tantum nocumentum Deus permiſerit accidere, dicit Petro. Ego hunc virum, qui dum quaſi hoſpitalitatem exhiberet, filio orbatus eſt: non pietatis opere delectatum exiſtimo, ſed epiſcopi detogatione. Nam pœna ſubſequens innocuit, quia præcedens ſuſceptio ſine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli, qui bona facere idcirco ſtudent, vt gratiam alienę operationis obnubilẽt. Qua de re exiſtimo hunc virum, qui malignũ ſpiritum in hoſpitalitate ſuſcepit, oſtentationi boni potius intendiſſe, quàm operi, vt meliora quàm epiſcopus facere videretur, recipiens eum quem epiſcopus expuliſſet. Et cum peruerſa eſt intentio, quæ præcedit, prauum eſt omne, quod ſequitur, etſi rectum eſſe videatur. Idem Dei famulus lumen cuidam cæco ad eum adducto reſtituit.

Cur qui peregrini ſpeciẽ diabolum excepit, filio mulctatꝰ eſt.

A C 550.

Intentio operis fons.

B Cuiuſdam etiã militis equum in rabiem verſum, ita vt quos inuadere poterat morſibus dilaniaret, facto crucis ſigno ſuper caput eius ad manſuetudinem reduxit maiorem, quàm prius habuerat. Quem equum curatum, cum magnis precibus & importunis [miles accipere eum] rogaſſet, ſibi retinere noluit, ne virtute miraculi videretur accipere, & tamen, ne illum contriſtaret non accipiendo pro caritate, dato ei pretio ſuſcepit.

Narrat inſuper idem Gregorius, referente ei hæc quodam ſene Tudertinæ ciuitatis, cum ab eo quæreret auide, ſi illum cognouiſſet, & quæ de il- C lo noſſet, qui reſpondit. Homo ille longe alius fuit ab hominibus, quos videmus modo. Nam quicquid ab omnipotente Deo petiit, ita dũ peteret, impetrauit. Quadam [namque] die (inquit) cum Gothi iuxta Tudertinam ciuitatẽ veniſſent, qui ad partes Rauennę properabant, duos pueros paruulos abſtulerunt de poſſeſsione, quæ præfatę ciuitati ſubiacebat. Quod cum ſancto viro nunciatum fuiſſet, prædictos Gothos ad ſe vocari fecit. Quorum aduenientium blando ſermone prius quæſiuit aſperitatem placare, & poſtea ſubintulit. D Quale pretium vultis pro eis dabo, & eos dimittite, & reddite, & in hoc veſtræ gratiæ munus præbete. Quorum maior reſpondit. Quicquid aliud præcipis, parati ſumus facere, ſed iſtos puerulos non reſtituere. Cui venerandus vir. Contriſtas me (inquit) & non audis patrem tuum. Noli me contriſtare, [nam] non expedit tibi. Sed ille negando diſceſsit. Sequenti quoque die iterum ad idem rogante epiſcopo, nullo modo aſſentiri voluit. Cui epiſcopus, Scio, quia tibi non expedit, quod me contriſtato diſcedas. Qui Gothus verba eius deſpexit, atque ad hoſpitium reuerſus E eoſdem pueros, de quibus agebatur, equis ſuperimpoſitos cum ſuis hominibus præmiſit. Ipſe vero aſcendens equum ſtatim ſubſecutus eſt. Cumque in eadem ciuitate ante beati Petri apoſtoli eccleſiam veniſſet, equi eius pes lapſus eſt, qui cum eo corruit, & eius mox coxa confracta eſt, ita vt in duas partes os eſſet diuiſum. Tunc eleuatus in manibus, ſtatim ad hoſpitium eſt reductus. Qui feſtinus miſit, & pueros, quos præmiſerat, reduxit, & viro venerabili Fortunato mandauit, dicens. Rogo te pater, mitte ad me diaconum tuum. Qui diaconus cum ad iacentem veniſſet, ei pueros illos reductos, quos epiſcopo negauerat, reddidit, dicens. F Vade & dic domino meo epiſcopo, quia maledixiſti mihi, ecce percuſſus ſum, ſed pueros, quos quæſiſti recipe, & pro me oro intercede. Suſceptos pueros diaconus ad epiſcopum reduxit. Qui ſtatim aquam benedictam dedit diacono, vt ſuper iacentis corpus proiiceret, quod & fecit. Res mira & valde ſtupenda. Mox vt aqua illa coxam eius tetigit, omnis fractura ſolidata eſt. Sicque Gothus ille equo aſcenſo iter ſuum proſecutus

Gothꝰ qui pueros quos acceperat, noluit reſtituere, grauiter punitur.

Aquæ benedictæ vis.

cutus

A.C. 550.

curtus eſt, ac ſi nullam læſionem pertuliſſet. A

Vt Fortunatus mortuum ſuſcitauerit.

Eodem ſene referente narrat Gregorius, quod in dicta ciuitate Tudertina cum quidam Marcellus nomine cum duabus ſororibus ſuis habitaret laudabiliter viuens, contigit, vt eo infirmato moreretur ſabbato ſancto. Et quia longius corpus eius eſſet efferendum, ſepultura eius dilata eſt. Interea ſorores eius ad Fortunatum epiſcopum acceſſerunt flentes, & magnis vocibus clamare cœperunt, dicentes. Scimus, quia Apoſtolorum vitã tenes, leproſos mundans, cœcos illuminans, veni & reſuſcita mortuum noſtrum. Qui mox, vt earum fratrem mortuum agnouit, & ipſe fleuit, eiſque reſpõdit dicens. Recedite, & hoc dicere nolite, quia inſsio eſt omnipotentis Dei, cui contraire nemo poteſt. B Recedentibus illis ſubſequenti die dominico ante exurgẽtis lucis crepuſculum, vocatis duobus diaconibus ſuis perrexit ad domum defuncti, & acceſsit ad locum, vbi iacebat corpus exanime, & orationi ſe dedit. Expleta oratione non grandi voce, defunctum per nomen vocauit dicens, Frater Marcelle. At ille, vt leniter dormiens ad vocem excitatus, ſtatim oculos aperuit, atque ad epiſcopum reſpiciens dixit. O quid feciſti? O quid feciſti? Cui epiſcopus. Quid feci? Qui dixit. Duo heſterno die venerunt, qui me eiicientes de corpore in bonum locum duxerunt, C hodie vnus miſſus eſt, qui diceret. Reducite eum, quia Fortunatus epiſcopus in domum eius venit. Qui mox ex infirmitate conualuit, & in hac vita diutius manſit. Nec tamen credendum eſt, quod locum, quem acceperat, perdidit, quia dubium non eſt, quod interceſſoris ſui precibus potuit poſt mortem melius viuere, qui & ante mortem ſtuduit omnipotenti Deo placere. Sed cur multa de vita eius dicimus, cum nunc vſque ad corpus eius tot virtutum documenta teneamus? Dæmoniacos quippe abſoluere, ægros curare, quoties ex fide petitur, vt viuens conſueue- D rat, hæc indeſinenter facere, & apud ſua oſſa mortua perſeuerat.

Mortuus ad vitã reuocatos non credẽdos eſt locũ quẽ acceperat amiſiſſe.

De Seuero presbytero, cap. 12.

§. VII.

IN Valeriæ partibus quidam nomine Seuerus, vitæ valde venerabilis, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ virginis presbyter. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum veniſſet vitæ, miſsis nuncijs concite rogauit, vt quamcitiſsime ad eum veniret, ſuiſque [a] orationibus pro peccatis ſuis in- E tercederet, vt acta pœnitentia de culpis ſuis ſolutus culpa de corpore exiret. Cui ſacerdoti inopinate contigit, vt ad putandam vineam eſſet occupatus, atque ad ſe venientibus diceret. Antecedite, ecce ego ſubſequar vos. Paululum moram fecit, vt opus, quod minimum reſtabat, expleret. Quo expleto cœpit ad agrum pergere. Eunti autẽ in itinere occurrerunt, qui prius miſsi fuerant, dicentes, Quare tardaſti pater? Ecce iam defunctus eſt. Quo audito ille contremuit, magniſque vocibus ſe interfectorem illius clamare cœpit. Flẽſque ad corpus defuncti venit, ſeque coram lecto illius cum lachrymis in terram dedit. Cumque vehementer fleret, & in terram caput tunderet, ſeque reum mortis illius clamaret, repente is, qui defunctus erat, animam recepit. Quod dum qui circumſtabant aſpicerent, admirati vocibus emiſſis cœperunt amplius præ gaudio flere. Cumque eum requirerent, vbi fuerit, vel quomodo rediſſet, ait. Tetri valde erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore & naribus ignis exibat, quẽ tolerare non poteram. Cumque per obſcura loca me ducerent, ſubito pulchræ viſionis iuuenis cũ alijs nobis euntibus obuius factus eſt, qui me trahentibus dixit. Reducite illũ, quia Seuerus preſbyter plangit, eius enim lachrymis eum dominus donauit. Qui Seuerus protinus de terra ſurrexit, eique pœnitentiam agenti opem ſuæ interceſsionis præbuit. Et dum per dies ſeptem de perpetratis culpis æger rediuiuus pœnitentiam ageret, octauo die lætus de corpore exiuit. Et cum Petrus quærit. Quid eſt, quod modo tales viri nequeunt inueniri? Reſpondet Gregorius. Ego Petre multos tales in hoc ſæculo nec modo deeſſe exiſtimo. Neque enim ſi talia ſigna non faciant, ideo tales non ſunt. Vitæ namque vera æſtimatio in virtute eſt operum, nõ in oſtenſione ſignorum. Nam ſunt plerique, qui & ſi ſigna non faciunt, ſigna tamen facientibus diſpares non ſunt. Et hoc probat per exemplum Petri & Pauli æqualis ſanctitatis, & tamen Petrus in mari pedibus ambulauit, ſcilicet ad Chriſtum, Paulus in mari naufragium pertulit.

Nota quã ſit periculoſum ex hac vita ſine confeſsione migrare.

Non deſunt in hoc mundo ſancti etiã ſi ſigna non faciant.

Mat. 14. Act. 28.

De Dacio Mediolanenſi epiſcopo, li. 3. cap. 4.

§. VIII.

TEmpore quoque Iuſtiniani imperatoris cũ Dacius Mediolanenſis epiſcopus cauſa fidei exactus, ad Conſtantinopolitanam vrbem pergeret, Corinthum deuenit. Qui dum largam domum ad hoſpitandum quæreret, quæ comitatũ illius totum ferre potuiſſet, & vix inueniret, aſpexit

Cõfeſsio peccatorum ſacerdoti ad ſalutem neceſſaria.

a Ex hac hiſtoria confeſsionis peccatorum coram ſacerdote neceſsitas maxime declaratur, cum ex ea aperte perſpiciatur, eum qui ſine confeſsione deceſſerat, diaboli poteſtati fuiſſe traditum. Nam interceſsio ſacerdotis quam tam ardenter hic æger expetiuit, eſt abſolutio, vt etiam verba illa declarant, vt acta pœnitentia de culpis ſuis ſolutus de corpore exiret. Vbi autem abſolutio eſt, ibi peccatorum neceſſe eſt præcedat confeſsio. De hac peccatorum confeſsione ſæpe D. Gregor. agit, vt lib. 8. F *moral. cap. 15. & 25. & lib. 22. cap. 13. & 14. & alias. Cæterum vt hic locus adeo neceſſarius auctoritate grauiſsimi ſcriptoris fulciretur, hic addenda quædam ex epiſt. 91. D. Leonis ad Theodorum Foroiulienſem eſſe putaui. Si aliquis, inquit, pro quibus Domino ſupplicamus, quocũque interceptus* A *obſtaculo, à munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquam ad conſtituta remedia perueniat, temporalem vitam humana cõditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit. Nec neceſſe eſt nobis eorum, qui ſic obierunt, merita actúſque diſcutere, cum Dominus Deus noſter, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit, ſua iuſtitia reſeruauerit: ita poteſtatem ſuam timore volens, vt hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdam tepidis ac negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim vtile ac neceſſarium eſt, vt peccatorum reatus ante vltimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur. Hæc ille.*

A.C. 550.

A.C. 550.

xit eminus domum congruentis magnitudinis, eámque ſibi ad hoſpitandum præparari iuſsit. Cumque loci illius incolæ dicerent, in ea manere non poſſe, quia multis iam anois eam diabolus inhabitaret, atque ideo vacua remanſiſſet, vir venerabilis Dacius reſpondit dicens. Immo ideo hoſpitari in ea domo debemus, ſi eam ſpiritus malignus inuaſit, & ab ea hominum habitationem repulit. In ea igitur ſibi præparari præcepit, ſecurúſque illam, antiqui hoſtis certamina toleraturus, intrauit. Itaque intempeſtæ noctis ſilentio, cũ vir Dei quieſceret, antiquus hoſtis immenſis vocibus magníſque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, rugitus aſinorum, ſibilos ſerpentum, ſtridores ſoricum. Tunc repente Dacius tot beſtiarum vocibus excitatus, ſurrexit vehementer iratus, & cõtra antiquum hoſtem magnis cœpit vocibus clamare dicens. Bene tibi contigit miſer. Ecce qoi dixiſti, ponam ſedem meam ad aquilonem, & ſimilis ero altiſsimo, per ſuperbiam tuã porcis & ſoricibus ſimilis factus es. Et qui imitari Deum indigne voluiſti, ecce vt dignus es, beſtias imitaris. Ad quam eius vocem (vt ita dicã) deiectionem ſuam ſpiritus malignus erubuit, & ad exhibenda monſtra in eandem domum, vt conſueuerat, non intrauit. Sicque poſtea habitaculum hominum facta eſt.

Dacius dæmoni inſultat. Iſa. 14.

De Sabino Canuſina ciuitatis epiſcopo, ca. 5.

§. IX.

Hic cum longo ſenio lumen amiſiſſet, vt nihil penitus videret, Totila rex Gothorum, audiens hunc habere ſpiritum prophetiæ, minimẽ credidit, ſed probare ſtuduit, quod audiuit. Cum enim in illas partes rex veniſſet, hunc vir Domini ad prandium inuitauit. Cumque iam ventum eſſet ad menſam, rex diſcumbere noluit, ſed ad dexteram Sabini venerabilis viri ſedit. Cum vero eidem patri puer ex more poculum præberet; rex ſilenter manum tetendit, calicem abſtulit, vinúmque per ſe vice pueri epiſcopo obtulit, vt videret, ſi ſpiritu prophetiæ diſcerneret, quis ei poculum præberet. Tunc vir Dei accipiens calicem, ſed miniſtrum non videns, dixit, viuat ipſa manus. De quo verbo rex lætatus erubuit, quia quamuis deprehenſus ſit, tamẽ in viro Dei, quod quærebat, inuenit.

Huius autem venerabilis viri cum ad exemplũ vitæ ſequentium in longum ſenium vita traheretur, eius archidiaconus ambitione adipiſcendi epiſcopatum accenſus, eum extinguere veneno molitus eſt. Qui cum vnius puerorum Sabini animum corrupiſſet, vt veneno mixtum vinum in poculum offerret, eum iam refectionis hora vir Dei ad edendum diſcumberet, præmiis corruptus puer, quod ab archidiacono acceperat, veneni poculum porrexit epiſcopo. Cui venerabilis epiſcopus ait. Bibe tu, quod mihi bibendum præbes. Tremefactus puer ſentiens ſe deprehenſum eſſe, maluit moriturus bibere, quàm pœnas pro illa tanti homicidij culpa tolerare. Cumque ſibi ad os calicem poneret, vir dei compeſcuit, dicens: Non bibas. Da mihi, ego bibam. Sed vade, & dic ei, qui tibi dedit illud. Ego quidem venenum bibo, ſed tu epiſcopus non eris. Facto igitur ſigno crucis, epiſcopus venenum ſecurus bibit. Eademque hora in loco alio, quo archidiaconus ierat defunctus eſt, ac ſi per os epiſcopi ad archidiaconi viſcera venena illa tranſiſſent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, ſed hunc in conſpectu æterni iudicis venenum ſuæ malitiæ occidit.

Sabinus venenum bibit quo alter extinguitur.

Eodem Gothorum tempore, cum rex Totila Narniam veniſſet, vir vitæ venerabilis Caſsius eiuſdem vrbis epiſcopus occurrit. Cui, quia ex conſperſione ſemper facies rubere ſolebat, hoc rex Totila non conſperſionis eſſe credidit, ſed aſsiduæ potationis, eumque omnino deſpexit. Sed omnipotens Deus, quantus eſſet vir ille, qui deſpiciebatur, oſtendit. In Narnienſi enim campo quo rex aduenerat, malignus ſpiritus coram omni exercitu eius ſpatharium inuaſit, eumque vexare crudeliter cœpit. Qui cum à regis oculis fuiſſet amotus, & ad venerandum Caſsium fuiſſet adductus, hunc ab eo vir Dei Caſsius oratione facta, ſigno crucis expulit, qui in eum amplius ingredi non præſumpſit. Poſt quod rex illum Caſsium veneratus eſt ex corde, quem prius deſpectum valde iudicauerat ex facie.

A.C. 550.

De Caſsio Narnienſi epiſcopo, cap. 6.

De Andrea Fundana ciuitatis epiſcopo, cap. 7.

§. X.

Hic igitur Andreas, cum vitam multis virtutibus plenam duceret, ſeque ſub ſacerdotali cuſtodia incontinentiæ arce cuſtodiret, quamdam ſanctimonialem fœminam, quam ſecum prius habuerat, noluit ab epiſcopij ſui cura repellere, ſed certus de ſua eiuſque continentia, ſecum hanc permiſit habitare. Ex qua re factum eſt, vt antiquus hoſtis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nam cœpit ſpeciem illius oculis mentis eius imprimere, vt illectus nefanda cogitaret. Quadam vero die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens, Appiæ carpebat iter, qui ad Fũdanam * glebam veniens, cum iam diẽ veſperaſcere cerneret, & quo declinare poſſet minime reperiret, iuxta templum Apollinis venit, ibíque ſe ad manendum cõtulit. Qui ipſum loci illius ſacrilegium pertimeſcens, quamuis fidem Crucis minime haberet, ſigno tamen Crucis munire ſe curauit. Nocte autem media ipſo ſolitudinis timore turbatus, peruigil iacebat. Et repente conſpiciens vidit malignorum ſpirituum turbam, quaſi in obſequium cuiuſdam * poteſtatis præire. Cum vero, qui cæteris præerat, in eiuſdem loci gremio conſediſſet, cœpit ſingulorum ſpirituum obſequentium ſibi cauſas actuſque diſcutere, quatenus vnuſquiſque quantum nequitiæ egiſſet, inueniret. Cumque ſinguli ſpiritus ad inquiſitionem eius exponerent, quid operari contra bonos fuiſſent, vnus in medium proſiliuit, qui in Andreæ epiſcopi animo, per ſpeciem ſanctimonialis fœminæ, quæ in epiſcopio eius habitabat, quantam tentationem carnis commouiſſet, aperuit. Cum vero hoc malignus ſpiritus, qui præerat, inhianter audiret, & tanto ſibi factum lucrum grandius crederet, quanto ſanctioris viri animam ad lapſum perditionis inclinaret, ille ſpiritus, qui hæc fatebatur adiunxit, quia vſque ad hoc die præterito veſpertina hora eius mentem traxerit, vt in terga eiuſdem ſanctimonialis fœminæ blandiens alapam daret. Tunc humani generis inimicus exhortatus hunc blãde eſt, vt faceret, quod cœperat, quatenus ruinæ illius inter cæteros palmã teneret.

Periculoſum cum mulieribus etiam ſanctis habitare.

* aliàs Fũdanum clinum.

* poteſtis.

Lapſus viri ſancti dæmonibus gratiſsimus.

Cumque

A.C. 550.

Cumque Iudæus, qui aduenerat, hoc vigilans A cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret, ab eodem ſpiritu, qui cunctis illic obſequentibus præerat, iuſſum eſt, vt requirerent, quiſnam eſſet ille, qui iacere in templo illo præſumpſiſſet. Quem maligni ſpiritus pergentes, & ſubtilius intuentes, crucis ſignaculo munitum viderunt, mirantéſque dixerunt. Væ, væ, vas vacuum, ſed ſignatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum ſpirituum diſparuit turba. Iudæus vero, qui hæc viderat, ſubito ſurrexit, atque ad epiſcopum ſub feſtinatione peruenit. Quem in Ec- B cleſia ſua reperiens, ſeorſum tulit, qua tentatione vrgeretur, inquiſiuit. Cui confiteri tentationem ſuam epiſcopus verecundatus noluit. Cùm vero ille diceret, quòd in illam Dei famulam amoris oculos iniecisset praui, atque adhuc epiſcopus negaret, adiunxit. Quare negas, quòd inquiteris, qui ad hoc vſque veſpere heſterno perductus es, vt poſteriora illius alapa ferires? Ad quæ nimirum verba epiſcopus intuens ſe depræhenſum, humiliter confeſſus eſt, quod prius pertinaciter negauit. Cuius ruinæ & verecundiæ Iudęus conſulens, qualiter hoc cognouiſſet, vel quæ in con- C uentu malignorum ſpirituum audiſſet de eo, indicauit. Quod ille cognoſcens, ſeſe in terrâ protinus in orationem dedit. Móxque non ſolum illam Dei famulam, ſed & omnem quoque fœminam, quæ in eius illic obſequio habitabat, expulit: & in eodem Apollinis templo repente beati Andreæ oratorium fecit; atque omni tentatione carnis funditus caruit. Iudæum vero, cuius viſione & increpatione ſaluatus eſt ad æternam ſalutê traxit, & fide imbutum baptizauit: Et ex hoc exemplo, qui corpus ſuum continentiæ dedicant, D habitare cum fœminis non præſumant, ne ruina mentis repentina ex præſentia formæ concupitæ ſubrepat. Sed & res hæc & metum nobis pręſtat, & fiduciam.

Tuti ſigni crucis munimentum.

Cum fœminis habitare pręſumendū non eſt.

De Frigidiano Lunenſis ciuitatis epiſcopo, cap. 9.

§. XI.

NArrante quoque venerabili viro Venantio Lunenſi epiſcopo ſibi, refert Gregorius, E contigit agnouiſſe quod Lucanæ Eccleſiæ Lunêſi propinquæ, vir miræ virtutis epiſcopus fuit Frigidianus, cuius hoc opinatiſsimum à cunctis illic habitantibus miraculum teſtatur memorari, quod Anſeris fluuius, qui iuxta illius vrbis muros influebat, ſæpe inundatione facta curſus ſui alueum egreſſus, per agros diffundi conſueuerat, & quæ ſata ac plantata reperiret, euertere. Cûque hoc crebro fieret, & magna eiuſdem loci incolas neceſsitas vrgeret, ſtudio dato operis eum per loca alia deriuare conati ſunt. Sed quamuis diutius laboratum fuiſſet, à proprio alueo diuerti nô po- F tuit. Tunc vir domini Frigidianus raſtrum ſibi paruulum fecit, & ad alueum fluminis accedens ſolus orationi incubuit, atque eidem flumini præcipiens, vt ſequeretur per loca, quæ ei viſa ſunt, raſtrum per terram traxit, quem relicto alueo proprio, tota fluminis aqua ſecuta eſt, ita vt funditus locum conſueti curſus deſereret, & ibi ſibi alueû, vbi tracto per terram raſtro vir domini ſignum fecerat, vendicaret: & quæcunque eſſent alimentis hominum profutura ſata vel plantata, vltra non læderet.

A.C. 550.

Eodem quoque Venantio Lunenſi epiſcopo, ac Ioanne Placentino tunc Romæ præfecto atteſtante, refert Gregorius, quod in ciuitate Placentinâ epiſcopus fuit miræ ſanctitatis nomine Sabinus. Huic cùm quadam die diaconus ſuus nunciaſſet, quòd curſus ſui Padus alueum egreſſus Eccleſiæ agros occupaſſet, totáque illic loca nutriendis hominibus profutura, aqua eiuſdem fluminis teneret; venerabilis vitæ Sabinus epiſcopus reſpondit, dicens. Vade & dic ei: Mandat tibi epiſcopus, vt te compeſcas, & ad proprium alueum redeas. Quod diaconus eius audiens, deſpexit & irriſit. Tunc vir Dei adſcito notario dictauit, dicens. Sabinus domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus commonitorium Pado. Præcipio tibi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt de alueo tuo in loca iſta vlterius non exeas, nec terras Eccleſiæ lædere præſumas, atque eidem notario ſubiunxit dicens. Vade hoc ſcribe, & in aquam fluminis proiice. Quo facto ſancti præceptum ſuſcipiens, ſtatim ſe à terris Eccleſiæ fluminis aqua compeſcuit, atque ad proprium alueum reuerſa, exire vlterius in loca eadem non præſumpſit. Qua ex re inobedientium hominum duritia confunditur, quando irrationabile elementum in virtute Ieſu ſancti viri præceptis obediuit.

De Sabino epiſcopo Placentino cap. 10.

De S. Cerbonio Populonij epiſcopo, cap. 11.

§. XII.

VIr quoque venerabilis vitæ Cerbonius Populonij epiſcopus, magnam diebus noſtris ſanctitatis ſuæ probationem dedit. Nam cum hoſpitalitatis ſtudio eſſet valde intentus, die quadam tranſeuntes milites hoſpitio ſuſcepit. Quos ſuſceptos ſuperuenientibus Gothis abſcondit, eorúmque vitam ab illorum nequitia abſcondendo ſeruauit. Quód cum Gothorum regi Totilæ perfido nunciatum fuiſſet, crudelitatis immaniſsimæ veſania ſuccenſus hunc ad locum, qui octauo ab ea vrbe miliario * Merulis dicitur, vbi tunc ipſe cum exercitu ſedebat, iuſsit deduci, cúmque in ſpectaculum populi vrſis ad deuorandum proiici. Cumque idem rex perfidus in ſpectaculo conſediſſet, ad conſpiciendam mortem epiſcopi, magna populi turba confluxit. Tunc epiſcopus in medium deductus eſt, atque ad eius mortem immaniſsimus vrſus exquiſitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, ſæui regis animum ſatiaret. Dimiſſus itaque vrſus ex cauea eſt. Qui accenſus concite epiſcopum petiit. Sed vrſus ſubito ſuę feritatis oblitus, deflexa ceruice, ſubmiſſóque humiliter capite, lambere epiſcopi pedes cœpit, vt patenter omnibus daretur intelligi, quia erga illum virum Dei, & ferina corda eſſent hominum, & quaſi humana beſtiarum. Tunc omnis populus, qui conuenerat ad ſpectaculum mortis, magno clamore verſus eſt in admirationem venerationis: ac etiam ad eius reuerentiam colendam rex ipſe permotus eſt. Et adhuc nonnulli ſuperſunt, qui huic rei viſæ affuerunt.

*Merolis

Vrſus ſubito manſuefit.

Idem ſanctus vir Cerbonius cùm in Eccleſia ſua, ſcilicet Populonij cui præerat, ſepulchrû præparaſſet, & Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vaſtaſſet, ad Helbam (rectius Iluā) inſulam

A.C. 550.

inſulam acceſsit. Qui cum ibi infirmatus eſſet ad A mortem, clericis ſuis obſequentibus ſibi præcepit dicens. In ſepulchro meo, quod mihi Populonij paraui, me ponite. Cumque illi dicerent ſe hoc agere non poſſe; cum Longobardi loca illa tenerent, & vbique diſcurrerent, reſpondit. Reducite me ſecure, & nolite metuere, ſed feſtinę me illic ſepelire curate, & ſubito inde diſcedite. Eo igitur defuncto, corpus eius in nauicula poſuerunt, vt illuc illud deferrent. Cumque in via eſſent, immenſa pluuia erupit, & per totum illud maris ſpacium quod ab Helba inſula, vſque ad Populonium diſtat, ſcilicet duodecim milliarium B cum procelloſa pluuia deſcenderet, vna pluuiæ gutta in nauim illam non deſcendit. Sepulto igitur ſancti corpore, vt iuſſerat, & ſubito recedentibus, Lõgobardorum dux crudeliſsimus *Gumarith aduenit, ex quo claruiſſe ſanctum illum ſpiritu prophetiæ maniſeſte patuit mandando ſubitum eorum receſſum.

S. Cerbonius ſe in ſuo ſepulchro imponi ſepeliri.

* al. Gummar.

Simile miraculum de pluuia factum eſt circa Fulgentium epiſcopum Vriculenſis Eccleſiæ. Nã cum ad eaſdem partes Totila cum exercitu ſuo appropinquaſſet, curę fuit epiſcopo per ſuos cle- C ricos xenia ei tranſmittere, eiuſque furoris inſaniam mitigare muneribus. Quæ ille vt vidit, protinus ſpreuit, atque iratus ſuis hominibus iuſsit, vt eundem epiſcopum ſub omni aſperitate cõſtringerent: eiuſque examini ſeruarent. Quem cũ feroces miniſtri [ſcilicet crudelitatis] Gothi tenuiſſent, circumdantes eum in vno loco ſtare pręceperunt, eique circulum in terra fecerunt, extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cumque vir Dei in ſole nimio æſtuaret, ab eiſdem Gothis circumdatus, & deſignatione circuli in- D cluſus, repente coruſcatio tonitruum & tanta vis pluuiæ erupit, vt ij qui eum cuſtodiendum acceperant, immenſitatem pluuiæ ferre non poſſent. Et dum magna nimia inundatio fieret pluuiæ, intra eamdem circuli deſignationem, in qua Fulgentius ſtetit, nec gutta quidem pluuiæ deſcendit. Quod dum regi nunciatum fuiſſet, illa mens effera ad magnam eius reuerentiam verſa eſt, cuius pœnam inſanabili furore ſitiebat.

De Fulgẽ no Vriculano epiſcopo ca. . . .

De Iſaac ſeruo Dei, cap. 14.

§. XIII.

E

HIc de Italia non fuit, ſed cum primum de Syriæ partibus ad Italiam veniſſet, ad Spoletanam ciuitatem deuenit, ibique manſit pene vſque ad extrema Gothorum tempora. Quẽ multi nouerunt noſtrorum, & præcipue ſacra virgo Gregoria, quæ nunc in Romana vrbe habitat. Quæ cum adoleſcentiæ ſuæ tempore conſtitutis iam nuptiis in eccleſiam fugiſſet, & ſanctimonialis vitæ conuerſationem quæreret: ab eodem viro eſt defenſa, & ad eum quem deſiderauerat habitum eſt perducta. Hic igitur Iſaac Eccleſiam in vrbe Spoletana ingreſſus, à cuſtodibus petiit ſibi F quantum vellet licentiam concedi orandi, vtque horis ſecretioribus egredi de Eccleſia non vrgeretur. Qui mox ad orandum ſtetit, diémque totũ peregit in oratione, cui ſequentem continuauit & noctem. Secundo etiam die cum nocte ſubſequenti indefeſſus in precibus perſtitit, diẽ quoque tertium in oratione coniunxit. Cumque hoc vnus ex cuſtodibus ſuperbiæ ſpiritu inflatus,

Gregoria ſanctimonialis fœmina.

cerneret, vnde proficerę debuit, inde ad defectus A.C. 550. damna peruenit. Nam hunc ſimulatorem dicere, & verbo ruſtico cœpit impoſtorem clamare, qui ſe tribus diebus & noctibus orare ante oculos hominum demonſtraret. Qui & protinus currens virum Dei alapa percuſsit, vt quaſi religioſæ vitæ ſimulator eſſet, de Eccleſia cum contumelia exiret. Sed hunc repente malignus ſpiritus inuaſit, atque ad viri Dei veſtigia ſtrauit, ac per os eius clamare cœpit. Iſaac me eiicit, Iſaac me eiicit. Vir quippe peregrinus, quo nomine cenſeretur, neſciebatur: ſed eius nomen ille ſpiritus prodidit, qui ſe ab illo poſſe eiici clamauit. Móxque ſuper vexati corpus vir Dei incubuit, & malignus ſpiritus, qui eum inuaſerat, abſceſsit. In tota vrbe illa tunc ſtatim quid in Eccleſia factum fuiſſet, innotuit. Currere viri & fœminæ, nobiles atque ignobiles pariter cœperunt, certatímque eum in ſuis rapere domibus conabantur. Alij ad conſtruendum monaſterium prędia, alij pecunias offerebant. Sed Dei ſeruus nil horum accipiens, egreſſus vrbem non longe deſertum locum inuenit, ibíque humile ſibi habitaculum conſtruxit. C Ad quem multi pergentes, ſub eius magiſterio ſe in Dei ſeruitium dederunt. Cumque crebro diſcipuli humiliter innuerent, vt pro vſu monaſterij poſſeſsiones, quæ ei offerebantur, acciperet, ille ſollicitus ſuæ paupertatis cuſtos fortem ſentẽtiam tenebat, dicens. Monachus, qui in terra poſſeſsiones quærit, monachus non eſt. Sicque metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatem perdere, ſicut auari diuites ſolent perituras diuitias cuſtodire, ibíque ſpiritu prophetiæ & magnis miraculis claruit.

Paupertas murus religionis.

D Quadam die ad veſperum in horto monaſterij fecit iactari ferramenta, quæ nos vangas vocamus, dixítque diſcipulis. Tot vangas in horto proiicite, & citius redite. Nocte autem eadem dum ex more cum fratribus ad exoluendas Deo laudes ſurrexiſſet, dixit eis. Ite & operariis noſtris pulmẽtum coquite, vt primo mane paratum ſit. Facto igitur mane iuſsit deferri pulmentum, & ingreſſus hortum cum fratribus, quot vangas in hortum iactari præceperat, tot in eo laborantes inuenit. Ingreſsi quippe fures fuerant ad rapiendum, ſed mutata mente per ſpiritum apprehenderunt vangas, quas inuenerunt, & tota nocte inculta horti illius ſpacia coluerunt, accedens igitur mane ad eos ait. Gaudete fratres, multum laboraſtis, iam quieſcite. Sicque cibo parato fecit eos reficere. Quibus refectis ait. Nolite malum facere. Quoties de horto aliquid vultis, ad horti aditum venite, tranquille petite, [cum benedictione percipite,] & à furti prauitate ceſſate. Sicque collectis oleribus eos onerari fecit.

Alio tempore acceſſerunt ad eum peregrini quidam, miſericordiam poſtulantes ſciſsis veſtibus, ita vt pene nudi viderentur. Cumque ab eo veſtimenta peterent, vir domini eorum verba audiuit. Vnumque ex diſcipulis ſilenter vocauit, cui etiam iuſsit, vt iret ad quandam ſyluam, & ibi veſtimenta, quæ iam in arbore caua inueniret, ad eum deferret. Qui iuſſa implens, veſtimenta illorum attulit, & latenter magiſtro præſentauit. Quæ peregrinis petentibus oſtendit, & illis præbuit, dicens. Venite, quia nudi eſtis, tollite, & veſtite vos. Qui accipientes, recognouerunt quæ poſuerant.

Peregrini ab eo ſuas veſtes ſumunt.

A C 550.

Puer qui ſportã oc cultarat, ſerpentem in ea inuenit.

Alio quoque tempore cum quidam miſiſſet ei A duas ſportas plenas alimentis, puer, qui deferebat vnam earum in certo loco itineris abſcondit, vt ſibi eam retineret, ſed alteram ſibi delatam benigne cum ſuſcepiſſet, admonuit puerum, vt caute, quam ſportam in via abſconderat, caperet, quia ſerpens in ea eſſet. Quibus verbis puer confuſus, videns furtum ſuum deprehenſum, cum in itinere, vt veritatem dicti experiretur, caute pro illa ſporta acceſſiſſet ad locum, ſerpentem, vt ille vir Dei prædixerat, in ea inuenit.

Cur in magnis viris quædam deſiderentur.

Hic autem vir, cum & ſpiritu prophetiæ & aliis virtutibus emineret, vnum in eo erat, quod B reprehenſibile videbatur, quia ſcilicet ei tanta lætitia nonnunquam inerat, vt ſi neſciretur plenus tantis virtutibus non crederetur. Et cum Petrus cauſam quærit, cur illam lętitiam nimiam refrenare non poſſet iam ſanctus, reſpõdet Gregorius, magna eſt Petre Dei omnipotentis diſpenſatio, & plerumque contingit, vt aliquibus maiora quædã præſtet, quædam minora non tribuat, vt ſemper eorum animus habeat, vnde ſe reprehẽdat: [quatenus dum appetunt perfecti eſſe, nec poſſunt,] laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando præualent, in iis, quæ accepta ſunt ab C eis, domino concedente, non ſe extollant.

De SS. Eutychio & Florentio, cap. 15.

§. XIIII.

DE Eutychio & Florentio. Eodem tempore in Nurſinæ partibus prouinciæ duo viri in vita atque habitu ſanctæ conuerſationis habitabant, quorum vnus Eutychius, alter Florentius dicebatur. Sed Eutychius idem in ſpiritali zelo, atque in feruore virtutis excreuerat, multorúmque D animas ad Deum perducere exhortando ſatagebat. Florẽtius vero ſimplicitati & orationi ſe dederat. Non longe autem cum quoddam monaſterium rectoris ſui morte deſtitutum eſſet, electus Eutychius à monachis dicti monaſterij, ac eorum precibus victus officium præſidentis ſuſcepit, & diligenter exercuit, oratoriúmque, in quo prius habitabat cum Florentio, ei ſoli dereliquit. Qui Florentius in orationem ſe proſternens à domino petiit, vt ei ad illic habitandum aliquod ſolatium concedere dignaretur. Oratione completa egreſſus oratorium ante fores reperit vrſum ſtan- E tem. Qui cum ad terram caput deprimeret, nihilque feritatis oſtenderet, aperte dabatur intelligi, quod ad viri Dei obſequium veniſſet, quódque ipſe cognouit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque pecudes remanſerant, quas, qui paſceret, vel cuſtodiret cum deeſſet: eidem vrſo præcepit dicens. Vade & has oues ad paſtum eiice, & hora ſexta reuertere. Cœpitque hoc indeſinenter agere, & quas conſueuerat manducare, paſcebat oues beſtia ieiuna. Et cum vir Dei ieiunare voluiſſet, ad nonam horam cum ouibus domum F iubebat reuerti, quod totum implebat indefectibiliter. Cœpitque tantæ virtutis longè lateque fama crebreſcere.

Vrſus paſcit oues.

Hoc autem attendentes ex diſcipulis venerabilis Eutychij quatuor monachi, ſtimulati inuidia quod magiſter eorum & abbas ſigna illa non faceret, quę Florentius ſolus relictus [perpetraret] vrſum ipſum inſidiantes occiderunt. Cumque more ſolito vrſus domum nõ reuerteretur, quem A.C. 550. ex ſimplicitate fratrem vocabat, cœpit affligi. Die autem ſequenti pergens in agrum oues quæſiturus: vrſum inuenit occiſum. Sollicitéque inquirẽs, à quibus fuerat occiſus inuenit, ſeſeque in lamentis dedit, magis fratrum malitiam, quàm vrſi mortem deplorans. Quem venerandus vir Eutychius ad ſe deductum conſolari ſtuduit. Sed idem vir Domini doloris magni ſtimulis accenſus, imprecatus eſt dicens. Spero in Deo omnipotente, quia in hac vita ante oculos omnium ex malitia ſua vindictam recipient, qui nihil ſe lędentem vrſum B meum occiderunt. Cuius vocem protinus diuina vltio ſecuta eſt. Nam quatuor illi monachi, qui vrſum occiderant, elephantino morbo percuſſi ſunt, vt membris putreſcentibus interirent. Quod factum vir Dei vehementer expauit, atque ſe ita maledixiſſe pertimuit. Omníque tempore vitæ ſuæ deflebat, quia exauditus fuerat, ſe crudelem, ſe in eorum morte homicidam fuiſſe clamabat. Quod factum à domino credimus, ne vir miræ ſimplicitatis, quamtolibet dolore permotus, retorquere vltra præſumeret iaculum maledictionis.

Florentius ob necem vrſi fratribus male precatur.

C Cum autem fama huius Florentij excreſceret, quidam diaconus ad eum pergere ſtuduit, vt ſe eius orationibus commendaret. Qui ad cellam appropinquans, inuenit omnem locum per circuitum ſerpentibus plenum. Cumque vehemẽter expauiſſet, clamauit dicens. Serue Dei ora pro me. Erat autem tunc mira ſerenitas. Egreſſus vero Florentius oculos ad cœlum leuauit, orans vt illam peſtem, ſicut ſciret, dominus auferret. Ad cuius vocem ſubito cœlum intonuit, & idem tonitrus omnes illos ſerpentes interemit. Quos vir Dei interemptos aſpiciens dixit. Ecce occidiſti D eos domine, quis eos hinc tollet? Móxque ad eius vocem tantæ aues venerunt, quanti ſerpentes occiſi erant, quæ ſingulos aſportantes locum omnino mundum à ſerpentibus reddiderunt. Et cum Petrus quærit, qua virtute vel merito ita vir iſte ad nutum exaudiretur. Reſpondet Gregorius. Apud omnipotentis Dei munditiam atque ſimplicem naturam multum petere humani cordis munditia & ſimplicitas valet. Hoc ipſum namque, quod famuli eius à terrenis actionibus ſegregati, otioſa loqui neſciunt, & mentem per verba ſpargere atque inquinare deuitant, autho- E ris ſui præ cæteris exauditionem impetrant: cui inquantum poſsibile eſt, ipſa puritate & ſimplicitate cogitationis, quaſi ex quadam iam ſimilitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter otioſa, nonnunquam vero etiam grauiter noxia loquimur, os noſtrum tãto omnipotenti Deo longinquum fit, quãto huic mundo proximum. Multum quippe deorſum ducimur, dum locutione continua ſæcularibus admiſcemur. Eutychius verò, qui prædicti Florentij ſocius in via dei fuerat, magnus poſt mortem F claruit virtute ſignorum. Et inter cætera, quæ ciues vrbis illius narrare de eo miracula ſoleant, illud eſt præcipuum, quod vſque ad hæc tempora Longobardorum omnipotens Deus per illius Eutychij veſtimentum dignatur aſsidue operari. Nã quoties pluuia deeſt, & æſtu nimio terram longa ſiccitas exurebat, ciues vrbis illius collecti tunicam illius leuare, & in conſpectu domini eum precibus offerre conſueuerant, & per agros pergere

Florentius orãdo ſerpentes necat.

Quod Deus ſimplices præ cæteris exaudiat.

gere

A.C. 550 gere, tunc repente pluuia tribuebatur, quæ plene terram ſatiare potuiſſet.

De Martio monacho de monte Marſico, cap. 16.

§. XV.

NVper in Campaniæ partibus vir valde venerabilis,* Martius nomine in monte Marſico ſolitariam vitã duxit, multíſq; annis in ſpeco anguſtiſsimo incluſus fuit. De quo ipſe multa, & beatæ memoriæ papa Pelagio prædeceſſore meo, & aliis religioſiſsimis viris narrantibus agnoui. B Cuius hoc primum miraculum fuit, quod mox, vt ſe in prædicti montis foramine contulit, ex petra eadem, quæ in ſe cõcaua anguſtum ſpecum fecerat, aquæ ſtilla prorupit, quæ Martio Dei famulo in vſu quotidiano ſufficeret, & nec plus adeſſet, nec neceſsitati deeſſet. Sed antiquus hoſtis humani generis eius virtutibus inuidens, hũc vſitata arte pellere ex eo ſpecu molitus eſt. Nam amicam ſibi beſtiam ſerpentem ingreſſus, hunc ab eadem habitatione eiicere ſacto terrore conatus eſt. Cœpit enim ſerpens in ſpelunca inueniri ſolus cum ſolo, eóque orante ſe ante illũ ſternere, & eo cubante pariter cubare. C Sed vir ſanctus omnino imperterritus, eius ori manum vel pedem extendebat dicens, Si licentiam accepiſti, vt ferias, non prohibeo. Cumque hoc continue per triennium gereretur, die quadam antiquus hoſtis tanta hac eius fortitudine victus infremuit, ſéque per deuexum montis latus in præcipitium ſerpens dedit, omniáque arbuſta loci illius flamma ex ſe exeunte concremauit.

*al. Marcus.

Dæmõ in ſpecie ſerpētis Martino moleſtus.

Vir idem venerabilis incluſionis ſuæ tempore primo decreuerat, vt vltra mulierem non videret, non quia aſpernabatur ſexum, ſed ex contem D plata ſpecie tentationis incurrere metuebat vitiũ. Quod quædam mulier audiens, audacter aſcẽdit montem, atque ad eius ſpecum impudenter prorupit. At ille paulo longius intuens, & venientis ad ſe muliebria indumenta conſpiciens, ſeſe in orationem dedit, in terram faciem depreſsit, & eouſque proſtratus iacuit, quo impudens mulier à feneſtra cellulæ illius fatigata recederet. Quæ die eodem mox vt de monte deſcendit, vitam finiuit, vt ex mortis eius ſententia daretur intelligi, quia valde omnipotenti Deo diſplicuit, quod famulum ſuum auſu improbo contriſtauit.

Martius ſtatuit nullã mulierem videre.

E Alio quoque tempore dum multi adhuc religioſa deuotione concurrerent, atque arcta eſſet ſemita, quæ in deuexo montis latere ad eius cellulam properantes ducebat, puer paruulus incaute gradiens ex eodem monte cecidit, & vſque ad vallem corruit, quæ ſub eodem monte ſita, quaſi in profundo conſpicitur. In loco quidem eodem tanta mons ipſe altitudine excreuit, vt arbuſta ingentia, quæ ex eadem valle prodeunt, ex monte aſpicientibus, quaſi fruteta eſſe videantur. Perturbati igitur ſunt cuncti, qui veniebant, ſummáque cura quæſitum eſt ſicubi corpus elapſi pueri potuiſſet inueniri. Quis enim aliud niſi extinctũ crederet? Quis ad terram vel corpus integrum peruenisse ſuſpicaretur, dum interpoſitis vbique ſcopulis in partes diſcerpi potuiſſet? Sed requiſitus puer in valle non ſolum viuus, ſed & incolumis repertus eſt. Tunc cunctis patenter innotuit, quod ideo lædi non potuit: quia hunc in caſu ſuo

Puer lapſus in profundam vallem incolumis repertus eſt.

A Martij oratio portauit.

A.C. 550.

In ſpecu vero illius magna deſuper rupes eminebat, qui cum ex parte exigua monti videretur affixa, Martij cellæ prominens, caſum ſuum quotidie & illius interitum minabatur ruitura. Ad hunc multitudo ruſticorum veniens, precabatur Dei virum, vt de ſpecu dignaretur exire, quatenus ruituram rupem potuiſſet euellere, vt iam ſe curus ibi Dei famulus habitaret. Cui rei nec acquieuit. Itaque dum ea, quæ venerat multitudo conaretur, ſi poſſet ſine periculo viri Dei ingens illud, quod deſuper incubuerat ſaxum leuare, cũctis vidẽtibus repente res valde admirabilis contigit, quia moles ipſa, quam conabatur multitudo euellere, ſubito ab eiſdem laborantibus euulſa, ne ſpeluncæ Martij tectum tangeret, ſaltum dedit, & quaſi ſerui Dei læſionem fugiens, longius cecidit. Quod angelico miniſterio factum intelligitur. Hic Martius cum primum in eumdem montem ſe contulit, necdum clauſo ſpecu habitans, catena ſibi ferrea pedem ligauit, eámque ſaxo parte ex altera affixit, ne ei vltra liceret progredi, quàm catenę quantitas extenderetur. Quod vir Dei venerabilis Benedictus cum audiſſet, per diſcipulum ſuum ei mandare curauit. Si ſeruus Dei es, non te teneat catena ferri, ſed catena Chriſti. Ad quam vocem Martius protinus eumdem compedem ſoluit, ſed tamen nunquam ſolutum tetendit pedem vltra locum, quo ſe extendebat catena. Hic poſtea cœpit diſcipulos habere, ſeorſum tamen à ſpecu eius habitantes.

Rupes euulſa per ſaltũ miraculoſũ longius cecidit.

Seruos Dei catena Chriſti debet tenere.

De monacho ex monte Argentario, qui mortuum ſuſcitauit. cap. 17.

§. XVI.

QVidam monachi habitum gerens, & moribus explens in monte Argentario habitãs, ſingulis annis ad Eccleſiam principis apoſtolorũ venire conſueuerat, & in via apud quemdam ſubdiaconum nomine Quadrageſimum in partibus Aureliæ hoſpitabatur. Cum igitur quadam vice ibi hoſpitaretur, accidit vt prope Eccleſiam, & habitationem Quadrageſimi, maritus cuiuſdam pauperculæ moreretur. Cúmque per totam noctem mulier illa defleret, circa corpus defuncti mane ſepeliendi, motus magna compaſsione monachus ille dixit Quadrageſimo. Surge & oremus. Qui pergentes ad Eccleſiam, diutius orauerunt. Et oratione completa, ab altaris crepidine puluerem collegit, & cum eodem Quadrageſimo ad defuncti corpus acceſſit, & poſt diutinam ibi etiam orationem factam, diſcooperuit monachus ille faciem opertam defuncti manu ſiniſtra, & cũ dextera puluere adducto faciem defuncti fricare cœpit. Cui rei mulier contradicebat, neſciens huius cauſam, reuiuiſcénſque mortuus oſcitare cœpit, oculos aperire, atque ſe eleuans reſidere, ac ſi de ſomno exurgeret. Quod cernens mulier, cœpit præ gaudio magis flere, & voces amplius edere. At ille modeſta prohibitione compeſcuit dicens, Tace, tace. Si quis autem quæſierit, qualiter hoc factum ſit, ſolùm dicito, quia dominus Ieſus Chriſtus opera ſua fecit. Indéque à Quadrageſimo diſcedens, nunquam in illis partibus vltra apparuit, honorem temporalem fugiens.

Quadrageſimus ſubdiaconus hoſpitalis.

Cum autem ex his auditis Petrus diceret, hoc ſcilicet mortuum ſuſcitare, eſſe maius omnibus

A.C. 530

Mortui ſuſcitatio maximū miraculū.

miraculis,reſpondet Gregor.Si viſibilia attendimus,ita neceſſe eſt,vt credamus. Si vero inuiſibilia penſamus,nimirum conſtat,quia maius eſt miraculum prædicationis verbo,atque orationis ſolatio peccatorem conuertere , quàm carne mortuum reſuſcitare. In iſto enim reſuſcitatur caro iterum moritura, in illo vero animo victura in æternum. Mious eſt ergo quempiam in carne ſuſcitati,quàm in anima, niſi forte cum per viuificatiooem carnis etiam ad vitam reducitur mentis.

Narrat etiam Gregorius de quodam alio monacho , qui Benedictus dicebatur in Campaniæ partibus. Quem tempore regis Totilæ qoidam Gothi incendere cum ſua cellula moliti ſunt. Vnde igne ſuppoſito omnia in circumitu arſerunt, cella vero eius comburi noo potuit.Quod videntes Gothi magíſque ſæuientes,eum ex ſuo habitaculo traxerunt,& non longè aſpicientes clibanū ſuccenſum,qui coquendis panibus parabatur,eū in illum proiecerunt,intúſque clauſerunt.Sed altera die illæſus inuentus eſt,ita vt nec caro , oec extrema veſtimenta eios cremarentur.

Sancti viri ſine tētatione nunquam fuerunt, cap.19.

Cum autem quæreret Petrus,vtrū præfati ſancti viri pertulerint aliquas inſidias diaboli , reſpondet Gregorius. Sine labore certaminis non eſt palma victoriæ. Malignus quippe ſpiritus cogitationi,locutioni,atque operi ooſtro ſemper inſiſtit,ſi fortaſſe quid inueniat,vnde apod examen æterni iudicis accuſator exiſtat.

Exemplum inducit de qoodam presbytero Stephano nomine in Valeriæ partibus venerabilis vitæ , qui quadam die de itinere domum regreſſus,mancipio ſuo negligenter loquens pręcepit dicens. Veni diabole diſcalcea me. Ad huius vocem cœperunt repente ſe caligarum corrigiæ in ſumma velocitate diſſoloere,vt aperte oſtenderetur,qnod ei ipſe,qoi nominatus fuerat ad extrahendas caligas obediſſet diabolus. Quod vt vidit presbyter,expauit , vocibúſque magnis clamare cœpit. Recede miſer,recede. Non enim tibi, ſed mancipio meo locutus ſum. Sicque in magna parte corrigiæ diſſolutæ remanſerunt.

Laborioſum non eſſe cum Dei auxilio diabolo reſiſtere.

Et cum Petrus ſubinferat qood laborioſum ſit, & valde terribile contra inimici iniurias ſtare cōtinue,reſpondet Gregorius. Laborioſum non erit , ſi cuſtodiam noſtram non nobis , ſed gratiæ ſupernæ tribuimus:ita tamen vt & ipſi, quantum poſſumus ſub Dei protectione vigilemus. Si autem antiquus hoſtis à mente cœperit expelli , ex diuina largitate hoc plerumque agitur, vt non ſolum non timeatur, ſed & ipſe viuentium virtute terreatur. Vnde exemplum ſubdit Gregorius de quadam ſanctimoniali fœmina, quæ ſpreto ſæculo contra voluntatem parentum ſe Deo deuouit in Spoletaoa vrbe,ad quam etiam imitandam in habitu religioſo congregatæ cum ea ſunt moltæ. Cum autem quadam die quidam ruſticus arreptus eſſet à diabolo,& valde vexatus, ad illā ſanctimonialem adductus eſt,quæ magnis clamoribus,& irato animo imperauit ei dicēs. Exi ab eo miſer,exi ab eo. Et cū diabolus per os obſeſſi diceret.Si exeo,in quē intrabo? Reſpōdit illa.In hūc porcum ingredere.Qui mox in quēdam porcum paruulū ibi paſcentē egreſſus ab homine, ingreſſus eum occidit & receſsit. Ex qua re etiam colligitur,qood abſque conceſsione Dei nullam malignus ſpiritus contra hominem poteſtatem habet, qui in porcum intrare non potuit , niſi permiſſus.

Dæmō in nullū hominē abſque Dei permiſſu poteſtatē habet.

A.C 530.

De presbytero prouincia Valeria, qui furem ad ſepulchrum ſuum tenuit.

cap. 22.

§. XVII.

IPſa quoque oſſa mortuorum electorum Dei, plerumque in miraculis viuunt. In Valeriæ prouincia hoc accidit mirum. Quidam venerabilis ſacerdos cum clericis ſuis ſanctæ conuerſationis ibi vitam ducebat, qui diem claudeos extremum ante eccleſiam ſepultus eſt. Eidem autem Eccleſiæ caulæ ouium inhærebant , atque eidem locus, in quo ille ſepultus eſt,ad eaſdem oues tendentibus peruius erat. Quadam autem nocte com clericis [intra Eccleſiam] pſallentibus fur veniſſet, ingreſſus caulas [veroecem] tulit , & concitus exiit.Cum vero tranſiret per locum , vbi presbyter ille ſepultus erat,repente hæſit,& greſſum mouere oon potuit , veruecem quidem de collo depoſuit,eumque dimittere voluit , ſed manum laxare non valuit. Cœpit igitur ſtare miſer cū pręda ſua reus & ligatus. Volebat veruecem dimittere,nec valebat,volebat egradi cū veruece , nec poterat. Miro itaque modo fur,qui à viuis videri timuerat,hunc mortuus teoebat. Facto autē mane [expletis laodibus Dei] egreſsi ab Eccleſia clerici,inuenerunt hominem tenentem veruecem manu,ignotum eis. Réſque venit in dubium,vtrū veruecem tolleret,an offerret. Sed culpæ reus citius indicauit pœnam. Miratique ſunt cuncti, quia ingreſſus fur viri Dei merito ad prędam ſuā ſtabat ligatus. Orantéſque pro eo vix precibus obtinuerunt , vt qui res eorum rapere venerat, ſaltem vacuus exire mereretur.

De abbate Præneſtini montis, eiuſq; presbytero, ca.23.

Item in monte,qui Præneſtinę vrbi prēeminet, monaſterium quoddam in honore beati Petri ſitum eſt. In eo veoerabilis quidam abbas ſanctę conuerſatioois erat,qui quemdam monachum nutriens,vſque ad reuerendos prouexit mores. Vidénſque io virtutibus illum excreuiſſe, in eodem monaſterio presbyterum ordinari fecit. Et cum paulo poſt ordinationem ſuam reoelatus ei fuiſſet exitus eius, à prædicto abbate petiit , vt ſibi ſepulchrum parare concederet. Cui ille reſpondit. Ante te ego moriturus ſum. Sed tamen vade, & ſicut vis,ſepulchrum tuum præpara. Receſsit & præparauit. Poſt paucos dies abbas febre correptus ad extrema veniens presbytero illi præcepit dicens. In ſepulchro tuo me pone. Cui ille. Scis pater,quia ego modo ſecuturus ſum, vtroſq; capere non poteſt. Abbas reſpondit. Ita fac vt dixi,quia ſepulchrum ambos capiet. Defunctus itaq; eſt abbas,& poſitus in ſepulchro illo, quod ſibi præparauerat presbyter. Móxque infirmatus presbyter vitam finiuit. Cumque ad ſepulchrum illud ſibi præparatum delatus fuiſſet , eo aperto viderunt omnes locum oon eſſe , vbi defunctum ponerent in ſepulchro illo, quia corpus abbatis poſiti totum illud ſepulchrum tenebat. In difficultate igitur rei agendæ ipſis poſitis, exclamauit vnus eorum dicens. O pater,vbi eſt quod dixiſti, quia ſepulchrum iſtud ambos capiet? Ad cuius vocem mox cunctis videntibus , abbatis corpus, quod illic ante fuerat,& ſupinum iacebat humatum,ſe vertit in latere,& vacantem ſepulchri locum

Abbas mortuus in ſepulchro ſe vertit.

cum

A.C.550

cum ad ſepeliendum corpus presbyteri præbuit. & quia vtroſque ille locus caperet, ſicut viuus promiſerat, mortuus impleuit.

De Theodoro manſionario Eccleſiæ S. Petri. cap. 24.

Narrat quoque & aliud exemplum factum in vrbe Romana in Eccleſia ſanctæ Petri. Quidam Theodorus nomine dictæ Eccleſiæ cuſtos, cum quadam nocte citius ad meliotanda luminaria iuxta ianuá ſurrexiſſet, ex more ligneis gradibus ſub lampade poſitis ſtabat, & lampadis refouebat lumen. Tunc beatus Petrus Apoſtolus repente in ſtola candida deorſum in pauimento conſtitit, eique dixit. Colliberte quare tam cito ſurrexiſti? Quo dicto ab oculis aſpicientis euanuit. B Sed tantus in eum pauor irruit, vt tota in eius corpore virtus deficeret, & per dies multos infirmus iaceret. Qua in re oſtendere voluit Apoſtolus, quia quicquid pro eius veneratione agereot homines, ipſe boc pro mercede retributionis ſine intermiſsione ſemper videret. Et cum quærit Petrus quare ex illa viſione ille infirmatus ſit, reſpondet Gregorius inducens exemplum ſimile in

Dan. 8.

Daniele propheta, qui illam terribilem viſionem videns contremuit, & languit per plures dies, pro ratione dicens, quod caro, quæ ſpiritus ſunt ferre non valet. Et idcirco nonnunquam cum C

De puella paralytica ſanata. cap. 25.

mens humana vltra ſe ad videndum ducitur, neceſſe eſt, vt hoc carneum vaſculum, quod ferre tantum pondus non valet, infirmetur. Ponit & aliud exemplum de qoadam puella paralytica, cui oranti apud beatum Petrum, vt ſanitatem reciperet, dixit per viſum vt iret ad * Anchontium Ec-

*al Abũdium.

cleſiæ ſuæ manſionarium virum magnæ humilitatis, & ſanctum. Ad quem accedenti, & viſioné & iuſsionem beati Petri inſinuanti, ait ille. Si ab ipſo miſſa es, ſurge. Quæ ſurgens ſtatim ſanata eſt.

D

De monacho ſolitario cap. 26.

§. XVIII.

IN Samnij prouincia quidam venerandus vir nomine Menas, ſolitariam vitam ducebat, fere ante decennium defunctus. Hic nihil ad vſum aliud, quàm pauca apum vaſcula poſsidebat. Huic cum Longobardus quidam in eiſdem apibus rapinam voluiſſet ingerere, prius ab eodem viro verbo correptus eſt, & mox per malignum ſpiritum ante eius veſtigia vexatus. Qua ex re factum eſt, vt etiam apud eamdem barbaram gentem E eius celebre nomen haberetur, nullúſq; vltra præſumeret eius cellam, niſi humilis intrare. Sæpe vero ex vicina ſylua venientes vrſi, apes eius comedere conabantur, quos ille deprehenſos ferula, quam manu portare conſueuerat, cædebat: ante cuius verbera immaniſsimæ beſtiæ rugiebant, & fugiebant, quæ gladios formidare vix poterant.

Iucliſi of ſenn.

Huius ſtudium fuit nihil quærere, nihil in hoc mundo habere, omnes, qui ad ſe veniebant, ad deſideria æternæ vitæ accendere, & ſi quorumdam F culpas agnoſceret, nunquam ab increpatione ceſſare, ſed per linguam in eos ſæuire. Conſuetudinem autem loci illius accolæ fecerant, vt diebus ſingulis per hebdomadam vnuſquiſque oblationes ſuas tranſmitteret, vt eſſet, quod ipſe venientibus ad ſe, conferre potuiſſet. Cum autem quidá Carterius nomine, immundo deſiderio deuictus, ſanctimonialem quamdam fœminam rapuiſſet, A & ſibi matrimonio copulaſſet, hoc vir Dei vt au- A.C.550.

diuit, per quos potuit, eum reprehendere curauit. Ille autem ſceleris ſui conſcius, nequaquam ad virum Dei audebat accedere, ne forte, vt ſolebat delinquentes aſpere increpare, ipſum argueret. Fecit tamen oblationes ſuas, & inter aliorum oblationes ſuas miſit, vt eius munera ſaltem neſciés acciperet. Quæ cum ei præſentatæ fuiſſent, vir Dei tacitus ſedit, ſigillatim omnes conſiderare ſtuduit, & omnes alias eligens & aſſumens, quas Carterius miſerat oblationes per ſpiritum cognoſcens ſpreuit, & abiecit dicens. Ite & dicite illi. B Oblationem ſuam omnipotenti Deo tuliſti, & mihi tuas tranſmittis? Ego oblationem tuam oon accipio, quia ſuam abſtuliſti Deo. Qua ex re præſentes timor magnus omnes inuaſit, cum vir Dei tam ſcieoter de abſentibus iudicaret.

Martyriũ duplex.

Et cum Petrus dicat, ſe ſuſpicari præfatos ſanctos aptos fuiſſe ad martyrium, ſi perſecutio eos inueniſſet, diſtioguit Gregorius reſpondendo duplex eſſe martyrij genus, vnum in occulto, aliud in publico. Nam & ſi perſecutio deſit exterius, martyrij meritum in occulto eſt, cum virtus ad paſsionem prompta flagrat in animo. Quod probat per verbum Domini dicentis de Iacobo & C

Mat. 20.

Ioanne filiis Zebedæi. Caliçem meum bibetis, qui paſsionis poculum ſignat, & tamen, etſi Iaco-

Act. 12.

bus paſsione occubuit, Ioannes in pace Eccleſiæ vitam finiuit. Sed & ſancti viri, qui occulti hoſtis inſidias tolerantes, ſuóſque aduerſarios diligentes cunctis carnalibus deſideriis teſtiterunt: per boc quod ſe omnipotenti Deo in corde mactauerunt, etiam pacis tempore martyres fuerút. Sed & noſtris modo temporibus viles & ſæcularis vitæ perſunas, de quibus nihil cœleſte præſumi poſſe videbatur: oborta occaſione contigit D ad corooam martyrij perueniſſe. Exempla induxit de quadraginta ruſticis, qui ante annos fere quindecim capti à Longobardis, quia carnes immolatas idolis ſuis comedere noluerunt, vt illi requirebant ſub comminatione mortis, occiſi ſunt ab eis martyres effecti.

Quadringenti captiui qui immolare noluerunt, occiſi, ca. 28.

Subdit & de quadringentis aliis captis à Loogobardis, è quibus multi, quia caput capræ diabolo immolantes, quod ipſi adorabant, adorare noluerunt, occiſi ſunt martyrio coronati. Si ergo qui in pace Eccleſiæ latas vias huius ſæculi ſequi videbantur, palmam martyrij meruerunt accipere: multo magis, qui ſeipſos in pace Eccleſiæ E affligendo anguſtam martyrij viam tenuerunt, martyres ſi orta fuiſſet perſecutio eſſe potuerunt. Nec tamen de cunctis hoc quaſi regulam tenemus. Nam ſicut plerique in aperta perſecutione ſubire martyrium poſſunt, qui in pace Eccleſiæ deſpicabiles videntur eſſe: ita nonnunquam in debilitatis formidinem corruunt, qui in pace Eccleſiæ fortiter ſtare videbantur. Sed cadere nec in aperta perſecutione poterant hi, de quibus conſtat, quia vſque in finem vitæ in occulta animi virtu- F te perſtiterunt.

Arianus epiſcopus cæcitate percuſſus cap. 29.

Et ſubdit Gregorius oſtendens quomodo ſæuitiæ illorum Longobardorum pluries obſtitit diuina miſericordia, & errorem illorum oſtendit per multa miracula, vt per cæcitatem cuiuſdam epiſcopi illorum Ariani ei inductam, quia violenter Eccleſiam intrare volebat, & luminaribus diuinitus in Eccleſia accenſis, in dedicatione cuiuſdam Eccleſiæ, in qua diabolus in ſpecie porci

A.C. 550.

viſus, egreſſus eſt, quæ Eccleſia fuerat prius Arianorum, ſtrepitu in nocte ibi facto, & nube apparente ſuper altare, & ſuauitate mira odoris. A

De Eleutherio ſeruo Dei. cap. 33.

§. XIX.

ELeutherius pater monaſterij beati Marci euangeliſtæ, quod in Spuletanæ vrbis pomœrus ſitum eſt, diu eſt mecum in hac vrbe conuerſatus in meo monaſterio, ibiq; defunctus. Quem ſui diſcipuli ferebant plorando mortuum ſuſcitaſſe. Vir autem erat tantæ ſimplicitatis, & compunctionis, vt dubium non eſſet, quod ille lachrymæ ex tam humili ſimplicique mente editæ apud B Deum omnipotẽtem multa obtinere potuiſſent. Huius ego narro miraculum, quod mihi inquiſitus ſimpliciter fatebatur. Quadam die cum iter carperet, & aduesperaſcente die locus ad hoſpitandum deeſſet, in monaſterium virginum deuenit, in quo quidam puer paruulus erat: quem omni nocte malignus ſpiritus vexare conſueuerat. Sed ſanctimoniales fœminæ, vt virum Dei ſuſceperunt, rogauerunt eum, vt paruulum illum illa nocte ſecum ſuſciperet. Quod ille benigne annuit. Factúque mane ſanctimoniales à viro Dei quæſierunt, ſi quid puero nocte illa accidiſſet. Et C cum ille reſpondiſſet ſe nihil paſſum, interrogauit ab eis cauſam huius inquiſitionis. Quæ indicauerunt, quia videlicet omni nocte vexari conſueuerat. Vnde cum amplius talem vexationem videre non poſſent, rogauerunt, vt eum ad monaſterium ſuum duceret. Cui rei vir Dei aſſenſit. Qui cum diu in monaſterio fuiſſet, & ad illum malignus ſpiritus accedere non præſumpſiſſet, eiuſdem ſenis animus de ſalute pueri immoderatius per lætitiam tactus eſt. Nam coram poſitis fratribus dixit. Fratres, diabolus cum illis ſororibus ſibi iocabatur, at vero, vbi ad ſeruos Dei ven D tum eſt, ad hunc puerum accedere non præſumpſit. Poſt quam vocem eadem hora ac momento idem puer coram cunctis fratribus diabolo ſe inuadente vexatus eſt. Quo viſo, ſenex ſtatim ſe in lamentum dedit. Quem cum diu lugẽtem fratres conſolari vellent, reſpondit dicens. Credite mihi quia in nullius veſtrum ore hodie panis intrabit, niſi puer iſte fuerit à dæmonio ereptus. Tunc ſe in orationem cum cunctis fratribus ſtrauit, & eouſque oratum eſt, quouſque puer à vexatione fuit ereptus, ſicque perfecte ſanus effectus, vt ad eum malignus ſpiritus nõ reuerteretur. Super qua E re cum Petrus dicat. Credo, quod illi elatio parua ſubrepſerat, propter quod omnipotens Deus eius diſcipulos facti illius, id eſt liberationis voluit eſſe adiutores. Quod & Gregorius affirmat ſic eſſe.

De miraculis non eſt lætandum.

Quantæ autem virtutis eſſet dicti Eleutherij oratio, ſubdit Gregorius in ſe fuiſſe expertum. Nam cum ipſe in ſuo monaſterio poſitus quodã tempore incisionem vitalium pateretur, crebriſque anguſtiis per horarum momenta ad exitum propinquaret, quam moleſtiam Græci συγκοπὴν F vocant, & niſi (inquit) me fratres frequenti cibo reficerent, vitalis ſpiritus mihi funditus intercidi videretur, Paſchalis ſuperuenit ſolennitas. Et cum ſacratiſſimo ſabbato, in quo omnes etiam paruuli ieiunant, ego ieiunare non poſſem, cœpi plus mœrore quàm infirmitate deficere. Prædictúmque virũ Dei ad oratorium meum duxi, rogans vt oratione ſua mihi à Deo concederetur virtus ad ieiunandum illa die. Quod cum Eleutherius cum lachrymis perfeciſſet, tãtam virtutem ſtomachus meus accepit, vt mihi funditus à memoria tolleretur cibus & ægritudo. Cœpique mirari quis fuiſſem, & quis eſſem. Et ad veſperum veniens tantæ me fortitudinis inueni, vt [vſque ad] alterum ſequentem diem ſi voluiſſem, ieiunium trãſferre potuiſſem.

Gregorius inciſione vitaliũ pati ſolitus, vide ſup. cap. 9. ante §. 1.

A.C. 550

Et quia de compunctione huius & lachrymis Gregorius dixerat, ſubdit dicens, duo eſſe genera compunctionis, quia ſcilicet Deum ſitiens anima prius timore compungitur, deinde amore. B Prius enim ſeſe lachrymis afficit, quia dum mala ſua recolit, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At cùm longa fuerit mœroris amaritudine formido conſumpta, quædam iam de venia ſecuritas naſcitur, & in amorem cœleſtium gaudiorum animus inflammatur, flere incipiens amariſſime, quia differtur ab illo gloriæ regno viſionis Dei. Et quia ab illis bonis perennibus deeſt, plus plangit quàm prius pro peccatis defleret.

Quot ſint compunctionis genera, cap. 34.

De Sanctulo presbytero prouincia Nurſia, cap 37.

§. XX.

HIc ex Nurſiæ prouincia ſingulis annis ad Gregorium venire conſueuerat. Et tempore quodam cum in prælo Longobardi oliuam premerent, vt in oleum liquari debuiſſet, ſic vt iucũdi erat vultus & animi, vtrem vacuum ad prælum detulit, laborantéſque Longobardos læto vultu ſalutauit, eiſque vtrem protulit, & iubendo potius, quàm petendo eum ſibi impleri iuſsit. Sed quia gentiles viri iam tota die fruſtra laborauerant, atque ab oliuis exigere oleum torquendo non poterant, D verba illius moleſte acceperunt, eúmque iniuriis inſectati ſunt. Quibus vir Dei lætiori vultu reſpondit dicens. Iſtum vtrem Sanctulo implete, & ſic à vobis reuertetur. Cumque adhuc ille magis inſiſteret, & illi maioribus contumeliis illum repellerent, vir Dei videns, quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam ſibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum ſuis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei erupit: vt Longobardi, qui prius incaſſum laborauerant, nõ ſolum ſua vaſcula omnia, ſed & vtrem, quem vir Dei detulerat, implerent. E

Aquæ benedictæ vis.

Alio tempore vehemens fames vbique incubuerat, & cum beati Laurentij eccleſiam à Longobardis inceuſam Sanctulus reſtaurare cupiens multos artifices conduxiſſet, & operarios ſubminiſtrantes [multos adhibuiſſet,] quibus ſumptus quotidiani dabantur, defuit illis panis. Cœperũtque laborantes inſtanter victum quærere, quia vires ad laborem per inopiam non haberent. Quod vir Dei audiens verbis conſolabatur foras promittendo quod deerat, ſed ipſe grauiter anxiabatur F intus exhibere cibum non valens. Cumque huc illucque anxius pergeret, peruenit ad clibanum, in quo vicinæ mulieres pridie coxerant panes, ibique intus aſpexit, an forte panes coquentibus remanſiſſent, vbi repente panem miræ magnitudinis, & inſoliti candoris inuenit. Quem tulit, & à vicinis mulieribus prius quæſiuit, an ali-

Sanctulus in clibano panem miraculoſe repent.

cui

A.C.550.

cui earum talis panis remanſiſſet. Quibus negantibus ſumma eſſe, continuo gratias Deo agens, lætus illum artificibus diſtribuit. Quibus ſufficienter plenéque ſatiatis, plura ex eo, quàm ipſe panis eſſet fragmenta collegit. Quæ die altero eis ad refectioocm intulit, eiſque refectis fragmenta panis ſuperabaot. Sicque factum eſt, vt per decem dies omnes illi artifices & operarij ex illo vno pane ſatiati, & qootidie ederent, & ex eo, qood edi poſſet, in craſtinum diem ſupereſſet. Ipſe ſiquidem dominus multos de vno pane refecit per ſeruum, qui ex [quinqoe] panibus qoinque millia hominũ ſatiauit per ſemetipſum, qui per pauca ſeminum grana [in] innumera ſegetum frumenta multiplicat: qui & ſimul omnia creauit ex nihilo. Sed ne diutius mireris, quid in virtute domini venerandus vir fecit exterius, audi ex virtute domini qualis fuerit intus.

Panis multiplicatio.

Ioan. 6

Gen. 1.

Die quadam à Longobardis captus qoidã diaconus tenebatur ligatus, quem ipſi interficere cogitabant. Adueſperaſcente iam die Sanctulus ab eiſdem Lnngobardis petiit, vt relaaari, eique vita concedi debuiſſet. Quod cum illi negaſſent omnino, & deliberaſſent de morte illius, petiit, vt ſaltem ſibl dari ad cuſtodiam debuiſſet. Cuius petitioni acquieueront hac conditione appoſita, vt ſi fugeret ipſe moreretur. Quod vir Dei libenter promiſit, & diaconum in ſuam ſuſcepit fidem. Nocte autem media coni omnes Longobardos ſomno oppreſſos vidiſſet, excitauit Sanctulus diaconum dicens. Sorge, & concitus fuge, liberet te Dominus. Quod cum ille facere recuſaret, dicens. Si fugero, tu pro me proculdubio morieris. Ille ad fugiendom demum eum compulit, dicens. Ego in manu Dei ſum, tantum in me facere poterunt, quantum ipſe permiſerit. Fugit ergo diaconus, & quaſi deceptus fideiuſſor remãſit. Facto mane Longnbardl ad eum venientes, diaconum, quem in cuſtodiam el dederant, repetebant. Sed hunc f[u]giſſe vir Dei reſpondit. Tunc illi. Scis, (inquiunt) [ipſi melius] quid conuenit? Seruus autem domini conſtanter reſpondit. Scio. Et illi. Bonus homo es [nolumus te per varios cruciatus mori,] elige tibi mortem, quam vis. At ille, in manu Dei ſum, me illa morte occidite, quam ipſe permiſerit. Tunc omnibus illis placuit, vt capite truncaretur. Ad quod mortis ſpectaculum, vt nimis crudeles omnes læti conuenerunt. Electúſq; eſt vous cæteris aptior, de quu dubium non eſſet, quin vno ictu caput eius amputaret. Qui in medium eotum ductus, petiit, vt ſibi paululum orãdi daretur licentia. Qua conceſſa, cum in terram proſtratus, diutius oraret, interfector calce pulſauit dicens. Surge, & flexo genu tende ceruicem. Sorrexit [autem vir Domini,] & flexo poplite ceruicem tetendit. Edn[u]ctámque contra [ſe] ſpatam intuens, hoc vnum fertur poblice dixiſſe. Sãcte Ioannes ſuſcipe illam. Tunc electus carnifex euaginatum gladium tenens, niſu forti in altum brachium percuſſurus leuauit, ſed deponere nullo modo potuit. Nam repente diriguit, & erecto in cœlum gladio brachium inflexibile remanſit. Tunc omnes Longobardi, qui aderant mirari cœperunt, virumque Dei cum timore venerari. Itaque poſtulatus vt ſurgeret, ſurrexit, rogatus, vt carnificis ſui brachium ſanaret, reſpondit. Ego pro illo nullo modo orabo, niſi mihi ante iuramẽtum dederit, quia cum manu illa Chriſtianum huminem non occidat. Sed Longobardus, ipſa exigẽte pœna compulſus eſt iurare nullum Chriſtianum deinceps ſe occiſurum. Tũc vir Dei præcepit dicens. Depone manum tuam deorſum, qui ſtatim depoſuit liberatus. Cui adiunxit. Remitte gladium in vaginam, quod & fecit. Oiones igitur, qui tantæ virtutis hominem eſſe cognouerãt, oues & boues, quas deprædati fuerant, certatim ei offerre munera volebant. Quæ omnia accipere renuit dicens. Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, vt habeam vnde pro vobis debeam orare. Factumque eſt, vt cum eo omoes captiui dimitterentur, & cum ſe vnus pro vno morti obtulit, multos à morte liberauit. Penſa ergo, quæ vis amoris illud cor tenuit, quod mortem ſuam pro vnius ſalute proximi non expauit. Scimus autem certo, quia vir ille venerabilis Sanctulus ipſa quoque elemẽta literarum bene non oouerat, legis præcepta neſciebat, ſed quia plenitudo legis eſt caritas, quod foris in cognitione non nouerat, ei intus viuebat in amore. Comparemus, ſi placet, cum hac noſtra iodocta ſcientia, illius doctam ignoraotiã, vbi hæc noſtra iacet, ibi illius diſciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur, & quaſi inter fructifera arboſta poſiti odoramus poma, oec manducamus. Ille vero virturum froctus carpere nouerat, quamuis hos in verbis odorare neſciret.

Sanctulus diaconũ quem in ſuam fidem ſuſceperat fugere hortatur.

Carnificis brachiũ obriguit.

Rom. 13 Sanctulus literarum ignarus doctis pręponitur.

De Amantio presbytero prouincia Tuſcia. cap. 35.

§. XXI.

NArrante quoque ſibi Florido Tudertinæ Ecclesiæ epiſcupo ſancto viro, refert Gregorius quemdam presbyterum nomioe Amãtium præcipuæ ſimplicitatis vitum apud ſe fuiſſe, quẽ hoc virtutis habere perhiberet, vt more Apoſtolorum manus ſuper ægrotos pooat, & ſalutem reſtituat, & quantumlibet vehemens ægritudo ſit, ad tactum illius abſcedat. Quem etiam hoc habere miraculi dixit, quia in quolibet loco quamuis immaniſsimæ aſperitatis ſerpentem reperit, mox vt eum ſigno crucis ſignauerit extinguit. Quem etſi ſerpens aliquando in foramine petræ fugerit, ſigno crucis os foraminis benedicit, ſtatimque ex foramine iam ſerpens mortuus trahitur. Quem tantæ virtutis vitum videre & ipſe curaui, eúmque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere volui, vbi, ſi qua adeſſet curationis gratia, citius probari potuiſſet. Ibi autem quidam inter alios ægros mente captus iacebat, quam ægritudinẽ medici vucabulo Græco Phreneſim appellant. Hic cum quadam nocte magnas voces, ſcilicet vt inſanus, emitteret, cunctóſque ægros immenſis clamoribus perturbaret, ita vt nulli ſomnum capere liceret: idẽ venerabilis preſbyter de proprio ſtrato ſurgens ad lectulum phrenetici ſilenter acceſsit, & ſuper eum poſitis manibus orauit, móxque illum melius habentem in ſuperiora domus ſecum ad oratorium duxit, vbi liberius orationi pro eo incubuit, & ſtatim ſanum eum ad proprium lectum reduxit.

Mat. 16.

Romę domus infirmorum.

A.C. 550.

Quòd æterna ac ſpiritalia à carnalibus minime credantur, quia ea quæ audiunt per experimentum non nouerunt. lib. 4. cap. 1.

§. XXII.

EX quarto libro dialogorum in principio ſumpta ſunt, quæ ſequuntur. Et primo quod homo per peccatum primi hominis inuiſibilium cognitionem perdidit, quam ſcilicet in ſtatu innocentiæ habebat. Poſtquã de paradiſi gaudiis culpa exigente pulſus eſt primus humani generis parens, in huius exilij atque cæcitatis, quam patimur, ærumnam venit, quia peccando extra ſemetipſum fuſus, iam illa cœleſtis patriæ gaudia, quæ prius contemplabatur, videre non potuit. In paradiſo quippe homo aſſueuerat verbis Dei perfrui, beatorum angelorum ſpiritibus cordis mũditia & celſitudine viſionis intereſſe. Sed poſtquã huc cecidit, ab illo, quo implebatur mentis lumine receſſit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem eſſe cœleſtem patriam, audimus eius ciues angelos Dei: audimus eorumdem angelorum ſocios ſpiritus iuſtorum & perfectorum. Sed carnales quique, quia illa inuiſibilia ſcire non valent per experimentum, dubitant verum ne ſit, quod corporalibus oculis non vident. Quæ nimirum dubietas primo parenti noſtro eſſe non potuit, quia & excluſus à paradiſi gaudiis, hoc quod amiſerat, quia viderat, recolebat. Hi autem ſentire vel recolere audita non poſſunt, quia eorum nullum, ſicut ille ſaltem de præterito experimentum tenent. Acſi enim prægnans mulier mittatur in carcerem, ibíque puerum pariat, qui natus puer in carcere nutriatur & creſcat. Cui ſi fortaſſe mater, quæ hunc genuit, ſolem, lunam, ſtellas, montes, & campos, volantes aues, currentes equos nominet, ille qui eſt in carcere natus & nutritus nihil aliud quàm tenebras carceris ſciat, & hæc quidem eſſe audiat: ſed quia ea per experimentum non nouit veraciter eſſe diffidat. Ita in hac ſui exilij cæcitate nati homines, dum eſſe ſumma & inuiſibilia audiunt, diffidunt an hæc vera ſint, quia ſola hæc infima, in quibus nati ſunt, viſibilia nouerunt. Vnde factum eſt, vt ipſe inuiſibilium & viſibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret, & ſpiritum ſanctum ad corda noſtra mitteret, quatenus per eum viuificati crederemus, quæ adhuc ſcire experimento non poſſumus. Quotquot ergo hunc ſpiritum hæreditatis noſtræ pignus accepimus, de vita inuiſibiliũ non dubitamus. Quiſquis autem in hac credulitate adhuc ſolidus non eſt, debet proculdubio maiorum dictis fidem adhibere, eíſque iam per Spiritum ſanctum inuiſibilium experimentum habentis credere. Nam ſtultus eſt puer, ſi matrem exiſtimat ideo de luce mentiri, quia ipſe nihil aliud quàm tenebras carceris agnouit.

Egregia ſimilitudine noſtra de rebus æternis incredulitas oſtenditur.

Sed cum Petrus, cum quo loquitur, ſubdat, quod qui inuiſibilia non credit, profecto infidelis eſt. Qui autem infidelis eſt, in eo quod dubitat fidem non quærit, ſed rationem. Reſpondet Gregorius. Audacter dico, quia ſine fide nec infidelis viuit. Nam ſi eumdem infidelem percunctari voluero, quam matrem, vel quem patrem habeat, protinus reſpondet hunc vel illum. Quem ſi ſtatim requiram, verum ne nouerit, quando conceptus eſt, vel viderit quãdo natus eſt, nihil horum ſe noſſe, vel vidiſſe fatebitur, & tamen quod non vidit credit. Nam illum patrem, illámque ſe habuiſſe matrem ſine dubitatione teſtabitur. Habét igitur fidem etiam infideles, ſed vtinam in Deum: quam ſi vtique haberent, infideles non eſſent. Sed hinc de ſua perfidia redarguendi ſunt, hinc ad fidei gratiam prouocandi, quia ſi de hoc ſuo corpore credunt, quod minime viderunt, cur inuiſibilia non credunt, quæ videri corporaliter non poſſunt? Nam quia poſt mortem carnis viuat anima, patet ratio, ſed fidei admixta.

Quod ſine fide neque infidelis viuat. ca. 2.

A.C. 550.

Probatur animæ immortalitas, cap. 3.

§. XXIII.

TRes quippe vitales ſpiritus creauit Deus omnipotens: vnum, qui carne non tegitur, alium, qui carne tegitur, ſed cum carne non moritur, tertium qui carne tegitur, & cum carne moritur. Spiritus namque, qui carne non tegitur eſt angelorum, ſed ſpiritus, qui carne tegitur, & cum carne non moritur, eſt hominum: ſpiritus autem, qui carne tegitur, & cum carne moritur eſt iumẽtorum omnium brutorum. Homo namque ſicut in medio eſt creatus, vt ſit inferior angelo, & ſuperior iumento, ita habet aliquid commune cum angelo, & aliquid commune cum iumento. Immortalitatem quidem [ſpiritus] cum angelo, mortalitatem vero carnis cum iumento: quouſq; ipſam mortalitatem carnis abſorbeat gloria reſurrectionis, & inhærendo ſpiritui caro ſeruetur in perpetuum, quia & ipſe ſpiritus inhærendo [Deo] ſeruatur in Deum. Quæ tamen caro nec in reprobis inter ſupplicia deficit perfecte, quia ſemper deficiendo ſubſiſtit, vt qui ſpiritu & carne peccauerunt, ſemper eſſentialiter viuentes, & carne & ſpiritu ſine fine moriantur.

Triplex vitalis ſpiritus.

Reprobi cur ſine fine viuant.

Sed quærit Petrus, cum ita ſpiritus hominum aperte diſtinxerit à ſpiritu iumentorum, cur Salomon in Eccleſiaſte ſic ait. Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & oſtẽderet ſimiles eſſe beſtiis, idcirco vnus eſt interitus hominis & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio. Sicut enim moritur homo, ita & illa moriuntur, ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumentis amplius. Cuncta de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Reſpondet Gregorius, quod ex titulo illius libri poteſt iſta quæſtio ſolui. Dicitur enim liber Eccleſiaſtes, quod proprie in latino eloquio concionator dicitur. In concione vero ſententia promitur, per quam tumultuoſę turbæ ſeditio comprimatur. Et cum multi diuerſa ſentiunt, per concionãtis rationem ad vnam ſententiam perducuntur. Hic ergo liber concionator dicitur, quia Salomõ in eo quaſi tumultuantis turbæ ſuſcepit ſenſum, vt ea per inquiſitionem dicat, quæ fortaſſe per tẽtationem imperita mens ſentiat. Nam quot ſententias mouet per inquiſitionem, quaſi tot in ſe perſonas diuerſorum ſuſcipit. Sed concionator verax velut extenſa manu omnium tumultus ſedat, eóſque ad vnam ſententiam reuocat, cum in eiuſdem libri termino ait. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, & mandata eius ſerua, hoc eſt omnis homo. Vnde & alia ſunt in libro illo, quæ per inquiſitionem mouentur, atque alia, quæ per rationem ſatisfaciunt, alia, quæ ex

Eccl. 3.

Eccleſiaſtes cur liber Salomonis dicatur.

Eccl. 12.

A.C.550. ex tentati profert animo, atque adhuc huius mũdi delectationibus dediti, alia vero, [in quibus ea] quæ rationis ſunt ediſſerat, atque animum à delectatione compeſcat. Vnde & ibi dicit. Hoc mihi viſum eſt bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo. Et lõge inferius ſubiungit. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, quæ contraria apparent. Ex qua re oſtenditur, quia illud prius ex perſona infirmantium intulit, iſtud poſterius ex rationis definitione ſubiunxit. Et ſic de pluribus aliis dictis in eo libro contentis. Quod ergo ſupra dictum per Salomonẽ eſt, homines ſimiles eſſe iumentis: B & nihil habet homo amplius iumentis, velut ex mente infirmantium humanæ ſuſpicionis ſententiam proponit, qui tamẽ ex definitione rationis, ſuam poſt modum ſententiã profert dicens. Quid habet amplius ſapiens ſtulto? Et quid pauper niſi vt pergat, vbi eſt vita? Vbi clare oſtendit, quod nõ ſolum habet homo aliquid amplius à iumento, ſed etiam amplius [ab homine] ſtulto, id eſt malo, hoc videlicet, quia pergit ad vitam ſcilicet immortalem.

Eccleſ. 7.

Eccleſ. 16

Quomodo anima ſit, quæ videri non poteſt, cap. 5.

§. XXIIII.

SEd more Eccleſiaſtis Petrus infirmantiũ perſonam in ſe ſuſcipiens, quærit de pluribus, ad aliam vitam pertinentibus. Et quia cum quadam vice eo præſente, dum quidam loqueretur, repẽte vitalem emiſit ſpiritum, ſed anima vtrũ egreſſa de corpore fuerit vel non minime vidit. Vnde valde durum [ſibi ait] videtur, vt credantur res eſſe, quas nullus videt. Cui reſpondet Gregorius. D Quid mirum Petre, ſi egredientem animam non vidiſti, quam & manentem in corpore nõ vides? Nunquid modo, cum mecum loqueris, quia videre in me non potes animam meam, idcirco me exanimem credis? Natura quippe animæ inuiſibilis eſt, atque ita ex corpore inuiſibiliter egreditur, ſicut in corpore inuiſibiliter manet. Cui Petrus reſpondet. Vitam animæ in corpore manentis penſare poſſum ex ipſis motibus corporis, quia niſi corpori anima adeſſet, eiuſdem membra corporis moueri non poſſent. Vitam vero animę poſt E carnem in quibus motibus quibúſve operibus video, vt ex rebus viſis eſſe colligam, quod videre non poſſum? Ad quæ Gregorius. Non quidem ſimiliter, ſed diſsimiliter dico: quia ſicut vis animæ viuificat & mouet corpus, ſic vis diuina impler, quæ creauit omnia. Et alia inſpirando viuificat, aliis tribuit, vt viuant, aliis autem tantum, vt ſint præſtat. Quia vero eſſe non dubitas creãtem & regentem, implentem & circumplectentem, tranſcendentem & ſuſtinentem, incircumſcriptũ atque inuiſibilem Deum, ita dubitare non debes, F hunc inuiſibilia obſequia habere. Debent quippe quæ miniſtrant, ad eius ſimilitudinem eſſe, cui miniſtrant, vt quæ inuiſibili ſeruiunt, inuiſibilia eſſe non dubitentur. Hæc autem, quæ eſſe credimus, niſi angelos ſanctos & ſpiritus iuſtorum? Sicut ergo motum corporis conſiderans, vitam animæ in corpore manentis perpendis ab imo, ita vitam animæ exeuntis à corpore perpendere debes à ſummo, quia poteſt inuiſibiliter viuere, quem

Deus eſt in rebus omnibus ſicut anima eſt in corpore.

Miniſtri Dei ſunt inuiſibiles.

A oportet in obſequio inuiſibilis conditoris manere. A.C.550.

Petrus. Recte totum dicitur, ſed mens refugit, credere, quod corporeis oculis non valet videre. Cui Gregorius reſpondet. Cum Paulus dicat. Eſt enim fides ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium, hoc veraciter dicitur credi, quod non poteſt videri. Nam credi iam nõ poteſt, quod videri poteſt: vt tamen te breuiter reducam ad te, nulla viſibilia niſi per inuiſibilia videntur. Ecce cuncta corporea oculus tui corporis aſpicit, nec tamen ipſe corporeus oculus aliquid corporeum videret, niſi hunc res incorporęa ad videndum acueret. Nam tolle mẽtem, quę non videtur, & incaſſum patet oculus, qui videbat. Subtrahe animam corpori, & remanent proculdubio oculi in corpore aperti. Si igitur per ſe videbant, cur diſcedente anima nihil vidẽt? Hinc ergo collige, quia ipſa quoque viſibilia non niſi per inuiſibilia videntur.

Ponit etiam exemplum cum leuantur magna pondera ab homine, quia corpus per ſe illud non facit, ſed anima inuiſibilis, quæ viuificat corpus. Nam anima ſeparata omnia manẽt immobilia. Et C ſubdit. Qua ex re penſandum eſt, quia in hoc mũdo viſibili nihil niſi per creaturam inuiſibilẽ diſponitur. Pe. Placent cuncta, quæ dicis. Sed ſicut vitam animæ manentis in corpore ex motu corporis agnoſco, ita vitam animæ poſt corpus aptis quibuſdam atteſtationibus agnoſcere cupio.

Cui Gregorius. Hac in re, ſi cor tuæ dilectionis paratum inuenio, in allegatione minime laboro. Nunquid ſancti Apoſtoli & martyres Chriſti præſentem vitam deſpicerent, & in mortem carnis animas ponerent, niſi certiorem animarum vitam ſubſequi ſcirẽt? Tu vero inquies, quia vitam animæ in corpore manentis ex motibus corporis agnoſcis. Sed ecce, & ij qui animas in mortem poſuerunt, atque animarum vitam poſt mortem carnis eſſe crediderunt, quotidianis miraculis coruſcant. Ad extincta eorum corpora viuentes ægri veniunt, & ſanantur, periuri veniunt, & à dæmonio vexantur, dæmoniaci accedunt, & liberãtur. Deferuntur mortui, & ſuſcitantur. Penſa itaque eorum animæ qualiter viuũt, illic vbi viuũt, quorum & hic mortua corpora in tot miraculis viuunt. Si igitur vitam animæ manentis in corpore deprehendis in motu membrorum, cur nõ perpendis vitam animæ poſt corpus etiam per oſſa mortua in virtute miraculorum?

Sicut anima in corpore ex motu mẽbrorũ deprehenditur, ſic poſt mortẽ ex virtute miraculorũ. cap. 6.

Paulo ſuperius queſtus es, quod cuiuſdam morientis animam egredientem non vidiſti, ſed hoc ipſum iam culpæ fuit, quod corporeis oculis rem videre inuiſibilem quæſiſti. Nam multi noſtrorũ mentis oculum fide pura & vberi ratione mundantes, egredientes carne animas frequenter viderunt. Super qua re inducit plura exempla. Et primo de ſancto Benedicto, qui longe poſitus ab vrbe Capuana vidit animam Germani eiuſdem ciuitatis epiſcopi nocte media in globo igneo ad cœlum deferri ab angelis.

De egreſſibus animarum, cap. 7.

Deinde etiam exẽplum cuiuſdam abbatis ſancti viri, qui dicebatur Spes, non longe à Nurſia ciuitate morãntis, qui cum per quadraginta annos in cœcitate corporis manſiſſet cum magna patientia, per quindenam ante mortem ſuam dominus ei lumen oculorum reſtituit, obitum ſuum ei prædixit, & ad prędicandum monaſteriis vicinis

De egreſſu animæ Spei abbatis. ca. 10.

A.C.550.

nus miſit. Poſt quod reuerſus ſumpto viatico, & A inter fratres pſallens, deceſsit. Cuius animam adſtantes viderunt, vt columbam ex ore eius exeuntem, & cœlum aſcendentem.

De tranſitu Seruuli paralytici, cap. 14.

§. XXV.

SCiendum eſt autem, ait Gregorius in dicto libro 4. dialogorum, quod ſæpe animabus exeũtibus electorum, dulces ſolent laudes cœleſtes erumpere, vt dum illam libenter audiunt, diſſolutionem carnis ab anima ſentire minime permit- B tantur. Vnde in homil. euangelij iam narraſſe me memini, quod in ea porticu, quæ euntibus ad eccleſiam beati Clementis eſt peruia, fuit quidam Seruulus nomine, qui pauper quidem rebus, ſed meritis diues erat, quem longa ægritudo diſſoluerat. Nam ex quo illum ſcire potuimus, vſque ad finem vitæ paralyticus iacebat. Quid dicam? quia ſtare non poterat, qui nunquam in lecto ſurgere vel ad ſedendum valebat, nunquam manum ſuam ad os ducere, nũquam ſe potuit in latus aliud declinare. Huic ad ſeruiendum mater cum fratre aderat, & quicquid ex eleemoſynis potuiſſet ac- C cipere, hoc manibus ſuis pauperibus erogabat. Nequaquam literas nouerat, ſed ſcripturæ ſacræ ſibimet libros emerat, & religioſos quoſcunque in hoſpitalitatem ſuſcipiens, hos coram ſe legere ſtudioſe faciebat. Factúmque eſt, vt iuxta modum ſuum plene ſacram ſcripturam diſceret, [cum ſicut dixi literas funditus ignoraret.] Studebat in dolore ſemper gratias agere, hymnis Dei & laudibus diebus & noctibus vacare. Sed cum iam tempus eſſet, vt tanta eius patientia remunerari debuiſſet, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque ſe morti iam proximum agnouit, pere- D grinos viros atque in hoſpitalitatem ſuſceptos admonuit vt ſurgerent, & cum eo pſalmos pro expectatione ſui exitus decantarent. Cumque cũ eis ipſe moriens pſalleret, voces pſallentium cõpeſcuit, cum magno terrore clamoris dicens. Tacete, tacete. Nunquid non auditis quantæ voces reſonent in cœlo? Et dum ad eaſdem laudes, quas intus audierat, aurem cordis intenderet, ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Qua ſcilicet exeunte tanta illic fragrantia odoris aſperſa eſt, vt omnes illi, qui aderant, inæſtimabili ſuauitate replerentur.

E

Beatorũ animæ cœlo fruuntur, & damnatis tartaro puniuntur, cap. 28.

Sicut autem electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt, quòd à die exitus ſui ignis reprobos exurat.

Ignem vero gehennæ corporeum non ambigo, in quo certum eſt corpora cruciari.

De morte Reparati, ca. 31.

Gothorum tempore quidam ſpectabilis vir Reparatus nomine, venit ad mortem. Cumque iã mortuum familia lugeret, ſubito rediit & ait. Citius ad Eccleſiam beati Laurentij martyris, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur, puerum mittite, & quid de Tyburtio presbytero agatur, videat: & renunciare feſtinet. Qui videlicet Ty- F burtius tunc ſubiacere carnalibus deſideriis ferebatur. Cum vero puer pergeret, narrauit idem Reparatus, qui ad ſe reuerſus fuerat, quod illum, vbi ductus fuerat, agnouit, dicens. Paratus fuerat rogus ingens, deductus autem Tyburtius presbyter, in eo eſt ſuperpoſitus, atque ſuppoſito igne non crematus. Alius autem parabatur rogus, cuius à terra in cœlum cacumen pandi videbatur. A.C.550. Cui emiſſa voce clamatum eſt cuius eſſet. His dictis ſtatim Reparatus defunctus eſt. Puer vero, qui ad Tyburtium miſſus fuerat, iam defunctum inuenit.

De ollis Vulcani quæ ſemper tenduntur, cap. 35.

Ollæ Vulcani in Sicilia (vt ſolent narrare qui nouerunt) laxatis quotidie ſinibus excreſcunt, vt mundi termino propinquante, quanto certum eſt illuc amplius exurendos colligi, tanto & eadem tormentorum loca amplius videantur aperiri. Quod omnipotens Deus ad correptionem viuẽtium in hoc mundo voluit oſtendi, vt mentes in- B fidelium, qui inferni tormenta eſſe non credunt, tormentorum loca videant, quæ audita credere recuſant. [Quod vero ſiue electi, ſiue reprobi, quorum communis cauſa in opere fuerit, ad loca etiam communia deducantur, veritatis nobis verba ſatisfacerent, etiamſi exempla deeſſent. Ipſe quippe in Euangelio dicit. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si enim diſpar retributio in illa beatitudine non eſſet, vna potius manſio quàm multæ eſſent. Multæ ergo manſiones ſunt, in quibus & diſtincti bonorum ordines, & propter meritorum conſortia communiter lætantur, C & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt. Qui multis manſionibus diſtinguuntur, quia & vna eſt beatitudo, quam illic percipiunt, & diſpar retributionis qualitas, quam per opera diuerſa conſequuntur. Quæ nimirum veritas iudicij ſui diem annuncians ait. Tunc dicam meſſoribus. Colligite zizania & colligate ea in faſciculos ad comburendum.] Meſſores autem angeli zizania ad comburendum in faſciculos ligãt, cum pares paribus in tormentis ſimilibus ſociãt, vt ſuperbos cum ſuperbis, luxurioſos cum luxurioſis.

Ioan. 14.

Mat. 14.

D Superna quoque pietas ex magna ſuæ miſericordiæ largitate diſponit, vt nonnulli etiam poſt exitum ad corpus redeant: & tormenta inferni, quæ audita non crediderant, ſaltem viſa pertimeſcant. Nam illuſtris vir Stephanus de ſeipſo mihi narrare conſueuerat, quia in Conſtantinopolitana vrbe demoratus pro quadam cauſa, ſuperueniente infirmitate defunctus eſt. Cumque medicus & pigmentarius ad aperiendum eum, atque condiendum eſſet quæſitus, & eodem die minime inuentus, ſubſequenti nocte iacuit inhumatum corpus eius. Qui ductus ad inferni loca vidit E multa, quæ prius non crediditaudita. Sed cum præſidenti illi iudici præſentatus fuiſſet, ab eo receptus non eſt, ita vt diceret. Non hunc deduci, ſed Stephanum ferrarium iuſsi. Qui ſtatim reductus in corpus eſt, & Stephanus ferrarius, qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus eſt. Sicq́ue probatum eſt vera eſſe verba, quæ audierat, quando hoc effectus mortis Stephani demonſtrauit.

Stephanus ad vitam reuocatur.

Quibuſdam paruulis regni cœleſtis aditus à parentibus clauditur, cap. 17. & 18.

§. XXVI.

ITem Gregorius in quarto libro. Cum humanum genus multis atque innumeris vitiis ſit ſubiectum, Hieruſalem cœleſtis patriæ maximam partem ex paruulis vel infantibus puto poſſe cõpleri, ait Petrus. Cui reſpondet Gregorius. Etſi omnes baptizatos infantes, atque in eadem infantia

tia nutrientes ingredi cœleſte regnum credendum A ſit, omnes tamen paruulos, qui iam loqui poſſunt, regna cœleſtia ingredi credendum non eſt. Quia nonnullis paruulis regni cœleſtis eiuſdem aditus à parentibus clauditur, ſi male nutriantur.

Nam quidam vir in hac vrbe notiſsimus, ante triennium filium habuit annorum, vt arbitror, quinque, quem nimis carnaliter diligens remiſſè nutriebat, atque idem paruulus (quod dictu graue eſt) mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet, maieſtatem Dei blaſphemare conſueuerat. Qui in hac ante triennium mortalitate percuſſus, venit ad mortem. Cumque eum ſuus pater in ſinu te- B neret, ſicut hi teſtati ſunt, qui præſentes fuerunt, ad ſe malignos ſpiritus veniſſe trementibus oculis puer aſpiciens, cœpit clamare. Obſta pater, obſta pater. Qui clamans, declinabat faciem, vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet. Quem cum ille trementem requireret, quid videret, puer reſpondit. Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixiſſet, maieſtatis nomen protinus blaſphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens Deus oſtenderet, pro quo reatu qualibus executoribus traditus eſſet, vnde pater ſuus viuentem no- C luit corrigere, hunc morientem permiſit iterare, (vt qui diu per diuinitatis patientiam blaſphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudicium blaſphemaret & moreretur,) quatenus reatum ſuum pater agnoſceret, qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriſſet. Vbi notandum, quod cum in tali ætate communiter paruulus non ſit doli capax, vnde nec mereri vel demereri, dici oportet, quod huic acceleratus fuerat vſus liberi arbitrij, ex quo peccans in ignem æternum demerſus eſt.

De viſione cuiuſdam militis. D

§. XXVII.

QVidam miles in hac vrbe noſtra peſte percuſſus, ad extrema peruenit. Qui eductus de corpore exanimis iacuit, ſed citius rediit: & quæ cum eo geſta erant, omnibus enarrauit. Aiebat enim, ſicut res ipſa tunc innotuit multis, quod pons erat, ſub quo niger atque caliginoſus fumus, & fœtore intolerabilis nebulam exhalans, fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte, amœna erant prata atque vireta, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuenticula eſſe videbantur. Tantúſque in loco E eodem odor ſuauitatis inerat, vt ipſa ſuauitatis fragrantia illic deambulantes habitantéſque ſatiaret. Ibi manſiones diuerſorum ſingulæ magnitudine lucis plenæ. Ibi quædam miræ potentiæ ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis conſtrui, ſed cuius eſſet, agnoſcere non potuit. Erant vero ſuper ripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, ſed alia exurgentis fœtoris nebula tangebatur, alia exurgens fœtor è flumine minime tangebat. Hæc vero erat in prædicto ponte probatio, vt quiſque per eum iniuſtorum F vellet tranſire, in tenebroſo fœtentique flumine laberetur. Iuſti vero, quibus culpa non obſiſteret, ſecuro per eum greſſu ac libero ad loca amœna peruenirent. Ibi ſe etiam Petrum eccleſiaſticæ familiæ maiorem, qui ante quadriennium defunctus eſt, deorſum poſitum in locis teterrimis magno ferri pondere religatum atque depreſſum vidiſſe confeſſus eſt. Qui cum requireret, cur ita eſſet, ea ſe dixit audiſſe, quæ nos, qui eum in hac eccleſiaſtica domo nouimus, ſcientes eius acta recolimus. Dictum namque eſt. Hoc idcirco patitur, quia ſi quid ei pro facienda vltione iniungebatur, plus ex crudelitatis deſiderio, quàm ex obedientia ſeruiebat, quod ſic fuiſſe nullus, qui eum nouit, ignorat.

Ibi ſe quemdam etiam peregrinum presbyterum vidiſſe fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens, tanta per eum authoritate tranſiit, quanta & hic ſinceritate vixit.

In eodem quoque ponte hunc quem ſuperius dixi Stephanum ſe recognouiſſe teſtatus eſt. Qui dum tranſire voluiſſet, pes eius lapſus eſt, & ex medio corpore iam extra pontem deiectus, à quibuſdam viris teterrimis ex flumine ſurgentibus per coxas deorſum, atque à quibuſdam dealbatis & ſpecioſiſsimis viris cœpit per brachium ſurſum trahi. Cumque hoc luctamen eſſet, & hinc boni ſurſum, mali deorſum traherent, ipſe, qui hoc videbat ad corpus reuerſus eſt, & quid de eo plenius geſtum ſit, non cognouit. Qua in re de eiuſdem Stephani vita datur intelligi, quia in eo mala carnis cum eleemoſynarum operatione certabant. Qui enim per coxas deorſum, per brachia trahebatur ſurſum, patet nimirum quia eleemoſynas amauerat, & carnis vitiis perfecte non reſtiterat, quæ eum deorſum trahebant. Sed in illo occulto arbitri examine, quid in eo vicerit, & nos, & eum qui vidit, & reuocatus eſt, latet. Conſtat tamen, quia idem Stephanus, poſtquam (ſicut ſuperius narraui) & inferni loca vidit, & ad corpus rediit: perfecte vitam minime correxit. Quod autem in amœnis locis cuiuſdam domus laterculis aureis ædificari videbatur, non de laterculis materialibus, ſed de operibus intelligendum D eſt. Nam qui præmium lucis æternæ eleemoſynarum largitate promerebitur, nimirum conſtat, quia auro ædificat manſionem ſuam. Et quia eoſdem laterculos aureos ad ædificationem ſenes & iuuenes, pueri & puellæ ferebant, vt ille viderat, datur intelligi, quod hi, quibus pietas eleemoſynarum facta eſt, ipſi illic operatores eſſe videbantur.

Sicut etiam iuxta nos quidam Deuſdedit nomine religioſus habitabat, qui calceamenta ſolebat operari. De quo alter per reuelationem vidit, quod eius domus ædificabatur, ſed in ea con- E ſtructores ſui ſolum die ſabbati videbantur operari. Qui eiuſdem viri poſtmodum ſubtiliter vitam requirens, inuenit, quia ex iis, quæ diebus ſingulis laborabat, quicquid ex victu atque veſtitu ſupereſſe potuiſſet, die ſabbati ad beati Petri Eccleſiam deferre conſueuerat, & indigentibus erogare.

TITVLVS XIII. CONTINET GESTA PER ANNOS CENtum & octo, videlicet ſummorum pontificum & imperatorum, ſcilicet à Sabiniano papa ſucceſſore Gregorij primi, vſque ad Gregorium ſecundum, Et à Phoca imperatore, vſque ad Philippicum, ac etiam dicta doctorum Iſidori, & Bedæ diuerſarum nationum. Et de Machomet & lege F

ſua

De peccato quinque annorum paruuli blaſphemabile.

Pontis probatio difficillima.

A.C.604. Petrus eccleſiaſticæ familiæ maior quibus pœnis adſtrictus.

Stephanus cur per brachia ſurſum, per coxas deorſum traheretur.

Deuſdedit ſuam domum ſabbato ædificabat.

A.C.604.

ſua ſpureiſsima, & erroribus. De multis etiam ſanctis, qui claruerunt vita & miraculis. Et incipit titulus ab anno Domini ſexcenteſimoquinto, vſque ad annum domini ſeptingēteſimum decimumtertium. In quo ſpacio fuerunt per ordinem ſucceſsiuum iſti ſummi pōtifices, Sabinianus, Bonifacius tertius, Bonifacius quartus, Deuſdedit, Honorius primus, Seuerinus, Ioannes quartus, Theodorus, Martinus, Eugenius, Vitalianus, Adeodatus, Donus, Agatho, Leo ſecundus, Benedictus ſecundus, Ioannes quintus, Conon, Sergius, Ioānes ſextus, Ioannes ſeptimus, & Zozimus. Imperatores autem fuerunt Phocas, Heraclius, Conſtantinus filius Heraclij, Heracleona filius Heraclij, cum matre ſua Martina. Conſtans filius Conſtantini filij Heraclij, qui & Conſtātinus etiam dictus eſt. Maxentius (aliàs Mazeſes) qui vſurpauit imperium Conſtantini. Iuſtinianus ſecundus filius Conſtantis. Leo, qui & Leontius, vſurpauit imperium, Apſimarus qui & Tyberius eſt vocatus, vſurpauit ſibi imperium. Iuſtinianus præfatus, qui exulauit in Cherſoneſo, recuperauit imperium occiſis Apſimato & Leontio. Demum Philippicus occiſo ab eo Iuſtiniano.

Sabinianus pont. max. 66. ſed. men. 5. di. 10. Onuph. An. Ch. 604. præter D. Gregorium, cuius ipſe fuit Apocriſarius de eo meminerunt Paulus Diac. lib. 4. de geſt. Longob. cap. 9. Ioan. Diaco. lib. 4. vita D. Greg. & alij, hæc autem ex Vinc. lib. 22. cap. 10.

De Sabiniano, Bonifacio, Deuſdedit, Seuerino, Ioanne, Theodoro papa.

CAPVT I.

POſt mortem Gregorij magni, de quo immediate dictum eſt, cathedram Petri aſcendit Sabinianus anno domini 604. Ab initio mundi quinquies milleſimo, octingēteſimo ſecundo. Tuſcus natione. Qui ſedit anno vno, menſibus quinque. Et in principio ſui pontificatus fames grauis, cum totam prouinciam fatigaret, venerunt ad eum religioſi & pauperes, quibus ſanctus Gregorius miniſtrare ſolebat, & dixerunt. Domine papa, quos pater noſter Gregorius paſcere ſolebat, tua ſanctitas perire nō ſinat. Quibus verbis indignans papa, ſic ſemper reſpōdebat. Si Gregorius ad famam ſuæ laudis cūctos populos curauit ſuſcipere, nos omnes non poſſumus paſcere, ſicque vacuos remittebat. Vnde ſanctus Gregorius tertio ei apparuit, & tertio blande eum corripuit, de ſua detractione, & illius tenacia, & pauperum neceſsitate. At ille nec ad miſericordiam ſe flexit, nec à detractione compeſcuit. Vnde & illi quartò apparens horribiliter redarguit, & comminans illum in capite percuſsit, cuius dolore vexatus in breui defunctus eſt.

A.C.604.

Ipſi quoque Romani fame prædicta aggrauati, derogantes ipſi Gregorio iam defuncto, quòd theſauros Eccleſiæ nimia liberalitate diſsipaſſet, vt refert idem Vincen. vbi ſuprà. cum non adeſſet perſona, in quam exardeſcerent, memoriam nominis illius in libris ſuis delere volebant. Libros igitur eius Romanis comburere volentibus, obſtitit Petrus diaconus hoc teſtimonio, quòd Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ ſuper caput ipſius Gregorij dictantis ſæpe viderat. Cuius dicti veritatem probauit, vt dictum eſt ſuprà. Hic fecit epiſcopos per diuerſa loca 26. Et eo migrante ad dominum, ceſſauit epiſcopatus menſibus 11. diebus 25.

Romani D. Gregorij libros volunt comburere. Vinc. ibi ex Diac. li. 4. ca. 69. & ſupra tit. 22. c. 5. §. 30.

Romani & Longobardi pacem firmant, in qua Agilulphi regis filia à Romanis olim capta redimitur. Et ipſe Agilulphus rex Longobardorum, qui prius in pluribus locis cōtra Romanos proſpere pugnauerat, & Mantuam & Cremonam ceperat, Adaloaldum filium regem facit, eique Theodeberti regis Francorum filiam vxorem tradit, & cum Francis pacem perpetuam redintegrat. Franci contra Saxones pugnantes magna ſua ſtrage ſuperantur.

De Lōgob. hęc habet Diac. li. 4. cap. 9.

Eodē tēpore, ſilicet anno 2. Phocæ imperatoris, vt refert Vincen. vbi ſuprà pauper quidam, cum à nautis eleemoſynam peteret, nec acciperet, dicente nauclero, deſiſte à nobis petere eleemoſynam, qui nihil hic præter lapides habemus. Cum autem ſubieciſſet pauper. Ergo omnia vertantur in lapides: quicquid in naui manducabile erat, conuerſum eſt in lapides colore & forma rerum permanente.

Res omnes navis in lapides versæ. Vinc.

Bonifacius 3. Pont. Max. 67. ſed. men. 8. di. 23. Anno Chriſti 605.

§. I.

SAbiniano è medio ſublato ſucceſsit in ſummo pontificatu Bonifacius tertius, numero 64. ſecūdum Ioannem de Col. Fuit natione Romanus, & ſedit menſibus octo & diebus 22. & fuit ſexageſimusquintus.

Poſt Bonifacium tertium eccleſiam Romanā ſuſcepit regendam Bonifacius 4. Hic vt refert Vincen. in ſpec. hiſt. lib. 24. cap. 13. ex libro pontificum, fuit natione Campanus è Valeria Marſorum vrbe, patre Ioanne medico, & ſedit annis 5. in ordine ſummorum pontificum 66. Erat autem mitiſsimus ſuper omnes homines & miſericors. Hic amauit clerum, & zogam integram clero ſuo dedit. Hic Bonifacius per decretum ſuum declarauit monachos ſi præficiantur eccleſiis curatis ſeu populis: poſſe ſacramenta eis miniſtrare dicens 16. q. 1. ſunt nonnulli. Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſsimo quidem zelo magis amaritudinis quàm dilectionis inflammati, aſſerentes monachos: quia mūdo mortui ſunt, & Deo viuunt, ſacerdotalis officij potentia indignos neque pœnitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſoluere poſſe per ſacerdotalis officij diuinitus ſibi iniunctam poteſtatem: ſed omnino labuntur. Neque enim beatus Benedictus monachorum præceptor almificus huius rei fuit interdictor aliquo modo, ſed ſæcularium negotiorum edixit

Bonifacius 4. Pont. max. 68. ſed. an. 6. m. 8. di. 12. A.C. 606.

A.C.615.

edixit expertes ſure tantummodo. quod quidem apoſtolicis documentis, & omnium ſanctorum patrum inſtitutis, non ſolum monachis, ſed etiam canonicis magnopere imperatur. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, ait Apoſtolus. Tantorum igitur patrum inſtituti exemplis, quibus periculoſiſsimum eſt refragari, credimus à ſacerdotibus monachis ligandi ſoluendíque officium digne adminiſtrari: ſi eos digne contigerit, hoc miniſterio ſublimari. Conſtituit etiam vt refert Vincen. vbi ſuprà, vt nullus trahatur de eccleſia, & vt nullus acolythus præſumat reliquias ſanctorum martyrum leuare.

2.Tim.2.

[a] Hic Pantheon Romæ, id eſt templum, quod nunc dicitur ſancta Maria rotunda, quod à gentibus antiquis in honorem Cybeles matris, & omnium deorum fuit dedicatum, & propterea dictum eſt Pantheon, id eſt toti dij, à Phoca Cæſare impetrauit, vt eliminata omni ſpurcitia idololatriæ, in honorem ſanctæ Mariæ & omniũ martyrum ipſum templum conſecraret. Sed poſtmodum creſcente religione Chriſtiana, inſtitutum eſt in Cal. Nouembris non ſolum Romæ, ſed & per totum orbem, vt illa die ab vniuerſali eccleſia ſolenniter celebraretur feſtum omnium ſanctorum.

Vinc. lib. 14.ca.13.

Poſtmodum in proceſſu temporis ſtatuit Eccleſia, vt die immediate ſequenti celebraretur officium ſeu commemoratio omnium defunctorũ. Et hoc, vt dicit Iaco. de Voragine in legendis ſanctorum, ex quadam viſione cuiuſdam ſancti viri, qui in Eccleſia ſancti Petri Romæ poſt matutinum in feſto omnium ſanctorum in oratione poſitus, vidit in ſpiritu miſſam ſolenniter celebrari à Chriſto & ſanctis eius. Poſtmodum ductus ad locum purgatorij, vidit animas in variis pœnis, & diuerſis diuerſos cibos deferri, aliquibus delicatiores, aliis mediocres, aliis viles & paucos, aliis nullos. Et declaratum eſt per angelum, refectiones illas eſſe ſuffragia, quæ fiunt à viuentibus pro defunctis ſuis. Et ei mandatum fuit, vt inſinuaret talem viſionem, vnde inſtitueretur ab Eccleſia tale officium generale pro defunctis, vt qui, non habent facientes pro eis ſpecialia, ſaltem illis generalibus ſubleuarentur.

Ubi cõmemora[...] a-nimarum feſti ori-[...] in-[...] habes [...] 15.c. 18. § 5. vide quæ ibi annota[...] mus.

Ex concilio huius Bonifacij quarti, ſtatutum eſt ſic diſt. 79. nullus pontifice. Nullus pontifice Romano viuente, aut epiſcopo ciuitatis ſuæ præſumat loqui, aut partes ſibi facere, niſi tertio die depoſitionis eius, adunato clero & filiis Eccleſię: & tunc electio fiat.] [b] Hic etiam obtinuit à Phoca Cæſare, vt Romana Eccleſia caput eſſet & magiſtra omnium eccleſiarum, quia Eccleſia Cõſtantinopolitana aſſerebat ſe eſſe primam omnium Eccleſiarum.

a Hoc habet Beda in lib. de ſex mundi ætatibus. & Diaco. lib. 4. de geſtis Longob. cap. 11. Sed quoniam ſub quo Bonifacio hoc ſit factum hi non exprimunt, Vincen. lib. 23. cap. 13. & Plat. hoc à Bonifacio 3. factum fuiſſe commemorant. Blondus tamen dec. 1. lib. 9. & Naucl. gener. 21. hoc quemadmodum D. Anton. ad Bonifacium 4. referunt. Cæterum Petrus Galeſinus in annotat. in Martyrol. antiquiorem in Eccleſia feſti omnium ſanctorum inſtitutionem eſſe obſeruat ex eo maxime, quòd in feſto omnium ſanctorum D. Augu. ſermones extare conſpiciantur.

b Diaconus & Beda id etiam tradunt locis ſuperius citatis. Porro plerique omnes ſcriptores id ſub Bonifacio tertio factum ferunt. Plat. & Onuph. ſuper eumdem Blond. & Naucl. Porro nimis impudenter ſomniant Pſeudoeuangelici Pontificem Romanum à Phoca primum hunc honorem accepiſſe, vt Romana Eccleſia caput omnium Eccleſiarum fieret. Nam certe Phoca imperatore antiquior fuit Iuſtinianus, qui ad Ioannem 2. ſcribens Cod. de ſum. Trin. & fide Cath. reddentes, hæc de Pontif. Rom. perſona refert, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum, vt nos ſupra obſeruauimus tit. 12. cap. 1. §. 2. antiquiores fuerunt Aphricani patres qui in perſecutione Vandalica teſte Victore lib. 1. Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem ſunt profeſsi, vt nos etiam annotauimus tit. 11. cap. 10. §. 5. Antiquior Conſtantinus qui in edicto tom. 1. Concil. idem adſtruit, & nos etiam tit. 11. cap. 1. §. 2. indicauimus: denique omnes quotquot fuerunt Catholici idem affirmant. Vt euidenter docet Sand. in lib. 7. de viſib. mon. Sed quoniam patriarcha Conſtantinopolitanus regia vrbis magnificentia elatus & imperatorum vel oſcitantia vel vecordia abutens, ſe ſupra Romanam Eccleſiam efferebat, vel cum ea de æqualitate certare audebat, vnde orta eſt illa contentio quæ Pelagio 2. & Gregorio cum Ioanne patriarcha Conſtantinopolitano fuit. De qua D. Anto. tit. 12. cap. 2. & 3. §. 13. ideo Phocas imperator rogatu Bonifacij 3. vel 4. huic contentioni volens finem imponere, ſtatuit Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem: & proinde Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſicut & cæterarum caput & magiſtram. Hoc ex verbis Diaconi & Bedæ aperte perſpicitur. Hoc oſtendunt etiam ſæculi ſuperioris ſcriptores Plat. Blond. Naucl. Sabellicus. Denique hoc affirmant Turrianum aduerſus Andream Frehiuſtum. Onuph. in Plat. Sand. de viſib. mon. lib. 7. Cæterum D. Anton. Bonifacium tertium primo in numero Pontificum ſexageſimum quartum, & poſtea ſexageſimum quintum eſſe dicit, ſecutus diuerſos Chronologos qui in horum põtificum numero variant.

Phocas imperator cur eccleſiam Romanã omnium eccleſiarũ caput definierit

Deuſdedit Pont. max. 69. ſedit an. 3. dies 19. An. Ch. 613.

§. II.

DEfuncto præfato Bonifacio, in principio imperij Heraclij ſucceſsit, & in ſede Petri Deuſdedit à populo & clero nominatus. Hic natione Romanus, patre Stephano ſubdiacono, ſedit annis duobus, diebus 20. ſecundum alios annis tribus, & fuit 67.

Sub hoc pontifice miſit Heraclius Auguſtus ad regendum Italiam Eleutherium patriciũ. Qui vt refert Ioannes de col. Ioannem quemdam qui ſe in Italia imperatorem appellauerat, apud Neapolim bello victum occidit, & Italiam in magna pace continuit. Sed in proceſſu temporis in ſuperbiam elatus contra dominum ſuum ſe regem Italiæ appellauit. Et veniens Romam à fidelibus imperatoris occiſus eſt, cuius caput Conſtantinopolim ad Heraclium miſſum eſt.

Eleutherius Italię exarchus Biblioth. in vita Deuſdedit. Blon. li. 9. dec. 1. & Onuph.

Hic papa Deuſdedit, inquiſitus vtrum parentes tenentes filios ſuos ad baptiſmum poſsint poſtea adinuicem commiſceri, id eſt matrimonio vti pater & mater talium, reſpondit vt habetur 30. q. 5. peruenit. Et dicit quòd beatæ memoriæ ſancts

A.C. 613.

partes Iulius, Innocentius, & Cęleſtinus, cumplurimorum A epiſcoporum & ſacerdotum conſenſu prohibentes talia perſcripſerunt, & confirmauerũt, vt nullo modo ſe in cõiugio reciperẽt viri & mulieres, quicũq; aliqua ratione ſuſceperint ſuos natos, ſed ſeparent ſe: ne ſuadente diabolo tale vitium inoleſcat. hæc ibi. Sed hodie tenendum eſt, quod dicitur extra de cogna. ſpirituali, cap. 2. videlicet, quod ſiue ſcienter, ſiue ignoranter pater vel mater teneat filium ad baptiſmum, non propterea ſunt ſeparandi, ſcilicet quo ad debitum exigendum vel reddendum. Vnde quod in dicto B cap. peruenit. dicitur, quòd ſint ſeparandi, intelligitur, vt dicit gloſ. ſi induci poſſunt ad continentiam, vel quouſque pœniteant de peccato. Nam tales vtique peccant hoc faciendo, tenendo ſcilicet proprios filios ad baptiſmum vel chriſma, extra caſum neceſsitatis.

An parentes qui pueros ſuos de ſacro fonte leuãt, ſint ſeparãdi. in epiſ. ad Gordia. to. 2. cõc. vide quæ diximus tit. 12. cap. 6 §. 3.

Huius tempore Siſebutus, qui & Siſebatus rex Gothorum, qui effectus erat Chriſtianus, plurimas Hiſpanię ciuitates, quæ à Romanis defecerãt recepit in ſuas, & Iudæos, qui in ſuo regno morabãtur, grauioribus pœnis ad baptiſmum induxit: de quo Siſebuto habetur diſt. 45. de Iudæis.

Poſt hunc Romanam Eccleſiam ſuſcepit regendam Honorius primus, natione Campanus, ex patre Petronio conſule, qui ſedit annis 11. menſibus 11. diebus 17. Hic multa bona fecit Eccleſiis, & ædificauit Romæ Eccleſiã beatæ Agnetis, quæ eſt via Nomentana, & eam dotauit multis poſſeſsionibus, & alias etiam eccleſias cõſtruxit. Secundum alios ſedit annis 13. & fuit in ordine pontificum ſexageſimus octauus. Hic fecit ordinationes tres, & ordinauit presbyteros 13. diaconos 10. & epiſcopos per diuerſa loca octoginta vnum: ſepultus apud ſanctum Petrum. Et eo mortuo ceſſauit epiſcopatus anno vno & menſibus 7. diebus 18.

Bonifaci⁹ quintus

[a] Ante iſtum Honorium quidam ponũt alium Bonifacium quintum, ſed alij non, & ita videtur verum.

Seuerin⁹ põt. max. 72. ſed an. 1 mẽ. 9. di. 18 A.C. 639.

Honorio ex hac luce ſubtracto, creatus eſt põtifex ſummus Seuerinus, natione Romanus, patre Labieno. Hic ſolum anno vno duobus menſibus & diebus 4. præfuit Eccleſiæ. Alij dicunt annis duobus. Quo mortuo, ceſſauit epiſcopatus menſibus 4. & diebus 22. E

Dum adhuc eſſet electus, & principis expectaretur aſſenſus, ad ſuggeſtionem Mauricij chartularij Iſaacius patricius, & hexarchus, qui eo tẽpore regebat Italiam, Romam venit: atque omnem theſaurum, quem Honorius, & alij ſummi pontifices in Eccleſia Lateranenſi congregauerunt, quem Chriſtiani imperatores ſeu patricij & conſules pro redemptione animarum ſuarũ beato Petro dereliquerant, vt pauperibus per manus Apoſtolicas largirentur, vel pro redimendis captiuis, abſtulit, cuius partem ad vrbem regiam imperatori Heraclio miſit, aliam partem ſibi, & militibus retinuit, ſed mala morte finiuit dies ſuos.

A.C. 613. Iſaacius hexarch⁹ Eccleſiæ theſaurũ deprædatur. Ex Bibliothec. Blond. & Naucle. gen. 22.

Poſt Seuerinum inſulam Romani pontificatus ſuſcepit Ioannes, natione Dalmata, patre Venãtio, qui ſedit anno vno & menſibus 8. & diebus 18. Hic multas pecunias per Dalmatiam & Iſtriã miſit per ſanctiſsimum, & fideliſsimum abbatem Martinum pro redemptione captiuorum, qui capti à barbaris tenebantur. Hoc mortuo ceſſauit epiſcopatus menſe vno, diebus 23.

Theodorus Pont. max. 74. ſed. an. 6. m. 5. d. 19. A.C. 640.

Ioanne papa ad patres migrante, præfuit Romæ epiſcopus Theodorus, natione Græcus patre C Theodoro epiſcopo Hieroſolymis oriundo. Qui ſedit annis 6. menſibus 5. diebus 18. Hic fuit amator pauperum, & miſericors ſuper omnes. Vnde omnia, quæ habere poterat, expendebat in pauperes, & redimendos captiuos. Hic beatus pontifex leuauit corpora ſanctorum Primi & Fælciani, quæ prius ſepulta erant in arenario, & cum honore recondidit in Cælin monte, in Eccleſia ſancti Stephani conſtruens ibi pulchrum oratorium in honorem dictorum ſanctorum. Et ſub hoc Theodoro papa moritur Heraclius imperator, & Theodoro ſucceſsit Martinus. D

S. Martinus Pont. max. 75. ſed. an. 6. men. 4. di. 7. An. Ch. 647.

§. III.

MArtinus de ciuitate Tudertina, prouinciæ Tuſciæ, patre Fabricio, ad ſummum pręſulatum aſſumptus eſt 72. In quo ſedit annis 6. mẽſe vno, & diebus 26. Huius temporibus Paulus Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopus, inflatus ſuperbiæ ſpiritu, aduerſus rectum ſanctæ Dei Eccleſiæ dogma audacter præſumpſit paternis definitionibus contraire. Inſuper ſtuduit ad cooperimentum ſui erroris, quibuſdam ſubreptionibus, vt & clemẽtiſsimo principi Conſtãtio imperatori nepoti Heraclij imperatoris ex filio, ſcilicet eius genito (qui Heraclius imperator etiam ipſe incidit in illum errorem Monothelitarum, ſuaſu & doctrina patriarchæ Conſtantinopolitani, vt refert Vincen. ſpecu. hiſt. lib. 24. cap. 84. poſt Hugonẽ, & ex geſtis pontificum) ſuaderet [b] typum

Paulus Conſtantinopolitanus patriarcha hæreticus.

[a] Qui inter pontificem Deuſdedit & Honorium primum, Bonifacium quintum interſerunt, ſunt quãplurimi. Nam Nicolaus Maiacutius qui verſibus Catalogum Pontificum Romanorum ad ſua vſque tempora eſt complexus, & Platina, & Blondus & Nauclerus, & Onuph. & Genebrardus eum recenſent. Quare ſic de eo ſcribit Onuph. Bonifacius quintus Pont. max. 70. Neapolitanus Ioannes filius ſedit an. 5. men. 10. Conſecratus 7. Cal. Ianu. ineunte An. Ch. 617. Ordinationes duas menſe Decembri epiſcoporum 29. presbyterorũ 26. & Diaconorũ 4. fecit. Obijt 8. Cal Nouemb an. 622. ſepultus ad S. Petrum. Statuta vero præcipientia vt nullus ab Eccleſia trahatur, & vt nullus acolythus præſumat reliquias martyrum ab Eccleſia leuare, huic Bonifacio 5. aſsignantur. Certe D. Anton. qui Bonifacium tertium fuiſſe ſcribit ſexageſimum quartum & ſexageſimum quintum hunc Bonifacium quintum penitus omittere non videtur.

[b] Typus eſt hoc loco edictum imperatoris, quo ſuã is de fide depromit ſententiam, quale Conſtantinus edidit tom. 1. Concil. & Iuſtinian. tom. 2. & Cod. de ſumma Trin. & fide Cathol. ſic vſurpauit Bibliothecarius typum hoc loco, ſicut & 1. rogam pro largitione & donatiue idem ſumpſit, inquiens, rogam integram clero ſuo dedit. Eſt enim roga pecuniæ ſumma quã ſaccellarius, id eſt theſaurarius diſtribuebat, & erogationem ſeu munus vel donatiuum & ſtipendium ſignificat. Onuph. in inter. Nom. Eccleſi. F

exponere

A.C.613. caponere, quo catbolicum dogmx deſtrueset, aſſerente ipſo Paulo vnam tantum in Chriſto voluntatem & operationem fuiſſe, cum ſecundum fidei veritatem duplex ſit, ſcilicet diuina & humana. Et intantum hoc Paulus ipſe ſtuduit præſumere, vt altare ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, quod erat in domo Placidiæ ſacratum in venerabili oraculo ſubuertens diriperet: prohibens ne adorandam ſanctam & immaculatam hoſtiam Apocriſarij noſtri ibi offerre valeant, nec communionis ſacramenta percipere. Qui videlicet Apocriſarij, quia ea præceptione Apoſtolicæ authoritatis monuerunt eum vt de tali hæretico intentu B receederet, perſecutionibus diuerſis cum alijs orthodoxis viris & venerabilibus ſacerdotibus inſecutus eſt eos, quoſdam eorum cuſtodiæ setrudens, alios in exilium deportans, alios verberibus ſubmittens, quibus pene omnem mûdum, conturbantibus, ea diuerſis locis querelas ad apoſtolicam ſedem plurimi orthodoxi detuliſſe monſtrantur, coniurantes, vt totius mali tantęque euerſionis per Apoſtolicam authoritatem abſcindatur commentum, quatenus minime totius corpus Eccleſię Catholicę nocibilis eorum hæreſcos languos diſtumpese valeat.

Paulis cōtra ſedem Apoſtolicā auſus.

C Tunc Martinus ſanctiſsimus miſit & congregauit epiſcopos in vrbe Romana numero cêtum & quinquaginta, & fecit ſynodum ſecundum inſtituta partum orthodoxorum in Eccleſia ſancti Saluatoris iuxta epiſcopium Lateranenſe. Sedentibus ergo Epiſcopis, & presbyteris, adſtantibus diaconibus & clero vniuerſo, condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhû, & Paulû Côſtantinopolitanum patriarcham qui nouitates contra immaculatam fidem præſumſerunt innectere, anathematizantes eos & eorum ſequaces. [Quæ ſynodus hodie archiuo Eccle- D ſiæ continetur.] Et faciens exemplaria per omnem regioné oriétis & occidétis direxit, [& per manus orthodoxorum fidelium diſſeminauit.]

Lateranēſis Synodus ſub Martino A.C.650 ... to. Concil.

Illis autem diebus mandauit imperator ire in Italiam Olympium cubicularium hexarchum ad regendam omnem Italiam, & præcepit ei dicens. Oportet gloriam tuam ſicut nobis ſuggeſsit Paulus patriarcha, huius à Deo conſeruandæ vrbis peragere. Et ſiquidem inueneris prouinciam ipſam conſentientem in typo à nobis expoſito, tene omnes, qui ibi ſunt epiſcopos, vt in eodem ſubſcribant. Si autem potueris ſuadere exercitui E ibi conſiſtenti, iubemus teneri Martinum papam, & poſtmodum per omnes Eccleſias legere eum, qui factus eſt à nobis, orthodoxus typus, & omnes epiſcopi Italiæ in ipſo ſubſcribant. Si autem inueneris contrarium in tali cauſa exercitum, tacitum habeto donec obtinueris prouinciam, & potueris tibi aggregare exercitum tam Romanæ quam Rauennatis ciuitatis, vt ea, quæ tibi præcepta ſunt, quamcitiſsime explere valeas.

Qui prædictus Olympius veniens in ciuitatem Romanam, inuenit ſanctam Romanam F Eccleſiâ coadunatam cû omnibus epiſcopis Italię. Et volens ſibi iuſſa implere, armans ſecum exercitum, voluit ſchiſma ſanctæ Romanæ Eccleſiæ intromittere. Hoc autem per plurimum tempus actum eſt, ſed non permiſit Deus hoc perficere; quod nitebatur. Videns ergo ſe ſuperatum à ſancta & Apoſtolica Eccleſia, quod non per manum armatam facere potuit, quæſiuit ſubreptitio mo-

Hexarchus contra S. R. E. præualere non potuit.

A do, intra miſſarum ſolemnia [niſus eſt implere. A.C.613 Nam] in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris, dum ei porrigeret ſanctiſsimus papa communionem vt Catholico, voluit papam perimere, vt mandauerat ſpathario ſuo. Sed omnipotens Deus, qui ſolitus eſt ſuos orthodoxos circumtegere, ipſe excæcauit ſpatharium Olimpij hexarchi, qui non eſt permiſſus videre pontificem, quando hexarcho communionem dedit, vel pacem porrexit. Quod poſtea prædictus armiger diuerſis cum iureiurãdo profeſſus eſt. Cernens autem Olympius hexarchus, quia dominus protegeret Martinum pa- B pam, neceſſe habuit cum eo concordare, & omnia quæ iuſſa fuerant, ei intimare. Et facta pace cum Eccleſia, colligens exercitum profectus eſt in Siciliam aduerſus gentem Saracenorum, qui ibi inhabitabant. Et exigentibus demeritis hominum, maior interitus in exercitu Romano peruenit. Poſt quod etiam ipſe hexarchus Olympius interiit.

Spatharius id eſt ſatelles hexarchi volens pôtificem perimere excæcatur.

Demum directus eſt ab imperatore Theodorus hexarchus cognomento Calliopa, cum alio Theodoro cubiculario imperiali cum iuſsione, vt tollerent Martinum papam, & mitterent Con- C ſtantinopolim, quod & fecerunt. Et ibi exiſtens requiſitus eſt ab imperatore, vt aſſentiret & probaret typum Pauli patriarchæ Conſtantinopolitani. Cum autem nullo modo acquieſceret, miſſus eſt vir ſanctiſsimus Martinus in Cherſoneſum exilij cauſa. Et ibi tandem vitam finiuit ad dominum migrans martyrio diutini exilij fatigatus. Per quem dominus multa mirabilia operatur ad ſepulchrum eius. Celebratur autem eius feſtum menſe Nouembris, die præcedenti feſtum beati Martini epiſcopi & confeſſoris. Fecit autê ordinationes duas per menſem Decembrê, pre- D ſbyteros 11. diacones 5. & epiſcopos per diuerſa loca triginta duos.

Colitur 12. Nouē.

Multa habentur in decretis ſtatuta huius Martini ex eius concilio. Vnde 26.q.5. non liceat.[a] ex concilio Martini papæ dicitur. Non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſeruare vel colere elemêta aut lunæ aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, vel propter ſegetes vel arbores plantandas, vel coniugia ſocianda. Scriptum eſt enim. Omnia quæcunque facitis, in verbo aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gra- E tias agentes Deo.

Mart. Bracar. ca. 72. to. 2. Coc. Coloſ. 3.

Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes aut incantationes liceat attendere, niſi tantum cum ſymbolo diuino & dominica oratione, vt ſolùm Deus creator omnium, & dominus honoretur.

Si quis autem paganorum conſuetudinem ſequens diuinos & ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel luſtrationes paganorum fa-

F *a Martinus Bracarenſis epiſcopus capitula aliquot ex Græcorum ſynodis collegit, & Latinitate donauit. Quæ Gratianus in decretis ſub nomine Martini Papæ nominis ſimilitudine deceptus huc illûcque diſperſit. Secutus igitur Gratiani errorem D. Antoninus Martino papæ, decreta attribuit, quæ ab illo nunquam edita fuerunt. Quare nos illa ſuo proprio collectori aſſeruimus. Extant hæc capitula tom. 2. Concil.*

A.C. 654

ciant, quinque annis pœnitentiam agant. A

Mulieribus quoque Chriſtianorum non liceat in ſuis lanificiis vanitatem obſeruare, ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis texendi ſapientiam donauit.

Die dominica non ieiunandum. cap 57.

Item ex concilio Martini huius diſtin. 30. cap. vlt. Si quis presbyter vel diaconus ab aliqua neceſsitate, die dominica pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit.

Item ex concilio eiuſdem diſt. 44. non liceat. Non liceat ſacerdotes vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere [a] de confertis. B

Nec oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia. Nec aliquando clericos niſi hymno dicto edere panẽ, & poſt cibos gratias authori Deo referre.

Item ex concilio Martini, de conſ. diſt. 2. non oportet. dicitur. Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri, (ſcilicet ad conſecrandum) præter vinum & aquam, & panem, quæ in typo Chriſti benedicũtur, quia dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis fluxit & aqua. Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu: hæc hoſtia & oblatio Dei in odorem ſuauitatis. C

Seruus à domino religionis cauſa non ſeparandus. c. 47.

Item ex concilio eiuſdem 17. q. 4. ſi quis ſeruum. Si quis ſeruum alienum cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere à ſeruitio eius duriſsime in omnibus arguatur. Intellige in rebus licitis ſeruientem.

Multa alia decreta ſunt eius diuerſis locis in libro decretorum diſperſa. Reperitur etiam quædam decretalis epiſtola ipſius Martini papæ ad ſanctum Amandum, ſecundum Vincen. lib. 24. ſpec. hiſt. in qua ſignificabat eundem Amandum voluiſſe paſtorale obſequium deponere, pro eorum inobedientia, qui presbyteri vel diaconi poſt ſuas ordinationes in lapſum inquinabantur, à qua voluntate illum dehortatur ille beatiſsimus papa, ſuadens eum ad patientiam, & commonens, vt nullam eis in delicto compaſsionem exhibeat, ſed lapſos omnes ab officio deponat, & eos in iugem pœnitentiam mittat. Si enim (inquit) tales quærimus ad ſacros ordines promouendos, quos nulla ruga, nullum vitæ contagium ab ordinibus ſacris præpediat, quanto magis ſi poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato depræhendatur obnoxius, omnino prohibendos eſt cum manibus lutulentis atque pollutis noſtræ ſalutis tractare myſteriũ? Sicque huiuſmodi ſemper iuxta ſanctorum canonum ſtatuta in hac vita depoſitus, vt illum, qui mentis interna ſcrutatur, nullámque de ouibus errare congaudet, dum aſpexerit ſynceram pœnitentiam eius in terribili iudicio habeat reconciliatum. hæc ille.

De rebus Eccleſiæ diſpẽſandis Mart. Brocar. c. 26.

Idem in concilio 10. q. 2. ca. penult. ait. Epiſcopus in rebus Eccleſiæ habeat poteſtatem, vt diſpenſet neceſsitatem habentibus cum omni reuerentia & timore Dei. Participare etiam eum oportet, quæ neceſſaria ſunt, ſi tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt fratres indiguerint aliquo, vt neceſſitate nullo modo patiantur ſecundum apoſtolum dicentem. Victu tantum & veſtitu contenti ſimus. Si autem res eccleſiaſticas epiſcopus in ſuas proprias volũtates vſurpare voluerit, aut fratribus vel filiis, vel quibuſcũque propinquis ſuis dederit poteſtatem, vt per eos patenter res lædantur Eccleſiæ, hunc oportet obnoxium eſſe concilio. A.C. 654. 1. Tim. 6.

De clericis excommunicatis ca. 37.

Item ex concilio Martini præfati 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. dicitur, Si quis epiſcopus excommunicatus fuerit in concilio, ſiue presbyter, ſiue diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit facere oblationem, vel matutinum vel veſpertinum ſacrificium quaſi in officio ſuo agere ſicut prius, non liceat ei, nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec vltra reconciliari.

Item ex cõcilio Martini diſt. lib. ſi quis viduã. dicitur. Si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum. Quod ſi obrepſerit, deiiciatur. Similiter ſi homicidij, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit.

Eugenius Pont. max. 76. ſed. an. 2. men. 9. An. Ch. 654.

§. IIII.

PApæ Martino primo martyri pretioſo ſucceſſit in ſede Petri Eugenius, natione Romanus, patre Rufiniano, qui ſedit annis 2. mẽſibus 9. diebus 14. Sub hoc põtifice Petrus patriarcha Cõſtantinopolitanus, qui Paulo ſucceſſerat hæreſiarchæ, iuxta antiquum morem miſit Romam ſynodalẽ epiſtolam, adeo obſcuram, vt quid vellet non intelligeretur. In qua minime declarabat operationes duas in domino Ieſu Chriſto. Qua recitata, nec clerus, nec populus illã recipere voluit. Quo mortuo ceſſauit epiſcopatus menſe vno & diebus 24. D

Defuncto Eugenio creatus eſt [b] pontifex ſum-

[a] A verbo Græco συμβάλλω, quod eſt cõfero, σύμβολον quaſi dicas confertũ, deducitur. Hoc autẽ nomen tam apud græcos quàm latinos auctores id eſt quod plures in vnum ad cœnam conferunt. Vetat igitur hic canon de confertis, id eſt de ſymbolis cõuiuia facere, quæ à clericis non licet in vnum conferre, vnde conuiuia more popularium hominum faciant.

Vitalis pontificis ſtudiũ & pietas.

[b] Totum ſtudium huius pontificis fuit in Dei cultu & religione. Quare cantum in Eccleſia ordinauit, ad veterem formam & puritatem cultum Dei reuocauit, organa & inſtrumenta muſica Eccleſiis adhibuit, fidem & religionem de Deo, de Trinitate, de duabus naturis Chriſti contra imperatorem hæreticum & Monothelitam defendit, vt Theodoro Conſtantinopolitano epiſcopo mediante pene de medio ſublatus ſit. Miſit Theodorum & Adrianum in Britanniam ad propaganda ea, quæ per D. Gregorium fuerant cœpta. Beda in hiſtor. lib. 4. cap. 1. & lib. 2. de rat. Temp. Denique totus eius pontificatus fuit ſanctiſsimus, vt etiam teſtatur Platina. Spiritu ſancto redarguente Lutheranos & Caluiniſtas, qui cauſantur Romanam ſedẽ An. Ch. 666. qui eſt plenus numerus antichriſti, & ſub hoc pontifice fluxit in apertam impietatem & regni Antichriſtiani profeſsionem erupiſſe, argumentum aliquod captantes attribuendi Apoſtolico principi, quod de Mahometo & Mahometanis prædixit D. Ioannes. An iniquitatis myſterium potuit exprimere Vitalianus, qui totus ſanctitate & reformandis Eccleſiis intentus erat, qui ſanctiſsimus ab hiſtoricis nominatur, qui apud eoſdem regulam eccleſiaſticam E F

A.C.676 *ſtaſticam & vigorem, (vt mos eſt) conſeruat. Biblioth. qui denique de Deo, de Trinitate, & de filio Dei eiuſq́; ſanctiſsima perſona atque naturis cum ſui capitis periculo tuetur ac defendit? Geneb.* A

Conſtãtines 1. ſ lo ſpolians à ſuis necatur.

mus Vitalianus. Hic Conſtantio, qui etiam Conſtantinus dictus eſt, imperatori nepoti Heraclij ad vrbem venienti, vt Longobardos de Italia eiiceret (qui tamen non valuit præualere, ſed in fugam cum ſuis conuerſus eſt) ſexto ab vrbe miliario reuerenter occurrit, eúmque ab beati Petri limina vſque perduxit. Et enim in vrbe iam 22. dies reſediſſet, magna tractus cupiditate, varia B ornamentorum genera ex ære & marmore in Tiberim vexit, vt illa Conſtantinopolim transferret. Qui io Siciliam tranſiens per nauigium, à ſuis in balneis occiſus eſt: vt inde poſteriores exemplum capiant eccleſias non ſpoliandi. Hic Vitalianus de Campania ortus ciuitate Signia, patre Anaſtaſio, ſedit annis 14. menſibus 6.

Vitaliano ad Dominum migrante poſitus eſt in ſede Petri Adeodatus nomine, Romanus natione, & monachus, patre Iouiniano. Qui præfuit Eccleſiæ annis 4. menſibus 2. diebus 10. Fuit hic mitiſsimus & pauperibus largiſsimus. Et Eccle- C ſiam apoſtolorum via Oſtienſi inſtaurauit. [a] Hic inuenit in vrbe Roma, in quodam monaſterio, quod appellatur Boaiana Neſtorianitas monachos Syros, quos per diuerſa loca diuiſit, in quo monachos Romanos inſtituit. Eccleſiam etiam ſanctæ Euphemiæ Romæ dedicauit. Clerum diuerſis ordinibus & honoribus ampliauit. Vnam ordinationem fecit, in qua presbyteros decem, diaconos quinque, & epiſcopos ſex ordinauit. Quo mortuo ceſſauit epiſcopatus menſibus 2. diebus 16.

Donus 2. ſiue Domnus Dõ nus Pont. max 79. ſed. an. 1. m. 5. d. 10. A.C. 676.

Poſt Adeodatum Romanam ſuſcepit regẽdam D eccleſiam Donus. Qui ſedit anno vno, menſibus quinque. Huius tempore ab Auguſti menſe ſtella per tres menſes radiis cœlos penetrans à parte orientis à galli cantu vſque in mane apparebat. Et inde maxima mortalitas in illis partibus eſt ſecuta, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. poſt Sigebertum. Hic atrium beati Petri Romæ (qui paradiſus dicitur) magnis & latis marmoribus ſtrauit. Et eo præſidente Eccleſia Rauennas, quæ ſpiritu ſuperbiæ plena ſe ſeparauerat à matre ſua Romana Eccleſia, denuo ſe priſtinæ Romanæ eccleſiæ humilitate ſubiugauit.

Ediltruda regina tribus nuptis viris virgo permãſit. Ved. li. 4. cap. 19.

Agatho Dono ſucceſsit in ſummo põtificatu. E Et circa illa tempora in Anglia claruit Ediltrudis regina, quæ tribus nupta viris virgo permanſit. Cuius mortuæ corpus poſt vndecim ſepulturæ ſuæ annos incorruptum eſt inuẽtum, vt refert Vincen. poſt Sigebertum vbi ſuprà. Agatho papa ſic ait diſt. 19. cap. 2. Sic omnes ſedis Apoſtolicæ ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri firmatæ.

Dum autem Agatho ſederet in cathedra Petri, qui Siculus fuit, & annis duobus & mẽſibus ſex, F & diebus quatuor ſedit, tempore Conſtantini tertij pronepotis Heraclij, ipſo procurante, vt piiſsimo & Catholico imperatore, celebrata eſt ſexta ſynodus vniuerſalis apud Conſtantinopolim ducentorum octoginta nouem epiſcoporum. In qua

a Hoc à Dono Pont. max. factum fuiſſe in vita eiuſdem ſcribit Biblioth. vt habetur to. 2. concil.

A præfuerunt quidam legati miſsi ab Agathone papa, quia ipſe præ ſenio illuc ire non valuit. Et diligentiſsime examinata materia determinatum eſt in Chriſto duas eſſe naturas, vnde & voluntates & operationes, ſcilicet diuinam & humanam. Cui determinationi aſſẽſit Gregorius patriarcha Conſtantinopolitanus, & imperator ipſe, reprobato errore Monothelitarum aſſerentium vnam tantum in Chriſto naturam, & pro hęreſi anathematizato. In quo errore permanens Macarius patriarcha Antiochenus, damnatus & exiliatus fuit. Et de hac ſynodo fit mentio diſt. 16. cap. 6. B De hoc etiam habetur diſt. 63. Agatho. Solutóque concilio tantam gratiam dedit Deus legatis Apoſtolicæ ſedis in conſpectu Græcorum populorũ, quod in ipſa regia vrbe, ſcilicet Conſtantinopoli, in die ſancto Paſchæ Ioannes Cardinalis epiſcopus Portnenſis, & tunc legatus miſſam in baſilica ſanctæ Sophiæ latine ſolenniter celebraret in conſpectu patriarchæ Conſtantinopolitani, & imperatoris, & omnis populi. Eo mortuo ceſſauit epiſcopatus menſibus ſex.

A.C.676. Sexta Synodus vniuerſalis Conſtãtinopolitana 3. celebrata. A.C.681.

S. Leo 2. pont. max. 91. ſed. men. 11. di. 19. An. Ch. 682. C

§. V.

HVic autem Agathoni ex peſte, quæ tunc maxima fuit in vrbe, ſubtracto, ſucceſsit in ſummo pontificatu Leo iunior, natione Siculus, patre Paulo, qui ſedit menſibus 10. diebus 17. Fuit autẽ hic vir eloquentiſsimus, vt narrat Ioan. de col. Et in vtraque lingua græca & latina ſufficienter inſtructus, & in ſcripturis ſacris valde eruditus, ſed & paupertatis amator, pauperibus largus. Redeũtibus ergo legatis de Græcia, ipſe Leo iam pręſul D factus ipſam ſynodum in Græco ſcriptam, id eſt capitula eius ſeu decreta de Græco tranſtulit in latinum. Hic conſtituit inter cætera; vt qui ordinatus fuerit archiepiſcopus, nulla conſuetudine pro vſu pallij aut diuerſis officiis Eccleſię aliquid perſoluere debeat.

Colitur 28. Iun.

In pace autem eo quieſcente, aſſumptus eſt ad regendam eccleſiam vniuerſalem Benedictus natione Romanus, patre Ioanne, qui ſedit menſibus decem, diebus 22. Hic à prima ætate ſecundũ Ioã. de col. in diuerſis officiis militauit in Romanã Eccleſia, in quo vere benedictionis gratia redundabat. Fuit enim humilis, pius, & miſericors, & E manſuetus, & qui ad pontificium digne ſummũ promoueri mereretur.

Benedictus 2. Põti. max. 82. ſed. m. 10. di. 27. A.C.684.

Hic ſuſcepit imperialem conſtitutionem à Cõſtantino præfato imperatore ad clerum, & populum, & exercitum ſcriptam, in qua cauebatur, vt qui electus fuerit in apoſtolicam ſedem Romæ, e veſtigiò & abſque tarditate non expectata de cætero principis iuſsione pontifex ordinetur. Sub iſto pontifice mons Veſeuus, qui eſt in Campania, non longe à Neapoli, menſe Martij eructauit incendium per dies multos, adeo vt circumqua- F que omnia loca fauillis & cineribus combuſta remanerent.

Defuncto iſto creatus eſt papa Ioannes quintus, natione Syrus de Antiochia, patre Cyriaco. Qui ſedit anno vno, diebus octo, ſecundum Ioan. de col. Hic fuit vir valde ſtrenuus, & ſcientia literarum valde doctus, qui fuerat vnus ex legatis miſsis in Græciam ad ſynodum ab Agathone. Ad

Ioãnes 5. Pont. ma. 83. ſed. an. 1. di. 9.

A.C. 687.

huius inſtinctum, & preces pius princeps Conſtantinus releuauit & abſtulit centum patrimonij qui de inſula Siciliæ exigebatur ab exactoribus imperialibus. A

Schiſma in Romana Eccleſia.

§. VI.

DEcedente autem præfato Ioanne papa Romæ, non minima contentio facta eſt inter clerum & exercitum. Nam clerus ad quemdam Petrum archipresbyterum inclinabatur. Exercitus vero Theodorum archipresbyterum flagitabat, virum vtique pecunioſum, cuius muneribus principes militiæ corrupti erant. B Itaque neque clerus exercitui, neque exercitus clero conſentiebat. Et dum ab vtriſque partibus reſponſa irent, & nihil ad concordiam proficerent, diuino inſtinctu clerus cum videret nulla ratione exercitum in electione Petri conſentire velle, tertiam perſonam nominarunt, ſcilicet Cononem quemdam natione Siculum. In quo vere aſpectus erat angelicus, prouecta ætas, animus ſimplex, quieti mores, vita religioſa: qui Deo militans nunquam ſe negotiis ſæcularibus inquinauerat. C Quod poſtquam per vrbem diuulgatum eſt, eueſtigio Romani nobiles, vnà cum iudicibus & primoribus ad ſalutandum pontificem venientes, in eius laudes omnes acclamare cœperunt. Videntes autem milites, & principes vna voluntate conuenire clerum & populum in creatione pontificis, ad vltimum & ipſi poſt dies aliquot flexi ſunt, & in decreto eius deuota mente ſubſcripſerunt. Qui conſecratus pontifex ſedit menſibus vndecim.

Cuno ſeu Conon Pont. max. 84. ſed. m. 11 A. C. 687.

Hic recepit imperiales literas Iuſtiniani ſecundi principis, in quibus ſcribebat huic pontifici & electo, ſe repetiſſe acta ſextæ ſynodi, quam piæ memoriæ D Conſtantinus genitor eius Deo inſpirante congregauerat. Quam ſynodum permittebat illibatam perenniter permanſuram. Sed in hac voluntate non perſeuerauit, vt patet in ca. ſeq. Poſt modicum tempus hic Conon graui languore decubuit, cuius incurabilem infirmitaté videns Paſchalis eius archidiaconus, ſcripſit Rauennæ Ioãni hexarcho, qui ibidem pro imperatore præerat. Cui multa promittebat, ſi poſt mortem eius pontifex eligeretur. Denique poſt longam corporis moleſtiam Conó papa moritur: quo defuncto populus diuiſus eſt. E Et vna pars quidem Theodorú presbyterum ſequebatur, alia vero Paſchali archidiacono fauebat. Cũq; vnus alteri nulla ratione cedere vellet, ſed ambo in pertinacia perdurarent: habito conſilio quidam de clero vnà cum iudicibus & primatibus Deum habentes præ oculis, quos ſequebatur magna ciuium multitudo, ad ſacrum palatium perrexerunt, & inter ſe, quid fieri deberet tractantes, Deo inſpirante quédam Sergium ſummum pontificem elegerunt.

Aliud in eccleſia ſchiſma.

Erat autem hic Sergius natione Syrus, Antiochiæ ortus, patre Tiberio, F ſed à pueritia ſua Romæ educatus, atque ſub diuerſis ſummis pontificibus in multis officiis Eccleſiaſticis valde laudabiliter ſe geſſerat. Poſtremo Leo iunior papa illum presbyterum cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtituit. Igitur poſtquam ſummus pótifex nominatus eſt, ſtatim Theodorus vnus ex iis, cui pars populi adhærebat illico acquieuit, ac ſe humilians ad pedum oſcula proceſſit. Paſchalis autem cum adhuc hoc idem facere renueret, poſtremo coactus acquieuit. A Conſecratur igitur Sergius papa, qui cathedræ inſedit annis 13. menſibus 8. diebus 23.

Sergius Pont. max. 85 ſed. an. 13. m. 8. d. 23. A. C. 687.

A.C. 687.

Hic in ſacrario ſancti Petri inuenit capſam argenteam in loco obſcuriſſimo multis annis ſitam, ita vt argentea non appareret, Deo ſibi reuelãte. In quo ſigillum erat expreſſum, & in ſigillo plumarium holoſericum ſuppoſitum, quod & ſtauraci dicitur. Quo ablato inuenit crucem lapidibus pretioſis perornatam, de qua tractis quatuor petalis, in quibus gemmæ erant clauſæ nucæ magnitudinis, ineffabilem portionem ligni dominici B inuenit interius repoſitam, quod lignum in die exaltationis ſanctæ crucis adoratur, & oſculatur ab omni populo. Hic Sergius conſtituit, vt hora confractionis dominici corporis in ſacramento Agnus Dei à populo & clero decantetur. Corpus etiam primi Leonis papæ diuina reuelatione trãſpoſuit.

Crucis dominicæ pars inuẽta. Ado in Chron. Vinc. ex Helinando lib. 23. cap. 127. Blon. lib. 10. dec. 1.

Item de conſec. diſt. 2. triforme. Sergius papa inquit. Triforme eſt corpus domini, pars oblata in calicem miſſa corpus Chriſti, quod iam reſurrexit monſtrat. Pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram. C Pars in altari vſque ad finem Miſſæ remanens, corpus in ſepulchro, quia vſque in finẽ ſæculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt, gl. ibi. hodie non ſeruatur illa pars, ſed duæ ſiccæ ſimul ſumuntur, nam tertia cum ſanguine.

Huic Sergio ſucceſſit in Romana ſede Ioannes natione Græcus, qui ſedit annis tribus, duobus menſibus, diebus 12. Hoc autem præſidente, Tiberius, qui Apſimarus dictus eſt, & deiecto Iuſtiniano ſibi vſurpauerat imperium, miſit Theophilactum patricium, cubicularium ſuum ad vrbem Romam. Cuius cognito aduentu exercitus, D qui erat in Italia, ſeditione commota in odium Tiberij, ipſum quærebant ad mortem. Pro cuius ſalute pius pontifex ſe medium poſuit, atque ſalutaribus monitis tumultuſque eorum, & ſeditionem ſedauit.

Ioãnes 6. Pont. ma. 86. ſed. a. 3. mẽ. ... 12. A. C. 70...

Quo tempore Giſulphus Longobardus dux Beneuentanorum, cum Longobardorum exercitu Campaniam intrauit, vbi rapinis, incendiis, cæde omnia conturbans, cum non eſſet qui poſſet reſiſtere, multos ſecum captiuos adduxit. Compatiẽs pontifex præfatus illius prouinciæ calamitatibus, miſit multos viros honeſtos cum multa pecunia E ad tyrannum ad redimendum captiuos, & vt ille cum exercitu ſuo abiret, impetrauit.

Succeſſit Ioanni alius eiuſdem nominis Ioannes ſeptimus natione Græcus, patre Platone, qui ſedit annis 2. mẽſibus 7. diebus 17. Fuit autem vir valde eruditus, & eloquentia facundus. Hic multa in Romanis eccleſiis renouauit, denuo multa conſtituit, maxime circa cœmiteria martyrum. [a] Huius tempore Arithbertus rex Longobar-

Ioãnes 7. Pont. ma. 87. ſed. a. 2. m. 7. di. 17. A. C. 705.

[a] *Ex hoc loco, qui vt annotauimus ex Paulo diacono deſumptus à Guilielmo de Nangiaco, Blondo* F *lib. 10. & Beda lib. de rat. temp. & ab aliis confirmatur, manifeſte perſpicitur magnam Italiæ partẽ ad ius Rom. Pont. idque à multo ſpectaſſe tempore. Quod ſi Alpes Cottiæ fuerunt iuris Roman. Pont. ante illa tempora: quærerem libenter an ante Longobardorum aduentum vel poſt. Et quidem poſt Longobardorum aduentum eas Romani Pontificis ditioni ſubiectas fuiſſe, parum veriſimile videtur,* cum

Cõfirmatur Conſtantini donatio.

A.C.707. *cumbis vt ex D.Gregorio & hiſtoriis cõſtat, nihil Rom. Pontifici cõtulerint, ſed cum potius bonis opibuſq; ſuis ſpoliare contenderint. Cum autem ante Longobardorum tempora Gothi Italiam vniuerſam, maxime vero Ciſalpinam Galliam & Alpes poſſederint, Alpium Cottiarum ius Romano Pontifici ab his credo nemo dicet Pontifici Romano fuiſſe conceſſum. Denique cum ad Conſtantinum vſque nullum inueniatur, qui hoc ius Romano Pontifici tribuerit, certe niſi hiſtoricos omnes vanitatis velimus arguere, hoc ius à Conſtãtino Romano Pontifici conceſſum fateamur neceſſe eſt. Vnde autẽ Alpes Cottiæ in ius Romani Pontificis venerunt, inde etiã quicquid ipſa Italia & alibi poſſidet & poſſedit ad eum venit. Vera igitur eſt Conſtantini donatio, quã plerique & hæretici præſertim cauillantur.*

docum, patrimonium Alpium Cottiarum, quod ad ius beati Petri pertinebat, & longiſſimis temporibus Longobardi poſſederant, & tenuerant, donatione literis aureis exarata iuri proprio beati Petri reſtituit. Huius tempore poſtquam Iuſtinianus paternum imperium recuperauit, miſit nũcios honorabiles ad papam Ioannem, & ſacram epiſtolam, per quam adiurauit præfatum pontificem, vt congregatis epiſcopis decerneret, quid eſſet tenendum. Qui tardus circa hue diem clauſit extremum.

Iuſtinianus à quid ſit tenendũ Rom. pontifice conſulit.

Succeſsit Ioanni Conſtantinus in ſede Romanę Eccleſiæ natione Syrus patre Ioanne, qui ſedit annis 7. & diebus 15. Fuit autem hic vir mitiſſimus. Cuius tempore Romæ magna fames inualuit tribus annis. Quam poſtea tanta fertilitas ſecuta eſt, vt obliuiſcerentur homines præcedentis inopiæ. Hic etiam ad requiſitionem Iuſtiniani imperatoris acceſsit perſonaliter Conſtantinopolim, & cum maximo honore receptus eſt, & ei omnia priuilegia conceſſa Eccleſiæ Romanæ cõfirmata ſunt. De iſto multa habes in cap. de imperatoribus huius tit. in fi.

Conſt. 9.

a Quidam ponunt ante iſtum Conſtantinum papam Zozimum natione Syrum, qui à nonnullis Siſinnius, ab aliis vero Soſimus dicitur, qui ſedit tantum diebus 20. qui ita humore podagrico tenebatur adſtrictus, vt nihil agere poſſet. Hic fecit epiſcopum in inſula Corſica. Eo repentine mortuo ceſſauit epiſcopatus menſibus 8. & à quibuſdã propter breuitatẽ non ponitur inter põtifices.

Siſinnius ... ſed. di. A.C.

a Siſinnium Romanum pontificem inter Ioannem 7. & Conſtantinum, qui ex profeſſo pontificũ Romanorum vel vitas vel chronicon vel catalogum ſcripſerunt, omnes interſerunt. Neque enim ait Onuphrius vel minus viuendi ratio aliquem verum facit eſſe pontificem, ſed vera & legitima comitia & coronatio & ordinatio. Quare cum Siſinnius fit in Comitiis legitimis pontifex renunciatus, & poſtea coronatus, iure inter pontifices ab omnibus recenſetur. Cæterum quoniam hæretici hoc maxime ſæculo Romanam Eccleſiam à fidei Apoſtolica veritate degeneraſſe calumniantur, libet hoc loco huius ſæculi Romanorum pontificum excellentiam prædicare. Primo loco autem occurrit Martinus martyr inclytus, quem teſte Bibliothecario & aliis, Deus multis miraculis & in vita, & poſt mortem clarum reddidit. Neque vero aliis annis ad martyrium defuit, cum Vitalianus ipſe caput ſuum pro veritate obiecerit, vt annotauimus, & alii ab hexarchis, alii ab imperatoribus vexati, niſi eximia ciuium Romanorum & militum beneuolentia mortem vitare potuerunt. Præter Martinum autem numero ſanctorum martyrum aſcriptum, alii fuerunt in ſanctorum confeſſorum album relati, vt Leo 2. omnibus pontificiis virtutibus exornatus Bonifacius 3. & 4. Deuſdedit, & Benedictus ſecundus, quamuis aliorum etiam ſanctitas (Sabinianum vnum excipio D.Gregorii æmulum) ab hiſtoricis celebretur: licet publica Eccleſiæ conteſtatione, quam canonizationem vocant, approbata non ſit. Doctrina vero fere omnium vulgaris minime fuit, D. Leonis præſertim, qui ſextam ſynodum latinitate donauit, Vitaliani, qui de Trinitate, & de duabus in Chriſto naturis ſcripſit: Honorii, qui teſte Bibliothecario, clerum erudiuit, Agathonis & cæterorũ in egenos item liberalitas eorum prædicatur. Nam D. Leonem, vt communem omnium egenorum parentem omnes defleuerunt. Seuerinus etiam magnam pecuniarum vim in Dalmatiam & Iſtriam miſit ad redimendos captiuos, vt refert D. Anc. §. 2 Imo vero opes pontificiæ quæ hoc ſæculo ſicut ſuperioribus etiam fuerunt ampliſsimæ, in captiuorum liberationem & egenorum ſuſtentationem magna ex parte expendebantur. Quare cum Iſaacius eam pecuniarum vim aueriſſet, & Conſtantinopolim magna ex parte ad imperatorem direxiſſet, diuina vltione è medio ſublatus eſt. Sed quod Romanos Pontifices nihil à fide Apoſtolica degeneraſſe maxime oſtendit, fuerunt tam crebra toto orbe Chriſtiano celebrata concilia, quibus pontificum Romanorum fides intemerata & incorrupta eſt declarata. Scio quidẽ Honorio pontifici Monothelitarum hæreſim impingi, ſed ab hæreticis, quorum ſuſpecta eſt fides & teſtimonium. Catholici porro auctores tam veteres quàm recentes eum ab omni hæreſis ſuſpicione liberant. Denique cum ſancta & vniuerſalis ſexta Synodus 289. epiſcoporum ſit celebrata, in qua Græca Eccleſia & Latina vnio eſt facta, de qua vnione agitur infra 3. par. tit. 22. cap. 13. §. 7. & in qua reprobata Monothelitarum hæreſi (quam aliquot iam annos Græci tenuerant) Romana Eccleſiæ fides de duabus Chriſti voluntatibus & operationibus eſt approbata, certe ſicut in hoc fidei articulo, ita & in omnibus aliis recte ſenſiſſe Romanam Eccleſiam manifeſtum tenendum eſt. Nam ſi aliquem in errorem Romana Eccleſia incidiſſet, cur tot tantiq; patres, qui Macarium Antiochenum præſentem damnarunt, Romano pontifici abſenti pepercerunt? vel quis eos tam male oculatos fuiſſe credat, vt cum Sergii & Pyrrhi & Pauli & aliorũ epiſcoporum errorem facile deprehenderint & cõdemnarint, Romanorum pontificum, tam tetros errores, quos illis Proteſtantes impingunt, non potuerint animaduertere. Valuit ergo ille ſæculo ſicut & omnibus aliis & ad finem vſque mundi valiturum eſt Chriſti domini noſtri de D. Petro & eius ſucceſſoribus pronunciatum, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Mat. 16. Luc. 22.

Pontifices ſeptimi ſæculi præſtantiſſimi.

De S. Iſidoro Hiſpalenſi epiſcopo, de quo Braulio tom. 2. Sur. Tritem de Script. Eccleſ. Sixt. Sen. lib. 4 Bibliotb. ſanct.

CAPVT II.

A.C. 707.

IMperante Heraclio, de quo ſupra, in A Hiſpanijs claruit beatus Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus circa annum domini ſexcenteſimum quadrageſimum, ſanctitate & doctrina copioſius. Hic vt ait Vinc. ſpec. hiſto. lib. 24. cap. 31. multa vtilia opera edidit, & in ſcriptis dimiſit, videlicet Soliloquiorum vel ſynonymorum lib. 2. Sententiarum librũ, qui aliàs dicitur de ſummo bono, quia ſic incipit, li. 3. Etymologiarum lib. 20. De origine officiorum lib. 2. ad Florentianam ſororem ſuam contra Iudæos lib. 2. Ad Oroſium epiſcopum de diſtantia veteris & noui teſtamenti lib. 2. Allegoriarum in Geneſim lib. 1. In Exodum lib. 1. In Leuiticum li. 1. In librum Numeri lib. 1. In Deuteronomium B lib. 1. In Ioſue lib. 1. In librum Iudicum lib. 1. In libros Regum lib. 1. De corpore & ſanguine domini tractatum vnum, & plura alia. Item librum de ortu & obitu ſanctorum.

Catalog° librorum D. Iſido. ri.

a Extat etiam apud nos liber Apoſtolicorum decretorum, quem primo compilauit Iſidorus, ſcilicet epiſtolas decretales Romanorum pontificum, canonéſque conciliorum, quæ per ſucceſſiones temporum diuerſis locis per orbem ſub epiſcopis catholicis celebrata ſunt, in vnum grande volumen compingens. Ex quo ſcilicet volumine, vel eius partibus, id eſt epiſtolis, pontifica- C libus, & concilijs ſimul, & ex catholicorum doctorum opuſculis, manifeſtum eſt Iuonis & Gratiani decreta fuiſſe excerpta. Multa dicta notabilia Iſidori huius habentur in decretis, excerpta ex libris eius, præcipue etymologiarum lib.

Diuiſio legum li. 5. etymol. cap. 2.

Et in diſt. 1. decretorum cap. 1. ex quinto libro etymologiarum Iſidorus ait. Omnes leges aut diuinæ ſunt, aut humanæ: diuinæ natura, humanę moribus conſtant, idcóque hæ diſcrepant, quoniam aliæ alijs gentibus placent. Fas diuina lex eſt, ius lex humana. Tranſire per alienum agrum, fas eſt, ius non eſt. D

Idem Iſido. lib. eodem. Ius generale nomen eſt, lex autem iuris ſpecies. Ius autem dictũ eſt, quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus & moribus conſtat. Lex autem eſt conſtitutio ſcripta. Mos autem longa conſuetudo de moribus tracta tantummodo.

Cõſuetudo quid ſit. ibid.

Conſuetudo autem eſt ius quoddam, moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. Nec differt an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendat.

Lex quid ſit.

Porro ſi ratione lex conſiſtat, lex erit omne iã, quod ratione conſtiterit dumtaxat, quod religio- E ni congruat, quod diſciplinæ conueniat, quod ſaluti proficiat. Vocatur autem conſuetudo, quod in communi eſt vſu.

Idem in eodem. Ius autem aut naturale eſt, aut ciuile, aut gentium. Ius naturale eſt commune omnium nationum, eo quod vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur, vt viri & fœminæ coniunctio, ſcilicet legitima, liberorum ſucceſſio, & puerorum educatio, communis omnium poſſeſſio, & omnium vna libertas, acquiſitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur. Item depoſitæ rei vel commendatæ pecuniæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio. Nam hoc, aut ſi quid ſimile eſt huic, nunquam iniuſtum, ſed naturale æquúmque habetur. A.C. 707.

Ius gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, quia omnes fere gẽtes eo vtuntur.

Iuris gentium quæ ſint, vide ca. 6. & 9. li. ibid.

Ius ciuile eſt, quod quiſque populus vel ciuitas ſibi proprium diuina humanaque cauſa conſtituit.

Ius militare eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſsio in hoſtẽ, vel pugnæ commiſsio. Item ſigno dato receptio, item flagitij militaris diſciplina, ſi locus deſeratur, item ſtipẽdiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor: veluti cũ corona vel torques donantur, item prædæ deciſio, & perſonarum pro qualitatibus & laboribus iuſta diuiſio, ac principis portio.

Ius publicum eſt in ſacris, & ſacerdotibus, & magiſtratibus. Ius Quiritum eſt proprie ius Romanorum quod nulli tenent, niſi Quirites, id eſt, Romani, in quo agitur de legitimis hereditatibus, de curationibus, de tutelis, de vſucapionibus, quę iura apud nullum alium populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & in eos ſolos conſtituta.

Et in diſt. 2. in decretis dicitur. Conſtat autem ius Quiritum ſecundum Iſido. ex legibus, & plebiſcitis, ex ſenatuſconſultis, & conſtitutionibus principum, & edictis ſenatorum, ſiue prudentium reſponſis. Declarat Iſidor. ſingula horum deſcribens primo quid ſit lex.

Ius Quiritum ex quibus ... ca. 9. & ... de iuſt. & iure. ... autem

Eſt conſtitutio populi qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. Plebiſcita ſunt, quæ plebes tantum conſtituunt, & vocantur plebiſcita, eo quod ea plebs ſciat, vel quòd ſciſcitatur & rogat vt fiant.

Senatuſconſultum eſt, quod tantum ſenatores populis conſulendo decernunt.

Conſtitutio vel edictum eſt, quod rex tantum vel imperator conſtituit vel edidit.

Reſponſa prudentum dicuntur, quæ iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus, vt reſponſa Pauli dicta ſunt. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui inſtitutiones iuris ciuilis compoſitas ediderunt, quibus diſsidentium lites contentionéſque ſopirent.

Quædam etiam leges dicuntur ab iis, qui eas condiderunt, vt Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & ſub Octauiano Cæſare ſuffecti conſules Papius & Pompeius leges tulerunt, F quæ à nominibus eorum nuncupabantur Papia & Pompeia, continentes patrum præmia pro ſuſcipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis teſtamento legaret, quàm vt quarta pars ſupereſſet hæredibus, ex cuius nomine lex Falcidia

Variæ legum nomina ibid. cap. 15.

a Iſidorus Hiſpalenſis præter multos alios libros, hortatu octoginta epiſcoporum primus epiſtolarum pontificum Apoſtolicorum Clementis, Anacleti, Euariſti & cæterorum vſque ad Syluestrum decreta ſtudioſe collegit. Cuius ſtudium poſtea ſunt imitati Burgardus epiſcopus Vuormacienſis, deinde Anſelmus Lucenſis, mox Iuo Carnotenſis, denique Gratianus. Errant ergo centuriatores, qui epiſtolas decretales pontificum à nullo fide digno auctore citari ante Caroli magni ætatem garriunt. Geneb. vide plura in hanc ſententiam apud Turri lib. 5. pro epiſt. Pontif. cap. 23.

A.C. 707. Falcidia nominata eſt.

Satyra vero lex eſt, quæ de pluribus ſimul rebus eloquitur, dicta a copia rerum.

Rhodiæ leges q.s. cap. 7. Rhodiæ leges naualium commerciorum ſunt, ab inſula Rhodo nominatæ. Et vt dicit Gratianus, omnes hæ ſpecies legum ſæcularium ſunt legum partes.

In tertia diſt. in decre. agitur de lege eccleſiaſtica, quæ dicitur canonica, vt dicit Iſido. vbi ſuprà, quod canon Græce, Latine regula interpretatur. Regula autem eſt dicta eo quòd recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, eo quòd regat, vel normam bene B viuendi præbeat, vel quòd diſtortum prauúmque corrigat.

Idem Priuilegium eſt, quod aliquando à iure communi priuat, ſeu immunem facit. Priuilegia ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium dictum eſt, eo quòd in priuato feratur.

Omnis autem lex (ait Iſido.) aut permittit, & hoc vel licitum, vt quod vir fortis petat præmiũ, vel illicitum, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Aut vetat, vt quod ſacrarum virginum C nuptias nulli petere liceat. Aut punit, vt qood qui cædem fecerit capite plectatur. Eius enim præmio vel pœna vita moderatur humana, diuina autem præcipit, vt diliges dominum Deum tuum.

Factæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia. Et conditiones legum quas habere debent, vt ſint ſcilicet iuſtæ leges, idem oſtendit in lib. etymol. Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriç loco temporíque conueniens, neceſſaria & vtilis, manifeſta quoque ne aliquid per obſcuritatem in captionẽ contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Hęc verba Iſido. declarantur in gloſ. ibi, ſed multo perfectius in prima parte in tractatu de legibus ex dictis Tho. t. 2.

Idem in eodem lib. diſt. 7. in decretis. Moyſes gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges ſacris literis explicauit. Phoroneus rex Gręcis primus leges iudiciaque conſtituit. Mercurius triſmegiſtus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus leges Athenienſibus tradidit, vel edidit. Lycorgus primus Lacedæmonibus iura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Romanis leges edidit. Deinde cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet decem viros legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinum ſermonem tranſlatas duodecim tabulis expoſuerunt, quorum & nomina ibi ponuntur. Leges redigere in libris primus Pompeius conſul inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit obtrectatorum metu. Deinde Cæſar cœpit id facere, ſed ante interfectus eſt. Paulatim autem antiqui leges aboleuerunt vetuſtate & incuria. Quarũ etſi iam nullus eſt vſus, notitia tamen neceſſaria videtur. Nouæ autem leges à Conſtantino cœperunt, & reliquis ſuccedentibus, eráſque permixtæ & inordinatæ. Poſtea Theodoſius iunior Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum conſtitutionum à Conſtãtini temporibus ſub proprio cuiuſque imperato- A ris titulo diſpoſuit, quem ſuo nomine Theodoſianum vocauit. hæc Iſidor. Sed adde, quòd poſtea Iuſtinianus primus in melius opus legum reformauit & ordinauit, cuius nunc eſt vſus. A.C. 707.

Quo tempore cœperunt canones generalium conciliorum. lib. 6. cap. 16.

§. I.

CAnones generalium conciliorum vt ait Iſid. in 6. etymol. à temporibus Conſtantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, perſecu- B tione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Chriſtianitas in diuerſas hęreſes ſciſſa eſt, quia nõ erat epiſcopis licentia cõueniendi in vnum, niſi tempore ſupradicti imperatoris. Ipſe enim dedit Chriſtianis facultatem libere congregandi. Sub hoc ſancti patres in cõcilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem euangelicam & apoſtolicam ſecundum poſt Apoſtolos ſymbolum ediderũt. Inter cætera autem concilia quatuor ſunt venerabiles ſynodi, quæ totam principaliter complectun- C tur fidem, quaſi quatuor euangelia, vel totidem paradiſi flumina. Harum prior fuit Nicæna trecentorum decem & octo epiſcoporum, Conſtantino Auguſto imperante peracta. In qua Arianæ perfidiæ condemnata eſt blaſphemia, quam de inæqualitate ſanctæ Trinitatis idem Arius aſſerebat. Cõſubſtantialem enim Deo patri Dei filium per ſymbolum definiuit. Secunda ſynodus centum & quinquaginta epiſcoporum, ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli congregata eſt, quæ Macedonium Spiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, conſubſtantialem Deo patri & filio D Spiritum ſanctum demonſtrauit, [dans ſymboli formam, quam tota Græcorum & Latinorum cõfeſsio in Eccleſiis prædicat.] Tertia Epheſina prima ducentorum epiſcoporum ſub Theodoſio iuniori edita, quæ Neſtorium duas perſonas aſſerentem in Chriſto iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere in duabus naturis vnã perſonam domini noſtri Ieſu Chriſti. Quarta Chalcedonenſis ſexcentorum triginta ſacerdotum ſub Martiano principe, in qua Eutychen Conſtantinopolitanum abbatem, verbi Dei & carnis vnam E naturam pronunciantem, & Dioſcorum eius defenſorem Alexandrinum epiſcopum condemnauit, prædicans Chriſtum Deum, ſic natum de virgine, vt in eo ſubſtantiam diuinæ & humanæ naturæ confiteamur. Sed & ſi qua ſunt ſimilia concilia, quæ ſancti patres Spiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor authoritates omni maneant ſtabilita vigore, diſt. 15. canones.

Quatuor ſynodi principales.

Vnde nomina Eccleſiaſticorum ordinum ſumantur. lib. 2. de Eccleſ. off. cap. 1.

§. II.

F DE clericis vnde dicantur, in quot ordinibus ſunt diſtincti, Iſido. in 7. etymol. inquit diſ. 21. cleros. Cleros & clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias ſorte electus eſt, quem primum per apoſtolos legimus ordinatum. Cleros enim Græce, latine ſors vel hæreditas dicitur: propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte domini ſunt, vel quia dominum partem habent. Generaliter autem omnes clerici nuncupati ſunt, qui

Act. 1.

A.C. 650. qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum gradus & nomina ſunt hæc. Oſtiarius, pſalmiſta, lector, exorciſta, acolythus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus. Ordo epiſcoporũ quadripartitus eſt, id eſt in patriarchis, archiepiſcopis, metropolitanis, & epiſcopis. Et ſubſequenter ponit etymologiam & interpretationem horum ordinum. Quomodo autem pſalmiſtatus & epiſcopatus dicantur ordines, & vtrum ſint ſeptem an nouem, vide in 3. parte ſum. in tit. de ſacramentis. A

Qualis debeat eſſe clericorum conuerſatio. ibi. ca. 2.

Quid autem pertineat ad officium vniuſcuiuſque horum ordinum, declarat idem Iſidorus diſt. 25. perlectis. Qualiter autem viuere & conuerſari debeant clerici, oſtendit idem Iſid. de vita clericorum. & diſt. 23. his igitur. vbi dicitur. His igitur lege patrum cauetur, vt à vulgari vita ſecluſi à mundi voluptatibus ſe abſtineant. Non ſpectaculis, non pompis interſint. Conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant. Vſuris nequaquam incumbant, nec turpiũ occupationibus lucrorum, non fraudis cuiuſcunque ſtudium appetant. Amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant. Sæcularia officia negotiaque abiiciant (aliàs abnuant.) Honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiãt. Pro beneficiis medicinæ Dei munera non ſuſcipiant. Dolos & coniurationes caueant. Odium, æmulationes, obtrectationes, atque inuidiam fugiant. Non vagi oculis, non effræni lingua aut petulanti, fluidóque geſtu incedant, ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſúque oſtendant. Obſcœnitatem membrorum etiam, & verborum ſicut & operum penitus execrentur. Viduarum & virginum frequentationem penitus fugiant. Contubernia extranearum fœminarũ nullatenus appetant. Caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam. Neque vllius iactantiæ ſtudio ſemetipſos extollant. Poſtremo doctrinæ, lectionibus, hymnis, canticis, exercitio vigilanter incumbant. Tales enim eſſe debent, qui ſeſe diuinis cultibus mancipandos ſtudent, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent, hæc ille. B C D

Ex tempore, loco & perſona & cauſa canones intelligantur.

§. III.

Isidorus diſt. 29. ſciendum. Sciendum eſt pleraque capitula ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda eſſe, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthũ nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant quàm intelligant, ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant. E

Non licet duas vxores ſimul habere. Iuo id refert lib. 8. cap. 6.

Item Iſid. de diſtantia vete. & no. teſtamenti, diſt. 34. Chriſtiano. ait. Chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tantum, aut vxorem, aut certe loco vxoris, ſi coniunx deeſt, concubinam. Sed hoc ſane intelligendum eſt, vt exponit ibi Gratianus & bene in §. præcedenti. Appellatur hic concubina ſecundum leges, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumẽtis vnita eſt, ſed tamen maritali affectu aſciſcitur. Et quod ſic intellexit patet per ea, quæ dicit ſuper Exodum & 32. q. 5. non mœchaberis. Non mœchaberis, inquit, id eſt ne quiſquam præter matrimonij fœdera, aliis fœminis admiſceatur ad explendam libidinem. Nam adulterium facit, qui præter ſuam ad alteram accedit. F A.C. 650.

Idem Iſid. 32. q. 7. non ſolum. ait. Non ſolum de commiſſa fornicatione peccatum regnat in homine, ſed ſi adhuc delectatur, atque animam teneat, proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium eſt, fornicatio animi, ſeruitus eſt idolorũ. Eſt autem & ſpiritualis fornicatio, de qua dominus ait. Si quis viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis diuerſa quiſque turpitudinis voluptate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, vt homo à Deo ſeparetur.

Omnis immunda pollutio fornicatio eſt.

Idem in lib. ſententiarum diſt. 6. cap. vlti. Non eſt peccatum, quando nolentes nocturnis imaginibus illudimur. Sed tunc eſt peccatum, ſi antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus in animo apparẽt, ſed innoxiæ, ſi non concupiſcendo occurrunt. Itẽ Qui nocturna illuſione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum ſeſe perſentiat inquinatum, tamen hoc vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuámque immunditiam ſtatim fletibus tergat. Sed de materia pollutionis in ſomnis habes plene in ſecunda & tertia parte.

2. par. tit. 6. ca. 5 & in 3. par. tit. 13. ca. 6. §. 10.

Idem in lib. ſenten. & diſt. 37. ideo ait. Ideo prohibetur Chriſtianis figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta fabularum [illegible] excitant mentem ad incentiua libidinum. Non enim ſolum thura offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Idem diſt. 81. valet. Valet interdũ cõuerſis pro animæ ſuæ ſalute mutatio loci. Plerũque enim dũ mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum eſt ergo, & inde corporaliter euelli, vbi quiſque illecebris deſeruiuit. Nã locus, vbi quiſque praue vixit, in aſpectu mentis apponit, quod ſemper quiſque ibi cogitauit vel geſſit.

Mutatio loci aliquãdo valet cõuerſis ad pœnitentiam.

Idem Iſid. ad Maſſanum epiſcopum diſt. 50. domino ſancto. Domino ſancto, meritiſque beato fratri Maſſano, epiſcopo Iſidorus epiſcopus ſalutem. Quod in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet quod in canone Ancyritano, cap. 19. legitur poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam, alibi vero legitur, poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiũt, quos pœnitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis emendãtur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vẽdicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur, nec gradum vtique honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Et hoc probat per authoritatem Ezechielis dicentis ex parte Domini ſub typo præuaricatricis Hieruſalem. Confundere (inquit dominus) ô Iuda, & porta ignominiam tuam, & paulo poſt inquit. Tu & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam. Et per Ioan. in Apoca. angelo Epheſi. id eſt epiſcopo dominus ait. Memento vnde excideris, & pœnitentiam age, & prima opera fac, alioquin veniam tibi, & mouebo candelabrum

Cõc. Neocæſ. cap. 1.

Ezech. 16

Apoc. 2.

tuum

A.C. 650.

Quomodo reſtituēdus eſt qui carnaliter peccauit.

tuum de loco eius. Et notandum, quod loquitur hoc cap. de lapſu carnis clericorum tali, quod inducit infamiam, de quo eſt in iudicio conuictus vel confeſſus, & propter illud ſuſpenſus ab officio ſuo, quem epiſcopus poteſt reſtituere in officio ſuo, & tollere infamiam contractam, ſi tale eſt crimen, in quo poſsit diſpenſare, & debet hoc agere, ſi vere illum pœnitet ſecundum exteriora ſigna. Ex qua diſpenſatione poteſt poſtea aſſumi ad regimen Eccleſiæ alicuius, qui prius propter infamiam non poterat. Sed ſi non pœnitet, non debet diſpenſare, vt dicit gloſ. cum textu.

B Idem Iſid. in lib. etymol. & habetur 24. q. 3. quidam autem hæretici, vbi ponit ſeptuaginta hæreſes diuerſas, & errores earum cum authoribus ſuis, de quibus habes in 4. parte ſum. in tit. de dono intellectus.

Idem in lib. de ſummo bono, qui aliter dicitur liber ſententiarum: & de pœn. diſt. 3. irriſor. Irriſor eſt & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad [ſuum] vomitum, eſt pœnitens reuertens ad peccatum. Multi lachrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt. Quoſdam accipere lachrymas C ad pœnitendum cerno, ſed effectum pœnitentiæ non habere, quia inconſtantia mentis non recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc vero reuiuiſcente vſu, ea quæ fleuerunt, iterando committunt.

Scelerati communicantes inſeruntur, non mundantur. cap. 24.

Idem de conſec. diſt. 2. qui ſcelerate. Qui ſcelerate viuunt in Eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant ſibi nil ad emendationem proficere, dicente propheta: Quid eſt quod dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas? Et apoſtolus. Probet D [inquit] ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

Idem in lib. ſententiarum, & de conſec. diſt. 4. qui in maternis. Qui in maternis vteris ſunt, ideo cum matre baptizari non poſſunt, quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, ſecundum Chriſtum regenerari non poteſt. Neque enim in eum regeneratio dici poteſt, quem generatio non præceſsit.

Idem Iſid. de conſec. diſt. 4. Romanus pontifex. Romanus pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam E baptiſmi, licet paganus ſit, qui baptizat.

Idem de conſec. diſt. 4. conſtat. Conſtat baptiſmum ſolis ſacerdotibus eſſe traditum, eiuſq; miniſterium (ſcilicet extra caſum neceſsitatis) nec ipſis diaconibus explere eſt licitum abſque præſbytero vel epiſcopo, niſi his procul abſentibus vltima languoris neceſsitas cogat, quod & laicis fidelibus plerumque permittitur.

Quare fœminæ velantur dū nubunt. ibi. ca. 19.

Idem in 2. de offi. & 30. q. 5. fœminę, ait. fœminę cū maritātur, ideo velātur, vt nouerint ſe ſemper viris ſuis ſubditas eſſe & humiles. Et infrà. Quod F in primis [nuptiis] annulus à ſponſo ſponſæ datur: fit nimirum, vel propter mutuæ dilectionis ſignum vel propter id magis, vt pignore eodem eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus inſeritur ideo, quia in eo vena quædam, vt fertur, ſanguinis ad cor vſque perueniat.

Idem in lib. etymol. 9. & 32. q. 4. cap. vltim. ait. Liberi dicti ſunt, qui ex libero matrimonio orti A ſunt. Nam filij ex libero & ancilla ſeruilis conditionis ſunt. Semper enim, qui naſcitur deteriorem partem ſumit. Naturales autem filij dicuntur ingenuarum concubinarum filij, quos ſola natura genuit: non honeſtas coniugij. Ij vero, qui ſunt de legitimo coniugio, matrem potius ſequuntur quàm patrem.[a] Sed de hoc vide ibi in glo. Idem in lib. etymol. 11. & 35. q. 4. conſanguinitas, ait. Cōſanguinitas dum ſe paulatim propaginum ordinibus dirimens, vſque ad vltimum gradū ſe ſubtraxerit, & propinquitas eſſe deſierit, tunc primū lex in matrimonij vinculum eam recipiet, & quodammodo B reuocabit fugientem. Ideo autem vſque ad ſextum generis gradum conſanguinitas conſtituta eſt, vt ſicut ſex ætatibus mundi generatio & ſtatus hominis finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. Hoc ſecundum antiqua iura, ſed nunc vſque ad quartum gradum incluſiue durat conſanguinitas & affinitas, vt patet extra de conſan. & affi. cap. fin. Et de hoc in tertia parte tit. 1.

A.C. 650.

Quare vſq; ad ſextū gradū cōſanguinitas obſeruetur. li. 9 etym. cap. 6.

Idem Iſido. 11. q. 3. ſi is. Si is, qui præeſt fecerit, aut cuiquam, quod à domino prohibitum eſt facere iuſſerit, vel quod præceptum eſt præterierit, C aut præterire mandauerit, ſancti Pauli apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt dicentis. Etiam ſi nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis præter quàm quod vobis euangelizauimus, anathema ſit. Item. Si quis prohibet vobis, quod à domino pręceptum eſt, vel rurſus imperat, quod dominus prohibet fieri, execrabilis ſit omnibus, qui diligūt Deum. Item. Is qui præeſt, ſi præter voluntatem Dei, vel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus habeatur.

Quod ſacerdotes docendo efficere non valēt, disciplinę terrore poteſtas extorqueat. Poly. li. 6. ti. 10. Bur. li. 15. c. 45. Iu p. 16. cap. 44.

Idem 23. q. 5. principes. Principes nonnunquā D intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenēt, vt per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt, quod nō præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonē poteſtas hoc imperet per diſciplinę terrorem. Sępe per regnum terrenum regnum cœleſte proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti, contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum conterātur: ipſamque diſciplinam, quam Eccleſiæ vtilitas exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & vt venerationem E mereatur, virtutem poteſtatis impartiatur. Cognoſcant principes ſæculi ſe Deo eſſe rationem reddituros propter eccleſiā, quam pro Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſię per fideles principes ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit.

Laici eccleſiaſtica munera exercere non debēt. Cōc. Hiſp. 2. c. 9. tom. 2. Concil.

Item ex concilio Hiſpalenſi, cui interfuit Iſid. dicitur 16. q. 7. in nona actione. Indecorum eſt laicum eſſe vicarium epiſcopi, & viros eccleſiaſticos iudicare. In vno eodémque officio, non de- F bet eſſe diſpar profeſsio, quod in lege diuina prohibetur, dicente Muyſe, Non arabis in boue ſi-

a Iure ciuili partus quoad naturam & conditiones ſequitur matrem. D. de ſtatu hominum. l. lex natura. & Cod. de rei vindicat. l. partum, quoad inſignia verò & honores ſequitur patrem. D. de ſtatu hominum l. legitime. & quod de decur lib. 10. leg. exemplo & leg. nullus. hoc fere dicit gloſſ.

mul &

A.C. 650.

mul & aſino, id eſt, homines diuerſæ profeſsionis A in vno officio ſimul non ſociabis.

Idem lib. ſententiarum, & 11. q. 3. pauper. Pauper dum non habet, quod offerat in iudicio, non ſolum audiri contemnitur, ſed & contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iuſtitia, nullámque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat.

Excõmunicat⁹ eſt qui excõmunicatis cõmunicat. in reg. mon. cap. 18.

Idem 11. q. 3. cum excommunicato. Cum excõmunicato neque orare neque loqui (niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci licet. Si quis contra fecerit, communem ſtatim cum eo excommunicationis contrahet pœ- B nam, ſcilicet minorem excommunicationem incurrendo, non autem maiorem vt dicit glo.

Idem 11. q. 3. qui conſentit. Qui conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeuerisſima. Hinc etiam quidam ſanctiſsimus pater ait. Si quis peccantem defendit, acrius quàm ille qui peccauit, coerceatur.

Idem lib. 20. etymol. & 23. q. 2. cap. 1. Iuſtum eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, vel propulſandorum hominum cauſa. Iudex dictus, quia ius dicat populo, ſiue quòd iure di- C ſceptet.

De eo qui calliditate verborum iurat. li. de ſum. bo. ca 31.

Idem in 2. ſententiarum, & 22. q. 5. quacunque ait. Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia & Dei nomen in vanum aſſumit, & proximum dolo capit.

Idem in lib. ſynonymorum. & 22. q. 4. in malis. In malis promiſsis reſcinde fidem, & in turpi voto muta decretum. Quod incaute vouiſti, ne facias. Impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur. D

Quare ſit inſtitutũ poſt ſeptẽ annos in priſtinũ ſtatũ pœnitẽtes redire. Rab. l. pœn. c. 5. Num. 12.

Idem in epiſtola ad Maſonẽ 33. q. 2. hoc ipſum, ait. Hoc ipſum, quod canonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentem in ſtatum priſtinum præcepit, non electione proprij arbitrij: ſed potius ex ſententia diuini iudicij patres ſanxerunt. Nam legitur, quod Maria ſoror Aaron prophetiſſa, dum detractionis aduerſus Moyſen incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cumque peteret Moyſes, vt mundaretur, præcepit dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emundationem in caſtra reuerti. Maria ergo ſoror Aaron caro intelligitur ſacerdotis, E quæ dum ſuperbiæ dedita, ſordidiſsimis cogitationum maculatur contagiis, extra caſtra ſeptem diebus, id eſt extra eccleſiam ſeptem annis proiiciatur, vt poſt emundationem vitiorum, loci vel priſtinæ dignitatis recipiat meritum. Et ſubdit Gratianus in §. ſeq. Hoc quamquam de ſacerdotibus ſpecialiter videatur dictum, generaliter tamen de omnibus pœnitentibus intelligi oportet.

2. Reg. 12.

Ad imitationem namque illius dominicę ſententiæ Dauid de adulterio & homicidio deprehenſus, vnius hebdomadæ ieiuniũ in ſatisfactionem F admiſsi ſceleris Deo legitur obtuliſſe. hæc ibi. Sed vbi legatur ignoro. Regulariter antiquitus ſeptennis pœnitentia pro quolibet mortali dabatur, vt 22. q. 1. prædicandum. Tamen ſecundum omnes hodie ſunt arbitrariæ. Ratio etiam quare ſeptennis dabatur pœnitentia eſt, quia per pœnitentiam reparatur gratia ſeptiformis ſpiritus ſancti, amiſſa per peccatum ſecundum gloſſ.

A *Sententia memoratu digniſsima.* A.C. 650.

§. IIII.

ITem Iſidorus in ſoliloquiis lib. 1. Patienter ab vno ferendum eſt, quod multis accidit. Secutus es carnem, in carne flagellaris. Tua contra te ducuntur arma, telis tuis vulneraris. Per quæ etenim peccaſti, per hæc & torqueris. Heu quàm difficile eſt prauam conſuetudinem vincere! Aſſidua conſuetudo in naturam vertitur. Aſsiduo vſu vitium innaturatur. Quæro à lapſu reſurgere, & non valeo vſui repugnare. Trahor boni amo- B re, retrahor malæ conſuetudinis lege, quamuis cũ dolore mallem vſui reſiſtere. Propone tibi aduerſus carnis ardores futuri ſupplicij ignes. Memoria ardoris gehennæ, ignem excludit luxuriæ.

Sap. 11.

Humilitatis vis.

Quantum humilitate inclinatur cor ad infima, tantum proficit in excelſa. Primus humilitatis gradus eſt libenter veritatem audire, memoriter retinere, voluntarie proficere. Veritas mentem fugit, quam humilem non inuenit. Deſcende, vt aſcendas, humiliare, vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud Deum pretio- C ſior, quanto fueris ante oculos tuos deſpectior. Humilitas caſum neſcit. Aequalis eſto in omnibus. Mentem nec gaudio nec mœrore commutes. Nullus te caſus imparatum inueniat. Nullus ſit caſus, quem non præmeditatio tua præueniat. Propone nihil eſſe, quod non poſsit accidere. Nã præcogitatio moleſtias futuras attenuat. Improuiſa autem mala grauiter feriunt. Diſce mala potius ferre, quàm referre. Quod tibi in alio diſplicet, in te ipſo diſpliceat. Para contra verbum aſper, patientiæ clypeum, contra linguę gladium, patientiæ ſcutum. Conuicium non retorqueas. D Contumeliam non repetas. Tene ſilentij patientiam. Tacendo citius vinces. Aperi tranquillo corde iniuriæ dolorem. Vulnus graue, quamuis ſit apertum, euaporat, valde autem animam comedit vulnus incluſum.

Malorũ prędeditatio vtilis.

Inuidiæ deteſtatio.

Inuidia ſibimet primùm nocet, primum authorem ſuum mordet. Eſt enim animę tinea, quæ ſenſum comedit, pectus vrit, mẽtem afficit, cor quaſi peſtis depaſcit. Nec fauor te ſeducat, nec vituperatio frangat. Qui laudem non appetit, nec contumeliam ſentit. Profectionem tuam hâbitu & incuſſu demonſtra, ſit in geſtu grauitas, in inceſſu E honeſtas. Nihil laſciuiæ, nihil dedecoris, nihil petulantiæ nihil inſolentiæ, nihil leuitatis in inceſſu tuo appareat. Mores hominis lingua pandit. Qualis enim ſermo oſtenditur, talis & animus comprobatur. Alienam vitam non laceres. De malo alieno os tuum non inquines. Non detrahas peccanti, ſed condole. Quod in aliis detrahis, in te potius pertimeſce. Detrahentes quoque non audias. Pari enim reatu detrahentes & audientes tenentur. Inter fideles non computantur, qui quod vouerunt, non impleuerunt, quia fidem promiſsionis non ſoluunt. F In malis promiſsis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum. Impia eſt promiſsio, quæ ſcelere impletur.

Detractio fugienda.

Conſcientia mille teſtes.

Nulla pugna grauior, quàm mala conſcientia. Mens enim male conſcia propriis ſtimulis agitatur. Prauas cogitationes tuas manifeſta, vitium enim proditum cito curatur. In bonis dilatio nocet. Sæpe natura moribus immutatur, conſuetudine ſuperatur. Iugis vſus in naturam ſe vertit.

Omnia

A.C.650 — A C. 650

Doctrina communicanda. — *Eccleſ. 7.*

A Omnia vſui cedūt. Quod cum difficultate cœperis, per vſum cum voluntate perficies. Bonum, quod didiceris doce. Scientiam, quam aure concipis, ore infunde. Sapientia enim dando ſit largior, & retinendo minoratur. In diſputatione tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defenſionem. Cede cito vincenti. Plus dilige audire, quàm dicere. In principio audi, nouiſsimus loquere. Primus taceas, poſtremus dicas. Finis plus habet honoris. Nam in omni re finis intenditur, extrema quæruntur, & melior eſt finis orationis quàm principium. Non ſolum factor ſed & conſcius peccati tenetur obnoxius. Timor non ſer- B uat diuturnam fidem, vbi ergo timor eſt, audacia ſequitur. Talem ergo te redde ſubditis, vt magis ameris, quàm timearis, fidem etenim metus tollit, affectus reſtituit. Impia iuſtitia eſt fragilitati humanæ non ignoſcere. Lex tua te conſtringit. Iudicium quod aliis ponis, ipſe tu portabis. Caue honores, quos ſine culpa tenere non potes.

Ambitio fugienda. Sap. 6.

Sublimitas bonorum magnitudo ſcelerum eſt, & in maiori gradu ſine dubio maior erit pœna. Potentes potenter tormenta patientur. Quanto itaque maior honor, tanto maiora pericula. Alta arbor ventis fortius agitatur, & rami eius citius C in ruinam conſtringuntur. Excelſæ turres grauiori caſu procumbunt, & altiſsimi montes crebris fulminibus feriuntur. Cito patet inſidiis glorioſus, gloria enim inuidiam parit, inuidia vero pericula. Quiſquis ſæculi gloria fulgeat, quamuis cultu pretioſo redimitus adueniat, ſemper tamen eſt in pœna, ſemper in anguſtia. In ſericeis ſtratis cubat, ſed turbidus. In pluma iacet, ſed pallidus, in lectis aureis, ſed turbatus. Tale erit opus tuum, qualis & intentio tua fuerit. Qui cum tædio dat, mercedem perdit. Non auferas alteri, vnde alteri tribuas. Corrumpi non poteſt cor- D pus, niſi prius corruptus fuerit animus (quod intellige de corruptione vitioſa) Caſtitas etenim hominem Deo coniungit, & angelorum conciuem facit. Saturitati ſemper libido eſt aſtricta, at contra ieiunio libido reſtringitur, luxuria ſuperatur. Venis vino repletis, luxuria in membris pullulat. Pocula enim ſunt luxuriæ inſtrumenta. Igni adiecto fomite incendium in agris creſcit. Si vis à fornicatione eſſe tutus, eſto corpore & viſione à muliere diſcretus. Circa ſerpētem enim non eris diu illæſus. Ante ignem conſiſtens, & proximus periculo, diu tutus non eris. Ferreus ſis, aliquando diſſolueris. ª Otio deditis cito lu- E xuria ſubrepit.

Potentium cruces. — *Caſtitatis peſtes.*

a Moritur S. Iſidorus inter quintum & ſextum Toletanum concilium tempore Honorij Papæ circa annum Ch. 640. colitur 4. Aprilis

De venerabili Beda, de quo Trittem. & Sixtus Sen. lib. 4.

CAPVT III.

Beda venerabilis presbyter & monachus, claruit in Anglia anno domini 692. vt dicit Sigebertus, & Vincen. ſpec. hiſto. lib. 24. cap. 132. Hic trigeſimum ætatis annum agens presbyter ordinatus eſt. Hic vt ait Guilelmus in extremo natus angulo orbis, omnes terras perſtrinxit. Anno vi- A tæ ſuæ decimooctauo diaconus factus eſt, & trigeſimo presbyter, ex quo vſque ad ætatis ſuæ vltimum annum aut docere aut ſcribere non deſtitit, triginta ſex volumina iam edidit, quæ in ſeptuaginta octo libros diuiſit. Scripſit autem ea quæ ſubduntur, vt notat Vincen. ſpec. hiſt. vbi ſupra. Super Geneſim lib. 1. De tabernaculo Moyſi lib. 3. Super Samuelem lib. 4. De templo Salomonis lib. 1. Super Eſdram & Neemiam lib. 3. Super Tobiam lib. 1. Super Pſalmos lib. 1. Super prouerbia Salomonis lib. 5. Super cantica canticorum lib. 5. Super Marcum lib. 4. Super Lucam B lib. 1. Super epiſtolas canonicas lib. 7. Super actus apoſtolorum lib. 1. Super Apocalypſim lib. 1. De quæſtionibus lib. Regū lib. 1. De locis ſactis lib. 1. Scripſit & de tēporibus, & de luna, & multa alia.

Scripta Bedæ.

Legitur quoque de eo vt refert Iacobus de Voragine, quod cum eſſet cæcus effectus, nec tamen propter hoc ceſſabat à prædicatione verbi Dei, ſed faciebat ſe duci à quodam puero, vbi conueniſſet magnus populus. Quadā autem die puer leuis ad irriſionem eius, duxit eum ad quendam locum, vbi nullus erat, ſed magna multitudo lapidum. Tunc puer inſinuauit viro Dei magnum C populum adunatum ad audiendum verbum eius. Ille autem hoc credens feruenter prædicabat & clamabat. Finita autem prædicatione cum nullus adeſſet, reſponderunt lapides, Bene dixiſti venerabilis pater. Et ideo dicitur venerabilis Beda in homiliis. Alij dicunt, quod angeli ei reſponderunt illud.

Hæc habet Nauc. genet. 24. quæ tamē Trittem. redarguit

Ferunt aliqui, vt notat Vincen. vbi ſupra. Bedam iuiſſe Romam, vt libros ſuos, ſi doctrinæ Eccleſiæ conuenirent, diſſereret, vel apoſtolico nutu corrigeret, ſi reſultarent. Eum tamē fuiſſe Romæ non affirmo, ſed ipſum illuc inuitatum à Ser- D gio papa ſcio. Qui Sergius ſic inter cætera ſcribit ad Etelfridum abbatem monaſterij, vbi erat Beda. Abſque aliqua remoratione religioſum famulum Dei Bedam, monaſterij tui presbyterum, ad limina apoſtolorum Petri & Pauli amatorum tuorum & protectorum ad noſtræ mediocritatis conſpectum non moreris dirigere. Quem fauente Domino ſanctis tuis precibus non diffidas proſpere ad te redire, per acta aliquorum capitulorum & cauſarum eccleſiaſticarum examinatione, in qua opus eſt ad conferendum cum arte literaturæ imbutis. Erit enim (vt credimus) cunctis fidelibus profuturum, quicquid Eccleſiæ E generali claruerit per eius præſentiam impertitū. Ita celeberrimus erat fama, inquit Guilelmus vt in Quæſtionibus enodandis indigeret eo ſublimitas Romana. Incurioſæ fuit, ſed dulcis eloquentiæ.

Sergius papa Bedam Romā ad ſe reuocat.

Clerici non prohibeantur ſæculares literas legere. Iuo lib. 2. id refert.

§. I.

F Beda in libros Regum & diſ. 37. turbat. ait. Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſæcularibus libris omnibus modis exiſtimat prohibendos. In quibus ſi qua inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet, alioquin Moyſes ſimul & Daniel ſapientia & literis Aegyptiorum Chaldæorúmque non paterentur erudiri, quorum tamen ſuperſtitiones & delicias horrebant. Nec etiam ipſe magiſter gentium aliquot

A.C 650.

verſus poetarum ſuis vel ſcripturis vel dictis A indidiſſet.

Qui gratiam quã à Deo accipiſſe nõ gratis exercent, vendant columbas ad cap. 2. Ioan. 1.Pet.4.

Idem 1.q.3.non ſolum veoditores ſunt columbatum,& domum Dei facinnt domum negutiationis,qui ſacros ordines largiendo pretium pecuniæ,vel laudis, vel honoris inquitunt, verum hi quoque, qui gradum, vel gratiam in Eccleſia ſpiritualem domino largiente perceperunt, non ſimplici intentione,ſed cuiuſlibet humanæ retributionis cauſa exerceot,contra illud Petri: Qui loquitur quaſi ſermones Dei,& qui miniſtrat tãquam ex virtute quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus.

Idem ſuper epiſtolam Petri 2. q. 7. ſecuti ſunt. Secuti ſunt viam Balaam ex Boſot, qui mercedẽ B iniquitatis amauit,correptionem vero habuit ſuę veſaniæ ſubiugale mutum, quod hominis voce loquens,prohibuit prophetæ inſipientiam. Plerumque (ait) hæretici tam ſtulta dogmata tã execranda proferunt ſacramenta,vt etiam hebetum ſenſus paganorum,& qui ratione diuinæ cognitionis omnioo carent, illorum deteſtentur inſaniam, & illorum diſtorta & contraria Deo itinera ſanius ſapiendo redarguant. Et (quod peius eſt) oonnunquam multi catholicorum, iutaotum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis,clerici à laicis merito redarguãtur. Qui C

Num. 22.

iure comparantur prophetæ,qui verbis aſinę cõtra naturam loquentis corripitur, nec tamen à propoſito praui itineris retardatur. Quibus etiã congruunt interpretationes nominum. Nam Boſor interpretatur caroeus, & Balaam vanus. Hi in præcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria quæ corrigant, ſed quæ eos delectent erronea prędicãt,de quibus ſubdit Petrus. Hi ſunt fontes ſine aqua, [& nebulę turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.]

Nõ ſufficit epiſcopo, moribus & vita populo adęquari, Beda ſup. Math.

Idem ſuper Mat & 8.q.1.cap.vlti.ait.Nec ſuffi- D cere ad ſalutem oobis arbitremur, ſi turbis negligentium, vel qnorumlibet indoctorum fide vel actibus adæquamur,quibus ſacris literis vnica eſt credeodi pariter & viuendi regula præſcripta. Idem ſuper Mat.tractans illud. Abiit Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniam ſe daturos,ait. Multi bodie Iudæ ſcelus,qui dominum ac magiſtrum,Deúmque ſuum pecunia vęndiderit, velut immane & nefarium exhorrent,nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus contra aliquem falſum teſtimonium dicunt, profecto quia veritatem pro pecunia ne- E gant, Deum pecunia vendunt. Ipſe enim dicit.

Ioan.14.

Ego ſum veritas. Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant, Deum pro-

1.Ioã.4.

dunt,quia Deus caritas eſt. Qui ergu [caritatis] & veritatis iuſſa ſpernunt, Deum vtique qui & caritas eſt,& veritas produnt, maxime cum oon ex infirmitate vel ignorantis peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ, opportunitatem quæruot, qualiter arbitris abſentibus mendacio veritatem, & virtutem crimine mutent. hæc 11. q. 3. abiit.

Idem Beda bomil.44. & 22.q.4. ſi aliquid.ait. Si aliquid forte incautius iurare contigerit, qnod obſeruatum peiorem vergat in exitum, libere illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimns, ac magis inſtante neceſsitate peierandum eſt nobis,id eſt,non obſeruandum, quod ęſt iuratum, A quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid

A.C. 650.

1.Reg.25.

per Deum occidere Nabal virum ſtultum & impium,atque omnia,quæ ad eum pertinebant demoliri, ſed ad primam interceſsiouem Abigail prudentis fœminæ,mox remiſit minas,reuocauit enſem in vaginam, nec aliquid culpæ ſe contraxiſſe pro tali periurio doluit.

De duob. malis minus eligendum, ibi.

Idem in cap.ſeq.Non ſolum in iurando,ſed in omni quod agimus,ſolicitius hæc moderatio obſeruanda eſt, vt ſi in talem ſorte lapſum verſuti hoſtis inciderimus inſidiis, ex quo ſine aliqno peccati contagio ſurgere non poſſumns, illũ potius euadendi aditum petamus,in quo minus pe- B riculi nos perpeſſuros eſſe cognoſcimus.

Idem Beda ſuper epiſtolam Ioan.& 24.q.1.omnis,ait. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert,ſcilicet veritatis fidei, nolite eum recipere in domo,neque ei dixeritis aue. Qui enim dixerit ei aue, communicat operibus eius maligais. Hæc Ioannes ſcilicet dicit de hæreticis & ſchiſmaticis vitandis, quæ verbis docuit, factis etiam oſtendit. Narrat enim de illo ſortiſsimus & ſanctiſsimus martyr Polycarpus Smyrnæorũ antiſtes,quia tempore quodam, cum apud Ephe ſum Balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, & C vidiſſet ibi Cherinthum,exiliret continuo,& diſcederet non lotus dicens: Fugiamus hinc,ne balneæ ipſæ corruant,in quibus Cherinthus lauatur inimicus veritatis. Idem etiam Polycarpus, Marcioni cum aliquando occurriſſet dicenti ſibi, agnoſcis nos? Reſpondit ſibi. Agnoſco primogenitum ſathanæ.

Sortibus non indifferenter vtendum, in 1.cap. Act.

Idẽ ſuper Actus apoſtolorũ 26.q.2.nõ exemplo. ait. Nõ exẽplo Mathiæ,vel quod Ionas propheta ſorte deprehẽſus fuerit, indifferẽter ſortibus eſt credendũ,cum priuilegia ſingulorum cõmunem legem facere non poſsint. Si qui tamen neceſsi- D tate aliqua compulſi, Deum putant ſortibus exẽplo apoſtolorum eſſe conſulendum, videant boc ipſos Apoſtolos non niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis,egiſſe,hæc ille. Et intelligitur de ſortibus diuiſoriis,non diuinatoriis, quæ prohibentur communiter.

Spiritus ſanctus in quibus manere, & à quibus recedere dicitur. Beda in Ioã. cap. 1.

Item Beda ſuper Ioan.ait. de pœn.diſt.2.quęrendum. Quærẽdum eſt interea, quod ſpeciale filij Dei agnoſcendi ſignum fuerit,quia ſuper eum ſpiritus deſcenderit & manſerit. Quid magni eſt filio Dei, vt manere ſuper eum ſpiritus adſtruatur? Reſpondit. Notandum, quod ſemper in E Domioo manſerit Spiritus ſanctus. In ſanctis autẽ hominibus,qui diu corpus mortale geſtauerint,partim manet in æternum, partim rediturus ſecedit. Manęt qnippe apud eos, vt bonis inſiſtãt actibus,voluntariam paupertatem diligant,manſuetudinem conſequantur, pro æterno deſiderio lugeant,eſuriant,& ſitiaot iuſtitiam, miſericordiam,munditiam cordis,& tranquillitatem pacis amplectantur,& pro obſeruatione iuſtitię perſecutionem pati nun vereantur,eleemoſynis, ieiuniis, orationibus, cæteriſque ſpiritus fructibus F inſiſtere deſiderent. Recedit autem ad tempus,ne ſemper infirmos curandi,mortuos ſuſcitandi,dæmones eiiciendi, vel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet ſemper ſpiritus,vt poſsint habere virtutes,vt mirabiliter ipſi viuant. Venit ad tempus, vt etiam aliis per miraculorum ſigna, quales ſint intus effulgeant. Idem ex pœnitentiali

A.C.650 tiali ſuo de conſec.diſt.2.ſi quis 2. ait. Si quis per ebrietatem vel voracitatem euchariſtiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, ſi laicus eſt. Clerici vel monachi, vel diaconi presbyterique ſeptuaginta diebus pœniteant, epiſcopi nonaginta. Si pro infirmitatis cauſa euomuerit, ſeptédiebus pœniteat: hæc ibi. eſt tamé hoc arbitrariú. Idem ſuper Lucá diſt.31.ſacerdotibus. [a] Sacerdotibus, vt ſemper valeant altaribus aſsiſtere, ſemper ab vxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Item Beda in lib. de temporibus, vt habetur diſt.16.ſexta ſynodus ponit viginti quatuor concilia diuerſis temporibus & locis celebrata.

Quæ pœnitentia iniungenda ei, qui ſacramentum euomuit. Iuo ad ... ſus.

Obiit autem venerabilis Beda, vt refert Vincentius ſpec.hiſto.lib.24. ex dictis Guilelmi anno dominicæ incarnationis 733. ætatis vero ſuæ 70. continuis diebus ante mortem ſuam ſtomachi indignatione cibos nauſeans, & anguſto ſuſpirio halitum producens, literarum tamen & ſtudiorum operam non reiiciens, ſed totis iis diebus præter debitum pſalmodiæ penſum ibi intendebat. Euangelium quoque Ioannis iis diebus euangelica lingua interpretatus eſt. Diſcipulis autem dicebat. Diſcite filioli dum adhuc vobiſcum ſum. Feria tertia ante aſcenſionem modicus tumor in pedibus apparuit, tunc accita cógregatione inunctus communicatus eſt. Oſculóque cunctis libato, futuram ſui memoriam à ſingulis implorauit. Nonnullis, etiam ob familiarem notitiam xeniola, quæ in ſecretis habebat, largitus eſt. Die autem aſcenſionis contra oratorium, in quo orare conſueuerat, ſubiecto cilicio decúbens, illibato ſenſu & hilari vultu dicebat illud: O rex gloriæ domine virtutum, qui triumphator hodie &c. vſque in finé. Quo dicto emiſit ſpiritú. Et ſubſecutus eſt tantus odor, vt qui adſtabant, dicerent ſe eſſe in paradiſo.

Viginti quatuor concilia hæc, à quibus collecta ſint, vide noui decreti annotationes.

a Quoniam hæretici dum matrimonium ſacris Eccleſiæ miniſtris prohibitum eſſe redarguunt, matrimonium ſacerdotibus veteris legis conceſſum plurimum vrgent, vt ſciant hoc argumentum nihil eorum errori patrocinari, hic Bedæ integrum locum viſum eſt adiungere, qui oſtendit quanta ſit inter nouos veteréſq; ſacerdotes differentia, ob quã hi matrimonio vti poterant, noui vero ſacerdotes nequaquam. Ait ergo Hoc eſt quod dixi, quod vicis ſuæ tempore pontifices templi tantum officiis mancipati, non ſolum à complexu vxorum, ſed ab ipſo quoque domorum ſuarum abſtinerent ingreſſu. Vbi noſtri temporis ſacerdotibus, quibus ſemper altari ſeruire iubetur, perpetuo ſeruandæ caſtitatis exemplum datur. Quia enim tunc ſacerdotalis ex ſtirpe Aaron ſucceſſio quærebatur, neceſſario tempus ſubſtituendæ ſobolis procurabatur. At quia nunc non carnalis ſucceſſio, ſed perfectio ſpiritalis inquiritur, conſequenter ſacerdotibus, vt queant altari ſemper aſsiſtere, ſemper ab vxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Hæc ille. Iſidorus autem Bedæ ætate ſuppar idem aperte oſtendit his verbis quæ cap. ſup. §. 2. ex illo D. Anton. attulit. Vnde manifeſtiſſima vanitatis redarguuntur, qui continentiam à Gregorio demum ſeptimo inductam eſſe tradunt, ſed de hac re nos ſuperius ſæpiſſime egimus.

V D. Mi. 1.

Vt quidam in prouincia Nordam Humbrorum à mortuis reſurgens multa quæ viderat narrauerit. Beda lib. 5. hiſt. Angl. cap. 13. A.C.650.

§. II.

ERat quidam paterfamilias in regione Nordam, quæ vocatur Incuningum, vt refert Vincen. ex dictis Bedæ, qui primo noctis tempore defunctus, diluculo reuixit, & obſeruantes ſe in fugam conuertit: vxor tamen eius, quamuis nimis pauida, remanſit. Cui ille. Noli timere, ſurrexi à morte, qua tenebar, & permiſſum eſt mihi iterum apud homines viuere, ſed multum aliter mihi viuendum eſt amodo, quàm prius. Statimque ſurgens abiit ad oratorium villæ, & ad diem vſque orauit, & tunc diuiſit ſubſtantiam ſuam in tres partes, è quibus vnam coniugi, alteram filiis tradidit, tertiam vero ſtatim pauperibus erogauit. Non multo poſt ad monaſterium in Mailros peruenit, quod Tindo flumine circumcingitur, & accepta tonſura, ſecretam manſionem ab abbate ſuſcepit, & ibi vſque ad mortem in mirabili conuerſatione permanſit. Narrabat autem hoc. Quidam lucidus aſpectu, & clarus veſte me ducebat. Incedebamus taciti contra ſolis ortú ſolſtitialem. Deuenimus autem ad vallem latiſsimam, longiſsimam, profundiſsimam, quæ erat à læua noſtra, & habebat vnum latus flammis feruentibus nimium terribile, aliud autem furenti grandine & frigore niuium omnia perflante nimis horridum, vtrumque plenum animabus, quæ viciſsim hincinde iactabantur cum impetu. Nam cum vnum ferre nó poſſent, in alium miſeræ tráſibant. Et cogitabam intra me, quod infernus eſſet. Ductor autem meus cogitationi meæ reſpódens. Non (inquit) vt putas, hic eſt infernus. Et cum progrederemur, vidi loca tenebris ita déſis repleta, vt nihil omnino viderem, præter ſpecié & veſtem ductoris mei: & ecce flammarum globi aſcendentes de puteo, & ruſſus decidentes in eundem. Et ſtatim ductor meus diſparuit, & me ſolum reliquit. Erant autem faſtigia flammarum plena ſpiritibus hominum inſtar fauillarum cum fumo aſcendentium & relabentium, & fœtor incomparabilis cum illis ebulliebat. Interea turba dæmonum veniens, & inſultans tres homines ducebat in tenebras, è quibus vnus erat attonſus vt clericus, quidam laicus, & quædam fœmina, & deſcenderunt cum eis in medium barathri ardentis. Quidam autem ſpiritus de abyſſo illo aſcendentes, efflantes ignem putridum oculis, & naribus, & ore, forcipibus igneis, quas portabát, nitebantur comprehendere me, & tamen tangere non poterant.

Et ecce quaſi fulgore ſtellæ micantis inter tenebras poſt me apparuit. Hic erat ductor meus, qui mox eos fugauit. Et conuerſus ad dexteram cœpit me ducere ad ortum ſolis, & mox in lucé ſerenam eductus, vidi murum maximum, cuius longitudinis & altitudinis quaſi nullus terminus videbatur. In quo etiam nulla ianua, vel aſcenſus vel feneſtra videbatur, & ſtatim neſcio quo ordine fuimus in ſummo, & erat ibi campus latiſsimus & lætiſsimus, floſculis vernantibus & odore ſuauiſsimo plenus, & luce clarior erat ſole meridiano, in quo agmina albatorum plurima, & ſedes erant multæ lætantium. Et cum me inter illos duceret, cogitabam hoc eſſe regnum cœlorú.

A.C.602. Et reſpondens ille: Non eſt (inquit) hoc regnum A cœlorum vt putas. Et procedens inde aſpicio multo maiorem luminis gratiam, & voces cantantium ſuauiſsimas audio, & odorem ſētio permagnificum. Et cum me intraturum ſperarem, mox ductor meus greſſum retorſit via, qua veneram. Et nobis reuertentibus ait. Vallis, quam aſpexiſti, locus eſt in quo examinantur animæ differentium confiteri, & emendare ſcelera ſua vſque ad mortem. Qui & tunc pœnitentes, & confitentes de corpore exeunt, qui tamen omnes per B miſericordiam Dei in die iudicij ad regnum cœlorum peruenient. Multos autem ante diem iudicij liberant eleemoſynæ ieiunia, & orationes viuentium, & præcipue celebratio miſſarum. Puteus autem quem vidiſti, eſt os gehennæ, in quem qui ſemel inciderit, nunquam liberabitur. Locus autem floridus eſt, in quo recipiuntur animæ exeūtium à corpore cum bonis operibus, non tamen tantæ perfectionis, vt ſtatim mereantur in regnū cælorum intrare. Qui omnes in die iudicij illud intrabunt. Quicunque enim in verbo, cogitatione & opere perfecti ſunt, mox vt exeunt de C corpore ad regnum illud perueniunt, ad cuius viciniā patet ille locus, in quo ſonum cātilenæ dulcis & odorem ſuauiſsimum hauſiſti. Ego autem ad tempus à te abſceſsi, vt quod de te fieri deberet, agnoſcerem. Et cum deteſtarer iterum viuere in corpore, ſubitò me viuere inter vos neſcio quo ordine vidi.[a] Hæc narrabat ille non paſsim omnibus; ſed illis tantum, qui vel æterna tormenta timent, vel gaudia æterna concupiſcunt.

Nota dignā eſſe celebrationem miſſarū.

a Hæc hiſtoria in eo quidem fide digna eſt, quòd D purgatorium aperte adſtruat, & ab eo precibus viuentium animas liberari affirmet, & celebratione miſſarum, quod eſt Catholicæ veritati conſentaneum. Cæterùm cum receptaculum quoddam animarum inter purgatorium & beatorum ſedem aſſerere videatur, in quo vſque ad diem iudicij animæ quædam conquieſcant, non plane fidem meretur. Nam ne longius abeam, D. Anton. ſuprà tit. 11. cap. 18. §. 2. aſſerit credendum eſſe nullum eſſe locum medium inter purgatorium & paradiſum cæleſtem. & in 3. parte huius operis tit. 21. §. 2. E reprehendit Dantem Aligerium quòd tradat aliquos ſapientes Pythagoram, Democritum & alios in campis Elyſiis exiſtere. Cum, ſecundum fidem catholicam, vt ait, non ſit dare talem ſtatum in alia vita, quo ad illos, qui habentes iam vſum rationis de hac luce migrarunt. Deinde hæc hiſtoria animas quorundam aſſerit, vſque ad diem iudicij à diuina viſione priuari. Qua in re Armeniorum errori & quorundam aliorum patrocinari videtur, qui error a multis Pontificibus Romanis condemnatus & nouiſsimè in Concilio Florentino in litteris vnionis quæ habentur in 3 par. tit. 22 cap. 11. §. huius operis reprobatus eſt his verbis. Definimus illorum F animas quæ poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel iiſdem exutæ ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Dominum trinum & vnum, ſicuti eſt: pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius. hæc Concil. Hiſtorias igitur ſanctorum patrum, quæ cum Catholica fide & veritate conſentiunt accipimus & exoſculamur, quæ A vero ab eadem vel leuiter reſiliunt, probare non A.C.602. poſſumus nec debemus. Vide etiam Sotum in 4. diſ. 45. §. 9. 1. ar. 3 & quæ in 3. par. huius operis de Ioānne 22 notauimus.

In vicinia cellæ illius habitabat quidam monachus & presbyter ſanctus, nomine Henigilus, qui nūc vſque in Hybernia Inſula eſt ſolitarius, vltimam ætatem pane cibario & aqua ſuſteotās, per quē cognita facta ſunt, quæ ille viderat. Rex B etiam Alfridus vir vndecunque doctiſsimus, illū ſtudioſe audiebat. Qui & ipſe tandem in monaſterio ſupradicto factus eſt monachus. Cuius monaſterij tempore illo abbas erat vir ſanctus Ediualdus, qui nunc epiſcopus eſt Lindiſfarnenſis. Dicebatur autem frater ille, qui hæc viderat, Diotelinus. Qui ſæpiſsime in flumine proximo ſe immergebat ad reſtringendum calorem corporis, ita vt etiam cruſtæ glacierum circa eum de veſte ſua defluerent. Nam veſtimenta humida & algida de flumine nunquam deponebat, donec de ſuo corpore deficerent, & ſiccarentur. Cui cum C diceretur, quare tantam aſperitatem frigoris pateretur, reſpondebat. Frigidiora vidi ego. Et cum diceretur ei, quare tantam auſteritatem continentiæ teneret. Reſpondebat, Auſteriora ego vidi.

De Phoca, & Heraclio, Coſdroe, Conſtantino, & Iuſtiniano imperatoribus, Clothario & Theodorico Francorum regibus.

Phocas 23. pop. Ro. imperator, imper. an. 8. m. 4. D d. 9. An. Ch. 602 de quo Diac. lib. 17. Zon. Blond. & alij.

CAP. IIII.

INterfecto Mauricio imperatore, & omni ſua progenie extincta mandato Phocæ, ipſe Phocas de voluntate exercitus propria temeritate Romanum inuaſit imperium, anno domini 605. & à creatione mundi quater milleſimo 568. vt refert Sigebertus. Sed ſecundum aliam opinionem, à crea- E tione mundi quinquies milleſimo 804. Qui imperium tenuit annis 8. Cuius anno primo Gregorius magnus obiit, de quo ſuprà. Hic autem Phocas, vt factus eſt imperator, Leontiam vxorē ſuam coronauit Auguſtam. Cognita autem morte Mauricij, graſſantur per Romanorum prouincias, hinc Perſæ, & inde Hunni.

Cauſa quare rex Perſarum inſurrexit contra Romanum imperium, fuit iſta ſecundum Ioan. de col. in hiſtoriis ſuis. Imperante Mauricio Perſarum populi ſeditione facta contra regem ſuum ipſum cœperunt, & oculis priuatis carceri man- F ciparunt. Huius regis filius Coſdroes dictus, furorem populi ſui declinans, ad Mauricium confugit imperatorem, à quo benigniſsime eſt receptus & eum paterna affectione tractauit. Inſuper aliquo tranſacto tempore, filiam ſuam vnicam nomine Mariam illi dedit vxorem. Deinde Romanis viribus fretus, vt, à quo fuerat expulſus, regnum recuperaret, potenter inſtanit. Victiſque Perſis regnum ſibi iure debitum recepit, & annis 38. regnauit. Hic ad ſuggeſtionem vxoris baptiſmum

Perſæ imperatorē ſuū Hormiſdā capiunt & oculis priuant. Diac. ibi.

A.C. 602. munı ſuſcepit. Fuitque Romanis amiciſsimus, quamdiu Mauricius imperator vixit. Sed poſtquam percepit Coſdroes rex Perſarum ſocerum ſuum Mauricium à Phoca proditorie occiſum abominatus eſt Romanorum perfidiam, qui tam nefarium hominem adhuc domini ſui cęde cruẽtatum ſuper ſe regnare paſsi fuiſſent, quaſi occultæ ſocietatis reos, & illius ſceleris conſcios. Vnde fines Romani imperij violenter ingreſſus eſt, in res eorum deſæuiens, ſoceri necem vxore ſtimulante vlciſci deſiderans. Subactis autem multis nationibus Romanis ſubiectis, nouiſsime illis bello victis, Syriam ingreſſus ipſam cepit, & Hieroſolymam, vt patebit infra.

Coſdroes Romanorum fines depopulat. Guil. Tyr. lib. 1. de bello ſacro. c. 2. infra §. 2.

Bellum inter Francorum regulos Clotharium, & Theodericum, ex Vinc. lib. 22. ca. 104. hæc habet Aemyl. lib. 1 ſed parum probat.

§. I.

CLotharius & Theodoricus reges Francię inter ſe prælio colliduntur, in quo pluſquam 120. millia occiſa referuntur. Theodericus tãdem gloria eſt potitus. Et vt narrat Vincen. vbi ſuprà, ex hiſtoria Francorum, hic Theodericus rex Burgundiæ erat pulcher & ſtrenuus, & callidus nimis, qui per conſilium auiæ ſuæ Brunechildis exercitum maximum de Burgundia congregans contra Clotharium patruelem ſuum venit. Quod ille audiens commoto Francorum exercitu, contra eum feſtine acceſsit. Conuenientéſque ſimul in pago Senonico ſuper fluuium Aruennam bella commiſerunt adinuicem. Tantáque cædes ibi fuit de vtroque exercitu, vt ipſo alueo cadaueribus hominum repleto, aqua ipſa penitus currere non valeret rubefacta præ multitudine ſanguinis effuſi. Ibi igitur in ipſo certamine viſus fuit angelus domini euaginato gladio ſuper ipſũ populum. Clotharius autem rex læſum videns exercitum ſuum, in fugam delapſus, ſecus fluuiũ Sequanam Meldunum caſtrum ingreſſus, exinde Pariſios venit. Theodericus autem regionem deuaſtans illam, reuerſus eſt cum ſpoliis multis.

Brunechildis vero ſæpius peiora conſilia nepoti ſuo Theoderico ſubminiſtrabat, dicens. Cur negligis, & non requiris theſauros patris tui, ac regnum eius de manu Theodeberti, cum certiſſime ſcias eum non eſſe fratrem tuum, quia filius eſt meretricis concubinæ patris tui, & in adulterio fuit natus. Cum audiſſet hæc Theodericus rex acerbis, vt erat moribus, cum exercitu plurimo mouit contra Theodebertum fratrem ſuum germanum, & ad Culpiacum caſtrum conuenerunt. Illis igitur inter ſe confligentibus, Theodebertus læſum cernens exercitum, in fugã conuerſus eſt, & Coloniam ingreſſus eſt ciuitatem. Theodericus autem totam terram Ribuaricenſem ſuccendit atque vaſtauit: populus autem illius regionis eius ditionibus ſe ſubdunt dicẽtes. Parce nobis piiſsime rex. Iam enim tibi ſubditi ſumus, noli nos amplius opprimere. At ille ait. Aut adducite mihi viuum Theodebertum, aut caput eius amputantes mihi afferte, ſi vultis, vt vobis parcam. Illi autem id videntes ipſam ciuitatem ingreſsi, ei alia pro aliis mẽtientes dixerunt. Sic mandat frater tuus. Redde theſaurũ patris tui, quem apud te retines. Et poſt hæc cũ exercitu reuertetur. Cumque hoc mentientes dicerent, ille cum eis in palatium theſauri ſui eſt ingreſſus, vbi eum vnus euaginato gladio à tergo in ceruicem percuſsit, & caput eius amputauit. Suſtuleruntque illud per murum ciuitatis Coloniæ.

Brunechildis Theodericũ contra Theodebertũ concitat. Vinc. cap. 105.

A.C. 617. Theodeberto caput amputatur. A.C. 617.

Theodericus autem hoc videns, ipſam ciuitatem comprehendit cum theſauris multis. Cúmque ſacramenta ab ipſis Francorum ſublimibus ſuſcepiſſet, in baſilica ſancti Geronis martyris, viſum ei quod percuſſus fuiſſet in latere doloſe. At ille ait. Obſeruate oſtia. Neſcio quis de his periuratis Ribuariis me percuſsit. Cumque reuoluiſſent veſtimenta eius, nihil aliud repererũt niſi ſignum paruulum purpureum. Inde reuerſus eſt Theodericus rex cum ſpoliis multis, & cum filia Theodeberti fratris ſui, ſimúlque cum duobus paruulis filiis, quos Metenſem ciuitatem adueniens interfecit, vbi & Brunechildis regina tunc erat. Videns autem Theodericus rex filiam Theodeberti neptem ſuam, quod eſſet pulchra, voluit eam ſibi copulare ad coniugium. Cui Brunechildis ait. Quomodo accipere poteris filiam fratris tui? At ille ait. Nunquid non tu dixiſti mihi, quod non eſſet frater meus? Cur inimica Dei, & inuentrix malorum, & author mortis? cur induxiſti ſuper me hoc peccatum, vt fratrem & parentes interficerem? Et euaginato cultro voluit eam tranſuerberare, illa vero à circundantibus erepta euaſit. Poſt hæc odio nimio interfectrix potionem venenatam per manus miniſtrorum ei direxit. Qui neſciens hunc dolum veneni ebibit illud, ac deinde deficiens iniquum efflauit ſpiritum. Illo quoque mortuo paruulos filios eius præfata regina nequiter iugulauit, ſed & minorẽ filium eius in albis eliſo cerebro ad petram interfecit.

Rex Theodericus veneno interficitur. A.C. 618.

His regibus mortuis Burgundiones & Auſtraſij cum Francis pace facta, Clotharium filium Chilperici regem in totis tribus regnis in monarcham ſuper ſe ſtabilierunt. Rex igitur Clotharius commoto exercitu in Burgundiam veniens, finxit doloſe quaſi vellet Brunechildem ad coniugium copulare. Et data fide venire illa accelerat ornata cultu regali. Qui cum illam vidiſſet, ait. Inimica Dei, cur tanta mala perpetrare voluiſti, vt tam nobilem regum ſobolem maleficiis tuis interimere non formidares, tantúmque nefas agere non dubitaſti? Tunc adunato agmine Francorum & Burgundionum, cunctus populus clamabat voce magna, Brunechildem dignã eſſe morte turpiſsima. Tunc iubente Clothario rege in camelum leuata, & per totum exercitum deducta eſt, ac deinde equorum pedibus indomitorum alligata, diſsipatis membris obiit, ad poſtremum igni combuſta ſepulchro caruit. Rex vero pace per circumitum facta reuerſus eſt. Hæc Brunechildis cum filio Childeberto regnum gubernaus, vt ait Sigebertus, propter inſolentiam morũ adeo intolerabilis erat Francis, vt merito crederetur Sibyllam vaticinatam de ea fuiſſe. Veniet ait pruina de partibus Hiſpaniæ, ante cuius conſpectum gentes vel gentium reges peribunt. Ipſa vero calcibus equorum diſrupta peribit. [a] Quæ quamuis eſſet ita inſolens, Eccleſias Dei hono-

Deſiderius Viennenſis & Colũbanus martyres.

a Ea mulier (Brunechildis ſcilicet) præterquam quòd à D. Gregorio eius temporis æquali, pontifice

A. C. 611. *maxime laudibus effertur, ipſa, nepotéſque reges captiuos, ſua pecunia redemptos cultoſq́; domum remiſit, ædes ſacras permultas partim nouas condidit, partim vetuſtate labentes reſtituit, & tot poſt ſæculis non temere venit in mentem Boccatio poetici quidem ingenij auctori, ſed antiquitatis cognoſcendæ ſtudioſiſſimo, contendere eam externam mulierem temporibus perditiſſimis alienorum ſcelerum flagraſſe inuidia. Aemyl. lib. 1.*

A

rabat. Pluta eriam ſanctorum cœnobia fundauit, & ædificia mirandi operis conſtruxit, vt miraculo fuerit tanta ab ea fieri potuiſſe. Sed & De- B ſiderius Viennenſis epiſcopus conſilio Brunechildis huius à Theoderico rege lapidibus obrutus martyrizatur. Et ſanctus Columbanus abbas à Theoderico rege præfacto inſtinctu Brunechildis auiæ ſuæ expellitur de Francia.

S. Deſiderius colitur 23. Maij.

Heraclius 24. pop. Rom. imperator, imper. an. 30. men. 2. An. Ch 611. de quo Diaco. lib. 18. Zon. lib. 3. & Blon. lib. 9. dec. 1. & aly.

§. II.

DE Heraclio imperatore. Cum Phocas im- C perator, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. lib. 24. cap. 1. poſt Hugo. in ſuos crudeliter deſæuiret, ipſe quoq; Heraclij Aphricę patricij iuſſu peremptus eſt: qui poſt eius necem rempublicam ſibi vendicauit. Heraclius ergo Romano potitus imperio eſt. Hic inuenit rempublicam valde diſſolutam & attritam. Siquidem Europã Auares vaſtauerunt, & Perſæ Aſiam [exterminauerunt totam, & ciuitates deſolauerunt, & Romanum in bellis exercitum interemerunt.] Sumpſit autem imperium Heraclius anno domini 613. Ab initio autem mundi quater milleſimo 566. vt ait Sige- D bertus: ſecundum aliam computationem ab initio mundi quinquies milleſimo 810. Hic Heraclius ſecundum Ioan. de col. imperauit annis 30. corpore vtique decorus, armis ſtrenuus, lingua eruditus. Et quamuis rebus bellicis deditus, & mente feruciſſimus eſſet, tamen fide Catholicus pro certo tempore, & erga ſeruos Dei beneuolus & deuotus, ſed demum in hæreſim incidit, vt dicetur infrà.

Heraclij elogia.

Huius imperij anno primo virtus, & nomen ſancti Ioannis Baptiſtæ miraculis declaratur apud vrbem Galliç Mauriennam, de reliquiis eius E mirabiliter illuſtratam hoc modo. In ea mulier quædam ſancto Ioanni Baptiſtæ nimis deuota, expetebat à Deo ſibi donari aliquid de reliquiis Ioannis Baptiſtæ, & in hac orandi inſtantia per triennium perſeuerauit. Et cum alter quiuis in tanta expectatione deſperare poſſet, in huiuſmodi ipſa ſpem ponens in Deo, iurauit ſe non comeſturam, donec quod petebat acciperet, & ſic per ſeptem dies ieiunans, ſeptima tandem die deſuper altare Eccleſiæ, vbi erat ipſa, pollicem miri candoris apparere videns, læta donum Dei acce- F pit. Ad quem adorandum tres epiſcopi venientes, cum de hoc ſancto pignore partem elicere vellent, tres ſanguinis guttas ex eo ſtillare in linteo ſuppoſito ſtupuerunt, & ſinguli ſingulas ſe meruiſſe lætati ſunt.

VrbsMaurienna S. Ioannis reliquiis quomodo ditata. Vin. li. 23. cap. 1.

Anno Heraclij quinto Palæſtina à Perſis premitur, & ſancta ciuitas capitur, & in ea vſque ad nonaginta millia virorum perimuntur, Zacharias patriarcha captiuatur. Crux ſancta à Coſdroe rege Perſarum aſportatur, vt ait Sigebertus. Ipſe etiam, vt ait Hugo, cepit Damaſcum & deuaſtauit Hieroſolymam, & venerabilia loca, quæ erãt in ea conflagrauit, & populorum copias captiuauit vnà cum patriarcha ſuo Zacharia, & precioſum crucis Chriſti lignum, quod Helena ſancta Conſtantini mater ibi dimiſerat, aſportauit ſecũ in Perſida. Sepulchrum vero domini nunquam intrare, aut violare diuina virtute permiſſus eſt. At quem miſit Heraclius rogans magnis precibus, vt ab illo loco diſcederet, vſquequo tributa B definiret & acciperet pacta. Quod ille facere noluit, ſed inefficaces ad Heraclium legatos remiſit.

A. C. 612.

Anno itaque Heraclij ſexto occupauit Coſdroe totam Aegyptum, & Alexandriam, & Libyam atque Carthaginem. Quod vt audiuit Heraclius: aſſumpſit filium ſuum Conſtantinum, & regio diademate redimitum appellauit Auguſtũ. Collecto autem armigerorum exercitu anno imperij ſui duodecimo, menſe Aprilis, feria ſecunda Paſchæ aduerſus Coſdroen mouit bellum, ferẽs ſecum ſanctæ genitricis Dei Icona, quæ apud By- C zantium eſt non hominis manu, ſed ſicut fertur, diuino miraculo pictam. Et proficiſcens dimiſit in vrbe Conſtantinum filium ſuum cum Sergio venerabili patriarcha, & Bonoſo patricio ſagaci viro, & ſtrenuo. Et arripiens iter per Syriam venit vſque ad Gazntem ciuitatem Quod vt comperit Coſdroes, fuga vſus ante eum igne combuſſit omnia ſata, per quæ fugiebat. Heraclius autem deuaſtabat ciuitates & regiones, per quas ambulabat. Tunc ordinauit Coſdroes duos prætores, Sarabagam & Sarbaram, qui cum Heraclio decertarent.

Coſdroes Aegyptũ occupat, & Heraclius filiũ Conſtantinũ diademate ornat. A. C. 616.

D Quod audiens Heraclius militum alis aduerſus eos deſtinatis, ipſe cũ reliquo exercitu tranſmeauit Euphratem, & pertranſiuit Taurum montem, peruenitq́ue ad amnem Saron, & obtinuit pontem cum propugnaculis, quæ in ipſo erant. Peruenit etiam Sarbaras ad eundem pontem, & ante eum caſtrametatus eſt. Tunc excurrentes multi Romanorum per pontem, inordinate Perſis intulere conflictum, [multa in ipſis cæde cõmiſſa.] Quod videns Sarbaras procul à ſe inſidiis collocatis, oſtendit ſe Romanis quaſi fugiẽtem, ac ſic multos eorũ abſtraxit ad inſecutionẽ E ſui præter votum imperatoris. Et ſubito à fuga reuerſus, contra inſequentes impetum concitauit, & multos eorum penitus proſtrauit vindictam inobedientiæ ſuæ perpeſſos. Multitudo denique barbarorum per fluminis ripam diffuſa, Romanos ſuper pontem cum imperatore ſtantes acriter ſagittabant. Imperator autem cum paucis viriliter reſiſtebat, vnde & multas in hoc prælio plagas licet nullam periculoſam accepit. Tunc quidam vir Perſa giganteus imperatorem in medio pontis aggreditur. Imperator autem hunc F lancea transfixum in amnis fluẽta proiecit. Quo ruente territi barbari in fugam ſunt verſi.

Heraclius in Perſas mouet.

Poſt quos Coſdroes miſit aduerſus eum alium prætorem nomine Sarbin, quem per interceſſionem ſanctæ Mariæ ſuperauit. Grando quippe vehemens ſuper eius exercitum deſcendit, & multos ex eis extinxit. Acies autem Chriſtianorum ab illa tempeſtate tranquilla manebat. Poſt hæc Coſdroes aceruatis militibus prætorem ſuper illas

Interceſſione B. virginis Heraclius Sarbin ſuperat.

A.C. 629.

las Razatem contra Heraclium deſtinauit, quem & duriter contra Heraclium dimicantem Dei genitricis auxilio ſuperauit Heraclius, illum occidens & maximam partem exercitus. Circa idē tempus in Italia Longobardorum rex 15. fuit Adoloaldus filius Agilulfi. Et cum eo regnauit mater ſua Teudelinda annis 10.

Coſdrois inſolentia ex hiſtoria exaltationis S. Crucis, Vinc. cap. 12. lib. 23. conſentit Cedre. tom. 3. Zon.

§. III.

HIc Coſdroes in tantam prorumpere proteruiam auſus eſt, vt ab incolis vicinarum gentium, quos nefando ſuo ſubiugarat imperio, coli ſe iuberet vt Deum, & vocari regem regum & dominum dominantium. Fecit quoque ſibi turrim argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronum extruxit aureum. Ibíque ſolis quadrigam, & lunæ & ſtellarum imaginem collocauerat, ac per ſubtiles & occultos meatus aquam aſpergebat, vt quaſi Deus pluuiam deſuper videretur infundere. Cum autem Syriam & Palæſtinam ſubiugaſſet, & eccleſiis Christi ſubuerſis C etiam ligni crucis ſaluatoris partem, quam ibi ſancta Helena reliquerat, aſportaſſet, contra Heraclium pergens filius Coſdroe iuxta Danubium ſedit cum exercitu ſuo. Tandem adſpirante Dei clementia, placuit vtrique principi, vt ipſi ſinguli in medio fluminis ponte confligerent, & cui ſors victoriam ferret, ipſe ſine damno vtriuſque exercitus imperaret. Quid plura? Pulſatus dominus precibus Chriſtianorum, fideli ſuo Heraclio conceſsit de hoſte triumphum, tantáque mentis mutatio Coſdrois inuaſit exercitum, vt ſponte cum omni familia & prole Heraclio ſe ſubde- D rent, tam poteſtate quàm fide.

Heraclij contra filium Heraclij certamen ſingulare.

[a] Ipſe Chriſtianiſsimus princeps cum ſuo tantum exercitu regna, quæ Coſdroes inuaſerat circunquaque perluſtrans, ad ſedem ipſius peruenit, ſedentémque in throno aureo reperit. Qui cum tremefactus, Heraclium ſalutaret, ille reſpondit. Pro eo quod lignum ſanctę Crucis, quamuis indignus honorifice tractaſti, ſi credere volueris domino Ieſu Chriſto, & illius te ſeruum eſſe cōfeſſus fueris, regnum tibi Perſarum tantum cum patrimonio tuo & vita acceptis à te pacis obſidibus dabo, quod ſi nolueris, mox gladio meo interibis. Cum autem ille nequaquam acquieſceret, extracto gladio caput eius amputauit. Suſcepit igitur lignum Crucis ſanctæ, & omnes populi gaudentes cum hymnis, & cereis, & canticis alij obuiam pergunt, alij ſubſequuntur.

Coſdroes ab Heraclio necatur.

Cumque imperator de monte Olíueti deſcendens per portam, qua dominus intrauerat, quando ad paſsionem venerat, cum equo regio & E ornamentis imperialibus intrare vellet, repente lapides portæ deſcendentes, clauſerunt ſeinuicem & factus eſt paries vnus. Et cum mirarentur attoniti, & nimio mœrore conſtricti, reſpicientes in altum viderunt ſignum crucis in cœlo flammeo fulgore ſplendeſcere. Angelus quoque domini accipiēs illud manibus ſtetit ſupra portam, & ait. Quando rex cœlorum paſsionis ſacramēta completurus venit, & per hunc aditum introiuit, non ſe purpuratum, nec diademate renitentem F exhibuit, vel equi potentis vehiculum requiſiuit: ſed humilis aſelli terga inſidens cultoribus ſuis humilitatis exemplum reliquit. His dictis angelus confeſtim in cœlum rediit.

Tunc imperator gaudens viſitatu angelico, depoſitis imperij inſignibus, diſcalceatus protinus, zona linea præcinctus, crucem domini manu ſuſcipiens, perfuſus faciem lachrymis, oculos ad cœlum erigens, properabat ad montem. Illo

Crucis dominicæ lignū Hieroſolymā refertur.

De exaltatione S. Crucis.

a Hanc hiſtoriam ex Paulo Diacono aliter Blondus refert, quem Rom. Breuiarium Tridentini Cōcilij decreto reformatum ſequitur. Ait ergo Coſdroes poſt Razaten ſuperatum atque interfectum, (de quo in præcedente §.) armis Perſicis diffiſus, vltra Tigridem ſe recipere conſtituit, prius tamen quàm proficiſceretur Medarſem filium Syroe, quē natu maiorem, probumq; adoleſcentē cum haberet, præterito, regni conſortem appellauit. Tulit verò ægerrime Syroes, adeoq; eſt in patrem animo exaſperatus, vt ad Heraclium miſerit, qui regnū Perſidis ſibi paciſcerentur, ſi Coſdroe & Medarſe captis, omnem regiam ſupellectilem Romanis permitteret diripiendam & Conſtantinopolim aſportandam. Heraclius verò poſtulata concedens, id ſolum egit in fœdere, vt Syroes captiuos de Romano exercitu prouinciiſq; liberaret, exinde pontem Tigridis cum præſidiis, quæ ab vtraque illius parte erant ſibi permitteret Romano milite cuſtodiendum. Ea cum ex formula eſſet impleta Coſdroes perfidia nati intellecta, fugere nitebatur, ſed de fuga à Syroe filio retractus, & cum Medarſe filio, vxoribuſq; in vincula & carcerem eſt coniectus, & paulo poſt necatus eſt. Tantis verò rebus ſexto expeditionis illius anno, qui erat imperij duodecimus fœliciſsime geſtis, Heraclius Dominicam crucem anno quartodecimo poſtquam in manibus barbari fuerat, reduxit. Acceſsit itaque Hieroſoly- A.C. 632. *A mam, & Zacharia patriarcha, ciuibuſq; Hieroſolymitanis in patriam, à qua profugi exuleſq; fuerant reductis, pompam inſtituit ſolēniſsimam, qua deducente Crucem Domini ipſe ſic manibus vlniſq; geſtauit. ſicut illam Ieſus Chriſtus primo, & poſt illam Ioſeph ab Arimathia baiulauerant. Procedebat verò pompa eodem vico, per quā à Caipha prætorio Ieſus à Phariſæis ſatellitibuſq; fuerat attractus. Ventum eſt ad portam, quæ in locum Caluariæ foras ducit, & exiuerat turba, quæ Heraclium præcedebat. Ipſe autem ad iter cœptum anhelans, viribuſq; ſubnixus ante portam ſubſti- B tit, quantoq; magis in exitum conabatur, eo immobilior permanebat. Tunc patriarcha, qui lateri hærebat, ad illum conuerſus. Quin tu (inquit) inuictiſsime imperator vide, ne dum Ieſum Dominum crucem ſibi baiulantem in cæteris æmularis, non ſatis recte facias, qui purpura iaſpidibuſq;, quibus ille paupertatis magiſter caruit, cumularis. Ad quam vocem humilians ſe imperator, & veſtem mutauit in plebeiam, & iter nudis pedibus eſt ingreſſus. Tuncq; clauſa illi videbatur porta patuit, & ipſe greſſu expeditiore Crucem Domini in Caluariam detulit. Hinc tractum eſt, ſeruatq; re- C ligioſiſsime populus Chriſtianus, vt in ea paſsionis Chriſti commemoratione, quam ſingulis annis facimus, adoraturi Crucem omni depoſito auri gemmarumq; ornatu, illam diſcalceatis pedibus adeamus. hæc ille. Conſentit eidem Zon. tom. 3.*

A.C. 632.

quoque humiliter propinquante, duritia lapidũ A cœleſte ſenſit imperium, ſtatimque porta ſe ſubrigens liberum intrantibus patefecit ingreſſum. Odor quoque ſuauiſsimus, qui volitante diuinitus aura, de Perſarum prouincia per longa terrarum ſpacia Hieroſolymis fuerat illapſus, eodem momento, quo de fano Coſdroe ſancta Crux fuerat Heraclio baiulante egreſſa, tunc rediit, & per pectora ſe gratanter infudit. Igitur populo Dei laudante potentiam, glorioſus quoque Auguſtus erũpens in laudes ait. O crux ſplẽdidior aſtris &c. Hæc cum dixiſſet, pretioſum lignũ illud in loco ſuo reſtituit. Eo tempore terræmotus magnus fa- B ctus eſt de menſe Auguſti, & ſecuta eſt clades in populo, percuſsio ſcilicet ſcabierum, ita vt nullus poſſet agnoſcere mortuum ſuum.

Teirremotus & morbus. Bibliot. in vita Deuſdedit.

Saraceni quomodo ab imperatore Romano defecerunt, ex Sigeb. Vinc. lib. 23. cap. 48. hoc etiam Diaconus refert, ſed paulò aliter. Blō. item lib. 9. dec. 1.

§. IIII.

ANno Heraclij imperatoris 21. inter Romanos & Saracenos bellum exortum eſt hac de cauſa. Nam cum quidam ſpado Heraclij im- C peratoris more ſolito rogas militibus diſtribueret, & inter alios etiam Saraceni imperatoris ſtipendiis militantes ad accipiendas rogas venirẽt, & ſpado illos Saracenos importune petentes aſpiceret, indignans dixit. Vix ſufficit imperator militibus dare rogas, quantomagis canibus iſtis? Quod illi audientes pudore & dolore commoti, à curia recedentes ad ſuos redierunt, vbi totam Saracenorum gentem contra Romanum imperium commouerunt. Qui omnem multitudinem congregantes Romanorum regiones depopulari cœperunt. Quibus occurrentes Heraclij duces D bello victos fugarunt.

Heraclius labitur in hæreſim monothelitarum. Diaco & Vinc. ibi. cap. 39.

Heraclius autem imperator, poſt tot & tãtas victorias, & immenſos triumphos, quos diuina gratia obtinuerat ei fauente, à Cyro Alexandrino epiſcopo ſeductus, à Catholica fide aberrauit, ſecundum Vincen. ſpec. hiſt. & Ioan. de col. & Martinum in Chron. Lapſúſque eſt in hæreſim Munotbelitarum, qui tantum vnam naturam in Chriſto pertinaciter aſſeuerant. Inſuper cum eſſet literis ſufficientiſsime inſtructus, aſtrologus efficitur, atque diuinationibus, & aſtrorum ſignis cœpit vacare, & agnoſcens ſyderum ſignis E Romanorum imperium à populo circumciſo eſſe vaſtandum, exiſtimans hos proculdubio Iudæos fore, vbique per totum imperium mandauit Iudæos, qui nollent conuerti, debere interfici. Inſuper per nuncios regem Francorum Dagobertum rogauit, vt omnes in ſuo regno Iudæos fieri Chriſtianos iuberet, nolentes autem morte damnaret. Quibus Dagobertus obediuit. Quare multi eo tempore ex Iudæis conuerſi ſunt ad fidem, & multi occiſi, qui ſcilicet noluerunt conuerti. Sed Heraclius in ſua aſtrologia deceptus F eſt ſecundum Ioan. de col. & Marti. in chron. quia non ad Iudæos, ſed ad Arabes & Saracenos, qui ex mandato illius abominabilis prophetæ Machometi circumciſionem accipiunt, ſe extendit, ſicut ſtatim rei probauit euentus.

Heraclius ab aſtrologia iudiciaria deceptus.

Nam, vt docent veterum hiſtoriæ, & idipſum habent Orientalium traditiones, Haumar filius Catab à prædicto ſeductore Machometo tertius erroris & regni ſucceſſor, cum infinitis Arabum copiis Syriam ingreſſus, primo egregiam Philiſtinorum vrbem Gazam obſeſſam violenter occupauit. Poſtmodum Damaſcenorum fines cum ſuis legionibus, & infinita multitudine, quam ſecum trahebat ingreſſus, Damaſcum ciuitatem populoſiſsimam violenter effractam expugnauit. Hæc cùm Heraclio imperatori, qui tunc in Syria erat nunciata fuiſſent, ſcilicet quod Arabes in tantam elati ſuperbiam de ſua multitudine præſumentes Romanorum fines inuaderent, & prouincias ſibi vendicare non vererentur, & videns quod vires ei non ſuppeterent ad occurrendum tantæ multitudini, maluit ſoſpes redire, quã viribus imparibus bellorum dubiis caſibus ſe committere. Sic ergo eo diſcedente, qui afflictis ſubditis tenebatur patrocinium præſtare, Arabũ inualuit violentia, ita vt ſubito, & intra modicũ tempus à Laodicea Syriæ vſque in Aegyptum vniuerſas occupauerunt prouincias.

A.C. 632.

Damaſcus ab Haumare capta.

Quomodo Haumar Hieroſolymã cepetit. cap. 2.

Cooperabatur ſane ad eorum propoſitum, quod paucis ante annis Coſdroes rex Perſarum, de quo ſuprà, eandem Syriam violenter ingreſſus, vrbes diripuerat, & ſuccenderat ſuburbana. C Ingreſsi igitur Arabes terram, & habitatoribus inuenientes vacuam, maiorem ſibi inuenerunt capiendi opportunitatem. Sic ergo vrbem Deo amabilem Hieroſolymam paribus calamitatibus inuolutam comprehendentes, populo qui illic erat modico, ſibi facto tributario, vt extremis cõditionibus deſeruirẽt, pepercerunt, permittentes eis ſuum habere pontificem, & religionem libere ſeruare Chriſtianam. Dum autem in eadem ciuitate princeps ſupra nominatus Haumar moram faceret, cœpit diligenter à ciuibus percunctari, & maxime à viro venerabili Sophronio, qui Mo- D deſto ſucceſſerat, vbinam eſſet locus, in quo templum domini à Tito Romano principe cum vrbe dirutum fuerat. Quem oſtenderunt per aliqua ſigna vetuſti operis adhuc extantia. Vbi ſumptibus, qui ad hoc ſufficere poſſent, deſignatis ad impenſam & conuocatis artificibus templum reædificari cœpit. Quo intra modicum tempus feliciter conſummato, quale hodie Hieroſolymis eſſe dignoſcitur, multis poſſeſsionibus dotauit. Sicque ciuitas Deo amabilis, & ſanctarum ſanctiſsima, peccatis hominum exigentibus, infidelium ſubiecta hoſtium ditioni, iugum indebitæ E ſeruitutis continuis laboribns paſſa eſt conditionibus alternis per annos quadringentos nonaginta, vſquequo per occidentales populos liberata eſt, ſed poſtea ab infidelibus iterum capta & nũc poſſeſſa.

Quando tempore Hieroſolyma ſub iugo impiorum fuerit. c. 3.

Adhuc imperante Heraclio quidam Mauricius chartularius, ad cuius ſuggeſtionem Iſaacius patricius abſtulerat theſauros Eccleſiæ, partem mittens ad imperatorem, & partem ſibi retinens multis ſibi adhærentibus. Hic inquã Mauricius conſpirauit contra Iſaacium, volens ſibi regnum F Italiæ acquirere. Quod cum audiſſet Iſaacius, cũ multo exercitu Donum magiſtrum militum miſit Romam, ad cuius primum aduentum omnes, qui Mauricium ſequebantur, eo relicto, Dono magiſtro militum adhæſerunt. Timẽs igitur Mauricius fugit ad eccleſiam beatæ Mariæ ad præſepe, ex qua violenter extractus, & catenis ligatus mittebatur Rauennam ad Iſaacium, qui ibi erat. Sed antequam perueniret Rauennam duodeci-

mo

A. C. 631.

mo miliario longe ab ea, iuſſu Iſaacij decollatus eſt Mauricius, qui theſauros Eccleſię auferri ſuggeſſerat. Sed & Iſaacius, qui hoc executus fuerat, non multo poſt diuino iudicio percuſſus interiit, vt diſcant hoc exemplo cuncti, res Eccleſiæ auferentes male fortunati.

De reg. Longobardorum ex Dio. li. 4. cap. 15.

Adaloaldo rege Longobardorum à regno eiecto, regnum eorum accepit Arioaldus rex eorum 16. & regnauit annis 12. Et Siroes rex Perſarum creatus eſt, qui filius primogenitus Coſdrois fuit. Et hic, ex eo quod pater Coſdroes coronauerat in regem alium filium ſuum minorem, indignatus adhæſit Heraclio imperatori ad pugnandum B contra patrem. Longobardorum 17. rex fuit Rotharius annis 16. qui Ariano dogmati inhæſit, vnde rex iſte Rotharius volebat eſſe in ciuitatibus ſuis duos epiſcopos, vnum Arianum, & vnum catholicum. Hic legum ſuarum codices ſcribi fecit, quos edictum appellauit. A quo tempore Longobardi ſine lege ſcripta fuerant, ſed ab iſto cœperunt in ſcriptis redigi, vnde & allegatur quandoque lex Lombarda. Et poſt hunc regnauit ſuper Longobardos Rodoaldus filius Rotharij annis 5. qui fuit in ordine regum eorum 17. Poſt quem regnauit 11. Arithpertus annis 9. C

Leges Longobardicæ à quo editæ.

Conſtantinus 25. pop. Rom. imperator, imperauit men. 4 di. aliquot. An. Ch. 641. Paul. Diaco. Biblioth. Zon. & aly. poſt quem Heraclonas cum matre 26. pop. Rom. imperator imper. men. 2.

§. V.

ANno autem 30. imperij ſui Heraclius de hoc ſæculo euocatur, ſepultus apud Conſtantinopolim. Qui & reliquit duos filios, ſcilicet Cõſtantinum iam grandæuum ex prima vxore ſua D procreatum, & Heraclonam ſecundum ex ſecũda vxore nomine Martina ſuſceptum. Succeſsit ergo Heraclio in imperio maior natu Conſtantinus filius eius. Sed quarto menſe poſtquam cœperat imperare, dolo Martinæ nouercæ ſuæ ac Pyrrhi patriarchæ veneno ſibi dato extinguitur. Quo mortuo Martina cum Heraclona filio ſuo inuadit imperium. Sed Conſtans Conſtantini filius fauore nobilium ſumpſit imperium, & captis Martina nouerca ſua, quæ patrem toxicari fecerat, ac filio eius Heraclona, Martina quidem abſciſſa ſibi lingua, Heraclonę vero naſo amputato, vtroſque in exilium miſit. E

Conſtans ... pop. Rom. imperator ... an. ... d. aliquot: de quo Biblioth. ... Marti... Diaco. li. 19. Zon. & alij.

Cœpit ergo regnare Conſtans anno dominĩ 644. & imperauit annis 26. Hic ad ſuggeſtionem Pauli Conſtantinopolitani patriarchæ incidit in hæreſim, quã auus ſuus Heraclius fuerat infectus. Inſuper & ad ſuggeſtionem ipſius Pauli hæreſiarchæ omnes catholicos, & præcipue domini ſacerdotes, qui ei in illa perfidia non conſentiebant, aut carceri mancipauit, aut exilio relegauit, aut etiam verberibus vſque ad mortem occidit. F Quod cernens Martinus papa, qui tunc Romanã regebat Eccleſiam, ſine vllo timore congregato concilio Romæ centum & quinquaginta epiſcoporum, de conſenſu omnium condemnauit, vt hæreticos, Paulum patriarcham Conſtantinopolitanum, & Cyrum Alexandrinum epiſcopum, & Pyrrhum, vt ſupra dictum eſt. Qui imperator Conſtans hæreticus demum Martinum papam in exilium Cherſonam miſit, vbi & vitam finiuit beatus.

Martini papæ exilium.

A. C. 642.

A Conſtante igitur imperante, qui & Conſtantinus dictus eſt, nepos Heraclij anno eius imperij 10. Vuinocus filius regis Britonum claruit. Huic cùm mortuo patre regnum paternum iure hæreditario deberetur, ipſe hoc recipere noluit. Sed cum à populo vt reciperet vrgeretur, ſeptem dierum inducias petiit ad deliberandum, & accepit. Intra quod tempus diuino ſpiritu ſuccenſus, accepto baculo ſub peregrino habitu relictis omnibus clam fugit, atque quibuſdam peregrinis, qui ſe Romam pergere aſſerebant, aſſociauit. B Quos aliquot diebus ſecutus in pagum, qui Pontinus dicitur, applicuit. In quo loco a duce Haymone hoſpitio receptus eſt. Qui videns iuuenem Vuinocum elegantem ac moribus exornatum, illi filium ſuum, quem vnicum habebat inſtruendum tribuit, vbi manens & ſemper de bono in melius proficiens presbyter ordinatus eſt. Cũque in capella prædicti ducis ſacerdotali officio annis ſeptem functus eſſet, laudabiliter ſuperno amore compunctus Haymonem ſuppliciter petiit, vt data ſibi licentia ſecretius habitaret. Quo annuente ad locum venit, qui Brachi dicebatur, in quo ędificata cellula aliquamdiu ibi manens cœpit coruſcare miraculis. C Tandem poſt longum Dei famulatum in pace quieuit.

De S. Vuinoco de quo Sur. tom. 6.

Colitur 6. Nouēb.

Anno Conſtantis 11. ignis de cœlo cecidit, & timor magnus ſuper homines irruit, peſtilentiaque grauiſsima tribus menſibus æſtiuis graſſata eſt. Et à multis viſi ſunt angeli bonus & malus circumire ciuitatem. Et quoties iuſſu boni angeli malus angelus venabulo, quod manu ferre videbatur, oſtium cuiuſquam domus percuſsiſſet, tot ex eadem domo ſequenti die interibant.

S. Vedaſti tráſlatio. hoc habet Alcuinus in vita S. Vedaſti tom. 1. Sur.

Per idem tempus cum corpus beati Vedaſti D ad Attrebates transferretur ab Huberto epiſcopo eiuſdem ciuitatis præſentibus Lamberto Lungrenſi, & Audomaro Taruanenſi, aliiſque epiſcopis & abbatibus, Audomarus, qui ſenio cœcus erat, dum precibus ſanctorum epiſcoporum & meritis ſancti Vedaſti illuminatus eſſet, ægre ferens ſe à cœcitate liberatum, quam pro ſalute ſua à Deo miſſam eſſe gaudebat, ruſus ad preces ſuas lumen amiſit.

E *Clodouæus, aliàs Ludouicus 2. Francorum rex 22. Onuph. creatus an. 646. & obiit an. 666. poſt quem Clotharius 3. rex Francorum 23. ex Sigeberto. Vinc. lib. 23. cap. 115.*

§. VI.

ANno Conſtantis 18. Clodouæus rex Francorum obiit, cui Clotharius eius filius in regno ſucceſsit, anniſque 4. regnat in Francia. Huius maior domus Ebroinus fuit. Abhinc Francorum regibus à ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, regni potentia diſponebatur per F maiores domus, regibus ſolo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem ſecũdum genus, [& nil agere vel diſponere quàm irrationabiliter edere & bibere] & domi morari, vbi deliciis vacabant corporalibus. Sed in Calendis Maij foris ad ſalutandum populum procedebant, quo die obſequia & dona accipere & rependere ſolebant, & ſic ſecum vſque ad alium Maium permanere.

Prædicti autem Clotharij Francorum regis mater

A.C.669. De regina Bathilde in MS. codicibus auctore incerto, ſed illius tempore æquali in rubra valle hæc autem habet Vinc. ibid.

mater fuit Bathildis regina. Hęc de tranſmarinis partibus deprædata, redempta eſt à venerabili viro Herchanoaldo, qui tunc maior domus palatium gubernabat. Erat autem hæc mulier decora aſpectu, vultu hilaris, grauis inceſſu, pudica, ſobria, prudens, humilis & gratioſa, adeóque placuit dicto principi, qui ipſam redemerat, & omnibus de familia eius, vt mortua vxore ſua eam voluerit ducere in vxorem. Quæ cum vocaretur ad cubiculum principis, ſe abſcondit in angulo domus. Ea igitur non inuenta, princeps aliam duxit vxorem. Poſtea vero Deo volente facta eſt vxor Clodouęi regis filij Dagoberti, & merito, erat enim & ipſa de ſanguine regio. Hæc regina venerabilis primo peſtem ſimoniacam à Francia extirpauit, & impias exactiones ceſſare fecit, quæ adeo grauabant populum, vt multi potius mori, quàm viuere optarent. Hæc religioſa fœmina multa monaſteria in Francia conſtruxit. Faciebat prætetea multa bona eccleſiis, ſed & pauperibus neceſſaria miniſtrabat per manus Geneſij abbatis viri ſanctiſsimi, quem ſibi mulier prudentiſsima in hoc opus aſſumpſerat. Hic poſtea factus eſt epiſcopus Lugduni. Et ipſa (mortuo viro) deſideratum meruit implere propoſitum. Nam ſtatim illo ſepulto ad monaſteriũ Hala, quod ipſa conſtruxerat in pago Pariſienſi, ſe tranſtulit, ibíque habitum ſanctæ religionis aſſumpſit, vbi degens in officio coquinæ ſicut aliæ ſorores miniſtrabat humiliter. Ibique plena bonis operibus quieuit in pace.

Colitur 26. Ianua.

Conſtans imperator in Italiam tráſiit. Biblio. in Vitaliano & Diaco. li. 5. de geſt. Longob. ca. 4.

Interea Conſtans imperator, qui & Conſtantinus dictus eſt, audiens Italiam à Longobardis poſsideri, volens iterum ſuo iungere imperio, magnis adunatis copiis egreſſus ab vrbe regia venit Athenas, inde mare tranſiens fines Beneuentanorum inuaſit. Cui Grimoaldus dux, qui in ciuitate illa principabatur, occurrens, bello exercitum imperatoris victum in fugam egit. Itaque cernens Auguſtus, quod nihil contra Longobardos proficere poſſet, Romam diuertit. Cui ſexto ab vrbe miliario Vitalianus papa qui Eugenio ſucceſſerat (vt ſuprà dictum eſt) occurrit, eúmque ad beati Petri limina perduxit. Et cum in vrbe iam per duodecim dies reſediſſet, magna tractus cupiditate, varia ornamentorum genera ex ære & marmore, quibus ciuitas Romana decorabatur, in Tiberim vexit, vt illa Conſtantinopolim transferri faceret. Inter quæ baſilicam beatæ Mariæ, quæ Pantheon prius dicebatur, æreis & deauratis tegulis coopertam diſcooperuit. A Roma exinde digreſſus pergens in Siciliam, ibi à ſuis in balneo occiſus eſt. Ecce fructus expoliationis & prædationis Eccleſiarum. Eo autem mortuo milites aſſumentes Merentium quẽdam, qui & Mazeſes dicitur, ex ducibus ſibi imperatorem crearunt. Qui poſtquam ab omnibus exercitibus, qui erant in Sicilia ſalutatus eſt imperator, & in verba ſua iurauerunt, imperialia ſigna ſuſcepit.

Conſtátis imperatoris ſacrilegium & mors.

Conſtantinus 5. pop. Rom. imper. 28. impe. an. 16. m. 6. A.C. 669. de quo Biblioth. in Agath. Diaco. lib. 19. Zon. & alij.

§. VII.

Occiſo igitur Conſtante, qui & Conſtantinus etiam eſt nuncupatus, filius eius 23. in oriente imperator, qui & Conſtantinus dictus eſt, apud Conſtantinopolim ſuſcepit imperium. Cœpit autem imperare annno domini 670. & imperauit annis 17. Hinc in Siciliam nauigauit, ibique veniens habito conflictu cum Meretio, ipſum vicit atque occidit. Quo mortuo omnes, qui in mortem patris coniurauerant, interfecit. Et hoc facto, ſtatim ad confirmandum imperium Conſtantinopolim rediit. Eo autem recedente à Sicilia, Saraceni iterum ad inſulam illius nauigantes ciuitatem Syracuſanam diu obſidione vallatam cœperunt, omnibúſque habitatoribus aut gladio occiſis, aut captiuis, quicquid erat in ciuitate diuitiarum aſportantes, ſecum ad naues detulerunt. Erant enim adhuc ibi omnia illa pretioſa, quæ Conſtans ab vrbe Roma abſtulerat, quæ omnia Saraceni Alexandriam detulerunt.

A.C. 669.

Saraceni Siciliá depopulárut, Diac. lib. 5. de geſt. Lág. cap. 4.

Conſtantinus autem imperator, poſtquam omnia ſecundum ſuam voluntatem Conſtantinopoli diſpoſuiſſet, ſapienti vſus conſilio primo cum gente Arabum, qui iam totam Syriam occupauerant, pacem fecit, deinde cum gente Bulgarorum pacem & concordiam firmauit. Cumque iam omnia in toto imperio pacificaſſet, vtpote vir fide catholicus atque modeſtus, omnes qui à patre Conſtante vel proauo Heraclio, ob fidem catholicam depoſiti fuerant, reuocauit, atque in priſtino ſtatu reſtituit. Exinde omnes Eccleſias, quæ temporibus retroactis dirutæ fuerant, reſtaurauit. Idem Conſtantinus imperator creato Agathone papa, de quo ſupra, ſtatim imperiales literas ad papam deſtinauit, vt ſuos nuncios Cõſtantinopolim mitteret. Quo facto, ipſe imperator Deo amabilis ex toto oriente epiſcopos catholicos Conſtantinopolim conuocauit ad concilium contra Monothelitas, ſatagens eorum hæreticas opiniones ſubuertere. Et hæc fuit ſancta ſexta ſynodus vniuerſalis 289. epiſcoporum, de qua dicitur diſt. 16. ſexta ſynodus.

Sexta ſynodus vniuerſalis, cótra Monothelitas habita ſub A.C. 681.

Hæc ſynodus declarauit & oſtendit ex ſacris literis duas in Chriſto eſſe naturas, ſcilicet diuinam & humanam, condemnans hæreticos illos, qui aſſerebant tantum in Chriſto vnam naturá, voluntatem, & operationem. Papa autem Agatho, quia ſenio grauatus illuc ire non poterat, miſit ex latere ſuo legatos concilium approbás, ſcilicet Ioannem Portuenſem, & Ioannem Regĩanum, & Abundantium Paternenſem epiſcopos, Theodorum & Georgium presbyteros, Ioánem diaconum, & Conſtantinum ſubdiaconum. Et cum ipſis religioſos Dei ſeruos monachos in omni ſtudio & ſcientia eruditos. Qui nauigio venientes ad vrbem regiam, cum maximo honore ſuſcepti ſunt à religioſo principe. Igitur conuenientes ex mandato principis in eccleſia beati Petri Auguſto præſente, & reſidente cum legatis Apoſtolicæ ſedis vnà cum Georgio (aliàs Gregorio) Conſtantinopolitano epiſcopo, & Macario Antiocheno epiſcopo, qui vnam tantum operationem in Chriſto dogmatizabant, cum cæteris epiſcopis, qui ad concilium venerant, vnà cum ſacerdotibus Conſtantinopolitanæ vrbis & omni clero, necnon & monachis. Primo imperator adhortatus eſt eos, vt ſine tumultu & clamore vitantes philoſophicas aſſertiones, ac pura ſanctorum patrum ſcripta ſequentes, fidei veritatem declararent. Poſt multas autem vtriuſque partis altercationes, ventum eſt ad ſanctorum

Imperator quomodo ſe in concilio gerere debeát epiſcopos hortatur.

patrum

A. C. 582.

Monothelitarū hæreſis ſcriptis patrū cōfutatur.

patrū codices. Et vt veritatis lumen appareret, introducti ſunt ſanctorum ac venerabilium doctorum Codices, ſcilicet Ioannis Chryſoſtomi, Cyrilli, Athanaſij, Baſilij, Gregorij, Dionyſij, Hilarij, Ambroſij, Auguſtini & Leonis Papæ, qui duas naturas, & voluntates, & operationes in Chriſto eſſe aſſerunt. Poſtea ſynodica epiſtola papæ Agathonis recitata eſt, quæ patrum horum dicta habebat inſerta. In qua ſynodica epiſtola, & epiſcopi occidentalium regionum ſe ſubſcripſerant centum & viginti. Interrogatus igitur Macarius patriarcha Antiochenus, an eam fidē, B quam docet apoſtolica Romana ſedes amplectetur, iuxta ſcripta papæ Agathonis & ſanctorū venerabilium patrum, reſpondit ſe ſcripto velle reſpondere, quæ ſibi videbantur. Tunc Georgius patriarcha Conſtantinopolitanus die illa profeſſus eſt duas in Chriſto naturas, voluntates, & operationes ſe credere, & prædicare ſicut Apoſtolica ſedes Romana tenet, & prædicat. Deinde concilium anathematizauit eos, qui vnam naturam, voluntatem & operationem in Chriſto eſſe dicebant. Et commonuit Macarium cū adhærentibus ſuis, vt quid ſentiret exprimeret. C Qui reſpondit ſe in ea fide ſeu potius perfidia, quam propoſuerat, perdurare, & nullatenus orthodoxę fidei velle acquieſcere. Quo audito de mandato principis cum authoritate ſacri concilij depoſitus eſt Macarius hæreticus de throno ſuo, atque vt hæreticus & excommunicatus extra ſynodum cum paucis ſibi adhærentibus eſt eiectus. Quo expulſo, ſtatim in medio concilij tela aranearum nigerrima in medium populi cecidit, adeo vt omnes mirarentur, & dicerēt, quod ſordes hæreſum expulſæ ſunt, & ita Deo auxiliante duæ Eccleſiæ in vera fidei aſſertione vnitæ ſunt Græcorum & D Latinorum ſub hoc piiſsimo principe. Macarius autem iuſſu principis cum fauentibus ei in exilium Romam directi ſunt. Soluto igitur concilio tantam gratiam omnipotens Deus dedit legatis Apoſtolicæ ſedis in conſpectu Græcorum populorum, quod in regia vrbe Ioannes cardinalis Portuenſis epiſcopus in die ſancto paſchæ miſſam in Eccleſia ſanctæ Sophiæ coram principe & patriarchis & toto populo latine cantaret, & vnanimiter laudes piiſsimi principis latinis vocibus acclamarent.

Telę aranearū ex pulſa à concilio [illegible] ciis decidunt.

Sub iſto Agathone papa luna ecclipſim paſſa E eſt menſe Iunij, die 18. Quam ecclipſim ſecuta eſt in vrbe Roma mortalitas grauiſsima, qualis nulla maior Romæ memoratur, adeo vt patres cum filiis & ſororibus ſimul efferrentur. Hæc enim primo intra ipſam vrbem graſſata eſt, poſtea per ſuburbana, & caſtra ſe diffundens magnum populum abſumpſit. Sub qua etiam & ipſe pius paſtor defunctus eſt.

De regib. Lōgobardorum.

Tempore huius Conſtantini Longobardorum rex 20. fuit Gundibertus, qui regnauit anno vno, F menſibus tribus. Hic cum fratre ſuo Bettario, qui Medſolanum tenebat, contendens, Grimoaldum Beneuentanorum ducem cum exercitu ſuo acciuit, à quo paulopoſt interfectus eſt, & Bertarius in Pannoniam fugit. Grimoaldus vero regnum occupauit Longobardorum 21. regnans annis 9. Qui Beneuenti moritur ob venenum. Poſt quem regnauit 22. Garintheldus filius eius menſibus tribus. Poſt regnauit 23. Pertharitus ſolus annis 10.

A. C. 582.

Callinic° ignem ardenē excogitat. Vinc. ex Sigeb. lib. 23. ca. 123. Zonar. & Geo & Diac. lib. 19.

A Imperante Conſtantino præfato, Callinicus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos cōfugit. Hic Callinicus, vt fertur, ignem marinum inuenit, quo vſi Romani exercitus qui cum Saracenis tunc bellum gerebant, Saracenorum naues combuſſerunt, & ita multis occiſis, captis, atque ſubmerſis victoria potiti ſunt, nihilominus prudens princeps cum eis in triginta annos pacem firmauit, eo pacto, vt Saraceni imperatori tria millia librarum auri annuatim ſoluant. Inſuper quinquaginta captiuos nobiles redderent, & e- B quos nobiles quinquaginta ſingulis annis in tributum darent. Neceſsitas autem componendi pacem cum illis poſt tantam victoriam hæc fuit. Nam gens Bolgarorum eo tempore à Scythia egreſſa, duce Bathaia Thraciam depopulabatur. Quibus improuiſe Conſtantini exercitus occurrens, turpiter victus atque fugatus eſt. Poſt quam victoriam adeo eorum inualuit incurſus, vt imperator coactus ſit illis pace firmata annua pacta perſoluere. Ex illo tempore cœpit regnum Bulgarorum, quorum primus fuit Bethaias. Huic vt ſcribit Vincen. vbi ſuprà annotantur 20. anni. C Poſt hunc regnauit Berbellis, cui adſcribuntur anni 26. Tardamus 29. Chunuus ann. 13. In quo finitur huius regni narratio. Hi fuerunt primo infideles, ſed in proceſſu temporis conuerſi ſunt ad fidem. Et Conſtantinus præfatus mortuos eſt, cui ſucceſsit Iuſtinianus 23. in oriente imperator.

Reges Bulgarorum qui. Vinc. ibi.

Iuſtinianus 2 9. Roma. imperator imper. an. 10. men. 5. dies aliquot. Anno Chr. 686. de quo Diaco. Bib lioth. Zon. & alij.

§. VIII.

D Efuncto itaque Conſtantino orthodoxo Auguſto, filius eius Iuſtinianus ſecundus imperium ſumpſit, anno domini 686. Mundi vero quater milleſimo 649. Sed ſecundum aliam computationem quinquies milleſimo octingenteſimoquinto, & imperauit iſte annis 10. Erat autem ætatis annorum ſeptemdecim cum imperare cœpiſſet. Et iuuenili impotentia audax, pacē, quam pater eius Conſtantinus fecerat cum Abimelech Arabum principe, in detrimentum & dānum reipublicæ ſoluit. Inſuper & pacem cū Bul- E garis turbans, omnia quæ à patre ſuo viro vtique ſtrenuo ordinata fuerant ad pacē, diſſoluit. Quare non modicum ſuum conturbauit imperium. Nam barbaræ nationes cœperunt vndique Romanas infeſtare prouincias, contra quas imperator congregatis copiis viriliter ſatis occurrebat omnibus, & illatas iniurias atrociter vindicabat. Primo igitur gentem Sclauorum magis ſibi vicinā, quæ eius imperio ſe rebellauerat, multis præliis victam domuit. Sed cum inde cum victoria reuerteretur, Bulgari in itinere illi inſidias ten- F dunt, atque in loco ad hoc idoneo exercitum eius ſubito vndique aggredientes cōcludunt. Cūque arcubus & ſpiculis vndique illos ex alto appeterent, nec imperatoris exercitus ad illos valeret accedere, multi interficiebantur. Ipſe autem conſilio principum, qui illum in iſta expeditione ſecuti fuerant vſus, fortiſsimorum ſuorum circumdatus cuneo, cum aliter euadendi nulla daretur occaſio, eruptione facta in medium hoſtiū ſe proiiciens, ac ferro viam ſibi & ſuis aperiens: quam

Imperator Sclauos vincit, à Bulgaris autem vincitur.

A. C. 686.

quamuis graui vulnere ictus multiſque ſuorum amiſsis tamen euaſit.

Rediens igitur Conſtantinopolim Stephanum quendam, Perſam genere, virum vtique peſsimum, & crudelem ſuum ſaccellarium conſtituit, cuius conſilio pene cuncta gerebat, cuius prauo vſus conſilio, & inſania crudelitatis accenſus ſibi ſubditos intolerabiliter affligebat. Anno autem 9. imperij ſui Iuſtinianus iſte malorum deprauatus conſilio ſextam ſanctam ſynodum, quã prius per literas ſuas Papæ promiſerat illibatam ſeruandam, infringere niſus eſt. Quam ob cauſam apud regiam vrbem mandauit congregari concilium, in quo hæreticorum fautores errores ſuos iterum aſſerentes publicauerunt. In quo etiam legati apoſtolicæ ſedis, quos Sergius papa illuc miſerat, decepti decreto illorum ſubſcripſerunt. Igitur ſcripta fidei perfidæ in dicto concilio à tribus patriarchis, ſcilicet Conſtantinopolitano, Antiocheno, & Alexandrino qui illuc venerant, atque imperiali manu confirmata Sergio papæ deſtinata ſunt, vt ipſe tanquam omnium caput, & fidelium paſtor ſua authoritate confirmaret. Sed ipſe ſolertiſsimus pontifex, poſtquam vidit in ſcriptura catholicã temeratam fidem, nullatenus acquieuit, nec ſcripturam pandere in clero vllo modo paſſus eſt, ſed ipſam tanquam inualidam reſpuit & abiecit, eligẽs potius mori quàm talibus erroribus aſſentire. Quod cum imperator comperit, magno furore ſuccenſus in contumeliam ſummi pontificis Sergium Magiſtrianum Romam direxit, mandans, vt Ioannem Portuenſem epiſcopum, & Boniſacium apoſtolicæ ſedis conſiliarios Conſtantinopolim deduceret. Nec multo poſt ſpatharium *Zachariam* cum mandatis ad vrbem Romam direxit, vt Sergium ſummum pontificem Deo amabilem in vrbem regiã deportaret.

Concilium Conſtantinopoli congregatũ aduerſus ſextã ſynodum.

Cumque ſceleris miniſter Romam aduenisſet, exercitus, clerus, populúſque Romanus ſubito contra eum motus eſt, eligẽtes prius mori, quàm vt eorum pontifex in vrbem regiam deportaretur. Tanta itaque commotio & ſeditio illa die in vrbe facta eſt, vt protoſpatharius Zacharias territus ac timens, ne à turba occideretur, in ipſum beati pontificis cubiculum aufugeret tremebundus, cum lachrymis deprecans, vt pontifex ſui miſereretur. Quem pius pontifex conſortauit dicens. Ne timeas fili, quia per hoc nihil mali patieris. Itaque egreſſus foras clamantium in mortem Zachariæ potentium animum ſuo reſponſo leniuit. Sed & dictus Iuſtinianus, qui hęc omnia commouerat, non impunitus euaſit. Nam Leo ſiue Leontius patricius vir potens & magnus, multis ſibi adhærentibus contra imperatorem cõſpirauit Iuſtinianum. Cuius etiam conſpirationi fauebat patriarcha Conſtantinopolitanus Callinicus nomine. Prius autẽ ipſe Iuſtinianus, quàm exilio traderetur recepta Aphrica, quam Aegyptij occupauerant, cum illis pacem firmauit.

Sergij papæ in hoſtem pietas.

Eo tempore cum Pertaris, qui & Perthatitus regnaſſet in Longobardis annis octo conſortem regni fecit filium ſuum Cunipertum nomine. Regnauitque cum illo annis 10. Qui fuit 14. rex. Longobardorum rex 25. fuit Limpertus qui & Liuthperthus Cuniperti filius puer. Cui pater Anſprandum tutorem dederat, & regnauit menſibus 8. Laimpertus Guidoperi filius (aliàs Regũbertus vel Regimbertus) Anſprandum ſuperat, & Longobardorum regnum inuadit, & eodem anno moritur, qui 26. fuit Longobardorum 27. Aritpertus Regimperti filius 11. annis regnauit.

Redit ad Lõgobardorum hiſtoriam.

A. C. 686.

Igitur captata opportunitate cum imperator quibuſdam emergentibus cauſis abſens eſſet, Leo ſeu Leontius facta in vrbe ſeditione armatus cum ſuis, per ciuitatem diſcurrens, vt animos omnium ſibi conciliaret, carceres aperuit, atque omnibus tam nobilibus quàm aliis inde eductis, omnes ſibi coniunxit, & maxime nobiles quos Iuſtinianus diuerſis cauſis illic manciparat. Quo facto magno iam ſibi exercitu conflato, imperatorem Iuſtinianum aggreſſus cepit, [a] & captum amputatis ſibi naribus turpiter ſatis apud Cherſoneſum ipſum exilio relegauit, auguſtalem ipſe ſibi accipiens dignitatem.

Capitur Iuſtinianus imperator à Leone.

a Hinc iſte imperator à Græcis ῥινότμητος, id eſt cui nares amputata ſunt, eſt dictus. Nota autem deſerta religionis violatiq; pontificis diuinam ponitus vltionem.

Leontius pop. Rom. imperator 30. imper. an. 3. men. aliquot. An. Ch. 696. de quo Diac. lib. 20. Biblioth. Zon. Blond. lib. 30. dec. 1. Vinc. ex Sigeb. & Hug. lib. 23. cap. 134.

§. IX.

LEontius igitur ſiue Leo omnium conſenſu factus imperator, per vſurpationem tamen, vigeſimus quintus in oriente apud Conſtantinopolim ſtrenue ſatis imperium gubernabat. Cumque iam omnes ſuo obedirent imperio, Arabes, quorum dominium Deo permittente iam longe latéque diffuſum erat per orientem, etiam Aphricam infeſtare cœperunt. Quod cum imperator Leontius comperit, illico cum magnis copiis direxit contra illos Ioannem patricium. Qui cum Carthaginem applicuiſſet, in primo aduentu prælio cum eis habito, conuertit in fugam. Quibus expulſis ibidem hyemauit. Sed Arabes ad propria redeuntes maiori exercitu congegato denuo Aphricam repetunt, expoſito in terram exercitu multitudine freti omnia circumquaque deuaſtãt. Ioannes autem patricius cum propter hoſtium multitudinem, ſuorúmque paucitatem illis non eſſet auſus occurrere, dimiſſo in Aphrica exercitu Conſtantinopolim ad imperatorem remeauit, & ſuas augeri copias petiit.

Interea cum imperator de augendo Aphricano exercitu cum Ioanne patricio tractaret, exercitus, qui in Aphrica remanſerat, ſubito Apſimarum quendam imperatorem creauerunt, qui ab eis Tiberius nominatus eſt. Qui ſtatim vt imperator ab illis ſalutatus eſt, antequam nuncia de ſua creatione Conſtantinopolim peruenirent, impoſito exercitu in nauibus, ad Conſtantinopolim nauigauit, ſubitóque vrbem ingreſſus Leontium in palatio nihil tale meditantem cœpit, naſóque illi præciſo in exilium relegauit. Quo facto voluntate omnium imperium 7. annis tenuit, cum Leontius prædictus tantum duobus annis imperauit. Inter hæc Iuſtinianus adhuc in Cherſoneſo exul detinebatur. Cumque inter ciues aliquando ſerio, aliquando ioco diceret, ſe aliquando adhuc imperium recuperaturum, incolæ loci illius volentes imperatori Tiberio placere, verba Iuſtiniani

A.C. 699. Tiberius Apſimarus pope. Rom. imperator, imperat an. plus minus ſeptē. A.C. 699. de quo Diac. & alij.

ſtiniani ſæpe nuncios ſignificabant. Quibus ille adhibebat aures, timens ne ob patris ſui Conſtantini, qui nimium fuerat dilectus a populo, aliquando illi reſtitueretur imperium. vnde inter ſuos deliberauit Iuſtinianum occidere. Cumque hoc quibuſdam ſatellitibus iam commiſiſſet, vt in Cherſoneſum properantes Iuſtinianum quondam imperatorem iugularent, quidam ex eis præmio inductus Iuſtiniano omnia intimauit. Quod poſtquam comperit Iuſtinianus valde ſibi timens multis promiſsionibus allectis cuſtodibus, clam è Cherſoneſo egreſſus ad Canganum (aliàs Calianum) Turcorum principem fugit. A quo honorifice valde ſuſceptus, ſororem ſuam ei in vxorem dedit. Deinde Trebellum regem Bulgariæ adiit, cum quo amicitia firmata, ad recuperandum paternum regnum ipſum magnis copiis iuuare promiſit.

Igitur Iuſtinianus magnis copiis Turcorum & Bulgarorum auxiliis fultus cum inſtructo exercitu harum nationum Conſtantinopolim venit. Cumque ciuitati appropinquaret, plures ex imperij principibus relicto Tiberio ei coniuncti ſunt. Vnde abſque bello ciuitate potitus Tiberium, qui & Apſimarus dicebatur, cepit, quem cū ipſo Leontio, qui illum ab arce imperij eiecerat, in conſpectu populi abſtractos iugulari præcepit. Inſuper & Callinicum patriarcham, qui illis contra Iuſtinianum fauerat, excæcatum exilio relegauit. Tantamque poſtea in aduerſarios vltionem exercuit, vt ex iis, qui cædi ſupererant, quos carcer tenebat incluſos, quoties ſibi à naſo (quem ſibi Leontius abſciderat) effluentem rheumatis guttam detergeret, aliquem ex iis, qui contra eum conſpirauerunt, iugulari præciperet. Reſumpſit autem imperium Iuſtinianus anno domini 706. & imperauit ſecundo annis 7.

Iuſtinianus imperium poſt receptum. A.C. 706.

Præſidente autem in pontificali cathedra Ioānne 7. Iuſtinianus præfatus eiectis tyrannis & occiſis, poſtquam paternum recuperauit imperium illico diuino ſpiritu compunctus, duos nuncios honorabiles ad Ioannem papam miſit, & per illos ſacram Epiſtolam, per quam præfatum coniurauit pontificem atque exhortatus eſt, vt cōgregato epiſcoporum catholicorum concilio quicquid circa orthodoxam fidem viſum eſſet ei ſtabiliret, atque diligenter perquireret tomos ſcriptos, quos prauo conſilio ductus ad ipſum cum fide ſua Romam miſerat, ac pro voluntate ſua corrigeret, & emendaret, & male ſcripta contra orthodoxam fidem authoritate apoſtolica caſſaret. Sed hic humana fragilitate timidus illa nequaquam emendans remiſit ad principem.

Eo autem Ioanne pontifice non multo poſt defuncto, creatus eſt papa Conſtantinus. Quod cū audiſſet Iuſtinianus, imperialem literam miſit, ſupplicans, vt dignaretur perſonaliter ad vrbem regiam accedere. Qui pontifex ſupplicationibus Auguſti acquieſcens, cum decente comitatu cleri, nauigio Conſtantinopolim properauit. Cum autem ſeptimo miliario Conſtantinopolim propinquaret, occurrit ei Tiberius filius Iuſtiniani præfati imperatoris cum patriciis, & omnibus ciuitatis nobilibus, & cum reuerentia magna eum in vrbem introduxerunt. Qui pontifex Romanus ingreſſus eſt eum iis inſignus, quibus conſueuit Romæ procedere. Iuſtinianus autem, qui tunc in ciuitate Nicæa erat, audito eius aduentu im- A menſo gaudio eſt repletus. Et cum veniret ad eum papa, hoc audiens occurrit ei Nicomediæ. Vbi autem ſe adinuicem viderunt, Auguſtus imperialibus ornamentis inſignitus, ſeſe in terram proſtrauit ante pontificem, & pedes eius oſculatus eſt. Et eis in amplexus mutuos corruentibus, facta eſt lætitia magna in populo. Et dominica ſequenti celebrauit ſolenniter Miſſam ſummus pontifex Romanus, de cuius manibus imperator ſacram communionem accepit, ſupplicans vt pro ſuis delictis dominum exoraret. Tunc imperator poſtulante pontifice omnia priuilegia conceſſa B Eccleſiæ à principibus prioribus renouauit. Quibus omnibus completis papa reuerſus eſt Romam, & cum magno gaudio receptus.

Conſtantinus papa Conſtantinopolim venit.

A.C. 712.

Iuſtinianus autem Auguſtus cum recuperato imperio omnia ſibi ad votum ſuccederent, ſubactiſque rebellibus pacifice adminiſtraret imperium, attamen memor iniuriarum, quas à ciuibus Cherſonenſibus, cum eſſet ibi in exilio receperat, & indigne ferens, quod tam inhumanè tractatus ab illis fuiſſet, miſſo copioſo exercitu ciuitatem illam cum ciuibus eius & adiacente regione mandauit euerti. Huius autem immanis edicti C extitit executor quidam patricius nomine Mauricius. Qui ad locum cum exercitu veniens, omnes penes ciues gladio peremit, quoſdam autem exilio relegauit. Tudunum vero ciuitatis illius principem, cum quadraginta aliis nobilibus ferro vinctos ad imperatorem deſtinauit. Alios vero ſeptem ex primoribus Cherſonæ, qui forte imperatorem magis offenderant, in verubus ligneis applicatos igni aſſari fecit. Rediens vero à Cherſona imperatoris exercitus, naufragium in mari pertulit, omnéſque fere perierunt, paucique ex ſeptuaginta tribus millibus hominum euaſe- D runt. Iuſtinianus autem audito ſuorum caſu, necdum de iniuriis ſatisfactum putans, ſi nomen illius ciuitatis ſupereſſet in terra, alium miſit exercitum, mandans vt omnes, qui in ciuitate illa reſidui erant vſque ad innoxiam ætatem occiderentur. Ipſamque ciuitatem igne ſuccenſam mandauit euerti. Hæc cum ciues, qui ibi erant præſenſiſſent, Philippicum quemdam virum valde nobilem, ac imperiali aulæ notiſsimū qui illic exulabat, conſtituunt ſibi ducem. Qui aduenienti exercitui obuiam procedens, prece, & pretio, ac promiſsionibus id egit, vt omnes vna voce illum E imperatorem ſalutarent. Factus igitur ab exercitu Philippicus imperator, ſtatim cum eo exercitu ad vrbem regiam regreſſus, illam ſine bello recepit. Et poſtquam vrbem intrauit, Iuſtinianū cum filio ſuo Tiberio iugulari mandauit. Quibus occiſis, ipſo cogente exercitu ornamenta imperialia ſuſcepit, anno domini 713. qui & imperauit annis duobus.

Grauis de Cherſonenſibus vindicta.

Philippicus Iuſtiniano & Tiberio iugulatis, creatur imperator.

Iſte etiam Iuſtinianus imperator, ex eo quod Fælix, quem Conſtantinus papa fecerat archiepiſcopum Rauennatem, ſecundum priorum ſuo- F rum morem, ſolitam non miſerat cautionem ad papam, per potentiam iudicium expetens, miſit imperator contra Rauennates elatos in ſuperbiam Theodorum patricium cum claſſe. Qui capientes Fælicem archiepiſcopum arrogantem, eū in naui vinxerunt, & excæcatum in exilium miſerunt. Omnéſque rebelles cōpedibus adſtrictos diuitiis eorū ablatis Cōſtantinopolim miſit, quos capitali ſentētia dānauit propter rebellionem.

A.C. 712.

De Machometo Agarenorum legiſlatore fœdiſsimo, de quo Diac.lib.18. Blond.lib.9. dec. 1. Naucl.gener.22. Zon. & multi alij. hæc à Tyro lib.1.de bello ſacro.cap.1. ſunt ſumpta.

CAPVT V.

INter ea tempora, ſcilicet imperante Heraclio, Machometus ille primogenitus Sathanæ legem illam Saracenorum, immo perfidiam porcinam, & plus quam Epicuream ſpargere cœpit, circa annum Domini 640. Cuius doctrina peſtilens & diſſeminatus languor, plurimas prouincias occupauit, vt [eius ſucceſſores iam non] exhortationibus vel prædicatione, ſed gladio & violentia in ſuum errorem populos compellerent etiam inuitos. Nec mirum ſi à tot populis lex illa perfidiæ plena recepta eſt, cum ea doceat, quæ plena ſunt voluptatibus, ad quæ homines, qui communiter ſenſualitatem ſequuntur, ſunt inclinati & dediti, & parum vel nihil vacent ſcientiis & philoſophiæ ſaltem morali, nec doceri poſſunt, vt errores ſuæ legis ex rationibus clare perpendāt, eum maledictus ille Machometus ſpiritu diabolico, quo plenus erat, mandauerit in ipſa lege, vt ſi quis aliud prædicaret vel diceret contra eam, ſine audientia occidatur, & ſic permanent in perfidia ſine prædicante.

Cur tam multi Machometanam perfidiam ſequantur.

Et vt dicit Ioan.de col. poſt Vinc.in ſpec.hiſt. lib.24. Fuit hic Machometus magus peſsimus, & omni fallacia plenus, de genere Hiſmael. Qui à primæua ætate cum eſſet mercator, cum camelis ſuis frequenter in Aegyptum pergebat, & Palæſtinam: in quibus locis cum Iudæis & Chriſtianis conuerſatus vetus & nouum teſtamentum in magna parte didicit ab eis. Cumque propter diuerſa mercimonia huc atque illuc diſcurreret, in prouinciam Cotozaniam profectus eſt: vbi cum quadam muliere ditiſsima familiaritatem contrahens, demum ſuis incantationibus & præſtigiis ipſam mulierem in vxorem accepit, credentem ipſum eſſe Meſsiam, quem Iudæi expectant. Qua opinione decepti multi ex Iudæis & Saracenis ei adhæſerunt, quibus nouas leges cœpit fingere, aliqua ex veteri aliqua ex nouo teſtamento aſſumens, aſſerens ſuis mendaciis ſe prophetam eſſe à Deo miſſum pro ſalute hominum, vt legem, quæ Iudæis, & eam, quæ Chriſtianis data eſſet, quia nimis rigida erat temperaret.

Prodigiis quibuſdā impoſtor perfidiam ſuam cōfirmare nititur. Vinc.cap. 40.

Et vt ad inſtar Moyſi iuſsionibus ſuis quædam viderentur atteſtari prodigia, conuocauit populum ſibi credentem, vt legem in prodigiis & ſignis miſſam eis daret. Omnibus autem congregatis, cum populum alloqueretur, columba alba, quæ in vicino erat, ad id fallaciter edocta ſuper humerum eius aduolans ſtabat, & in eius aure iuxta morem ſolitum grana ibi repoſita accipiebat, ſeu hoc opere diaboli appareret, quaſi illi legem Spiritus ſanctus ſuggerere videretur. Ordinauerat autem (quod peius eſt) quod ſi quis ei in his maleficiis & mendaciis contradiceret, vel reprehenderet per ſe vel alium, proditorie occideretur. Qui etiam tale dedecus in [a] ſcriptura ſua facere non erubuit, vt aſſereret datum ſibi à Deo renibus ſuis quinquaginta viros in coitu potentiſsimos libidinis fortitudine coæquare. Multa alia obſcœna & turpia in libro ſuo repoſuit. Vnde nulli vnquam viro prudenti & mediocriter docto ſcriptura illa miſerrima placuit, ſed imperitiſsimis viris & ſylueſtribus. Cumque hic Machometus vino & ventri deditus morbum caducum incurriſſet, vnde eliſus cadebat in terram, vxor eius hoc aduertens plurimum triſtabatur, quod tali viro nupſiſſet. Volens ipſe illam placare, dolos inueniens aſſerebat ſibi tunc angelum Gabrielem loqui, & quia non poterat eius ſplendorem ſufferre, ideo cadebat in terram.

Machometus morbo comitiali laborans.

Alij vero dicunt, vt refert Iacobus de Voragine in legendis, quòd fuit quidam monachus nomine Sergius, qui Machometum inſtruxit de lege illa ab eo conficta. Hic enim Sergius monachus cum in errorem incidiſſet Neſtorij, expulſus fuit à monachis de monaſterio ſuo propter errorem ſuum, qui in Arabiam venit. Vel ſecundum alios dicitur, quod fuit quidam archidiaconus in partibus Antiochiæ degens, qui fuit Iacobita, qui ſcilicet Iacobitæ circumciſionem prædicant, & Chriſtum hominem tantum fuiſſe non Deum affirmant, ſed iuſtum & ſanctum, & de ſpiritu ſancto conceptum, & de virgine natum. Quę omnia Saraceni credunt. Sed negant ipſum paſſum & mortuum, dicentes, quod cum Iudæi voluerunt eum capere, ceperunt alium loco eius ſibi ſimilem, quem cruci affixerunt, Chriſtus vero aſcendit ad cœlum. Machometus iſte vtroque parente orbatus, ſub patrui ſui cura pueritiæ annos agebat, multóque tempore cum vniuerſa gente ſua Arabum idolorum cultui deſeruiuit, quemad

Sergius monachus hæreticus Machometi præceptor.

Machometi educatio.

De Machometi lege ſpurciſsima.

a Machometus legem ſuam verſibus rhythmicis condidit, vt imperita multitudini eſſet ſuauitate cantus plauſibilior. Eam Alphurcam nominauit, id eſt ſectiones & capita, quod miſſam ſibi à Deo fabularetur non ſimul, ſed vt Sibylla folia, diuerſis locis & temporibus diſcretis, ne quis in ea conſequentiam, ordinem, rationem, ſapientiam curioſius inquireret. Quare Odmen aliorum Machometi ſucceſſorum auxilio illam in integritatem primo collegiſſe notant Chron.Sarac. poſt Machometum an. 110. Arabes nominarunt etiam Alchoran, id eſt, τὴν γραφὴν per excellentiam impia. Geneb. Vnde hoc loco & ſæpe in hoc cap. D. Anton. Alchoranum ſcripturam nominat. Eſt autem ex hæreticorum, Iudæorum, Epicureorum & ſimilium Philoſophorum erroribus, opinionibus, fabulis, blaſphemys, indigeſtum chaos, quod tamen dicit deſcendiſſe de ſummo cælo vſque ad infimum, deinde paulatim ad decimum quintum menſis Ramadam in terras lapſum eſſe in eo Deum ad ſe loquentem introducens. Caluiniſtarum ſecta recta ad Machometum ſpectat, nec vlla vnquam fuit Machometiſmo propior. Geneb. Certe Lutherus ipſe omnium hæreticorum noſtri ſæculi anteſignanus egregie in omni turpitudinis dedecore eſt Machometum imitatus tota primum vita, deinde in ſuo illo obſcœno verbo, quod pudet dicere. Quantum etiā Beza in hac fœditate ſit tota vita volutatus, ſcripta ipſius abunde declarant. Denique cum ex illis plerique ſint Apoſtatæ monachi, qui vt poſſent in omni flagitiorum genere libere debacchari, ſeſe his nouis hæreſiarchis Luthero vel Caluino addixerunt, nemini dubium eſſe poteſt Lutheraniſmum & Caluiniſmum proxime ad Machometiſmū vita primum, deinde etiam doctrina accedere.

A.C. 712.

A.C. 630.

quemadmodum in Alchorano ſuo teſtatur Deum A
ſibi dixiſſe. Orphanus fuiſti,& ſuſcepi te. In er-
rore idololatriæ diu manſiſti, & inde eduxi te.
Pauper eras,& locupletauit te. Et quia vniuerſa
gens Arabum cum Machometo Venerem pro
Deo colebat, hinc eſt, quod Saraceni in magna
veneratione habent diem Veneris, ſicut Iudæi
ſabbathum,& Chriſtiani diem dominicum.

Machometus fuit idololatra.

Machometus igitur prædictæ viduæ, quam in
vxorem duxit locupletatus diuitiis, & pluribus
ſibi adhærētibus,cum regnum Arabum ſibi vſur-
pare quæreret,videns ſe per violentiam hoc aſſe- B
qui non poſſe,maxime cum à contribulibus ſuis,
qui eo nobiliores erant,deſpiceretur prophetam
Dei ſe finxit maximum, vt quos ſubiugare non
valebat per potentiam,ſaltem per ſimulatam at-
traheret ſanctitatem. Prædicti igitur viri Sergij
valde callidi conſiliis adhærebat, ipſumque ab-
ſconſum tenens ab eo,quæ hauriebat,populo re-
ferens, ab angelo Gabriele ſe habuiſſe teſtaba-
tur. Et ſic prophetam Dei ſe ſimulans illius re-
gionis obtinuit principatum,omnes ſuaſione vel
gladij timore ad ſe venerandum, & legem ſuam
ſeruandam illius patriæ coegit. Et quia mona- C
chus erat ille Sergius conſiliarius eius, ordinauit
vt Saraceni monachali quaſi habitu vterentur,
ſcilicet cuculla ſine caputio. Et ad inſtar mona-
chorum multas genuflexiones fieri dietim in ſua
lege mandauit ab omnibus,ſtatuens, vt ſui ora-
rent ad meridiem verſi.Multas leges eis inſtituit,
quas Saraceni adhuc ſeruant,vt de frequenti ſui
lotione ad ſimilitudinem Iudæorum,& præcipue
cum debent orare, lauantes non modo manus &
brachia & os,ſed quod turpe eſt dicere,etiam ve
tenda,quaſi Deus velit ab homine tantum mun-
ditiam corporis,non cordis.

Ambitionis cauſa ad legem condēdā impulſus Machometus.

Orantes autem vnum confitentur Deum, qui
nullum æqualem vel ſimilem habeat, vnde &
Trinitatem ſanctiſsimam negant, & ipſius Dei
prophetā eximium Machometum eſſe aſſeuerāt.
Ieiunium habent ex ipſa lege per vnum menſem
integrum. In quo ieiunio per totum diem vſque
ad noctem à cibo ſe abſtinent, & vſu vxorum.
Nocte vero,id eſt,poſt ſolis occaſum vſque ad ſe
quentis diei crepuſculum, ſemper licet eis vti
cibo & potu & vxoribus ſuis.Infirmi autem ex-
cuſantur à ieiunio illo. Semel autem ſingulis an- E
nis ad domum Dei,quæ eſt in Mecha, vbi dici-
tur eſſe corpus Machometi,ire tenentur,& ibi a-
dorare eam, & inconſutis veſtimentis circum-
ire,& lapides per media femora pro diabolo lapi
dando iactare. Quam domum dicunt Adam cō-
ſtruxiſſe,& Abraham & Hiſmahelem locum ora
tionis habuiſſe. Et cum ipſi Saraceni proprie de-
berent vocari Agareni, quia ab Agar ancilla A-
brahæ & matre Hiſmahelis deſcenderunt,tamen
à Sara vxore Abraham ſe denominant, ſcilicet
Saracenos. Circumciſionem obſeruant, cum ta-
men Machometus,vt dicitur,non fuerit circum- F
ciſus, nec in Alchorano ſuo hoc eis præcipitur,
aut aliquid dicitur,ſed ad exemplum Abrahæ &
Hiſmahelis,vnde deſcenderunt hoc faciunt, ex
veteri teſtamento hoc trahentes. Quod in domo
Machometi in Mecha nudi,coopertis tamen lū-
bis proiiciant lapides, hoc faciunt ad honorem
Veneris:hunc ritum habentes ab Indis, qui ido-
lolatriæ dediti venerabantur & colebant Vene-
rem,qui circumibant nudi templū Veneris pro-

Ieiuniū Saracenorū quale.

Circunciſionis obſeruatio.

A iicientes lapides. Omnes carnes præter porci- A. C. 630.
nas,& morticinia.& ſanguinem comedere poſ-
ſunt. Prohibetur autem eſus porci, ex cauſa fa-
buloſa.

Quatuor legitimas vxores eis habere licet, &
vſque tertiò repudiare, & ruſus recipere : ita ta-
men,quòd quaternarium numerum non tranſcē-
dant. Emptitias vero, & captiuas quot volunt,
habere poſſunt, & eas vendere licet ſecundum
ſuam legem inſanam,niſi aliquam earum impræ-
gnaſſent. Et de propria cognatione licet eas acci
B pere,vt fortius inter eos vinculum amicitiæ tenea
tur.Circa poſſeſsiones,vel res repetendas obſer-
uant,vt actor teſtibus probet, reus iuramento ſe
comprobet innocentem Cum adultera deprehē-
ſus cum ea pariter lapidatur. Cum alia autē for-
nicatus octoginta ictibus verberatur.Machome-
tus autem dicit ſibi à Domino per Gabrielem
angelum reuelantem conceſſum fuiſſe,ad vxores
aliorum poſſe accedere, vt viri virtutis & pro-
phetæ ex eo generarentur. Et cum quadam vice
quamdam mulierem pulchram vir ſuus repu-
diaſſet,ſuſcepit eam Machometus cum aliis,quas
C habebat plures in vxores.Et cum timeret ex hoc
murmur populi excitari, finxit ſibi chartam de
cœlo allatam,in qua continebatur, vt qui repu-
diaſſet vxorem, eius eſſet, qui eam accepiſſet,
quod hodie obſeruant Saraceni. Fur pro prima
& ſecunda vice verberibus caſtigatur,pro tertia
manus ei truncatur, pro quarta pes ei abſcindi-
tur. A vino ſemper abſtinere iubentur. Omnia
quæ ſequuntur de Machometo, refert Vincen.
ſpec. hiſto.lib. 24. cap. 40. & ſequentibus, quæ
extraxit de libro cuiuſdā diſputationis factæ in
ter duos philoſophos, vnum Chriſtianum & a-
D lium Saracenum de lege Machometi.

Saracenorum matrimonia.

Scripſerunt cōtra perfidiā Machometi Fortaliciū fidei lib 4 & Viues de veritate fidei lib. 4.

De Paradiſo Machometi, Vinc.lib.23.ca.65.

§. I.

AD Dei nutum reſuſcitabuntur mortui, qui
iudicabit eos in iuſtitia, & bonis bona re-
tribuet:& malis mala, & faciet populum ſuum,
qui ſibi obediuit, & confitentes ſingularitatem
eius teſtificati ſunt, quod propheta eius Macho-
metus eſt & nuncius, & crediderunt omnibus,
E quæ ſuper eum deſcenderunt à Deo, accipiendo
videlicet legem de paradiſo, in quo multa bona
ſunt illis præparata, cum habuerint armillas de
auro & electro. Eruntque veſtimenta eorum de
ſerico,& dicent, Gratias Deo, quia non abſtulit
à nobis retributionem. Nulla oppreſsio vel mo-
leſtia tanget eos,habebunt certos ad alimentum
fructus, & erunt in paradiſo deliciarum exultan-
tes & ſibiinuicem occurrentes honorificati, diſ-
currentque per eos in vaſis argenti candidi,qui
libet bibentes delectabuntur. Non erit ibi luctus
neque mœror. Habebunt mulieres venuſtis ocu-
F lis. Habebunt cœnacula,& ſupercœnacula, ſub
quibus erunt flumina.Nunquam eis Dei promiſ-
ſio deficiet. Et dicetur eis.O cultores Dei,noli-
te hodie timere. Triſtitia enim non appropin-
quabit vobis.Ingredimini paradiſum vos & vxo
res veſtræ,& eſtote ſecuri. Diſcurretur per vos
calathis & ſcutellis aureis,& habebitis quod ani
mæ appetunt,concupiſcunt oculi, in ſecura mā-
ſione in hortis, & fontibus. In primo primam
mors alia non ſequetur. Et faciet eos ſecuros à

Deſcriptio paradiſi tabernarij.

A.C. 630. tormentis inferni. Hæc eſt gratia Dei ſui. Ipſa eſt enim liberatio magna.

Dixit etiam Deus glorioſus & excelſus. In paradiſo, quem pollicitus ſum timentibus me, ſunt flumina aquarum, in quibus nibil noxium eſt. Sunt flumina lactis, cuius ſapor nunquam deficit. Flumina quoqne vini, bibentium delectatio, flumina quoque mellis puriſsimi, habent ſiquidem in eo omnes fructus, & remiſsionem à Domino. Dixit quoque glorioſus & excelſus, timẽtibus Deum bene erit in vltimis. Aperientur enim portæ horti Edem, vbi pariter diſcumbentes præcipient ſibi afferri vinum & abũdantiam fructuum, & habebũt oculis ſpecioſiſsimas vxores, victus eis nunquam deficiet: hoc eis promittitur in die iudicij. Dixit iterum Deus glorioſus & excelſus in deſcriptione paradiſi. Sunt in eo duo fontes currentes. Sunt in eo pomorum arbores, & palmæ & mala punica. Diſcumbent in excelſis viridariis ſub pomis & prunis. Adducentur timentes Deum in paradiſum per turmas

Iterum de paradiſo. cap. 65.

& agmina congregati. Quibus cum oſtiarij ianuas aperient, dicent. Pax vobis, ſuauiter ingredimini, & eſtote hic in perpetuum. Et dixit glorioſus & excelſus. Feci eos occurrere gaudiis, & delectationibus, & dedi eis pro retributione paradiſum, eo quod patientiam habuerũt. In quo erunt diſcumbentes ſuper puluinaria, & nõ percutiet eos ſol, neque frigus, eos illius vmbræ permeabunt: per quos etiam vaſis argenteis diſcurretur, & caniſtris ſimilib. & vaſculis modicis argenteis & pixidibus miniſtrahitur eis, & facient eos potare vaſe quaſi commiſti zinziberi. Fons in eo eſt, qui claritas appellatur. Non audiẽt ibi dolum neqne mendacium. Hæc eſt retributio domini tui. Deus enim liberabit eos à cruciatu inferorum, dicens illis. Comedite & bibite ſecuri diſcumbentes in lectulis diſpoſitis. Dedimus eis vxores pulcherrimas, nihilque eis de ſuo malo imputabitur, ſed vnuſquiſque, id quod appetit obtinebit. Dedimus eis diuerſitates pomorum, & quicquid carnis ad edendum concupiſcunt. Hæc eſt deſcriptio paradiſi, quem præparauit Deus credentibus in ſe, & in nuncio eius. Et velut aurum rutilabunt, fragrantes vt muſcus, & variæ odoramentorum ſpecies.

De inferno in lege Machometi à Deo maledicti.

§. II.

De inferno Machometi. Vinc. cap. 67.

INfideles inqnit, vt refert Vincen. vbi ſuprà, qui [a] participes faciunt Deo, & pares illi attribuunt, & prophetæ Dei ſcilicet Machometo non credunt, nec ſcripturam eius ſuſcipiunt, & præceptis Dei aduerſus prophetam eius rebelles effecti ſunt, deputabuntur gehennæ incendio, erũtque in cruciatu, & ſtridore ineffabili, & igne ſine fine inextinguibili, quorum cutis quoties ardore conſumitur, toties renouatur ad noua ſupplicia. Manſio eorum puteus abyſsi. Potus omni felle amarior. Cibus eorum, de arbore, quæ appellatur Azachimi, & eſt omni peſsimo ſapore deterior, erunt ſub ira Dei cum diabolo, & angelis eius. Dixit quoque Deus glorioſus & excelſus. Qui non credunt mirabilibus Dei, & prophetas & eos, qui veritatem prædicant interficiunt, erunt in horribili cruciatu, quorum opera maligna nullo eis auxiliante ſuper eorum capita redundabunt, morientur, nec tamen à cruciatu liberabuntur. Et dixit. Arbor Azachimi data eſt pro delectatione impiis. Ipſa eſt enim, quę in profundo abyſsi naſcitur, cuius frnctus quaſi dæmoniorum capita, de quo mandncantes ventrem ſuum implebunt. Denique omnibus malis ſubiicientur, & ſemper ad ſupplicia inferni reuoluentur. Superius & inferius caligo ignis, & tenebræ. Et dixit. In die reſurrectionis facies eorum, qui Deo non credunt, horribiles atque nigerrimæ. Nunquid enim gehenna manſio impiorum non eſt, & eorum, qui noſtris ſignis non credũt, & damnandi ſunt? Et dixit. Qui non credunt, detrudentur in infernum cõglobati, ad quem cũ peruenerint, & miniſtri portas aperuerint, dicent illis. Nonne ex vobis erant nuncij miſsi à Deo ad vos, qui præcepta Dei vobis nunciantes, inſinuauerunt vobis huius diei occurſum? Intrate igitur portas gehennæ ad habitandum ibi ſine fine. Hæc domicilia præparata ſunt ſuperbis. Et dixerunt, qui in igne ſubmerſi ſunt, miniſtris. Deprecamur vos orate pro nobis Deum, vt alleuiet nobis cruciatum huius diei. Miniſtri reſponderunt. Orate voſipſi. Sed quid oratio eorum niſi error? Exhinc ſentient pondus catenarum & vincula. Erunt pallentes in igne, rurſum fatigati in igne. Tunc videbit eos afflictione oppreſſos, & tumidis oculis latenter aſpicientes. Iterum dixit benedictus & excelſus. Impij permanebunt in cruciatu gehennæ, vbi detruſi vlterius non reſpirabunt. Nos nihil eis iniuſte fecimus, ſed ſibi impij extiterunt. Tunc impij vociferabũtur. Vſquequo damnandi ſumus ô rex? Dixit Machometus. Ita manebitis ſine fine. Et iterum dixit. Arbor Azachimi cibus eſt peccatorum. Fernet in ventre ſicut ſnlphur. Accipite illum & ad horribilia inferni loca deducite, & ſuper caput eius dolores & cruciatus infundite. Hæc enim ſunt opera, quæ faciebatis. Et dixit glorioſus & excelſus. Afferte aquam amaram, quæ vincula eorum diſrumpat. Væ non credentibus in die, qua nec permittentur loqni, vt aliquam habeant excuſationem.

[a] Scopum Alcorani eſſe aſſerit Machometus prædicare non eſſe tres aut plures Deos, ſed vnum ſine participe. Participis nomine, intelligens Dominum noſtrum Ieſum Christum, quẽ nos diuinitatis conſortem & participem, Dei filium, Deum de Deo profitemur, & ea de cauſa nos infideles, incredulos & impios ſcelerate appellat. Geneb.

Mors Machometi quàm tetra. Vinc. cap. 47.

§. III.

ILlud autem tam ridiculum nobis quàm lamentabile ſuis, vt refert Vincen. vbi ſuprà, quod cum præcepiſſet eis, vt mortuum eum non ſepelirent, eo quod tertia die eſſet aſcenſurus in cœlum, ipſique præceptum obſeruantes magnis hoc deſideriis expectarent, & iam à ſecunda feria, qua mortuus eſt, vſque ad veſperam quartæ feriæ longa expectatione fatigati, nihil aliud in eo, quàm fœtoris magnitudinem ſuperexcreſcere cernerent, tandem eum longe à domibus proiecerunt. Gumebram tamen filius Hebazam dicit, quod lotus & tribus vaſtibus indutus, ſepultus ſit per manus Hay filij Abitalib & Alphadi filij Halahabet.

A.C. 630. habet. Fertur enim, quod per ſeptem dies morbo A
pleuretico ægrotauerit, & amiſerit ſenſum, ſepti-
mo vero die conualuit. Iratus eſt Hay filius Abi-
talib, eo quod perdiderat ſenſum, & dixit hoc ei.
At ille iuſsit nullum amplius remanere cum eo
in domo, niſi Halababet. Alia vero die mortuus
eſt, & intumuit venter eius, & retro curuatus eſt
minimus digitus eius. Et fuit obitus eius ſecun-
da feria die 12. menſis Rabeg. anno ſexageſimo
tertio vitę eius, poſtquam ægrotare cœpit 14. die.
Vita ergo eius 63. annis extitit, quorum in pro-
phetia 23. expendit 10. in Mecha. 13. in ciuitate.

De ſucceſſorib Machometi cap 48. Mortuo autem Machometo, omnes ab eo dece- B
pti reuerſi ſunt ſtatim vnuſquiſque ad eam, quam
prius tenuerat ſectam ſuam, ſiue idololatriam, ſi-
ue quamlibet aliam, præter paucos ſuæ cognatio
nis, qui expectabant ſe fore ſucceſſores in regno.
Eo tempore fuit Ebubeber filius Amichaarh, vir
callidus, qui non multo poſt adeptus eſt regnum,
quod vehementer diſplicuit Hay filio Abitalib,
quouſque rex adeo illum obſequiis, & blandi-
tiis deliniuit, vt etiam eum poſt ſe delegaret. Il-
los quoque, qui auſi fuerant à ſecta Machometi
recedere, omni ingenio eos reuocans, iterum eos
tali ſtultitiæ mancipauit. Quidam enim timore, C
quidam ſpe honoris & facultatum, alij alterius
cuiuſlibet lucri cauſa, omnes tamen ſimulatorie,
& non ex animo redierunt.

Cum autem quadam die coram domino illo-
rum quidam quererentur de aliquo, qui videba-
tur eſſe Saracenus, & non erat, reſpondit domi-
nus ille coram omnibus. Ego non ſolum iſtum,
ſed multos alios nubiliures eo ſcio eſſe in Pala-
tio meo Saracenos, vt oſtendunt, & nō ſunt. Ego
autem de hoc, quid aliud debeo vel poſſum face-
re, niſi quod dominus meus Machometus facie-
bat? Nam illi etiam hoc contigit, vt fere omnes, D
qui ei proximiores & familiariores eſſe videbā-
tur, non niſi ſimulate & deceptorie legem eius
tenerent. Adeo enim ſpernebatur ab eis, & quic-
Machometo ſui [illegible]dias [illegible]ſtātur quid dicebat pro nihilo habebant odientes eum
in cordibus ſuis, & quadam die volentes eum oc
cidere, expectarent eum in quadam valle, quate-
nus tranſeunte illo terrificarent mulam eius ſu-
bito, vt præcipitatus interiret, qui tamen propter
hoc nunquam ſe iratum monſtrauit. Eius ergo
exemplo omnes iſtos, qui ſiue de Chriſtianis, ſiue
de Iudæis, ſiue de Paganis, Saracenos ſe eſſe di- E
cunt in regno meo, & non ſunt, nihil aliud co-
Multi iater Saracenos ficti. gam. Scio enim, quod nullus Chriſtianus, qui ti-
more Saracenus fieret, in Saracenitate permane-
bit. Similiter & de aliis ſentio, quid ergo amplius
poſſum facere? Videat Deus, & iudicet. Hoc ſo-
lum faciam, vt ſemper maledicam eis.

Aduerſus Machometum diſputatio. cap. 49.

§. IIII.

CONtra [a] excuſatores Machometi. Vinc. vbi F
ſupra. Si forte aliquis dixerit, non debuiſſe
reprehendi Machumetum, ſi ſe aliquando vindi-
cauit, cùm hoc inueniatur in Ioſue, Helia, & He-
liſæo, & aliis. Scias aliud eſſe, quod fit præci-
piente Deo, aliud quod homo præſumit. Deus
enim hoc illis præcipiebat, de cuius præcepto
quodcunque fit, quandocunque fit, vbicūque fit,
non licet homini iudicare: ergo nec in his debet
Machometus reprehendi. Siquidem Deus talia
ei præcepit. Sed vnde probas, quod Deus ei ta-
lia præceperit? Deus enim ille, ſi Deus fuerit in
aliquo ſe Deum oſtēdere debuit. Si vero ea, quę
ſuperius oſtendimus, nec ſignis, nec miraculis o-
ſtendit: nos ergo eum Deum non fuiſſe credi-
mus. Nam ſi Deus eſſet, nunquam ſine miraculis
legem daret. Quod enim de Deo credimus tam
in veteri, quàm in nouo teſtamento, ſignis & mi-
raculis commendatum nobis eſt. Nec alium vn-
quam pro Deo habebimus, niſi illum vnum &
verum, qui quoties legem dare voluit, ſignis hàc
diuinis, & miraculis confirmauit.

Propheta vero Machometus, prout à Sarace-
nis vocatur, quis fuerit, vel vnde venerit neſcio, Machometus nō eſt propheta.
cum dicitur nobis à domino Ieſu Chriſto, quod Matt. 11.
finis omnium prophetarum ſit in Ioanne Bapti-
ſta. Nullo autem pacto dimittenda ſunt ſacro-
ſancta, & ſpiritualia domini Ieſu Chriſti præce-
pta, ex quibus ille nobis non eam ſordidiſsimam,
quam deſcripſit Machometus paradiſum, ſed æ-
ternam angelorum vitam in cœleſtibus promit-
tit. Nec accedendum eſt ad impuriſsimos, & pe-
cuales ritus, non à Deo (quod abſit) immo à ſpi-
ritu fornicationis & gaſtrimargiæ miſerrimis &
carnalis petulantiæ ſeruis infeliciſsimis perſua-
ſos. Quorum (vt de ſimilibus apoſtolus Paulus Phil. 3.
ait) Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſo-
rum, qui non niſi terrena, caduca, ventri, & libi-
dini congruentia ſapiunt, nec ſapere poſſunt. Ex-
cœcauit enim eos ſpiritus immunditiæ, qui æter-
nam putredinem & vermes immortales hæredi-
tabunt, quia porcorum more ſemper in ſtercore
& fœtore libidinis volutantur. Ego enim mirari
non ſufficio, quomodo perſuaderi potuerit, non
dico vel alicui ſapienti, ſed vel ei, qui per ſom-
nium aliquid humani cordis ſe habere putauerit,
iſtum fuiſſe prophetam: cum eius & vita & do-
ctrina ſint non ſolum contrariæ diuinæ religio-
ni, ſed etiam humanæ honeſtati, vt ipſa quoque
bruta animalia pene intelligere poſsint.

Sed vt iterum aliquid mitius dicamus. Quis
vnquam ſanctorum & diuinorum nunciorum,
quos à Deo miſſos eſſe cognouimus in terrore
gladij ſe miſſum eſſe aſſeruit? Quis ita facinoroſe
vixit? Quis denique tot ſpurcitias docuit, aut
quis ita ventri & libidini genus humanum pro-
ſtituit? Iterum tamen ad præcepta eius diligenter
intuenda reuertamur, quæ ego neſcio ad quam

*a Hic §. cum Machometum non fuiſſe Dei nun-
cium vel prophetam aperte demonſtret, tum eo-
quod doctrina eius nullis fuerit miraculis compro
bata, tum quia vita eius turpiſsima acta, nequa-
quam eum eſſe Dei nuncium redarguat, eodem pla-*
A *ne niſi hæreticorum doctrinam euertit, cùm nulla* A.C. 630.
*vnquam eorum fuerint miracula, quibus verita-
tem doctrinæ eorum Deus teſtatus ſit, vitaq́; eo-
rum maxime qui fuerunt huius nouæ religionis
præcipui buccinatores non ſolum antequam ſe hu-
ius dogmatis duces præberent, ſed etiam poſtquam
noui Euangelij præcones ſeipſos declararunt, tam
deteſtanda fuit, vt nemini credo dubium eſſe poſ-
ſit, tales ad nouam religionem inſtituendam, vel
vt illi dicunt reformandam à Deo minime fuiſſe
delectos. Vide Lutheri vitā quam edidit Cochleus
Caluini & Bezæ, quas Vlſam, Ioan. vetus Sancte-
ſius, & alij ſcripſerunt.* B

A. C. 610. legem pertinere videatur. Duas enim à Deo accepimus leges, vnã gratiæ, alterã iuſtitiæ. Lex gratiæ à Chriſto data eſt, & lex iuſtitię à Moyſe. Lex gratiæ ita iubet. Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos &c. Lex vero iuſtitiæ. Oculum pro oculo, dentem pro dente, & huiuſmodi quæ ad pœnam talionis pertinere videntur. Harum duarum nullam Machometi eſſe legem manifeſtum eſt. Antequam enim ipſe emergeret, altera à Chriſto, altera à Moyſe data eſt. Cum igitur iſtæ duæ tantummodo leges datę ſint hominibus, quarum altera humana magis eſſe videtur, altera diuina, iſta tertia à Machometo B inuenta, quid aliud, quàm diabolica erit? diabolo enim inſpirante maxime hanc ſubito neſcio vnde emerſiſſe cognoſcimus, quæ nec diuina nec humana eſſe probatur, ſed inter vtramque prodigioſa facit, nunc hoc, nunc illud videri volens, & ſe nunc illam, nunc iſtam eſſe confingens, nullum alium niſi diabolum, qui ſe medium inter Deum & homines facere niſus eſt, imitatur.

Duæ leges à Deo hominibus datæ. cap. 50. Mat. 5. Exod. 21.

Sed forſitan dicet aliquis hanc Machometi legem hinc probari eſſe diuinam, quia cum Machometus eſſet idiota, & ſine literis, nullatenus eam ſcribere vel nunciare hominibus, niſi diui- C na virtute potuiſſet, maxime cum ipſe ibi dicat, quia nec homines, nec dæmones eam facere poſſent. Et iterum, ſi hanc legem feciſſemus deſcẽdere ſuper montem, inclinaret ſe mons ipſe, & adoraret eam præ timore Dei. Et alia multa friuola, & nihil rationis habentia, quæ Saraceni aperta & manifeſta ſigna prophetiæ eſſe dicunt, vt probetur eſſe vera. O ſigna & miracula, in iſtis, ait Machometus. O ſigna comparanda mari rubro, ſoli ad imperium Ioſue ſtanti, & Chriſti præcepto montibus imperanti, immo vere magna tam veritatis quàm virtutis inopia, qui ibi D ſola argumenta, immo deliramenta omni ratione & virtute vacua dereliquit.

Machometi lex non eſt à Deo.

Exod. 14. Ioſ. 10. Math. 17.

Alcheranum quo pacto concinnauit Machometus, cap. 51.

§. V.

SIc enim confectus eſt liber Alchorani, qui eſt lex Saracenorum, data à Machometo. Quidã Sergius monachus, cum in monaſterio grauiter peccaſſet, & propter hoc excommunicatus, & eiectus fuiſſet, venit ad regionem Cubennæ, & inde vſque ad Mecham deſcendens (vbi erãt duo populi, vnus cultor Idolorum, alter Iudaicus) inuenit ibi Machometũ, qui colebat idola. Volénſque aliquid facere, vnde monachis illis, qui eum expulerant placeret, & reconciliari mereretur (erant enim illi monachi Neſtoriani, qui dicũt Mariam non Deum peperiſſe, ſed hominem tantùm) omni ſtudio & conamine perſuadebat Machometo, qui iam ibi dominium habebat, vt ab idolis recederet, & Chriſtianus Neſtorianus fieret. Quod cum effectui mandaſſet, factus eſt Machometus in huius doctrina diſcipulus, & ita factum eſt, vt ab iſto monacho Neſtoriano aliqua de veteri teſtamento, aliqua de nouo edoctus, ipſe in Alchorano ſuo fabuloſe & mendaciter intexeret hæc. Et ille perſuaſit, vt in Alchorano poneret dictum à domino, quod monachi & presbyteri Chriſtiani familiariores eis eſſe deberent, quia non ſuperbiunt. Cum vero cognouiſſent Iudæi,

Neſtoriani hæretici.

A quod multi, & etiam Machometus ipſe ad qualemcunque quaſi vmbram Chriſtianitatis illum monachum ſequerentur, & pene iſtud, quod poſtea factum eſt per Machometum, per iſtum Neſtorianum iam conſummatum eſſet, proſilierunt tres Iudæi, & timentes, ne in veram Chriſtianitatem quandoque Machometus incideret, acceſſerunt ad eum, & malitioſa calliditate ſocios, vel diſcipulos eius ſe in hac ſecta dixerunt. Eique omnia, quæ turpiora, & nequiora in Alchorano ſunt ſcribere perſuadentes vſque in finem eius ſemper cum eo fuerunt.

A C 610.

Iudęi Machometũ multis erroribus inficiunt.

B Poſt mortem vero Machometi, cum (vt dictũ eſt) vnuſquiſque rediiſſet ad ſectam ſuam, ſucceſsit ei in regno Ebuber. Et cum Hay eſſet nobilior eo, tamen ſuaſionibus & promiſsionibus procurauit, vt ſub eo eſſet. Qui Hay ſuggerentibus Iudæis multa fabuloſa immiſcuit in Alchorano, vnde ſcriptura illa Alchorani, non ſolum à Iudæis, ſed & ab aliis multis, varie incœpta diuerſimode intellecta, multiformiter expoſita, & tandem tota pene declarata eſt. Sic igitur aliis addentibus, aliis minuentibus, aliis mutantibus, aliis corrumpentibus, liber ille omni fide indi- C gnus effectus eſt. Sed & poſtea in proceſſu temporis pro diuerſitate ſcripturæ huius legis Machometi, ortæ ſunt multæ contentiones, & rixæ, ſeditiones & diſsidia in regno illo, vnde ad tollenda diſsidia commiſſum eſt quibuſdam, vt collectis omnibus exemplaribus, quæ habebantur, fieret vnum volumen concordans, ſi quæ inuenirentur contrarietates in aliis libris.

Alchoranũ multis modis inuerſum & immutatum eſt. c. 52 & 53.

Et iterum poſt multa tempora Elchegehic filius Vizes, cum regnare in illis partibus cœpiſſet, iuſsit congregari omnes libros, chartas, & volumina illius legis, confectóque ex eis vno codi- D ce ad ſuum libitum, poſtquam multa adiecit, & multa detraxit, plura etiam mutauit, cætera omnia vbicunque inuenirentur, iuſsit comburi. Fecitque de ſuo libro ſex exemplaria, ex quibus vnum miſit in Aegyptum, alterum in Syriam, alterum in Ciuitatem, alterum in Mechã, quintum in Meſopotamiam, ſextum in Albaxara. Quod ſi nulla alia cauſa varietatis huius ſcripturæ videretur fuiſſe, quàm quod illi, à quibus habebatur, ſcilicet Hay, & Ebuber, & Orimen & Gaumar ſemper diſcordes fuerũt & inimici, ſufficeret, dum pro certo conſtat ſingulos eorum pro ſua E intentione, pro ſua voluntate in libro illo quicquid placuit, ad cauſæ ſuæ commodum addidiſſe, vel minuiſſe, vel variaſſe. Viri certe probi Saraceni ſæpius hoc dixerunt, quòd tota Alchorani ſcriptura adeo commixta & confuſa ſit, quòd totum, quod ibi ſit, ſine continuatione, ſine compoſitione, abſque omni verborum ordine: poſtremo abſque vllo ſenſu vel ratione eſſe videatur.

Iterũ [illegible] in Alchora[illegible] mutatio. cap. 54.

F *Quàm vana ſit Alcherani doctrina perpenditur, cap. 56.*

§. VI.

MIrandum eſt, quod illic aliquid ſit, quod homini placere poſsit, ſcilicet ratione vtenti. Nam ſi eloquentia conſideretur, nemo tam turpiter Arabice aliquid ſcripſit. Quantum enim ad ſapientes Arabicos ſcriptores, quid eſt totum Alchoranũ, niſi digna riſu barbaries? Si vero ſententiæ

A.C. 630

tentiæ perpēdantur, ego nihil ibi video, ſi tamen A eſſe poteſt ibi aliquid boni. Nam mala ibi multa reperiri dubium non eſt, quæ quilibet ſtultus ſimiliter, aut certe multo elegātius fingere poteſt. Eſto tamen, bona ibi videntur eſſe aliqua, ſicut verbi gratia, vt ieiunetur, oretur, eleemoſynę aliquæ dentur. Nunquid primum tal a inuenta ſunt à Machometo, qualia ſcilicet nullus ante eum audierat? O quanto ſanctius, quanto honeſtius, quāto rationabilius Moyſes, & Helias, & alij multi prophetarum, Ioannes quoque Baptiſta, ſed & ipſe dominus omnium Ieſus Chriſtus, & ieiunauerunt, & orauerunt, & eleemoſynas impende- B runt. Nos quoque ieiunare, & orare, & eleemoſynas dare ante prodigioſam prophetiā Machometi infinitis retro temporibus docuerunt. Ceſſet ceſſet Machometus earum rerum velle videri magiſter primus, quarum nec dignus fuit in aliquo diſcipulus eſſe vel vltimus. Abſit abſit à nobis talis prædicator ieiunij, qui poſt monſtroſum ieiunium ſic omni libidini & ingluuiei operam impendere præcepit, vt non ad aliud videatur inſtituiſſe ieiunium, quàm vt poſtea voluptuoſius & appetentius excitetur omnium turpitudo libidinum. C

Quomodo verum ſit, nullū poſſe talē ſcripturā qualis eſt Alchoranus fingere.

Iam vero, quod ipſe in ſua ſcriptura (vt ſuprà dictum eſt) prædicauit, hanc ſcripturam talem eſſe, quæ nec ab hominibus, nec à dæmonibus fieri poſſet, certe ſatis ipſe elegit, quibus hoc diceret, ruſticiſsimos & agreſtes homines, qui & nouiter de diuerſis ſectis venerant, ipſamque etiam linguam Arabicam ignorarent. Cæterum ſi hoc nobis exponere liceat per omnia, ſic ei concedimus, quod vere tam ſtulta, tam inhoneſta, tā irrationabilis doctrina ſeu ſcriptura eſt, quod nec à dæmonibus, nec ab hominibus fieri poteſt. Puto enim, quod etiam dæmones hoc ſcribere eru- D beſcerent. Tamen ſi tantum vult Machometus gloriari de ſuo Alcorano, quantomagis gloriari poſſent alij quidam qui æmulatione illius, vt & ipſi ſibi nomen compararent, ſuum quoque Alchoranum ſecerunt, & multo honeſtiora, & ſaltē in aliquo veriſimiliora conſcripſerunt. Sed quia non ex toto ventri & libidini fræna laxabant, non tantos beſtialium hominum greges aſininos poſt ſe trahere potuerunt.

Cur tam multi Machometi doctrinā ſecuti ſunt. cap. 57.

Si quis ergo miretur, quare tantum quibuſdā hæc ſcriptura placuerit, pro certo teneat nulli vnquam nobili vel ſapienti placuiſſe, ſed miſerrimo & imperitiſsimo vulgarium hominum ge- E neri, qui ab eo de locis ſylueſtribus congregati cum has primas literas audiſſent: rei nouitate ſtupefacti, ſacrilegas fabulas Dei oracula eſſe crediderunt. Denique cum paupertate, & aſsiduo ruralium operum labore confecti fuiſſent, cibi, potus, pretioſarum veſtium, amœnitatis vmbroſæ, vaſorum ſpectabilium, vxorum inſuper pulcherrimarum, infiniti concubitus, aliarúmque ſpurciſsimarū paradiſi deliciarum beatitudinem audientes, ſeque ibi ex promiſsione Machometi iamiamq; futuros eſſe beatos ſperantes, ad omnia F quæcunque voluit beſtiales homines cucurrerūt.

Machometus de Perſis victoriā reportauit.

Inde eſt, quòd contra regem Perſidis exiens, ſic adiutus eſt ab eis, vt vinceret. Promiſerat enim omnibus, qui in bello pro eo mori eligerent, ſui paradiſi delicias. Quidam tamen magis pugnaſſe dicuntur, vt hortos optimos, quos in Perſide viderant, obtinerent. Nam & illos daturum ſe eis poſt victoriam promiſerat, vt in hoc ſæculo, & in futuro ſemper in hortis eſſent. Arabes enim dicuntur multum delectari in hortorum pulchritudine.

A.C. 630

Quales ſunt Machometi ſectatores.

Et ſi dicatur, non ſolum ruſtici, ſed multi alij poſtea ſecuti ſunt eum. Vere multi alij, ſed peſsimi, & lecatores, qui grauati ære alieno vel pro ſuis ſceleribus morituri, hāc ſolam euadendi viā inuenerant. Nam dic mihi, obſecro, quem vnquā ſapientem, aut nobilem, aut honeſtum [ad Saracenitatem venire vidiſti? Illi enim, qui ex Iudęis, vel Chriſtianis ad Saracenos tranſeunt, abſit, vt prouocati aliqua honeſtate hoc faciant, ſed quia miſeri, & impudici, ſuæ legis regulas non ferentes, ad latam & ſpacioſam viam, quam docuit ille peſsimus Machumetus, ducentem ad perditionem ſe conuertunt. Quod maxime contingit Chriſtianis, quorum lex ſpiritualis & cœleſtis omnia, quæ in mundo ſunt, contemni ſpe & amore viſionis Dei æternæ præcipiens, dum carnales & fluxas infelicium mentes comprimit, ſtatim ab ea diffugiunt, qui contra concupiſcentias pugnare negligunt. Hoc autem certiſsime ſcitur, quia neque Iudæi, neque Pagani, neque Chriſtiani, quocunque modo ſe exterius habeant, ſi ad Saracenos ſe transferant, & eorum legem, quantumcunque de illa ſecta ſe eſſe aſſerant: ſimulant quidem ſe eſſe, quod non ſunt, vt aliquod corporis euadant incommodum, vt captiuitatis, & huiuſmodi, aut vt porcinis voluptatibus quarum apud eos copia eſt, perfruantur. Adeo enim quicquid faciunt de ritibus eorum pro nihilo ducūt, vt ſæpe inter ſe loquentes, Machometo, & legi eius maledicant, nec dignum fuiſſe eum aliquando prophetia, vel Dei lege affirment.

Lecatores ſunt helluones & perditi nebulones.

Qui fiunt Saraceni, ſimulate hoc faciunt.

Lex Machometi eſt à diabolo, cap. 62.

§. VII.

Reprobatur illa autē eſſe via Dei, quam Machometus ponit, ſed via illa eſt diaboli. Dixit enim maledictus ille, quod via Dei, ad quam hortatur ſuos, eſt expeditio contra aduerſarios & incredulos, ſcilicet doctrinæ ſuæ, & participatores, ſcilicet in ictu gladij, & populatione, & deuaſtatione, donec ingrediantur in fidem Dei, & teſtificētur, quod non eſt Deus niſi Deus eorum: & quia Machometus ſeruus eius, & nuncius eſt, aut reddant tributum ſubiecti. Sed ô imprudens & inſipiens, quomodo poſſunt continuari, & cōcordari verba iſta? Multum enim diſcrepant, & contraria ſunt ſcripturæ tuæ, quam dicis eſſe à Deo, quæ dicit, quòd miſſus eſt Machometus à Deo hominibus pariter in pietate & miſericordia. Qualiter habetur miſericordia cum effuſione ſanguinis, & latrocinio, & præda? Sed certe, aut verbum huiuſmodi eſt contrarium ſibiipſi, aut mentitur ea eſſe, quæ ſibi indeſinenter imponit à Deo dicta. Quæ enim via non Dei ſed diaboli, niſi homicidia, furta, & præda? Si autem opponatur nobis Moyſes, quoniam ipſe cultores idolorum expugnauerit, adducantur in medium illa prodigia, & miracula, quæ legimus eum feciſſe in lege, & apparebit manifeſte, quòd iuſtum eſt credere illum feciſſe ea ex præcepto Dei. Similiter & de Ioſue filio Num, ad cuius verbum ſol & luna ſteterunt. Quæ miracula cum fieri nō poſsint, niſi ab electis Dei, credimus, quod quic-

A.C.630. quid fecit, iuſſu Dei fecit. Sed quod ſignum aut A
miraculum oſtenditur feciſſe Machometus: vnde
credamus ei, cum ſuum proprium non ſit, niſi
occidere homines, & latrocinari, & diripere alie
na, & captiuare parentes cum liberis? quod qui-
dem ſemper malum eſt, ſed multomagis cum ſit
contra populum Dei, qui non habent aliud nu-
men, niſi cultum Dei. An non ſufficit tibi, niſi
nuncupes eam viam Dei? Abſit hoc à Deo, vt ta-
lis ſit via Dei, aut quiſquis talia iuſſerit, ſit de ple-
be Dei, aut de electis eius, quantominus de pro-
phetis?

Denique, quod innitat ſuos ad percutiendum B
homines gladio, eorúmque ſacculares diripere, &
omnia peſſundare, donec homines violenter ad
fidem ſuam veniant, eiúſque legibus inuiti ſubii-
ciantur, & cogantur, & coacti ſuum teſtimonium
teſtificentur, hoc nunquam legitur in diuina ſcri

Hæretici neminem ad ſuam perfidiā cōpellere conſueuerant.

ptura, ſcilicet aliquos ad Deum violenter con-
uerſos, nec præceptum eſt gladio, direptione, ca-
ptiuitate, ſicut Machometus iſte maledictus fecit
& iuſsit, obedire coactos. Multi certe olim hæ-
retici fuerunt, quorum tamen nullus gladio, nec
aliqua coactione ad ſectam ſuam aliquem per-
trahere conatus eſt, ſed fallaciis. Quicunque vo- C
luit inducere homines ad veritatem, ſiue ad men
dacium, non potuit hoc facere ſine aliqua vera
vel ſaltem veriſimili prædicatione. Et omnes ita
feciſſe noſcuntur, ſcilicet per doctrinam, præter
iſtum maledictum Machometum. Iſte enim ad
ſuam ſectam homines non ſolum arte callidita-
tis, aut ingenioſa loquacitate, ſed gladio, violen-
tia, oppreſsione, & depopulatione coegit. Nun-
quid auditum eſt ab aliquo, quod ille dicebat
hominibus? Quicunque non confitebitur me eſ-
ſe propheram domini, ſæculari gladio ego feriā
illum, & omnes, qui de progenie mea ſunt, ſimi- D
liter faciēt, & domum eius diripiam, & omnem
familiam eius captiuitate affligam. Ridiculum
eſt etiam, quod dicunt Saraceni, ſcilicet antequā
ſæcula crearet Deus, fuiſſe ſcriptum in throno

Vanitas Alchorani ca. 37.

Dei. Non eſt Deus, niſi Deus Machometi, & ipſe
nuncius Dei, cum tamen hoc non inueniatur
ſcriptum in Alchorano. Sed quæritur quis ſcri-
pſerit? Nō creatura, quæ adhuc nō erat. Si Deus,
quæritur cui ſcripſit: non ſibi, quaſi timeret per-
dere nomen ſuum, niſi ſcriptum eſſet. Si angelis,
vt illud poſtea legerēt, hoc eſt falſum, cum Deus
non per literas loquatur angelis, ſed illumina- E
tione præſentiæ ſuæ.

*Machometum non fuiſſe prophetam proba-
tur, cap. 44.*

§. VIII.

QVod Machometus falſus ſit propheta, non
verus probatur. Si vna ſola vxor à Dei a-
more impedit hominem, quomodo, qui tantas v-
xores habuit, officium prophetæ adimplere po-
terat congrue? Officium ouinque prophetæ non
eſt aliud quàm ieiunare, orare, prædicare, & his F

Quę Machomet⁹ docuerit. cap. 45.

ſimilia bona facere, quibus miror, ſi homo tantis
flagitiis deditus, vnquam potuit vacare. Quod ſi
quis obiiciat multos male vixiſſe, ſed tamen be-
ne docuiſſe, qualiter etiā iſte docuerit, videamus.
Propheta eſt ignota prædicens, ſiue de præteritis,
ſiue de futuris. Scimus autem, quod olim, quan-
do prophetæ fuerunt, non ſtatim, qui hoc nomen
vſurpaſſet, authoritatem habebat, ſed longa & A.C.630.
diuturna ſanctitate vitæ, ſignis quoque & mira-
culis, à principibus, & populo Dei primitus cō-
probatus, huius nominis gloriam obtinebat. Si
dicatur eum multa præterita enarraſſe, veluti de
Adam, de Noe, & de Abraham, de Moyſe, & de
Chriſto, vtinam ſicut apud nos illa erant, ea ve-
raciter prædicaret, & non per multa mendacia
delirans, totam pene ſanctæ ſcripturæ veritatem
ſubuerteret. Quantum ergo ad præterita, iam de
ordine prophetarum cecidit, qui tot mendaciis
veritatem corrupit: ſane ſi aliquas fabulas ad li-
bitum ſuum compoſuit, quæ nunquam auditæ
ſunt, nullatenus eſt ei credendum, quia & hoc à
quolibet facile fieri poteſt, & ipſe iam in aliis
mendax inuentus eſt.

De futuris vero, quod nihil dixerit patet, cum
in tota ſcriptura eius nihil tale inueniatur. Vnde
etiam quantum ad futura à prophetali gratia ex-
cluſus, iam nec ſignis, nec miraculis, nec prophe-
tia, nec vita inter prophetas eſſe merebitur. Nam
illud totum, quod de paradiſo, quaſi prædixiſſe
videtur, ad nihil aliud nos cogit, niſi vt dicamus
eum ita mentiri de futuris, ſicut probatus eſt mē-
titus de præteritis.

De ſignis autem & miraculis, quod non ſint
illi data à Deo, ipſe ſibi teſtis eſt, dicens ita ſibi
dictum à Deo. Niſi ſciremus tibi nō credituros,
ſicut nec aliis crediderunt, daremus tibi ſigna &
prodigia.

Cur Machometus Perſas vicerit.

Iterum forſitan dicet aliquis, quod niſi eſſet
propheta, nunquam ad talem potentiam deue-
niſſet, maxime cum ſocij eius pauci eſſent nu-
mero, quando pugnauit contra regem Perſarum,
qui erat fortiſsimus, & potentiſsimus, & obti-
nuit triumphum. Quamuis enim illi, qui veri Dei
cultores ſunt ſuos ſuperent inimicos, & non in-
ueniatur in ſacra ſcripto à paucos idololatras
multos Iſraelitas fugaſſe, illi tamen, qui vincunt,
non ſemper propter ſua merita vincunt, ſed quia
illi contra quos dimicant, tali pœna digni ſunt.
Nihil enim mirum eſt Perſarum gentem idolo-
latram & ſpurciſsimam, à Machometo victam
eſſe, non quia melior eis eſſet, ſed quia hoc ipſi
promeruerunt, vt à coaſimili diabolo puni-
rentur.

Illud denique, quod dicit Deum dixiſſe. Niſi
ſciremus eos non tibi credituros &c. ad Arabes
quidem pertinebat, qui nec prophetam viderant,
& ideo nec ſigna prophetica contempſiſſe vn-
quam poterant. Cuius autem impudentiæ eſt
dicere illos ſignis eius non credituros, qui non ſi-
ne ſignis tantum, ſed & ſine alicuius boni iudi-
cio, quod nec pecora facere debuiſſent, peſsimæ
vitæ homini crediderunt?

Aniles Machometi fabulæ.

Quia ergo illum tam philoſophicis rationi-
bus, quam diuinis authoritatibus ſua etiam con-
feſsione, ab omni etiam prophetali gratia extra-
neum eſſe probauimus: reſtat, vt quales ſint fabo
læ, in quibus contra id, quod ſupra dixerat, ſigna
ſe feciſſe aſſerit, videamus. Dicitur itaque ibi,
quod aliquando audiens lupum vlulantem, ſociis
ait, ſe ex voce eius intelligere, quòd lupus ille in-
ter alios maior omnibus eſſet, & princeps lupo-
rum. O ſignum propheticum. Nonne ſimiliter
potuit dicere, quod lupus eum in illa voce pro-
phetā eſſe ſignaret? Quis enim inde illum, ſi quid
intelligeret, componere potuiſſet? Sicut de quo-
dam

A.C. 630. A dam alio lupo ibi refertur, & cum ſllocutus fuiſſet Vebeben filium Heum: ſtatim ſit factus Saracenus, vbi ſi leonem pro lupo ille fabularum compoſitor poſuiſſet, multo elegantior fabula extitiſſet. Sed non immerito fabulis ſuis lupos intexuit, qui more lupi rabidus ſemper & cruenter inceſſit. Qui etiã bouem Zozai domino ſuo locutum fuiſſe dixit, & quod ſuper vbera Humemabeth mulieris manum ſuam poſuerit. Itẽ quod præceperit arbori cuidam, & ſtatim adorauerit eum, quod tamen Saraceni ipſi falſum eſſe teſtãtur. Item dicit, quod cum Zameth Iudæa vxor B Zebenin oue aſſata venenum ſibi poſuiſſet, ſcapula ouis locuta ſit ei dicens. Noli me comedere quia veneno confecta ſum: propter quod non comedit de ea, ſed alius ſocius eius, qui comedit, mortuus eſt. Item narratur ibi, quod aliquando miſerat manum ſuam in cauernam, vnde exierũt aquæ, ex quibus ipſe bibit & ſocij eius & pecora eius: quod tamen apud Saracenos friuolum habetur.

Ipſe quoque omnia iſta mendaciſſima eſſe teſtatur, cum in mainri ſcriptura ſua dicat ſigna ſibi à Deo data non eſſe, ſcilicet ad faciẽdum ea. C Et cum iterum dicit: Non ſum miſſus niſi in virtute gladij, & qui non ſuſceperit meam prophetiam, occidatur, aut reddat tributum pro infidelitate ſua, & dimittatur. Vnde ergo apertius & manifeſtius omnia iſta ſigna prædicta falſa eſſe comprobantur, quàm ex ſuis iterum dictis quibus in Alchorano ſic loquitur? Quicquid inueneritis per me ſcriptum, conferte illud cum Alchorano, & ſi ei non concordauerit, ſcitote quod innocens ſum ab illa ſcriptura, & mea non eſt. D Ergo ſecundum iſtam regulam ſuam omnia, quæ non in Alchorano ſcripta inueniuntur, reſpuenda ſunt. Et ſic patet, quod miracula nulla fecit, ſed fur fuit & latro. Qui conſilio cuiuſdam confortatus, poſtquam diues factus eſt ex opibus cuiuſdam dominæ, quam duxit vxorem, vt ſupradictum eſt, homines ad ſe peſtiferos, & viarum inſidiatores, fugitiuos, & homicidas ſibi aggregans, ad deuia ſyluarum mittebat, ad cacumina montium, ad proxima fontibus loca tales complices ſuos mittebat inſidiari negotiatoribus, & aliis iter agentibus, ad ſpoliandum eos, & occidendum, & diripiendum bona eorum. E Fecitque complures expeditiones contra diuerſos ad occidendum & prædandum. Aduertendum igitur eſt, an huiuſmodi expeditiones ad Dei prophetam debeant pertinere, in quibus nil aliud, quàm fraus, & violentia & humani ſanguinis effuſio eſt? Non ergo propheta, ſed filius perditionis, & princeps dæmonum: & ſecta eius eſt lex peſſima & omni falſitate & ſpurcitia plena.

Ex vita ipſius cur ... acta ... non ... ſe pro phetam. Vinc. cap. ... & 42.

De S. Pharone epiſcopo Meldenſi & Phara virgine eius ſorore ex Vinc lib. 23. cap. 15. ſed primariam hiſtoriam ex MS. codic. Sur. tom. 5. edidit, fit etiam mentio S. Phara in vita S. Euſtaſij tom. 2. eiuſdem, vbi Burgundophera dicitur.

De multis ſanctis qui claruerunt temporibus illis.

CAPVT VI.

A DE multis ſanctis vtriuſque ſexus, qui temporibus prædictorum imperatorum claruerunt virtutibus & miraculis. Et primo de ſancta Phara virgine, & fratribus eius ſanctis, Pharone & aliis duobus. A.C. 630.

Tempore Heraclij imperatoris virgo Chriſti Phara claruit in Francia, cuius ſanctitatem imitatus eſt frater eius Pharo ex comite clericus, & ex clerico factus Meldenſium epiſcopus, vt ait Sigebertus. Sed Vincen. ſpec. hiſto. lib. 24. cap. 15. ex geſtis eorum ſic notat. Hagnericus pater eorum, ex gente Burgundionum duxit proſapiã, B atque in aula regis Theodeberti inter primores & proceres non mediocriter fulſit. Erat namque in conſiliis regalibus notus, ac nobilitate ſapientiæ vallatus, hoſpitalitati deditus, atque ſanctorũ virorum ſuſceptor deuotiſſimus, quorũ in mẽtibus perſpicaci oculorum ac mentis inſpectione Chriſtum agnoſcebat. Hic eſt adeptus ſui nõ imparem generis coniugem nomine Leodegundam ex qua tres ſuſcepit liberos. Pharonem virum ſanctiſſimum, Vualbertum & Calnoaldum, filiãmque miræ probitatis Pharam. Calnoaldus C beato Columbano erudiendus à patre eius traditur, eius miniſter deuotus effectus. Qui dum in ſolitudine vaſta moraretur eremi, ei belua olim paruit ad præceptum magiſtri Columbani. Iſta ſiquidem Calnoaldus germanus beati Pharonis, poſtmodum præſul factus in ciuitate Lugdunenſi claruit.

Calnoaldus à B. Columbano eruditur.

Beatus vero Vualbertus à ſancto Columbano in monaſterio Luxouienſi cum fratre Calnoaldo & beato Agilio filio Agnoaldi fratris ſupra memorati Hagnerici commiſſus eſt erudiendus Euſtaſio magnę eruditionis viro, cũ multis aliis, qui D poſtmodum Eccleſiarum Dei præſules eximij claruerunt. Cum autem apud villam Papimiſium Dei cultor Euſtaſius à genitore prædictorum fratrum officioſiſſime ſuſceptus moraretur, atque cognouiſſet ſororem eorum Pharam beati Columbani benedictione ſacratam, graui oculorum fatigari cœcitate quam contraxerat aſsiduis fletus mœrore, eo quod diſponeretur à patre nuptiali operi inſeruire, & ſanctimoniæ vota fruſtrari nuper deliberata, patrem aſperitate verborum obiurgat dicens, hoc ſui eſſe operis, quod virgo E aſſiceretur tanto diſcrimine periculi. Ad hæc ſiquidem pater, ſimulatione verborum huic dixit ſe poſtponere nuptiarum coniunctionem, tantum vt ipſam mereretur iucundare ſoſpitate corporali. Itaque vir Dei horum credulus verborum, ad locum, in quo ęgra decumbebat puella acceſſit, & virum in ſanctimoniali habitu viuere vellet, ſciſcitatur. At illa ſuſpirans ait ſe pudicitiam angelis ſociam deſiderare, potiuſque ſupernum ſponſum concupiſcere, quam terreno flebiliter inhærere. Mane vero viſus eſt ei adſtitiſſe vir reuerenti vultu, oculis ardẽtibus, dicens. Certa eſto famula Dei, meiſque promiſſis firma F hodie tibi virum aduenire, qui te ſoſpitati reſtituet. Hac expleta viſione poſt modicum intrante ad eam beato Euſtaſio, viſionis ordinem virgo Phara enarrauit, & credere ſe illum eſſe, per quem audierat ſibi lumen reddendum. Tunc oratione facta, Euſtaſius virgini promiſſum adiutorium ei contulit.

B. Phara ab oculorum morbo per B. Euſtaſiũ liberatur.

Quod videns pater voluntatem cordis factis aperit, ſponſum aduocat, ſponſalia firmat, tempus nuptiarum

Pater eam viro iũgere valt. Vinc. 16.

A.C. 650.

S. Virgo D. Petro ſuam cõmendat virginitatem.

A nuptiarum ſtatuit. At illa fugam arripuit, & parua ntanti curſu Eccleſiam beati Petri ingreſſa, atque in terram proſtrata, pugnis tenerum pectus quaſſabat, lachrymiſque terram irrigans vbertim his verbis orabat. O Petre, qui iuſtis reſeras regna cœleſtia, obſeras iniuſtis, huc ad tua confugi limina, tua volens eſſe virgũcula. Et tu, ô Chriſte, qui ſemper humilium flecteris precibus, remittendo ſordes, ſerua virginitatem meam per æterna tibi oblatam ſæcula. Quo pater cognito, illuc dirigit ſeruos, mandans eam in loco interfici. Sed ſerui prouido conſilio aliquantulum in itinere conſiſtunt, vt ipſo morarum ſpacio patris mitigaretur ſæuitia. Denique eo veniente, atque acriter ſæuiente, miniſtri comminationem mortis B artificioſe intentabant. Ad quos illa. Non (inquit) à genitore talia munera debentur filiæ, ſed iucũdius eſt mihi in hoc loco pulchram mortem oppetere, quàm iuuentutis florem amittere. Hoc autem certiſsime nouerit genitor meus, quia nunquam copulæ nuptiali in vita iſta conſentiam ſubmitti. Referentibus ergo famulis hæc domino ſuo, ille furorem ſui animi nequaquam ſine læſione filiæ mitigare voluit, ſed cuſtodiæ deputans ſeruabat eam ad illa quæ facere diſponebat.

Mauult mori quã nuptias cõſentire.

Dumque iſta geruntur, Dei miſericordia faciente, contigit beatum Euſtaſium reuerti à lega- C tionis expletione regis Clotharij. Qui cognoſcẽs tam diram animaduerſionem patris in filiam irreuocabiliter ſæuire, ſtuduit eius animi ſæuitiam duris verborum aculeis terebrare, & ad pœnitẽdum compungere. Neque vero inde rediit, quouſque puellam deſiderato ſanctimoniali habitu per Gõdoaldum decimũnonũ poſt B. Dionyſiũ Meldenſẽ epiſcopũ ornaret, & vt idem Hagnericus pater puellæ monaſterium in proprio ſolo famularum Dei congruum habitationi conſtrueret. Porro ſanctus vir Vualbertus clareſcentibus vitæ meritis, poſt Gondoaldum Meldenſium e- D piſcopus egregius ſucceſsit.

S. Phara colitur 7. Decemb.

S. Pharo in regis palatio verſatur, ex vita S. Pharonis & Vinc. cap. 17.

§. I.

PRæſtantiſsimus itaque Hagnericus filium dilectum Pharonem tyrocinij tempore in aula regis Theodeberti exercendum alebat, vt ſibi ad dignitatem honoris habendam, quam in palatio regis obtinebat, ſuccederet, (quemadmodum etiam poſtea accidit.) Quod deitatis omnipoten- E tia fauente ita factum cognouimus. Etenim quãdiu honore ſublimatus eſt regio Theodebertus, Pharo ſanctus iuuenis toga militari veſtitus, inter proceres palatij familiaritatis primum apud eum obtinuit locum. Poſtmodum deuictis Theodoberto & Theoderico, Clotharius cum trium regnorum monarchiam obtinuiſſet, beatum Pharonem inter reliquos regni ſui proceres amicitię ſuæ familiaritate ſublimiter nobilitauit. Qua fiducia fretus, per ſeipſum regem monebat vanos huius vitæ fauores ſupernis deſideriis calcare, F omnibus ſe amabilem præbere, omnes actus & mores compoſitos habere. Conſilia quoque regalia publica & priuata amoris Dei munificentia prudentiſsime diſponebat.

Cumque miſericordiæ operibus inſiſteret, & reos à morte liberaret, regi quoque Clothario multa bona perſuaderet cognouit ſanctam Pharam ſororem ſuam deſiderio videndi ſe grauiter affligi. Ad quam cum veniſſet, intantum eius familiare colloquium beati Pharonis permouit mentem, vt gloriam Palatini principatus, atque regalis amicitiæ contemneret, licitaque coniugia in iuuentutis flore poſitus refrænaret, ſeque eccleſiaſtico ordini ſociaret, & vxorem ſuam Blidechildem ſacro velamine conſecraret, Eccleſiã ſancti Stephani Meldenſis, quam magna præmebat paupertas, ditiſsimis villarum opibus munerauit, locumq; virginis Pharæ per ſummum additamentum magnifice ſublimauit, conciuéſque peregrinos & exules ex facultatibus ſuis alebat, B eiuſque fama odorifera longe latéque diffuſa reſonabat. Quapropter gens Anglorum eius amore irretita, ſuas virgines duobus monaſteriis, Calæ, ſcilicet & Pharę Deo militaturas per eum mãcipabant.

S. Pharo relicta ſæculari vita fit clericus.

Idem ſanctum Cillenum Scotum ad prouinciam Attrebatenſem miſit, quam ſana doctrina Chriſto acquiſiuit, & claris miraculis illic attraxit. Quadam die cum idem ſanctus Cillenus cũ ſancto Pharone corpus reficeret, vas vitreum, quo vinum propinabatur, pincerna tenente, caſu ruens confractum eſt. Cernens autem beatus C Cillenus vultum miniſtri in pallorem conuerſum, illi innuit latenter ſibi dari fruſta calicis fracti, ſuper quem oratione facta vas vitreũ redintegratum eſt.

S. Cillenus Scotus Attrebates Chriſto lucratur.

Interea poſt dormitionem Vualberti Meldenſis epiſcopi, frater eius ſanctus Pharo ad idem pontificium eſt petitus, & à rege Clothario, quẽ de ſacro fonte ille ſuſceperat, aſſenſus requiritur. Qui cum magna cordis alacritate non modo fieri mandauit, ſed etiam ſine aliqua ſcrupuloſitate id fieri iudicauit. Vere admirabilis diuina ſapientia, quæ tres germanos ſub ſacrato trinitatis D numero prædicauit pontificali dignitate inſignitos, eorúmque germanam Pharam magis vitæ meritis decorauit. Poſtquam vero ſanctus Pharo in cathedra ſublimatus eſt, quàm mira ſanctitatis opera in eo claruerunt, reſtantur virtutes quas ob meritum eius declarandum Chriſtus operari dignatus eſt.

Die Paſchæ cum beatus Pharo manus impoſitione plurimos ſanctificaret, atque ſeſe, vt fieri ſolet, vtriuſque ſexus multitudo comprimeret, quidam puer inter cæteros allatus eſt orbatus lu- E mine oculorum ad confirmandum. Cuius frontem cum vir Deo plenus oleo liniret, viſibiliter Spiritus ſancti donum, & lumen oculorum recipere meruit.

S. Pharo confirmationis ſacramẽtũ conferẽs cæcum illuminat. cap. 17.

Item cum ſanctus Antiſtes per ciuitatem trãſiens, quibus competebat viſitationis pietatem conferret, contigit ante vinctorum carcerem eũ tranſire. Quem cum multi cognouiſſent adeſſe, petere veniam flagitiorum, & ſolutionem vinculorum cœperunt. Quibus vir Dei ait. Exite, inquit liberi, eo quod pœniteamini, ſtatimque ſoluta ſunt vincula.

F Sed nec omittendum eſt, quanta virtute animi eius coniunx nomine Blidechildis, ſacro velamine mancipata, ſancti pontificis tentamenta aduerſus ſe antiqui hoſtis iniecta malignitate repulerit. Cum igitur hæc ſanctimonialis Deo ſeruiret ſanctimoniæ ſtudiis in villa reſidendo, præſul Pharo recordatus eius amoris & pulcbritudinis,

Blidechildis S. Pharonẽ à ſe repellit.

ad hoc

A.C. 650.

ad hoc vſque perductus eſt, vt eam ad ſe venire A
mandaret. Quod famula Dei, cùm prima audi-
tione renuiſſet agere, non diſtulit antiſtes man-
datum ingeminare. At illa ſecundo huic primam
negligentiam adiunxit. Cum is duobus manda-
tis tertium adieciſſet, illa obſtinatum intelligens
animum eius, argumentoſum excogitauit conſi-
lium, quo pontificem à propoſito abſtraheret, &
ſuam caſtitatem conſeruaret. Etenim ornatum
abiiciens veſtium, totundit cæſariem capitis, &
cilicio induta, ſeſe contemplandam ei præbuit.
Cumque in eam intenderet, vehementer exhor- B
ruit facinus ſe deliberaſſe animo illicitum, atque
abſtractum ſe à diſpoſito opere ſagaci conſilio
prudenti fœminæ miratus eſt, quæ ſcandalum pul
chritudinis ſuæ abiecit à ſe, ne per oculos cor-
poris caperetur præparatus miniſter Deo, & ſan-
ctificatum templum ſpiritui ſancto violaret.

Nauim ſubmerſam incolumẽ reducit.

Die quadam idem pontifex ſanctus, egreſſus
eſt vrbem gratia orandi, ad oratorium ſancti Re
migij. Dumque ab oratione ſurgeret, ſubito flebi-
lis clamor auditur, fremituſque lugẽtium, & heu
ingeminantium. Refertur ei nauis demerſa in
mediis fluctibus, plena grandi populo. Epiſco- C
pus aſcenſo ponte fit pronior frigida humo, &
humilem vultum deiicit vſque ad frigidam ter-
ram, vix hora media orauerat, & flumen baculo,
quem dextra tenebat, tangitur. Mirum dictu, ec-
ce videres nauim depulſam relabi in ſummum,
non ſtridente vllo rudente nec ſecante remigio,
& cunctos demerſos referri.

Colitur 8. Octo.

De S. Columbano, de quo tit. 12. ca. 6. § 6. & Diac. lib. 4. de geſt. Long. cap. 15.

§. II.

ANno decimo Heraclij imperatoris obijt ſan D
ctus Columbanus, qui plures diſcipulos ha
buit ſanctos viros. [a] Et inter cæteros ſanctum
Gallum qui claruit in Alemannia, & in expulſio-
ne dæmonum ab obſeſſis mirabilis fuit, vt ſupra
dictum eſt. Fuit etiam ex diſcipulis eius ſanctus
Euſtaſius, qui Pharam illuminauit, vt in præce-
denti §. patuit. Hic à beato Columbano ad Ita-
liam paterno directus affectu, æquo iure ſubditas
monachorum cateruas rexit tempore Clutharij
regis.

Sanctus Attalus.

Sanctus quoque Attalus, vt refert Vincen. vbi E
ſuprà ſancto Columbano in regimine monaſte-
rij Luxouienſi ſuccedens, poſt mortem eius cum
egregie monaſterium illud gubernaret, diabolus
contra eum aliquorum ſubditorum corda ſuſci-
tauit, qui dicerent tanti feruoris auſteritatem, &
arduæ diſciplinæ pondera ſe ferre non poſſe. At
ille ſagaciter pia fomenta præbere, & mollire
corda tumentia nitebatur, ſuadens reminiſci pa-
tres per contemptum vitæ præſentis, & mortifi-
cationem regna poſſidere. Cumque ſe iam nihil
proficere cerneret, pertinaces ire permiſit. Qui F

a De S. Gallo auctor tit. 13. cap. 6. §. 6. de eodem Vualfridus Strabus abbas apud Sur. tom. 4. fuſiſſime agit. Euſtaſij verò (quem alij Euſtachium vocant, cuiuſque ante §. 1. huius cap. facta eſt mẽtio) vitam ſcribit Ionas eius diſcipulus apud Bedam tom. 3. & Sur. tom. 2. De Attalo item idem Ionas apud eoſdem, atque primum Vincent. li. 23. cap. 20. poſt D. Anton. hæc excerpſerunt.

A.C. 650.

A poſtquam ab eo ſegregati ſunt, cum virum Dei
ſuis detractionibus laniarent, vnus eorum ſubito
febrium igne ſuccenſus inter pœnas incendij cla
mare cœpit ſe, ſi poſſet, ad beatum Attalum ve-
nire velle, & admiſſi criminis damna pœnitentiæ
medicamento lenire. Vix hoc ei dicere licuit,
obmutuit, & extremum anhelitum taliter dimi-
ſit. At illi, qui aderant, videntes iniuriam viri
Dei à Deo vindicari, ad eum cum pœnitentia re-
deunt, quos ille miro gaudio ſuſcepit, ſuiſque lo-
cis ſuas agnoſcẽtes culpas reſtituit. Alij vero, qui
B datum pœnitentiæ locum non redeundo contem
pſerũt, diuerſis mortibus direpti ſunt. Nam vnus
eorum [Theodomundus nomine] ſecuei per-
cuſſus interiit. Alius dum parui fluminis alueum
tranſmearet, irretitis poplitibus paruula vnda ne
catus eſt. Tertius cum in mari ſe carinæ tradi-
diſſet, demerſus eſt.

Monachi apoſtatæ malè pereunt.

Quodam tempore cum Bobius fluuiolus, tur-
gidis aquarum molibus violenter & rapaciter
defluens, molendinum monaſterij ſuffodere, ac
totam officinã vnà demergere niteretur, vir Dei
hæc audiens Synoaldum diaconem ad ſe accer-
C ſiri fecit. Cui dixit. Apprehenſo baculo, quo ſu-
ſtentor, vade ad Bobium, imperantiſque voce di-
cito, ſigno Dominicæ Crucis prælato, vt iſtas ri-
pas fodere deſinat, nec præſumptæ audaciæ mo-
dos expleat, ſed per alia incedẽs latera, iſta ſinat
eſſe illæſa, imperiiſque Domini ſe cognoſcat eſſe
receſſurum. Cumque viri Dei ille imperio obe-
diſſet, mox quoque fluuius relicto alueo collis ad
latera radens fluendo per ardua collis latera, ve-
lut ſtrictis ripis latices ſuſtentabat, quouſque cõ-
caua aluei paterent, quo ſuſtentante liquido
fluerent.

Attalus fluuio imperat, & is obedit.

D Vnus quoque monachorum Fraimerus nomi-
ne dum in agro laboraret, inopinato ictu ferra-
menti pollicem ſibi ex læua præcidit, & ſuperpo-
ſita gleba quaſi funus ſepeliuit. Pergẽſque ad
monaſterium patri rem prodidit. Cumque vir
Dei partem abſciſſi pollicis, terræ conditam ſul
cóque ſepultam ſibi afferri iuſsiſſet, ſputo ſuo il-
litam manui iunxit. Coniunctúſque pollex car-
nis glutino, vt antea fuit, adhæſit, imperatóque ſi-
lentio, vt abiret imperauit. Cum autem ſuprema
vitæ præſentis hora perfungeretur, inter mœſta
ſuſpiria, [& fluentes lachrymas cœlos intuens,
E vidit ſibi eos apertos, quos multo horarum ſpa-
cio affectuoſe inſpiciens] cordis rugitus præ-
mebat. Deinde gratias agens, & fratres in do-
mino confortans, animam reddidit cœlo.

Monacho abſciſſum digitum reſtituit.

Colitur 10. Mart.

De S. Vualerico abbate ex Vincen. cap. 21. ſed primariam hiſtoriam ex qua hæc deſumpta, à quodam eius prope æquali ſcriptam habet Sur. tom. 2.

§. III.

F EX diſcipulis quoque ſancti Columbani fuit
alius ſanctus nomine Vualericus, qui de Ar-
uernica quondam regione ortus, oues patris ſui
adhuc puerulus paſcebat. Audiens autem hic,
quomodo pueri nobilium in ſcholis ſolebant e-
rudiri, eodem deſiderio prouocatus, tabellam ſi-
bi fecit, & cum ſumma veneratione & inſtantiſ-
ſima prece impetrauit à magiſtro infantium, vt
ſibi ſcriberet alphabetum, & prima ſibi elemen-
ta monſtraret. Quo facto, lætus ad opus iniun-
ctum

A.C. 650.

ctnm temeabat. Sicque in breui, Dei fultus auxilio, patre ſuo ignorante, totum peratauit pſalterium. Deinde cœpit Eccleſiam frequentare, & non multo poſt ſecutus eſt auunculum ſuum ad monaſterium nomine Autimium. Quem ſecutus pater ſuus, minis & terroribus, atque blandiciis reuocare non potuit, quamuis Abbas, & fratres eum deprecarentur, vt cum patre reuerteretur, & imponerent ei ieiunia duorum & trium dierum, ſi hoc non faceret. Illo firmiter in propoſito perſiſtente, ait abbas fratribus. Non abiiciamus, quod miſit nobis dominus.

S Vualericus patre inuito in cœnobio perſeuerat.

Poſt hoc cœpit ſemper ad altiora feſtiuare, & peregrinationem pro Dei amore appetere. Tunc perrexit ad monaſterium Macarij quondam Antiſiodorenſis epiſcopi, vbi à beato pontifice benigne ſuſceptus eſt, vbi etiam diſtrictiſsime viuens, cœpit à multis prædicari. Ad quem cum quidam diues, & nobilis deueniſſet, Bobo nomine, audiens ab eo verbum Dei, cum eo remanſit, nec vltra ad ſæculum eſt reuerſus. Hi duo pariter perrexerunt Luxouium ad ſanctum Columbanum. Sub huius ſancti Columbani magiſterio factus eſt Vualericus hortulanus, quod officium ei iniunctum eſt cauſa probandæ eius humilitatis. Eius olera nec à vermibus, nec ab aliquo lædi poterant, cùm alia olera circumquaque deuaſtarentur, quod Vualericus fratrum meritis adſcribebat. Tunc cœpit ſanctus Columbanus eum inter probatos monachos reputare, iudicantibus aliis adhuc eum quaſi nouitium inter pulſantes ponendum. Cum autem ad audiendum verbum Dei à ſancto Columbano fratres certatim intrarent, intrante ſancto Vualerico cum cæteris, in ipſo limine ſanctus Columbanus ſentiebat odorem magnæ fragrantiæ ac ſuauitatis ad ſe venire.

Vualdolenus quidã ad prædicandum mitti poſtulat.

Poſt hæc quidam è fratribus nomine Vualdolenus accenſus ſancto deſiderio petiit à ſanctu Columbano, vt ei licentiam prædicandi inter gentes concederet, & pro ſolatio fouendæ religionis Vualericum ſecũ abire permitteret, quod & fecit. Cumque pariter in Neuſtriam peruenissent, à rege Clothario remotum locum reſidendi popoſcerunt, & cum ad quemdam locum Ambianenſium Gualimaco peruenisſent, contigit, vt quidam ob reatus ſui meritum in equuleo ſuſpenſus eſſet, & defunctus. Quem cum à longe beatus Vualericus aſpexiſſet, permotus pietatis viſceribus, curſu concito ad ſtipitem peruenit. Et prohibentibus eum carnificibus, ne cadauer mortuum tangeret: ille intrepidus vinculum ſoluit, & corpus defuncti manibus propriis ad terram depoſuit, & ſuper ſupinata eius membra ſe cum lachrymis & oratione proſtrauit, ita vt facie ſua faciem illius imprimeret. Sicque adſtãtibus cunctis & ſtupentibus, quaſi ex profundo ſomno membris eius paulatim calefacientibus mortuus incolumis reuixit. Præfatus autem rex locum ſecretum, ex conſenſu Ambianenſis antiſtitis] vt petierãt eis conceſsit. Ibi ſe beatus Vualericus in quadam cellula ſegregatus à fratribus clauſit, vt omni mundi cura poſtpoſita, ſolito more tantum diuinæ meditationi inſiſteret. Cæteri vero fratres conſtruentes ſibi cellulam, de eleemoſyna regis videbantur habere ſubſtãtiam.

S Vualericus defunctum excitat.

Cum autem quædam matrona panem & flaſcones per puerum viro Dei mitteret, puer auiditate cibi & potus ductus, partẽ ſibi retinuit, partem præſentauit. Quod cum vir Dei in ſpiritu cognouiſſet, ait. Quod allatum eſt, Deo gratias inde referimus. Sed tu fili hoc præuide, ne quid incaute ſumpſeris de illo pane, vel flaſcone, quos tibi abſcondiſti, quia ſerpens in flaſcone eſt, & venenum in pane. Quod ille videns ſe detectum obſtupuit, & reuerſus ad illa abſcondita ſic inuenit, remeans inde ad ſeruum Dei veniam petiit cum pœnitentia.

Flaſcones ſunt vini vaſcula.

Idem Dei ſeruus cum de quodam loco tempore hyemis ad monaſterium repedaret, contigit, vt pro auſteritate frigoris in domum cuiuſdam presbyteri cum ſodalibus ſuis ad calefaciẽdum ſe declinaret. At illi, qui tantum hoſpitem eximio cultu venerari debuerant, vt huius ſacro eloquio ſicut ei mos erat inſtruerentur, magis ei turpia & luxurioſa verba, & inhoneſta vnà cum iudice loci eius audacter, & contumaciter loquebantur. At ille, vt ſemper conſueuerat, putridis hominum cicatricibus ſalubria verbi Dei medicamenta imponebat dicens. Nunquid in euangelio non audiſtis, De omni verbo otioſo reddituri ſumus Deo rationem in die iudicij? Sed magis ac magis contempto eius præcepto, impudiciſsimis ebulliebant ſermonibus. Tunc ille, volui (inquit) corpuſculum meum aliquantulum à rigore frigoris refouere ex igne, ſed veſtris prohibeor ſceleratiſsimis verbis, & nunc etiam exire à vobis non calefactus compellor. Egreſſuſque de domo, puluerem ibi de pedibus ſuis excuſsit, & ad locum deſtinatum iter direxit. Sed illos infælices & procaces vltio diuina ſubſecuta eſt. Nã ille presbyter, qui recte ſibi vel aliis prouidere neglexerat, oculorum ſubito lumen amiſit. Et pręfato iudici loci illius ſubito emarcuerunt virilia. Tunc ſera pœnitentia ducti, ſupplicabant humiliter, vt iterum domum illam famulus Dei vellet intrare, ſed ille nõ aſſenſit. Presbyter in ſua cœcitate permanſit, & alter putreſcentibus genitalibus interiit.

Iuſti non ſunt offendendi.

Mat. 12.

Vindicta Dei cõtra procaces.

Merito autem vir ſanctus tantis virtutibus eminebat, qui ab vtero matris virgo manebat, humilitas eius, & benignitas modum humanum excedebat, & intantum diuina gratia & compunctione plenus erat, vt quoties prædicabat diſcipulis, vel Deo pſallens cœlum aſpiciebat, toties lachrymas effundere ſoleret. Tanta in eo erat manſuetudo, vt auiculæ in manu eius cibum ſumerent ſine formidine, & articulis ſuis, quandocunque vellet, oblitas ſuæ feritatis, & quaſi domeſticas eas palpitaret. Lectulus eius ex virgis contextus, vili lectariola tegebatur. Facies eius valde pallida, & macie confecta, quia frequenter in tota hebdomada, niſi in die dominica nihil ſumebat in cibo. Non vinum, non ſiceram, tantum in aduentu quidem hoſpitum, & in caritate de his omnibus poculis prægustabat. Quando vero per eum dominus languentibus gratiam curationum conferebat, vel futura vel occulta pronunciabat, tunc ruſeo colore eius genæ nimio fulgore micabant, vt palam omnes intelligerent, quod ea per eum facta vel dicta, ſanctu Spiritu cooperante fiebant. Multoties in vigiliis pernoctabat. Furtiuas orationes inter condenſa veprium, & per conuexa vallium frequenter fecit. Tunica cum cuculla tantum vtebatur. Peccantem aliquem de fratribus minoribus, poſtquam iuſſerat

Catalogus virtutum eius.

Lectariola, id eſt, ſtragulã.

A.C. 650.

iuſſerat flagellari, ſæpe hoc fieri prohibuit. Sed vocatum ad ſe blande admonebat, vt iſta ſola verecundia ei ſufficeret, quatenus de cætero illud vitium non iteraret.

Colitur 2. Decemb.

De S.Hildeunte vel Hildeuerto, ex Vinc.lib.23. cap.25. Meminit eiuſdem in lib. de Miſſa ſacrificio in Catalogo epiſcoporum Meldenſium Democh.

§. IIII.

PEr idem tempus floruit Hildeuntus, qui, vt refert ex geſtis eius Vincen.ſpecu.hiſto.lib. 24. natus in ciuitate Meldenſi, poſtea ibi fuit factus epiſcopus. Hic cum eſſet quinquennis, traditus ſancto Pharoni extitit ſacris literis imbuendus, conuicia ſodalium patientiſsime portabat. Et ex quo presbyter à ſacto Pharone eſt factus, ſemper cilicio ad carnem vſus eſt. Monitu ſancti Pharonis monaſterium petiit, & poſt Pharonem epiſcopus factus eſt. Iuxta vrbem Meldenſium habebatur Eccleſia ſanctæ Crucis, in qua quondam ſepultum fuit corpus ſancti Pharonis. In huius Eccleſiæ atrio Meldenſes ſuos mortuos ſepeliebant. Accidit autem, vt quidam maligni viri beatum Hildeuntum peterent, vt in illo atrio ſibi liceret aliam eccleſiam ædificare, quod & factum eſt. Sed idem templum auaritiæ ſtudio fabricatum, nocte præcedente, qua in craſtinum dedicari debuerat, funditus corruit. Quo timore perterritus beatus Hildeuntus, & pœnitentia ductus, Romam adiit ad Bonifacium papam, vt pœnitentiam ei iniungeret ſuper hoc peccato, qui poſt ſatisfactionem miſſus eſt ad prædicandum.

S. Hildeũtus Romã ad pœnitẽtiã peccati obtinendam petiuit.

Introiens autem per ſingulas domos dicebat. Huic domui pax ingredientibus & egredientibus, & ſic verbum incipiens ad finem vſque complebat. Hoc faciebat vſque Hieroſolymam progrediens & reuertens. Septimo anno reuerſionis ſuæ, retulit papæ, quæ geſſerat. Rediens autem in Galliam cum authoritate domini papæ in loco, qui dicitur Latiniacus, inuenit monachum nomine Fulſeum ſanctitate præcipuum. Cui angelus domini adſtitit per viſum dicens. Hildeuntus epiſcopus mane veniet ad te, cui à domino nouerıs peccata eſſe dimiſſa, vide ergo, vt eum ſuſcipias cum honore. Ad hunc cum veniret ſanctus Hildeuntus, proiecit ſe ad pedes eius. Quod ille videns ruit in faciem. Deinde venit Hildeuntus in locum ſeptimo ab vrbe miliario Meldenſium, vbi conſtructam Eccleſiam in honore beatæ Mariæ dedicauerat. Ibi miſſam celebraturus chirothecas de manibus ſuis extrahẽs, appoſuit eas radio ſolis, & ſuſtentatæ ſunt ibi ſpacio trium horarum. Deinde ſuſcitauit quendam puerum ſine baptiſmo mortuum, quem baptizans vocauit Aldebertum ex nomine patris ſui, quem iuxta ſe præcepit ſepeliri anno ſeptimo poſt eum moriturum. Horum duorum corpora beatus Maiolus abbas ex reuelatione angelica poſtea leuauit de terra, ipſe & plurimi epiſcopi cum eo.

S. Hildeũtus redit in Galliã.

De S. Auſtregiſilo ex Vinc.lib.23.cap.25.ſed primariam hiſtoriam ex qua hæc excerpta, à quodam eius æquali ſcriptam habet Sur. tom. 3.

A. C.650.

§. V.

FLorebant quoque & circa idem tempus Auſtregiſilus (vt refert Vincent. vbi ſupra poſt Sigebertum) in Gallus Bituricenſis archiepiſcopus: & ſub eo Sulpitius, Cunibertus Colonienſis, & Ioannes Tungrenſis. Hic Auſtregiſilus inter cætera virtutum miracula quibus in vita ſua claruit, quemdam molendinarium curauit: qui die dominica temerario ſpiritu volens emendare molam, accepto ferro ancipiti, quod vulgo ſcoton appellant, cœpit molam icrere. Ex quo peccato adhæſit manui eius manubrium ferri illius, quod nullus poterat de manu eius auferre, & tanta arctatione arctatus eſt, vt inter digitos eius iam cœpiſſet ſanguis effluere, & aſpicientibus ob fœtorem faſtidium facere. Veníque ad præfatũ Dei hominem, poſtulans Dei auxilium: qui accepit manum eius, cui adhæſerat malleus, & digitos primum extendens tulit ferrum illud, & manum eius attrectans omnem dolorem expulit, ſicque ſanatus homo receſsit.

Poſt obitum eiuſdem ſancti, cum Pipinus Frãcorum princeps, contra Eudonem Aquitaniæ principem volens dimicare, ad vrbem Bituricam perueniſſet, barbari de exercitu domum quamdam in villa Carobria, quæ præſati ſancti fuerat, in quam frequenter venerat, vicinis contradicentibus totam vallauerunt incendio, ſtatímque arrepti à dæmonio, vnus ex eis abſtracto oſtio de ipſa domo quæ ardebat, in flammam ſe proiecit, ibíque vitam finiuit. Alij etiam ſeſe dentibus lacerabãt, nonnulli vero ſeinuicem membris truncabant. [Vbi Pipinus id cognouit, exercitu eius in ea re valde perterrito, edicto cauit, ne quiſquam res aut villas Sancti Auſtrigiſili attingeret.]

Vltio diuina in eos qui domũ S. viri temerare audebant.

Nec multo poſt cum præfatus Eudo vnum de optimatibus ſuis Agnum nomine, in monaſterio ſancti Auſtregiſili manere iuſsiſſet, ipſe quicquid inuenire potuit, in ipſo monaſterio, comitibus ſuis diſpenſandum tradidit: ita vt nulla fratribus ſubſtantia remaneret. Cumque abbas ei ſupplicaſſet, dicens. Miſerere ſeruis tuis, vt poſsint viuere, & pro te orare: & ille ſuperbus preces eius deſpiceret, accedentes monachi ad ſepulchrum ſancti cum lachrymis orare cœperunt, vt eos ab inimico dominus eriperet. At ille infęlix Aginus omnes ſancti viri Auſtregiſili villas perluſtrans, pecora, & quæcunque alia inueniebat ſecum ducebat. Et cum iter faceret, apparuit ei per ſomnium ſanctus. Auſtregiſilus dicens. Cur me tam grauiter prædatus es, & mihi ſeruientes reliquiſti tam triſtes? Hæc dicẽs percuſsit eum in cerebro. At ille euigilans, & à ſancto Auſtregiſilo ſe percuſſum exclamans, paulo poſt expirauit.

Depeculator rerum ſacrarum grauiter punitur.

De S.Sulpitio Bituricenſi archiepiſcopo ex Vincen. lib 23.cap.27. ſed primariam hiſtoriam bona fide ſcriptam habet Sur. tom. ex qua excerpta eſt.

§. VI.

HIc (vt narrat ex geſtis eius Vincen. ſpecu. hiſto. vbi ſuprà) clariſsimis ortus parentibus, in flore primæuæ ætatis Chriſti militiam ruptis ſæculi laqueis tam ardenter ſuſcepit, vt ſi tẽpus perſecutionis nõ defuiſſet, periculis ſe ſpon-

A.C.650. te ingereret. Nil aliud adbuc in ſæculari habitu A
poſitus, viſus eſt agere, quàm monaſteria cóſtrue-
re, eccleſias inſtaurare, & miſeris auxilium ferre.
In eccleſiis non longe à domo parentum poſitis,
clam ſilentio noctis indotus veſtimentis pœni-
tentiæ, ſacris in orationibus pernoctare ſolebar,
& diluculo rurſus ſæculari veſte ornatus ſanctũ
propoſitum occultabat. Hic erat eius infantiæ
ludus, talis in eodem conualeſcebat in Deum
affectus.

Nocte quadam dum in vna eccleſia cum duo-
bus pueris contemplationi intenderet diutius,
duo tæterrimi Aethiopes, apprehenſos pueros B
ſinguli ab eccleſia abſtrahere nitebantur, quos
vir Dei poſt tergum magnis clamoribus eiulan-
tes attendens, tætros illos dæmones aſpexit, &
manum contra eos eleuans, illos crucis vexillo
repreſsit. Quibus ſubito elapſis, pueri illæſi re-
manſerunt. Ex eo tempore hoſtis callidus omnia
contra Dei ſeruum molimina verſans, quem mé-
te non valebat corrumpere, minis phantaſticis
nitebatur deterere. Fama autem de eo longe la-
téque diſperſa, cum à fidelibus Clothario hoc
eſſet ſuaſum, ab Auſtregiſilo Bituricæ vrbis epi-
ſcopo petiit, vt vir ſanctus, qui iam leuiticæ ſor- C
tis gradum attigerat, in caſtris ſuis abbatis offi-
cio potiretur, & poſtea eodem ſancto epiſcopo
migrante, idem vir ſanctus Sulpitius domino
procurante epiſcopalis apicis emeruit primam
Aquitaniæ ſedem.

Decus igitur pontificale nactus, oneri ſuccu-
Eius in epiſcopatu vita. buit non honori, omnibus omnia factus, tradens
ſeipſum ieiuniis indeſinentibus, & vigiliis pene
iugibus, ita vt ſiquando parum aliquid ſomni ne-
ceſsitas naturalis exigeret, hunc non ſuper ſtrati
mollitiem, qua nunquam vti conſueuerat, ſed ſu-
Nattula, id eſt ſtorea leuis. per ſolius nattulæ ciliciíque ſuperficiem depre- D
henderet. Tanta in eum gratia virtutum augeba-
tur, vt non minus per eum ſigna, quàm dudum
per apoſtolos fierent. Nam dæmones in verbo
fugauit, ægros oratione curauit, mortuum etiam
ſuſcitauit. Cumque ad eum viſendi gratia quidã
ex optimatibus aduenissent, & eis humanitatem,
quam omnibus impartiri nouerat, exhiberet, mi-
niſtris in aliud detentis, ignis flamma tecta velo-
citer deuorare cœpit. Iamque reſperſa ceperunt
quati vniuerſa, & minante ruina vniuerſis præſi-
dio deſperato fugam arripientibus, ſacerdos Dei
manu cum Crucis vexillo reſiſtere nititur flam- E
Signo crucis flammas extinguit. mis. Et mirantibus omnibus, ita flammarum glo
bi extemplò reſtricti ſunt, antequam manum
ſuam ſeruus Dei retraxiſſet, ac ſi magni aqua-
rum fluminis impetu vndique vallati fuiſſent.

Quædam mulier illuſtris ſpicis ſegetum reple
uerat horreum magnum. Intempeſta nocte ſcele-
ſtus ingrediens ignem coniecit, & flamma ſtre-
pente tumultus increpuit. Vir Dei reperta cauſa
currens cum canticis ſpiritualibus rogum circũ-
iuit, & miris modis cum baculo terminum defi-
git, quem igneus collis tranſgredi nequeat. Flam- F
mæ itaque cum omnes vicinas domos tangerent,
ex omni parte ad ſe reuerſæ chaos fugiunt, quod
tranſgredi non audent.

Arborem in alterá partem vertit. Procul ab vrbe arborem immanem præcidi
iubet. Quæ dum ſuccisa velox corruit, vnus ex
pueris in aliud intentus & attonitus ſiſtens non
mortem refugit, protinus ſacerdos manum cum
ſigno Crucis eleuans, arborem in alteram par-
tem vertit, & ſic de mortis periculo puerum ab- A.C. 650.
ſtraxit.

Vnus ex ſceleratis in promptuarium ſancti vi-
ri noctu ſe violenter iniecit, & diripere nitens,
quæ facinus furti conceperat, cum abire feſtina-
ret, nullos ei aditus patet, ſed quaſi carcere ſeptus
ligatur vndique reus, ſic totius noctis itinere cõ-
ſumpto, mane vir Dei vnum de cuſtodibus con-
cat, & mittens ad ſocium mandat, vt quem erro-
re laſſatum, & quaſi quibuſdam vinculis arcta-
tum ita in crimine inuentum in promptuario in-
ueniſſet, attraheret. Nec mora miniſter ſocium
adiens vocauit, ſceleſtum inueniunt intus, & vt B
attraherent comprehendunt. Sed inter eorum
manus elapſus, timens ſe in crimine deprehẽſum,
& à turbis vndique vallatum, malléſque cele-
rem mortem ſubire, quàm longos cruciatus tra-
here, in puteum valde profundum ſe præcipita-
uit. Et tamen cum eum vorax terra ſuſciperet,
ſancti ſuffragia poſtulabat. Tunc vir Dei velo-
citer accurrens, iubet quemdam puerum deſcen-
dere nexum, & ſceleſtum extrahere circumple-
xum. Cumque omnes nec eum poſſe viuere cla- Furem ſe in puteũ præcipitatũ à morte liberat.
mitarent, ſed iam interiiſſe crederent, de puteo
incolumis extrahitur. Qui ad ſancti veſtigia pro- C
ſtratus, veniam poſtulabat facinoris. Cui ſanctus
pietate plenus indulſit, & eius vſibus neceſſaria
præbuit, ſæpe mõnens, vt potius petat, quàm
rapiat.

Cum vnus ex diſcipulis iam diaconus effe-
ctus, repedandi ad propria licentiam poſtulaſſet,
& ille dare noluiſſet, ne aliquid ſiniſtri ei in via
contingeret, demum illicentiatus cum equo ab-
ſceſsit, ſed tota nocte diſcurrens, mane ſe ibi re-
perit, vnde iter ceperat, eique veniam poſtulauit
& accepit.

Idem cum quadam nocte pſalmorum cantus D Dæmonis ludibria fugat.
in baptiſterio peregiſſet, perrexit ad beati Mar-
tini baſilicam, vt reliquum noctis vſque ad ma-
tutinas in diuinis laudibus expleret. Ingerens ſe
dæmon in ſpecie auis tæterrimæ, lumen, quod
puer præferebat, primo ſuffocare nititur, deinde
in faciem oculóſque ſancti viri cum impetu ſe
iniiciens, & huc illúcque eminus circumuolitãs,
violentum & infeſtum ſe reddebat. Cuius vir
Dei geſta perpendens, ſcio (inquit) quis ſis, anti-
qui ſerpentis miniſter, & facto ſigno crucis eua-
nuit, ſed ei inuidia ſancti viri ſtimulos accendit.
E Cumque vnum de pueris pro pauperum ſubſi-
dio exhibendo ad quemdam locum ire præce-
piſſet, dæmon ſe obuiam obtulit, eúmque de ve-
hiculo eiecit, & male mulctatum flagris exani-
mem reliquit. Ita defertur à proximis ad domũ,
& nemo retulit ad virum ſanctum. Tandem ipſe
ſenſit ſpiritu prophetiæ eum continuatis diebus
decem mutum & cœcum permanere, omniáque
membra præmortua, & ita obſeratis dentibus ex
ore, vt nec aquæ guttam aliquis poſſet interius
F fundere. Tunc ex affectu ſanctus vir lachrymas
fundens, & in oratione ſe proſternens, panis buc
cellam cum vino iubet afferri. Móxque, vt reſe-
ratis cum ferro dentibus, ſtillam vini, quod miſe-
rat, proximi perfuderunt, ſenſus amiſsi reddun-
tur, & in vigorem priſtinum membra redeunt.

Vnus etiam ex ſociis, cum aliquando ad Ec-
cleſiam pernoctare pergeret, diabolus opus bo-
num impedire nitens, ei occurrit, eúmque cædi-
bus afflictum exanimem dereliquit, quem vir
Dei

A.C. 650.

Dei oratione iocolumem fecit. Nec multo poſt cum ruſticus quadam arrepta manu ſecuri die dominico operaretur, illico manus eius areſcit, & cum neruis ſecuris adhæſa recluditur. Qui ad Dei ſeruum accedens, & oratione ſua ſanitati reſtituitur. Denique vir ſanctus plenus dierum, in pace quieuit, & poſt obitum multis etiam miraculis claruit.

Colitur 17. Ianua.

De ſancta Salaberga ex Vinc. cap. 30. quæ ex vita S. Euſtaſij ca. 4. accepta aliqua ex parte ſunt tom. 1. Sur.

§. VII.

FVit & eo tempore ſancta Saleberga abbatiſſa, vt ſcribit Vincen. vbi ſupra ex geſtis eius. Hæc in ſuburbano Leucorum oppido, territorio Lingonico confini, parentibus nobilibus & religioſis oriunda fuit. Cumque beatus Euſtaſius abbas, ſancti Columbani ſucceſſor, ad eliminãdam Bonoſiacam hæreſim in Germaniam properaſſet & remeans ad præfatæ puellæ patrem Gondoniũ perueniſſet, ille velut gratiſsimum munus eum ſuſcepit. Qui inter ſacratiſsima exhortationis verba, ſciſcitari fecit vtrum ei ſoboles eſſet. Cui ille duos adoleſcentulos ob benedictionis gratiã percipiendam præſentauit. Sed vir ſanctus, ſi adhuc proles ſupereſſet, requiſiuit. Cui parentes fatentur ſe adhuc habere puellam dudum luminibus orbatam. Veniat, inquit, & ipſa. Triduano igitur à ſemetipſo exacto ieiunio, ſuper oculos puellæ oleum benedictionis infudit, & mox ſanitatem recuperauit.

S. Saleberga oculorum lumẽ recuperat.

Poſtea parentes de liberorum ſucceſsione cogitantes, eam contra voluntatem ſuam cuidam generoſo in matrimonium copularunt. Qui vix eam duobus menſibus habens mortuus eſt. Beatus quoque Euſtaſius poſt multa rerum diſcrimina, poſt hæreticorum procellas, & ſchiſmaticorũ fraudes, ſummis pollens miraculis migrauit ad dominum. Cuius loco ſanctus Vualbertus in regimine fratrum ſubuectus eſt. Sancta ergo Saleberga viduata, ſub laico habitu, vigiliis, ieiuniis, & eleemoſynis intenta, doctrinam quam à beato Euſtaſio acceperat, animo ruminabat. Iuſſu autem regis Dagoberti ob liberos procreandos cuidam viro Balduino, qui in aula regia morabatur, in coniugium ſociata quinque filios habuit. tandem viro conuerſo, prolibúſque Deo ſacratis veſte religionis accepta, inito cum ſancto Vualberto conſilio, conniuente etiam marito, cœnobium puellarum in ſuburbio Lingonenſi in hæreditate paterna extruxit. Poſt hæc bello ciuili inter reges Francorum circa fines illos orto, loca vicina depopulata ſunt: corpora quoque ſanctorum igne cremata. Tunc illa habito conſilio cum ſancto Vualberto, quem & poſtea habuit & comitem itineris, & ſocium laboris, paternum ſolum relinquens, ad vrbem Lugdunenſem cum maximo apparatu & cum animabus à Deo ſibi commiſsis perrexit: Ibique extructo monaſterio intra paruum tempus trecentæ circiter famulæ Chriſti ad eam ſunt adunatæ.

Vualberto Euſtaſij ſucceſſor coliture 2. Marij.

Sancta Saleberga cõſtruxit monaſteriũ Lugduni.

Quadam die dum beati viri Vualberti præſtolaretur aduentum, & falerni copia deeſſet, iuſsit ceruiſiam fieri, & in dolium mitti. Sed cum vas ad plenum non eſſet refertum, ſoror, quæ cellarium cuſtodiebat, hoc retulit Salebergæ, quia ſcilicet ſic non plenum cito aceſceret. Sed meritis ſanctæ vas repertum eſt plenum. Et poſt quamdam mirabilem viſionẽ reuelatum ei fuit, quod inde ad centum dies migraret corpore, vnde qualibet illarum dierum diceret vnum pſalterium, termino ſibi præfixo perrectura ad dominum.

A.C. 650.

Colitur 22. Septẽ.

De Dagoberto rege Francorum de quo Annon. Aemil. 60. quæ Vinc. ex hiſto. Franc. ca. 35.

§. VIII.

MOrtuo rege Francorum Clothario regnauit filius eius Dagobertus anno imperij Heraclij 20. Hic Dagobertus, vt narrat Vincen. ſpecu. hiſt. monarchiam trium regnorum ſuſcepit, qui fuit nutritor orphanorum, & benigniſsimus in Frãcos, in iudicio iuſtus, eccleſiis largus. Qui primus eleemoſynarum copiam per eccleſias ſanctorum, de fiſco palatij erogari iuſsit in cuncto regno ſuo. Rumor eius in bonos, ſimulq́ue metus & timor in omnem regionem per circuitum peruenit. Pacem in omni regno ſuo ſtatuit, ac velut pacificus Salomon, quietus regnum Francorum obtinuit. Ipſe Dagobertus aliquando iram veritus patris ſui Clotharij, quia conſiliarium eius cæſum & detonſum dehoneſtauerat, Pariſios ad Eccleſiam ſãcti Dionyſij cõfugit. Et quia nullo modo inde extrahi potuit, locum illum ſemper cordi habuit.

Dagobertus Frãcorum rex 20. creat° A.C. 638. Ob idem ex Sig.

Inſtante autem die dedicationis dictæ Eccleſiæ 6. Cal. Martij, nocte, quæ diem ipſam præueniebat, populis ex more ab eccleſia excluſis, quatenus die craſtina liberior epiſcopis ingreſſus præpararetur, res contigit memoratu digniſsima, quæ futurorum ætatibus fideli innoteſcat relatu. An ianitorum ignorantia, an induſtria contigit, incertum habemus, leproſus quidam excubitoribus tamen non incognitus, in Eccleſia prædictorum martyrum fide plenus pernoctauit, ſecretúmque locum vigiliarum gratia ſolus occupauit, reliqui, vt dictum eſt, populi, & ipſius Eccleſiæ cuſtodes forinſecus expectabant. In ipſo autem noctis conticinio, tantum iubar illam eccleſiam totam illuſtrauit, vt multorum cereorum ſplendor illi iubari cederet, vtpote quam ſol diuinus ſuo iubare illuſtraſſet. Inſomnem ducebat leproſus noctem illam, & præ claritate ineffabili ſtupuit, & ſi quid ſubſequeretur, lucem illam ſolertiſsimus expectare cepit. Ecce autem repẽte dominus Ieſus pontificum pontifex cum illis ſuis familiaribus beatis apoſtolis Petro & Paulo affuit, ſanctúmque illud collegium adiunxerat martyres glorioſos Dionyſium, Ruſticum, & Eleutherium. Quam viſionem nequaquam, ſicut prouenire frequenter aſſolet, ſomniantis more videbat, ſed omnes, & omnia vigilibus oculis perpendebat. Videbat namque ipſum dominum Ieſum niueis veſtibus indutum, præcedentem, & ſigna ſuæ dedicationis luculenter illis parietibus imprimentem, & ſeriatim officium epiſcopale implentem. Ipſumq́ue venerabilem proceſsionem ſuorum fidelium ſubſequentem, inter quos ſpecialiter ipſos apoſtolos & præfatos martyres annotauit. Completóque de more dedicationis officio, ad leproſum ſaluator acceſsit, eique voce, quæ poſſit intelligi, dixit. Intrepidus audi, & foris expectantibus noſtris epiſcopis, quæ vidi-

Quomodo D. Dionyſij Eccleſia à Chriſto fuerit cõſecrata, ex hiſto. Dagobe. Vinc. c. 38.

D. Dionyſij ædes à Chriſto dedicatur

A.C.650. ſti, & quæ tibi mandauero aperi. Ne ſollicitentur de cætero de dedicationis Eccleſiæ officio, A quia nos manus adhibuimus, & prout vidiſti, totum conſecrationis officium compleuimus. Leproſus autem, & pro ordine diu expectatæ viſionis iam ſecurior, & pro Saluatoris alloquio iam hilarior. Et quis (inquit) domine mi, dictis meis aurem credulam accommodabit? Ego enim omnium hominum miſerrimus, & abiectio plebis factus, apud homines teſtandi locum nō habeo, quoniam (ſicut vides) elephantina peſte deformiter laboro. Quid multa? Ad elephantinum accedit ſaluator, & leni tactu faciei eius magnum B admouit, eiuſque caput circumtetigit, & mirum in modum ablata cum ipſis horribilibus puſtulis cute, ipſaque cæſarie, leproſum ſanitati potens medicus reſtituit, & ipſam, quam capiti eius carneam tunicam detraxerat, lapidi, qui proximus erat impoſuit, eámque ſicut heri & nudiuſtertius erat effigiata cum ipſis vlceribus manere fecit, vt ipſam excoriatam faciem veram faciem putares, & de leproſa effigie nihil dubitares. Et adiecit. Vade (inquit) ſi tibi non credunt, iſtis ſaltem ſignis nullatenus diſcredent. His dictis, & lux illa, quæ multorum luminarium iubar offuſca- C bat, abſceſsit, & beata viſio ſpectantis oculis diſparuit.

Leproſus à Chriſto curatur.

Dies illuxit, & quidam matriculariorum ingreſsi ſunt eccleſiam, & leproſum in gratiarum actione repererunt. Rogat ſe ad regem adduci, rem ſiquidem habeo (inquit) ad eum ſecretam. Ad Dagobertum adducitur, & diuini oraculi ſeriem proloquitur. Vere dedicationem huius Eccleſiæ à Domino Deo factam hac nocte vidi & audiui, & ita deinde redditus ſum ſoſpitati. Et extendens digitum, Hæc eſt (inquit) feneſtra, per quam dominus aulam hanc introiuit. Si mihi D non creditis, ſaltem venite, & operibus ipſis credite, & adduxit eos ad lapidem indictis nobilibus inſignem. Rex admiratur, quoniam adhuc de veritate dubitabatur. Videbat hominem peregrinum, & tanquam mendicantem aſpernabatur & egenum. Tandem diſcredenti detracta ſatisfecit cæſaries, & ſuper lapidem poſita in ea miraculi leproſa fuit effigies. Vt enim verum fatear, lineamenta membrorum capitis, aurium dico & palpebrarum, oris & narium, ita in ſuis locis manebant marcida, quaſi omni ambiguitate procul exploſa, de miraculi veritate certioſi, E etiam increduli, ſi qui fuerant, ſtuperent, confutarentur & crederent. Aſperſus rumor, & certus ad admirationem & gratiarum actionem inuitat epiſcopos, & conglobatos ad dedicationem ad laudem cogit populos. Parietes diuinis inſigniti manibus, rei geſtæ teſtimonium perhibebant. Reconditur cæſaries illa in congruenti capſula, quā vſque hodie inter reliquias conſeruant illius Eccleſiæ ſcrinia, vt pote quam Dei manus tetigerat. Dagobertus ſuper hoc non mediocriter lætificatus, de honoranda Eccleſia illa cogitauit, ne cui de cætero ſubiiceretur, niſi Romano pontifi- F ci, priuilegio beati Petri fecit eam muniri, & regalibus donariis decorauit. Cui quicquid de ſuis regalibus fiſcis conferebat, parum erat.

Matricularij ſunt eccleſiæ cuſtodes.

Colitur hęc dedicatio 24. Februarij

De S. Magnedobo Andegauenſi epiſcopo ex Vinc. cap. 31.

§. I.X. A.C.610.

TEmporibus huius Dagoberti claruit ſanctus Magnodobus Andegauēſis epiſcopus. Qui ſcilicet Dagobertus rex, fama bonitatis eius comperta, eum ad ſe Pariſios accerſiri fecit. Cū ergo ciuitatem ingrediens valuas tranſiret, rei, qui in ergaſtulis tenebantur, comperto eius aduentu, vocibus importunis eius ſolatia petebant. Iudicem ergo adiens rogare cœpit, vt damnatis veniam præſtaret, & voluntati eius aduerſans cū ſine effectu abire fecit. Qui Eccleſiam, qua tendebat ingreſſus, Chriſtum exorauit, vt noxios liberaret a nexibus. Nempe compedes ſunt attriti, manicíſque contuſis, aditus carceris libere vinctis patuerunt. Proſilientéſque, & ſancti viri veſtigiis obuoluti gratias retulerunt.

Reos à carcere liberat.

Idem vir diœceſim ſibi commiſſam illuſtrādo circumiens, cum ad prædium, qui Quattiantiicus dicitur, perueniſſet, pueri garruli conuitia nefanda ludendo iactabant. Quos illo intuente, ſubito vnus ex eis pulueri mixtus cum omni pernicitate raptus, per aeris vaſta more globi hac illácque ferebatur. Tunc ſodales cum parentibus triſtes C ac territi, per deuia quæque, ac rupium & vallium anfractus ſectantes, nihil profecerunt. Iamque deſperatione fatiſcentes, tandem inuia & diuiſos tramites adepti, puerum reperetunt inter condenſa veprium ſemianimem, & vix exilem anhelitum trahentem. Quem parentes cum magno gemitu pallio inuolutum & pene totis artubus diſcerptum, in præſentia ſancti viri obtulerunt, qui apprehenſa manu eum leuauit, & vitæ compotem ac valentem parentibus reddidit.

Quodam tempore cum iter faciens nauali ſolatio ad tranſmeandum fluuium indigeret: linter D citra amnem ſita videbatur, ſed deerat qui ei adducere conaretur. Qui cum more ſolito ad orationem confugeret, repente prora, ex loco, in quo annexa tenebatur, exiliens, abſque remige ad littus, in quo præſtolabundus aderat, natando deuehitur. Qui Deo gratias agens, cum omni comitatu ſuo in eam deſcendit, & ad locum quò tendebat, proſpero curſu aduenit.

Quodam tempore cum famis inedia ad virum Dei (vt conſuetum erat) conflueret multitudo pauperum vndique, ipſe, vt dapſilis largitor agapen fecit, & omnes vſque ad ſatietatem refecit. E Cumque clientuli eius ſummam nummorum indagarent, qui in cibos pauperum diſtributi fuerant, duplicata repererunt, quæ erogando conſumpſerant.

Agapen pro... Ch... ra.

Colitur 16. Octo.

Abbas quidam Heraclius virtutibus eius inuidens, per viros malitiæ ſuæ conſcios poculum mortis clam ei propinari iuſsit. Quos ille ad ſe venire conſpiciens, præſtigias eorum mortiferas diuinitus intellexit. Sed euangelici præcepti memor, omnem eis humanitatem in cibo & potu exhibuit. Deinde monita ſalutis adhibens, vt à tam nefanda verſutia ſecederent, ne ſtrictiori pœ- F na in baratro mulctarentur, perſuaſit, datoque pacis oſculo abire permiſit indemnes.

Circa idem tempus Aidanus epiſcopus ſancti Columbani diſcipulus è Scotia veniens, apud Anglos clarebat ſanctitate & doctrina, vt refert Vincen. vbi ſuprà. Hic quando verbum faciebat ad populū Scotica lingua, ſi deerat interpres, rex Angliæ Oſualdus indutus veſte regia, interpretis officio

A.C. 650. officio fungebatur. Ipſe rex cibos ſibi propter pauperes ſubtrahebat.

Florebant in Francia hoc tempore tres fratres Ado, Rado, & Dado, qui & Audoenus dictus eſt. Qui ſuam erga Deum deuotionem oſtenderunt, ſinguli ſingula monaſteria fundãdo. Ex quibus Dado fuit referendarius regis Dagoberti. Referendarius autem dicebatur, ad quem publicę conſcriptiones referebantur, vt per eum annulo ſeu ſigillo regis confirmarentur. Hos ad hoc animarat Eligius iamdudum in aula regis Clotharij clarus.

De S. Aurea virgine ex Vinc. lib. 23. cap. 69. quæ deſumpta ſunt ex vita S. Eligij lib. 1. ca. 17. & lib. 2. 47. ex parte.

§. X.

TVnc etiam ſancta Aurea abbatiſſa claruit, quam ſanctus Eligius monaſterio virginum à ſe Pariſiis conſtructo præfecit. Hæc igitur ſancta Aurea (vt notat Vincen. vbi ſupra,) in monaſterio Pariſienſi trecentarum puellarum prælata fuit, genere quidem nobiliſsima, tantáque virtute prædita patientiæ, vt nulli malum pro malo C redderet, ſed ſibi inuidentes etiam plus diligeret. Dum autem in villis ſororum eſſet aliquando mater ſancta, huius cellerariа atque clauigera ſibi dilecta nomine Deda nunciatur defuncta. Vnde admodum dolens ad monaſterium eſt reuerſa, tertia tamen iam luce ab obitu eius præterita. Non autem auſæ fuerant ſorores eam ſepelire ſine abbatiſſa, nec ſibi poterant iam migrante claues officinarum extorquere, aſſerenti nulli ſororum redditurам ſe eas ante aduentum excelſæ D virginis Aureæ. Tunc illa in feretro iacentem intuita acceſsit, & eam proprio nomine vocauit, ſtatimque viua reſedit. Quidnam (inquit) de rebus monaſterij tibi commiſsis & clauibus egiſti? Mox illa rationem reddens de vniuerſis rebus, & expoſitis clauibus cum licentia ſanctæ abbatiſſæ migrauit ad dominum.

S. Aurea Dedã ad vitam reuocat.

Quadam vice cum panes deeſſent, quibus ſorores hora congruenti reficerentur, illa valde triſtis, earum murmurationes metuens, cœnobij clibanos inueniendi gratia circumiuit, & ad vnum properans piſtorem, an haberet panem paratum E interrogauit. Quo reſpondente, quod præſto exiſteret, ſi clibanum ſcopis nitidum aliquis redderet. Illa mox clibanum penetrauit, prunáſque adhuc ferventes cum cineribus manibus ſuis foras expulſis, fornacem mundiſsimam exhibuit. Vt autem duplicaretur miraculum, & laus virginis ſanctæ augmentaretur, campanas in turricula ſine manibus ſonantes audiere ſorores, omnéſque ciues circumiacentes, Deúmque cunctæ laudibus celſis prædicauerunt, Te Deum laudamus, concinentes.

Quadam die dum miſſam audiret, & leuita euangelium incongrue pronunciaret, illa nolens F in verbis dominicis audire fallaciam, de humero diaconi ſtolam auferens, humero ſuo impoſuit lectionem euangelicam perlectura. Vnde & angelica increpatione culpata, in quodam ſancti Quintini oratorio ſe clauſit, & ab omni hominũ aſpectu ſeptem annorum curriculis ſe remouit, ibidem acerrimam ducens pœnitentiam. Aſsidue ſedebat in cathedra, quam ſibi mirabilem parari

Abbatiſſa nõ poteſt Euangelium in Miſſa dicere lib. 5. Decretal. tit. 38. cap. 10.

A fecerat, habentem ſcilicet quinquaginta clauos, in dextera, & totidem in ſiniſtra, totidémque in dorſi regione, ſicque pſalterium quotidie cantabat quinquaginta ſcilicet pſalmos innixa totidẽ clauis dexterę partis, aliόſque totidem in ſorte læuæ, tertios ſimiliter in poſteriori. Nũquam carnem comedens, aut vinum vel ſiceram bibens, pro vino bibebat ſtillicidium ex cineribus expreſſum. Exiſtimabant tamen quædam ſororum eam aliud bibere, vnde quædam temeraria experiri cupiens, & aliis propalare quid biberet, latẽter intrauit lectulum, vbi colabatur ex cineribus B potus eius. Apponens autem ori ſuo tentatrix, extẽplo percuſſa eſt paralyſi in vultu, ita vt bucca auriculæ iungeretur. Sicque ſe ream agnoſcẽs ante pedes ſacræ virginis veniam poſtulabat, quam pariter & medelam obtinuit. *A.C. 650.*

Tandem beato Eligio apparente cuidam adoleſcenti in Eccleſia, & ſanctam virginem ad ſe vocante, cum ille ei nunciaſſet, & illa properans, cum illuc veniſſet, & iam viſio abolita eſſet, intellexit ſe ex hoc mundo vocari, & migrans ad Dominum ſepulta eſt honorifice in eccleſia Pauli apoſtoli.

Obitus S virginis colitur 4. Octob.

Apparuit autem angelus Domini in viſione cuidam abbatiſſæ in Syriæ ciuitate Trãſmarina, oculos quidem habenti, ſed minime videnti, dicens, vt æquora maris tranſiret, & Pariſios adiẽs baſilicam beati Pauli inquireret, quia ſi virginẽ Auream ab illis finibus peregrinam illuc profectam, & illic humatam de humo leuaret, & in locum magis honorabilem poneret, mox eius meritis viſum reciperet. Quam viſionem cum epiſcopo ciuitatis retuliſſet, iter cum illa arripuit. Sed illa itinere feſſa [in via] remanſit. Cui præſul dixit. Sta in hoc loco, fabricandi gratia ſcrinium ſanctum virginis corpus recepturum. Tunc Franciam adiit, & Pariſiorum epiſcopo viſionem narrauit. Ita duo præſules cum clero & populo ad baſilicam peruenientes, ſanctum corpus, ac ſuper pectus eius librum, quem illa ſecum de Syria detulit, inuenerunt, atque in ſepulchro epitaphium huiuſmodi. Hic iacet Aurea peregrina. Leuatóque corpore brachium vnum epiſcopo Syriæ dederunt, ſanguíſque cœpit à venis defluere, cum illud à corpore ſequeſtrauerunt. Epiſcopus vero Pariſienſis corpus in monaſterio ſancti Eligij cum magno honore depoſuit. Syrus vero gaudens abbatiſſæ brachium pertulit, & in ſcrinium decentiſsime fabricatum repoſuit, móxque matrona viſum recepit. Ille quoque in honorem virginis in patria nobile monaſterium ædificauit.

Quomodo eius corpus tranſlatũ fuerit. Vinc. cap. 71.

De S. Romarico ex Vinc. lib. 23. cap. 72. eius fit mentio in vita S. Arnulphi.

§. XI.

HIc vt refert Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 24. ca. 72. ex geſtis eius, cum eſſet in aula Theodeberti quondam regis Auſtraſiorum poſitus, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei reddidit Deo, omni amabilis aulicorum contubernio. Cumque multis bonis polleret in palatio, iũctus eſt amicitia cuidam viro clariſsimo nomine Arnulpho. Et cum cœpiſſent corda ſua ſibi pandere, mutuo confeſsi ſunt aures ſui cordis illud domini præceptum tetigiſſe. Vade & vende omnia

A.C. 650.

quæ habes, & da pauperibus. Cogitauerunt ergo A regem mortalem deſerere, regique æterno militare: Itaque Lirinenſe monaſterium cogitauerunt expetere, ſed aliter Deo diſponente impleuerũt.

S. Romaricus fit monach'.

Beatus enim Arnulphus licet cum lachrymis reuiteretur, Metenſium epiſcopus conſtituitur, Romaricus vero ſpretis omnibus, multóſque ſeruorum libertati donans, plurimos autem ſecum ducens, monaſterium Luxouienſe tunc toto orbe famoſum, Amato duce petiit, & habitum ſanctæ religionis cum iis, quos adduxerat deuote ſuſcipiens, humilitatem & obedientiam ſectari intantum cœpit, vt etiam iis, quorum officioſiſſimo fa B mulatu prius fulciri ſolitus fuerat, pro Chriſti amore ſe ſubdere ſtuderet, in monaſterióque cunctis abiectiorem ſe non ſolum oſtenderet, ſed etiam crederet, oblatam ab aliis reuerentiam metuens, furtiuas orationes diligens, ad opus Dei cæteros præueniens.

Cumque beatum Amatum dominus ad beatã requiem euexiſſet, ſanctus Romaricus regendam ſuſcepit ſanctam congregationem. Cœpit autem poſt hoc vir Dei gratia ſignorum pollere, quæ ita ſtudebat occultare, ſicut auari diuites theſauros ſuos ſolent abſcondere. Et cum pro vtilitate C

Miracula ab eo patrata.

monaſterij aliquando foris eſſet, ad domum cuiuſdam viri Voſagi, in partibus ſæpe hoſpitandi gratia diuertebat. Quam cum quadam die ex more intraret, intuita eum vxor illius ait. O domine mi, cur tam ſero veniſti, habuit ancilla tua ſiceram, quam heri præuenientes compatres & vicini noſtri biberunt. Quam cum videret vir Dei anxiari pro ſe, ait. Noli timere, ſed fidens in Deo, cubiculum tuum ingredere. Orante ergo ſancto viro, repertum eſt quoddam vas plenum ſicera. Qui potus etiam multorum infirmitatibus profuit.

D

Quædam puellæ in monaſterio erant lepra percuſſæ, quarum vna è balneo, quo vir Dei ablutus fuerat, aquam furtim rapiens, totum corpus ſuum perfudit. Vnde medela capta, lepra ab eo paulatim diſceſsit. Dominus autem die dominica eum ad cœleſtia regna introduxit. Viderunt autem eadem nocte ſubito nubem denſiſsimam totum montem cum cellula operire, fratribúſque pſallentibus in exitu viri Dei, mox claritas miri ſplendoris radians, montem & cellulam impleuit, videruntque globum candidiſsimi fulgoris per medium prædictæ nubis ſcandentem cœlos penetrare, quod animam ſancti viri intelle- E xerunt.

Moritur S. Romaricus, Colitur 8. Decemb.

De S. Goerico ex Vinc. cap. 47. meminit S. Goerici eadem S. Arnulphi vita.

§. XII.

EO etiam tempore ſanctus Goericus Metenſium epiſcopus claret in Francia. Hic primo (vt refert Vincen. vbi ſuprà) miles egregius de Aquitania, corpore non voto ſæculi actibus ſeruiens, cum apud Deum & homines magna hone- F ſtate floreret: licet, quę pacis ſunt, ſectaretur, quãdocunque tamen paganorum infeſtatio perurgebat, primus aciei militari ſe opponens, barbaricã rabiem Dei auxilio fretus, potentiſsime deuincebat, & ſpolia ampliſsima reportabat. Denique ſubita oculorum amiſsione percellitur, virtute tamen patientiæ vndique munitus gratias Deo agens aiebat. Sicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domini benedictum. Eo tempore regnabat in Gallia Theodebertus. In Metenſi vero vrbe præſidebat pontifex beatus Arnulphus. Tunc ſancto Goerico in ſilentio noctis quieſcenti, angelus domini affuit dicens. Venit tempus ſerue Dei excelſi, quo mœror tuus in gaudium transferatur, quo etiam lux amiſſa clárior reſtituatur. Ergo ciuitatem Metenſem ingredere, & limina beati Stephani protomartyris ingredere deuote, & preces Deo funde ibi, & fidẽ certiſsimam tenens, noueris te viſum, & totius corporis ſanitatem recepturum. Arnulphus autẽ tibi carne propinquus ibi præſidet pontifex, qui te illico affuturum præmonſtrabit, & quicquid erga te & pietatis & miſericordiæ Dei bonitas impenſura eſt, manifeſtabit. Expergefactus ergo vir ſanctus milites confortauit, & de Aquitania ad præfatam vrbem iter arripuit. Cui appropinquanti ſanctus Arnulphus affuit, & facta oratione, datáque benedictione eum in domum induxit. Qui obtentu ſancti Stephani viſum recepit, & corporis ſanitatem. Poſt hoc Arnulphus ſpirituali mentis intuitu, videns Goericum ſucceſſorem ſibi fore digniſsimum, cõſentiente clero & populo, eum epiſcopum conſtituit, & ipſe diu deſideratam eremum petiit.

A.C. 650. Fol. 2.

S. Goericus meritis S. Stephani viſum recuperat.

Igitur beatus Goericus, qui alio nomine Albo, paſtorali cura adſtrictus, vocibus & moribus cæteros informabat, & qui ante epiſcopatum corpus ſtrictiſsimis ieiuniis attriuerat, enarrare fas non eſt quàm dura ieiunia cumulabat, qui etiam diem & noctem integram orationibus pertranſibat, & biduanas & triduanas alacri vultu & mente abſtinentias celebrabat. Poſt obitum vero ſancti Arnulphi expleto anno, ſanctus Dei Goericus, cui ipſe Arnulphus dimiſerat epiſcopatum, ſolitudinem eligens, de tranſlatione corporis eius ad ſedem ipſam, cui præfuerat, ſedulo cogitabat, ac ab eo, cæteriſque duobus epiſcopis Tullenſi & Virdunenſi, cum corpus ſanctum cũ laudibus honorifice deferretur, ſole ad occaſum vergente, villam iniqui & inceſtuoſi hominis offendunt. Quam intrare cupientes, dum ſanctarũ reliquiarum portitores iam pene ingrederentur, diuinitus fixi ſubſiſtunt, & cœlicam in ſe virtutẽ deprehendunt coacti. Dum enim beatus Arnulphus adhuc in vita ſubſiſteret, & paſtorali authoritate virum, cuius villa erat, vt ab iniquitate reſipiſceret, ſæpe commonuiſſet, efficere non potuit, idcirco eius hoſpitium iniquum tunc ſubire contempſit.

S. Goericus Metenſis epiſcopus creatur.

D. Ar[...]phi [...] ta S. Arnulphi, to. 4. Sur.

Quia vero nox imminebat, & nulla alia villa tantæ multitudini apta pręſto erat, orante ſancto Goerico Deum, vt eis præſtaret quietis diuerticulum, affuit quidam ſapiens & diues, qui illi itineri intererat. Eſt (inquit) mihi prædium in hac patria, vobis quidem non ſatis contiguum, ſed noui ad cuncta neceſſaria præſentem Deum veſtrum, qui & longum iter breuiare poteſt, & quo tendimus ſub velocitate nos perducere. Hoc autem ſanctus audiens, fide & gaudio repletus, corpus ſanctum illuc verti, omnéſque ſequi imperat. Cerneres tantam velocitatem in eundo eſſe, vt non currere, ſed more auium volare putares, & quod vnius diei integri ſpacio vix peragi credere poſſes, duabus vel tribus horis impletum mirareris. Cumque ad villam perueniſſent, quia vi-

ni ferax

A.C. 650.

ni ferax patria non eſt, ceruiſiæ ſe parum habere homo miniſtris referentibus comperit. Sed iterū fide repletus ſancti Goerici meritis & precibus ſe committit. Qui nota præſidia petens Deum, ſuorum neceſſitatibus ſubuenire poſtulat. Tantaque multitudo populi ex paruo liquore (quod vix credibile eſt) abundantiſsime eſt ſaciata.

Colitur 19. Septē.

De S. Arnulpho ex Vincen. cap. 95. cuius vitam à familiari ſcriptam habet Beda tom. 3. & Sur. tom. 4. meminit euſdem Diac. lib. 6. de geſt. Longo. cap. 6. & in geſtis Metenſ. Pont. quæ habet Sur. tom. 4.

§. XIII.

PRæfatus autem ſanctus Arnulphus, qui ex maiore domus Franciæ Metenſium fuit epiſcopus factus, poſtquam ſæculū deſeruit, [a] ex epiſcopo ſolitarius migrauit ad domioum anno Heraclij 28. Hic vt ait Petrus Damianus, pater Pipini fuit, & auus Caroli magni. Hic non procul à Flandria in Lotharingia ducatum tenebat, qui cum vxoris & filiorum affectus poſtponens eremum peteret, contigit vt per fluuium Moſellam tranſitum haberet. Ad cuius pontis medium veniens vbi fluuius prufundior eſt, ibi annulum ſuum ſub hac fœderis conditione proiecit. Cum ego (inquit) annulum hunc recepero, tunc ego proculdubio confidam me peccatorum meorum nexibus abſolutmo. Quo facto eremum petiit, vbi noo paruo tempore mundo mortuus Deo vixit. Interea defuncto Metenſium epiſcnpo electus eſt. Dumque vſu carnium abſtineret, ſicut in eremo cōſueuerat, piſcis ei præſentatus eſt, quem coquus exenterans annulum reperit, quem domino ſuo lætabundus obtulit: & ſtatim ille recognouit. Eſt autem bidui iter à ponte, in quo annulus proiectus fuerat vſque ad locum, in quo præſentatus eſt. Vt ergo recognouit annulum iā fide gratias agens Deo de ſuurum abſolutione peccatorum, vitam poſtmodum in melius duxit, ſed plus etiam ieiuniis, vigiliis, & orationibus ſe coarctauit. Annulus adhuc ille in palatio habetur.

S. Arnulphus fit Metenſiū epiſcopus

[b] Mirari poteſt, & in his Deus magnifice laudari, quomodo in præſenti effectu ſanctus vir certificari meruit adhuc caſibus ſubiectus de remiſsione peccatorum. Quod proculdubio non fieret, niſi digniſsimus Deo foret. Mox autem epiſcopatu ſuſcepto, tanta támque perfuſa magnificentia in eleemoſynis pauperum accreuit, vt etiam de longinquis regionibus atque ciuitatibus fama currente innumera caterua pauperum ad ſanctum Arnulphum refocillāda feſtinaret. Erat iugiter ſollicitus, & intentus in cunctis bonis actibus, & præcipue in ſuſceptione monachorum ſeu peregrinantiū deuotiſsime inuigilabat, ita vt iis quos hoſpitio ſuſcepiſſet, manibus propriis pedes ablueret, illóſque veſtitos ac refectos dimittens, mox alios refocillandos ſuſciperet. Porro abſtinentiæ eius modum narrare quis valeat, maxime cum interdum poſt triduana & quatriduana ieiunia, pane hordeaceo vel lymphæ poculo victitaret? Indutus iugiter intrinſecus cilicio occulte, ſicque exeſis iam membris, vigiliis, atque ieiuniis geminum [vigiliarum & inediæ] ingerebat cruciatum.

Mira in egenos eius liberalitas.

Cumque in his bonis actibus iugiter inuigilaret, tempore quo triduanum ieiunium ſolet eccleſia vniuerſalis celebrare, vir ſanctus extra ciuitatem cum Crucibus, atque promiſcuo populi genere, orandi gratia ſecundum morem ex Eccleſia proceſsit. Et ecce ex mediis cateruis fœmina arrepta à dæmonio clamare cœpit. Hanc ille cū vidiſſet, vexillo Crucis iniecto, mox ab aduerſario ereptam ſanauit.

Rogationum tempore Dæmoniacā curat.

Temporibus Dagoberti regis cum in palatio eſſet, ei quidam leproſus clamare cœpit: victum ſeu veſtitum depoſcens. At ille iuſsit ſtatim in hoſpitium duci. Cumque erga illum ſecundum morem ſuum, ſolitam impenderet pietatem, ſciſcitari voluit, quia barbarus erat, an ſacri baptiſmatis vnda ablutus fuiſſet. Repente ille. Nequaquam (ait) domine mi. Nam ego infælix, abiectus in populo, quis mihi gratiam baptiſmi tribueret? Accepto ergo à ſancto viro ſacramento baptiſmi, repente de corpore eius lepra diſceſsit, & factus eſt deinceps in vtraque ſubſtantia ſanus, qui prius fuerat peccator & maculoſus.

Leproſū ſanat.

Quidam homo ſceleſtus nomine Noddo, vino æſtuans cum complicibus ſuis viro ſancto derogare auſus eſt, non eum eſſe cultorem Dei, ſed potius hominem diceos voluptati deditum, ad cuius lectum nocturnis horis non ſolum rex, ſed regina tāquam cōſilium flagitans properaret. Cū ergo ſtratum vnà cum detrahente ſocio petiiſſet, iubente domino accidit, vt eorum veſtimenta flamma circumſtans vallaret, atque illico exiliētes inflammari ingentibus depoſcebant vocibus aquam. Sed & aqua iniecta flammam diuinitus

Vltio cæleſtis in eius obtrectatores.

a Quod tam hoc loco quàm præcedenti §. de B. Arnulpho dicitur, eum ſcilicet epiſcopum, factum fuiſſe religioſum & eremum petiiſſe, familiari quodam ſpiritus ſancti conſilio ab eo geſtum credendum eſt. Nam non licere epiſcopo epiſcopalem curam deſerere, & ad religionem tranſire probat D. Thom in 2. 2. quæſt. 185. ar. 4 & Decretal. lib. 1. tit. 9. cap. 1. 9. & 10. abſque ſummi Pontificis licentia fieri non poſſe eſt ſtatutum. Quod deinde ſubſequenter adiungitur S. Arnulphum fuiſſe Pipini patrem & Caroli magni auum non ita habetur in geſtis eiuſdem. Nam S. Arnulphus ex vxore legitima tres filios ſuſcepit, Anchiſum ſeu Anſegiſum Vualachiſum & Clodulphum. Anchiſus vero filium habuit Pipinum Caroli Martelli patrem. Martellus porro Pipinum Frācorum regem, cuius denique filius fuit Carolus magnus rex & imperator clariſſimus: his conſentit Onuph. fuit ergo S. Arnulphus Pipini Francorum regis atauus, & pater ataui Caroli magni.

b Vere mirandum eſt aliquem in hac mortali vita de remiſsione peccatorum ſuorū poſſe eſſe ſecurum. Nam quamuis neceſſarium ſit credere, non remiſſa vnquam fuiſſe peccata niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum, nemini tamen fiduciam & certitudinē remiſsionis peccatorum ſuorū iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti vel dimiſſa eſſe dicēdum eſt, cum apud hæreticos & ſciſmaticos poſsit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit & magna contra Eccleſiam prædicetur contentione, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Cōcil. Triden. Seſſ. 6. cap. 9. & Can. 12. & 13. vide D. Tho. 1. 2 quæſt. 112. ar. 5. & omnes Theologos de certitudine gratiæ differentes.

A.C.650. miſſam non extingnebat. Ardebant nequites cir- A
ca nares vel genitalia eorum camiliæ, nec à ſe
veſtimenta ardentia exuere poterant. Quid plu-
ra? qui aliud facere non potuerunt, exilientes &
ad inſtar porcorum luto ſeſe vociferantes inuol-
uunt, ſed magis ac magis genitalia ipſorum ignis
immiſſus cremabat. Tunc inquit, vt reor imple-
Pſal. 100. tum eſt ſuper illos, quod ſcriptum eſt. Detrahen-
tem occulte proximo ſuo hunc perſequebar. Nã
non poſt multum temporis, in tantis tranſgreſ-
ſionibus præfatus Noddo deprehenſus eſt, vt
ſcelera eius vnà cum vita (quia iuſtum erat) rega- B
lis gladius amputaret: at ne ſolus moreretur, fi-
lius mox eius eadem ſententia percuſſus interiit.
Cum hæ & complures virtutes per illum in po-
pulo cœpiſſent crebreſcere, mox remotiora à fra
goribus vulgi loca expetiit. Interdum non mul-
tum longe ab vrbe viſus eſt cellula, cœlum die-
bus ac noctibus precibus pulſans.

Caſu contigit, vt promptuarium regis ignis
vorax vexaret, atque eructans excelſiſsima flam-
Hiac habes ætatẽ huius auctoris. ma domos circumquaque affines minaciter lam-
beret, repente exurgens tota ciuitas videns ſui e-
xitium, in eiulatum & clamorem eſt conuerſa. C
Quo audito nos veloci greſſu ad domum ſancti
viri peruenimus, & reperimus eum ſicut ei mos
erat, melos ſpalmodiæ perſonantem, ſtatimque
apprehenſa manu eius ait Romaricus. Egredere,
ne (quod abſit) te in hac vrbe ignis iſte conſu-
mat. At ille. Nequaquam dilectiſsime, ſed dedu-
cite me illuc, & ponite me vicinum illius, & ſi
ita vult Deus, vt ardeã, ecce in manu eius ſum.
Signo crucis ignẽ extinguit. Tunc nos tenentes ſanctas manus eius, ad larem
peruenimus, & mox iubẽte illo in oratione pro-
ſtrati, capitulo dicto ſurreximus omnes. Tunc il-
le eleuans manus contra ingentes flammas, ve- D
xillum Crucis iniecit, & mox mirum in modum
tanquam cœlitus percuſſus, nil alibi nocens in-
tra parietes in ſemetipſum totus retorſus ignis
interiit. Illico autem vni ex fratribus talis appa-
ruit viſio, intuens in cœlum vidit tanquam flam-
mam ignis, Crucis ſignum in cœlo depictum, &
ſtatim è cœlo vox facta eſt dicens. Cernis hoc
ſignũ? hac nocte Arnulphus epiſcopus per ipſum
Colitur 16. Auguſ. totam ciuitatem ab incendio liberauit. Poſt hæc
beatus Arnulphus, relictis cunctis rebus ſæculi,
vt nouus Helias ad eremum properans relicto E
pontificatu, vt dictum eſt ſupra, inter beſtias &
feras ſylueſtres morans, quotidianas laudes Deo
perſonabat. Ibíque ad eum venientibus leproſis,
& aliis infirmis ſeruiebat in omnibus, poſt mor-
tem etiam miraculis claruit. Sed & Clodulphus
Clodulphus col. 8. Iun. filius dicti Arnulphi Metenſium epiſcopus ſan-
ctitatem patris imitatur, Doda quoque mater
ipſius Clodulphi Treueris incluſa Chriſto an-
cillatur.

De S. Oſuualdo rege Anglorum, Vincen. cap. 79. & Beda lib. 3. hiſt. Angl. vſque ad 14. cap. & lib. 4. cap. 14. vide etiam Sur. tom 4. & Leſ. de geſt. Scot. lib. 4. F

§. XIIII.

ANno Domini ſexcenteſimo quadrageſimo-
tertio, imperij autem Conſtantini ſecundi fi-
lij Heraclij anno primo, Oſuualdus rex Norda-
nimbrorum à Peanda Merciorum rege perimi-
tur. Et vt dicit Vincen. ſpecu. hiſtor. poſt Heli-
nandum [a] huius dextera multarum eleemoſyna- A.C.650.
rum largitrix, hodie quoque cum brachio & cu-
te & neruis incorrupta iacet toto corpore in ci-
neres diſſoluto. Excitata rebellione à Peanda re-
ge Merciorum, cum ipſe Oſuualdus ſuperatus
plagam grauem in pectore gereret, pro anima-
bus fidelium ſuorum Deo ſupplicabat. Huius
defuncti brachia cum manibus, & capite inſatia
bilis victoris ira deſecta, & ſtipiti ſunt appenſa.
Brachia cum manibus adhuc durant inuiolata,
quæ à fratre Oſuuino apud vrbem Lambucth cõ
B poſita monſtrantur pro miraculo. Caput Lindi-
ſari humatum à fratre nunc Durelim eſſe dici-
tur, inter brachia ſancti Guthberti. Oſſa reliqua
regis corporis cum regina Offrida, vxor Chel-
redi regis Merciorum, filia regis Oſuuini caritã-
te patrui ducta Hordonio monaſterio ſuo, quod
eſt in regione Merciorum, inferre vellet; repule-
runt eam monachi inuidentes mortuo quietem
oſsium, quia ſuper eos bellico iure regnum acce-
perat. Sed nocte intempeſta per columnam lu-
cis de cœlo ſuper reliquias emiſſam, vltro petie- Columna lucis ad oſſa S. Oſuualdi.
runt, quod ante reiecerant. Ibi ex cadente ſan-
C guine reuiruit cæſpes, quo ſanatus eſt ſonipes.
Puluiſculus lauaturæ reliquiarum eius mentis
impotes ſanat. Stipes, qui recentem cruorem ſu- Colitur 5. Aug.
ſceperat, lotura ſua ſanitatem tribuit deſperatis.
Huius filius Oſuuinus regnauit poſt eum annis
27. Sigebertus.

Eo tempore Iudachail rex Britonum gratiam
Dagoberti ſibi redimit. Virgo Chriſti Reginul-
pha ſanctitate claret in Gallia. Haumar Amiras
templum Hieruſalem ædificat, & quia nullo mo-
do ſtructura conſiſtere poterat, ſuggeſtione Iu-
dæorum Crucem deſuper montem Oliueti tolli
D imperat, & ſic ſtructura templi ſtare potuit.

Anno huius Conſtantini nepotis Heraclij ſe-
cundo Dagobertus rex Francorum moritur, de S. Dagoberti mors, A.C.645.
quo per viſionem cuidam reuelatum eſt, quòd a-
nima eius ad iudicium rapta eſt, & multis ſanctis
contra eam pro expoliatione ſuarum eccleſiarũ
reclamantibus, cum eam iam mali angeli vellent
ad pœnas inferni rapere, interuentu ſancti mar-
tyris Dionyſij, cui ipſe maxime deuotus fuerat, à
pœnis liberata eſt.

Anno proximo ſanctus Remaelus ordinatur
E Traiectẽſis epiſcopus, Rodoaldus frater vterinus
Ittæ & auunculus ſanctæ Gertrudis archiepiſco- Mors Haumaris Diac. 18.
patum Treuerenſem doctrina & ſanctitate ſua
illuſtrat. Soror quoque eius Seuera abbatiſſa in

a Fertur quod tempore quodam cum die ſancto Paſcha cum Aidano epiſcopo conſediſſet ad prandium, poſitusq́ eſſet coram eo in menſa diſcus argenteus, regalibus epulis refertus, iamq́ eſſent manus ad panem benedicendam miſſuri, intrauit ſubito miniſter ipſius, cui ſuſcipiendorum inopum erat cura demandata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum vndecunque adueniens maxima, per plateas ſederet, poſtulans aliquid eleemoſynæ à rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibus iuſſit, ſed & diſcum confringi, atque eiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo viſo pontifex qui aſſidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram eius & ait. Nunquam inueteraſcat hæc manus. Quod & ita iuxta votum benedictionis eius prouenit. Bed. lib. 3. hiſto. Angl. cap. 6.

A.C. 650. eadem vrbe à fratris ſanctitate non degenerat.

Circa idem tempus Perſa quidam ſimulans ſe adorare Haumar amitam Saracenorum, infixo in ventre eius gladio peremit eum.

S. Furſeus & eius fratres.

Anno quinto ſanctus Furſeus in Hybernia claruit, qui peregrinationem pro Chriſto aggreſſus ad Gallias vſque peruenit, & à Clodouæo rege honorifice ſuſceptus, Latiniacum cœnobium fundauit, quem non multo poſt fratres ſui Foillanus & Vlthanus pari peregrinandi voto ſecuti per Gallias claruerunt. E quibus Foillanus dono Gertrudis virginis Foſſenſe monaſterium poſtea fundauit, vbi etiam martyrio coronatus quieſcit. B

Anno ſequenti Eligius Nouiomi, Audoenus, qui & Dado, Rothomagi clarent epiſcopi, & Philibertus de Herio inſula, & Richarius Pontinenſis, & Geremarus Flauiacenſis abbates. Angadriſma quoque ſancta virgo ſecus Bellouacum Augeſilus (alias Auſegiſus) ſancti Arnulphi filius clarebat, cui Begga ſoror Grimoaldi nupſerat. Vitam vero beati Eligij ſcripſit ſanctus Audoenus. Et de ſingulis his diffuſe ponit Vincen. ſpecu. hiſto. geſta eorum libro 24. ca. 85. C

Vita S. Eligij ex Vincen. lib. 23. cap. 85. ſed & primariam S. Audoeni hiſtoriam habet Sur. quam nos hic in capitibus citandis ſequemur.

§. XV.

S. Eligij genus & patria. li. cap. 1.

Hic igitur ſanctus Eligius ſecundum Vincen. vbi ſuprà, ex territorio Lemouicæ vrbis fuit oriundus: patre Eucherio, matre vero Terrigia natus. Quem cum mater adhuc haberet in vtero, vidit in ſomnio aquilam volitantem ſupra lectum ſuum, & ſe tertio inclamantem, & ei neſcio quid promittentem. Quæ cum ex voce aquilæ euigilaſſet, perterrita nimis cœpit cogitare de ſomnio, quid hoc eſſet. Cumque poſtea in partu periclitaretur, mandauerunt ad quemdam ſanctū virum, vt veniret, & oraret pro ea. Qui cum veniſſet, ait illi, Ne timeas mater, quia puer iſte ſanctus erit, & magnus in eccleſia. Cum autem eſſet iuuenis, fecit eum pater ſuus ab aurificibus erudiri. Et cum iam ſciret totam illam artem, in Frāciam venit, & cuidam aurifici, qui faciebat opera regis, ſe coniunxit. D E

Vt ad regis notitiam peruenerit.

Quodam tempore cum rex perquiſiuiſſet, quis ſibi ſellam de auro & argento faceret pulcherrimam, reſpondit ei magiſter ſancti Eligij, ſe inueniſſe artificem, qui regi optime faceret, quicquid vellet. Et accipiens à rege auri magnam maſſam tradidit Eligio. Qui ex eodem pondere duas ſellas pulcherrimas fecit, & deferens vnam regi, alteram retinuit apud ſe. Quam cum omnes mirarentur, rex eum copioſe remunerauit. Tunc Eligius alteram protulit, & regi præſentauit dicens, quod de reſiduo auri hanc feciſſet, & rex amplius ſtupefactus, quæſiuit ab eo, quomodo ex eodem pondere ambas facere potuiſſet. Bene (inquit.) Et exiuit fama Eligij in curia regis. Beatus autem Eligius intantum pauperes diligebat, quod quicquid poterat vſque ad nuditatem ſuam eis erogabat. Qui intantum eum diligebāt & ſequebantur, vt ſi quis ſanctum Eligium quæreret, ad domum vallatam pauperibus mitteretur. F

Liber in pauperes fuit ſanctus. ca. 11.

Quadam die dum propria manu eleemoſynā daret, vnus eorum contractam habens manum, alteram ad eleemoſynam extendit. Cui Eligius, Alteram (inquit) tende, quam cum pro poſſe extenderet, cœpit eam palpare & extendere, & ſic eam oleo vngens ſanauit. A

A.C. 650. Manū aridam reſtituit ſanitati. c. 24.

Quadam autem die cum totum aurum, & argentum ſuum pauperibus erogaſſet, venientibus & aliis pauperibus, nihil habens quod eis daret, vnam marcham auri, quam à quodam ſuo vicino mutuauerat, erogauit: & poſtea venientibus aliis non reminiſcens, quod prius fecerat, iuit ad burſam ſuam, quam prius ſollicite ſcrutatus fuerat, & tunc inuenit vnam marcham auri, & gratias agens Deo pauperibus erogauit. B

Erat autem ſtatura prolixus, facie rubicundus, cæſarie formoſus, crine cincinatus, angelici vultus, ſimplicis & prudētis aſpectus aurato & gemmato prius habitu nitēs, zonas habens comptas ex auro & gēmis, lineas metallo rutilas, oras ſarchatum auro operatas, veſtimenta omnia pretioſa, pluráque holoſerica ob oſtentationem fugiendam, intrinſecus autem cilicium: quæ omnia poſtea in neceſſitatibus pauperum conſumpſit. Deinde vilibus veſtibus vſus eſt, funiculo cinctus, plerunque etiam propter pauperes expoliatus. Cui tunc rex dabat proprium cingulum, & veſtimentum, quia ſicut animam ſuam illum diligebat. Vnde illi fecerat manſionem ſuæ ſubiectam, à quo quicquid Eligius poſtulabat, ſine dilatione impetrabat, & omnia expendebat in egenos, captiuos & debiles. C

Regi Dagoberto vt carus fuerit. ca. 14.

A tempore autem Brunechildis reginæ, vſque ad tempora Dagoberti, ſimoniaca peſtis in Gallia viguit, pro qua auferenda ſollicite vigilabant Eligius & Audoenus. Tunc electus eſt Eligius Eccleſiæ Nouiomēſis præſul poſt Acharium eiuſdem vrbis antiſtitem. Cum quo pariter electus eſt Audoenus ſodalis eius ad Eccleſiam Rothomagenſem. Præfuit autē Eligius Verumanduenſi Metropoli, Tornacenſi quoque regali ciuitati quondam, Nouiomenſi quoque & Hanarenſi, Gandenſi, & Corturiacenſi. Habebat autem ſtatutū locum in quo certis quibuſdam diebus egenos & debiles intromittens, deuote illis ſeruiebat, ſqualentia capita illis lauans, ac deformem cæſariem propria manu radens, potum ſingulis & cibum præbens, nudos veſtitos dimittēs. Quibus exeūtibus, ſi alij adeſſent, intromittebat, quos ſimiliter refouebat. Quod ſi plurima turba confflueret, aliquando cunctis ſimiliter faciebat. Singulis autem diebus duodecim ſic reficiebat, ipſe cum eis hora congrua ſe reficiens, ita tamen vt ſingulis prius ipſe aquam manibus funderet, vinum & panem propria manu præberet. D E

De hæreſi Simoniaca. li. 2. ca. 2. fit epiſcopus Nouiomēſis. cap. 1.

Præterea obtinuit à rege, vt omnia damnatorum corpora, vbicunque inuenire poſſet per villas vel ciuitates, licentiam haberet de bargis, rotis, & laqueis deponere, & ſepelire. Delegauitque ex collegis ſuis veſpillones, qui huic curæ inſiſterent. Igitur cum eſſet in comitatu regis in partibus Auſtriæ apud vrbem Stratuinburgum, inuenit hominem ipſa die laqueo vitam finiſſe: cui cum ſepultura à comitibus pararetur, acceſſit ipſe propius, & cœpit palpare corpus à ſummis vſque ad ima mulcendo. Cumque ſenſiſſet animam adeſſe, virtutem facti vrbane à ſe repellens ait. O quàm grande ſcelus, niſi dominus aduiniſſet, nunc perpetrare poteramus; vt corpus F

De homine vitæ reſtituto. li. 2. ca. 32.

hoc

A.C. 650

hoc humo tegeremus, cum anima eius in ipſo ſit: quẽ reſuſcitarũ iuſsit veſtiri & repoſari. Quo audito inſectatores eius iterũ eũ ad mortẽ petebãt, quem vix ab eorum manibus eripuit, & ſe ab eius collegio ſubtraxit propter vitandam gloriam & chartam ſecuritatis apud regem impetrauit pro eo.

Presbyter excõmunicatus abeo moritur li. 2. cap 25.

In diœceſi eius quidam presbyter nimis infamis erat. Quem cum ſanctus Eligius frequenter corriperet, & ad confeſsionem modis omnibus inuitaret, ille ſemper crimen ſuum tegebat. Tunc ſanctus Eligius videns, quod nihil proficeret, eũ excommunicauit, vt quouſque publice pœniteret, nullo modo celebrare præſumeret. Presbyter vero negligens, & epiſcopi ſententiam paruipẽdens, poſt aliquot dies cum vellet celebrare, & altari inſiſteret, ſtatim ad terram cecidit & expirauit. Multa alia miracula in vita ſua fecit & adhuc facit.

Monaſterium fœminarum conſtruit lib. 2. cap. 3.

§. XVI.

IDem ædificauit Nouiomi monaſterium ancillarum Chriſti. Corpus ſancti Quintini per eũ reuelauit dominus. Sueſsionis quoque inuenit ſanctos martyres Criſpinum & Criſpinianum, quos ex quadam crypta prolatos mirifice compoſuit. Sed in Bellouacenſi muncipio beatum martyrem Lucianum, quondam collegam ſancti Quintini inuentum ſimiliter tranſtulit atque cõpoſuit. Apud Pariſios cœcum illuminauit in ponte.

Cœcũ illuminat lib. 2. c. 29.

Vt bona direpta Eccleſiæ recuperarit ca. 30.

Rurſus apud Pariſios cuſtos Eccleſiæ ſanctæ Columbæ nunciauit ei Eccleſiam ſuam omni ornatu ſuo nocte à furibus fuiſſe ſpoliatam. Tunc Eligius pergens ad oratorium ſanctæ Columbæ, ait. Audi ſancta Columba, quæ dico. Nouit redẽptor meus, niſi cito ornamenta huius tabernaculi furata reduxeris, ſpinis allatis faciam ianuam ita obſerari, vt nunquam in hoc loco tibi veneratio præbeatur ab hoc die. Quo dicto diſceſsit. Sequenti nocte cuſtos Mauricius ſurgens, inuenit omnia vela vſque ad minimam pallam ſicut prius fuerant, reſtituta. Hæc autem ſunt ſepulchra, quæ ex auro & argento & gemmis fabricauit, Germani, Seuerini, Piatonis, Quintini, Luciani, Genouefæ, Columbæ, Maximiani, & Iuliani, & precipue beati Martini Turonenſis Dagoberto rege præbente impenſas, necnon & tumbam ſancti Bricij, & aliam vbi corpus beati Martini dudum iacuerat. Et Mauſoleum beati Dionyſij martyris Pariſiis, & tugurium ſuper ipſum marmoreum miro opere auro & gemmis decoratum. Mortuus eſt autem anno vitæ ſuæ 70. Qui cum anno reuoluto de loco ſuo transferretur, ita pulcher & incorruptus inuentus eſt, vt ſemper in tumulo vixiſſe putaretur. Et quod mirabilius eſt, barba & capilli tempore obitus ſui raſi, mirum in modum creuiſſe in tumulo videbantur.

Inuentio corporis B. Quintini per B Eligiũ. lib 2 c. 6.

Quomodo autem per eum inuentum fuerit corpus beati Quintini nunc ponitur. Clericus quidam nomine Maurinus, ſæpius iactare ſolebat, ſe & martyris locum noſſe, & illum ſine mutatione inuenire poſſe. Quod cum audiroribus probare geſtiret, facti ſui periculũ aggreſſus eſt. Sumpto ergo ligone dum pauimentum Baſilicæ martyris violare præſumpſiſſet, manubrium ligo- A nis infixum ſuis manibus adhæſit. Qui cum dimitti nec auferri poſſet, cœperunt manus computreſcere, vermibúſque ſcaturire. Qua pœna mulctatus, ſequẽti die miſerabiliter finiuit vitam. Hinc tantus pauor in cunctis excreuit, vt nemo poſt hunc, quamuis probatiſsimæ vitæ fuerit, præter ſanctum Eligium Nouiomenſem epiſcopum huiuſmodi negociũ tentare præſumeret. Is quippe pontifex ſanctus præfati martyris cœpit frequentare locum. Vnde & diuina doctus reuela- B tione triduanum ieiunium cum lachrymis peragens, & attentius orans, in loco vbi Dei inuentione corporis ſuſpicio nulla eſſe poterat, ſanctis manibus ſarculo effodere cœpit, ibíque tumbam vetertimam detegens corpus eius inuenit. Qua terebrata tantus odor paradiſi cum immani lumine ex eo produt, quod etiam ipſe põtifex præ ſplendore luminis & flagrantia odoris amœnatus, vix ſubſiſtere potuit. Nam & globus luminis, qui ex mauſoleo ictu ferientis prodiit, tam immenſum ſplendorem edidit, vt noctem illam valde tenebroſam, quæ iam media tranſacta erat, C per plurimam prouinciæ partem verteret in diẽ. Vnde multi de ſtratis ſuis conſurgentes, ad opus ſeruile ſicut in die ex more feſtinabant. Sed procedente tempore claritas, quæ pro re ſignifera fulſit, dato ſigno receſsit. Tunc ſanctus Eligius corpus ſacrum cum lachrymabili gaudio deoſculans, reliquias ſibi vndecunque voluit ſegregauit. Ex quibus etiam multa loca condiuit, medelamque diuerſis morbis eas impartiendo præbuit. Dentes etiam pro medela languentium ex maxilla abſtulit, quod dum faceret, ex radice vnius dentis gutta ſanguinis exiuit. Deinde corpus D ſanctum cum diligentia ſumma holoſerico obuolutum poſt altare tranſpoſuit, tumbámque ex argento & auro ac gemmis deſuper miro opere fabricauit. Eccleſiam quoque, quæ exigua erat, ampliatam decorauit.

A.C. 650.

Miracula S. Quintini. Greg. Tur. li. de glo. mar. cap. 73.

Latro quidam equum presbyteri cum furtim abſtuliſſet, inuentus à presbytero iudici manifeſtatur, apprehenſúſque & vinctus opus ſuũ confitens, patibulo adiudicatur. Sed presbyter metuens, ne ob damni ſui cauſam, anima hominis auferretur, iudicem deprecatus eſt, vt conceſſa illi vita reus abſolueretur, dicens iam ſibi eſſe ſa- E tisfactum, quòd per tot genera tormentorum latro declaraſſet, quæ geſſerat. Seueritas autem iudicis nullis precibus inflecti potuit, ſed reum patibulo adiudicauit. Tunc presbyter proſtratus ad beati martyris tumulum ſuppliciter precabatur, vt pauperem illum, quem aſperitas humanæ nequitiæ abſoluere renuit, ipſe de morte clementer eriperet, ne ſibi hoc in opprobrium fieret, ſi per eius accuſationem homo moreretur. Hæc eo cum lachrymis deprecante, diſruptis vinculis patibuli ad terram reus ruit. Quod audiens iudex timore perterritus, & diuinam admirans virtutẽ, F nil ei vltra nocere præſumpſit. Et hoc narrat Gregor. Turonenſis.

S. Quintinus hominem improbum cædit.

Fuit & quidam nobilis, & diues nomine Mulerieus, qui per ſuperbiam & morum intemperantiam Deum offendebat, ſed eũ ſanctus Quintinus ſępe admonens in ſomnis, eius pertinaciam redarguebat. Qui cum nollet acquieſcere monitori, quadam eum nocte verberibus afflixit, ipſáque cædem, vt omni populo oſtenderet, præcepit. Tunc ille quamuis coactus, palam omnibus

vulnera

A.C. 650.

vulnera oſtendit. Deinde conuerſus ab errore A ſuo, multa donaria in illa eccleſia contulit.

Alter falſus teſtis nomine Bernuinus, in rebus ipſius Eccleſiæ beati martyris ſalſum præbebat teſtimonium, volens quandam ſyluam de prędio Mogarido penitus auferre. Quem ſanctus martyr in ſomnis redarguit, apprehēdénſque naſum eius falſarium proclamauit. Ad quod dictum ipſe expergefactus, pedibus calceatus cum faciem ſuam aqua lauare deberet, accerſita coniuge cœpit ei exclamare, quid in ſomnis vidiſſet. Vt autem peruentum eſt ad hoc, qualiter ipſe martyr naſum eius tenens falſarium eum vocauit, extenta manu naſum ſuum cæſum recepit, ſtatimque in vas, ex quo aqua de manibus eius diffluebat, B cecidit. Qui nimium territus, ad palatium, quo ipſa die pro præfata ſylua debebat ire, diſtulit. Nec tamen hoc ſupplicio coercitus, inſuper ob ſuperbiæ faſtum aureum ſibi naſum fabricare, catenuliſque aptare aureis conatus eſt. Quem iterum idem ſanctus viſu admonuit dicens. Nonne tibi naturalem abſtuli naſum, vt te omnibus monſtrarem falſum teſtimonium dixiſſe: & nunc ob ſuperbiam auſus es aureum ſuperponere? Vade nunc, & proiice eum abs te, & cunctis innoteſcere ſtude, te falſum teſtimonium dixiſſe. Ob indicium ergo fidei naſus ipſe ex auro multis die- C bus ad memoriam futurorum ibi ſeruatus eſt.

Falſus teſtis à D. Quintino naſo mutilatur.

Colitur B. Eligius 25. Iun. & 1 Decem. & S. Quintinus 31. Octob.

De S. Audoene & fratribus ipſius, ex Vincen. lib. 23. cap. 91. ſed primariam hiſtoriam ex Cod. MS. à Fridegodo Diacono S. Odonis vt putat, ſcriptam habet Sur. tom 4. meminit S. Audoeni Aimo lib. 4. hiſt. Franc. cap. 41.

§. XVII.

SAnctus Andoenus, cum duobus fratribus Adone & Radone, ſancto Columbano à matre ad benedicendum eſt oblatus. Qui futurorum D præſcius infantulos benedixit, eóſque futuros Chriſtianæ religionis virtutibus eximios, & honoribus ſæculi claros ſpiritu prophetico prædixit. Nec incaſſum. Mox enim, vt pubeſcere cœperunt, primum Clothario regi, deinde Dagoberto in cunctis gratiſsimi inuenti ſunt. Denique primogenitus nomine Ado, mundum ſpernens monaſticam vitam petiit, Rado vero theſaurorū regalium procurator effectus, iuſto eos ordine diſpenſauit & cuſtodiuit. Sanctus vero Audoenus, qui & Dado, ſigillum vel annulum regis cuſtodiebat, ad cuius nutum cuncta palatina nego- E tia gerebantur. Regem quoque aſsidue hortabatur, vt regem omnium Chriſtum, ſine quo nullus regnat, pie coleret, ſubiectorum quoque populorum ſocium magis quàm dominum ſe reputaret, ſubditis parceret, ſuperbos debellaret.

Audoen' S. Dagoberto regeſt à ſecretis c. 5. [illegible]

Tunc etiam ſanctus Eligius magnus virtutibus in aula regis fulgebat. His quoque duobus cor vnum & anima vna erat, à quibus cuncti Francorum proceres ſumebant exempla Chriſtianæ religionis, & hauriebant monita doctrinæ ſalutaris. Hi ſub habitu ſæculari militabant regi æter- F no. Itaque ſanctus Audoenus ſæpiſsime veſtibus pretioſis, & aureo præcinctus baltheo foris vtebatur, & ſubtus cilicio tegebatur. Perſiſtebat infatigabiliter in ieiuniis & orationibus, & diuina lectione, in pauperum infirmorum miniſterio, hoſpitumque ſuſceptione.

S. Eligius S. Audoeni ſodalis cap. 6.

A.C. 650.

Proprio quoque in patrimonio monaſterium conſtruxit, quod & poſſeſsionibus optimis, & ornamentis eccleſiaſticis, & libris, & diuerſis rebus ad Dei ſeruitium pertinentibus deuotus impleuit. Ibique ſanctorum monachorum multitudinem, eiſque ſanctum Agilum de quo infra, ex diſcipulis ſancti Columbani præfecit abbatem. Cumque & ipſe vellet abiectis ſæculi dignitatibus, ſoli Deo ſeruire, reſiſtebat rex & optimates dicentes eum potius vtilitati plurimorum debere conſulere, quàm ſuæ tantum ſingularitati ſatisfacere. Deinde iuſſu regali multiſque religioſis ſuadentibus tonſuram clericatus accepit, vno eodémque tempore Eligio comam deponente.

Monaſterium cōſtruit, ca. 7.

Interea defuncto Rothomagēſi epiſcopo, ſanctus Audoenus omnium conſenſu eligitur, & licet humiliter renuens in cathedra conſtituitur. Qui etiam ſciens ſub quanto periculo neophytus ordinetur, non ſtatim ſacrum ordinem ſumere præſumpſit, ſed relicta ſede ad prædicandum verbum gentibus longe poſitus exul efficitur. Cumque in Hiſpaniis reperiſſet populos nimia ſiccitate iam laboraſſe, iam enim ſeptem anni abſque pluuia tranſierant, proſtrauit ſe in oratione, ſtatimque tanta pluuiæ abūdantia ſequitur, vt priorem penuriam recompenſare videretur.

Confortato ergo Hiſpanorum populo fide, verbo, miraculo, reuertens ſe ad regionem propriam, in Andegauenſi regione quendam pauperculum obuium habuit: qui cum die dominico opus ſeruile exerceret, contra vſum eccleſiaſticum, manum, qua molam rotabat, aridam ſubito & inutilem oſtendit. Procidens ergo ad genua ſancti viri, miſeriam ſuam deplorat, & reatū ſuum confitetur. At ille ſignum Crucis eius manui impreſsit, & conſuetudini priſtinæ deſeruire præcepit, admonens illum diebus dominicis & feſtiuis à ſeruilibus abſtinere, & Eccleſiam viſitare.

Signo crucis ægrū ſanat, ca. 13.

Cum igitur Rothomagum perueniſſet, ſub vno die ordinati ſunt pariter Audoenus eiuſdem ciuitatis epiſcopus, & ſanctus Eligius Nouiomenſis epiſcopus. Suſcepto igitur epiſcopatu, multis virtutibus clarutt, corde humilis, verbo grauis, doctrina præcipuus, deuotione armatus, in colloquio ſapiens, in conſilio prudens, in corrigendo vehemens, in diligendo ardens, in aduerſis patiens. Abſtinentiæ rigorem ora pallida demonſtrabant. Maxillę lachrymis humectæ cōtritionem cordis indicabant, lactea colla circuli ferrei premebant, ventrem & brachia ferrum æquæ ſtringebat. Ipſius etiam lecti congeries, non ex mollibus plumis pictíſve tapetis, ſed ex aſperis conſtruebatur virgultis. Et ſæpiſsime in cubiculo lux immenſa cœlitus emiſſa, à diſcipulis eius eſt viſa. Voces quoque angelicæ cum eo colloquentes audiebantur.

Conſecratur epiſcopus, c. 14.

Interea quidam diuitiis & ſæculari dignitate præcellens, iudicio Dei morbo percuſſus acerbo in ectaſi mentis iam pene mortuus rapitur, multáque infernalis ſupplicij tormenta contemplatur, ſed à beato Audoeno viſitatur. Qui orationem fundens ſuper eum, priſtinæ eum reſtituit ſanitati, præcipiens ei, vt locum illum, in quo iacebat, Deo conſecraret. Et ne tanti pontificis admonitio caſſa fieret, iterum admoneretur à ſancta Eulalia, vt iuxta pontificis iuſsionem, in eodem prædio, vbi dudum iacuerat, cœnobium conſtrui

Virū nobilem ſanat, c. 16.

A.C.680.

conſtrui faciat, & quòd in hoc mundo adhuc A viginti annos habere debeat,meruit audira.

Crux S. Audoeni cap.18.

Quodam tempore factum eſt vt vir ſactus parœchiam ſuam prædicando illuſtraret, dum per locum qui nunc dicitur Crux ſancti Audoeni, iter ageret iu curru ſedens,(non enim nimio ſenio feſſus equo vehi poterat) equi qui currum trahebant,ſubito ſubſtiterunt:quos auriga percutiens nullo modo à loco auellera potuit.Sentiens autem vir Dei nutu diuino animalia manere immobilia,eatemplò oculos ad cœlum reflectit, ac vexillum crucis amplo ſplendora coruſcans aſpexit.Cumque ſpiritu ſibi reuelante intelligeret, B quod eundem locum ad ſibi ſeruiendum dominus elegiſſet,ſubito arantem quemdam inuenit, cuius ſtimulum ſumens, ſignum Crucis expreſſit,eàque depicta in terra, ſanctorum atiam reliquiis ſuperpoſitis diſcaſsit. Cumque ſol occumberet,columna ignea in ipſo loco per totam noctem viſa eſt,cuius ſplendor ſolis claritatem vincere videbatur,& à totius prouinciæ hominibus cernebatur. Ibique confluebat multitudo populorum vota ſua domino offerentium,diuerſis languoribus detenti ſanabantur ibidem. Illic ergo beatus Leufredus Eccleſiam conſtruxit dedicatã C in honorem ſanctæ Crucis, & ſancti Audoeni: vbi multitudo monachorum regulariter viuentium vſque hodie Deo deſeruit.

S.Audoenus Romam religionis ergo proficiſcitur, cap.23. Pſal 49.

Idem apoſtolorum limina viſitans Romæ ſingulis apoſtolorum & martyrum memoriis ſe proſternens,tam pro ſe quàm pro pace Eccleſiæ preces obtulit,lachrymas tamen magis quàm verba fudit. Deinde cum ad confeſsionem beati Petri hunc verſum inciperet,Exultabunt ſancti in gloria. Reſponſum eſt ei diuinitus.Et lætabuntur in cubilibus ſuis. Qui mutum per vndecim annos obuium habuit,& eius capiti ſignum Crucis im- D preſsit, loquelàmque ei plene reſtituit. Eainde populis prius diſcordantibus pacis fœdere ſociatis ad vrbem Virdunenſem venit, vbi quum Eccleſiam ingrederetur, mulier quædam à ſpiritu immundo vexata, frendénſque dentibus, virum Dei rapido curſu inuadere nitebatur : qui caput eius mano ſtrinxit, ſtatimque dæmonem effugauit. Quadragintaquatuor annis eccleſiam Rothomagenſem texit, & nonagenarius ad Dominum migrauit.

Colitur 24. Augu.

De S.Philiberto ex Vincen.lib.23.cap. 94. & 95. hiſtoriam verò primariam ex qua hæc E deſumpta eſt ſcriptam iuſſu Ioſchini abbatis Gemmeticii habet Sur.tom.4.

§. XVIII.

SAnctus quoque Philibertus,vt ſcribit Vincẽ. lib.24. cap.94. cum eſſet bonæ indolis adoleſcens,regi Dagoberto nunciatus aduocatur in palatium, receptuſque in ordine nobilium adeptus eſt Audoeni conſortium. Qui ſub aureo baltheo Deum valde diligens, poſtmodum præfulgentibus vitæ meritis, cathedram ſubiit Rotho- F magenſis Eccleſiæ. Cum autem eſſet Philibertus annorum viginti,diuinæ præcepta audiens, elegit Chriſti diſcipulus fieri. Agnitóque Dei milite Agilo,qui præerat Reſbacenſi cœnobio:illuc veniens comam depoſuit, omnibuſque ſuis in eleemoſynas erogatis, iugum Chriſti ſuaue ſuſcepit.Vbi cùm multo religionis & abſtinentię cul-

S. Philibertus fit monachus.

A.C.680.

mine excreſceret,ita vt viris perfectioribus imitabilis fieret, antiquus hoſtis inuidens, pulſare animum ſuſcepit, vt ampliora edulia ſurgeret. Sed Dei nutu detectus, viro Dei per ſomnium eſt oſtenſus.

Dæmon abſtinentiam impedit.

Nam cùm quadam nocte fuiſſet cibo refectus, ille ventrem eius palpare cœpit & dicere: Modo hic bene. Tunc ille inimici iacula cognoſcens, rigorem abſtinentiæ cœpit triplicare, & contra arma tyranni Dei auxilium implorare. Cumque ſingulis noctibus Eccleſiam frequentaret,in tribus contra ipſum tentationibus dirus anguis exarſit.Nam vrſi ſpecie eum intra Eccleſiam tentauit primum terrere, & nocte alia ferro candelabri niſus eſt eum transfigere, & nocte tertia ab oſtio Eccleſiæ expanſis brachiis eum voluit prohibere.Sed omnia eius machinamenta Philibertus expulit,virtute diuina per ſanctæ Crucis pręſidia.

Cum autem beatus Agilus obiiſſet in Chriſto, fratrum conſenſu Philibertus regiminis curam ſuſcepit. Cœpitque domum ſibi traditam ſtrenue gubernare,nullius perſonam accipere, inuẽta vitia radicitus extirpare. Tum quidam è fratribus aſſumpta rebellione ſanctum Dei de Eccleſia præſumpſerunt extrahere. Sed vltrix manus Domini hoc impunitum non pertulit. Nam vnus ex eis ictu fulgoris interiit,alius etiam more Arij,in ſterquilinium omnia inteſtina ſua depoſuit, indignámque vitam indignæ morte finiuit. Reliqui timora perculſi,veniam petẽtes, eum reuocare ſtuduerunt,& deinceps ei charitatis ſtudio deſeruire. Cumque Deus in corde eius poſuiſſet,vt ex proprio labore templum Domini ædificaret:à rege Francorum Clodouęo & Batilde regina ſuggeſtione ſupplici locum in pago Rothomagenſi, Gemmeticum appellatum obtinuit, vbi nobile conſtruxit monaſterium.

Vltio diuina in rebelles.

Febricitãti ſanitatem confert.

Cum autem cauſa monaſterij ad Ebroinum Francorum principem vellet quemdam monachum deſtinare,inueniens eum valida febre proſtratum,iniunxit ei obedientiæ cauſam in virtute Chriſti. Vade,inquiẽs,& reuertere,& amplius noli febricitare. Qui ſtatim ſanus effectus iuſſa compleuit:aliquando Pariſios exigente cauſa diſcordiæ perrexit pacem reformare, obtentóque quod voluit, latro quidam guantos eius furari præſumpſit : quos ille in craſtino non inueniens, patientiam habuit.Sed infelix ille percuſſus à domino,furtum quod fecerat,patefecit:ardere ſe eiulans clamabat,& aliud loqui non poterat, niſi extenſis brachiis ſinum cum furto abſcondito demonſtrabat. quod illo morte mulctato, ciues ad ſanctum cœnobium deportauerunt.Erat ei lachrymarum vbertim gratia conceſſa,maximumque illi ſtudium erat, vt antè cibum non ſumeret,quàm eum Dominus per compunctionis gratiam viſitaret. [a] Cum autem vnus ex monachis

Guanti id eſt chirothecæ.

a Ex hac hiſtoria apparet peccatorum confeſsionem ſecretam, ſicut & ſuperioribus temporibus, ita hoc ſaeculo in vſu fuiſſe. Non quòd hæc confeſſio ſecreta fuerit, ſatis declarat peccatum occultum,de quo confeſsio facta eſt. Quis enim occultorum peccatorum publicam dicat eſſe debere confeſſionem? Sacerdoti autem fuiſſe hanc factam confeſsionem ſatis id indicat, quòd ad hanc excipiendam S. Philibertus monaſterij præpoſitus & ſacerdos ſit

A.C 680. *dos ſit euocatus. Idem ex multis aliis eius ſæculi hiſtoriis colligi poteſt. Nam S. Euſtaſius (de quo in hoc capite tam crebra ſit mentio) vt eſt apud Sur. tom. 2. gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus. Nam quoties illi aliquis ob recipiendam pœnitentiam lapſus ſuos eſſet confeſſus, ita flebat, vt eum flere compelleret. Et S. Ausbertus regis Dagoberti fuit cõfeſſarius, vt eſt in eiuſdem vita apud Sur. tom. 1. Denique de ſacra confeſsione ſic ſcribit Beda in 5. caput D. Iac. illa verba explicãs. Confitemini alterutrum peccata veſtra. In hac autem ſententia illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana leuiaq́; peccata alterutrum coæqualibus cõfiteamur, eorúmque quotidiana credamus oratione ſaluari. Porro grauioris lepræ immunditiam iuxta legem ſacerdoti pandamus, atque ad eius arbitrium qualiter & quãto tempore iuſſerit, purificari curemus. Confeſsionis quoque peccatorum ſit mentio infra. §. 19.*

veniſſet ad extrema vitæ, mutus effectus eſt labiis. Ad quem vir Dei ingreſſus, blandiens cœpit ſuadere, vt ſi haberet occultum facinus, vnde pœnitentiam non egiſſet, manus eius ſtringeret. Quod cum ille feciſſet, vir Dei eccleſiam ſanctæ Mariæ ingreſſus, cœpit exorare dominum, vt linguam ægro redderet, ne pro abſconſo crimine animam eius in baratrum hoſtis ſubmergeret. Cumque de oratione ſurgeret, ei frater nunciauit alius, quòd æger loqui poſſet, & confeſsioné dare ſatageret. Quod & factum eſt. Nam confeſsione data recepta pœnitentia animam Deo tradidit.

Cõfeſsio ſacramentalis. Quadam die dum fratres meſſem ſucciderent, & manipuli ſparſim per agros iacerent, repente tempeſtas frendens intonuit. Sed ne fratres labores ſuos perderent, vir Dei oratione facta tempeſtatem abſtulit. Altera vice in domum cuiuſdam religioſæ fœminæ declinans cum ſociis, ad requiſitionem dictæ dominæ vinum benedicens, cum multi ex eo bibiſſent, poſtea repertum eſt vas plenum. Conſtruxit quoque monaſterium monialium, diſtans tamen à ſuo per decem miliaria, demum poſt multos labores pro domino toleratos, requieuit in pace. Colitur 20 Augu.

De S. Richario ex Vincen. cap. 96. & 97. ſed primariam hiſtoriam ſcripſit Albinus Flaccus tom. 1. Sur.

§. XIX.

FVit & quidam alius, ſanctus Richarius dictus, in prouincia Pontina, qui ex ruſtico factus eſt religioſus notiſsimus. Hic veſcebatur pane hordeaceo cineribus immiſto, & aqua cum lachrymis temperata. Leproſos balneis fouebat, & poſtea ipſe illa intrabat. Prædicauit in Britannia. Rex autem Dagobertus eum viſitans ſe eius orationibus commendauit. Quem & ſanctitatis ſuæ benedictione roborauit, & authoritate ſacerdotali libera voce caſtigauit, denuncians ei, ne in ſæculari ſuperbiret potentia, ne in fugitiuis ſperaret diuitiis, ne vanis adulantium extolleretur rumoribus, ſed magis Dei potentiam timeret, illiúſque immenſam laudaret gloriam, & humanã potentiam nullam putaret, quæ ſubito ſicut ſpuma ſuper aquam vento elationis flãte euaneſcit. Sed hoc magis timendo cogitaret, quia potentes potenter tormenta patientur, & cui plus datur, plus exigitur ab eo, & cui vix ſufficit pro ſe ſolo rationem reddere, quomodo poterit pro tot millibus populi commiſsi? A.C. 680. Sap. 6. Luc. 12. Qua caſtigatione, vt prudentiſsimus benigniſsime ſuſcepta, congaudens de eius libera veritatis fiducia, ſacerdotem Chriſti venire ſecum ad conuiuia rogauit: qui vt prædicationis nanciſceretur occaſionem, venit cum rege ad menſam: totáque die illa & nocte inter epulas lætitiæ, verbi Dei dapes ſalutiferas conuiuis miniſtrauit.

Exinde ſanctus Dei, qui ab hominibus venerabatur, homines fugere meditabatur. Vnde & locum in ſylua ſolitarium elegit, paruo tantum tuguriunculo, viliſsimo opere facto contentus, vt habitatio ſua vitæ conueniret. At inibi tanta ſe carnis mortificatione caſtigauit, vt vix oſſa hærentia diſsipatis coniuncturis adhærerent, & trementia baculo regente veſtigia difficile moueret, ac mente ſæculo maior ſola cœleſtia ſemper cogitaret, illum quotidie vincens in eremo, à quo Adam olim victus eſt in paradiſo. Vndique autem ad hominem Dei diuerſis fatigati infirmitatibus confluebant, quos ſanctarum medicinis orationum conſolabatur. Præſcius demum diei vocationis ſuæ, ſalutifero corporis & ſanguinis Chriſti viatico ſuum iter muniuit, & inter gratiarum actiones & verba orationis ſpiritum efflauit. S. Richarius moriturus viatico ſe munit. Sed mirum dictu, inter exequias paternas ſubito diſcipulus ſopore oppreſſus, vidit in viſu quaſi raptus eſſet, aulam ſplẽdidiſsimam, omniq́; decore pulcherrimam, in qua beatum Richariũ præclaro & hilari vultu vidit habitantem, ſibíque dicentem. Colitur 26. April. Ecce frater Sigobarde, qualem manſionem præparauit mihi Deus? pro vili quam habui in terra pulcherrimam in cœlo, pro contemptibili glorioſam, pro obſcuriſsima lucidiſſimam, pro fumoſa omni ſuauitate renitentem. Qui euigilans lætior opus exequiarum perfecit. Ad ſepulchrum autem multa miracula fiunt. Quadam die quidam vincti & catenati per ſtratam ducebantur, quæ erat prope Eccleſiam, vbi corpus eius quieſcebat, qui appropinquantes clamare cœperunt, ſancte Richari ſolue nos, & ſtatis ruptis vinculis ſoluti ſunt. Strata, id eſt via publica.

De S. Angadriſina ex Vin. cap. 99. ſed primus auctor eſt Angradus monachus in vita ſancti Ausberti, tom. 1. Sur.

§. XX.

SAncta Angadriſina filia fuit illuſtris viri Roberti, qui genéroſa ſtirpe præditus, gerulus fuit annuli regis Clotharij. Hanc religioſiſsimã virginem illuſtris Siuuinus à præfato Roberto expetiit, volens eam Ausberto filio ſuo ſociari. Quo ſcilicet Roberto præbente aſſenſum, à caſto iuuene caſta deſponſatur & puella. Denique ambo integritatem mentis & corporis caſte ſeruare cupientes, deprecabantur dominum, vt voluptatum venena à cordibus eorum dignaretur expellere. Nobile par ſponſorum. Deinde orante beata Angadriſina virgine, vt ſpecioſitas illius in deformitatem verteretur, illico dominus preces eius exaudiuit. Nam facies eius ita exulcerata, ac immundiſsima lepra cooperta mox apparuit, vt à conſortio hominum quicunque eam vidiſſet, extemplo eam ſegregandam decerneret. Medicorum deinde con-

A.C.680. currit frequentia, ſed quanto inſtantius inſiſte- A
bant, tanto Chriſti ſponſa vlceroſiur deformiórque apparebat. Tunc pater hoc diuinitus fieri intelligeos, inquirebat ab ea, vtrum in virginitatis voto vitam elegiſſet finire. Opto (inquit) mi genitor, & totis oſſibus exoro. Nam Chriſtus, quem coocupiui ſponſum, mihi hanc corporis infert moleſtiam, vt animæ tribuat nitorem. Delectat hęc vita præſens pater pie, ſed decipit, quia
1. Ioan. 2. omne quod eſt in mundo vanitas eſt. Hæc audiēs illuſtrem accerſiuit Siſuuinum, & quæ circa filiā ſuam geſta erant, lucide pandit. Ad hoc Siſuuinus reſpondit. Voluntatem domini in omnibus B
ſequi oportet, nec eius nutui vllo modo contraire velle. Vocatúſque affuit & beatus Anſbertus, vbi & diſſocialem condit libellum, vt ſancta virgo Angadriſma non ſua, ſed Chriſti vocaretur ſponſa. Hoc facto ad Rothomagum ciuitatem antiſtiti dirigitur Audoeno, vt eius benedictione percepta, & ſacro velamine operta, in virginita-
Virgo voto virginitatis emiſſo curatur. tis propoſito conſecrari mereretur. Quo patrato priſtinæ pulchritudini & ſpeciei eleganti eſt reddita, ita vt cuncti auditorum dicerent, quia eā ſibi Chriſtus ſponſam & famulam elegiſſet. Deinde efficitur gubernatrix cœnobij, quod eſt extra muros Bellouaci. Erat autem ſicut cæteris C
prælata, ita cunctis humilior, vilis in habitu: in cibo mediocris, ab infantia iugi orationi dedita,
Colitur 14. Octo. pudicitia exornatiſſima, hilaritate cordis & corporis clara, patientiæ virtute, caritatis obſequio, eleemoſynarum largitionibus abundantiſſime cumulata. His virtutibus adornata, velut lampas refulgebat accenſa.

De S. Anſberto, Vinc. ca. 10. ex eodem.

§. XXI.

POſt hæc vir Domini Anſbertus in aulam regis licet nolens, à genitore perductus, ſicut erat acumine ingenij clarus, cœpit eſſe alicuius ſcriba doctus, conditórque regalium priuilegiorum, & gerulus annuli regalis, quo eadem ſignabantur. Cum vero coram rege, & principibus conſueto more diuerſa muſicæ artis inſtrumenta in chordis & tibiis audiret perſonantia, aiebat ſibi. O bone conditor, quale erit te diligentibus canticum indeficiens in cœleſtibus audire angelorum, ſi tantam etiam præbes mortalibus induſtriam, vt peritia artis & ſuauitate cantilenę pronocent animos audientium. Poſt hæc factus eſt E
monachus in Fontanella, vbi tunc præerat beatus Vuandregiſilus, & presbyter conſecratus à beato Audoeno, prædixit Theodorico adoleſcenti, quòd rex eſſet futurus, ad cuius prophetiæ fidem ager, in quo tunc erat, ſub byemali tempore viridem producit herbam cæteris agri partibus perpetuo viridiorem.

Poſt beatum Vuandregiſilum, qui fuit abbas
S. Lātbertus epiſcopus Lugdunenſis colit. 14. April. annis fere viginti, electus eſt Lantbertus Taruanenſis, poſtea factus epiſcopus Lugdunenſis poſt beatum Geneſium. Er beatus Anſbertus tunc factus eſt abbas Fontanellæ, puſt beatum vero F
Audoenum factus eſt epiſcopus. Quadam autem die expletis miſſarum ſolenniis cunctos Rothomagenſes tam nobiles quàm ignobiles introduci iuſſit ad parata conuiuia, vbi cunctis diſpoſite recumbentibus epiſcopus ad menſam pauperum reſedit. Cenſus qui de villis publicis canonico

A ordine ad partem pontificis canonice perſolui A.C.680.
conſueuerant, in inſtaurationem eccleſiarum presbyteris indulſit. Dedit priuilegium monachis Fontanellenſibus, vt ſemper ex ſemetipſis abbatem eligerent. In quo tamen priuilegio ligauit eos ſub vinculo excommunicationis, ſi vel ipſi vel poſteri eorum à regula ſancti Benedicti deuiarent. Quod priuilegium factum eſt anno domini 682. regis Theodorici 16. epiſcopatus dicti Anſberti quinto in vrbe Rothomago in ſynodo. Inculpatus apud Pipinum principem, iuſſu eiuſdem deportatus eſt in exilium apud Altum-
B montem, quod humiliter tulit nullo extante crimine. Eo mortuo cum ſudariom cera litum capiti eius imponeretur, viſus eſt aperire oculos. Lāpas ante ſepulchrum eius accenſa inceſſanter nō Colit. 9. Febr.
ſolum ardebat, ſed etiam redundabat, ita vt ſub ea poneretur vas in quo redundantia eius reſundaretur.

De S. Agilo, quem alij Agilum vocant, cap. 101. de quo ſuprà ante §. 1. & §. 18. ex probatis hiſtoriis facta eſt mentio.

§. XXII.

FVit & temporibus illis ſanctus Agilus, filius Agnoaldi viri nobiliſsimi, Sigeberti regis conſiliarij, puer bonæ indolis, quem propter cœleſtes motus infantiæ, parentes Agilum nominauerunt: ac ſancto Columbano benedicēdum obtulerunt. Cuius benedictione percepta traditus eſt puer ſancto Euſtaſio, de quo ſupra, bonæ religionis viro ſacris litteris imbuendus cum aliis nobilium filiis, qui poſtea præſules fuerunt in diuerſis locis. Et de virtute in virtutem proficiens, factus eſt abbas in monaſterio Resbacenſ.
D Porro beato Columbano abbate à Theoderico S. Agilus ad Brunichildem mittitur.
rege de monaſterio ſuo per conſilium peſsimæ Brunechildis reginæ expulſo, & beato Euſtaſio in locum eius ſubſtituto, eo tempore prudenti fratrum conſenſo decretum eſt, vt probus Agilus ad eam dirigeretur, quæ maxime beato Columbano infeſta erat, quia fœminarum acceſſum à monaſterio propellebat, & ſibi, quæ regina erat, idem contradixerat. Itaque pergens Agilus, cum adhuc longe eſſet à monaſterio, ſuperuenit nepos Vuandeleni ducis cum ſatellitibus, qui ſub obtentu venantium obſeruabant exitus monaſterij more latronum. Is ergo extento brachio niſus eſt percutere mitiſsimum virum Agilum. At ipſe De S. Agilo etiam D. Gregorius idem tradit l. 1. de ſ. cap. 5. §. 10.
ſubducto terrore, ſignum Crucis oppoſuit, moxque brachium illius obriguit, & ſicut extenſum fuerat adeo inflexibile manſit, vt nemo valeret gladium de pugno eius educere, nec ipſe de loco pedem mouere. Obſtupefactis omnibus, infælix ille capite ſubmiſſo à ſancto viro veniam & miſericordiam poſtulabat.

Qui facta oratione, mox vt brachium eius tetigit, vigor priſtinus rediit. Et cum capulus gladij adhuc maneret carni manus coniunctus, oratione etiam illum ab hoc liberauit: qui adeo cōpunctus eſt, vt relicta militari toga habitum religionis aſſumeret. Cùm autem fama huius miraculi regia impleſſet mœnia, veniens ſanctus Agilus ſe aſpectibus regis & reginę obtulit. Quem cum magno honore ſuſceperunt, & ambo rex ſcilicet & regina compuncti veſtigiis eius procumbentes, indulgentiam petierunt ſuper temeritate

A.C. 680. ritate & moleſtia, quam intulerant ſanctis viris. A

Poſt hæc Clotharius in ſedem triuni regnorũ ſublimatus, decreuit ſynodica definitione viros peritos dirigere, qui vicinas gentes ab errore reuocarent. Ex multorum igitur epiſcoporum & ſacerdotum cœtu ad opus præfatum eligitur prudentiſsimus Agilus ſimul & abbas Euſtaſius, qui egreſsi multos ad fidem Chriſti conuertunt. Et in ipſo itinere ſanctus Agilus miraculis claruit, nam & dæmoniacam verbo curauit, & Sadabergam virginem (de qua dictum eſt ſuprà) orbatã lumine ſanauit. Ipſe quoque validiſsima febre B correptus viſione angelica liberatus eſt.

Crucis figuram in aere videt. Quadam autem die peragrans ſanctus eremi confinia, ſuper torrentem ipſe & ſocij ad quemdam locum deuenerunt, ibique ſub pomorum arbore ſanctus cum ſocijs in eius vmbraculo quieuerunt. Et cum ibi diutius oraſſet, vidit in aere nubem ſplendidam radiis coruſcantem figuram Crucis prætendentem. Ex cuius claritate per tres dies & noctes tantum lumen continuatum emicuit, vt illic videres omnia clare, ſicut in meridie. Per tres etiam dies ros ibidem in modum Crucis, à mane vſque ad veſperam eſt viſus, ibíque reuelatum eſt ſibi monaſterium conſtruendum. Quo ædificato de voluntate regis, factus C eſt ibi abbas Agilus præfatus.

Agilus Chriſtum hoſpitio ſuſcipit. Quadam autem die veſpere circumiens officinas monaſterij, cum pergeret ad xenodochium, quod illius ordinatione ſanctus Audoenus ibi conſtituerat, audiuit ad portam monaſterij velut plangentis hominis exilem vocem. Apertáque feneſtra, quæ portæ inhærebat, cernit ante fores iacere pauperem vlceribus plenum, petentem ſe hoſpitio recipi. Conuerſus ſanctus Agilus ad ſocium, ſcilicet fratrem Brandolinum ait. Ecce quo D modo alijs vtilitatibus occupati, tanta negleximus. Perge igitur velocius, & para ei refectionem. Illo abeunte ipſe aperto oſtio, ait ad pauperem: Veni frater. En faciemus tibi quod competit. Quo reſpondente ſe præ dolore vlcerũ ambulare non poſſe, ſuis eum humeris imponens detulit in domum abſque vllo põdere, poſuítque ſuper ſedile iuxta focum, hyems enim erat. Accipiente quoque eo vrceum, & linteum, vt aquam manibus eius infunderet, ſubito diſparuit, magnaque fragrantia iucundi odoris eandem domum quaſi aromatum repleuit. Huius hoſpitali- E tati diabolus inuidens, ei poſt matutinas ex more oranti apparuit in ſpecie immaniſsimi draconis, erecto capite, virus aduerſus eum emittens. At ille Crucis ſcuto ſe muniens omnia diſperdidit.

Agilus moritur in domino colit. 30. Aug. Denique cum eſſet nonaginta octo annorum, & dominum exoraret, vt eum de incolatu huius miſeriæ educeret, & gregem ſibi commiſſum perpetuo cuſtodiret, completa oratione iuuenis præclarus ei apparuit, qui dixit. Agile care meus, expleto biennio te recipiam: age quod agis, nec F te deſeram, ſed tecum eo. Centenarium igitur poſtea agens annum, fœliciter migrauit ad Chriſtum. Auditæque ſunt voces in tranſitu eius chori virginum canentium. Hodie ſanctus Agilus cum ſummis laudibus pergit ad præmium. Felix valde quia ſeruauit caſtitatem, & virgo centenarius aſcendit ad cœlum. Et ad ſepulturam eius aliqui ægri ſanati ſunt.

Narrat idem Vincen. vbi ſuprà de quodã ſancto dicto Videboto, qui quum in quadam cellula ſolus maneret cum diſcipulo ſuo * Miriuaro, orante eo in Eccleſia, quæ iuxta cellulam ſuam erat, pauper ad ianuam, eleemoſynam petebat ſibi dari. Quo audito, vir Dei præcepit Miriuaro diſcipulo ſuo, vt panem vnum, qui ſolus eis remanſerat ad victum, ſcinderet in duas partes, & medium pauperi daret. Quo facto alius pauper paulo poſt venit, & ipſe eleemoſynam petens. Cui vir ſanctus alium quadrantem panis dari mandauit. Tertius pauper ſuperuenit, & ei tertiam partem dari præcepit, diſcipulo moleſte ferente, & dicente. Non vis, vt ſaltem nobis medietas panis ſeruetur? Noli (ait ille) ſollicitus eſſe de cibo & potu, ſed memento promiſsionis Domini dicentis. Date & dabitur vobis. Vix pauper inde receſſerat, & quartus pauper acceſsit, cui reſiduum panis dari iuſsit. Iterum diſcipulo murmurante, confortauit eum in fide: vixque ſermonem exhortationis compleuerat, & ecce quatuor nauiculæ iuxta numerum pauperum, quibus totum victum ſuum diuiſerat, mittuntur ei cibo & potu plenæ. Multíſque miraculis claruit. Cum autem poſt mortem eius corpus incorruptum diu maneret, quidam procaciter explorare volens, an verum eſſet, quod corpus eius eſſet integrum, violenter fecit ſepulchrum aperiri. Et cum abſque vlla reuerentia eſſet illud intuitus, ſubito exterritus ait. Ha, ſancte Videbote, ſtatimque & mutus & ſurdus effectus eſt, omníque corpore debilitatus vſque in finem vitæ ſuæ ita permanſit.

A.C. 680. De S. Videboto, quem locũ Vincen li. 23. ca. 105. vocat.

* aliàs Murmario.

Matt. 6.

Deus eximiam pij viri liberalitatem largiſsime compenſat.

De S. Furſeo & fratribus eius, de quo Beda lib. 3. hiſt. Angl. cap. 19. & vita S. Furſei apud Sur. tom. 1. ex quibus hæc ad verbum excerpta ſunt.

§. XXIII.

HIc ſanctus nobilis genere, ſed nobilior fide, ab infantia ſacerdotibus per diuinam gratiam commiſſus, & ſacris literis, ac monaſticis diſciplinis eruditus, dum inter parentes ſuos ſacri verbi ſalutifera ſeminaret, quadam die ægrotationis moleſtia correptus ad paternam domum commigrauit, & dum veſpertinalem exorſus eſt pſalmodiam, orationi intentus haud longe à domo tenebris ſubito circumdatus ſterit, & quaſi iã mortuus ad proximam domum deportatus eſt. Tunc quatuor manus deſuper ſe extenſas aſpexit, quæ tenentes eum per brachia pennis ſubleuabant, & illum ex vtraque parte ſuſtinebant. Ipſe autem, quaſi per caliginem angelica cernebat corpora, tertium quoque ſe præcedere angelum, ſcuto candido gladioque armatum [conſpexit.] Hi tres pari ſplendore fulgentes, vno incipiente canebant. Ibunt ſancti de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. Audiebat quoque & aliud ignotum canticum multorum millium angelorum. Vnde & vix pauca poterat intelligere, & exierunt obuiam Chriſto.

S. Furſei viſio admirabilis.

Pſalm. 83.

Tunc vnus ex ſupernis agminibus armato præcedenti angelo, iuſsit ad corpus animam reducere. Et vir ſanctus ſe à corpore exutum cognoſcens, & tædio ſeparandi ſocietatis angelicæ affectus, dixit ſe ab eis ſeparari noluiſſe. Cui reſpondit angelus. Ad te completa ſollicitudine reuertemur ſuſcipiendum. Tunc cantabant illud

A.C.680. dimidium verſiculi. Videbit Deus deorum in A Sion. Cuius carminis ſuauitate lætificata anima, qualiter corpus intrauit, intelligere non potuit. Tunc circa gallorum cantum, audiuit verba admirantium ſe circumſtantium, & dixit eis. Quid ſtupentes ſonos inquietos emittitis? At illi per ordinem referebant, qualiter eo veſpere tranſeunte vſque ad gallorum cantum exanime corpus in medio ſeruaſſent. At ille ſedens, angelicámque claritatem & dulcedinem mente reuoluens, de quali ſollicitudine admonitus fuiſſet pertractans mœſtus erat, quod qui ei clare exponeret, non e- B rat, timens, ne reuertentes angeli eum imparatum innenirent. Petiitque, & accepit ſacri corporis & ſanguinis communionem, & vixit infirmus die illo & altero.

Anima redit ad corpus.

S. Furſeus corpori Chriſti communicat.

Media vero nocte tertia feria pedibus eius frigore induratis, manibus in oratione extenſis, recordatus iucundiſsimæ viſionis lætus mortem ſuſcepit. Viditque duos angelos ad ſe veniẽtes, & eius animam deferentes. Tertium vero angelum armatum ſcuto candido, & gladio fulgoreo ſe præcedentem conſpexit. Deinde dæmones clamantes audiuit. Antecedamus, & ante faciem C illius bella commoueamus. Cum ergo proceſſiſſent, ignita contra eum iacula iactabant. Sed angelus præcedens ſcuto illa ſuſcipiebat, & protinus extinguebat. [Cadebant vero aduerſarij ante conſpectum pugnantis angeli, qui quaſi rationem poſuit cum eis, dicẽs. Nolite tardare iter noſtrum, quia hic homo non eſt particeps perditionis veſtræ. Contradicente diabolo ac blaſphemante iniuſtum eſſe Deo, hominem peccatoribus conſentientem nihil damnationis habere, pugnãte vero angelo, exiſtimabat vir ſanctus clamorẽ pugnæ in omni terra audiri.] Tunc dæmones an- D gelis opponentes, dixerunt. Otioſos ſermones ſæpe dixit, & ideo non debet illæſus perfrui vita beata. Quibus angeli. Niſi principalia vitia contra eum protuleritis, propter minima non peribit. Tunc diabolus dixit. [Niſi remiſeritis hominibus peccata eorum, nec pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Sanctus angelus reſpondens ait. Vbi ſe vindicauit, vel cui iniuriam fecit? Diabolus dixit. Non eſt ſcriptum ſi vindicetis, ſed ſi non remiſeritis de cordibus veſtris. Sanctus angelus excuſans dixit. Indulgen- E tiam in corde habuit, ſed conſuetudine humana continuit. Diabolus reſpondit.] Sicut accepit malum ex conſuetudine, ita accipiet vindictam à ſuperno iudice. Et ſanctus angelus. Iudicemur ante Deum, præliantéſque aduerſarij contriti ſunt. Et dixit diabolus. Seruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit, plagis vapulabit multis. Cui angelus reſpondit. Quid iſte de voluntate ſui domini ſciuit, & non fecit? Et diabolus. Dona iniquorum recepit. Et angelus. Credidit (ait) quod vnuſquiſque pœnitentiam egiſſet. Et diabolus. Aliquando debuit probare pœni- F tentiæ perſeuerantiam, & ſic fructus ſuſcipere. Cui angelus. Iudicemur ante Deum, ſed dæmon ſuccubuit. Tertio ſurrexit diabolus ad bellandũ contra illum. Vſque nunc exiſtimabamus Deum veracem, qui omne delictum, quod in terris nun purgatur, & ſe in æternum puniturum promiſit. Hic ergo homo quondam veſtem ab vſurario accepit, nec de hoc punitus fuit. Vbi eſt ergo iuſtitia Dei? Cui angelus, Silete, quia occulta Dei

Matt. 6.

Matt. 18.

Luc 12.

iudicia ignoratis. Quamdiu enim ſperatur pœnitentia, comitatur hominem diuina miſericordia. Dæmon reſpondit. Sed nullus eſt hic locus pœnitentiæ. Cui angelus. Profunditatem iudiciorum Dei ignoratis. Tunc diabolus tam grauiter percuſsit eum: vt poſtmodum vitæ reſtitutus ſemper percuſsionis veſtigium retineret. Et hanc percuſsionem permittente Deo pro receptione illius veſtis recepit. A.C.680.

Alter vero dæmon dixit. Adhuc reſtat illa anguſta porta, vbi eum ſuperare poterimus, videlicet mandatum illud. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Cui angelus. Vir iſte vtique in proximos ſuos operatus eſt bona. Aduerſarius reſpondit. Non ſufficit hoc, niſi & diligat ſicut ſeipſum. Cui angelus. Fructus dilectionis eſt bonum operari, quia Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Dixit dæmon. Sed quia verbum de diligendo Deum non impleuit, damnandus erit. Pugnante turba nefanda contra iſtum, demum ſancti angeli victores fuerunt. Matt. 22. Rom. 2.

Dixit iterum dæmon. Si Deus iniquus nõ eſt, & verborum illius tranſgreſsio ei diſplicet, vir iſte pœnarum expers non erit: promiſit enim abrenunciare ſæculo, & pompis eius, & econtra ſeculum dilexit contra illud, quod ſcriptum eſt. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Cui angeli. Non ſibi ea, quæ ſunt mundi, ſed hominibus indigentibus diſpenſanda dilexit. Diabolus vero ait. Qualicunque modo diligantur, contra diuinum præceptum eſt, victi ſunt in hoc aduerſarij. 1. Ioan. 2.

Ad callidas iterum accuſationes conuertitur diabolus, dicens. Scriptum eſt, Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Hic non annunciauit peccantibus digne pœnitentiam. Sanctus angelus reſpondit. Quando auditores deſpiciũt verbum, lingua etiam doctoris præpeditur, dum videt, quod prædicatio audita contemnitur. Vnde prudentis eſt, dum non eſt tempus, noſſe tacere. In omni igitur contradictione dæmonũ extitit pugna donec iudice domino triumphantibus angelis victiſque aduerſariis immenſa claritate vir ſanctus circumfuſus eſt. Vnus autem ex angelis, vt Beda teſtatur, dixit ei. Reſpice mundum. Reſpiciẽnſque vidit vallem tenebroſam, & quatuor ignes in aere aliquibus ſpaciis à ſe diſtantes. Dixitque angelus. Hi quatuor ignes ſunt, qui mundum ſuccenderunt. Vnus eſt ignis mendacij, cum hoc quod abrenunciare diabolo & pompis eius homines in baptiſmo promiſerunt, & non implent. Secundus eſt ignis cupiditatis, cum diuitias mundi amori Dei præponunt. Tertius eſt diſſentionis: cum animos proximorum in ſuperuacuis rebus offendere non formidant. Quartus ignis eſt impietatis, cum infirmiores ſpoliare, & eis fraudem facere pro nihilo ducunt. Deinde illi ignes propinquantes in vnum redacti ſunt, & illi ei appropinquabant, timénſque angelo dixit. Domine ignis mihi appropinquat. Cui angelus. Quod non accendiſti, non ardebit in te. Ignis iſte ſecundum merita hominum ſingulos examinat. Nam ſicut corpus ardet per voluptates illicitas, ita etiam anima exardebit per debitam pœnam, Viditque angelorum choros concinentes. Nullus labor durus, nullum longum tempus videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Ezec. 3. 33. Qua... ignes ... dum ... cedunt.

His

A.C.680. Labor in hoc mundo cur ſtulius dura ſit vide ndebes.

His igitur, & aliis ſermonibus inſtructus, ſuper tectum eccleſiæ inter ſanctos angelos ſtans, ſuúmque corpus conſiderans, iubetur illud cognoſcere, & reſumere. Qui cum illud quaſi cadauer ignotum timeret, & appropinquare nollet, ait angelus. Noli timere hoc corpus ſuſcipere, quod ſine vlla infirmitatis, vel vitiorum repugnatione, quamuis inualidum portabis. Concupiſcẽtias enim illicitas in hac tribulatione ſuperaſti, vt vetera contra te non præualeant. Tunc pectus corporis aperiri vidit, & intrauit. Quaſi ergo de profunda quiete mortis præſente multitudine parentum, vel etiam vicinorum, vel clericorum, exurrexit humanæ ſtultitiæ magnitudinem ingemiſcens, & arduum & difficilem tranſitum admirans. Mirumque in modum demonſtrabatur carne, quod anima ſola ſuſtinuit incendium, ſcilicet in ſcapulis, & in facie propter veſtem, quam acceperat ab illo vſurario in hoc §. de quo ſuprà.

Egreſſus ergo inde prædicabat verbum domini, & ea, quæ viderat & audierat omnibus Scotorum populis nunciabat. Cumque diuinis virtutibus clarus, & de iis, quæ ad opus prędicationis congrua ſunt, iterum ab angelo ſancto edoctus multo tempore prædicaſſet, irruentium populorum multitudinem non ferens, & aliquos contra ſe inuidia commotos deprehendens diſceſsit, peregrináque peruagatus littora per Britanniam in Saxoniam tranſuectus eſt, vbi à rege Sigeberto honorifice ſuſceptus, locum monaſterij ab eo ſibi traditum accelerauit cõſtruere. Quo facto ab omni cura ſæculi & ipſius monaſterij alienare ſe cupiens, fratri ſuo Foillano curam eius reliquit, & ipſe eremum petiit, vbi cum alio fratre ſuo Vltano philoſophatus eſt. Cum autem quibuſdam cauſis ingruentibus, à populo, vel à rege ad conſilium vocatus, immo & compulſus deſideratam ſibi eremum reliquiſſet, omnia animo vigili tractans ad Galliarum littora nauigauit. Ibique à Francorum rege Clodoueo honorifice ſuſceptus, monaſterium in loco, quem vocant Latiniacum, conſtruxit. Nec multo poſt fratribus ordinatis, cum rege iter agens infirmitate correptus, ad cœleſtia regna migrauit. Poſt quatuor autem annos à reuerendis epiſcopis Eligio & Anſberto immaculatum corpus ſine vlla putredine transfertur. Huius natale celebratur 4. nonas Martij. Dicitur autem à quibuſdam huius Furſæi legendam ſcriptam à venerabili Beda.

Hanc Saxoniã vocat Beda prouinciã orientalium Anglorum.

Habetur in Mar. 16.Ian.

De S. Audomaro ex Vincen.lib. 23.cap.81. ſed eius auctor Folcardus Bertinenſis eſſe creditur, quem habet Sur.tom.5.

§. XXIIII.

SAnctus Audomarus ex nobilibus & religioſis parentibus ortus, vt refert Vincen. ſpecu. hiſt.lib.24. ex geſtis eius, oriundus fuit ex valle aureanon longe à Cõſtantia ciuitate. Qui religioſe à cunabulis educatus, matre defuncta ipſe & pater eius Friulphus ætate diſpares, mente ſimiles, omnia pro Chriſto relinquentes, ad monaſterium Luxouium à beato Columbano in Burgundia fundatum, pariter perrexerunt. Ibique ſub abbate Euſtaſio ſacræ regulæ ſe deuouerunt. Illic Friulphus laudabiliter vſque ad finem vitæ perſeuerauit. Dehinc Audomarus fama eius promulgata ad gubernandũ & docendum Taruanenſis vrbis populum vocatus, epiſcopalem honorẽ cum magna mentis humilitate ſuſcepit. In quo gradu verbum Dei ſeminans animarum & corporum languores curans, & miſericordiæ operibus inſiſtens, plebem ſibi creditam rite gubernauit. Ipſóſque Taruanenſes, qui ad Idololatriam poſt Chriſtianitatem fuerant reuerſi, euangelij luce iterum illuminauit, & idolorum culturam ibi funditus euertit. Cum autem quadam nocte ex more dominum oraret, diabolus tantam incentiuam ei carnis tentationem immiſit, quod nunquã ſimilem habuiſſe ſe reminiſceretur, & ad mentem reducens exemplum beati Benedicti in vrticarũ vepriũmve aculeis omni indumento exutus, egreſſus foras illico ſe proiecit. Ibique voluntarius diu toto corpore vulneratus exiit. Cumque bene pœnaliter arderet foris, quod intus illicite ardebat extinxit.

A.C.680.

S. Audomarus Taruanẽſis, id eſt, Morinorum fit epiſcopus.

Idem cum ad vicina loca ab vrbe luſtranda pergeret, in quodam loco contra meridiem volens pauſare, iacuit ſub quadam arbore. Inde vero cum à ſomno ſurrexit, crucem domini ex lignis editam in eadem arbore fixit. Sequenti nocte multa ibi apparuerunt luminaria, & ab eo tẽpore Chriſtus pro milite ſuo multorum ibi ſanauit infirmitates, atque innumerabiles ibi oſtẽdit virtutes ad meritorum ſuorum cumulum augendum. Per plurimos autem annos ante obitum ſuum lumen oculorum amiſit, ſicque foris cœcus, intus illuminatus, vt verus Iſraelita Deum videbat. Et vt dictum eſt ſuprà, cum corpus ſancti Vedaſti transferretur cum multis epiſcopis, inter quos ipſe vnus erat, & cœcus illuminatus eſt meritis illius ſancti. Quod ægre ferens, rogauit, vt pro maiori ſuæ exercitio patientiæ ad cœcitatem priſtinam reuerteretur, quod & factum eſt. Cum autem obitum ſuum imminere cognouiſſet, ipſa die vltima de lecto, in quo iacebat, febre correptus ſurrexit, & ingreſſus Eccleſiã prolixe cum lachrymis orauit. Factáque diuina exhortatione ad clerum & populum, ad ſtratum rediit, & more ſolito, mortuo iam omni corpore extenſus inter verba gratiarum actionis, & diuinæ laudis ſpiritum cum gaudio, & vultu præclaro emiſit. Teſtatíque ſunt, qui ibi aderant, quod tanta in tranſitu ipſius animæ ſanctæ in domo illa fragrantia odoris eſt aſperſa, vt ſi domus illa omnibus aromatibus fuiſſet repleta. Poſt cuius obitum ad eius tumulum oleum Dei virtute ex lampadibus pendentibus viſum eſt mirabiliter ſtillaſſe, multáſque ſanitates, & alia miracula ibi per eum dominus dignatus eſt oſtendere.

Miracula S. Audomari.

Sup.ca. 4. §. 5.

Colitur 9. Septemb.

Quidam vir ſceleratus ſolidũ argẽteum à compatre ſuo mutuauerat, & poſtea fide fraudata cũ iuramento negabat, dictam pecuniam ab illo ſe accepiſſe. Tunc ille, qui mutuauerat ait. Iura mihi ſuper corpus Audomari per virtutes & merita, quod non acceperis à me, quod à te requiro, & ego negationis tuæ cauſæ acquieſco. Cumque ille audaci corde manus ad iuramentum leuaſſet, protinus diuina vltio ſecuta eſt. Nam in loco in quo ſtabat, ambo oculi eius crepuerunt in momento, & poſtea die tertia miſerrima morte defunctus eſt.

Miracula poſt obitum.

Cum quidam paſtor tempore vindemiæ in vineam viro glorioſo collatam intraſſet, & furtim ſinum impleſſet, reuerſus eſt ad ſocios cum præ-

A.C.680 da. Rogantibus ſociis, vt de vuis furatis eis impartiretur, in ſinum manum dexteram mittens, A vt illis præberet, ita immobiles ambæ manus inhæſerunt, vt nec ſiniſtra, qua complexus tenebatur ſinus, nec in ſinum illata dextera poſſet euelli. Contorto etiam ore retrorſum, officium linguæ amiſit. Demum patronus eius compatiens, ſtupentibus omnibus videntibus cum eo ad Eccleſiam perrexit, & proſtrati in oratione cum lachrymis à ſancto gratiam obtinuerunt ſuæ priſtinæ ſanitatis.

De S. Praiecto & Amerino, Vincen. lib. 23. cap. 119. quam Sur. tom. 1. edidit, ſed vt ait, periphraſticos. B

§. XXV.

SAnctus Præiectus Aruernenſis epiſcopus & martyr inclytus cum adhuc eſſet in vtero matris, vidit mater eius in ſomnis, quòd per latus eius egrederetur filius ſanguine rubricatus. Quod cum mater cuidam Dei ſeruo dixiſſet, inſinuauit ei, quod martyrij palmam puer ille obtineret. Natus ergo puer in Aruerna ciuitate literis imbuitur, & quia gratioſus erat in omnibus, archi- C diacono nutriendus traditur.

.122 Omnibus itaque virtutibus intentus, dum die quadam ad eum multi pauperes aduenissent, & eleemoſynas poſtularent: per famulum ſuum nouit, quod plus quàm duos denarios non haberet. Cumque iuſſiſſet afferri ſacculum & dominum inuocaſſet, tanta ibidem inuenta eſt pecunia, quanta præ foribus ſtabat caterua pauperũ. Die quodam Paſchæ cum aliis ad menſam reſideret, tres inter eos aderant, qui à carnibus abſtinerẽt, quos

Pœna eorum qui à carnibus abſtinentes derident.

cum alij deriderent, admonuit ſanctus Præiectus vt quos venerari deberent, irridendo non increparent. D Sed cum illi non deſiſterent, pauimẽtum ſolarij cum irriſoribus cecidit, tantúmque Præiectus cum abſtinentibus remanens ad menſam remanſit.

Cumque igitur Felix ciuitatis epiſcopus migraſſet ad dominum, & clerus & populus illum eligeret, quidam archidiaconus vrbis vſurpauit ſibi epiſcopatum per præmium: ſed non vixit vltra terminum quadraginta dierum. Cum ergo alium virum inclytum eligere voluiſſent, illi electioni pro poſſe renitens, conſilium dedit & monuit, vt Præiectum in cathedram ſublimarent. Electus ergo Præiectus, & ſanctitate & gratia E præpollebat in omnibus.

Quodam tempore cum regem Franciæ adire vellet, tranſiuit per quandam abbatiam, vbi ſanctus Amerinus grauiter ægrotabat, quem mox ſua oratione ſanauit. Deinde regem adiens, quod voluit, impetrauit. Cum ergo rediret, abbas Amerinus ſecutus eſt eum, vt ſicut ſeinuicem diligebant, ita ſimul martyrium cõſummarent. Dum ergo in quodam loco ſimul orarent, repẽte ſuper eos proceres vrbis perſequentes irruerunt, & ſanctum Amerinum decollantes, cum ſanctum Præ- F iectũ ſe occidiſſe putaſſent, ad ſocios redire cœperunt, quos ſanctus Præiectus in loco, in quo orabat, vocauit dicens. Ecce ego, quem quæritis, facite quod optatis. Tunc vnus gladio eum percuſſit in pectore. Qui cum adhuc viueret, & pro occiſore oraret, ille gladio caput eius percuſsit, cerebrúmque eiecit. Quidã vero qui morti con-

Amerini & Præiecti martyrium colitur 25. Ian.

A ſenſerant prope ſtantes, viderunt tres ſtellas ſupra domum illam ſplendentes, in qua ſancti illi cum vno ſatellitum occiſi iacebant. Radebertus autem, qui ſanctum Præiectum occidit, non multo poſt viuus à vermibus corroſus expirauit. Alius vero dum quadam die venaretur, de equo corruens, fracto dextro brachio cæterorum mẽbrorum debilitatem incurrit. Qui cùm nulla poſſet medicina curari, ad ſe reuerſus, ad ſanctum Præiectum cum vxore ſua ſe contulit, & veniam poſtulans ad ſepulchrum eius de oleo lampadis frequentius ſe perunxit. Sicque cito curatus, B quoddam vas argenteum decem marcarum ſancti martyris Eccleſiæ præſentauit. Quod cum cæteri cognouerunt, ſimiliter pœnitentes multam auri & argenti copiam obtulerunt. A.C.684

Eodem tempore, vt narrat Sigebertus, in territorio Cameracenſi virgo Dei Marcleudis (aliàs Maxellendis) pro voto virginitatis Harduinum amatorem ſuum fugiens, ab eo martyrizatur, qui mox excæcatus, poſt triennium ab ea illuminatur.

De S. Maxell... quæ ... tur ... Nouem.

Circa idem tempus fuerunt in Francia ſanctus Niuardus Remenſis archiepiſcopus: & Reolus C ſucceſſor eius, Bercharius quoque martyr, qui fuit primus abbas monaſterij Autiuillarenſium, vt notat Sigebertus. Qui Bercharius, vt refert Vincen. vbi ſuprà, ſub præfato Niuardo Remorũ pontifice moribus & ſapientia imbutus, Luxouienſe monaſterium expetiit, vbi monaſticam vitam ſub beato Euſtaſio abbate laudabiliter duxit. Poſtea alterius loci, ſcilicet Autiuillarenſis cœnobij abbas fuit. Hic autem ſanctus Bercharius in ordinando plurima, dum forte filiolum ſuum Daguinum, quem de ſacro fonte leuauerat, & monachum eſſe ſtatuerat, exigentibus culpis D ſuis verbere increpationis feriendum decerneret, & is merito ſuo ſathanæ cum Iuda traditus, indignè patris obiurgationem tuliſſet, ille vero feſſus lectulo reclinatus membra ſopori dediſſet, idem filius ſathanæ irruens in eum mortali vulnere occidere attentauit. Arreptúmque ferrum, quo eum percuſſit, in piſcinam, quæ intra monaſterium erat, quamcitiſsime poterat occultãdum dedit. Videns autem tunc laticem velut tanti ſceleris cognitorem, ferrum in ſe non receptare, cœpit expaueſcere. Nam vt aquam tetigit, veluti leuiſsimæ materiei plumæ ſuper aquas natauit. Ipſe autem amens factus, Eccleſiam petit homicida, E cruentiſque manibus ſignum cœpit pulſare. Fratres inconſueta hora cum admiratione ſurgentes, & ſanctum virum interfectum audientes, ad lectum eius quamcitiſsime cucurrerunt, & adhuc in eo ſpiritum reperiunt. Comprehenſúmque Daguinum ei obtulerunt, ſcire cupientes, quid de admiſſo tanto ſcelere iudicaſſet. At ille præcepti domini non immemor, Deum (inquit) tibi fratrer placabilem facere ſtudeto. Nam quantum ad me attinet, omni te impietate remitto liberum. Ex e F ius ſepulchro longo tempore poſt oleum pullulans viſum eſt defluxiſſe cunctis morbo obſeſsis ſalubre.

S. ... tius à ... ſepul... quē ... rexerat necatus.

Colitur 16. Octo.

De S. Amatore Senonenſi; & quibuſdam alijs ex Vincen. cap. 123.

§. XXVI.

Anno

A.C. 680.

ANno tertio Conſtantini imperatoris nepotis Heraclij, Amator Senonenſis epiſcopus, vt ait Sigebertus: a rege Franciæ Theoderico graui & irreuocabili diu exilio tribulatur. Anno Conſtantini 5. Theodorus in Anglia ſynodo habita conſtituit multa eccleſiæ vtilia. Hic ſcripſit librum pœnitentialem, mirabili & cauta diſcretione diſtinguens modum ſingularum culparum, ſcilicet in pœnitentiis iniungendis, & quanto tempore, vt eſt illud quod 27. diſt. ſi vir. ait Theodorus. Si vir votum virginitatis habens adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus annis pœniteat.

Idem Theodorus 22. q. 5. ſi quis coactus. ait. Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet cauſa, vel neceſſitate periurat, quia plus corpus quàm animam dilexit, tres quadragenas pœniteat. Alij iudicant tres annos, & vnum ex his in pane & aqua, & alia ſimilia habentur in diuerſis locis. Sed tenendum eſt certe, quod in huiuſmodi delictis & aliis in foro conſcientiæ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ ſecundum omnes.

Qui per[iu]- ... ſi- ... neceſ- ... per- ...

Apparuit circa illa tempora iris in cœlo menſe Martio, vt ait Sigebertus, & timuit omnis caro, ita vt omnes dicerent, quod conſummatio ſeculi eſſet. Childericus rex in Gallia leuitate morum ſuorum accendit in ſe odia Francorum, Sanctus Leodegarius epiſcopus Auguſtudunenſis ab eo in Luxouio retruditur.

In Italia tantæ pluuiæ & tonitrua fuerunt, quantas nulla hominum ætas memorat, vt etiam homines & pecora fulgure interirent. Et niſi per litanias, quas quotidie faciebant, dominus eſſet propiciatus, non potuiſſent homines triturare, vel in horreis frumenta recondere, intantum vt ex ipſis pluuiis denuo legumina renaſcerentur, & ad maturitatem deuenirent.

...eus lita... ...pro... ...iatus.

Bodilo (aliàs Bolidus) Francus, quem Childericus ligatum ad ſtipitem cædi iuſſerat, Childericum in venatione arreptum cum Blitilde (aliàs Vlcide) vxore eius prægnante interfecit, & Theodericus regno reſtituitur.

...Child[e]ri... ...Fran... ...res ... ...cida... ...A. C.

Anno 16. imperij præfati Conſtantini Theodericus rex Ebroinum peſſimum virum in gratiam recepit, eiuſque conſilio ſynodum epiſcoporum cogit, & in hac multos epiſcoporum ex ſententia Ebroini priuat epiſcopatu. Aliquos etiam eorum irreuocabili exilio damnat.

Sub hoc tam proceloſo domeſticæ perſecutionis tumultu ſanctus etiam Lambertus à Traiectenſi amotus epiſcopatu, in cœnobio apud Stapulas monachicæ quietis experit portum, ibique per ſeptem annos habitauit ſecum. Sanctus Leodegarius diu ab Ebronio tormentatus; poſt famem & carceris ſqualorem, poſt oculorum euulſionem, poſt plantarum conciſionem; poſt linguæ & labiorum exciſionem, conſummauit tandem martyrium per capitis abſciſsionem. Hæc Sigebertus.

De S. Leodegario epiſcopo & martyre ex Vinc. lib. 23. cap. 24. ſed pleniorem hiſtoriam ſcripſit Vrſinus ad Anſoaldum Pictauorum epiſcopum, ex qua hæc deſumpta ſunt.

§. XXVII.

HVius autem Leodegarij diffuſius Vinc. lib. 24. ſpec. hiſt. cap. 124. hiſtoriam ponit ex geſtis eius. Fuit hic quondam à nobiliſsimis & religioſis parentibus regi Clothario commẽdatus, & à Didone auunculo ſuo Pictauenſi epiſcopo eruditus, & archidiaconus conſtitutus: qui tantæ omnium virtutum gratia præfulgebat, quod nobilitatem generis maiori morum nobilitate decorans, etiam quandam abbatiam monachorum ad preces epiſcopi ſtrenuiſsime gubernabat. Poſt hoc decedente Clothario, & ſuccedente in regno Clothario minore filio eius, quia ſenſus eius regendo minus ſufficere videbatur, ab ipſo rege & proceribus eius multiſque epiſcopis coactus eſt, vt propter conſilium & prouidentiam regni in palatio moraretur. Ibi autem tantam ſecundũ Deum de pietate ſollicitudinem habuit, vt Heduenſi eccleſiæ mereretur in pontificem promoueri. Poſt decem vero annos epiſcopatus ſui, decedente Clothario iuniori, vir ſanctus negotiis grauibus oneratus, voluntate Dei & venerabilium principum, qui cum ipſo præſule rem agebant, Childericum fratrem regis Clotharij adoleſcentem valde idoneum regem fecit.

Leodegarius fit epiſcopus Auguſtudunenſis.

Sed Ebroinus magnus inter principes regni, Theodericum ipſius Childerici Germanum præficere nitebatur, non propter regni commodum, ſed quia de poteſtate eiectus, omnibus odioſus iram regis & principum verebatur. A ſua itaque ſpe fruſtratus, metu mortis à rege petiit, vt relicto ſæculo in monaſterio permaneret. Quo concedente, & fratrem ſuum Theodericum, ne contra regnum aliquid moliretur, in libera cuſtodia retinente, in tanta pace fuit reſpublica, vt tota Francia ſanctitati epiſcopi & induſtriæ regia cõgauderet. Verùm poſt annum diabolo aduerſitatis turbinem concitante, malignia ſuggerentibus de magno amore contra virum Dei in magnum odium rex deprauatus ita eum latenti odio infeſtabat, quod opportunitatẽ mortis eius & modũ attentius inquirebat. Sed epiſcopus blande ferens, & omnes inimicos ſuos, vt amicos amplectens, egit cum rege, vt diem Paſchæ in vrbe, cui præerat, celebraret, & ecce ipſa die nunciatum eſt ei, quod rex illa nocte de morte eius tractauerat, & perficere decreuiſſet. At ille nihil trepidans, ſed ipſa die cum rege in menſa Domini cõmunicans, exemplo Domini, tandem in Luxouienſe monaſterium confugit, Deo ſeruiens, & Ebroino, qui ibi in habitu monachali latitabat, tota caritate ſeruiuit.

S. Leodegarius ad monaſterium Luxouienſe ſe cõfert.

Nec mora rege mortuo, cum Theodericus regnaret, gaudentes ciues epiſcopum ſuum adeunt cum multis lachrymis orantes eum, vt ad Eccleſiam ſuam iamdiu deſtitutam rediret. Compulſus igitur ſuorum ciuium deſiderio, & abbatis imperio, ad ſedem ſuam cum honore rediit. Et ſtatim apoſtatans Ebroinus, & à rege Seneſcali dignitatem impetrans, qui prius omnibus malus fuerat, poſtea peior factus, toto ſtudio beatum Leodegarium occidere cupiebat. Miſsis ergo militibus, qui eum à ciuitate abſtraherent, comperiens hoc vir Dei populum, vbi tunc prędicabat, monuit, ne timerent. Et ſtatim de vrbe in ornatu pontificali progreſſus, & flentium proceſsione circumdatus, à militibus captus eſt. Et quia nondum iuſsi erant illum occidere, oculis erutis extra vrbem ad iuſſum apoſtatæ Ebroini in quandam abbatiam eſt retruſus.

S. Leodegarius oculis priuatur.

Poſt biennium vero ſanctus Leodegarius, cum

A.C.680. fratre ſuo Garino, quem Ebroinus cum multis A
aliis exiliauerat, in palatium regis adductus cum
ad irriſiones Ebroini verba temperantiæ & iu-
ſtitiæ reſponderet, perfidus ille iuſsit Garinum
lapidibus obrui, ſanctumq́ue epiſcopum tota die
nudis pedibus per quemdam fluuium ſuper acu-
tiſsimos lapides decurrentem deduci. Et audiens
quod vir ſanctus in tanto cruciatu Deum lauda-
ret, præciſa ei lingua cum labiis, tradidit eum cui-
dam cuſtodi, vt eum nouis ſuppliciis reſeruaret.
At ille nolens eum indecenter tractare, in quod-
dam monaſterium ſanctimonialium eum repo-
ſuit: & ibi paulullum commoratus, officium do- B
cendi & prædicandi recepit. Interea rex Theo-
dericus cum Ebroino conſilium conuocauit: in
quo iudicio illi, qui manum in epiſcopum mit-
tere præſumpſerunt, hoc primum acceperunt,
quod vnus eorum exiliatus eſt & tandem decol-
latus. Alter vero, cui Ebroinus propter hoc pó-
tificatum dederat, conuictus ſceleris, & coram
omnibus flagellatus laqueo ſe ſuſpendit. Poſt hęc
Leodegarius accerſiri iubetur, & ne inter epiſco-
pos appareret, extra concilium detinetur, ſed cũ
ibi de futuris interrogatus veraciter reſpóderet,
prædixit de ſeipſo, & de Ebroino, quando & quo C
modo vterque vitam iſtam finiret. Tunc Ebroi-
nus videns eum de ſuo martyrio & de illius ęter-
no ſupplicio gloriari, confuſus de concilio exiit,
& cuidam militi epiſcopum interim ſeruare præ-
cepit. Quem cum miles ad domum ſuam, quæ
longe erat, duceret, ſitienti epiſcopo quidam co-
mitantium potum dedit, & ſtatim lux immenſa
in modum coronæ caput eius circumdedit. Quá
cum multi de cœlo veniſſe viderunt, quid hoc
eſſet, ab ipſo epiſcopo quæſierunt. At ille ſe in
gratiarum actione proſternens, ductores ſuos,
qui præ timore ſemiuiui corruerant, poſt oratio- D
nem incolumes eleuauit, & vt religioſe ſe dein-
ceps haberent, obtinuit.

Audiens hoc Ebroinus, miſsis quatuor ſpicu-
latoribus, eum decollari præcepit. Eductum er-
go de cuſtodia cum ad abdita ſaltuum deduxiſ-
ſent. Non eſt opus (inquit) fratres diutius fatiga-
S. Leodegarius capite plectitur & eius percuſſor male perit. ri, ſed hic implete veſtri deſiderium tranſmiſſo-
ris: Ad hoc illorum tres diuinitus emendati, cum
veniam proſtrati ab eo precarentur, quartus ei
conuitians ſanctum poſt orationem decollauit,
ſtánſque corpus impulſu pedis ad terram deie-
cit: ſed poſt modicum ipſe furés, & à dæmone ar- E
Colitur 2. Octob. reptus, & in ignem proiectus, vitam vt meruerat,
finiuit. Poſt biennium à paſsione ſancti, audiens
Ebroinus illum multis miraculis declarari, cru-
ciatus inuidia, militem illuc miſit, qui ſibi refer-
ret certitudinem huius rei: ſed miles inuidus &
ſuperbus, tumbam ſancti pede percutiens, cum
dixiſſet: Moriatur qui mortuum miracula facere
poſſe credit, mox arreptus à dæmone Ebroinus
fremens & tabeſcens inuidia, dum famam ſancti
extinguere peroptaret, eiſdem diebus, ſicut præ-
dixerat ſanctus in concilio, occiſus eſt gladio. F
Vide Sur. in vita ipſius. Sublato denique corpore, dum ad monaſterium
vnde abbas fuerat, deportaretur, tot & tantis in
via miraculis claruit, vt nullus omnino
cum fide accederet, qui non
ſtatim ab omni mo-
leſtia curare-
tur.

De S. Vigilio Antiſiodorenſi ep
Democh. lib. 2. de miſſa ſacr
autem hac refert cap. 126.

§. XXVII

CIrca idem tempus ſanctus V
nobilis, & ſanctitate præclari
renſi epiſcopatu ſedit annis 26.
beatæ Mariæ extra vrbem Antiſi
proprio ædificauit, & in ea conue
ſtituit monachorum Ibidem etiam
petum, quod domus Dei dicitur, c
propter ſanctitatem ſuam inimicis
ſus, à Vuarachone ſeneſcallo regis
tia ſylua prope Compendium oc
Vuaracho ſucceſsit in eodem princ
no, qui ſanctum Leodegarium occ
ipſe Ebroinus in morte viſus eſt
in infernum deportari. Cum autem
gilius de Compendio ad propria
vrbem, delatus eſt per ciuitatem Se
que tranſirent deferentes corpus a
domum, in qua vincti tenebantur, c
ſubito de carcere exierunt, & beat
quias celebrantes, catenas ſuas ad e
tæ Mariæ quam ipſe conſtruxerat,
& poſteros ſuos in perpetuum b
commiſerunt.

Hugo. flor. ia. Hac tempeſtate luna
ſa eſt per indictionem octauam: Sc
hora diei, quaſi decima quinto nona
dem anno ſecuta eſt magna peſtis F
ſcilicet Auguſto & Septembri. Hac
ſte Ticinum, id eſt Papia, adeo depo
vt ciuibus per iuga montium fugiec
præfatam vrbem herbæ naſcerentur
ces, ſed quibuſdam viris in eadem p
nem dictum eſt, quod non prius peſ
ſceret, quàm in baſilica beati Petri a
ad vincula dicitur, ſancti Sebaſtiani
tare conſtrueretur. Factúmque eſt it
tis ab vrbe Romana Sancti Sebaſtia
reliquiis, mox vt in dicta eccleſia
eſt ipſum altare, peſtis ceſſauit.

[a] Floruit etiam per idem tempus
venerabilis archiepiſcopus Lindipha
nunc Londenſis dicitur. Cuius cor
nos vndecim incorruptum quaſi eade
functum, ſimul cum veſte qua tegeba
eſt, vt refert Beda in lib. de temporib
etiam dicit, quòd ex anachoreta fact
totam ab infantia vſque ad ſenium
miraculorum ſignis inclytam duxit.

Item anno domini 627. Vuilibrord
papa Clemens agnominatus, & ad pr
gentibus Phriſonum epiſcopus conſ
dono Pipini principis ſedem epiſcop
in loco Vultaburch dicto, qui nunc
(aliàs Vultraiectum) dicitur vt notat S

a S. Cuthberti vitam ſcripſit Beda tom
Sur. tom. 2. meminit eiuſdem in hiſtoria
4. cap. 27. & 128. & in lib. de ſex mun
an. mun. 4652. S. Vuilibrordi vero vit
Alcuinus, quam habet Sur. tom. 6. De ho
in 5. hiſt. Angl. cap. 11. & 12. Denique
& Sociorum vitam, ex Ms. voluminibu
tomo 4.

A.C. 680.

S. Cuthbertus colitur 20. Martij.

Idem dicit, quod ſanctus Chilianus cum diſcipulis ſuis Colonato & Tothnano (aliàs Dolomanno) clam martyrizatur à Gehilana vxore Gothberti principis Vuiraiburgenſium, quæ timebat ſeparari à viro ſuo, arguente eum Chiliano, quod eam quondam vxorem fratris ſui etiam ipſe vxorem haberet, quorum mors cum diu omnes lateret, Gehilana & percuſſoribus eius à dæmone arreptis, eorum confeſsione diuulgata eſt.

De S. Lamberto Sigeb. in Chron. An. Ch. 698. & Vinc. cap. 135. ſed pleniorem hiſtoriam Stephanus Leod.

§. XXIX.

EOdem anno, vt ſcribit Sigebertus ſanctus Lambertus Pipinum principem increpare auſus, quod pellicem Alpiadem Plectrudi vxori ſuæ legitimæ ſuperinduxerit, à Dodone fratre eius Alpiadis martyrizatur, & Traiecti tumulatur. Hic ſanctus Lambertus, vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 24. ex geſtis eius, ex parentibus nobilibus & diuitibus natus, & à primæuo literis eruditus, ita pro ſanctitate ſua ab omnibus amabatur, vt Traiectenſi Eccleſiæ poſt Theodardum magiſtrum ſuum promoueri in epiſcopum mereretur. Cum autem Childericus rex, qui eum promouerat, & ſecum habens præ omnibus epiſcopis & optimatibus diligebat, ab impiis occiſus fuiſſet, inuidentes ei maligni ſine cauſa deponentes eum honore debito priuauerunt, & Pharamundum in locum eius ſtatuerunt. Lambertus vero cum duobus pueris quandam abbatiam ingreſſus, & ibi per ſeptem annos optime conuerſatus, quadam nocte ſurgens ad orationem, in pauimento per ignorantiam ſonum fecit. Quo audito abbas neſciens, quis hoc feciſſet, ait. Quiſquis fecit hunc ſonum, ambulet ad Crucem. Tūc ſanctus Lambertus illico nudis pedibus in cilicio de lecto exiliens, ad Crucem cucurrit, ibíque tam diu ſub niue & glacie fixus ſtetit, donec fratribus poſt matutinum ſe calefacientibus abbas eum deeſſe cognouit. Et audiens à quodam ex fratribus, quod ille iuxta Crucem diſcalceatus perſiſteret, reminiſcens præcepit fratribus, vt illuc properantes proſtrati coram eo humiliter peterent, vt rediret. Ille vero eorum precibus obediēs, regreſſus eſt, & ab abbate & monachis cum ſumma humilitate ſuſceptus, petentibus veniam non ſolum clementer indulſit, ſed etiam de bono patientiæ eis humiliter prædicauit.

Poſt ſeptem autem annos Pharamundus expulſus eſt, & ſanctus Lambertus ad preces omnium iubente Pipino rege ad ſedem propriam cum honore eſt reductus. Cum autem ſicut & ante omni ſanctitate polleret, & multos etiam gentiliū verbo & exemplo conuerteret, inſurgentes in eum duo maligni, eum & ſuos grauiter infeſtare cœperunt, ſed amici pontificis licet multis iniuriis iam oppreſsi, eos vt meruerant, occiderunt. Sed Dodo conſanguineus eorum, qui occiſi fuerant, domeſticus Pipini regis, audita nece ſuorum, in ſanctum voluit vindicare Lambertum, & cum armato exercitu Leodium intrans, domum epiſcopi ſic obſedit, quod puer domus foris veniēs viro Dei, qui tota nocte in oratione vigilauerat, obſeſſam domum ab hoſtibus nunciauit. At ipſe fidens in domino, vt eos expugnaret, mucronem arripuit, ſed ſtatim ad ſe rediens gladium de manu proiecit, melius iudicans, vt perſiſtens moriēdo vinceret, quàm vi ſacratas manus de ſanguine impiorum macularet.

A.C. 680.

Hæc eo cogitante, multi per parietes lanceis fixis ingreſsi ſunt. Sed duo nepotes epiſcopi, arreptis fuſtibus verberātes refugere compulerūt. Tunc vir Dei ſuos admonuit, vt peccata ſua confiterentur, & pro eorum pœnitentia incendium patienter ferrent, quod hoſtes eis, & domui minabantur. Sic ergo in domino confortati, ſanctum Lambertum rogauerunt, vt ſicut cœperat, pro eis oraret, & mox in oratione in eum cum lachrymis in modum crucis proſtratum irruentes impij, directo iaculo peremerunt. Et ſic eis diſcedentibus, pauci ex eius famulis euadentes, corpus eius occulto nauigio ad pontificalem Eccleſiam perduxerunt. Ibíque cum magna ciuitatis triſtitia, completis officiis in ſepulchro propter hoſtes velociter poſuerunt.

Cōfeſsio peccatorum.

Colitur 17. Septē.

Poſtea Dodo præfatus, vt ait Sigebertus: interfector ſancti Lamberti, peſsimo languore cruciatur, & à vermibus conſumitur, & ob intolerātiam fœtoris in Moſam fluuium demergitur. Omnéſque huius culpæ complices intra annum diuinitus puniuntur. Percuſſor vero ſancti martyris fratri ſuo congreſſus, alter ab altero perimitur. Sanctus autem Cumbertus (aliàs Hucbertus) ſucceſſor eius, cœlitus admonitus, corpus ſancti Lamberti à Traiecto Leodium cum magna miraculorum gloria transfertur. Et anno ſequēti ſancta Oda vxor Bogis ducis Aquitanorum claret ſanctitate in Gallia.

S. Oda colitur 23. Octob.

De S. Leuphrede ex Vin. cap. 128.

§. XXX.

SAnctus Leufredes circa ea tempora claruit. Hic, vt refert Vincen. vbi ſuprà, ex geſtis eius pago Ebroicenſi exortus ex parentibus Chriſtianis nobilibus, vanam mundi gloriam deſpiciens, ab adoleſcentia nudum Chriſtum ſecutus eſt pauper. Cum iuxta Ebroicas in quadam cellula moraretur, Deſiderius Ebroicenſis epiſcopus audita eius fama, quia plures ab ipſo lumine veritatis accenſi, vitam Apoſtolicam ſectarentur, zelo ſuperatus inuidiæ, quòd in diœceſi ſua talia agere præſumpſiſſet, quadam die conſcenſo equo aſſumptis officialibus ſuis, ad cellam viri Dei perrexit, eúmque iniuria verborum exacerbauit. Sed cum ad hæc immobilis permaneret, epiſcopus magis exagitatus furore, iuſsit eum in equum leuari, cum apud ſe vir Dei decreuiſſet, ne vnquā equum aſcenderet. Cum igitur epiſcopus eum ad ciuitatem perduceret, vt illic in eum, quæcunque vellet, liberius exerceret, ſubito equus, cui vir Dei inſidebat in terram concidit, & omnia eius viſcera dirupta ſunt. Mirantibus cunctis epiſcopus ad ſancti genua prouolutus, veniam poſtulauit, & ille placide omnem iniuriam remiſit. Pontifex autem cum ſummo honore ad cellulam ſuā eum redire fecit: vbi poſtea multis annis & verbo & miraculis claruit.

Epiſcopus viro Dei cōtumeliā faciens à Deo monetur.

Cœtum monachorum in diutina pace rexit, quos ipſe domino exemplis & monitis ſalutaribus acquiſiuit. Horum vnus nomine Galeandus aliquando tanta malitia dæmonis percuſſus eſt,

Eius miracula.

vt ſubito

A.C.700. vt ſubito animam exhalaturum ſe crederet. Quo A
vir Dei percepto, oratione fuſa pro eo, benedixit
ei, præcipiens, vt ieiuniis deuotus eſſet. Poſt hæc
baculum, quem manu geſtabat, dedit ei dicens.
Conſtans eſto fili, non morieris modo, ſtatímque
ſanatus eſt.

Alio tempore noctu cum ignis flamma caſu
validiſsime per omnia monaſterij habitacula cre
mando peruolaret, repente vir Dei manus leua-
uit ad cœlum: omnipotentem inuocans, vt ipſe
flammarum vires confringeret, qui fornacem Na B
Dan 3. buchodonoſor aduerſus tres pueros nihil valere
fecit. Oratione itaque completa, tanto imperio
impetum ignis coercuit, vt nihil vlterius contin-
Colitur 22. Iun. gere poſſet, ſed tota violentia ventorum in vnum
conglobata quaſi inundatione imbrium in ſeipſa
emarcuit. Tandem in pace ad Deum migrauit.

Reſumpto imperio à Iuſtiniano ſecundo, &
Childebertus rex Frācorū 27. creatus an. 701. tenente monarchiam regni Francorum Childe-
berto, archangelus Michael apparens Authber-
to Abrincantenſi epiſcopo, monuit ſemel & ite-
rum, vt in loco maris, qui propter eminentiam
ſui Tumba vocatur, ædificaret Eccleſiam in me- C
moriam ſui, volentis talem veneratione ſibi exhi
beri in pelago, qualis exhibetur in monte Garga
no. Interim taurus furtim à latrone captus, in lo-
co illo religatur: Vnde epiſcopus tertio admoni-
tus, vt in eo loco fundamentum iaceret, vbi tau-
rum religatum inueniret, & ſicut eum terrā pro-
triuiſſe videret, ſic Eccleſiæ ambitum duceret:
qui mox Eccleſiam in honorem ſancti Michaelis
inſtituit. Et ſicut in monte Gargano in Apulia,
ita & in loco illo, qui Tumba dicitur, in medio
maris veneratio archangeli frequentari cœpit.

D

De S. Vuandregiſilo ex Vinc. lib. 23. cap. 129. ſed pleniorem hiſtoriam ex qua hæc deſumpta eſt ab eius æquali deſcriptam. Sur. edidit. tom. 4.

§. XXXI.

CIrca illa tempora ſanctus Vuandregiſilus in
Virdunenſi regione ortus eſt, ex nobilibus
& religioſis parentibus: cuius pater fuit Vualt-
chiſus Pipini Francorum principis filius. Hic in
adoleſcentia ſub rege Dagoberto, militaribus ge
ſtis & aulicis diſciplinis nobiliter educatus, cre- E
Catalogꝰ virtutum eius. ſcentibus ſanctæ vitæ moribus, ab eodem pala-
tij comes eſt inſtitutus, qui cum pietatis ſtudio
ſuſceptum officium exercebat, mente ſemper cœ
leſtia tractans, liber ad arguendum, humilis ad o-
bediendum, in fide firmus, in bonis operibus prō
ptus, in ſermone veriſsimus, in iudicio iuſtus, in
conſilio prouidus, in caritate præclarus. Denique
parentum hortatu, licet inuitus, quamdam puel-
lam nobiliſsimam ſibi deſpondit, ſed caſtas nu-
ptias celebrans ei virginitatem ſeruare perſuaſit,
& illa conſenſit. Factúſque eſt ex vtraque parte
ſaluberrimus caſtitatis conſenſus. Nam & ille cle F
ricatus habitu, & illa velo religionis operta ſan
ctimonialium monaſterio ſe tradidit.

Verùm cum adhuc in laico habitu degens iter
caperet ſuorum conſtipatus obſequiis, quibuſdā
barbaris in eum iniurioſe irruentibus, ipſe ora-
tionem pro gladio ſumpſit, ſtatimque ita ſtetit
immobilis illa turba prauorum, vt propius acce-
Fit monachus. dere non valeret Chriſti virtute retenta. Denique
relictis omnibus, ad monaſticam vitam ſe tranſ-

A tulit, & primum in loco qui dicitur Mons Fal- A.C.700.
conis, cum ſancto viro Bathfrido habitauit. At
præfatus rex nitebatur ei conſilio ſuorum moleſ-
tiam inferre, pro eo quod ſine permiſſu eius, ha-
bitu mutato ſe religioni monaſticæ mancipaſſet.
A quo accerſiri iuſſus, cùm ad ædes regias prope
raret, ante palatij fores reperit ſubito quemdam
pauperculum cum vehiculo luto demerſum. Cū-
que omnes miſerum præterirent, aut etiam aliqui
comprimerent, vir ſanctus de equo, cui inſidebat
B cum celeritate deſcendit, & pauperi manum por Officioſe pauperi inſeruit.
rigens, eum de luto cum plauſtro leuauit. Extem-
plo cœlitus niueo amictu indutus angelus af-
fuit, qui & veſtem illius emundans cādidiorem,
quàm ante fuerat reddidit.

Poſt hæc domino famulum ſuum protegente,
præcepit rex, vt ei nemo inquietus exiſteret, ſed
propoſiti ſui obſeruantiam nullo reſiſtente ſer-
uaret, ſicque ſecurus ad habitationis dilectæ lo-
cum rediit.

Sed non multo poſt loco relicto quadam oc-
caſione, in Hebſgangium territorium migrauit, Monaſterium conſtruit in quo moratur.
C vbi monaſterium in poſſeſsione propria conſtru
xit: vbi cum eum diuinis vacantem laudibus ſom
nus comprimeret, nudis pedibus, & ſimplici ve-
ſte contentus, ſuper humum ſtans flexis popliti-
bus orabat. Quod cernens diabolus, plurimas ei
inquietudines, & in vigilia & per ſomnium infe-
rebat, ita vt in effigies beſtiarum, volucrum, &
ſerpentum ſe transformaret, & eius aſpectibus ſe
terribilem præſentaret. At ille per ſanctæ Crucis
vexillum, & rigoris abſtinentiam, & iugem ora-
tionem viriliter eius conatus irritabat. Cum au-
tem quadam nocte vltra ſolitum dormiſſet, affuit Dæmō inſultat.
D hoſtis, & illudens ait. Vigilantior te extiti hac no
cte. At ille inquit. Non dubito, ait, ad ruinam a-
liorum, & cumulum damnationis tuæ, te vbique
peruigilē eſſe, ſed dominabatur caro, quæ me ad
hanc impulit corporis inertiam. Exurgens igi-
tur à deſidia ſomni, cum eſſet hyemis aſperitas
ſub dio in medio niuium, & glacierum flens, &
longa ſuſpiria trahens, domino deuotiſsime pſal-
lebat. Sed & ita ieiuniis incūbebat, vt tota heb- Eius inedia.
domada excepta dominica, feria quinta, & ſab-
bato eſcam minime ſumeret. Denique in viſu
admonitus, vt occidentalia Galliç loca reuiſeret,
E Rotbomagum peruenit: quem ſanctus Audoenus
reuerenter ſuſcepit, & licet nimis reluctantem
ſubdiaconum, & poſtea leuitam ordinauit. Poſt
hoc etiam in ſacerdotem per beatum Audoma-
rum Taruennæ pontificem fecit ordinari. Sed vir
ſanctus diſtrictiorē vitam ducere cupiens, cum
eremi ſecreta plurimum ambiret, contigit vt lar-
giente Ortinoaldo præfecto: immodicam ſoli
partem acciperet, in quo Fontanellæ cœnobium
cum nepote ſuo Godone, vt rudis habitator cō-
ſtrueret. Itaque & monachos conſtituit in cellu- Monaſterium Fontanellæ conſtruitur.
lis, qui diuinis ſeruitiis inſiſterent. Et cum ali-
F menta eis penitus deficerent, cellarius hoc ei pa-
tefecit, & ille in Deo confidere perſuaſit. Mo-
nuit ergo diuina pietas Bathildem reginam per
viſum, vt famulo Chriſti in eremo neceſſaria mi-
niſtraret, quæ expergefacta onerata vehicula ſer-
uo Dei direxit, & ille Deo gratias egit.

Nonageſimum quoque ætatis annum præclare
excedens, ita virilis extabat, vt in labore manuū
præire iuuenes videretur. Profecto notum eſt il-
lum frequenter futura prædixiſſe. Tandem in vl-
timo

A.C. 700. timo ſenio conſtitutus, domino crebro ſupplica- A bat, vt eum de hac valle plorationis eriperet, & ſuis conſpectibus apparere faceret. Qui preces eius exandiens, infirmitatem ei immiſit, & tribus diebus totidémque noctibus in exceſſu mentis raptus ianuam cœli apertam monſtrauit. At hoſtis inuidus, horam remunerationis eius inſtare conſpiciens, cruenter adſtans pauores multiformes ingerere nitebatur: quem in tali agone conſtitutum audierunt fratres circumſtantes dicentem, ſe à Chriſto fonte lauacri tinctũ, dæmonémque ſe impedientem diuinitus effugatum. Deinde B ſigno crucis ſe muniens 11. Cal. Augu. ſpiritum cœlo reddidit, & eadem hora ſuauiſsima cantilena & cœleſtis à quodam ex diſcipulis eius audita fuit. Sepultúſque eſt in Eccleſia ſancti Pauli.

Colitur 11. Iulij.

Sed anno domini 684. tranſlata ſunt corpora ipſius, ac etiam Anſberti & Vuolfrãni in eccleſiam ſancti Petri poſt plures annos. Et tunc apertis eorum tumulis, cum hymnorum laudibus, ineffabilis odor fragrantiæ prodiit, & ita integra eorum corpora cum veſtimentis, quibus erant ſepulta, inuenta ſunt, quaſi eadem die fuiſſent tradita ſepulturæ. Poſt mortem autem ſuam Vuan- C dregiſilus multis miraculis claruit. Nam cũ quædam mulier in feſtiuitate eius in pago Caletenſi vicinis prohibentibus textrinum opus ageret, & corde tumido increpationes eorum pro nihilo duceret, illico manus eius, qua tramam auſu temerario per telam ducebat, obriguit, tramáque medio palmæ inhæſit, & auelli nullatenus poterat. Cumque hac virtute correcta, & corde compuncta ad Eccleſiam ſancti, quę à populo frequẽtabatur, acceſsit, ſe ſancto commendans, trama à manu cadente ſanata eſt. Item cum rex Carolus Germaniam & Saxoniam gentilium bellando D domaret, quidam monaſterij Fontanellæ miles nomine Sigemandus, dum cum cæteris militibus eorum gentilium vaſtaret opes, ab eis comprehenſus eſt. Et cum duceretur ad locum, in quo decapitandus erat, & patroni ſui Vuandregiſili ſuffragia crebro inuocaret, quidam ex militibus Saxonum nomine Abbo diligenter inquirere cœpit, cur tam frequenter Vuandregiſilum inuocaret: reſpõdit quia in veritate famulus eius ſum, & credo me meritis ſanctitatis eius à præſentis periculi diſcrimine liberandum. At ille. Hac (in- E quit) nocte Vuandregiſilus mihi adſtitit, monens vt nil tibi mali inferrem, ſed cum pace ad tuos redire permitterem, comminans quod ſi hoc non facerem, contra meam ſalutem operaret. Idcirco te illæſum abire permitto, qui poſtea Abbo baptizatus eſt.

Miracula post mortem.

De tranſlatione SS. Benedicti & Scholaſticæ in Gallias, cuius meminit Diac. lib. 6. de geſt. Longob. cap. 1. Pleniorem hiſtoriam edidit Theodoricus Teutonicus, alijq́ permulti ex quibus hæc deſumpta ſunt quæ habet Vincen. lib. 23. cap. 122.

§. XXXII.

PEr idem tempus vt narrat Hugo flor. Minimolus abbas Floriacenſis, diuina reuelatione præmonitus, miſit vnum de monachis ſuis Argulphum nomine, ad montem Caſsinum, vt inde ſibi deferret corpus beati Benedicti: nam

A cœnobium, quod olim ibi conſtruxerat ſanctus Benedictus, à perfidis Longobardis fuerat deuaſtatum, & in ſolitudinem redactum. Ibi tum ſancti Benedicti corpus, cum corpore ſororis ſuæ Scholaſticæ vno tumulo ſepultum tenebatur. Cõtigit etiam, vt ex Cenomannica vrbe, quidam eodem tempore ad memoratum locum proficiſceretur pro deferendo ſanctæ Scholaſticæ corpore, qui poſtquam ad Floriacum locum deuenerunt, beato ſemper adhæſerunt Argulpho, donec ad ſancti Petri peruenerũt limina. Quo dum perueniſſent, beatus Argulphus mox eorum conſortium deſeruit: B montémque Caſsinum ſolus expetiit, & ibi etiam pernoctare decreuit. Et ecce intempeſtę noctis ſilentio, ipſum ſancti patris Benedicti ſepulchrum ita cœlitus vidit illuſtrari, ac ſi denſis lampadibus circumdaretur. Nocte vero tranſacta ſplendor ille diſparuit. A.C. 700.

Tunc expergefactus Argulphus, reuerenter acceſsit illuc, & effracto à latere ſepulchro illud exinaniuit, & quicquid ibi reperit, in vnius ſportulæ ſinum recondidit, quam ad hoc præparauerat. Quibus patratis dum ad propria remearet, Argulphus ſocios ſuos offendit in itinere, & cum C eis ad Floriacum reuerſus eſt monaſterium, ſed antequam ad illud pertingeret, deuenit ad locum quem Nouum vicum appellant, qui locus diſtat vno miliario à dicto monaſterio. Ibique præfatus abbas Minimolus cum frequenti populi turba eis reuerenter occurrit, cum digna reuerentia aſſumens ſportulam, extraxitque ea ipſa ſacratiſsima oſſa, quæ ibi iacebant confuſe concluſa, ſecernens minora à maioribus. Quod cum factũ fuiſſet, ecce duorum cadauera defunctorum efferebantur ad ſepeliendum, quorum vnum maſculini, alterum vero ſexus erat fœminini. Placuit D ergo hoc applicari illis, mira res. Nam ſuper cadauer maſculi, cum oſſa maiora fuiſſent poſita per merita beati Benedicti continuo eſt mortuo reddita vita. Tunc etiam placuit oſſa minora poni ſuper cadauer mortuæ puellæ, quod cum fuiſſet factum, reuixit puella continuo. Claruit ergo germanos meritis eſſe, qui ſimul allati fuerant. Aderat huic ſpectaculo non minima populi multitudo. Adſtabant quoque ciues Cenomannici, qui corpus ſanctæ virginis idcirco meruerunt impetrare: ne duo magna luminaria vno claude- E rentur in loculo, cum ſingulis ſingula poſſent ſufficere locis. Igitur viri Cenomannicam vrbẽ remeantes, ad vrbem corpus beatæ Scholaſticæ ſecum detulerunt. Fabricatáque eſt iuxta mœnia eiuſdem ciuitatis eius nomine eccleſia noua, vbi reuerenter eſt illatum, atque tumulatum corpus beatæ Scholaſticæ. Deinde creſcente quotidie miraculorum copia, plures ſanctæ deuotionis fœminæ ſunt aggregatæ ibidem ſub regulari diſciplina. Interea venerabilis pater Minimolus cœpit animo voluere, quonam in loco corpus ſanctiſsimi digne componeretur Benedicti. Et cum quadam nocte ſub nudo cœlo dominum preca- F retur, vt hoc ſibi cœlitus monſtraretur, ecce ſubito lux emiſſa de cœlo ſicut fulgur ei apparuit, & locum, vbi poni deberet maniſeſtiſsime denotauit. Locus autem ille, vbi tranſtulit, eſt oraculum beatiſsimæ genitricis Dei Mariæ.

Corpus B. Scholaſticæ requieſcit Cenomanis.

Colitur hæc prima tranſlatio S. Benedicti

Poſt plures annos ab iſta tranſlatione beati Benedicti tempore ſcilicet Pipini regis Francorum, cum cœnobium Caſsinenſe fuiſſet reſtau-

ratum

A.C.700

ratum & magnificatum, monachi ipſius cœnobij Caſsinenſis, authore Carolomanno fratre Pipini præfati, qui in dicto monaſterio Caſsineuſi habitum religionis ſuſceperat, Romam venerunt, rogantes Zachariam papam, vt literas Pipino regi Francorum dirigeret, quatenus corpus beati Benedicti ad ſuum tumulum referretur: quod vt fratribus innotuit Floriacenſibus, triduanum ieiunium celebrantes, his verbis Benedictino orabant ante eius ſepulchrum. Vnica ſpes noſtra poſt Deum, ne derelinquas nos orphanos, qui huc nõ noſtris meritis, ſed pro multarum animarum ſalute veniſti. Crederes ſuper pauimentum pluere, præ nimia lachrymarum abundantia. Et cum in his ſingultibus & lachrymis totum expendiſſent triduum, ecce memorati epiſcopi adſunt mandata regis implere cupientes. Moxque ſibi reſerari fores Eccleſiæ iubent. Tunc templum ſanctæ Mariæ ingreſsi, antequam ad ſancti Benedicti tumulum appropinquaſſent, in deſolationem & formidinem ſunt conuerſi, & tanta cęcitate percuſſi, vt nec ſeinuicem cognoſcere quirent.

Epiſcopi qui S. Benedicti corpus tráſferre venerant occæcantur.

Cum autem diuina vltione cœcatos ſe vidiſſent, cœperunt errabundi per eccleſiam pergere, & cum ad reſtes campanarum impegiſſent, vi magna cœperunt trahere. Non enim aliter poterant iis, qui foris remanſerant, ſuum infortunium notificare. Quo ſono excitati fratres, de iam dicta apoſtoli Petri Eccleſia proceſſerunt, expectantes triſte ſpectaculum ſe viſuros. Explorandi gratia quidam ex eis iuerunt, & mox illos per eccleſiã errare conſpicientes egreſsi ſunt dicentes. Quia pius pater Benedictus exaudiuit nos, & ſuſcepit lachrymas noſtras, venite & videte magnalia Dei. Cumque pariter introiſſent, viderunt, & inuenerunt eos cœcos clamantes, & dicentes. Væ nobis, quia requiem ſancti patris Benedicti temerare venimus, & ideo cœcitatem incurrimus. Venite ſerui Dei, vos mitius agite nobiſcum, & nolite nobis ſecundum præſumptionem noſtram reddere talionem, ſed orate pro nobis Deum, vt aperiat oculos noſtros. Nóſque vobis promittimus, nunquam talia præſumpturos. Ad hæc verba ſolotenus fuſi orabant attentius, vt diuina pietas eis lumen reddere dignaretur. Et cum orarẽt aperti ſunt oculi eorum. Reuerſique ad regem narrauerunt, quæ fuerant paſsi, addentes, quod non deberet Gallia tam ſanctis oſsibus ſpoliari. De ipſo autem beato Benedicto, cuius geſta ſupra referre ex cauſa omiſimus, in ſequenti titulo diffuſe ponemus, & de ſtatu vitæ anachoriticæ & cœnobiticæ & ſanctis patribus eremitis, qui fuerunt in Aegypto.

De S. Benedicto agitur ti. 35. cap. 14.

De S. Egidio de quo Rom. Breu. hæc autem ex Vincen. cap. 139.

§. XXXIII.

EGidius [a] Athenis ex regia ſtirpe progenitus, & latinis literis ab infantia eruditus, dum quadam die ad eccleſiam pergeret, cuidam ægro in platea iacenti, & eleemoſynam petenti tunicam ſuam dedit: qua indutus integram ſanitatem mox recepit. Poſt hæc parentibus ſuis in domino quieſcentibus, patrimonij ſui Chriſtum fecit hæredem. Quadam die dum ab Eccleſia rediret, vir quidam à ſerpente percuſſus, obuius ei fuit, ſed facta oratione, ſanctus Dei protinus virus fugauit. Quendam etiam dæmoniacum in eccleſia conſiſtentem cum fidelibus, & ſuis clamoribus alios turbantem, Egidius fugato dæmone liberauit. Verùm humani fauoris formidans periculũ, clam littus maris petiit, & nautas quoſdam in mari periclitantes aſpiciens facta oratione tempeſtatem ſedauit. Applicantes autem nautæ, audito quod Romam tenderet, gratias eius meritis egerunt, & quòd eum gratis ſecum veherent pro miſerunt. Cum igitur Arelatem veniſſet, & biennio cum ſancto Cæſaro eiuſdem ciuitatis epiſcopo manſiſſet, vbi & quendam triennio febricitantem curauit, eremum cupiens clam deceſſit, & cum Veredimio eremita ſanctitate conſpicuo, diu manſit, & ſterilitatem terræ meritis ſuis fugauit.

Venit in Galliam.

Sed cum vterque miraculis coruſcaret, humanæ laudis timens periculum, relicto eo interiorẽ eremum penetrauit, vbi quoddam antrum quendam fonticulum habens inueniens, ibi habitationem elegit. Vbi & quandam ceruam diuinitus præparatam in nutricem habuit, quæ certis horis lactis alimoniam ſibi præbebat. Cum autem quadam die ſerui regis in dicta ſylua venarentur, prædictam videntes ceruam, cæteris feris contẽptis hanc inſequuntur cum canibus. A quibus cũ vehementer vrgeretur, ad pedes ſui confugit alumni. Ille vero adiurans, cur præter ſolitum ſic mugiret, exiens & venatores videns, dominum exorauit, vt quam ſibi nutricem conceſſerat, conſeruaret. Canum autem nullus intra lapidis iactũ appropinquare auſus eſt, ſed cum nimio vlulatu ad venatores reuertebantur. Nocte igitur ſuperueniente domum redeunt, & ſequenti die illuc redeuntes caſſo labore iterum domum redierunt. Quod cum rex audiſſet, ſuſpicatus aliquid diuinum latere, vt erat, cum epiſcopo & multitudine venatorum illuc properauit. Sed cum canes, vt prius accedere non auderent, immo omnes vlulando redirent, locum veprium denſitate inacceſſibilem in gyrum circumdederunt. Vnus autem incaute ſagittam dirigens, vt ceruam inde expelleret, viro Dei oranti ſed nondum ab aliquo eorum viſo, graue vulnus inflixit. Sed milites ferro ſemitam aperientes, ad ſpeluncam ſancti deuenerunt. Et videntes ſanctum ſenem habitu monachali veſtitum, canitie autem & ſenectute venerabilem: ceruam quoque ad genua eius prouolutam,

Egidium cerua nutrit in eremo.

a In hanc vitam extat cenſura Ioannis Heſſelij, his verbis: Vita S. Egidij abbatis non placet, habetur enim in ea, quod angelo reuelante regi Frãcorum, ad preces Egidij dimiſſum ſit facinus magnũ, quod nulli auſus fuerat confiteri, ſi tamen deinceps ab illo deſiſteret. Adiunctumq́; fuiſſe in fine, quòd quilibet S. Egidium pro quolibet commiſſo inuocaret, ſi tamen ab illius perpetratione ceſſaret, dimiſſum ſibi eſſe à Domino proculdubio crederet. Hæc ſunt contraria fidei Catholicæ, quæ ex ſcripturis & ſolidis doctoribus docet, extra caſum extremæ neceſsitatis, ſine confeſsione & ſacerdotis abſolutione nulli baptizato crimen poſt baptiſmum dimitti. hæc ille. Adde etiã, contra fidem Catholicam eſſe nullum certitudine fidei, cui falſum ſubeſſe non poteſt de peccatorum ſuorum remiſsione abſque peculiari reuelatione poſſe eſſe ſecurum, vt ſatis indicauimus ſupra ex conc. Triden. ſeſſ. 6. cap. 9.

A.C. 700.

lutam, admirati ſunt. Ex quibus ſolus rex, & epiſcopus eum adierunt, alios retro ſtare iuſſerunt. Interrogauerunt eum quis eſſet, aut vnde veniſſet, aut cur tam denſam vaſtitatem eremi penetraſſet, aut quis eum ita grauiter vulnerare præſumpſiſſet. Quibus cum ad ſingula reſpondiſſet, & illi ab eo veniam humiliter poſtulaſſent, medicos ſanando vulneri ſpoponderunt, & multa donaria obtulerunt, ſed ipſe nec medicinam adhibere voluit, & munera contemnens, nec ad ea aſpexit. Quin potius ſciens virtutem in infirmitate perfici, dominum exorauit, ne quamdiu viueret, ſanitati priſtinæ reſtitueretur. Sed cum rex frequenter viſitaret, & pabulum ſalutis ab eo acciperet, diuinas immenſas obtulit, quas ille accipere penitus recuſauit, admonens, vt monaſterium ibi conſtrueret, vbi monaſtici ordinis diſciplina vigeret. Quod cum rex feciſſet, victus precibus eius & lachrymis, poſtquam plurimum renuiſſet, illius monaſterij curam ſuſcepit.

2. Cor. 12.

Quod hic legitur de beato Egidio, legitur etiam de S. Theophilo epiſcopo Se[...] in [...]

Huius famam cum rex Carolus audiſſet, impetrato eius aduentu, rex reuerenter eum ſuſcepit. Qui inter cætera ſalutis colloquia, rogauit, vt dignaretur pro eo dominum exorare, quia quoddam facinus perpetrauerat enorme, quod nulli vnquam, nec etiam ipſi ſancto auderet confiteri. Sequenti dominica cum ſanctus Egidius pro rege oraret, angelus domini eidem apparens, ſchedulam ſuper altare poſuit, in qua ſcriptum erat peccatum regis per ordinem, & quod precibus Egidij deletum erat, ſi tamen componctus & cōfitens, ab eo in futurum vellet abſtinere. Adiunctúmque erat in fine, quod quiſquis ſanctum Egidium pro quocunque crimine inuocaret, ſi tamen penitus abſtineret, dimiſſum ſibi nullatenus dubitaret, oblatáque ſchedula regi, peccatum ſuú recognoſcens, humiliter confitens veniam poſtulauit.

Egidius tandem cum honore rediens ad monaſterium apud Nemauſenſem vrbem, filium principis, qui mortuus erat, ad vitam reſuſcitauit, vbi poſt aliquantulum tempus prænuncians monaſterium ſuum non longe poſt ab hoſtibus euertendum, Romam adiit, & priuilegia Eccleſiæ ſuæ, duóque oſtia cypreſſina, in quibus ſculptæ erant imagines apoſtolorum à Papa impetrans, mittens ea in Tyberim diuino regimini commēdauit. Et ad monaſterium rediens, cuidam contracto apud Crebreonem greſſum reſtituit. Applicans autem ad monaſterium prædicta duo oſtia in portu reperiens, gratias Deo egit, quæ inter tot maria pericula illæſa cuſtodierat, & ea in liminibus Eccleſiæ, & in monumentum pacti Romanæ ſedis ad memoriam poſteris erexit. Tandem dominus illi diem obitus ſui imminere reuelauit, quod fratribus ſuis nuncians, & pro ſe orare rogans ſpiritum ſuum domino commendauit, vbi choros angelorum in cœlum animam eius ferentium, plures audiſſe teſtati ſunt. Claruit autem circa annos domini 700.

[...] 1. Septemb.

De S. Lupo Senonenſi ex Vincen. lib. 23. ca. 9. & 10. ſed pleniorem hiſtoriam edidit Sur. tom. 5.

§. XXXIIII.

SAnctus Lupus apud Aurelianum ex genere regali ortus, dum cunctis virtutibus enitet, Senonenſis epiſcopus eſt electus. Qui cum omnia pauperibus fere erogaret, & quadam die plurimos ad conuiuium inuitaſſet, cum vinum ad medium non haberent, ſic reſpondit magiſtro. Credo, quod Deus, qui volatilia paſcit, noſtram perficiet caritatem. Et ſtatim nuncius affuit, qui centum vini modios adeſſe præ foribus nunciauit. Item cum omnes de curia vehementer ſibi detraherent, quòd virginem Dei filiam prædeceſſoris ſui nimis inordinate amaret, coram ipſis detrahentibus ipſam virginem apprehendens, deoſculatus eſt eam dicens. Nihil nocent homini verba aliena, quem propria non maculat conſcientia. Quia enim ipſam ardenter Deum amare cognouerat, eam mente puriſsima diligebat. Certe hæc excuſari poteſt lege priuata, ſcilicet ſpiritu ſancto inductus ad hoc. Nam lege canonum hoc prohibetur & reprehenditur, diſt. 34. quorundam.

Facinus admirandum non imitandū

Cum rex Francorum Clotharius Burgundiam intrans, ſeneſcallum ſuum contra Senones direxiſſet, vt ciuitatem obſideret, ſanctus Lupus Eccleſiam ſancti Stephani intrans pulſari fecit campanam, quam hoſtes audientes tantus terror inuaſit, vt niſi fugerent, mortem ſe euadere non putarent. Tandem obtento regno Burgundiæ, cum rex alium ſeneſcallum ad Senones miſiſſet, & beatus Lupus cum muneribus ei non occuriſſet, indignatus nimis adeo apud regem eum infamauit, vt rex beatum Lupum in exilium mitteret, qui doctrina & miraculis valde enituit.

S. Lupus in exiliū mittitur.

Interea Senonenſes alium, qui locum ſancti Lupi inuaſerat occidentes, vt ſanctus Lupus ab exilio reuerteretur, impetrarunt. Quem rex videns in exilio tabefactum, ita diuinitus eſt mutatus, vt proſtratus coram eo veniam peteret, multiſque auctum muneribus ſuæ reſtitui ciuitati. Qui dum per Pariſios remearet, ei multa incarceratorum turba apertis oſtiis ſolutis vinculis obuiauit.

Quadam die dominica dum miſſam celebraret, lapſa eſt cœlitus gemma in eius ſanctum calicem, quam rex inter reliquias ſuas collocauit. Rex Clotharius audiens, quod campana ſancti Stephani in ſono miram haberet dulcedinem, miſit, vt Pariſios deferretur, & ab ipſo ſæpius audiretur. Sed cùm hoc ſancto Lupo diſpliceret, mox vt de vrbe Senonica delata eſt, ſoni ſui dulcedinem perdidit. Quod rex audiens ſtatim eam reſtitui iuſsit. Et ſubito ſono reddito inſonuit ſeptimo ab vrbe miliario, ita quod ſanctus Lupus obuiam perrexit, & quod dulcē perdiderat, cum honore recepit.

S. Lupus miſſā celebrauit.

Nocte quadam cum oraret, inſtinctu diaboli vehementer ſitiens, iuſsit ſibi aquam frigidam deportari, dolos autem intelligens inimici, pulmenat ſuum ſuper vas poſuit, & ibi diabolum intus clauſit, qui tota nocte vociferando vlulare cœpit. Facto autem mane, qui clam tentare venerat, in die confeſſus abſceſsit.

Quadam die dum more ſolito eccleſias ciuitatis circumiſſet, rediens domum, audiuit clericos ſuos rixantes, eo quod cum mulieribus fornicari vellent: qui Eccleſiam intrans pro eis orare cœpit, & mox ab eis omnis tentationis ſtimulus abſceſsit, & venientes ante eum veniam petierunt. Tandem multis clarus virtutibus in pace

A.C.700. quieuit circa annos domini 690.

Colitur . Septem. Circa illud tempus, vt notat Ioan. de col. Anaſtaſius Perſa ex mago Chriſtianus effectus, martyr pro Chriſto efficitur cum ſeptuaginta ſocijs.

TITVLVS XIIII. CONTINET GESTA SVMMORVM PONtificum & imperatorum à tempore Gregorij 2. papæ vſque ad tempus Leonis papæ 3. & a tempore Philippici imperatoris, vſque ad imperium Caroli magni completum, incluſiue annorum centum.

B Intra quod ſpacium, ſummi pontifices fuerunt Gregorius 2. Gregorius 3. Stephanus, Paulus germanus eius, Conſtantinus antipapa, Stephanus ſecundus, Hadrianus, & Leo 3. pro parte temporis. Imperatores autem hoc tempore fuerunt Philippicus, qui & Bardanus, Anaſtaſius 2, qui & Arthemius dictus, Theodoſius 3. Leo 3. Conſtantinus eius filius. Leo 4. filius eius. C Conſtantinus frater eius cum matre ſua Irene: poſtea ipſe ſolus Conſtantinus, quod ægre ferens Irene, eo quòd ipſa imperio priuata ſolus imperaret, filium incarcerans, & oculis priuans, ſola imperauit. Poſt quam Carolus magnus tranſlato imperio de Græcis ad Francos. Continet ergo tempus vſque ad octingenteſimum annum.

Zacharias inter Grego. 3. Stephanũ 2. ſummũ tenuit pōtificatũ.

S. Gregorius 2. Pont. max. 90. ſed. an. 14. men. 10. di. 22. An. Ch. 716. de quo Biblioth. tom. D *3. Conc. vita S. Bonifacij Mog. Epiſcopi, tom. 3. Sur. & Diac. Long. cap. 18. & alij, ex quibus & maxime ex Biblioth. hæc ſumpta ſunt.*

De Gregorio ſecundo papa, qui per legatos Teutonicos ad fidem Chriſtianam conuertit.

CAPVT I.

E ANno dominicæ incarnationis 713. ab initio vero mundi 4676. ſecundum vero communiorem opinionem anno 5911. nonageſimus in ordine pontificum Romanorum fuit Gregorius 2. qui & dicitur Gregorius iunior, ad differentiam magni Gregorij, qui primus fuit huius nominis. Hic fuit natione Romanus, ex patre Marcello, & ſedem tenuit annis 17. & menſibus 9. Hic ab ipſa pueritia in eccleſia nutritus, per diuerſos eccleſiaſticos ordines ad ſummum pontificatus gradum meruit promoueri. Huic bibliothecæ cura fuit cõmiſſa à Sergio papa. Deinde diaconus factus, cum Conſtantino papa vocato ab imperatore Conſtantinopolim profectus eſt, atque à Iuſtiniano imperatore, de quibuſdam quæſtionibus interrogatus, vnamquamque optime ſoluit. Erat enim vir caſtus, diuináque ſcriptura eruditus, facundus [loquela] & animo conſtans, fidei defenſor acer-

A rimus, ac hæreticorum validiſsimus perſecutor. A.C. 716. Hic plurimas eccleſias reſtaurauit, & monaſteria conſtruxit. Et fecit ordinationes per menſem Septembris, & de menſe Iunij; & conſecrauit presbyteros viginti quinque, diaconos quinque epiſcopos per diuerſa loca centum & quinquaginta.

Hic in initio ſui pontificatus calcarias decoqui iuſsit, vt muros vrbis Romanæ reficeret. Inchoans autem à porticu ſancti Laurentij aliquam partem fecit, ſed varijs poſtea emergentibus negotijs ab hoc opere impeditus eſt. Hoc præſidente Theodo dux Baioariorum ad apoſtoli Petri limina, primus de gente eadem cauſa orationis venit. Sub eo etiam Patronax quidam Brixianus ciuis vir Deo amabilis, diuino inſtinctu & huius beati pontificis exhortatione cœnobium ſancti Benedicti apud montem Caſsinum laudabiliter reædificauit. Centum enim & decem annis expletis fuerat à Longobardis illud dirutum, quo reparato multos ibidem ad ſeruiendum Deo congregauit. Hic etiam pontifex per beatum Bonifacium in Germania verbum vitæ prædicauit, & populum ſedentem in tenebris, doctrina lucis ad C fidem conuertit: qui ibi epiſcopus factus gentis illius demũ martyrio coronatus eſt. Vnde idem Gregorius iunior ſic ſcribit præfato Bonifacio 16. q. 1. præcipimus. Præcipimus, vt iuxta canonũ ſtatuta, vbi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ ſedis debeas ordinare epiſcopos, pia tamen contemplatione, vt non vileſcat nomen epiſcopatus.

Vrbis mœnia reparantur.

Theodo Baioariorum Romam religionis cauſa venit.

Cum autem imperium ſumpſiſſet Leo, & à quodam apoſtata fidei ſeductus fuiſſet, ita vt omnes imagines ab eccleſia auferri, & igne comburi mandaſſet, vt dicetur infra, per literas etiam imD periales iuſsit ipſe Gregorio papæ, vt à tota occidentali Eccleſia imagines de eccleſijs remoueret: ſed non ſolum hoc Gregorius facere noluit, ſed eum tanquam hæreticum excommunicauit pro eo facto. Inſuper & ipſam ciuitatem Romanam, & totam Italiam, ab eius dominio recedere fecit, & vectigalia ei reddi ciuitatibus Italicis interdixit. Vnde ira maxima motus imperator, multum & ſæpe laborauit, vt Gregorius papa occidaretur, ſed Italis & Longobardis vno animo imperatoris conatibus reſiſtentibus, tota Italia E cum ipſa Roma, tunc conſilium iniit, vt ſibi imperatorem eligerent, & manu armata Conſtantinopolim properarent, deiectóque ab arce imperij hæretico Leone, Romani imperij monarchiã tenerent, ſed compeſcuit tale conſilium pontifex Gregorius ſperans principis mentem ad meliora rediturum, ipſeque beatus antiſtes per literas ſuas imperatorem admonere non deſtitit, vt à tali execranda veſania reſiliret.

Leo imperator ... excommunicatur, & ... imperio priuatur. Diac. refert ... 21. ...

Quod autem ait Gregorius iſte 32. q. 7. quod propoſuiſti. Quod propoſuiſti, ſi mulier infirmitate correpta, non valuerit viro debitum reddere, quid eius faciat iugalis? bonum eſſet, ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum eſt, qui ſe non poterit continere, nubat magis, non tamen ſubſidij opem ſubtrahat [ab illa] quam infirmitas præpedit, & non deteſtabilis culpa excludit. Iſtud dictum Gregorij huius non ſic intelligendum eſt, quaſi liceat viro infirmata vxore etiam incurabili perpetuò morbo, aliam

Hoc habetur epiſt. Gregorij 9. ad Bonifaciũ 3. Conc.

A.C.716.

aliam ducere vxorem: hoc enim eſt contra omnem legem diuinam,& humanam,& contra omnes doctores:ſed vt dicit ibi gloſ. reſtringēdum eſt hoc ad ſponſam de futuro, vel de muliere arcta,præcedente tamen prius iudicio Eccleſię. Et quod dicitur, quod non ſubtrahat ab illa ſubſidij opem, intelligendum eſt, ſcilicet reſtituendo dotem, ſi accepit, vel loquitur de conſilio. vel etiam poteſt intelligi hoc Gregorium permittere permiſsione comparatiua, qua permittitur minus malum, ne committatur maius. Permittitur dico, non concedendo vt licitum, ſed non puniendo temporaliter tale malum, ſicut permittebatur in lege repudium, ne ſequeretur homicidium Et hoc fecit erga Germanos tunc nouiter conuerſos ad fidem. Migrans demum ex hoc ſæculo, ſepultus eſt Gregorius in Eccleſia ſancti Petri. Et ceſſauit epiſcopatus diebus 35.

Obiit 9 Febru.

S. Gregorius 3. Pont. max. 91. ſed. an. 10. mē. 8. ds. 24. An. Ch. 731. de quo Pontificale, & alij.

§. I.

DEfuncto eo, creatus eſt papa in numero pontificum 91. Gregorius tertius, anno domini 731. natione Syrus, ex patre Ioanne, ſeditque annis 10. & menſibus 8. Fuit autem vir iſte mitiſsimus, & valde ſapiens, in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca & Latina lingua eruditus, erga pauperum ſuſtentationem & captiuorum redemptionem, valde ſollicitus, Chriſtianæ inſuper fidei defenſor, adeóque à populo omnique clero dilectus, vt cum funus ſui prædeceſſoris ſequeretur, omnis populus vtriuſque ſexus à minimo vſque ad maximum, diuina inſpiratione commoti, vi illum auferentes in pontificem eligerent.

Hic poſtquam conſecratus eſt papa, ſtatim ad emendationem, & correctionem Leonis & filij eius Conſtantini imperatorum, qui per totum imperium mandauerant imagines Chriſti, & ſanctorum de Eccleſiis deponi, animum ſuum conuertit, ſcribens illis, vt ab hoc errore nefando reſipiſcerent. Et ad hoc non tantum ſemel, ſed pluries commonitorias literas deſtinauit. Sed cum illi in ſua perfidia perdurarent, fidei ardore ſuccenſus, epiſcoporum concilium ex tota Italia conuocauit, & adſtanti omni clero vrbis, necnon & nobilibus ac conſulibus & omni populo, ſtatuit, vt ſi quis deinceps * catholicam conſuetudinem, & vſum fidelem contempſerit, ac venerabilium & ſanctarum imaginum Dei ac domini noſtri & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, beatæ Mariæ, apoſtolorum, & aliorum ſanctorum depoſitor, deſtructor, & profanator extiterit, aut blaſphemus, ipſe communione ſanctæ Eccleſiæ ſit priuatus. Quod epiſcopi ſua ſubſcriptione firmauerunt. Et hoc ſynodale cōſtitutum vſque ad regiam ciuitatem tranſmiſit, per quendam nomine Conſtantinum. Qui præcepto imperatoris captus, ac vinculis mancipatus, per annum in carcerali cuſtodia eſt detentus, & poſtmodum multis affectus iniuriis Romam redire permiſſus eſt. De huiuſmodi autem imaginibus ſic ait Gregorius, vt credo iſte: ſcribens Sereno (aliàs Seruio) Maſsilienſi epiſcopo.[a] Perlatum fuerat ad nos, inquit de conſec. diſt. 3. cap. perlatum, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Equidem, quod eas adorari prohibuiſſes, laudauimus omnino, fregiſſe autem reprehendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando audiſti, quod feciſti? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident, quid ſequi debeant, in ipſa legunt, qui literas neſciunt.

Concilium Romanum ſub Greg. 3. pro venerandis imaginibus habitum.

* Aliàs antiquam.

A.C.731.

Serenum Maſsilienſem reprehēdit Gregor. quòd ſacras imagines cōfregerit.

Sub hoc pontifice Liuthprandus rex Longobardorum, deſiderio potiundæ vrbis, ſuæ gentis magno congregato exercitu Romam vſque properauit, & non longe ab ipſa vrbe, in campo Neronis tentoria ſua tetendit, multóſque ex nobilibus Romanis captos more Longobardorum totondit, atque veſtiuit. Deinde miſſa ſuorum exercituum parte, Campaniam omnē perua ſit: qui onuſti ſpoliis ad regem redierunt. Liuthprandus autem iſte audiēs quòd Saraceni depopulata Sardiniæ inſula, etiam loca illa fœdauerant, ad quæ quondam ob barbarorum incurſionem ab Hipponenſi ciuitate Aphricæ oſſa eximij doctoris Auguſtini tranſlata fuerant, ſub omni celeritate legatos ſuos illic dirigit, qui multis datis pecuniis illas ſacratiſsimas reliquias ſecum ad regem detulerunt. Quas rex cum multa veneratione ſuſcipiens, Papiæ in Eccleſia ſancti Petri, quam ipſe ædificauerat, collocauit. Vir autem Dei Gregorius videns ſe non poſſe tot malis imminentibus reſiſtere, cum ex vna parte à Longobardis, ex alia à Græcis imperatoribus vrgeretur, claues Romanæ vrbis per Anaſtaſium[b] Carolo Martello regi Francorum præfato miſit, vt eos à tanta Longobardorum oppreſsione liberaret. Ipſe vero neceſsitate compulſus, plurimam partem murorum Romanæ vrbis reſtaurauit.

Liuthprādus rex Lōgobardorū Romā vſque ducit exercitū.

Colitur 28. Noue.

a Hoc non Gregorius iſte tertius, ſed primus ſcripſit tum epiſt. 9. lib. 9. tum epiſt 109. lib. 7. ind. 2. cuius ſæculo ſacrarum imaginum vſus fuit frequentiſsimus vt ſupra tit. 12. cap. 3. §. 2. docuimus. Vide etiam epiſt. 53. ad Dulcch. lib 7. epiſt. ind. 2. adde etiam, quod eo ſæculo Auguſtinus Anglorum epiſcopus in Angliam cruce prælata ingreſſus eſt, vt §. 7. eiuſdem capitis ex Ioanne Diacono, & Beda D. Antoninus retulit.

b Carolum Martellum regem Francorum nunquam fuiſſe ex Francorum hiſtoriis teſtatiſsimum eſt: ſed hunc nomine regis toti regno præfuiſſe, ipſumq́; adminiſtraſſe norunt omnes. Itaque Biblioth. non hunc regem nominat, ſed hunc Francorum regnum rexiſſe refert. D. Antoninus verò ad officium potius quàm ad nomen reſpiciens, hūc in hoc loco regem vocat.

Zacharias Ponti. max. 92. ſed. an. 10. mē. 3. ds. 15. An. Ch. 741. de quo Biblioth. Diac. lib. 21. & alij.

A.C.731.

§. II.

GRegorio tertio ex hac luce ſubtracto, ſucceſsit ei in ſede Petri, anno domini 740. Zacharias natione Græcus, qui in ea ſedit annis 10. menſ.3. Fuit autem hic vir mitiſsimus, atque ſuauis. Hic io principio ſui pontificatus, inuenit Italiam valde turbatam, maxime ciuitatem Romanam ob perſecutiones quas Liutbprandus rex Longobardorum Romanis inferebat, quia duci Spoletanorum Tranſimundo fauebant, ipſumque intra vrbis mœnia tuebãtur. B Quare dictus rex ipſum perſequens cum exercitibus ſuis Romam obſedit, multáſque vrbes, quę tunc temporis dominio vrbis ſubiectæ erant, obſeſſas cepit, captáſque à Romano dominio abſtulit. Sed non multo poſt ad petitionem & admonitionem huius almi pőtificis, eis, quos ad illum ſuper hoc facto, vt ciuitates illas iuri Romanorum reſtitueret, nuncios ſuos miſerat, ipſas ciuitates reſtituere promiſit. Sed cum iuxta promiſsionem reſtituere differret, hic beatus pontifex non dubitauit in propria perſona ad dictum regem accedere.

Pontifex ad Liuthprandum proficiſcitur.

C Veniens itaque ad ciuitatem Interamnem, vbi tunc dictus rex cum ſuis exercitibus erat, cum rex audiret eius aduentum, omnes duces exercituum ſuorum maiores, vſque ad octo miliaria miſit obuiam illi, ſed & ipſe rex vſque ad medium miliare exiuit obuiam ſummo pontifici, illúmque cum multo gaudio & ſumma reuerentia intra ciuitatem ſuſcepit. Cumque in eccleſia beati Valentini ambo conſediſſent, diuina perfuſus gratia pontifex adeo regem dulcibus verbis emolliuit, & ſermonibus placidis, vt omnia quæcunque petiit ab eo, obtineret. D Suaſit enim regi primo ab boſtili commotione quieſcere, ab effuſione humani ſanguinis abſtinere, & ea quæ pacis ſunt, ſemper ſectari. Huius autem ſanctis perſuaſionibus compunctus rex Aiſtulphus ad mandatum pontificis ciuitates, quas Romanis abſtulerat, reſtituit. Similiter Sabinenſe patrimonium, quod à iure Romanæ Eccleſiæ Longobardorum reges abſtulerant, atque annos iam triginta poſſederant. Inſuper Narniam, Aſsiſium, Anchonam, & Cumas beato pontifici reſtituit, & pacem cum Romanis in E triginta annos fecit. Omnéſque captiuos ex diuerſis prouinciis Romanorum, quos ipſe, & prædeceſſores ſui in diuerſis locis ceperant, in tota Italia, pontifici ſancto donauit, ſicque ſollicitus paſtor, cum omnia, quæ voluit, obtinuiſſet, Romam reuerſus eſt.

Aiſtulphus Pőtifici ciuitateſque quas abſtulerat reſtituit.

Eo autem tempore, quo reuerſus eſt ad vrbẽ Zacharias papa, [a] Carolomannus frater Pipini regis Francorum, & inclyti ducis Caroli Martelli filius, amore contemplatiuæ vitæ ſuccenſus, operoſa temporalis regis adminiſtratione attædiatus, Romam ſe in otium contulit. Ibique F per manus ſummi pręſulis Zachariæ habitu mutato, atque monachus factus in Soracte monte apud ſanctum Syluestrum conſtructo monaſterio cum viris religioſis, qui vnà ſecum à Gallia A venerant, optata quiete aliquo tempore vſus eſt. Sed cum è Francia multi nobilium Romã ob deuotionem venientium, velut dominum quondam ſuum nollent præterire, otium quo maxime delectabatur, interrumpentes crebra viſitatione & ſalutatione, locum mutare compellunt. Quare relicto monte Soracte, ad monaſterium ſancti Benedicti ad montem Caſsinum ſeceſsit, in quo loco reſiduum vitę religioſæ compleuit.

Carolomannus monachus efficitur.

A.C. 731

Idem almificus pontifex Zacharias, dum iam B Italia pace frueretur, ad imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum nuncios miſit cũ epiſtola & monitorio orthodoxam fidem continente, quos ille benigne ſuſcepit, duóque oppida, quę tunc iuris publici erant, ſcilicet Nimphas & Normias Eccleſiæ Romanæ perpetuo poſsidendas conceſsit.

Zacharias ad imperatorem ſcribit.

Illis etiam temporibus poſt mortem Aiſtulphi, cum * Rachis regnum Longobardorum regendum ſuſcepiſſet, cum magna ſuorum multitudine ad occupandum Peruſinam ciuitatem venit: quam vndique circumuallans, viriliter C expugnabat. Quod audiens beatiſsimus papa, diuino fretus adiutorio, ad ipſam ciuitatẽ quãcitiſsime acceſsit, atque regem ipſum precibus ſuis commonitum ab eius impugnatione remouit. Cum quo poſtea aliquot diebus moratus, adeo illum ſuis ſanctis exhortationibus ad bona opera induxit, vt poſt paucos dies idem Rachis rex regalem dignitatem & faſtum relinquens, deuote cum vxore & filiis ad limina apoſtolorum viſitanda, ſimulque ſanctum pontificem videndum adiret. Et peracta oratione, relicta ſæculi pompa, per manus pontificis vnà D cum filiis habitum ſanctæ religionis ſuſcepit.

** alids Rachiſis.*

Rachis Peruſiã oppugnat.

Interea cum Childericus rex Franciæ, qui iã nouem annis regnauerat, adeo eſſet inutilis & remiſſus, vt ſolum ventri & luxuriæ vacaret, adminiſtratio regni & diſpoſitio rerum tunc tẽporis apud Pipinum remanſerat. Fuit autem hic Pipinus Caroli Martelli filius, vir animoſus, & prudens, & in regimine ſibi commiſſo valde ſollicitus. Hic [b] igitur domus regiæ maior, cõſiderans ſui regis inertiam, ad papam Zacha-

Childericus rex regno pulſus.

a Hic Carolomannus princeps fuit Auſtraſiæ & Turingiæ, & regnauit an. 5. qui monachus poſtea factus anno 746. Viennæ obiit. Onuph.

E *b Ex hac hiſtoria, quam quidam poſt Sigebertum, Rheg. in Chron. Annon. lib. 4. cap. 61. Paul. Aemyl. lib. 2. Naucl. gen. 27. tradunt, apparet tantæ auctoritatis Apoſtolicam ſedem illo ſæculo habitam fuiſſe, vt mutatio regnorum, quæ illius iudicio interpoſito fiebat nõn ſeditioſe, verùm legitime fieri crederetur. Nã omnes Catholici ſemper habuerunt Romanum pontificem pro Chriſti vicario, per quem res in tota republica Chriſtiana graniſsima ſemper decidenda eſſent. Mentiũtur verò, qui hanc mutationem ex mera pontificis libidine factam dicunt. Nam is nihil aliud quàm* F *interrogatis Francorum, id quod recte rationi conueniebat reſpondit, auctoritatemq́; rei dedit. Res verò ab ipſis Francis inchoata eſt & perfecta. Sand. lib. 7. de viſib. mon. Quod verò pontifex proceres & populum ſacramento præſtito ſanctè ſoluit, atque vt Pipino adhæreant mandat, hoc ſuo iure facit. Eius enim eſt videre, ne quid detrimenti res Chriſtiana à principibus patiatur. An non Samuel leuita Dei auctoritate Saulem*

regem

A.C.751. *regem creauit, deinde eo peccante Dauidē ſubſtituit & inunxit? 1. Reg. 10. & 16. An non Helias Dei ſpiritu reges conſtituit & abdicat, non modo in Iſrael, ſed & in Syria? 3. Reg. 19. Et Abias Hieroboam: 3. Reg. 11. & Elizeus Iehu. 4. Reg. 9. An non Hieremias ſacerdos & propheta accipit poteſtatem ſuper gentes & regna, vt deſtruat, ædificet, euellat, & plantet? 1. cap. An Apoſtolica auctoritas minor eſt quàm prophetica? Quomodo igitur illud Spiritus ſācti impletum eſt: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, cōſtitues eos principes ſuper omnem terram? pſal. 44. Quare ſtat immota vox vel potius oraculum D. Ambroſ. epi. 33. Veteri iure à ſacerdotibus donantur imperia, non vſurpantur: & illud Petri Cluniac. epi. 29. lib. 6. Quamuis Eccleſia non habeat imperatoris gladium, habet tamen ſuper ipſos imperatores imperium. Vnde ei ſub figura prophetici nominis dicitur. Conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, deſtruas, diſperdas, diſsipes, ædifices & plantes. Geneb. Nec tamen in eo defecit penitus genus regum Merouingorum. Nam Blatildis filia Clotharij primùm genuit Arnoldum, & hic S. Arnulphū, ex quo deinde hic per legitimam ſucceſsionem Pipinus eſt procreatus, vt ſupra oſtendimus.*

riam ſolennes nuncios miſit, ipſúmque conſuluit, quis potius rex eſſe deberet, & dici: An qui omnes regni labores aſſumeret, an qui otio & uxoriæ deditus ſolo regio nomine regeretur? Cui ſummus pōtifex dicitur remandaſſe, illum merito debere regnare, qui rempublicam ſtrenue gubernare ſciret, & poſſet. Hæc autē poſtquam nuncij Francorum primoribus retulerūt, conuocato principum & prælatorum concilio, de communi ſenſu & voluntate omnium Childericum ſolo nomine regem, à regni faſtigio deponunt, & monaſtico illum habitu induentes in monaſterio includunt, ac omnibus volentibus & gaudentibus Pipinum ſuper Francos regnare faciunt.

Pipinus creatur rex Francorum A.C.751. Igitur reges Merouingorum, qui à rege Merouco primo rege Francorum deſcenderunt, qui regnauerunt ſuper Francos ſucceſsiue viginti tres fuerunt reges, quorum primus ſecundum aliquos fuit Priamus, non tamen ille rex Troiæ, ſecundum alios Marchomaris (aliàs Marcomirus) regnauerunt ſuper omnes ſimul 324. annis vſque ad iſtum Childericum. Pipinus autem qui ei ſucceſsit in regno Franciæ, cœpit regnare anno domini 750. Cuius inſignis poſteritas poſtea per multa tempora obtinuit regnum Francorum. Poſtquam igitur Pipinus decreto optimatum & principum declaratus eſt rex, authoritate Apoſtolica à ſancto Bonifacio archiepiſcopo Moguntino inungitur & conſecratur: de quo Bonifacio dicetur infrà. Et de huius Childerici depoſitione, & Pipini inſtitutione habetur 15. q. 6. alius, vbi dicitur. Alius Romanus pontifex, Zacharias ſcilicet, regem Francorum non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quod tantæ poteſtati erat inutilis, à regno depoſuit, & Pipinum Caroli imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit, omnéſque Francigenas à iuramento fidelitatis abſoluit. Et quod dicitur inutilis, exponit gloſſ. id eſt diſſolutus in luxuriis & effœminatus. Et quod dicit depoſuit, A.C.752. exponit gloſſ. id eſt deponentibus conſenſit. (Colitur S. Zacharias 14. Martij.)

Circa illud tempus floruit ſanctus Cæſarius epiſcopus Arelaten. quem decem homilias morales & vtiles ad monachos edidiſſe reperimus, ex quibus deprehenditur doctrina ſpiritualis ſancti viri.

Stephanus 3. aliàs 2. Pont. max. 94. ſed. an. 5. menſ. 2. di. 29 Nauc. gen. 26. & Aemyl. lib. 2.

§. III.

POſt Zachariam in ſede[a] Petri collocatus eſt Stephanus 2. natione Romanus, patre Cōſtantino anno domini 750. ſeditque annis 5. diebus 29. Fuit autem hic beatiſsimus papa amator eccleſiarum, & pauperum Chriſti maxime fautor & nutritor, ob quorum ſuſtentationem plura in vrbe Romana xenodochia, ſeu hoſpitalia ad vſum pauperum conſtruxit, quibus multas poſſeſsiones, de quibus commode poſſent ſuſtentari, tribuit.

Hic tertio menſe ſui pontificatus, cum rex Longobardorum Aiſtulphus magnas perſecutiones inferret ciuitati Romanæ, multáſque ciuitates & caſtra ad eius ius pertinentia abſtuliſſet, idem inquam beatiſsimus papa Paulum diaconum germanum ſuum virum ſanctiſsimum, atque Ambroſium primicærium pluribus cum muneribus miſit ad Aiſtulphum ad pacis fœdera ordinanda. At idem proteruus rex antiqui hoſtis inuaſus verſutia, ac pacis fœdera ſpernens, multáſque ſanctiſsimo viro Stephano papæ ac populo Romano inferens moleſtias, vrbem cū patria adiacente ſuo imperio conabatur ſubiicere. Quam ob cauſam beatiſsimus papa regis Franciæ, ſcilicet Pipini, auxilium coactus eſt petere. Vnde in Frāciam cū ſuis clericis iteraggreſſus eſt. Quod Aiſtulphus rex audiēs modicū timuit, exiſtimabat enim, quòd ſi regis Franci auxilio potiretur, ipſe non poſſet de facili Romam cum adiacente regione obtinere. Vnde ad hoc impediendum Carolomannum monachum factum de monte Caſsino ad Pipinum præmittendum deputauit, vt ipſe ſummum pontificem præueniens, id cum Pipino fratre ageret, ne Romano populo & ſummo pontifici contra eum auxilium præſtaret. (Stephan' pontifex in Galliā venit, Biblioth. Blon. li. 2. dec. 2.)

Porro Pipinus, vt audiuit ſummum pontificem ad regnum ſuum veniſſe, immenſo repletus gaudio, cum optimatibus ſuis vſque ad regni fines obuiam proceſsit. Sed cum illum appropinquare cerneret, per trium milliarium ſpacium ex equo deſiliens, cum magna humilitate

a Inter hunc Zachariam & Stephanum, de quo agitur in hoc loco, Stephanum alium Geneb. Onuph. & Sand. recenſent, qui tantum dies 4. ſediſſe dicitur. Quare cum ſicut ſupra obſeruauimus, non ex eo quòd plus minuſue aliquis pontifex Eccleſiæ præfuerit, ideo verus cenſeatur eſſe Eccleſiæ paſtor, ſed ex legitima electione, ideo hic pontifex legitime electus & coronatus à numero pontificum excludi non debet. Stephanus igitur hic eſt ſecundus, & in pontificum numero 95. Iſte verò Stephanus 3. eſt pont. max. 94.

A.C. 752

Pipinus papā Stephanum excipit clementiſsime.

pedes illi obuiam cum vxore ſua, & liberis vſque ad ipſum peruenit. Quò cum perueniſſet, proſtratus ad terram eius ſacros pedes venerabiliter oſculatus eſt, exinde vice ſtratoris vſque ad palatium deduxit. Cum intra oratorium ambo pariter conſediſſent, poſt multa verba ipſe ſummus pontifex regem lachrymabiliter deprecatus eſt, vt per pacis fœdera cauſam beati Petri, & reipublicæ Romanorum tanquam Eccleſiæ brachium ipſe defenderet. Sed Carolomannus, qui illuc venerat, iuxta quod ab iniquo rege Aiſtulpho fuerat informatus, nitebatur omnino & vehementer decertabat ſanctæ Romanæ Eccleſię cauſam ſubuertere. Propiciante autem altiſsimo non valuit germani ſui Pipini regis Francorum Chriſtianiſsimi animum à ſancto propoſito declinare, quin promitteret, & ſuo iuramento firmaret, ſe cauſam Eccleſiæ pro poſſe ſuo defenſurum.

Pontificis Romani in ſuis rebus poſtulandis æquitas.

Deinde legatos ad ſuggeſtionem ſummi pontificis ad Aiſtulphum deſtinauit, rogans, vt ea, quæ ad ius Romanæ Eccleſiæ, & Romanæ reipub. quæ vel ipſe vel prædeceſſores ſui reges Longobardorum abſtulerant, eis reſtitueret. Et hoc non ſolum ſemel & bis, ſed & tertio ad ſuggeſtionem pontificis actum eſt. At ille in ſua perfidia permanens, vt alter Pharao, omnino reſtituere noluit. Pipinus autem rex inclytus, poſtquam illum ſic obſtinatum in ſua pertinacia vidit, contra illum exercitum congregauit. Cumque iam medium itineris confeciſſet, denuo pius paſtor, ne cauſa effuſionis Chriſtiani ſanguinis eſſe videretur, obſecratorias & admonitorias illi direxit literas, per quas [per Chriſti mortem] & omnia diuina myſteria, & futuri diuini examinis timorem eundem impiiſsimum regem adiurauit, vt pacifice, & abſque humani ſanguinis effuſione ea, quæ ad ſanctam Romanam Eccleſiam, & Romanam rempublicā pertinebant, reſtitueret: ſed in ſua nequitia obſtinatus, non tantum deſiſtere noluit, ſed viro ſancto comminatus eſt & Francis. Quare confiſus in Dei omnipotentis miſericordia Pipinus, cum ſuo exercitu intrauit Italiam. Cui Aiſtulphus de ſua confiſus multitudine, non dubitauit occurrere, ſed diuina potentia fractus à Francis, ſuperatus, & vſque ad interéptionem ſuorum eſt contritus exercitus: ſicque iuſtus iudex ſuis militibus victoriam dedit.

Pax cum Lōgobardis precibus pōtificis eſt facta.

Aiſtulphus autem fugiens in ciuitatem munitiſsimam Papiam ſeſe recepit. Ad quam Pipinus cum ſummo ipſo pontifice veniens, vndique eam obſidione vallauit. Cumque iam obſeſsi fame deficerent, nec amplius impugnantibus Francis reſiſtere valerent, ad ſummum pontificem, & regem Pipinum miſerunt de deditionę legatos. Tunc ad illorum aduentum pius pōtifex regem deprecatus eſt, vt ad pacem inclinari deberet, ne amplius Chriſtianorum ſanguis effunderetur. Quare rex ad preces pontificis annuit. Exiens ergo de ciuitate Aiſtulphus, ante omnia obſides regi Francorum tradidit. Deinde cum cunctis ſuis nobilibus & iudicibus, ſub terribili ac fortiſsimo iuramento promiſit, & per ſcriptam paginam confirmauit, ſe illico redditurum ciuitatem Rauennam, primo cum ſuis pertinentiis. Inſuper & quicquid ipſe, &

A.C. 752

A ſui prædeceſſores à iure ſanctæ Romanę Eccleſiæ abſtuliſſent. Quæ cum omnia rite completa eſſent, dictus rex inclytus cum ſuo exercitu in regnū ſuum ſe recepit, & ſanctiſsimus pontifex Romam reuerſus eſt.

Aiſtulphus fœdus violat.

Sed aduerſarius, & ſuæ animæ inimicus Aiſtulphus, dolore tactus intrinſecus, & damna, quæ à Frācorum rege receperat, animo reuoluēs ea quæ iuramento promiſerat, minime adimpleuit. Inſuper cum vniuerſo regni ſui populo Ro- B mam properans ipſam vndique per tres menſes obſidione vallauit, omnia quæ extra vrbis mœnia erant, igne & ferro conſumens. Inſuper & multorum ſanctorum corpora effodiens, illorū cœmeteria ſubuertit. Audiens itaque rex Pipinus hæc omnia, magno affectus dolore, iterum, vt Eccleſiæ ſubueniret, exercitus congregauit, atque Italiam intrans, more fulminis omnia demoliens, expugnatis aliquibus ciuitatibus Papiam iterum obſidet.

Pipinus iterum in Italiam venit.

Cum autem Pipinus Papiam obſideret, lega- C ti Conſtantini imperatoris ad ſua caſtra venerunt, ex parte dicti principis deprecantes, atque imperialia dona multa promittentes, ſi ciuitatē Rauennam, vel cæteras eiuſdem hexarchatus ciuitates, & caſtra imperiali reſtitueret iuriſdictione. Sed nequaquam Chriſtianiſsimus rex animum ſuum ad eorum munera, & promiſſiones inclinauit, aſſerens nulla ratione eaſdem ciuitates, quæ de iure beati Petri, & Romanæ eſſent Eccleſiæ, alterius ſe velle ſubiugare dominio, & quod nulla ſibi theſaurorum copia perſuadere poſſet, vt quod ſemel beato Petro ſuo labore de manibus Longobardorum recupera- D uerat, auferret. Quibus auditis imperiales nuncij ad propria redierunt.

Cum igitur rex Francorum Papiam acriter impugnaret, & iam obſeſsi fame & labore confecti eſſent, & vltra reſiſtere non valerent, Aiſtulphus ſuos ad regem legatos miſit, qui ex perſona ſua veniam peterent. Deinde quas in pacto prius fœdere promiſerat, ſe nunc modis omnibus profeſſus eſt, eaſdem velle reddere Romanæ Eccleſiæ ciuitates & caſtra. Cui petitioni rex annuens, nuncios ſuos, vt dictas ciuitates nomine Romani pontificis reciperent, miſit. Qui- E bus receptis, claues illarum Romam ad Papam miſit. Subſcriptas igitur vrbes, quas Aiſtulphus à iure Romanæ Eccleſiæ abſtulerat, reddidit, ſcilicet primo Rauennam, Ariminum, Piſaurū, Fanum, Ceſenas, Senogalliam, Eſium, Forum Popilij, Forumliuij, cum caſtro, Sacibium, Monteſeltri, Acceuagium, Montemlocati, Serram, Caſtrum ſancti Martini, Vrbinum, Callium, Luceolos, Eugubium, Comaclum, necnon & ciuitatem Narnienſem. Rex igitur inclytus Pipinus, atque Romanæ Eccleſiæ defenſor, poſtquam omnia pro quibus tot labores ſuſtinue- F rat, ad ius Petri reſtituit, in Franciam regreſſus eſt.

Ciuitates quas Pipinus Romanæ Eccleſiæ nomine recepit.

Aiſtulphus autem dum venationi die quadā inſiſteret, diuino nutu percuſſus, ſubito defunctus eſt. Quo defuncto Deſiderius, qui ex Longobardorum principibus ab Aiſtulpho directus erat in Tuſciam, multitudinem ſuorum congregans ſe regem Longobardorum conſtituit. Quod cæteri Longobardorum principes, qui

A.C. 75[illegible]

Deſiderius efficitur rex Longobardorum A.C. 756.

qui trans Alpes erant audientes, indignati infinitas ſuorum copias adunantes, contra illum ad dimicandum profecti ſunt. Videns ergo Deſiderius ſe non poſſe retinere, quod ceperat, niſi Romanorum & Francorum fauore vteretur, ſeu iuuaretur, ſuos nuncios ad ſummum pontificem direxit, iureiurando ſpondens omnẽ ſemper ſe adimpleturum pontificis voluntatem, ac pro Romano populo, & Romana Eccleſia pugnaturum, ſi illorum fauore, quod ceperat, regnum poſſet retinere. Tunc prudens paſtur nũcios ad Longobardorum principes direxit, rogans & obteſtans, vt à ciuilis effuſione ſanguinis abſtinerent. Cuius verbis emolliti Longobardi, ad ſua quique redierũt. Et ſic omnipotẽs Deus, diſpoſuit, vt ſine vlla armorum cõcuſsione præfatus Deſiderius regalẽ obtineret dignitatem. Qui Deo ita diſponente, ſtatim eidẽ ſummo pontifici ciuitates, quas promiſerat, reddidit, videlicet Ferrariam cum ſuo ducatu, & Fauentiam cum caſtro Tyberiaco, id eſt bagna cauallum. Demum Stephanus poſt multa bona opera, quæ fecerat dilatato Eccleſiæ ſtatu quieuit in pace. Ex decreto Stephani papæ ſic dicitur 3.q.11.ca.1. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priuſquam crimine, quo premuntur ſe exuerint: quia non eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, qui criminibus implicãtur, niſi prius ſe probauerint innocentes. Hoc tamẽ gloſſ. declarat, & in ca. ſeq. Idem 3.q.5. accuſatores 2.art. [a] Accuſatores & accuſationes, quas lege ſæculi non admittũt, & antecessores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. Nullus alienigena, aut accuſator eorum fiat aut iudex, Vnde & de Loth ſcriptum eſt, Ingreſſus es, vt aduena, nunquid vt iudices? Nullus accuſator noſtrorum ſit ſeruus, aut libertus, nulla ſuſpecta aut infamis perſona. Idem 3.q.6.cap. vltra.art. Omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi tantum ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum. Idem 3.q.4. nullus. Nullus anathematizatorum ſuſcipiatur, ſcilicet ad accuſandum. Idem 2.q.8. per ſcripta. Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce, ſi legitima & digna fuerit accuſatoris perſona, præſente videlicet eo, quem accuſare deſiderat, quia nullus abſens accuſare poteſt, nec ab aliquo accuſari.

[illegible] ſer- [illegible] nec li- [illegible] ertus, nec infa- [illegible] epiſ- [illegible] ac- [illegible] 19.

a Iure ciuili multi accuſare prohibentur, vt D. de accuſationibus lib. 48. & Cod. de his qui accuſare non poſſunt, lib. 9 videre licet, præcipue autẽ qui accuſare D. eod. hi comprehenduntur. Qui accuſare poſſunt intelligemus, ſi ſciremus, qui non poſſunt. Itaque prohibentur accuſare alij propter ſexum, vt mulier, vt pupillus, alij propter ſacramentum, vt qui ſtipendium merent, alij propter magiſtratum poteſtatémue, in qua agentes ſine fraude in ius euocari non poſſunt, alij propter delictum proprium, vt infames, alij propter turpem quæſtum, vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummosue ad accuſandum, vel non accuſandum acceperint, alij propter conditionem ſuam, vt libertini contra patronos. Cæterum per ſuos anteceſſores quos dicit accuſationes & accuſatores ſubmouiſſe, Teleſphorum intelligit, qui in epiſt. decretali, idem & iiſdem verbis ſtatuit, ſicut & Iul. in ſuis decretis cap. 5 tom. 1. Conc.

A.C. 752.

Paulus Pont. max 95 ſed. an. 10. men. 1. di. 7. A.C. 757. de quo Biblioth. Plat. & alij.

§. IIII.

EX hac luce Stephano ſubtracto, Paulus eius germanus frater põtificalem cathedram regendam ſuſcepit, anno domini 755. Sedit autem hic annis 10. menſe vno. Hic fuit natura mitiſsimus, & erga pauperes valde miſericors, adeo vt cum paucis ſibi familiaribus noctis ſilentio per domos infirmorum diſcurreret, illis neceſſaria miniſtrando. Hic corpus beatæ Petronillæ filiæ Petri apoſtoli Romam tranſtulit, & in eccleſia Apoſtolorum ſepeliuit. Fuit præterea vir iſte orthodoxæ fidei fortiſsimus defenſor. Vnde ſæpius ſui prædeceſſoris ſecutus veſtigia, nuncios miſit cum epiſtolis admonitoriis & comminatoriis ad Conſtantinum imperatorem pro reſtituendis ſanctis imaginibus in priſtinum ſtatum. Sed Auguſtus in ſua duritia perſeuerans, audire noluit, & in ſuo errore permanens catholicos inſequebatur.

D. Petronillæ corpus Romã tranſlatum.

Hoc papa præſidente, Pipinus rex Frãcorum moritur, in eccleſiaq; ſancti Dionyſij ſepelitur. Cui filius eius, fęlix victoriarum claritate, Carolus magnus, cum fratre Carolomanno ſuccedit in regno. Nam Franci Pipino defuncto magno principum & prælatorum concilio habito declarant ambos reges, ea ſcilicet conditione, vt Carolus, qui fælicitatis ſuæ magnitudine dictus eſt magnus, eam partem regni, quam Pipinus tenuerat, Carolomannus vero illam regni portionem teneret, quam quondam Carolomannus illorum patruus, frater ſcilicet Pipini antequã monachus fieret, poſſederat. Manſitque inter illos, ſcilicet Carolum magnum & Carolomannum fratres: licet cum magna difficultate, talis concordia, adeo, vt quidam eos bello inter ſe decernere meditati ſint. Sed in hoc magis Carolomannum, quàm Carolum culparunt, Deo ita diſponente, ne in illo catholico regno bella ciuilia orirentur. Poſt modicum vero tempus Carolomanno ex morbo decedẽte, Carolus magnus totius regni Franciæ tenuit monarchiam. Et illis diebus quibus Carolus adeptus eſt regnum, Paulus papa de hac luce migrauit.

Obitus Pipini regis Francorum. A.C 768.

Eo defuncto Dodo quidam, dux Nepeſinæ ciuitatis, qui magnas diuitias ſibi coaceruauerat, & multos tam ex nobilibus, quàm ex populo in ciuitate Romana fautores habebat, cõgregans tum ex ciuitate Nepeſina, tum ex aliis ciuitatibus Tuſciæ vicinis militum & peditum multitudinem in vrbem venit, vbi ex populo quibuſdam ſibi adhærentibus ſuggeſtione diabolica Conſtantinum fratrem ſuum adhuc laicum in papam elegerunt, quem cum armis & tumultu in Eccleſiam Lateranẽſem introduxerũt. Et accerſito Gregorio Pręneſtino epiſcopo, illũ compulerunt, vt dictum Conſtantinum in clericum tonſuraret. Qui cum ſe ab eis arctari vidiſſet, ſe ad pedes nefandiſsimi illius Conſtantini proſtrauit, adiurans illum per omnia diuina myſteria: vt à tam impia & nefanda præſumptione ceſſaret, ne per eum tam inaudita temeritas in

Conſtantinus ex laico in papam intruditur, vide Onuph.

A.C.767. Eccleſia Dei inciperet pullulare. Sed cũ circumſtantes armati illi, niſi hoc faceret minarentur, facta oratione illum clericum ordinauit, & ſequẽti die diaconus ordinatus ab eodem, poſtea dominica ſequẽti cum multitudine armatorum in Eccleſiam beati Petri properans, ab eodem Gregorio Prænestino epiſcopo præſentibus Albanenſi & Portuenſi epiſcopis eſt epiſcopus ordinatus ac conſecratus, & per vnius anni apoſtolicam tenuit ſedem.

Hic pſeudopontifex papatum per tyrannidem occupans, ad tantam inſaniam prolapſus eſt, vt etiam ordinationes teneret, & presbyteros octo ordinaret, & diaconos quatuor. Sed & per ipſius anni circulũ per diuerſa loca epiſcopos conſtituit octo. Prædictus vero Gregorius Præneſtinus epiſcopus poſt paucos dies peſsimo languore occupatus, totaliter immobilis factus eſt, adeo vt nunquam ab ea die, qua illum ordinauit, valuerit miſſam celebrare. Dextera eius manus aruerat, & ſic languens vitam finiuit. Cumque ſic Conſtantinus ſedem apoſtolicam inuaſam teneret, vniuerſi zelo fidei ſuccẽſi concitato tumultu hunc Conſtantinum de epiſcopali ſede deponentes, omnes vna mente, vno conſenſu coram populo Romano, Stephanum quẽdam natione Siculum virum ſanctiſsimum atque ſapientiſsimũ elegerũt anno domini 756.

Stephanus 3. Onuph. pont. max 96. ſed. an. 3. men. 5. di. 27. An. Ch. 768.

§. V.

Concilium generale in Laterane nſ. Eccleſia.

DEpoſito igitur, & degradato illo Conſtantino, qui ſibi per tyrannidem vſurpauerat papatum, coram ipſo Stephano ab omni clero & populo electo, & in eccleſia Lateranenſi conſecrato, permanſit in ſummo pontificatu ipſe Stephanus, & ſedit annis 3. menſibus 5. diebus 28. Hic in exordio ſuę ordinationis cõgregatis tam ex Italia, quã ex Gallia epiſcopis, generale Romæ concilium celebrauit in Lateranenſi Eccleſia. In quo primo ſub anathematis vinculo ſãcitum eſt, nullum ad epiſcopalem dignitatem poſſe aſcendere, niſi per diſtinctos gradus ad id peruenerit. De ipſis vero presbyteris & diaconibus ita in concilio ſtatutum eſt, vt epiſcopi, ſi qui eorum prius presbyteri aut diaconi erant, ad priſtinos gradus reciderẽt. Quod ſi iſtorum vita & doctrina à populo probata fuiſſet, placere, vt more ſolito facto decreto electionis ſuæ eius confirmationem ab apoſtolica ſede peterent. Presbyteri vero & diaconi à Conſtantino ordinati ſimili modo ad priſtinum redirent habitum. Cætera vero omnia, quæ Conſtantinus circa diuinum cultum egerat, omnia irritata ſunt præter baptiſmum & chriſma. In eodem etiam concilio actum eſt & firmatum, ſacras imagines domini Ieſu Chriſti, & beatæ Mariæ, & aliorum ſanctorum ab omnibus debere venerari, & honorari.[a] Confutata eſt etiam, dãnata, & anathematizata ſynodus illa in partibus Græciæ Conſtantino imperatore hæretico cogente celebrata, quę decreuerat dictas imagines deponendas. Et poſt hoc ſacrum Conciliũ Stephanus poſt multa bona opera in pace quieuit.

Synodus Rom. ſacras imagines recipit.

Ex cõcilio Stephani papę diſt. 79. oportebat, ſic dicitur. Oportebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana Eccleſia, iuxta quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rite ordinaretur, & in apoſtolatus culmen vnus de cardinalibus, presbyteris aut diaconibus conſecraretur.

In apoſtolat. culmine nemo niſi ex cardinalibus promoueatur, Deuſdedit. p. Anſelm. cap. 5.

Idem in c. ſeq. Nullus vnquam laicorum, aut etiam ex alio ordine præſumat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad ſacrum pontificatus ordinem promoueri.

Idem ca. ſeq. Si quis ex epiſcopis, vel monachis, vel laicis contra ſanctorum canonũ & patrum inſtituta prorumpens in gradum filiorum ſanctę Romanæ Eccleſię, id eſt presbyterorum, diaconorum, & cardinalium ire præſumpſerit, & hanc apoſtolicam ſedem inuadere quilibet ex ſupradictis tentauerit, & ad ſummum pontificatus honorem aſcendere voluerit, ipſi & ſibi fauentibus fiat perpetuum anathema.

Ordinem iudiciarum manifeſto nõ requirit. Iuo Car. li. 4. de id re ex eod. Amb. & ca. 5. ep. 1. ad Cor. Ioan. 13.

Item Stephanus papa ait 2. q. 1. de manifeſta. De manifeſta & nota plurimis cauſa, id eſt notoria, non ſunt quærendi teſtes, vt ſanctus Amb. in epiſt. ad Cor. dicit de fornicatore, exponens ſententiam apoſtoli. Iudicis inquam nõ eſt ſine accuſatore damnare, quia dominus Iudam cum fuiſſet fur, quia non eſt accuſatus, minime abiecit. Cognito autem opere iſto, pellendum illum apoſtolus de cœtu fraternitatis cenſuit. Omnes enim crimen ſciebant, nec arguebant. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat, in qua re nec teſtibus opus erat, nec tergiuerſatione aliqua poterat tegi crimen, vnde ſathanæ illum tradidit.

Adrianus pont. max. 97. ſed. an. 23. men. 10. d. 17. A.C. 772. de quo Pontif. Plat Blond. & alij Deſiderij Longobardorum regis im-probitas.

§. VI.

STephano eunti ad patres, ſucceſsit in honore ſummi pontificatus Adrianus, qui de nobiliſsimis Romanorum pontificibus traxit originem, anno domini 769. Et ſedit annis 23. menſibus 10. diebus 17. Hic fuit animo valde conſtans, fidei catholicæ ac plebis ſibi à Deo commiſſæ defenſor acerrimus, pauperum indigentium diligentiſsimam curam gerens.

Vix autẽ duo menſes à ſua ordinatione elapſi fuerant, cum rex ille iniquus Longobardorum, Fauentiam vrbem, quæ ad ius Eccleſiæ pertinebat

a Hec falſa ſynodus ſub Conſtantino impio celebrata, eſt illa, quam in Francofordienſi Cõcilio condemnatam ſcribunt Ado Vien. in Chron. & abbas Vrſpergenſis, & nonnulli alij. Fallantur enim & vehementer errant, qui ex iſtis auctoribus colligunt in Concilio Francofordienſi ſanctam ſecundam ſynodum Nicanam pro venerandis imaginibus ſub Adriano 1. celebratam, damnatam fuiſſe. Non enim hæc Nicana Synodus, ſed iſta cuius eſt hoc loco mentio ſub Conſtantino habita, reprobata eſt, quæ etiam, vt hoc loco docet Bibliothecarius & alij, ex eodem fuit damnata in hoc Concilio Romano. vide Geneb. in Chron. Sand. libr. 7. de viſib. mona. & Sur. tomo. 3. Conc.

A.C. 774.

bat abſtulit. Deinde Comaclum cum totu he- A
xarchatu Rauennæ, in ſuam tranſtulit poteſtatẽ. Poſtmodum ipſam ciuitatem Rauennam vndique infeſtans, prædis ac caſalia auferens, nihil vitae in dicta ciuitate homines viuere ac ſuſtentari poſſent, dimiſit, vnde coactus archiepiſcopus ciuitatis, qui Leo vocabatur, ſuper his malis nuncios Romam ad Adrianum direxit. Quo audito, ſicut verus Chriſti ouium paſtor ex corde compatiens ſtatim ſuos nuncios ad eundem regẽ Deſideriũ direxit, rogans & humiliter obſecrãs, vt ciuitates & caſtra, quę ipſe à iure beati Petri abſtulerat, redderet. Ad quẽ rex ille pro- B
teruus reſcripſit, quod niſi prius ipſe ſũmus põtifex ad ipſũ perſonaliter accederet, & ſecũ ſuper his colloquiũ haberet, minime eaſdẽ redderet ciuitates. Affectabat enim doloſiſsimus rex pontificis aduentum, vt ſcilicet Carolomãni filios, qui vnà cum matre poſt patris deceſſum relicta Gallia ad ſe venerant, in reges inungeret, cupiens in regno Francorum ſeminare diſcordias, & ipſum ſanctum pontificem caritate & dilectione Caroli magni regis Francorum ſeparare, vt hoc facto facilius ipſam Romanam ciuitatem cum tota Italia ſubiugaret ſuo domi- C
nio. Sed nulla arte ad hoc ſapientiſsimum pontificem adducere potuit.

Rauenna Deſiderius, ... ſibi ... vocare ... tur.

Deſiderij improbitas.

Videns ergo rex Deſiderius, quod nullo modo poſſet ſummum pontificem, vt ad ſe veniret, inclinare: ira magna ſuccenſus, miſſa militũ copioſa multitudine occupauit Senogalliam, Eſiũ, & Montemfeltri, Vrbinum & Eugubinum. In quarum expugnatione ciuitatum multi gladio perierunt. Deinde generali cõgregato exercitu, verſus vrbem Romam iter aggreditur, atque in ipſo itinere Otriculum caſtrum, & Bleram vrbẽ expugnauit. Quo comperto, ſummus pręſul ſuis D
filiis ex corde compatiens, abbatem Sabinenſem virum vtique ſanctiſsimum cum decem ex ſenioribus ſuis monachis ad regem eumdẽ miſit. Qui ad illum accedentes, ac ante eius pedes prouoluti, ex parte Dei omnipotentis, & eiuſdẽ ſummi præſulis deprecati ſunt cum lacbrymis vt à tantis reſipiſceret malis, & præfatas, quas beato Petro abſtulerat ciuitates, reſtitueret. Sed nequaquam eius ferreum pectus, & duriſsimã mentem emollire potuerunt: vnde ſine effectu ad ſummum pontificem ſunt reuerſi.

Adriani ... & ... manſue... tudo.

Cumq; ſecundo & tertio idem pontifex ſuos E
nuncios ad illum pro hoc negotio direxiſſet, nihilque proficeret, neceſsitate compulſus ad Carolum magnum, inclytum regem Francorum ſolennes nuncios miſit, obſecrans, vt ſicut piæ memoriæ pater eius Pipinus quondam fecerat, ſic & ipſe Romanæ Eccleſiæ contra Longobardorum tyrannidem ſubueniret. Deſiderius autem, cùm nulla ratione poſſet pontificem inducere ad ſe venire, vt anteſatos Carolomanni filios inungeret, egreſſus à ſuo palatio cum magno & copioſo exercitu, ſine pontificis ſcitu verſus Ro- F
mam aggreſſus eſt iter, ſecum ducens prædictos pueros vnà cum matre. Cuius aduentum cum appropinquaſſe cognoſceret præſul, primo ciuitatem Romanam optime muniuit: deinde anathematis ſcripſit epiſtolam, monens illum, & adiurans per omnia diuina myſteria, vt nullo modo fines Romanorum ingrederetur. Cũque A
rex ille ſuperbiſsimus eam recepiſſet, cum magna reuerentia ad propria eſt reuerſus, nec vltra progredi auſus.

Poſt hoc illuſtriſsimi regis Caroli legati Romam ad papam venerunt, inquirentes, ſi Deſiderius ciuitates Romanæ Eccleſiæ ablatas reſtituiſſet. Nam falſo in Francia literas ſpargi fecerat rex Longobardorũ, aſſerentes ipſum omnes ciuitates Romanæ Eccleſiæ reddidiſſe ſummo pontifici Adriano. Sed rex Carolus veritate cõperta, quod nõ reſtituiſſet dictas ciuitates, mox Deſiderio ipſe nuncios ſuos miſit, per quos de- B
precatus eſt Deſiderium, vt ciuitates ipſas ablatas redderet beato Petro, & Adriano põtifici: pacifice promittens illi dari quatuordecim millia ſolidorum. Sed cum nec precibus nec muneribus eius ferocitatem valeret flectere, cõgregata ſui regni multitudine pugnatorum contra Deſiderium mouit exercitum. Cum autem rex Carolus ad fines Italiæ perueniſſet, cupiens, ſi valeret beati Petri cauſam ad effectum iuſtitiæ ſine ſanguinis effuſione deducere, iterum per religioſos viros Deſiderium requiri fecit, vt iura beati Petri reſtitueret. Sed cum nullatenus malignã eius C
mentem poſſet inflectere, ſed ad reſiſtendũ potentiſsime ſe armaret, & munito Alpium trãſitu Francis tranſitum prohiberet, adeo vt videretur humanis viribus Francorum regem ad plana Italiæ cum ſuis copiis vllo modo non poſſe deſcẽdere, Deus, qui sẽper ſuperbis reſiſtit, eius ſuperbiã contumacẽ dextera ſuę virtutis humiliauit.

Deſiderius rex Lõgobardorũ terretur anathemate.

Alpes diuinitus Carolo magno patefiunt.

Nam cum Carolus cum ſuis ſe poſſe tranſire montes deſperaret, ac ad propria ſequenti die ad reditum ſe diſponeret, ſubito Lõgobardi diuino timore perculſi, nocte eadem relictis munitionibus, quæ humana manu nullatenus expu- D
gnari potuiſſent, nullo perſequente fugerunt, atque ſe in ſuis ciuitatibus munire cœperunt. Carolus autem mane facto, dum vidiſſet munitiones deſertas à Longobardis, collecto exercitu ad plana deſcẽdit Italiæ ſine cõtradictione. Cui Deſiderius rex cum ſuis Longobardis non dubitauit occurrere. Sed Deo volente commiſſo prælio vincitur, multiſq; ſuorum amiſsis Deſiderius fugatur. Carolus autem potitus victoria ipſum Deſiderium inſecutus, ciuitatẽ ipſam Papiæ, quam fuerat ingreſſus Deſiderius fugiens, vndique obſidione vallauit. Sed audiens, quòd E
Deſiderij filius ſe cum vxore Carolomãni & filus Veronam recepiſſet, ipſe cum robore ſui exercitus illuc properauit. Qui cum veniſſet ad locum dicta mulier, olim ſcilicet vxor Carolomãni cum filiis ſuis propria voluntate illico ad regem venit. Quos benigne ſuſcipiens, Papiam ad obſidionem reuerſus eſt. Quibus diebus omnes ciuitates, quę vltra Padum erant in ſuam redegit poteſtatem.

Carolus magnus ingreditur Italiã cum exercitu, & Deſiderium ſuperat.

Cum igitur iam per ſex menſes Papiam obſediſſet, deſiderio viſitandi apoſtolorum limina F
relicto exercitu, Romam profectus eſt. Cum autem ſabbato ſancto vrbi appropinquaſſet, ob apoſtolorum reuerentiam, & aliorum ſanctorũ, qui Romæ requieſcunt, ex equo deſcẽdens, per vnum miliare pedes cum multa deuotione ingreſſus eſt. Et cum ad gradus Eccleſiæ beati Petri veniſſet, omnes gradus dictæ Eccleſiæ ſicut aſcendebat cum multis lachrymis deoſculans,

ad

A.C.774.

A ad Adrianum papam, qui illum cum clero in atrio dictæ eccleſiæ expectabat, peruenit. A quo cum multa ſolennitate receptus ambo pariter eccleſiam intrauerunt. Cum autem aliquot diebus Romæ reſediſſet, viſitatis apoſtolorum liminibus, & aliorum ſanctorum, ad exercitum reuerſus eſt.

Ticinum ſeu Papia à Carolo magno capitur. A.C.774.

Decimo demum menſe cum Franci foris vrbem vehementer vrgerent, intus vero fames & peſtilentia graſſarentur, ciuitas capitur, & Deſiderius cum vxore & filiis cõprehenditur. Qui Caroli magni regis ordinatione in Galliam deportatur. B Sicque regnum Longobardorum in Italia terminatum eſt, poſt annos ducentos quatuor, ex quo in Italia regnare cœperunt. Agiſulphus (aliàs Aldegiſius) autẽ Deſiderij filius, qui Veronæ tunc erat, audiens patrem captũ, de cætero deſperans Caroli gẽtibus poſſe reſiſtere in Italia, cum paucis familiaribus ſuis Conſtantinopolim ad Græcos confugit. Denique omni Italia ſubiugata Carolus Romam rediit. Ibique omnia, quæ Lõgobardorũ reges, ſiue ab eccleſia ſeu à Romanorũ iure abſtulerant, reſtituit in integrũ, adiũctis ducatu Spoletano & Beneuẽtano.

Qᴣomodo ius eligẽdi Ro. Pontif. ſit Carolo magno collatum Iuo Carnot. id refert. lib. 8. de elect. Pontif.

[a] Summus autem pontifex conuocato centũ C quinquaginta epiſcoporum concilio pro tantorum recompenſatione laborũ, conſentiente vniuerſa ſynodo, Carolo magno ius eligendi pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem, dignitatem etiam patriciatus tribuit, vt infra patet. De Adriano iſto papa ſic habetur diſt. 63. ca. Adrianus, ex hiſtoria eccleſiaſtica. Adrianus papa Romam venire Carolum regem ad defendẽdas res Eccleſiæ poſtulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obſedit, ibique relicto exercitu in ſancta reſurrectione ab Adriano papa Romæ honorifice ſuſceptus eſt. D Poſt ſanctam vero reſurrectionem reuerſus Papiam cepit Deſideriũ regem. Deinde Romam reuerſus conſtituit ibi ſynodum cum Adriano papa, in patriarchio Lateranenſi in eccleſia ſancti Saluatoris. Quæ ſynodus celebrata eſt à centum quinquaginta epiſcopis religioſis & abbatibus. Adrianus autem papa cum vniuerſa ſynodo tradiderunt Carolo ius & poteſtatem eligendi pontificem, & apoſtolicam ſedem, dignitatémque patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper archiepiſcopos, & epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere definiuit. Et vt niſi à rege [laudetur &] inueſtiatur epiſcopus, à nemine conſe- E cretur. Et quicunque contra hoc decretum fecerit, anathematis vinculo innodauit, & niſi reſipiſceret, bona eius publicari præcepit.

Sub iſto Adriano papa Feliciana hæreſis cõdemnatur, & in præſentia Adriani papæ ab ipſo Felice authore abdicatur. Hæc hæreſis aſſerebat filium Dei in diuina natura verum Deum eſſe, in natura vero humana nuncupatiuum. Item in diuina natura eum eſſe filium Dei, in humana vero adoptiuum, vnam perſonam Dei & hominis diuidens in duas perſonas, ſcilicet veri filij, & adoptiui. Hic etiam ad reprimendam rabiem hæreticorum, imagines Dei & ſanctorum execrantium, nimis elaborauit, & [b] libros aduerſus eos edidit, multis ſcripturarũ authoritatibus roboratos, & eorum errores infirmantes, fidémque rectam ſolidauit.

Anathema apud Deũ ſit, qui cenſuram Romanorũ pontificũ violat. Deuſdedit par. 3. 4.

B Adrianus papa 25. q. 1. generali. ſic ait. Generali decreto cenſemus, & conſtituimus, vt execrãdũ anathema ſit, & velut præuaricator fidei catholicæ ſemper apud Deum reus exiſtat, quicũque regum, ſeu epiſcoporum, vel potentum deinceps Romanorum pontificum decretorũ cenſuram, in quo quã crediderit, vel permiſerit violandam. Idem 6. q. 1. ex merito, ait. Ex merito plebis nonnunquam epiſcopi deprauantur, id eſt, praui inſtituuntur, quatenus procliuius cadant, qui ſequuntur. Capite langueſcente, cætera corporis membra inficiuntur, deterioréſque fiunt, C qui vitam moréſque bonorum corrumpunt, iis qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Caueat itaque vnuſquiſque, ne aut linguam aut aures habeat pruriẽtes, id eſt, ne ipſe aliis detrahat, aut aliis detrahentes audiat. Sedẽs (inquit propheta) aduerſus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalum &c. Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, vt ſciãt quia cuncti, qui de aliis loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium ſingulorum ſit dilectiſſimi, nõ ſo- D lum oculos caſtos ſeruare, ſed linguã. Nec quid in domo cuiuſquã agatur, alia domus vnquam per eos nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nec cuiquã machinentur dolos & ſerpentis aſtutiam, ne aliorũ ſupplantẽtur inſidiis.

Puniatur qui aliis falſa intulerit. Anſ. li. 3. ca. 92.

Idem 5. q. 6. omnis. Omnis, qui aliis falſa intulerit puniatur, & pro falſitate ferat infamiam, & c. ſeq. Qui calũniã illatã nõ probat, pœnã debet incurrere, quã ſi probaſſet, reus vtique ſuſtineret. Idem 5. q. 6. delatori. Delatori, id eſt falſo accuſatori, lingua capuletur, aut cõuicto caput amputetur. Delatores autem ſunt, qui ex inuidia alios produnt, ſcilicet falſo accuſando. Et vt di- E cit gl. docet, quid iudex debẽt in huiuſmodi facere, non quòd Eccleſia occidat vel mutilet.

Idem 5. q. 1. c. r. [c] Qui in alterius infamiam po-

a Blondus hanc conceſſionem à Leone 3. factam fuiſſe proditum ait, his verbis. Tradunt multi & hi maxime, qui omnium fuerunt vltimi ſcriptores, conceſſiſſe Leonem Carolo ius Pontificum Romanorum epiſcoporúmque per orbem eligendorum. Sed cum nec Bibliothecarius, nec Alcuinus, nec etiam Sichardus, id habeant, adduci non poſſum, vt credam modeſtiſſimum imperatorem voluiſſe tantum onus etiam oblatum accipere. Cõſtátq; Stephanũ, qui Leoni ſucceſſit à clero Romano fuiſſe creatum.

De libro Eli. Phili. Carolo magno falſo adſcripto.

b Cum in Græcia maxime hoc ſæculo Iconomachorum hæreſis ferueret, nonnulli etiam in occidẽte huic errori patrocinari ſunt viſi, inter quos homuncio quidam ad Carolum magnum de imaginibus tollendis ſcripſit, quem librum hæretici ſub nomine Caroli magni nobis venditant, cum tamen F *nihil minus hic liber ſapiat quàm Caroli magni vere Catholici & optimi principis animum: hunc tamen libellum quicunque tandem eius auctor ſit, doctiſſimus pontifex & vere Catholicus põtifex Adrianus confutauit, quem etiam Sur. tom 3. Concil. edidit, cuius hoc loco à D. Anto. fit mentio. Vide Sur. in præf. illius operis Adriani, & in hiſtor.*

c Legibus duod. Tabul. capitale erat carmen in alterius

A.C. 789.

alterius infamiam ſcribere, vt in 4. Tuſ. & in 4. de rep. tradidit M. T. & poſt eum D. Aug. in 2. de ciui. ca. 9. Vnde poſtea iure ciuili multa conſtituta ſunt aduerſus eos, qui famoſos libros condiderint, vt quæ habentur li. 4. Inſtit. de iniurijs §. iniuriã. & D. eodem l. lex Cornelia, §. ſi quis librũ. & Cod. de famoſis libellis l. ſi quis inquit famoſam libellũ, ſiue in publico, ſiue in quocunque loco ignarus re pererit, aut corrumpat priuſquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si vero non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igni conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum.

De famoſis libellis.

B

blice ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta non probauerit, flagelletur. Et qui eam prius inuenerit, rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere.

Idem 5. q. 3. in criminalibus. In criminalibus cauſis nec accuſator aliquem, niſi per ſe accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur. gloſ. ponit aliquas exceptiones. Idem 6. q. 1. c. 2. Omnes infames dicimus eſſe, [a] quos leges ſæculi infames appellant, & C omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe nõ poſſunt, quod ipſi ſunt, quoniam ſicut maiores à minoribus non iudicantur, ita nec criminari poſſunt. Poſt Adrianũ creatus eſt Leo, qui imperiũ dedit Carolo. Sed de his dicetur in titu. ſequenti.

Criminaliter accuſatus vel accuſans per ſe experiatur. ibi. c. 38.

a Multis nominibus aliquis iure ciuili infamis & eſt & dicitur. D. de his qui notãtur infamia, & de publicis iudicijs. l. infamia. & Cod. ex quibus cauſis infamia irrogetur.

De S. Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo, cuius vitam ab auctore Anonymo ſcriptam ſed fide digno, Sur. 3. tomo habet. ſcripſerunt de multis alij, quos notat Trittemius in Catal. & Vuicellius in Hagiologio. Vide Mol. in Marty.

§. VII.

TEmporibus prædictorum pontificum claruit Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus, qui miſſus ad prædicandum Germaniam à Grego. 2. Teutonicos ſua doctrina & operibus ſanctis conuertit ad Chriſtum, demum martyrio coronatus migrauit ad Chriſtum. Reperiuntur quædam epiſtolæ eius, vnde comprehenditur ſanctitas eius, & zelus animarum.

Et diſ. 40. c. ſi papa ex digeſtis Bonifacij martyris, ſic dicitur. Si papa ſuæ & fraternæ ſalutis, negligens deprehenditur, inutilis & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus, huius culpas iſthic redarguere præſumat mortalium nullus, quia cũctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iu

Damnatur Apoſtolicus ſuæ & fraternæ ſalutis negligens. Deuſdedit li. 1. c. 131. vide nouũ decretum.

A dicandus, niſi deprehendatur à fide deuius. Pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deũ, ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

A.C. 796.

Idem Bonifacius ſcribens Zachariæ papę ſic ait, 11. q. 3. anteceſſor. Anteceſſor prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbũ Dei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me aſtrinxit, vt canonicis & iuſtis epiſcopis, & preſbyteris in verbo, facto, & conſenſu adſtipulator & adiutor fierem. hoc autẽ cum diuina gratia implere ſtudui. Falſos autem ſacerdotes, hypocritas & ſeductores populorum, vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem ab eorum communione. Quod ex parte ſeruaui, & ex parte ſeruare non potui. Sed & ſpiritualiter impleui ſacramentũ, quia in cõſenſum, & in conſilium eorum non venit anima mea. Corporaliter autem [omnino] ab eis abſtinere non potui. Dum enim veniſſem ad principem Francorum, cogente Eccleſiarum neceſſitate, non tales ibi reperi, quales volui: ſed tamen in ſancta communione [corporis Chriſti] cũ illis non communicaui. Et intelligitur hoc capitulũ de hæreticis & ſchiſmaticis, & excõmunicatis quo ad vitandum eos, quod patet ex ca. ſeq. vbi Zacharias reſpondet ipſi Bonifacio.

Bonifacius ſe nõ communicaturũ cũ excõmunicatis à pſeudoepiſcopis iurauit. Bonifa. in epiſt. quæ eſt apud Sur. & MS.

Idem Bonifacius conſuluit Zachariam papã, vt cum eſſet iam ſenex & debilis, poſſet in ipſa Eccleſia Moguntina, vbi erat archiepiſcopus, conſtituere alium idoneum loco ſui. Cui Zacharias reſpondet, quod nimis eſſet reprehenſibile, vt ipſo viuente alius ſubſtituatur. Sed ex gratia ſingulari propter ſuam ſanctitatem, ei concedit, D vt poſſit aſſumere coadiutorem ad miniſterium, ordinando eum epiſcopum, quem decedẽs poſſit conſtituere ſucceſſorem, quod de iure nulli conceditur epiſcopo, & prælato 7. q. 1. petiſti.

Zacharias cõcedit Bonifacio, vt poſſit eligere coadiutorẽ, ibid. ep. 6.

Ideo regi Anglorum ſcribens ſic ait, diſ. 56. ſi gens. Si gens Anglorum, ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis in improperium nobis obiicitur; ſpretis legalibus cõnubiis adulterando & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit, de tali cõmixtione meretricum exiſtimandum eſt de- E generes populos, & ignobiles, & furentes libidine omnes fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & nouiſsime nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem, nec honorabilẽ hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturã, ſicut aliis gentis Hiſpaniæ & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit, quæ ſic à Deo recedẽtes fornicatæ ſunt, donec iudex talium criminũ vltrices pœnas per ignorantes leges Dei, id eſt per Saracenos venire & ſæuire permiſit.

F Sed & Helinandus, vt refert Vinc. ſpec. hiſt. lib. 24. ſic ait de iſto Bonifacio. Hic Bonifacius natione Anglus huiuſmodi epiſtolam ſcripſit Ethobaldo regi Anglorũ. Domino chariſsimo Ethobaldo Bonifacius archiepiſcopus legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ, perpetuam in Chriſto caritatis ſalutem. Audiuimus, quod elee

Epiſtola S. Bonifacij ad Ethobaldũ Anglorũ regem, ex Vinc. lib. 23. ca. 157.

mosynis

A.C. 796.

A

moſynis intentus furta & rapinam prohibes, & pacem diligis,& pauperum & viduarum defenſor es,& inde Deo gratias agimus. Quod vero legitimum matrimonium ſpernis, ſi pro caſtitate faceres,laudabile eſſet,ſed quia in luxuria & adulterio , & cum ſanctimonialibus volutaris, vituperabile eſt. Quapropter,fili cariſsime,pœnitere,& memorate quàm turpe ſit,tu qui in domo Dei dominaris,ad iniuriam eius ſis libidinis ſeruus. Audiuimus preterea,quod optimates omnes gentis Merciorum , exemplo tuo legitimas vxores deſerant,& adulteras & ſanctimoniales

Mulieres caſtitatē prodētes quā acerbe in Germania puniebantur.

B

conſtuprent : quod quàm ſit ab honeſtate peregrinum,doceat vos alienæ gentis inſtitutio. Nā in antiqua Saxonia,vbi nulla eſt Chriſti cognitio,ſi virgo in paterna domo , vel maritata ſub coniuge fuerit adulterata,manu propria ſtrangulatam cremant,& ſuper foſſam ſepulturæ corruptorem ſuſpendunt,aut cingulo tenus veſtibus abſciſsis flagellant eam caſtæ matronæ , & cultellis pungunt, & de villa in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes , donec interimant. Vuinidi quoque (quod eſt fœdiſsimum genus hominum) hunc habent morem, vt marito mortuo mulier ſe in rogum cremari pariter arſuta præcipitet. Si ergo gentes Deum ignorantes zelum caſtimoniæ habent , quid tibi conuenit,fili cariſsime,qui Chriſtianus es,& rex?

C

Parce ergo animæ tuæ, parce & multitudini populi,tuo pereuntis exemplo,de quorum animabus redditurus es rationem. Recogita quæſo, quàm terribilem vindictam Deus in anteriores reges exercuerit eius culpæ,cuius te arguimus ſocios & conſocios. Nam Celredum prædeceſſorem tuum ſtupratorem ſanctimonialium,eccleſiaſticorum priuilegiorum fractorem,ſplendide cum ſuis militibus epulantem ſpiritus arripuit malignus, & ſine confeſsione & viatico cum diabolo ſermocinanti, & legem Dei deteſtanti animam extorſit.

Reges Angliæ libidinibus ſeruiētes male pereunt.

D

Hoſredum quoque regem Deirorum , & Berniciorum earumdem culparum reum,ita effrænem egit,vt regnum & iuuenilem ætatem contemptibili morte amitteret. Obteſtamur igitur , & obſecramus te , vt recorderis, quàm fugitiua ſit vita præſens , & delectatio ſpurcæ carnis: per quam æterni cruciatus emuntur,& quàm ignominioſum ſit , vt breuis vitæ mala exempla in perpetuum poſteris relinquas.

E

Ex his inquit Vincentius vbi ſupra perpendi poteſt,& beati viri prudentia,& libertas ſpiritus peccata regum & principum publice arguendi,per quam cum præſentis vitæ ſanctimonia meruit ad coronam & gloriam martyrij fęliciter peruenire. Cui ſucceſsit ſanctus Lullus, de quo verſus:

S. Lullus colit. 16. Octob de quo tom. 5. Sur.

Antiſtes Lullus,quo non eſt ſanctior vllus,
Pollens diuina tribuente Deo medicina:
Occurrit morbis,vt totus prædicat orbis.

Præfatus autem Bonifacius cum ſociis ſuis in Phryſia pro fide Chriſti fuit ab inimicis fidei martyrizatus,& ſepultus in Thuringia in monaſterio,quod ipſe fundauerat.

F

S Bonifacius colitur die 5. Iun.

Leo 3. Pont. max. 98. ſed. an. 20. men. 5. di. 18. An. Ch. 796. de quo Plat. Biblioth. & libri Pontificales MS.

A.C. 796

§. VIII.

DEfuncto Adriano, in ſede Petri collocatus eſt Leo, natione Romanus , anno domini 793. Fuit autem tertius huius nominis Leo. Qui ſedit annis viginti,& menſibus tribus , vir vtique caſtus, loquela facundus, animo conſtās, pauperibus largus, animarum zelator feruentiſſimus, vitiorum ſeueriſsimus obiurgator, & rerum eccleſiaſticarum defenſor & conſeruator. Hic ſeptimo anno pontificatus ſui, ſcilicet anno domini 801. cum ſolennitatem litaniarum per Romam cum eleto deuote ageret, quidam Paſchalis nomine cum quibuſdam filiis diaboli ſibi adhærentibus,congregata multitudine armatorum Papam ſubito capiunt, atque ſacro exutum habitu ad terram proiiciunt,ac illi crudeliter linguam excidunt , & oculos eruunt , multiſque illatis vulńeribus in ſuo ſanguine volutatum relinquunt. Sed diuinitùs & lingua ei , & oculi reſtituti ſunt. Qui à fidelibus ad Eccleſiā beati Petri deductus eſt. Et videntes omnes , & audiētes mirabilia, quæ Chriſtus in vicario ſuo operatus eſt, glorificabant Deum dicentes. Benedictus Deus , qui facit mirabilia magna ſolus.

Pontifici oculi & lingua diuinitus reſtituūtur. Biblioth. Blond. & alij.

Pſal. 71.

Audiens autem dux Spoletanæ ciuitatis, quæ in ſummum pontificem maligni homines perpetrarant, cum multitudine armatorum venit ad vrbem,& accipiens beatum pontificem ſecum Spoletum abduxit. Vbi cum aliquot diebus māſiſſet , aſſumpta honeſta comitiua clericorum, ad Carolum magnum regem Francorum profectus eſt. Quem aduenientem cum hymnis & canticis honorabiliter & reuerenter rex ſuſcepit. Et videns mirabilia, quæ in eo Deus operatus eſt , profuſis lachrymis Deum glorificauit, hi autem , qui tam immane ſcelus ſacrilegij in eum commiſerant, audientes pontificem ad regem Francorum acceſsiſſe , non ſunt auſi illum ſequi, ſed multa falſo confingētes crimina, per ſuus nuncios regi tranſmiſerunt. Quibus, vt decebat minime fidem adhibens, ipſum ſummum præſulem multis nobilibus Francorum aſſociatum, ad ſedem ſuam Romam remiſit , à quibus tanquam Apoſtolicus ſuſceptus in ſede ſua collocatus eſt.

Cum autem diebus paucis quieuiſſet pontifex, vt ſe de impoſitis ſibi criminibus coram rege & optimatibus , omnique Romano populo purgaret, omnes Italiæ epiſcopos congregauit, atque coram ipſo rege, cunctiſque reſidentibus in Eccleſia beati Petri venerabilis pontifex amplectens quatuor euangelia in ambonem aſcendit, atque iureiurando omnibus audientibus dixit. Quia de ipſis falſis criminibus , de quibus aliqui iniqui me infamauerunt , ſcientiam non habeo, nec talia me egiſſe cognoſco. Carolus autem cauſa coniurationis contra Leonem papam examinata, reos damnat aliquos morte, alios exilio. Vnde de ſeipſo Leo inquit vt habetur 2. q. 5. auditum. Auditum eſt fratres cariſsimi, qualiter in me mali homines falſa crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo pontifex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ , purifico me in conſpectu

Carolus magnus reſtituit Leonē papam in ſedem ſuā.

ſpectu veſtro coram Deo & angelis eius, quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrare iuſſi. Hoc autem faciens non legem præſcribo cæteris, quia id facere cogantur. Hæc ibi. [a] Qualiter aũt Leo papa coronauit Carolũ ipsũ corona imperij dicetur in titulo ſequenti.

a Si ſeptimo ſæculo, vt hæretici garriunt, Eccleſia Romana errorum ſouea multi ipſa eſt, neceſſe profectò eſt, eam hoc ſæculo inſigni atque a clade & calamitate fuiſſe oppreſſam. Nam de his, qui ſectas B *introducunt, dicit de D. Petri in 2. Epiſt. cap. 2. cur ſibi celerem perditionem ſuperinducere, eorum perditionem non dormitare: tantum abeſt autem vt hoc octauo ſæculo Eccleſia Romana collapſa ſit, vt eius dignitas & præſtantia maximè fuerit vtraque ſæculis antea ſæculis illuſtrata. Nam ſi opes & potentiam inſpiciamus, Italia penè vniuerſa fuit eius Dominio: poteſtatique reſtituta, ſi eius authoritatem exiſtimationemque conſideremus, eam potentiſſimi, maximique Reges, & ſine controuerſia optimi, Pipinus & Carolus Magnus ſingulari reuerentia, honoreque coluerunt. Si doctrinam quæramus habuit hæc eccleſia hoc ſæculo Pontifices, vera totius mũdi lumina Gregorium 2. Zachariam & Hadrianum & alios Græce Latineque, vt ex ipſorum & veterum monumentis conſtat doctiſſimos. Si vitæ ſanctitatem deſideremus, quæ ſcripſerunt de eis ſcriptores, eorũ fidem, religionem liberalitatem, manſuetudinem, & cæteras virtutes prædicant. Adde etiam eorum vitæ longitudinem: nullo enim ſæculo pontifices, qui tam diu vixerint reperies. Adde eorundem fœlicitatem: nam de hoſtibus ſuis Lõgobardis & Græcis imperatoribus, per ſuos quaſi adminiſtros & clientes Francorum reges triumpharunt. Adde rerum geſtarum gloriam Niceorum auctoritate ad nobiliſſimam illuſtriſſimãque familiã clariſſimũ Francorũ regnũ, ſine cæde & cruore tranſlatum eſt, & imperium occidentale, quod ad noſtra vſque tempora aliquam illius veteris Romani imperij formam & ſpeciem retinet eſt conſtitutum. Denique Germaniæ illa maximè pars quæ noſtro ſæculo a fide defecit Catholica, Saxonia videlicet & Turingia S. Bonifacij prædicationibus fidem Romanæ eccleſiæ eſt amplexa. Quare cum Paul. 2. Tim. 3. dicat de omnibus hæreticis, vltra non proficient, inſipientia enim eorum manifeſta erit: ſi iſtud D. Pauli dictum tueri volumus, Romanã fidem, quæ hoc ſæculo in partibus Septentrionalibus profecit, non fuiſſe vllo errore vel hæreſi ſeptimo contaminatam, conſtantiſſimè credendum eſt.*

Philippicus 32. In oriẽte imperator imp. an. 2. m. 9. d. 7. A.C. 712. de quo Dia lib. 20 Zon. Bed. & alij.

Cap. II.

PHILIPPICVS igitur, qui & Bardane poſtquam ſibi vſurpauit imperium occiſo Iuſtiniano & filio eius, regnauit annis 2. Cœpit autem regnare anno dom. 713. Mũdi vero quater mille. 676. ſecundum vnam computationem ſecundum verò aliam, quæ ponit multo maio-

A rem numerum: anno quinquies mil. 912. Huius anno primo Grimoaldus Leodij ante altare ſancti Lamberti orans, vt refert Vinc. poſt Sigebert. à Mangario (alias Ranigatio) ſatellite Radbodi ducis Phryſonum perimitur, & Theodoaldus filius Drogonis, ab auo ſuo Pipino maior domus ſtatuitur. A.C. 715.

Philippicus autẽ imperator præfatus, vt refert Vincen. poſt Hug. ſpe. hiſt. lib. 24. cum eſſet hæreticus Cyrum Conſtantinopolitanum epiſcopum exilio relegauit, & poſuit in eadem ſede quemdam ſui ſenſus pſeudomonachum B nomine Ioannem. Ipſe etiam Philippicus Romæ Conſtantino Papæ litteras praui dogmatis deſtinauit. Quas vir ſanctus cum conſilio Romani populi reſpuit, & præcepit, ne eius nomen in chartis poneretur [aut percuſſura ſolidorum reciperetur, aut nomen eius ad Miſſarum ſolemnia recitaretur]. Et dum imperaſſet Philippicus vno anno & dimidio, inſurrexit contra eum Anaſtaſius, qui illum oculis priuauit, & ab imperiali dignitate deponens eius ſibi vendicauit imperium. Philippic⁹ imperio deiicitur.

C Anaſtaſius Artemius imp. 33. imp. an. 1. m. 3. A.C. 715 de quo Diac. lib. 20. Zon. & alij.

§. I.

ANaſtaſios igitur, qui & Arthemios eſt dictus, poſtquam à Philippico ſibi vſurpauit imperium duobus annis imperauit. Cœpit autem imperare anno domini. 715. Mundi verò quater mil. 678. Sed ſecũdum aliam computationem anno quinquies mil. 914. Hic itaque D cum eſſet catholicus, literas Conſtantino Papæ per Scolaſticum patritium hexarchum Italię deſtinauit, quibus ſe fautorem catholicæ fidei & ſexti concilij prædicatorem eſſe declarauit. Denique claſſem in Alexandriam contra Saracenos direxit. Cuius exercitus ad aliud verſus conſilium, ab itinere medio Conſtantinopolitanam vrbem ingreſſus, Theodoſium virum orthodoxum inquirens imperatorem elegit, & coactum imperiali ſolio collocauit. Qui Theodoſius vrbem Nicenam graui prælio ſuperauit ſecundum Vinc. poſt Hug. vE bi ſupra.

Eo tempore floruit ſanctus Albinus Andegauenſis epiſcopus Hic veneticæ regionis Oceam Britanniei confinis indigena, non exiguis parentibus oriundus à iuuentute ſua tanto fidei feruore flagrauit, vt parentes ſponte pro Chriſto relinqueret, & velut hoſtes animę carnales affectus effugeret vt totum animum in cœleſti patre plantaret. Moxque in Obiallacenſi monaſterio humiliter ſe maioribus ſubdidit, vt iam in iuuenili tyrocinio exemplum F ſenectutis cæteris eſſet. Denique cum adhuc puerulus in abbatis ſui obſequium per pagum ambularet, applicuit ad quemdam locum, vbi tanię detonuit violentia tempeſtatis, tantumque pluuialis imber ſe effudit, vt ipſam domũ in qua erat, nec ſua tecta defenderent. Cũque præ magnitudine pluuiæ caſæ pro campo ſtarent madefactis omnibus, qui in eodem loco Vinc. poſt Sigeb. & Hug. cap. 139 & 144.

A.C. 712.

etabr derenti hoſpitio ſolum beatum Albinum A tunc iubet tangere expauit, quia ibi flammá fidei ſentit ne iniuriam faceret ſe gutta detorſis. Cum autem eſſet annorum triginta quinque monaſterij rector & pius paſtor eligitur, ad vitia reſecanda ſolicitus, & ad inſeranda bona cęleſtia circunſpect^9. Sicq́; in abbatię officio per vigintiquinque annos congregationem ſibi commiſſam feliciter gubernauit.

Creat^9 epiſcop^9 Andegauẽſis

Deinde Andegauis paſtore nudatis ab omni populo (licet humiliter renitens) ad pontificatum eſt vocatus. Qui honorem debiti ſacerdotij conſecutus, ſe miſericordem in eleemoſynis pauperum, in defenſione ciuium, in viſi- B tatione languentium, in redemptione captiuorum prębuit. Hic adoleſcentem defunctum audiens à parentibus deplorari occurrens, vt mortuum viuum erigeret, ſe in oratione proſtrauit, & incumbens diutius orauit. Et dum palleſceret iacens ſacerdos in puluere, animæ viuacitas rubeſcebat in corpore: donec pulſato cælo, patefacto tartaro iuuenis reuocaretur à funere ſacerdos à præce. Item quemdam cœcum ſigno crucis illuminauit.

Itẽ cum ad ciuitatem Veneticam ipſe vir Apoſtolicus acceſſiſſet, vno ex obſequentibus C adoleſcentulo, quem pro morum qualitate peculiarius diligebat, in loco defuncto atque ſepulto poſt annum eius corpuſculum inde ſublatum pſallendo ad propria reuocabat. Tunc remorante eo cauſa vtilitatis voluerunt ſeruiẽtes prius corpus mouere, quam ſacerdos occurreret: ſed tanto pondere ſit grauatum vt ante potuiſſent gigantea membra penſare, quòd puerile corpus ſufferre, donec antiſtes veniẽs ſolueret oratione, quod illi conglobati non poterant mouere.

Cum autem in ciuitate Andegana turris D portę cohęrens damnatis eſſet carcer effecta, præiereunte beato Albino fiebat inſolenna de vocibus incluſorum. Tunc ad iudicem precator accedit, rogans, vt eos pietatis cauſa de cuſtodia relaxaretur. Quod cum ille aure ſurda differret, mox pontifex ad Deũ ſe fida petitione conuertẽs, eam familiares voces ingeſſit; vt in loco, quo ſanctus Albinus orationem effudit miræ magnitudinis ſaxeus quadrus exiliens, portæ aditum faceret cathenatis, quia ante eius præcem ſoliditatem ſuam lapis ſeruare non potuit. Hinc egreſſi quaſi de ſepulchro E viuentes, in baſilica beati Maurilij Domino Albino gratias referentes, ſe ad eius veſtigia proſtrauerunt, eo quòd ſuſpectos de funere redire fecerat ad ſalutem.

Super quandam etiam demoniacam ſignũ crucis faciens, ab ea dæmonem effugauit. [Denique ad cumulum cœleſtis gratiæ conquirendum, inceſtarum nuptiarum copulationis iura condemnans B. Ioannis irreprehenſibilis imitator quanta ſuſtinuerit nullus digne poterit explicare] Siquidem martyr Dei effici cupiebat, ſi non defuiſſet dextera percuſſoris. F Hic demum ſanctus virtutum floribus adornatus annis viginti, & menſibus ſex pontificalẽ apicem gubernans, & octogeſimum ætatis annum fæliciter explens Cal. Martij migrauit ad dominum.

A Theodoſius Adramytenus Pop. Rom. imp. 34. imp. m. 7. d. 6. A.C. 716. de quo Diac. Zon. & alij Vinc. lib. 23. cap. 14.

A.C. 716.

§. II.

Theodoſius exinde Anaſtaſium de imperio deponens, eumq́ue presbyterum ordinãs, B imperauit anno vno. Cœpit autem imperare anno Domini 716. ſecundum Vinc. poſt Sigeſbertum vbi ſupra. Qui cum fuiſſet iners & idiota, & publicorum negotiorum exactor, vi compulſus eſt ab exercitu imperium aſſumere.

En tempore Rathnldus alias Rothboldus vel Radbodus dux Phryſonum prædicatione Vulfranni epiſcopi ad hoc adductus eſt, vt baptizari peteret. Et cum vnum pedem in lauacro intinxiſſet, alterum pedem retrahens interrogauit, vbinam plures maiorum ſuorum eſſent in paradiſo, an in inferno. Et audiens plu- C res eſſe in inferno intinctum pedem retrahens ſanius eſt (inquit) vt plures, quàm pauciores ſequar. Et ita ludificatus eſt à dæmone promittente ei, quòd die tertia abhinc incomparabilia bona ei daret, ſed ipſa die tertia ſubita & æterna morte periit.

Hic Vulfrãnus vt refert Vinc. ex geſtis eius ſpe. hiſt. lib. 24. Senonẽſis epiſcopus ex territorio Vaſtenenſi fuit, Cuius pater Vulherrus in aula regis Dagoberti militauit. Hic Vulfrannus in viſu admonitus eſt, vt gẽti Phryſonum verbum Dei prædicaret quod vt faceret, iuit D tunc ad monaſterium Fontanellam, cuius pater erat Albertus Rothomagenſis poſtea epiſcopus de quo monaſterio cooperatores ſecũ ad prædicandum aſſumpſit. Qui dum Phryſiam nauigarẽt, & eſſent in medio mari, quod adiacet regioni Morinorum adfuit hora, qua miſſam cantaret, ſanctus Vulfrannus naui manẽte immobili poſitis anchoris. Denique dum ventum eſſet ad locum, quo miniſter offerre patenam debebat præſuli ſancto præſul manu extenſa eam expectabat. Sed dum miniſter eã abluere vellet: in mare cecidit, proſtratuſq́ue E pedibus ſancti veniam præcabatur. Qui mittens eum ad locum, vnde ceciderat hoc effecit vt patena ab imo maris reuecta manui miniſtri cohęret.

Poſt hæc filius Radboldi ducis à beato baptizatus Vulfranno in albis poſitus expirauit. Mos autem erat apud Phryſones, vt quĕcunque ſors contingeret, dæmonibus offerretur immolandus. Ad huiuſmodi electus eſt ſorte puer quidã: Quo nomine. Quẽ cũ ſanctus vir expetiſſet, reſpondit dux. Si tuus Chriſtus hunc de morte eripuerit, ſit tuus. Appenſus F autem eſt in patibulo. Orante autem ſancto Vulfranno diruptæ ſunt vincula. quæ guttur eius ſtringebant, & illæſus corruit in terram. Qui tentus a ſancto ſurrexit incolumis. Et baptizatus poſtea tempore congruo presbyter ordinatus eſt. Poſt hæc Ratholdus um (vt ſupra dictum eſt) deberet baptizari, & in magna

gni dub[illegible]one eſſet, verum hoc agere debe[illegible] ab [illegible] Vuilibrordum gentis e[illegible] [illegible]ens, an deberet baptizari. C[illegible] modo mihi crederet, qui ſan[illegible] dit? Ego (inquit) vidi eũ h[illegible] catena igne a ligatum, vnde conſtat eu[illegible] æter[illegible]am dãnationem ſubiiſſe. Cum que iret ad domum principis nunciatus ei [illegible] illum eſſe mortuum, & ſtatim remeauit ad [illegible].

[illegible] odo Raoldus[a] iſte fuerit deceptus à d[illegible] prædictus. Quo narrabat dicens. Quia a[illegible] diabolus in angelum transfor- B
matus. caput habẽs opertum diademate au[illegible] cum gemmis, & veſte auro texta. Inque[illegible] Radbold[illegible] intenderet, dixit ille angelus [illegible] malus. Virorum fortiſſime, quis ita te ſedu[illegible], vt a cultu deorum velis recedere? Noli hoc facere, ſed mane in iis, quæ didiciſti, & venies ad domos aureas, quas tibi æternaliter in pro[illegible] daturus. cras ergo accerſi Vulfrãnum d[illegible] rem Chriſtianorum, & ab eo quære, quę [illegible] illa manſio ęternę claritatis quam tibi po[illegible]cetur. Quam cum tibi moſtrare nequiue- C
[illegible] partis mittantur legati, & ego e[illegible] itineris & demonſtrabo illis dumum au[illegible]am, & manſionem pulcherrimam, quam [illegible] promitto. Euigilans Radboldus narrauit omnia ſancto Vulfranno. Qui dixit ei, illuſo[illegible] diabolum ſibi velle illudere. Reſpondit Radboldus ſe velle fieri Chriſtianum ſi illa pulchra manſio non monſtraretur ei a Deo ſuo.

Mittitur ergo ſtatim quidam Phryſo ex parte ducis, & quidam diaconus ex parte ſancti Vulfranni, qui cum paululum ab oppido proceſſi[illegible]nt obuium habuerunt quemdam itineris comitem qui dixit eis. Properate cito. Nam D
monſtrabo vobis pulcherrimam manſionem Radboldo duci præparatam. Illi ergo pergentes per viam latiſſimam, & loca ignota, viderunt quamdam viam diuerſorum generibus marmorum polito opere decoratam. Videruntque à [illegible]nge domum quaſi auream, & peruenerun[illegible] ad plateam, quæ ante domum illam erat: quam [illegible]uro & gemmis ſtrata. Intranteſque domum viderunt eſſe miræ pulchritudinis, & in[illegible]dibilis ſplendoris, & in ea thronum miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris ait [illegible]is. Hæc eſt manſio pręparata Radboldo duci. E

Ad hęc diaconus obſtupeſcens ait. Si à Deo facta ſunt iſta perpetuo maneant, ſi a diabolo cito dispereant. Et cum ſe ſignaret ſigno ſanctæ crucis ductor ille tranſiit in diabolum, & domus aurea in lutum. Remanſitque diaconus, & Phryſo in medio locorum paluſtrium q[illegible] plena erant longiſſimis virgultis iniuſtis. [illegible]que immenſi laboris conficientes iter, [illegible] ſunt ad oppidum, & ducem mortuum inuenerunt. Narraueruntque ſancto Vulfranno q[illegible]d viderunt. Phryſo autem baptizatus ſe[illegible] eſt beatum Vulfrannum ad monaſte[illegible] [illegible]ſque ſanctus Vulfrãnus apud Phryſo[illegible] per annos quinque. Et poſtea reuerſus ad F[illegible]tanellam, monachalem aſſumpſit habitum in ordinatu epiſcopo in vrbe Senonica.

A Theodoſius ab imperio deiicitur. Diac. lib. 20. & Vinc. c. 154. A.C. 718.

§. III.

ADVERSVS autem Theodoſium imperatorem præfatum, ſecundum Vinc. vbi ſupra poſt Hugo. inſurrexit Leo nomine, vir potentiſſimus, quem quidem ab imperiali vertice depoſuit, ſed indemnatum abire permiſit. Ipſe verò clericus factus reſiduum vitæ tranſegit in pace. Cœpit autem Leo imperare anno domini 718. Mundi verò quater B
milleſimo 781. ſed ſecundum aliam computationem anno quinquies milleſimo primò. Et imperauit annis 24. anno autẽ hui[illegible] Leonis ſecũdo, Conſtãtinopolitani inſtantia orandi, & conſtantia præliandi fortiter reſiſtunt Saracenis. Saraceni autem fame frigore, bello, peſtilentia, ſine numero pereunt.

Fertur autem eos, vt ſcribit Vinc. vbi ſuprà miraculoſe hoc modo periiſſe. Apud Cõſtantinopolim in monaſterio ſanctæ Dei genitricis iuxta palatium in mari prope ſanctam Sophiã erat imago beatæ Mariæ quę tenebat in brachio infantem Ieſum, quam depinxit in tabula (vt dicitur) ſanctus Lucas, cum adhuc viueret ſancta Maria. Hæc autem imago vocatur *ὁδηγητρία*, id eſt, deductrix. quia duobus cæcis apparuit ſancta Maria, & deduxit eos ad ſuam eccleſiam, & illuminauit eos, cum iſta imagine faciunt proceſſionem omni die Martis per totam ciuitatem. Cum ergo (vt ſuprà dictum eſt) obſeſſa eſſet ciuitas & ciues ieiunarent, & orarent ſimul, & pugnarent, quidam ciuis admonuit afferri illam imaginem, & ab omnibus orationem ad illam fieri hoc modo: Sancta Dei genitrix, quæ toties nos liberaſti, libera nos modo de inimicis filii tui. Et ſi vis vt imaginem tuam non mergamus in mare, merge illos. Et cum hæc dixiſſet, ille ſecretè imaginem tenuit ſub vndis, & ſtatim procella ſurrexit, & omnes naues Saracenorum aut merſit, aut fregit.

De Saracenis admirabilis victoria Dia. Beda in li. de tẽpor.

Imago btę Mariæ à D. Luca depicta.

C

D

Eo tempore, vt ſcribit Helinandus in Britannia cuidam eremitę monſtrata eſt quædam mirabilis viſio per angelum de ſancto Ioſeph, nobili illo decurione, qui corpus domini depoſuit de Cruce. Et de Catino illo ſeu paropſide, in qua Dominus cœnauit, & intinxit bucellã, quam Iudæ dedit. Anno autem eiuſdem Leonis ſecundo loquit Sigeſbertus. E

Ioſeph ab Arimathia Eremitæ oſtẽſus Vin. ibid.

Ioan. 19. Matt. 26. Ioan. 13.

a *Hæc ex Sigeb. habet Vin. lib. 23. ca. 147. victoriam autem profectò admirabilem precibus Dei genitricis Mariæ a Deo receptam fuiſſe ſcribit Diac. lib. 21. & Blon. lib. 10. Decad. I. & Naucl. gen. 25. ſupplicationum, quæ quot. die fieri ſolebant meminerunt. Nec verò eſt incredibile imaginem B. Virginis a D. Luca depictam (cuius Simon Metaph. in vita D. Luc. Theod. lector in Collect. lib. 1. & Nicep. li. 14. hiſt. ca. 2. & 15. ca. 14. mentionem faciunt.) in his ſupplicationibus geſtatã fuiſſe, cum Theodoſius imperator imaginum venerationi intentus fuerit, & Leoni dum ſacris imaginibus bellum indixiſſet, vt ex Diac. & Zonara facile licet perſpicere.*

A.C. 732.

nobilem petebant, & quod transſligerim eſt Aquitania tunc contribuerim. Martelli conatus erat ipſam Franciam incolumen ab ſueuitia ferroque barbarorum preſſare, & in Aquitania Eudonis aacatu res gerere. Transmiſſo igitur ligeri, ante vrbem Turones caſtra poſuit, nec ante inde mouit, quam qua ei cum Eudone ſi r conuenerat, parata eſſent, exploratum habuit. Tunc paulo propius hoſtem iam in propinqua omnia euaſtantem caſtra poſuit, copiam pugnandi facturus. Nec Abderama rex vlterius trahere tempus poterat, commeatibus iam deficientibus tanta multitudini, & omnibus circa euaſtatis, ſigna patentes in campos efferuntur ſequūtur pedites equiteſque noua hominum facies, Francus primum omnium caſtra inceadit. Inſtruit deinde aciem, equitibus Martellus præfuit, peditet Childebrandus Martini filius regebat. Peditatus omnis in frontem inſtructus, ſed frequentibus introrſus ordinibus, ab his pugna ingentibus animis cœpit. Pedites hoſtium & ipſe egregi initio pugnabant, media deinde eorum acies ſenſim pedem conſilia referebat, cornibus ſtantibus, ſi inferentibus ſe in vacuum deſertumque locum Francorum pene aciem poſſent. Simul equitatus Saracenus a cornibus ſe effudit, nec defuit Martellus ſuos cohortatus. Dextrum cornu iaſe promouet, ſiniſtra egregiis ducibus tradita, promouerique pariter iuſſa. Nec vim Franciſci equitatus Saracenas ferebat, ſed refugiebat, ſi inſequentem hoſtem ludificando diſſipare ordines turmaſque poſſet, vbi vero temeritati nihil committi videt, redeundo in pugnam circumuolitandoque tempus terebat, & mobilitate quidem equarum arteque regendi eos barbari præſtabant, cũ ſuperior virtute hauddubie Francus eſſet. Cum in hanc aciem intenti omnino eſſent ad caſtra repente Eudo cum expeditis aduolans prius penè ea cepit, quam aduentus eius ab hoſte agnoſceretur, Mox cædes promiſcue virorum fœminarumque fieri cœpta & ad captorum caſtrorum, cædiſque clamorem ſublatum, fortuna tuſta bella dimicantium mutata eſt. Nam Franci veluti recentes diuinaque ope adiuti clamorem renouant, impetum velut torrentis faciunt gradu hoſtem mouent, & Euda edita in caſtris ingenti cæde à terga pugnantes adoritur Fuga haud dubia fieri, equorum pernicitas pauci ſaluti fuit, perditã ſtrages maior ad trecenta ſeptuaginta quinque millia Barbarorum occidere, Francorum mille quingenti deſiderati.

multo poſt idẽ Eudo rebellat, ſed Carolus in Vaſconia rebellãtẽ debellat, eũq; principatu & vita priuat. Cum filiis quoque eius Vuaifero (alias Gaifero) & Hualdo dimicat eoſque deuincit, & totam Aquitaniam ſibi ſubdit, Lugdunom quoque & alias ciuitates capit. Burgundiam ſubiicit. Cum igitur multitudo hoſtium, & aſſiduitas bellorum incumberet, res eccleſiaſticas. i. decimas militibus ſuis conceſſit habendas. Pro qua re anima ipſius poſt modum in ſupplicium inferni à ſancto Eucherio Aurelianenſi epiſcopo, viſa eſt detrudi.

Anno Leonis decimo Conſtantinopolitani pro depoſitione imaginum tumultuantur, & aliqui etiam propter hoc martyrio coronãtur. Anno eiuſdem 11. quia Gregorius papa eum incorrigibilem vidit Romam, & Italiam & Heſperiam totam ab eius iure diſcedere facit & vectigalia interdicit. Anno eiuſdem 12. ſanctus Germanus Leoni imperatori pro impietate ſua aduerſus, à ſede epiſcopali eſt deiectos. Anno eiuſdem 13. Saraceni cum omnibus familiis ſuis, quaſi in Galliis habitaturi Gerunnam tranſeunt, omnia deuaſtant, eccleſias Dei cremant. Quibus Carolus Martellus Dei auxilio fretus occurrit, & ea eis 375. millia cum rege ſuo Habdirama (alias Abidiramo) peremit, & mille quingentos ea ſuis amiſit. Anno Leonis 15. Conſtantinus filius eiuſdem Ireneu filiam Caiani regis Auarorum vxorem ducit. Quæ baptizata fidem rectam viro apoſtatante tenuit. — A.C. 726.

Non multo poſt Theodoricus rex Francorũ moritur, vt refert Vinc. vbi ſupra ex chron. Poſt quem regnat Childericus annis. 9. vir inutilis & remiſſus, nihil de tota potentia regni poſſidens propter regis nomen. Rex Saracenorum cum ſuis inuadit Arelatem, vaſtatque prouinciam. Cui Carolus Martellus occurrens Auenionem capit Narbonam obſidet, Magalonem & Nemauſum deuictis Saracenis deſtruit & obſides de dictis ciuitatibus in Franciam ducit. Denique Carolus Martellus victorioſiſſimus princeps, pacato & dilatato regno Francorum obiit. Corpuſque eius ſepultum eſt in eccleſia ſancti Dionyſij extra Pariſios. In cuius ſepulchro poſt aliquot annos non corpus, ſed ingens ſerpens inuẽtus eſt. Franci diu Narbonam obſeſſam à Gothis recipiunt, peremptis Saracenis, & Vuaifero, qui eos ducebat, fugato, facta tamen pactione cum Francis, vt illic Gothi viuerent moribus & legibus patriis. — Vinc. cap. 150. — Childericus Francorũ rex 52. A. C. 742.

Conſtantinus Copronymus. 34. po Rom. imper imp. an. 35. m. 2. d. 27 de quo Diac. Zona. Sud. Blon. & alij. A. C. 741.

§. IIII.

Anno 24. Imperij ſui Leo de hoc ſæculo eripitur, cui ſucceſſit filius eius Cõſtantinus. Cœpit autem imperare anno domini 742. Mundi vero quinquies milleſimo 941. & imperauit annis 35. Hic Conſtantinus imperij paterni & impietatis pariter ſucceſſor, vt notat Vinc. vbi ſuprà poſt Hugo. legum à patribus traditarum proſequutor fuit, omni vitæ ſuæ tempore magicis artibus, & maleficiis & etiã cruentis ſacrificijs, & luxuriis ſemper operam dedit, & multi clerici & monachi & religioſi laici ſub ipſo pro recta periclitati ſunt fide. Habebat etiam ſibi conſentientem in omnibus (propter amorem principatus terreni) memoratum Anaſtaſium Conſtantinopoleos falſi nominis patriarcham. Vnde diuinitus indignatio venit in ciues eiuſdem vrbis, admonens impium imperatorem, vt ſe cohiberet ab Inſania, qua flagrabat. Sed ille, vt quondam Pharao inemendatus permanſit. Venit, quippe peſtilens morbus incipiens à Sicilia & Cala- — Conſtantinus Hæretic. Vin. cap. 151. Diac. l. 22.

A.C. 741.

bria vſque in regiam vrbem, & ita eam deuaſtauit, vt etiam in ipſa plures domus integræ clauderentur, eo quod non eſſet, qui eas inhabitaret, ferebantur etiam in plauſtris cadauera defunctorum. Sed Anaſtaſius patriarcha prędictus paſſione nimia fatigatus cum per os ſtercus ventris euomeret, vt merebatur, miſerabiliter mortuus eſt. Et ſucceſſit ei quidam monachus hæreticus nomine Conſtantinus.

Anno Conſtantini imperatoris tertio cinis de cælo cecidit ſecundum Sigebertum. Anno eiuſdem quarto Petrus Damaſcenus epiſcopus, & Petrus Maiumenus in Syria martyrizantur. Aquenſi vrbe à Saracenis deſolata, corpus beatæ Mariæ Magdalenes à Gerardo comite Burgundiæ ad cœnobium Vinceliacum à ſe conſtructum transfertur (quamuis aliqui ſcribant, quod apud Epheſum requieſcat) nullum ſuper ſe tegumen habens porro ſecundum Vinc. ſpe. hiſt. quando de vrbe Aquenſi tranſlatum eſt corpus ſanctum inuentum eſt in ſepulchro ſuo ex omni parte integerrimum cute etiam integerrima ſuperductum, manibus pectori impoſitis ex more iacens extenſum, & poſtea odor ineffabilis ſuauitatis ex eo efferbuit.

Miracula D. Magdalenæ ex Vinc. c. 15.

In dicto autem monaſterio in eccleſia ſanctæ Dei genitricis collocauerunt, vbi extunc Domino cooperante diuerſorum ſignorum virtutibus claruit. Nam apud Aruernenſem vrbem quidam miles incarceratus, & ferreis vinculis aſtrictus, commendans ſe ſanctæ ſolutis vinculis illæſus exiuit. Similiter alio loco alius vinculis plurib. alligatus meritis ſanctę cui ſe commendauit, liber profectus eſt. In mari etiam quibuſdam nauigantibus, & tempeſtate quaſſatis, cum nauis inciperet mergi ſancta inuocata à periculo mortis liberati ſunt. Cœcus etiam quidam ſe ei commendans lumen recepit.

Anno Conſtantini imperatoris quinto Carolomannus frater Pipini regis diuino timore compunctus poſt aliquot annos principatus ſui Romam pergens, habitum monachalem à Zacharia papa petiit & accepit, & in monte Soracte, & poſtea in monaſterio montis Caſſini Deo ſeruiuit vſque in finem vitæ vt in capitulo præcedenti dictum eſt. Artalengus preſbyter per illatam ſibi cœcitatem admonitus quærere corpora ſanctorum Chiliani ſociorumque eius, inuentis ſanctorum corporibus viſum recepit. Eaque re ſanctus Bonifacius Maguntiæ epiſcopus ab Attalongo ad ſe relata caſtrum Vuirtzburg ad honorem Chiliani martyris, qui ad prædicandum ibi à papa Conone Epiſcopus ordinatus fuerat, ibique mortis & quietis locum receperat epiſcopalis ſedis dignitate inſignire decreuit: & primum ibi epiſcopum ſanctum Burchardum ordinauit, vt ſcribit Vinc. vbi ſupra poſt Sigibertum.

Anno 7. Conſtantini in Calabria & Sicilia peſtis & mortalitas fuit hominum nimia. Et in veſtibus hominum, & in velis eccleſiarum apparent cruciculæ quaſi oleo deſignatæ, Pipinus maior domus Franciæ qui gubernabat regnum de voluntate & aſſenſu primatum regni creatus eſt rex Franciæ. Et de ordinatione Zachariæ papæ inungitur ipſe Pipinus in regem ab archiepiſcopo Moguntino Bonifacio martyre poſtea. Et qui erat rex, ſcilicet Childericus quia inutilis erat & effœminatus regno priuatus tonſuratur in monachum, de hoc ſupra in capitulo præcedenti. Et regnauit Pipinus in Francia annis. 18. Poſt quem maiores domus cœperunt principari ſuper reges Franciæ. Anno. 10. Pipinus rex Gallorum eccleſias cantibus Romanæ authoritatis ſuo ſtudio meliorauit. Quomodo Aiſtulpho rege Longobardorum inſurgente contra Romanos, vt ſubiiceret ſibi Romam, papa Stephanus, qui ſucceſſerat Zachariæ perrexit perſonaliter in Franciam ad Pipinum regem & duxit eum in Italiam ad defendendum eccleſiam contra Longobardos, quod & fecit: vt dictu eſt ſuprà in capitulo præcedenti. Qui etiam Pipinus ab iſto Stephano papa: vt ait Sigebertus, cum filiis ſuis Carlomano & Carolo, qui poſtea dictus eſt Carolus magnus propter virtutes eius inungitur in regem, & per eos generatio eorum in hæreditatem regalis ſucceſſionis in perpetuum benedicitur. Anſelmus vir illuſtris, cuius ſoror erat vxor Aiſtulphi regis, transfert corpus ſancti Syluestri papæ ad cœnobium Mutulam a ſe fundatum. — 741. — ſup. §. 1.

Anno 10. Conſtantini imperatoris terræ motus terribilis factus eſt, quo vrbes aliæ quidem ex toto aliæ ex parte ſubuerſę ſunt, aliæ à montanis ad ſubiecta campeſtria cum muris & habitationibus ſuis integrę & ſaluę plus quam per ſex milliaria tranſmigrauerunt. In Meſopotamia quoque terra dirupta eſt, vſque ad duo milliaria, aliaque terra nimis alba & arenoſa de profundo aſcendit, & ex ea animal mulinum aſcendit in contaminatum humana voce loquens prænuncians incurſionem gentis ab eremo aduerſus Arabes. Hæc Sigeber. & Vinc. vbi ſupra.

Anno 13. Conſtantini imperatoris Carolomannus frater Pipini monachus factus, qui in Franciam venerat ad Pipinum in fauorem regis Longobardorum Viennæ moritur.

Anno imperij ſui 14. Conſtantinus ſynodum epiſcoporum. 330. Conſtantinopoli congregat in qua edicto promulgato de imaginibus Dei & ſanctorum eius deponendis, eccleſiam Dei nimis ſcandalizat, & orthodoxos tyrannizat vt refert Vinc. poſt Sigebertum.

Et Pipinus rex in Italiam reuerſus, Aiſtulphum regem Longobardorum, qui rupto fœdere pacis, Romam obſederat, Papiæ incluſum & deuictum quas abſtulerat eccleſiæ terras, & iura reddere coegit. Et Saxonum munitiones fortiter irrumpens poſt multam ſtragem ſub tributo redegit. Deinde Aruernicum pagum de populando præmit & multa caſtra & vrbem ipſam cepit, & Blandinum comitem cum multis abduxit. Bituricas etiam capit, & captas munit. Agenum & Petragoricas & Engoliſmam vrbes Aquitaniæ deuaſtauit multamque partem Aquitaniæ ſibi ſubiugauit.

Anno Conſtãtini 15. caput Ioannis Baptiſtę

19.

A.C. 774.

in Aquitaniam diuina voluntate allatum eſt ſub rege Pipino, & honorificè ſuſceptum, & poſtea in eiſdem finibus eccleſia nobili conſtructa cum digno honore repoſitum, vt ſcribit Vincent. vbi ſuprà poſt Sigebertum. Sciendum tamen, quòd Romæ in monaſterio ſancti Syluestri, quod eſt monialium, oſtenditur caput Ioannis Baptiſtæ, & communiter tenetur. Vnde quid ſit verius, nouit Deus, niſi diceretur, quòd de Aquitania poſtea tranſlatum ſit Romam quod tamen non reperitur ſcriptum.

Decapite Ioannis

Anno Conſtantini imperatoris 21. Turci è Caſpiis portis erumpentes Armeniam infeſtant. In quorum patria cum antiquo tempore peſtilentia fuiſſet, ſuaſu Chriſtianorum ſe in modum Crucis totonderunt, & per hoc ſignum ſalus patriæ reddita eſt, huncque tondendi ritum tenuerunt.

Anno Conſtantini. 22. gelu magnum fit à Kalendis Octobris vſque ad Februarium. Hinc pelagus Ponti ſecundum Sigebertum vſque ad centum milliaria præ glaciei rigore fuit in lapidis duritiem verſum, habens triginta & vnum cubitos à ſuperficie vſque in profundum. Nix quoque per viginti cubitos illud cooperuit, ita vt inde mare confirmaretur, ac pedibus calcaretur. Intra verò menſem Februarium, per virtutem Dei gelu conſciſſum eſt in diuerſas partes inſtar montium. Stellæ quoque viſæ de cœlo cecidiſſe, ita omnes terruerunt, vt putarent finem mundi imminere.

Anno 23. prædicti imperatoris, Crodogandus epiſcopus corpora martyrum Gorgonij Naboris, & Nazarij, à Roma ad Galliam tranſtulit, & in diuerſis eccleſiis locauit. Anno. 26. Conſtantinus imperator contra Bulgaros nauali prælio pugnaturus, nauibus ſuis ad ferè duo millia impetu Aquilonis contritis, totum penè exercitum amiſit.

Anno Conſtantini 27. Conſtantinus, qui ex laico vſurpauerat papatum factus clericus depoſitus eſt & priuatus oculis. Et Stephanus creatus eſt vrbis epiſcop⁹ cui ſucceſſit Hadrianus papa, anno imperij Conſtantini. 31. vt dictum eſt ſupra, qui Carolum magnum vocauit in Italiam ad defendendam eccleſiam de manibus Longobardorum, quod & fecit. Demum Conſtantinus imperator plaga peſſimi incendij diuinitus percutitur, & clamans adhuc viuus, igni ſum inextinguibili traditus, moritur.

Leo 4 pop. Rom. imp. 37. imp. an. 5. A.C. 775. de quo Diac. li. 23. Zon. lib. 3. & alij.

§. V.

Coepit autem imperium Leo filius eius anno domini 777. à mundi verò initio quater milleſimo. 740. ſecundum autem aliam computationem quinquies milleſimo 976. & imperauit annis 5. Huius anno primo quibuſdam rebellionem in Italia meditantibus, Italiam repetit rex potens Carolus, vrbem Forum Iulij capit, & ducem eius Irolandum (aliàs Rotgandum) rebellionis incentorem decollari præcepit. Captaque Taruiſio vrbe, cæteris maieſtate ſui nominis timorem incuſſit. Eodem anno Vuithichindus dux Saxonum in Northmanniam fugit, Saxones baptizari paciſcuntur, vt ingenuitatem ſuam & omnia ſua perdant, ſi vnquam à fidelitate Chriſti, & ſua recedant. Anno ſecundo, Carolus rex in Hiſpania Cæſarauguſtam vaſtando delet, Pampilonem obſidet, eiúſque captę vrbis muris deſtructis, Vaſcones duóſque Saracenorum regulos ſibi ſubiicit, aliáſque vrbes in deditionem accipit.

Res à Carolo magno in Italia & Hiſpania geſtæ Aemyl lib. 2. alon lib. 1. dec. 2.

Anno iiij. Carolus Albiam fluuium tranſgreditur, ibíq; in eius gratiá Bardogauẽſes & Norduitæ baptizantur. Anno 5. Madyamiras multos vtriuſque ſexus martyres fecit. Carolus rex orationis cauſa Romam vadit ibique filij eius vnguntur in reges, Pipinus ſuper Italiam, & Ludouicus ſuper Aquitaniam.

Leo imperator cum inſaniret cupiditate circa prætioſos lapides, tranſiens per quamdam eccleſiam, & videns quamdam coronam eius lapidibus prætioſis exornatam, eam auferri præcepit. Cumque illam aliquibus diebus geſtaſſet in capite, exierunt carbunculi in modum coronæ de capite eius, & captus à febre mortuus eſt.

Leonis imperatoris mors horrẽda. Dia. ibi & alij.

Circa illa tempora poſtquam Italico bello Carolus magnus finem impoſuit, vt narrat Ioannes de colum. immediatũ Saxonicũ ſecutũ eſt, quo nullũ neq; prolixius neq; atrocius neque Francorum populo laborioſius ſuſceptum eſt. Nam Saxones eo tempore ſicut omnes nationes tunc Germaniam incolentes, dæmoniorum cultibus dediti erant, religionique Chriſtianæ contrarij, vnde nec diuina, nec humana iura tranſgredi arbitrabantur indignum. Suſceptum hoc bellum magna vtriuſque animoſitate, maiori tamen Saxonum, quàm Francorum damno, per continuos triginta tres annos, quod eſt difficile creditu, durauit. Frequenter ſuperati ſupplices ſe regi dediderunt. Imperata facturos polliciti ſunt. Qui imperabantur, ſine dilatione dederunt frequenter obſides. Et aliquando ita domiti & emolliti ſunt vt etiam cultum dæmonum dimittere, & Chriſtianæ religioni ſe velle tradere promitterent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties fuerunt proni, ſic ad illa eadem peruertenda ſemper fuere præcipites. Regis tamen Caroli magnanimitas, & perpetua conſtantia tamen nulla eorum mutabilitate vinci potuit, vel ab iis, quæ agere cœperat, fatigari. Nam nunquam ipſos huiuſmodi aliquid perpetrantes impunè ferre eſt paſſus, quando ipſe per ſe, aut per comites ſuos miſſo exercitu illorum perfidiam vlciſceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret. Vltimum verò ea conditione finitum eſt bellum, vt abiecto dæmonum cultu, & patrijs ceremo-

Bellum Caroli magni contra Saxones, de quo Aemyl. lib 2. alon. li 1. dec. 2. Nagen. 29.

Saxonum perfidia

Caroli magni conſtantia.

A. C. 775.

niis relictis, ſacra Chriſtianæ religionis reciperet & licet hoc bellum per multum temporis ſpacium traheretur, ipſe tamen non amplius cum hoſte, quàm his in acie conflixit. Sed his duobus prælijs adeo profligati ſunt Saxones vt vlterius regem, neque prouocare, neque venienti reſiſtere, niſi aliqua loci muniti defenſione auderent. Plures tamen eo bello, tam ex nobilitate Francorum, quàm Saxonum & viris & ſummis honoribus apud ſuos fuerunt functi, tandem finitum eſt.

Laudes Caroli magni.

Durante autem hoc bello, tanta ex diuerſis partibus terrarum contra Francos bella exhorta ſunt, & ſolertia prudentis regis adminiſtrata, vt merito intuentibus in dubium venire poſſit, vtrum ne laborum patientiam potius fœlicitatem mirari conueniat. Nam rex omnium, qui ſua ætate dominabantur, & prudentia erat maximus, & animi magnitudine præſtantiſſimus. Nihil enim in iis, quæ vel ſuſcipienda erant, vel exequenda, aut propter laborem detrectauit, aut propter periculum exhorruit.

Bellum hiſpanicum contra Saracenos.

Cùm enim aſſiduè & penè continuo bello certaretur cum Saxonibus diſpoſitis congrua confinium loca maximo apparatu aggreditur, præſidiis Hiſpaniam ſaltuque Pyrenæi montis ſuperato, omnibus quæ adierat oppidis atque caſtellis in deditionem acceptis, ſaluo & incolumi exercitu regreditur, præter quód in ipſo Pyrenæi iugo, Vaſconum perfidiam paulùmper in redeundo contigit experiri. Nam cum agmine longo vt loci & anguſtiarum ſinus permittebat, porrectus iret exercitus, Vaſcones in ſummo montis vertice poſiti, extremam impedimentorum partem, & eos, qui nouiſſimi erant, agminis, & ſubſidio præcedentes tuebantur, deſuper incurſantes in ſubiectam vallem deiiciunt. Conſertóque cum eis prælio, vſque ad vnum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis noctis beneficio, quæ iam inſtabat protecti ſumma cum celeritate regij robur exercitus, qui præceſſerat, timentes, fugiunt, & in diuerſa diſperguntur. Adiuuabat maximè in hoc facto Vaſcones armorum leuitas, & loci in quo prælium gerebatur, ſitus, propter quod per omnia Francos Vaſconibus reddidit impares. In quo prælio multi Francorum nobilibus corruerunt. Inter quos & Rolandus miles audaciſſimus, Britannici militis præfectus, & Anſelmus palatij comes, & Engihardus regiæ menſæ præpoſitus fuerunt.

Clades Fräcorum in Pyrenæis montibus.

Domuit præterea Britones, qui ad accidentem in extrema Galliæ parte ſuper littus Oceani maris habitabant. Sabaricum ſeu Baioaricum deinde bellum repente ortum, ſed celeri fine completum eſt, quod ſuperbia ſimul & vecordia Thaſſallionis ducis excitauit. Qui hortatu vxoris, quæ filia Deſiderij erat, ac patris exiliū per maritum vlciſci putabat, iuncto cum hunnis, id eſt, Vngaris fœdere, qui Bauaris ſunt ab oriente contigui, non ſolum imperata non facere: ſed bello prouocare tentabat. Cuius contumaciam (quia nimia videbatur) animoſitas regis ferre non potuit. Quare copiis vndique contractis, priuſquam prouinciam intraret, animum ducis per legatos ſtatuit experiri. Qui benignitatem animi regij conſiderans, ſupplicem ſe regi dedidit, obſides, qui imperabantur tribuit. Inter quos filium ſuum Theodonem dedit. Sicque bellum, quod quaſi maximum formidabatur, celeberrimum finem ſortitum eſt.

A. C. 480.

Bellū aduerſus Hūnos maximum.

Maximum verò omnium, quæ geſſit præter Saxonicum, fuit quod bello Bauarico ſucceſſit quod contra Hunnos, qui Vngariam incolūt ſuſ, quod ille animoſius, quàm cætera, & longe maiori apparatu adminiſtrauit. Sed ipſe in hoc bello per ſe vnam tantum expeditionem fecit, cæteras filio ſuo Pipino, ac præfectis prouinciarum perficiendas commiſit. Quod cum ab iis fuiſſet adminiſtratum, octauo tamen anno finitum eſt. Quot prælia in eo geſta quantum ſanguinis effuſum eſt, teſtatur vacua omni habitatore Pannonia. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnes illorum theſauri direpti ſunt. Neque enim vllum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati opibus fuerint, quippe cum vſq; ad hęc tēpora pauperes viderentur. Tot. n. ſpolia, tot auri & argenti pondera Franci Hūnis iuſte abſtulerunt, quot Hunnis retroactis temporibus aliis nationibus iniuſtè eripuerunt. Et (quod maius his eſt) incruentum hoc bellum Francis fuit. Duo enim tantum ex proceribus Francorum in hoc bello perierunt, Henricus ſcilicet dux Foriiulij, & Geroldus Bauariæ præfectus.

Ex bello Hungarico Franci maximè ditati.

Bellū Sclauicum.

Pugnauit etiam contra Sclauos, qui Saxonibus auxiliantes rebellauerunt. Quos ille vna tantum expeditione, quam per ſe geſſit, ita domuit, vt vlterius imperata facere non recuſarent. Domuit præterea Northmannos & Bohēmos. Northmanni primò piraticam exercentes, deinde maiori claſſe Galliæ atque Germaniæ littora tunc primò inceperant deuaſtare, de quibus ſcilicet Northmannia plenius dicetur inferius.

Tit. 16. cap. 2.

Conſtantinus. 7. cum matre Irene 38. pop. Rom. imp. imper. ann. 10. men. 2. d. 2. A. C. 780. Diac. 10. 23. & alij.

§. VI.

LEONE adhuc iuuene defuncto ſine prole Irene mater ſua cum altero filio ſuo Conſtantino nomine imperat: Cœperunt autem hi, ſcilicet mater cum filio imperare anno domini 782. Mundi verò quater milleſimo 745. ſecundum aliam computationem quinquies milleſimo 976. Et imperauit annis. 10. Horum imperio anno primo, quidam Conſtantinopoli fodiens, inuenit monumentum ſub terra antiquiſſimum, in quo corpus mortuum reperit, ſuper cuius pectus lamina aurea erat, in qua literis Græcis ita ſcriptum reperit. Chriſtus naſcetur de virgine Maria, & in eum credo. Sub Conſtantini & Irenes imperio, ô ſol iterum me videbis.

Anno

Anno ſexto inter Francos & Auaros bellum oritur. Anno ſequenti Deſiderij filius Adelgiſus, qui capto patre ad Græcos confugerat, Græcorum magnis fultus auxiliis, in Italiã venit, aut ad recipiendũ regnũ, à quo fuerat expulſus, aut cum Francis bello congrediendum. Qui ſtatim a ducibus Gallorum exceptus bello eſt, & pene cuncti ſui prælio, aut capti, aut occiſi ſunt.

Ipſe verò poſt paucos dies, cũ fugeret & captus & interfectus eſt. Anno autem Conſtantini & Irenes decimo, ipſe Conſtantinus matrem Irenem priuat imperio, ſoluſque detecta matre imperat annis ſeptem. Cuius imperij anno primo a Bulgaribus graui prælio victus multis ſuorum amiſſis fugatur. In quo prælio fere omnes theſauros imperij amiſit. Et idem Conſtantinus imperator multos principum ſuorum ſuſpectos habens oculis priuat.

Eodem anno Pipinus Caroli magni filius ex concubina, gibbo deformis, a quibuſdam Francorum primoribus promiſſione illectus, contra patrem coniurauit. De qua coniuratione conuictus patre mandante tonſuratur in monachum, habituque ſuſcepto religionis, vſque ad vitæ finem Domino militauit. Complices verò eiuſdem coniurationis, alij exilio releganiur, quidam etiam licet pauci gladio perimuntur. Hoc tempore moritur Hadrianus papa, & ſuccedit Leo, vt patet ſuprà. Anno ſeptimo Conſtantini Irene imperatrix, dolens nimis, quòd filius ſibi amouerat imperandi poteſtatem, furore fœmineo repleta, multis in hoc facto adhærentibus, primo Conſtantinum filium ſuũ cepit, deinde illi in carcere retruſo crudeliter oculos eruit & ſic ſola imperauit. Cuius imperij anno primo ſol ita obſcuratus eſt, vt in mari etiam naues errarent. Dicebaturque publice, quòd propter crudelitatem quam mater exercuerat in Conſtantinum, ſol lumen a terris ſubtraxerit. Imperauit autem iſta Irene ſola annis quatuor.

Circa illud tempus Carolus rex Francorum patriam Auarorum terra mariq́ue impetit, eiſque in ſola fuga ſpem euadendi relinquit. Demum cum bellum eſſet inter Francos & Auaros, ſanguis de cælo in terram profluxit. Thaſſillio dux Baioariæ contra Carolum regem, reus maieſtatis, adiudicatur. Vnde à Carolo attonſus cum filio eius Theodone in monaſterio relegatur. Tudun etiam princeps Auarorum ſe, & patriam ſuam Carolo dedidit, & Baptiſmi gratiam percepit. Henricus dux Forojulianorum expoliato in Pannonia Auarorum Principe Iringo ineſtimabilem theſaurum eius miſit Carolo regi. Carolus verò rex, Chriſtianam religionem ſanctè & pie colens, vt ait Sigebertus eccleſias Dei omnibus modis honorabat, & ornabat ſacris vaſis & veſtibus, edicens, vt ne ianitoribus quidem liceret communi habitu in eccleſia miniſtrare. Extruxit autem Aquiſgrani eccleſiam plurimæ pulchritudinis. Ad cuius ſtructuram a Roma & Rauenna columnas & marmora deuehi fecit. Ipſe etiam Carolus rex honeſtati eccleſiæ omnino intentus, legendi & pſallendi diſciplinam correxit. Per-

A pendens etenim iterum Gallos à Romanis in cantando diſcrepare, Metenſes verò ſola naturæ leuitate paululum quid diſſonare, per cantores ruſus ab Adriano papa directos diſſonantiam cantus correxit. A.C. 780.

Circa pauperes etiã ſolicitus non ſolum in regno ſuo verum etiam in Ægypto, Syria, & Aphrica liberalitate eleemoſynarum Chriſtianis pauperibus ſolatiabatur. Tranſmarinorum regum ob hoc amicitias expetens, maximè vt Chriſtianis ſub eis degentibus eſſet relaxatio.
B Coniuratio autem valida, cum facta eſſet ab Auſtraſiis contra Carolum regem, authore Harderico, ea detecta multi aut membris truncantur, aut exilantur. Carolus etiam Coloniæ ſuper Rhenum duos pontes conſtruit & munit, & Sclauiam ingreſſus eam ſibi ſubegit. S. vniuerſalis ſeptima Synodus Nicena. A.C. 780.

Inſtantia Tharaſij patriarchæ Conſtantinopolitani & Hadriani papæ, ſecundo apud Niceam vniuerſalis ſynodus, 350. epiſcoporum congregatur, in qua fides catholica in præſen-
C tia Irenes & Conſtantini filij eius, cunctorum ſubſcriptione roboratur, & hæreſis exerantiũ imagines Dei & ſanctorum in perpetuum abdicatur.

Temporibus quoque Conſtantini quarti & Irenes vxoris eius, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. lib. 24. in ciuitate Berytho, quæ ſubiacebat Antiochiæ, Iudæi imaginẽ a ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti inuenientes in domo cuiuſdam Iudæi, ibi relictam à quodam Chriſtiano, qui ibi manſerat, eam iniuriosè depoſuerunt, & omnia opprobria, quę Iudæi Chriſto Iudæi in Chriſti imaginẽ debacchantur
D intulerant in mundo conuerſanti, imagini ipſi intulerunt. Illudentes ei, in faciem conſpuentes, conuiciosè criminantes, eámque percutientes, manus & pedes eius clauis confingentes, acetum & fel porrigentes. Tandem latus eius aperuerunt, ex quo ſubitò exiuit ſanguis & aqua. Quæ illi ſuppoſita ampulla ſuſcipientes, ad experimentum, vtrum fuerint vera miracula, quæ Ieſum feciſſe audierãt omnes infirmos in ſynagoga ſua collectos hoc ſanguine aſpergebant, & a quocunque languore detinebantur, omnes ſanabantur. Vnde
E tandẽ Iudæi ad Deodatũ ciuitatis epiſcopum omnes cucurrerunt, téque enarrata, imaginẽ cũ ſanguine inde egreſſo ei dederũt. Quib. baptizatis, epiſcopus ſanguinem per ampullas diuiſum, longè latéque dirigens prædicabat magnalia Dei, obteſtatus omnes, vt ſingulis annis 5. idus Nouembris celebretur paſſio dominicæ imaginis. colitur 9. Nouemb.

a *Hiſtoriam huius imaginis ſcripſit D. Athanaſius, quæ habetur in operibus ipſius & apud Aloy-*
F *ſium lippomanum & citatur legiturque in Septima Synodo ſub nomine D. Athanaſij. Quare necesse eſt hanc hiſtoriam longo ante tempore & ſub imperatoribus nondum Chriſtianis accidiſſe: hanc porrò imaginem ſuis manibus Nicodemum compoſuiſſe et Gamalieli D. Pauli præceptori quaſi hæreditario iure reliquiſſe, qui poſtea cum Iacobo frat. Domini & Simeone tradidit, idem D. Athan. trad't. c. 4. 12 q. ahabes a tpore Chriſti imagines in eccleſia fuiſſe.*

De

A.C. 780.

De ſancto Gangulpho, cuius vita ex MS. codicibus Sur. Tom. 4. refert, ex quibus hæc excerpſit Vinc. lib. 23. c. 159.

§. VII.

CIRCA tempora dicti Conſtantini in Burgundia claruit ſanctus Gangulphus. Hic ſanctus vt refert Vinc. vbi ſuprà ea geſta eius, quemdam fontem emit in Gallia, & eum oriri fecit in Burgundia. Idem Gandulphus cū vxorem ſuam adulterā audiens argueret de adulterij ſui infamia & crimine, illa vehementer negabat. At ſanctus facillimam ei purgationem oppoſuit, dicens: Si vis, vt credam te falſo hac infamia laborare, denuda brachium tuum, & affer mihi lapillum de fundo illius fonticuli: ſi illæſum brachiū retraxeris, credā, quòd innocens ſis. Quod illa audiens securè brachium immerſit fonti, & ſtatim combuſtū retraxit. Tunc ſanctus ad illam, ecce apparet veritas flagitij tui: habe ergo tua, & mane per te, vel cum adultero tuo recede, nā ſocia mea vltra non eris. Et data ei dimidia parte ſubſtantiæ, per ſe manſit. Non multò pòſt occiſus eſt in domo ſua à clerico quodam, qui cum ea adulterare ſolebat. Cuius corpus cum in feretro ad ſepulchrum deportaretur, multi infirmi ex tactu eius ſanati ſunt. Dúmque hoc nunciaretur vxori ab ancilla ſua, ſcilicet dūm ſuum tanquam martyrem miracula facere, illa ridēs & ſubſannans ait: Ita (inquit) Gangulphus miracula facit, vt anus meus cantat. Mox́que anus ſuus turpes ſonos & numeroſos vellet nollet cœpit emittere: quod ei poſtea contigit in omni vita ſua in ſexta feria, vt quoties in eadem feria, in qua vir eius martyr eſt effectus, aliquod verbum ab ore proferret, toties ab ano turpem ſonum faceret. Quod rex Pipinus experiri dignatus eſt.

Colum. 21. Maij.

De Amico & Amelio nobili amicorum pari. Vinc. lib. 23. cap. 162. Vide de hac hiſtoria cenſuram D. An. §. 3. huius c.

CAP. III.

NARRAT Vinc. ſpecul. hiſt. lib. 24. cap. 162. ex geſtis eorum de duobus pueris, ſcilicet Amelio & Amico mirabilia. Hi temporibus Pipini regis Frācorum, orti miro modo ſibi conſimiles, vnus ex comite Aruernenſi, alius ex milite quodam Bericano. Qui cum à parentibus baptiſmi gratia Romam deferrentur, in Luca ciuitate ſe inuicem inuenerunt, & ſocietate inter ſe firmata Romā ingreſſi ſunt. Tantaq́ue inter paruulos ſocietas & voluntatis identitas erat, vt vnus ſine alio nollet cibū ſumere, nec in alio cubiculo requieſcere. Qui oblati ſummo pontifici, ab eo bapti-

A zati ſunt, & filio comitis impoſuit nomē Amelius, filio autem militis Amicus. Multique Romanorum militum eos cum gaudio de ſacro fonte ſuſceperunt. Poſt hæc ipſe papa duos ſcyphos ligneos pari amplitudine compoſitos & auro ornatos dedit eis dicens: Accipite hoc donum, quod vobis ſit ſemper in ſignū, quod vos baptizaui. Quibus grato animo acceptis, reuerſi ſunt ad propria.

Amicum quidē o. Berichanum puerum quaſi alterum Salomone magna ſapientia dominus decorauit. Quem cum eſſet annorum tri-
B ginta patris eius ſenex languore correptus, vir nobilis & ſanctus, præmonuit Chriſti militiā exercere, fidem domini ſeruare, ſocijs & amicis auxilium ferre, miſericordiæ opera exercere, & præter hæc ſocietatē filij comitis Aruernenſis, & amicitiam nullatenus obliuioni tradere. Finitisq́ue verbis ad dominum migrauit. Cui filius honorem ſepulturæ decenter exhibuit. Mox autem maligni homines cœperunt iuueni inuidere, eiq́ue latenter inſidias & dolos parare. At ille omnes amabat, iniuriaſq́ue illatas patienter ferebat. Adeo tamen iniquorum cōtra eum excreuit malitia, quòd eum de pater-
C næ hæreditatis caſtro cum tota familia eius expulit. Qui aſſumptis decem ſeruis eis ait: Feſtinemus ad curiam comitis Amelij, mihi ſocietate & amicitia iuncti fortiſſimi nos ſuis bonis ditabit. Sin autem ibimus ad Hildegardem Caroli regis Francorum vxorem, quæ conſiliere electis ſemper conſueuit. Euntes ergo ad curiam comitis Amelium non inuenerunt. Perrexerat enim Berichum viſitare amicū ipſum, cuius patrem audierat eſſe defunctum. Quem non inueniens triſtis diſceſſit, ſeq́ue non rediturum ad patriam niſi prius eum inueniret
D propoſuit. Sed & ipſe Amicus quærere comitē cum ſuis non ceſſauit, donec apud quemdam nobilem virum hoſpitatus eſt, qui audito infortunio, quod eis acciderat, ſponte ei filiam ſuam in coniugium dedit.

Poſt annum autem & dimidium tranſactum ibi, Amicus Pariſios feſtinauit cum ſuis ſeruis, vt quæreret comitem Amelium: & ipſe iam per biennium quæſierat Amicum. Qui cū appropinquaſſet Pariſiis, inueniens quēdā peregrinum interrogauit, ſi vidiſſet Amicum militem Berichanū, à patria expulſum. Qui cum re-
E ſponderet ſe eū nunquā vidiſſe, comes abſtractam tunicam dedit ei, rogans, vt oraret pro eo ad dominum, quatenus labori ſuo, quem biennio iam patiebatur, finem imponeret. Peregrinus igitur iter faciens, inuenit circa veſperum Amicum. Qui requiſiuit ab eo, virum aliquid audiſſet de Amelio Aruernenſis comitis filio: Qui reſpondit: Quid me peregrinum deludis? Nonne tu es Amelius, qui à me hodie quæſiſti ſi vidiſſem Amicum Berichanum, & hanc tunicam mihi dediſti? Nunc autem neſcio, cur veſtimenta tua ſocios & equos & arma mutaſti.
F Cui Amicus ait: Non ego ſum Amelius, ſed Amicus qui non ceſſo eum quærere. Cúmque ab eo peregrinus orat⁹, vt rogaret pro eo, & accepiſſet denarios in eleemoſynam dixit ei, Feſtina miles Pariſios, ibi ſpero inuenies, quem quæris. Feſtinans ergo Amicus inuenit eum extra Pariſios iuxta

Sebatiam

Sebariam (aliàs Sequanam) in prato florido cum militibus ſuis conſidentem. Qui cum vidiſſent Berichanos armatos venientes, cito ſurrexerunt, & arreptis armis obuiam cucurrerunt. Amicus quoque ſuorum animos ad pugnã animauit, putans illos eſſe Pariſianos milites, qui eos aggredi vellent. Laxatis igitur frænis vtrique concurrunt, haſtas erigunt, enſes euaginant, ita vt nullum ex iſtis euaſurum crederes. Sed Deus, qui cuncta benè diſponit, inſontem vtranque partem ſiſtere fecit. Tunc Amicus ait: Vnde eſtis milites fortiſſimi, qui Amicum eundem cum ſeruis ſuis occidere vultis? Ad hanc vocem Amelius pallidus obſtupuit, & Amicum agnouit. Mox illi de equo deſcendentes, ſe mutuò ſtrinxerunt amplexibus oſcula ſibimet figunt, & de tam improuiſa lætitia Deo gratias agunt, fidem inter ſe ſpõdẽt, & ad curiam Caroli ſimul venerunt. Factuſq́; eſt Amicus theſaurarius regis, Amelius dapifer. Cernens iuuenes moderatos, ſapientes, pulcherrimos, pares vno cultu & eodem vultu, ab [illegible] minibus dilectos & honoratos.

Amici ad Amelium monita.
Vinc. c. 164.

§. I.

TRANSACTO itaque triennio dixit Amicus Amelio, vxorem meam videre deſidero, & quam citiſſimè potero redibo. Tu verò manens in aula regis, caue tibi ab etus filia, maximéque a nequiſſimi comitis Harderici fallaci amicitia. Quo verbis eius annuente diſceſſit. Amelius verò ſuper regis filiam oculos iniecit, & eam quam citiſſimè potuit oppreſſit. Interea delator Hardericus qui ſuper iniquitate gaudebat, & omni probitati inuidebat, Amelium ſic alloquitur: Neſcis cariſſime comes Amicum theſaurum regis furatum eſſe, & ſic fugiſſe? Nũc ergo ini mecum fœdus amicitiæ, & fidem meam ſuper reliquias ſanctorum accipe. Quo facto Amelius non timuit ſecreta ſua pandere fideliter. Cùm ergo quadã die ante regem ſtaret, vt aquam manibus tribueret, illi Hardericus ait: Noli rex aquam accipere de manibus ſceleſti, qui magis dignus eſt morte quàm honore, quia florem virginitatis abſtulit filiæ tuæ. Ad hoc Amelius tremens cecidit, & ſtupidus non reſpondit. Rex autem benignus eum leuauit, & ait: Ne timeas Amelij; Surge viriliter, & ab hac infamia te defende. Qui ſurgens ait: Noli rex iuſtiſſime verbis mendacibus Harderici delatoris credere, ſed ſpacium conſilij mihi concede, vt coram te de hac infamia duellum cum eo ineam, & de mendacio adſtante curia conuincã. Quod cum audiſſet rex, Amelij cauſam Hildegardis regina ſuſcepit tuendam. Qui dum conſilium quæreret, Amicum ad regis curiam redeuntem, inuenit, eiúſque ad pedes proſtratus ait: O vnica ſalutis meæ ſpes, heu fidem male ſeruaui, quia crimen de filia regis incurri, & ante conſpectum eius duellum cum falſo Harderico ſtatui. Qui cum eumdem durè increpaſſet, ait: Commutemus veſtimenta & equos & vade ad domum meam, & cum proditore comite bellum Deo iuuante pro te faciam, ſed caue ne tangas vxorem meam. Cumque flentes diſceſſiſſent, Amicus ad curiam regis ſub ſpecie Amelij, & Amelius ad domum ſocij peruenit ſub ſpecie Amici.

At vxor Amici vidit Amelium, credens ſuũ eſſe virum, amplexum & oſculum ei præbere voluit. At ille reſpondit: Recede a me, quia inſtat mihi tempus flendi, & non gaudendi. In nocte autem cum eundem intraſſent lectum enſem inter ſe & ipſam poſuit. Vide (inquit) ne mihi appropinques, quia ſtatim morieris. Et ſic reliquas duxerunt noctes, donec Amicus rediit. Interea Amicus amictus ſocij veſtimentis ad regem ingrediens, ſe contra Hardericum pro infamia pugnaturum obtulit. Cui rex ait: Noli timere comes, quia ſi victor fueris, eamdem filiam meam Belliſſendam pro vxore tibi tradam. Manè igitur hora prima Hardericus & Amicus armati exeunt in campum, adſtante rege, & tota Pariſiana gente. Tunc Amicus conſcientiæ ſuæ timens, Hardericum ſic alloquitur. O comes nimis ſtultum accepiſti conſilium, quòd mortem meam tam ardenter appetis, & te mortis periculo tam imprudenter cõmittis. Sed ſi falſum crimen, quod mihi imponis, velles refellere, & duellum capitale remittere, ſemper meam amicitiam & ſeruitium poſſes habere. Ad hoc ille furibundus, reſpondit ſe de eius amicitia & ſeruitio non curare, ſed caput eius auferre velle. Iurat ergo eum filiam regis oppreſſiſſe. Iurat & Amicus eum mentitũ eſſe. Certantibus ergo illis, victus eſt Hardericus, & amputauit Amicus caput eius. Cui rex filiam ab infamia liberatam in vxorem tradẽs, quamdam iuxta morem ciuitatem ad habitãdum eis dedit. Qua ſuſcepta gaudens Amicus ad domum ſuam, vbi erat Amelius, feſtinauit. Eique dixit: Ecce de Harderico traditore te vindicaui, & filiam regis deſponſaui. Quam ille reuerſus recepit, & in præfata ciuitate ſecum habitauit.

Amici de Harderico victoria.

Amicus lepra laborat. c. 165. Vinc.

§. II.

AMICVM autem inde ad tempus cum vxore ſua manentem percuſſit Deus morbo lepræ, ita vt de lecto non poſſet ſurgere. Quem cum vxor eius Obias nomine ſic exoſum haberet, vt eũ multoties ſuffocare vellet, vocatis ille duobus ſeruis ſuis ait: Tollite me de manibus vxoris meæ, ſcyphumq́ue meum latenter accipite, [illegible] ad Berichanum caſtrum me portate. Quod cum feciſſent, turba obuia quæſiuit, quis eſſet infirmus, quem illuc deferrent. Iſte eſt (inquiunt) Amicus dominus noſter lepra percuſſus, qui ad vos venit, rogans vt eius miſereamini. Mox illi vt homines impij ſeruos ve[illegible]berauerunt, &

A.C. 780.

A & ipſum Amicum de curru proiecerunt, minantes eis mortem, ſi hoc repeterent verbum. Tunc Amicus in fletum prorumpens ait: Piiſſimè Deus, aut mihi mortem tribue, aut miſero nunc ſubſidium porrige. Poſt hæc Romam ſe perduci fecit, vbi Conſtantinus papa ei occurrit cum multis militibus Romanis, qui eũ de baptiſmi fonte leuauerant, & magna humanitatis ſubſidia ſibi ſuiſque ſufficienter præbuerunt. Poſt triennium verò fames tam grauis orta eſt in ciuitate, vt etiam à ſe pater filium eiiceret. Tunc ſeruis ſuis vrgentibus, inde receſſit, & ad curiam comitis Amelij perdu- B ci ſe fecit. Antè cuius curiam cum tabellas more talium infirmorum tangeret, comes audiẽs dixit cuidam ſeruo ſuo. Panem & carnem accipe, & ſcyphum meum imple optimo vino, & defer illi infirmo. Miniſter, vt iuſſum impleuit, reuerſus dixit. Per fidem meam domine, niſi ſcyphum tenerem, illum eſſe crederem, quem habet infirmus, quia ambo videntur eſſe vnius pulchritudinis & magnitudinis. Tũc comes infirmum ad ſe perducere fecit, & interrogauit, vnde eſſet, & qualiter ſcyphum talem acquiſiuiſſet. Qui reſpondit ſe Bericano caſtro C oriundum eſſe, & Romæ à papa Deuſdedit, & ſcyphum & baptiſmum accepiſſe. Statim ergo comes illum eſſe ſocium ſuum recognouit, qui eum à morte retraxerat, & filiam regis in vxorem ei tradiderat. Proiecit ergo ſe ſuper illum clamans & flens, eumque oſculans & amplexans, & vxor quoque eius currens ſuper eum lachrymas fudit, memorans qualiter Hardericum fortiter expugnauerat delatorem. Denique introduxerunt eum in domũ, & in lecto pretioſo collocauerunt, eique omnia bona ſua communicauerunt. D

Vt Amic⁹ à lepra ſit curatus. c. 166. Vinc.

Quadam autem nocte viſus eſt Angelus domini Raphael eum vocare, eique præcipere, vt diceret Amelio comiti, quatenus duos eius filios interficeret, ipſumque ſanguine eorum ablueret: & ſic ſanitatem reciperet. Quod cum ille cum magno tremore retuliſſet, primo quidem comes grauiter accepit, memor autem beneficiorum eius, qui ſe pro eo regi obtulerat periculo mortis, accepto mucrone ad lectum filiorum dormientium perrexit, & incumbens ſuper eos amariſſimè fleuit, dicens. Quis audiuit filios patrem interfeciſſe ſponte? Heu filij amodo non ero vobis pater, ſed cruentus la- E mator. Et ſtillantibus ſuper eos lachrymis excitati ſunt, faciémque patris reſpicientes ridere cœperunt, quibus ætatem trium annorum habentibus dixit. Riſus veſter, prohdolor, in luctum conuertetur, quia ſanguis innocens nunc veſter ab impio patre effundetur. His dictis eos decollauit, corúmque cadauera cum capitibus cooperta quaſi dormirent repoſuit. Sanguine verò eorum, quem collegerat infirmum Amicum aſperſit dicens: Domine Ieſu Chriſte, qui fidem hominibus ſeruare præcepiſti, & leproſum tuo verbo ſanaſti, hunc ſocium meum digneris mundare, pro cuius amore ſanguinem filiorum meorum non timui effũdere. Statimque ſanatus eſt, & optimis veſtimentis ſuis indutus eſt ab eo. Dum autem ad eccleſiam currerent Deo gratias acturi, mox

A.C. 780.

A tintinnabula, Deo volente, per ſe ſonuerunt: quod vt populus audiuit, vndique admirando cucurrit. Comitiſſa verò cum vtróſque pariter incedere videret cœpit quærere, vter eorum maritus eius eſſet. Indumenta amborum (inquit) cognoſco, ſed vter eorum ſit comes penitus ignoro. Cui comes: Ego ſum (inquit) Amelius, & iſte ſocius meus Amicus, qui factus eſt ſanus. Veruntamen crebra comes ſuſpiria trahebat, & mortem filiorum mente reuoluebat. Cúmque comitiſſa iuberet afferri filios vt pariter congratularẽtur, comes ait: Dimitte B eos placido ſõno quieſcere. Poſt hæc ſolus thalamũ intrauit, vt ſuper eos fleret, & inuenit eos in lectulo ludẽtes, circa quorũ colla cicatrices ad modum fili rubei vſque ad mortem eorũ apparuerunt. Et ſuſcipiens eos comes in vlnis ſuis, deportauit eos in gremium vxoris, & ait. Gaude coniunx, quia filij tui viuunt, quos occidi Angeli viſione, & eorum Amicus mundatus eſt ſanguine. Extunc ergo comes & comitiſſa vſque ad exitum vitæ ſeruando caſtitatem Dei ſeruitio inſiſtebant deuotè. Amici verò cõiunx iniqua correpta eſt à dæmone, & cadens C per præcipitium expirauit. Amicus itaque mouit in Berichanos exercitum & tandiu obſedit eos, donec ſe victos dediderunt. Quos ipſe benignè recepit, & omnem offenſionis culpam eis condonauit, Deoque vlterius ſeruiens pacificè cum eis habitauit.

De interitu Amici & Amelij. cap. 169. Vinc.

D

§. III.

CVM autem Carolus magnus venit in Italiam, contra Deſiderium regem Longobardorum, vocatus ab Adriano papa, erant comes Amelius & Amicus cum rege Carolo: qui propria officia in curia regia exercebant, & operibus Chriſti quotidie inſiſtebant, ieiunando, orando, eleemoſinas dando. Facto autẽ congreſſu in introitu Italiæ exercitus regis Francorum, cum Deſiderio, & gentibus ſuis Longobardis in loco, qui dicebatur Pulchra ſylua, quia delectabilis erat, mortua eſt ibi nõ E parua multitudo vtriuſque exercitus & Caroli & Deſiderij. Et ob hanc interfectionem dictus eſt poſtea locus ille vſque hodie Mortalia vel Mortalis. Ibi etiam interfectus eſt genere regis comes Amelius & Amicus ſocius eius. Quos Deus vnanimi concordia & diſcretione coniunxit in vita, in morte quoque ſeparari noluit. Poſtquam autem rex Carolus Deſiderium debellauit, quia generum ſuum multum dilexerat, ſcilicet Amelium, & ſocium eius Amicum, miſit Mediolanũ, & afferri iuſſit duas arcas lapideas, in quarum vna conditus eſt Amelius apud eccleſiam beati Euſebij, in altera Amicus in eccleſia regali, reliqua verò corpora hincinde ſepulta. Manè autem facto diuina diſpoſitione eſt inuentum corpus Amelij cum ſarcophago iuxta ſarchophagum Amici in eccleſia regali.

Quomodo ... coniuncti [illegible]

Hæc

A. C. 7o8. Hæc quæ dicta & ſcripta ſuut de Amico, & Amelio vtrũ ſit vera hiſtoria an fictio edita ad oſtendeudũ poteutẽ vigorẽ amicitiæ dubitari poteſt. Et, ſi fictio eſt, ex iis, quę dicta ſunt, oſtenditur ex omnimoda ſimilitudine corporum & appropinquatioue ad identitatem nominis, quia Amicus & Amelius delectabili & aſſiduo couuicta, quòd iuxta illud ſapientis, Amicus eſt alter ego, quod maaimè & perfectiſſimè agit fides ſuperueniens viua, quia hi ſimul baptizati ſunt. Nam vt dicitur Act. 4. Multitudiuis credentium erat cor vnum, & anima vua iu domino, quæ etiam omnia facit communia, & in aduerſitate uou deſerit proaimũ, & vſque ad mortem certat pro iuſtitia fidei: Si autem fuit vera hiſtoria, quam tameu alij hiſtoriographi uou ponuut, valdè miranda & veneranda eſt, nou tamen impoſſibilis ei, qui omnia poteſt cùm voluerit. Et quia in aliquibus eſt contra communem & publicam legẽ Dei, & priuatam canonum, prohibet enim lex Dei homicidium, nedum parricidium, quod Amelius perpetrauit, & ſi pro ſanatione Amici, & duellum vetat lea canonum, quod ſuſcepit Amicus pro Amelico de ſtupro perpetrato ab eo, ideo in his non imitanda. Cætera verò ſunt laude & imitatione digna, vt ſubuentio iu infirmitate. Et potuerunt hæc licitè fieri extra omnes leges, ex familiari conſilio ſpiritus ſancti, ſicut Golliad & Dauid in duello.

Sig. 1. Carolum ipſum magnum regem Francorum & poſtea imperatorem factum Florentinam ciuitatem reparaſſe tradunt hiſtoriæ aliquæ: quam prius deletam & dirutam ex toto per Totilam regem Gothorum referunt, & iude per plurimos annos deſolatam & minimè habitatam. Sed Leonardus iu hiſtoria ſua Florentina opinatur non ſic fuiſſe ex toto dirutá, & habitatoribus derelictam: ſed potius per ipſum Totilam poſt magnas ſtrages in ea & rapinas eius, mœnia ſolum euertiſſe in vindictam Radagaſi: qui cum maximo exercitu Gothorũ in ipſis locis vicinis, ſcilicet montibus Fæſulanis longè tameu retroactis temporibus fuerat occiſus per duceutos annos fere. Et per alios dueentos vel circa Totila ante Carolum magnum fuit, ſcilicet quando creatus fuit imperator. Hoc igitur ipſe Carolus egit Florentiæ, vt mœnia reædificarentur, ædificia repararentur diruta, eamque multipliciter exaltans magnificauit, & ciuilem reddidit.

De Carolo magno, de quo pter hiſtoriographos Galliæ Eginard⁹ & Donat⁹ Florentinus, Plutarcho additus & Turpinus, cuius tamen Sigeb. non meminit nec à doctis probatur vt ait Molanus in vſu. Mart. ex quib. Vin. l. 24. c. 1. hæc collegit quæ habet D. Anton.

CAP. IIII.

CAROLVS igitur magnus cum iam regnaſſet ſuper Francos annis 33. a primus Francorum Romanum imperium accepit, conferente ſibi illud ſeu confirmante Leone papa. Cæpit autem imperare anno domini. 802. A mundi verò initio ſexies milleſimo ſecundum maiorem antiquorum computatiouem, ſecundũ minorẽ, quam ſequitur Vinceu. ſpe. hiſt. quater milleſimo. 765. diuiſo à Romano imperio Conſtantiuopolitano euolutis annis circiter. 468. ex quo Byzantium Thraciæ ciuitas à primo Conſtantino imperatore iu nouam ampliata eſt, & in regiam vrbẽ exaltata & tranſlata eſt in illam omnis Romanę dignitatis gloria, & imperij caput dedicata, & noua Roma appellata. De hoc aũt Carolo magno, quantum ad diſpoſitionem eius corporalem & mores eius ac fortitudinẽ ſic ait Turpinus Remenſis archiepiſcopus, vt refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 25. Etſi hic Carolus corpore decorus, viſu ferus, ſtatura eius octo pedum ſuorum, qui erant longiſſimi. Renibus erat ampliſſimus, ventre congruus, brachiis & cruribus groſſus. Miles doctiſſimus & acerrimus & omnibus artibus fortiſſimus. Facies eius habebat iu longitudine palmum & dimidium, barba vnum pedem, naſus, circiter dimidium: frons erat vnius pedis, oculi leonini ſcintillantes, vt carbunculi, ſupercilia dimidij palmi. Quemcunque iratus apertis oculis aſpexiſſet, ſtatim territus erat. Cingulum autem, quo cingebatur, octo pedibus extendebatur, præter illud. quod pendebat. Parum panis comedebat, ſed quartam partem arietis, vel duas gallinas, aut anſerem vnum, aut ſpatulam porciná, aut pauonem, aut gruem, aut leporem vnum comedebat integrum, modicum vinum & aqua dilutum ſobriè bibebat. Proſopographia Caroli magni.

Tantæ fortitudinis erat, quòd militem armatum ſuper equum ſedentem à capitis vertice vſque ad baſes ſimul cum equo vno ictu propria ſpatha ſecabat. Quatuor ferraturas equorum ſimul manibus facilè extendebat. Militẽ armatum, rectum, ſtantem ſuper palmam ſuam à terra vſq; ad caput ſuum ſola manu velociter eleuabat. Eiuſdem corporis robur.

Erat autem in donis largiſſimus, in iudiciis certiſſimus, in locutione luculentus. Secũdum chronographum mater eius domina Bertha magno apud eũ honore cõſẽuit, liberos quoq; ſuos ſic cenſuit inſtruendos, vt primò tam filij q̃ filiæ liberalibus ſtudiis (quib. & ipſe operam dabat) erudirẽtur. Cùm etiã primũ ætas patie-

a *Anno poſt Chriſtum natum 801. ineunte. 8. Kal. Ian. Leo 3. pontif. max. Pop. Rom. ſcito clerique rogatu cum imperij Romani maieſtas, barbaris ſibi omnia vẽdicantib. obſoleſceret, nec in fœmina Irene. Cõſtantinopoli rerũ potente quãuis alta indolis multũ præſidij eſſe videretur, Carolũ Pipini filiũ Frãcorũ & Longobardorum regem, ab egregia in Chriſtianum nomen & Romanam ſedem merita, Romanorum imperatorem auito occidenti imperandi more reſtituto primus appellauit, inunctúmque conſecrauit ſubſecutaq; mox fuit S.P.Q.R. acclamatio Carolo magno, imperatori, Cæſari, Auguſto, piiſſimo & pacifico, à Deo creato vita & victoria imperauitq; ann. 13. m. 1. d. 4. ex Niceph. Conſtant. patriarc. Zon. in Irene. Eginardo. Abbate Vrſpergenſi Regin. lib. 2. Aunon. lib. 4. cap. 100. præter recentiores. Notent interim & vlciſcantur imperatores & principes Chriſtiani atrocem iniuriam ſibi maioribuſq; ſuis à Centuriatoribus factam, qui centuria 8. cap. 10. in Leone Pont. max. attribuunt imperij creationem ſiue tranſlationem præcipuis Antichriſti operibus. Geneb.*

A. C. 780.

A.C. 802

A batur, more Francorum equitare, & armis atque venationibus exerceri fecit. Filias verò lanificio aſſueſcere, coloque ac fuſo, ne per otiũ torpeſcerent, operam impendere, & ad omnẽ honeſtatem erudiri iuſſit. Cumque ſemper ſtudia literarum amaſſet, tentabat etiam ipſe ſcribere, tabulaſque ferebat, vt cum vacuum tempus eſſet: manum literis aſſignandis aſſueface-ret. In palatio ſuo Aquiſgrani baſilicam miræ pulchritudinis in honorem beatæ Mariæ virginis extruxit, quam etiam diuitiis & honoribus ſublimauit. Regnum quoque Francorum cum poſt patrem ſuum Pipinum forte B quidem magnumque ſuſcepiſſet, ita nobiliter ampliauit, & dilatauit, vt ei duplum adiiceret.

Templum Aquiſgrani à Carolo B. virgini erectũ vide can. li. 5 de vit. Mar. ca. 2.

De Caroli moribus. Vinc. cap. 2.

§. I.

HIc Carolus vt refert Vincen. vbi ſuprà ex verbis Hug. hiſtor. ſuæ lib. 6. in diſcenda grammatica Petrum Piſanum habuit præceptorem, & in cæteris diſciplinis Albinum cognomento Alcbuinum. Religionem deniq; C Chriſtianam ſemper ſumma pietate excoluit, & Eccleſiam manè & veſpere, necnon & nocturnis horis, & ſacrificij tempore impigrè frequentauit. Circa pauperes quoque liberalitate maxima prædirus erat, vt qui non ſolum in ſuo regno illis ſubuenire, verum etiam in tranſmarinas regiones, in Syriam & Ægyptũ & Aphricam & Hieroſolymas, & Alexandriam atque Carthaginem pecunias multas mittere ſatagebat. Ob hoc etiam tranſmarinorum regum amicitias maximè expetebat, vt ſub eiſdem regibus Chriſtianis refrigerium aliquod D [ac releuatio] proueniret.

Fuit autem amplo corpore ac robuſto, ſtatura eminenti, & ſpice capitis rotundo, naſo paululum mediocritatem excedente, oculis pulchris, canitie tenerenda, facie læta, voce clara, valetudine proſpera. Conuiuabatur autem rariſſimè, cœnáque quotidiana quaternis ferculis tantum præbebatur, præter aſſam carnẽ quam venatores verubus inferre ſolebant, qua ille libentius, quàm vllo alio cibo veſcebatur. Inter cœnandum autem aliquod acroama, [a] aut lectorem audiebat legebantur & ante eum E hiſtoriæ, & antiquorum res geſtæ. Delectabatur autem libris ſancti Auguſtini, præcipuè iis, qui de ciuitate Dei ſunt prætitulati. Vini autẽ & omnis potus adeo parcus erat in bibendo vt ſemper ad cœnam raro plus quàm ter biberet. Æſtate poſt cibum meridianũ, pomorũ aliquid ſumens, ac ſemel bibens, depoſitiſq; veſtimentis & calceamentis velut noctu ſolitus erat duabus vel tribus horis quieſcere. Noctibus ſic dormiebat, vt ſomnũ quater, vel quinquies non ſolum expergiſcendo, ſed etiam ſurgendo interrumperet.

Vt autem ait Sigebertus, anno primo imperij ſui Carolus per omne imperium ſuum legatos ad faciendum iudicium & iuſtitiam di-

A rigit, & legis capitula vigintitria inſtituit. In decretis diſtin. 19. c. in memoriam, ex capitulis Caroli imperatoris ſic dicitur. In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam eccleſiam, & Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt à nobis cum manſuetudine humilitas, & licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet ſiue presbyter, ſiue diaconus aliquam per-B turbationem machinando & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolica ſede detuliſſe epiſtolam, vel aliud quod inde non venerit, ſalua fide & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, vel in aliã retrudat cuſtodiam vſque quo per Epiſtolam aut per idoneos ſuæ partis legatos, Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus [iuſto ordine] Romana lex ſtatuit definire, vt & is corrigatur & cæ-C teris is modus imponatur. Ibi eſt gloſ. notabilis de falſatiis.

A.C. 802.

Tolerãdũ eſt iugum, quod à ſancta ſede imponitur, licet moleſtũ ſibi videatur Burch l. 1. c. 219. Iuo p. 5. 20. ex Conc. Triburienſi c. 30.

Idem Carolus ſecundum chronographum per vniuerſum mundum, ad iudagandum nomina, & actus, & obitum ſanctorum nuncios miſit, quæ per Vſuardum monachum in vnum volumen compilari fecit. Hieronymus. n. ac Beda, & Florus hoc fecerant ante, ſed nõ integrè. Hic autem diebus ſingulis annotauit ea. Inuẽtum eſt autem, quòd diebus ſingulis concurrebant plus quàm trecenta feſta. Ideoque ſtatutũ eſt, vt in martyrologiis lectis iis, quæ ibi ponũ-D tur addatur, & aliorum plurimorum ſanctorũ martyrum, cõfeſſorum, atque virginum. Cum Aaron quoque rege Perſarum, qui excepta India, totum penè tenebat orientem, talem habuit in amicitia concordiam, vt hic gratiam eius omnium, qui erant in toto orbe terrarum regum ac principum amicitię præponeret, ſolúmque illum honore atque magnificentia colendum ſibi iudicaret. Qui Aaron rex Perſarũ elephantem quem ſolum habebat Carolo miſit, & præter eum munera multa.

E Terræmotus ingens & grauis peſtilentia in orbe tempore Caroli magni Vinc. ibid. cap. 2. ex Sigeb.

§. II.

IMPERATORE Carolo exiſtente Spoleti (vt refert Vincent. vbi ſuprà poſt Helinandum) pridie Cal. Maij, hora ſecunda noctis terræmotus maximus factus eſt: qui totam cõcuſſit Italiam. Quo terræmotu tectũ baſilicæ beati Pauli Apoſtoli magna ex parte cum ſuis trabibus decidit, & in quibuſdam locis vrbes & montes corruerunt. Eodem anno quædam loca in Germania & Gallia tremuerunt. Facta eſt etiam peſtilentia propter molliriem hyberni temporis. Legati Caroli ab Amira Aaron venientes, inter cætera munera etiam corpora

ſanctorum

a *Acroama vox græca quidem. Ciceroni tamen frequens, eſt id quod auditur, ſeu ſermo aut diſputatio quæ alio dicente ab alio percipitur.*

A.C. 802.

A ſanctorum Cypriani martyris epiſcopi Carthaginenſis,& Sperati primi Scillitcitanorũ,& caput Pantaleonis martyris in Fraociam detulerunt, & in monaſterio Compendij poſita ſunt. Patriarcha Hieroſolymitanus pro benedictione claues ſepulchri Dominici,& loci Caluariæ & claues ciuitatis,& munus cum vexillo Carolo miſit.

In ipſo autem anno, quo Carolus Romanum aſſumpſit imperium, Irene imperatrix, de qua in præcedenti titulo dictum eſt, cum per plures annos ſola tenuiſſet Conſtantinopoli-B tanum imperium, à Nicephoro ab imperio depoſita exilio relegatur, & ibi moritur. a Ipſe autem ſumpſit imperium Conſtantinopolitanum, & imperauit annis octo. Eo autem de-E mom à Bulgaribus cum multis ſenatorij ordinis peremptio, Stauracius filius eius imperauit anno vno. Quo depoſito Michael Nicephori gener annis. 2. Exinde Leo armeniacus octo annis. Alius Michael. 3. Thraulus. i. Balbus. 9. Theophilus. 15. Michael tertius & Theodota annis. 11. Deinde Michael ſolus annis. 13. Quo à Baſilio interfecto, idem Baſilius annis imperauit. 17. Poſt eum Leo filius eius. 18. Deinde Conſtantinus filius eius cum patruo ſuo Alexandro, ſcilicet eiuſdem Leonis fratre imperauit anno primo Alexandro autem mor-F tuo Conſtantinus imperauit annis. triginta nouem. Poſt hæc Stephanus & Conſtantinus ægrè ferentes iuſſa & patris ſui ſeueritate à iuuenili leuitate ſe coerceri, diſpoſitis in palatio inſidiis patrem de palatij ſolio depoſuerunt, & tonſo ei (vt moris eſt) capite ad vicinam inſulã in qua cœnobitæ philoſophabantur tranſmittunt.

[Margin: Filij patrẽ ab imperio deijciũt & in cœnobiũ includunt, qui à patre vicißim deijciuntur & in monaſterium retruduntur. Vide Zon.]

Nec multò pòſt cum ad eundem ex con-

a Quoniam D. Anton. ſolũ imperatorum nominibus cõtentus imperatores Conſtantinopolitanos breuiter admodum perſtrinxit hic more noſtro ea, quæ videntur deſiderari in Chronologia adiecimus. An. Christi 802. Nicephorus pop. Rom in oriente imper. 39 imp. an. 8. m. 8. d. 27. Stauratius. 40. Orientis impe. imp. m. 2. d. 10. A.C. 811. Michael Rangabes 41. Orientis C imper. a. 1. m. 2. d. 9. eodem anno Leo 5. 42. Orientis imper. a. . m. 5. d. 14. A. C. 813. Michael Thraulus 43. Orientis imper. amp. an. 8. m. 9. d. 7. A.C. 820. Theophilus Orientis imper. 44. imp. an. 12. m. 3. d. 20. A. C 829. Michael 3. 45. Orientis imper. imp. an. 25. m. 3. A.C. 842. Baſilius 46. Orientis impe. imper. an. 18. m. 10. & d. 7. A. C. 867. Leo. 6. 47. Orientis imper. im. an. 22. m. 3. d. 4. A.C. 885. Alexander & Conſtantinus. 48. Orientis imperatores imperarunt vna an. 1. m. 1. A. C 928. deinde Conſtantinus ſolus 49. Orientis imperator, dictm. 8. imp. an. 57. m. 2. Romanus 50. Pop. Rom. Orientis imperator imperauit an. 2. A.C. 962. Nicephorus. 2. 51. Pop. D Rom. imper. amp. an. 6. m. 6. A.C. 964. Ioan. Zimiſces. 52. Pop. Rom. imper. in Oriente imper. an. 6. m. 6. A.C. 970. & Obiit A.C. 977. de quibus Diaconus. lib. 24. rerum Rom. Niceph. Patriar. Conſtantinopolitanus in Annalibus. Zon. Tom. 3. & recetiores. Caterũ quod de imperatorib. Cõſtãtinopolitanis poſt annũ 977. taceri D. Anton. refert. non videdicere nullam eorum, qui poſtea fuerunt, extare memoriam. Nam ipſe D. Ant. tit. 16. cap. 13. & tit. 17. cap. 7. & 8. cum de bello ſacro agit. & in 3. parte tit. 19. cap. 2. cum Conſtantinopolitanum imperium à Gallis occupatum refert, denique E tit. 22. cap. 13. cum ipſum imperium Conſtantinopolitanum a barbaris plane euerſum narrat, de Conſtantinopol. tann imperatoribus minime ſilet. Sed ſignificat ſeriem & ordinem ſibi ſuccedentiũ imperatorum ex hiſtoriis latinis, quas ipſe habebat plane non poſſe conſtare. Vt igitur hæc imperatorum ſeries in hoc opere non deſideretur, hanc hoc loco vſque ad imperij illius excidium viſum eſt inſerere. A C. igitur 977. Baſilius iunior 53. Pop. Roman Oriente imperator cum Conſtantino 10. imper. an. 49. m. 4. quo mortuo. A C. 1026. Conſtantinus. 10. Popul. Roman. imperator. F 54. imperauit ann. 2. m. 11. Romanus 4. imperat. Orientis 55. imp. an. 5. m. 6. A.C. 1029. Michael 4. imperator Orientis 56 amp. an. 6. m. 6. A.C. 1036. Michael. 5. Orientis imperator 57 amp. m. 4. d. 5. A C. 1042. Zoes & Theodora Augusta m. 3. A.C. 1042 Conſtantinus. 11. 58 amperator. amp. an. 12. m. 8. d. : : : : . eodem anno Theodora Auguſta imperauit annũ. 1. m. 9. A.C. 1054. Michael 6 amperator. 59. imp. an. 1. A. C. 1056. Iſaacius Comenus. imp. 60 amp. an. 2. m. 3. A. C. 1057. Conſtan-A tinus 12. imperator. 61. imper. an. 7. m. 6. A.C. 1059. Eudoxia & Andronicus imperarunt vna. m. 7. d. 9. A.C. 1067. Romanus 3. imperator. 62. imp. a. 3. m. 8. d. 12. A. C. 1068. Michael 7. imperator 63. imp. an. 6. m. 6. A.C. 1071. Nicephor. 3. imperator 64. imp. a. 3. d. 8. A C. 1078. Alexius Comnenus imperator 65. imper. an. 37. m 4. die. 15. A. C. 1081. ſub hoc imperatore regnum Hieroſolymitanum eſt inchoatum, & de hoc fit in bello ſacro crebra mentio. Ioannes 4. imperator. 66. imp. an. 24. m. 8. d. : . : : : A.C. 1118. Manuel imperator 67. imp. an. 37. m. 7. d. aliquot. A.C. 1143. Alexius iunior, imperator. 68. imp. an. 3. d. aliquot. A.C. 1180. Androni-B cus Comnenus imperator. 69. imp. a. 1. m. 10. d. aliquot. A.C. 1183. Iſaacius Iunior imperator 70. imp. . 1. 9. m. 7. A.C. 1185. Alexius 3. imperator 71. imp. a. 8. m. 3. d. 9. A. C. 1194. Alexius 4. imperator. 72. m. 6. d. 8. A.C. 1203. Alexius 5. imperator 73. A.C. 1204. Quo anno Conſtantinopoli à Gallis capta fuit ſchiſma in Orientis imperio. Nam Balduinus primus ex Latinis Conſtantinopoli imperator creatur. Adrianopoli verò Theodorus 74. imperator impera. an. plus minus 18. Ioannes 3. (vt omittam Latinos qui Conſtantinopoli rerum potiti ſunt) imperator. 75 amp. an. 33. A.C. 1222. Theodorus C 4. imperator 76. amp. a. plus minus 4. A.C. 1255. Ioannes 4. 77 amperator imp. an. 1. m. aliquot. Michael. 8. imperator. 78. imp. an. 22. A.C. 1251. bis in Concilio Lugdunenſi R.E. fidem amplexus eſt. Andronicus 2. 79. imperat. imp. an. plus minus 43. A.C. 1283. Andronicus 3. imperator. 80 amp. an. 13. A.C. 1326. Ioannes. 5. 81. impe. imp. an. 16. A.C. 1339. Ioannes 6. imperator. 82. imp. an. 30. A.C. 1355. Andronicus 4. imperator. 83. imperauit an. 3. A.C. 1385. Manuel Iunior imper. 84. imp. an. plus minus triginta. A.C. 1389. Ioannes 7. 85. amperator imp. a. 3 m. 6. 1418. Ioannes 8. amperator. 86. amp. a. plus minus 24. A.C. 1422. Conſtantinus 15. imperator. 87. D imperauit. an. plus minus octo. A. C. 1446. Porro anno 1453. 4. Kal. Iunij Conſtantinopoli à Turcis capta Romanum Orientis imperium excisum eſt, & in taeterrimam Turcorum ſeruitutem deuolueam eſt cum mille centum & viginti tres annis ex quo à Conſtantino conditum fuerat penes Chriſtianos principes fuiſſet ex Onuph.

A C. 802.

dicto conſediſſent, & de prioratu ſedendi inter ſe conſulto decertarent, dato ſigno à viris Conſtantini filij Leonis imperatoris, ambo fratres ſolio deturbantur, & tonſis capitibus ad idem monaſterium, quo patrem tranſmiſerant, etiam ipſi ad philoſophandū cum monachis tranſmittuntur. Ita euacuato palatio abuſiuis imperatoribus, ipſe Conſtantinus & Romanus filius eius imperauit annis ſexdecim. Quo defuncto Nicephorus imperauit annis decem. Hic timens à filiis ſuis imperio expelli, quia ſenex erat, eos eunuchizari volebat. Quorum mater Ioanni ſuaſit, vt eum occideret, & imperaret, ſicque factum eſt, & imperauit annis ſex. Et exinde de Conſtantinopolitano imperio tacetur, ſcilicet ab anno domini nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Carolus cū Græcis imperatoribpacem facit.

Carolus autem indignantibus contra ſe Conſtantinopolitanis imperatoribus ſecundum chronographum, propter inuidiam imperatorij nominis ſibi impoſiti à Romanis, magna illos magnanimitate & patientia tulit. Et quia ſuſpectam eius potentiam habebant, crebris eos ſibi legationibus firmiſſimo fœdere conciliabat. Quantum autem extenſum dominium habuerit, & cum quanta deuotione epiſcopos honorauerit, patet ex eo, quod habetur vndecima quæſtione prima. volumus, vbi dicitur. Volumus atque præcipimus, ait Carolus, vt omnes noſtræ ditioni [Deo auxiliante] ſubiecti tam Romani, quàm Franci, Alemanni, Baioarij, Saxones, Thuringi, Phryſones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Vaſcones, Beneuentani, Gothi, Hiſpani, cæterique omnes ſubiecti nobis, quocunque videantur legis vinculo adſtricti vel conſuetudinario more connexi hanc ſententiam, [quā ex quindecimo Theodoſij imperatoris li. c. videlicet vndecim. ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus reſcripta ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege teneant, quæ ſcilicet lex talis eſt. Quicunque litem habēs ſiue poſſeſſor ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotia peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur ad epiſcoporum iudicium cum litigantium ſermone dirigatur. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio, vel ciuili iure tractantur epiſcoporum ſententiis terminatæ perpetuo ſtabilitatis iure firmentur. Nec vlterius liceat retractari, ſcilicet per appellationem negotiū, quod epiſcoporum iudicio deciditur. Teſtimonium etiam licet ab vno epiſcopo perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur [cum teſtimonium epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum] vbi dicit glo. & verè, qui licet, quæ hic dicta ſunt ſint abrogata per alia iura contraria: tamen Innocen. extra de iudi. nouit. argumentatur ex ea. non quidem vt eam approbet, ſed vt oſtendat quantam habuerint affectionem & deuotionem imperatores iſti Theodoſius, & Carolus ad ſacerdotium.

Co. Theodoſi. l. 16. de epiſco. iudcio l. 1. § quicunque.

Lib. 2. decretal. tit. 1. c. 13. & habetur in 3 parte huius operis tit. 19. ca. 1. §. 15. Vide etiā Turria li. 3. pro defe. Can. apo. ca. 11.

A Quomodo Carolus expeditionem Hieroſolymitanam ſuſceperit. Vin. cap. 4.

§. III.

LEGITVR, inquit [a] Helinādus, vt refert Vincen. vbi ſuprà, quòd eo tempore quo Carolo datum eſt Romanum imperium, Patriarcha Hieroſolimitanus de ciuitate expulſus à paganis, venit Conſtantinopolim ad imperatorem, & cum eo Ioannes Neapolitanus ſacerdos, & Dauid archipreſbyter Hieroſolymitanus, quos ille miſit ad Carolum cum epiſtola Ioannis patriarchæ manu ipſius imperatoris ſcripta, & cum duobus præfatis fuerunt, & alij legati Hebræi Iſaac & Samuel. In cuius epiſtolæ vltima parte ſcriptū erat. Quadam nocte in ecſtaſi factus, vidi ante lectum meum quemdam Iuuenem ſtantem, qui me blandè vocans paululum tetigit, & ait. Conſtantine imperator rogaſti diuinum auxilium ad hanc rem, ecce accipe Carolum magnum ad hoc negotium regem Galliæ, ecce in domino propugnatorem. Et oſtendit mihi quemdam militem armatum, ocreatum & loricatum ſcutum rubeum habentem, enſe præcinctum, cuius manubrium erat purpureum haſta altiſſima, cuius cuſpis ſæpè flammas emittebat, inſtructum, & in manu tenebat caſſidem auream, & ipſe ſenex prolixa barba, vultu decorus, ſtatura procerus, cuius oculi fulgebant tanquam ſtellæ, & canis caput albeſcebat. Age iam Auguſte, qui iuſſionibus Dei refugit obedire, non poterit culpam euadere, Emanuel gemma Ieſu.

In domino gaude, memor eius fungere laude,
Iuſtitiæ Zona lumbos caput atque corona,
Perpetè ſuccingat te Chriſtus, honoreq́ ſtringat. &c.

Hic ipſe Conſtantinus ſepties expulerat paganos ab Hieroſolymis, ſed [aduerſus] eū præualuerunt tandem.

Hi legati regem Pariſiis inuenerunt, & epiſtolas tradiderunt. Quibus perlectis lachrymari cœpit pro ſepulchro domini. Has epiſtolas iuſſit rex, vt Turpinus Archiepiſcopus legeret, & exponeret coram omni populo. Quibus auditis omnes proficiſci regē deprecabantur. Hoc audito mox rex edictum propoſuit vt omnes qui poſſent arma ferre ſecum iret contra paganos, & qui non irent, ipſe & filij eius ſerui quatuor nummorum eſſent. Itaque maiorem exercitum, quàm vnquam habuerat, congregauerunt, & profecti ſunt. Cum veniſſent autem Hieroſolymam, in nemus quoddam, quod vix duorum dierum ſpacio tranſiri ſolet, in quo erant griphones, vrſi, leones, tigres &

a De eius expeditione Hieroſolymam verſus Franci ſcriptores nihil tradunt præter Turpinum Remenſem archiepiſcopum, & ex exteris Erphordienſem. cap. 69. Geneb.

alia

A.C. 806. aliæ ietæ diuerſæ. Carolus putans ſe illud
tranſiturum vno die, iogreſſus eſt eum exerci-
tu. Adueniente igitur nocte,& exercitu erran-
te, Carolus cœpit caſtrametari. Tranſacto au-
tem noctis initio, rex in lecto ſno accubans,
pſal. 118. incboauit pſalmos, & cum diceret huoc ver-
ſum. Deduc me domine in ſemita mandatorũ
tuorum, quia ipſam volui. Ecce ad aures eius
euidentius vox cuiuſdam alitis prope lectum
eius clamantis audita eſt, quam qui aderant au
diétes expertecti ſunt. Rex autem continuauit
vſque ad illum locum. Educ de cuſtodia ani-
mam meam. Quod eum diceret, ales iterum
[illegible] clamauit. France quid dicis. France quid dicis,
hanc alitem rex ſecutus paruula ſemita, donec
recognouerunt callem, quem die præterito a-
miſerant.

Fugatis paganis, & recuperata terra ſancta,
petiuit rex licentiam repatriandi ab impera-
tore Conſtantinopolitano, & patriarcha Hie-
roſolymitano. Quem imperator retinuit per
vnum diem apud Coostantinopolim,& inte-
rim fecit parari ante portas ciuitatis animalia
diuerſi generis,& coloris, & aurum, & gem-
mas. Carolus autem, ne inurbanus videretur,
ſi nihil acciperet, quæſiuit conſilium à procea-
ribus ſois, quid facere deberet. Qui responde-
ruot à nullo debere eum aliquod munus acci-
pere pro labore, quem pro ſolius Dei amore
ſuſceperat. Qui laudans conſilium, iuſſit om-
nibus ſuis, vt omnes res appoſitas nec reſpice-
re dignarentur. Tandem adiuratus & coactus
aliquod munus pro Dei amore accipere, peti-
uit de reliquiis paſſiooia dominicæ. Inito ergo
conſilio, indictum triduanum ieiunium om-
nibus noſtris & duodecim perſonis Græcis,
quæ ad hoc electæ ſunt ſanctuarium diuiden-
dum. Tertia die Carolus ſua peccata confeſſus
eſt Ebronio archiepiſcopo. Deuique vtrimque
clerici pſalmos cum litania inchoant. Cum
autem Daniel Neapolitanus antiſtes aperuiſ-
ſet thecam, in qua erat ſpinea corona, tantus
odor exiit inde, vt omnes putarent ſe in para-
diſo eſſe. Tunc Carolus proſtratus in pauimen
to plenus fide orauit dominum, vt propter glo
riam ſui nominis miracula ſuæ paſſionis & re-
ſurrectionis renouaret. Et cum oraſſet, ſtatim
ros cœlitus veniens lignum infudit,& inebria
uit,& flores emittere fecit, tantáque lua cum
odore adſuit, vt omnes ſua veſtimenta cœle-
ſtia putarent. Cumque Daniel adunca forcipe
robur ligni ſecare inciperet, tunc magis ac ma-
gis florere cœpit. His ita geſtis, ecce turba infi
nita eccleſiam violenter intrans clamare cæ-
pit. Verè hodie eſt reſurrectionis dies. Nam o-
dor de floribus illis exiens totam repleuerat
ciuitatem,& trecentos ægros ſanauerat.

Poſt hæc præfatus Daniel manibus eleuatis
clauum regi tribuit. Data ſunt præterea Ca-
rolo regi fruſtum Crucis dominicæ,& domini
ſudarium, & camiſia beatæ Mariæ, & faſcia,
qua dominũ Ieſum in cunabulis cinxit,& bra-
chium ſancti Symeonis. Quæ omnia recondi-
dit honorificè, & cautè cuſtodiuit. Indéque
[illegible] recedens cum reuerteretur in Franciam, in
quodam caſtro, vbi aliquamdiu permanſit, ad
tactum ſacratiſſimarum reliquiarum ſuſcita-

A tus eſt puer mortuus,& quinquaginta infirmi A.C. 806.
ſanati. Demum veniens Aquiſgranum ibi eas
collocauit, vbi & plurimi infirmi curati ſunt à
variis languoribus virtute ipſarum reliquia-
rum,& ſuſcitatus eſt mortuus. Et diuulgatum
eſt per orbem dictas reliquias de Hieroſoly-
mis Conſtantinopolim adductas tunc primo
poſtea de Conſtantinopoli illuc apportatas.
Quod autem dictum eſt de captione Hieroſo-
lymorum per Carolum,& dictis reliquiis da-
tis à Conſtantino imperatore, videtur fuiſſe fa
ctum, antequam imperium ſumeret Carolus,
B & ſub Conſtantioo huius nominis quinto,
qui cum matre ſua Hirene imperauit,& poſtea
ſolus ipſe.

De expeditione Compoſtellana. Vinc. lib. 24. cap. 6.

§. IIII.

C POSTQVAM [a] autem Carolus multa
regna acquiſierat vt refert Vinc. ſpe. hiſt.
lib. 25. ex verbis Turpini archiepiſcopi propo
ſuit quieſcere à præliis, ſtatimque intuitus eſt
in cœlo viam quamdam ſtellarum, incipien-
tem à mari Phryſiæ, & tendentem inter Teu-
toniam,& Italiam, inter Galliam & Aquitaniã,
& recta tranſeuntem per Vaſconiã,& Baſclam,
& Nauarram,& Hiſpaniam, vſque ad Galliciã,
in qua beati Iacobi corpus tunc latebat inco-
gnitum. Hanc viam per ſingulas noctes aſpi-
ciebat Carolus,& cogitabat quid ſignificaret.
D Cui hæc cogitanti, vir quidam optimæ & pul
cherrimæ formæ vltra fas quàm eſt dici, nocte
in ecſtaſi apparuit dicens: Quid agis fili mi?
Cui Carolus. Quis es domine? Ego ſum (ait)
Apoſtolus Iacobus: alumnus domini, filius Ze act. 12.
bedæi frater Ioannis euangeliſtæ, quem Hero-
des gladio peremit cuius corp⁹ in Gallicia, quę
à Saracenis turpiter adhuc opprimitur, inco-
gnitum requieſcit. Vnde miror cur terram
meam adhuc non liberaſti, qui tot & tantas vr
bes acquiſiſti: quapropter tibi notifico, quia
E ſicut te dominus potentiſſimum omnium re-
gum fecit terrenorum, ſic ad præparandum
iter meum,& liberandum terram meam è ma-
nibus Moabitarum te elegit, vt coronam æter-
næ retributionis exinde tibi præpararet. Via
ſtellarũ, quam in cœlo vidiſti, ſignificat, quòd
tu magno exercitu ad expugnandam terram
paganorum perfidam,& liberandum iter meũ
& ad viſitandum ſarcophagum meum, ab his
oris vſque Galliciã iturus es, & poſt te omnes
populi à tempore præſenti, vſque ad finem ſæ-
culi.
F

a *Carolus Gallicianam D. Iacobi ædem inſtituit, ditatq́, ampliſſimus prædiis & donariis. Sabell. Enn. 8. lib. 8. Porrò D. Anton. ipſe tit. 11. cap. 6. §. 2. & in hoc tit. cap. 2. §. 3. Galliciæ regionem ſcribit nunquam à Saracenis fuiſſe occupatam, & Hildephonſus Aſturiæ & Galliciæ rex an. 798. Vlyſſiponem cepit. 70. Maurorum millia cecidit, & de præda, loricas, mulos & captiuos Carolo miſit. Ado Regino.*

agnooit, in fogam verſus eſt. Et tunc Carolus cum copiis ſuis teoerſus eſt in Galliam.

Anno imperij Caroli tertio, vt teſtator chronographus Auares, qui & Hunni, longo contra Francos bello perdomiti, adeò ſua fortitudine potentiaque ſunt diminuti, vt qui alios laceſſere ſolebant, iam nec ab aliis tueri ſe valerent. Nam omnis eorum in hoc bello nobilitas, & gloria periit. Et quicquid pecuniæ & theſauri per tot ſæcula terrarum orbem viocendo ſibi congeſſerant totum nunc Francorum victoriæ ceſſit. Nulloque vnquam bello tam multa ſpoliorum quantitate Francia ditata eſt. Eodem autem anno luna ter obſcurata eſt, & ſol ſemel, acieſque magnitudinis miræ viſæ ſunt in aere. Eodem tempore Thiomeith (alias Chumeid) amiteus miſſus ab Aaron ad excidendam Lyciam, eom veniſſet myram, niſus eſt arcam ſancti Nicolai conterere, ſed peo ea confregit aliam: Et pro temeritate præſumpta totam amiſit claſſem: tempeſtate ineuitabili ſubſequente. Legatus autem regis Perſarum detulit imperatori Carolo munera papilionem, & tentoria varij coloris & miræ magnitudinis & polchritudinis byſſina pallia multa ſerica, odores aromatom vnguenta & balſamum. Et horologiom ex orichalco arte mechanica mirificè compoſitum. Duo etiam candelabra ex oricalco miræ magnitudinis.

Anno autem 6. imperij Caroli, qui fuit 706. ab incarnatione Dñi, vt refert Vinc. ſpe. hiſto. vbi ſuprà. legitur facta tranſlatio beati Bartholomei apoſtoli corporis de inſula Lipara in Beneuentium per hunc modum. Superuenientes enim Saraceni in dictam inſulam Liparā, vbi corpus apoſtoli quieſcebat, ipſam ſolā depopulati ſunt, & accedentes ad ſepulchrum beati Bartholomei, quod ibi erat in magna veneratione, illud effringentes oſſa eius diſperſerunt hincinde. Illis autem recedentibus, apparuit beatus Bartholomęus cuidam monacho Græco, qui fuerat illius eccleſiæ cuſtos, dicens. Surge collige oſſa mea. Cui ille. Quare oſſa tua colligere, aut aliquem honorem impendere tibi debeamus: cum tu permiſeris nos, & ſepolchrum tuum deleri à paganis? At ille per longa annorom curricula meis precibus nuncuſque locus ſecurus conſtitit, ſed multiplicata erant ita mala illius, vt pro eo amplius obtinere precibus non potui. Tu tamen ſurge, & fac vt dixi. Quomodo (inquit monachus) hoc facere potero cum vbi diſperſa ſint neſcio? Ad quem apoſtolus: Noctu vade ad colligendum ea, & quę videris reſplendere vt ignem, hęc leua, quia illa verè ſunt oſſa mea. Qui ſtatim diligenter iuſſa complens recondidit ea in loculo, & abiit relicto ſocio ſuo. Cumque pro exquirendis Saracenis illuc Longobardorom applicarent nauigia nutu Dei inuentum ibi monachum, & ſanctum dei apoſtoli corpus tulerunt, & abierunt. Superuenientes autem Saraceni circumdederunt nauim illam in qua erat ſanctum corpus, ita vt euadere non poſſent. Sed ſubito factę ſunt denſiſſimæ tenebræ ante Saracenorum naues, ita vt neſcirent, quo pergerent, ſicque inuiſi ab eis liberati ſunt. Exeontes autem ad terram in partibus regni, Beneuentum duxerunt ſanctum corpus, ibi in altario honorificè condientes anno Domini 809 25. menſis Octobris. Romani tamen aſſerunt ſe dictum corpus habere in vrbe, qood eſſe poteſt de parte aliqua.

A.C. 806.

Regnū pro Neapolitano Dominio apud D. Ant. eſt fraquens.

a *Quomodo iſtud S. Bartholomei corpus Romā delatum fuerit, ſic refert Blon. lib. 3. dec. 2. Cum Romam perueniſſet Otho ſecundus perquirendis reparandiſq; fractis exercitus ſui rel quiis operam diligenter impendit. Quare integris, qui turpi fuga proapſi in vrbem redierant, cæteros addens Romanos, tanquam hoſti aliquo in loco ſe oppoſiturus, ſimul cum reducibus ex conflictu eduxit. & Beneuentanos adortus imperator vrbem cepit. Per eamq; occaſionem aſportatas Bartholomæi Apoſtoli reliquias Romæ in inſula Iouis primo dicta & poſtmodum lycaonis locatas ferunt, veramquam tranſlationem, & eam quæ ex lipara inſula Beneuentum & eam quæ Beneuento Romam hæc ſanctiſſima oſſa fuerant tranſportata confirmat Brt Romæ in D. Bartholomæi feſto.*

De trāſlatione S. Bartolomei in vrbem.

Caroli contra Aigolandum regem geſta ex Turpino. Vinc. ca. 12.

§. VI.

De prælus inter Aigolandum Paganoum, principem exercituum infidelium & Carolum regem Francorum. Aigolandus igitur congregauit innumeras gentes, Saracenos, Mauros, Moabitas, Æthiopes, Parthos, Aphricanos, Perſas, regem Arabum, regem Alexandriæ, regem Bugiæ, regem Algarbiæ, regem Barbariæ, regem Meleloh, regem Maioricæ, regem Meqnæ, regem Sibiliæ, regem Cordubiæ. Et venit vſque ad vrbem Vaſconiæ Agennum, & cepit eam. Et mandauit Carolo, vt veniret ad ſe pacificè cum parua militum turba, promittens ei nouem equos oneratos auro, & argento & cæteris gazis, ſi ſuo imperio ſubiaceret. Hæc autem dicebat, quia eum agnoſcere volebat, vt poſtea in bello poſſet eum occidere. Quod animaduertens Carolus venit cum duobus tantum millibus fortium vſque ad quatuor milliaria prope vrbem Agennum, & dimiſit eos ibi occulte. Et venit cum quadraginta tantum militibus vſque ad montem, qui eſt prope vrbem, vnde poteſt ciuitas videri, ibique dimiſit illos, et mutatis veſtibus ſuis optimis ſine lancea, clypeo poſt dorſum tranſuerſo ſicut mos eſt nunciis tempore belli, cū vno ſolo milite venit ad vrbem. Qui ducti ſunt ad Aigolandum. Ad qoem cum veniſſent dixerūt: Carolus nos miſit ad te. Venit vt imperaſti cum quadraginta militibus & vult tibi militare, & effici tuus. Veni ergo ad eum cum quadraginta de tuis pacificè, ſi vis illi dare, quod pollicitus es. Qui reſpondit, vt redirent ad Carolum, & dicerent ei, vt expectaret eum. Carolus tunc cognouit eum & explorauit vrbem

 Agen-

A.C. 806.

Agẽnũ, in qua parte eſſet facilior aditus ad capiendum eam, & reges qui erãt in ea. Et rediit ad 40. milites, & poſteà cum illis ad ſua duo millia. Aigolandus autem ſubitò ſecutus eſt eos cũm ſeptem millibus militum. Sed illi animaduertentes fugerunt.

Carolus verò rediit in Galliam, & coadunatis exercitibus reuerſus eſt ad vrbem Agennum, & obſedit eam ſex menſibus. Septimo verò menſe aptatis circa vrbem artificiis, & caſtellis ligneis, Aigolandus cum regibus & baronibus ſuis per latrinas & cauernas latenter exiuit, & ſic fluuium Garumnam, qui fluit B iuxta vrbem tranſmeantes, euaſerunt. In craſtinum Carolus vrbem cum magno triumpho intrauit, & decem millia Saracenorum interemit, reliqui per Garumnam fugerunt.

Carolus Agen ũ capit.

Aigolandus autem venit ad Sanctonas, quem Carolus inſecutus mandauit ei, vt redderet vrbem, qui noluit: ſed exiuit contra eum in prælium tali conditione, vt eius eſſet vrbs, qui vinceret. Sero autem ante diem belli, inter caſtrum Talaburgum & vrbem, iuxta fluuium nomine Carantam, infixerunt Chriſtiani haſtas ſuas in terram ante caſtra, & craſtina die C inuenerunt haſtas ſuas corticibus & frondibus decoratas, ij ſcilicet in bello morituri, & martyres futuri erãt pro fide Chriſti occumbendo. Qui tanto miraculo gauiſi, abſciſſis haſtis ſuis martyrio coronantur, quia pro fide Chriſti, & etiã equus Caroli occiſus eſt. Ibi poſtea fugientes occiſi ſunt à Carolo rex Algarbiæ, & rex Bugiæ.

Aigolandus autem fugiens venit ad Pampelunam, & mandauit Carolo, quod ibi eum expectaret cauſa præliandi. Quo audito Carolus rediit in Galliam, & præcepit per totam D Galliam, vt omnes ſerui, qui ſub malis conſuetudinibus clericorum tenebantur, ſoluta proprij capitis ſeruitute, & venditione depoſita, cum omni progenie ſua præſenti & futura remanerent liberi. Omnes etiam, quos ergaſtolis captos reperit, abſoluit, & quos pauperes inuenit ditauit, nudos veſtiuit, diſcordes pacificauit, exhæredatos propriis honoribus releuauit. Omnes armis doctos & ſcotigeros milites fecit. Quos etiã ab amore ſuo iuſtè ſeparauerat, compunctus ad amicitiam reuocauit. Tunc ergo coadunatis centum viginti tribus E millibus bellatorum præter armigeros & pedites, quorum non erat numerus profectus eſt in Hiſpaniam contra Aigolandum. Hæc autem ſunt nomina principum eius Caroli. Ego Turpinus archiepiſcopus Remenſis, qui dignis monitis populum fidelem armabam, & Saracenos propriis manibus & armis ſępè expugnabam, Rolandus comes Cenomanenſis, nepos Caroli, filius Berthæ ſororis eius, & Milonis ducis cum quatuor millibus armatorum. Oliuerius comes Gebennenſis filius Rainerij comitis cum tribus millibus bellatorum. Araſtagnus rex Britannorum cum ſex millibus (Alius tamen tunc rex erat in Britannia) Engelerius dux Aquitaniæ vrbis, quam F Cæſarauguſtus primum in illis oris fecit. Cui ſcilicet vrbi Bituricas, & Lemonicas, & Pictauos, & Sanctonas, & Engoliſmam cum prouin-

A ciis ſubiecit, vnde tota illa patria Aquitania vocata eſt. Hæc autem ciuitas poſt Engelerij obitum in vaſtitatem verſa eſt, quia omnes ciues eius in Rõciualle occiſi ſũt, nec alios colonos habuit amplius. Gaiferus rex Burdegalẽſis, Gundebaldus rex Phryſię, Oellus comes Nannetenſis, Arnoldus de Bellanda, qui Aigolandum poſtea occidit in bello, Naamam dux Baioariæ, Othgerus rex Daciæ. Lambertus princeps Bituricenſis, Samſon Dux Burgundiæ, Conſtantinus præfectus Romanus. Garinus dux Lotharingiæ. Exercitus autẽ Caroli B totam terram longitudine & latitudine cooperiebat duabus dietis.

A.C. 806

De colloquio & pacto facto inter Carolum & Aigolandum, & promiſſione facta ab Aigolãdo de perceptione baptiſmi, quam tamen non ſeruauit.

§. VII.

C CAROLVS igitur, vt refert Vinc. vbi ſupra ex verbis Turpini, cum didiciſſet linguam Saracenicam adhuc iuuenis apud Toletum venit ad colloquium datis treugis inuicem cum Aigolãdo. Inieruntque pactum, quod illi quorum militas vincerentur, legem victorum tanquam meliorem ſequerentur. Mittuntur ergo ſub hoc pacto viginti milites Chriſtiani contra viginti Saracenos, & interfecti ſunt Saraceni. Deinde mittuntur quadraginta contra quadraginta & victi ſunt Saraceni. Deinde centum contra centum, & fugerunt D Chriſtiani. Poſtea miſſi ſunt ducenti contra ducentos & interfecti ſunt omnes Saraceni. Demum mille contra mille Saracenos, & occiduntur omnes mille Saraceni. Tunc Aigolandus affirmans legem Chriſtianorum meliorem eſſe ſua ſcilicet Machometana ſtatuit, vt die ſequenti baptizaretur.

In craſtinum ergo data ſecuritate, vtrique parti eundi & redeundi, venit Aigolandus, vt baptizaretur, & vidit Carolum ad menſam ſedentem & inſpexit ordines ſedentium inter quos erant quidam in militari habitu, quidam in canonicali, quidam in monachali, interro- E gauit de vnoquoque ordine. Videns autem quadam parte duodecim pauperes in miſerrimo habitu, ad terram ſedentes, & ſine menſa & linteaminibus paruo cibo & potu vtentes, quæſiuit qui illi eſſent. Carolus reſpondit. Hęc eſt gẽs Dei, nũcij Dei noſtri Ieſu Chriſti, quos ſub numero duodeci apoſtolorũ quotidie paſcimus. Ad hęc Aigolandus. Male domino ſuo ſeruit, qui ſic nuncios domini ſui recepit. Qui circa te recident fęlices ſunt, & fęliciter comedunt, & bibunt, & induuntur, & nuncij Dei tui ſemper ſiti & frigore pereunt, & longè à te turpiter ſunt proiecti. Magnã verecun- F diam facit Domino ſuo, qui famulis eius ſic ſeruit. Legem ergo tuam dicebas eſſe bonam nunc oſtendiſti falſam, acceptaque licentia ſcandalizatus, rediit ad ſuos, & baptizari renues mandauit ei bellum in craſtinum

Aigolandus qua re baptizari renuit.

Tunc

Tunc intelligens Carolus, quare ille noluerat baptizari omnes pauperes, quos in exercitu inuenit, diligenter procurauit optimè indui, & cibum & potum eis abundanter prouidit. In crastinum ergo inito prælio inter exercitum Caroli ex vna parte, & exercitum Aigolandi ex altera, tanta fuit cædes Paganorum occisorum à Christianis (inter quos etiam cecidit in mortem & ipse Aigolandus princeps eorum) quòd Christiani vſque ad baſes in ſanguine interfectorum natabant. Quicunque autem in vrbe, inuenti ſunt Pannona interfecti ſunt. Rex Sibiliæ & rex Cordubæ cũ paucis fugerunt. Quidam verò Christiani cupiditate ducti reuerti ſunt, vt tollerent ſpolia occiſorum, & cum redirent onuſti auro & argento, a rege Sibiliæ & rege Cordubæ qui latebant in inſidiis interfecti ſunt omnes vſque mille. In craſtinum rex Nauarrorum nomine Furre mandauit bellum Carolo. Carolus autem rogauit Deum, vt oſtenderet, qui eſſent morituri in bello. Et in craſtina die apparuit ſignum Crucis dominicæ rubrum in humeris moriturorum retro ſuper loricas.

Rolandi cum Ferracuto ſingulare certamen. Vinc. lib. 24. ca. 15.

§. VIII.

Refert Vin. vbi ſupra ſcilicet 25. li. ſpe. hiſt. de quodam gigante nomine Ferracuto, quem admiraldus Babyloniæ miſerat cum viginti millibus Turcorum ad Carolum debellandum, qui virtutem quadraginta fortium poſſidere dicebatur. Egreſſus ergo gigas iſte de vrbe Mageia, petiit ſingulare certamen contra quemlibet. Et cum multi fortes de exercitu Caroli miſſi fuiſſent ſucceſſiuè, & omnes ille gigas faciliter caperet & in carcerem mitteret, demum Rolandus princeps exercitus, vix impetrare potuit licentiam à Carolo rege, qua tandem obtenta acceſſit contra eum quem gigas ſtatim cepit manu dextra ſicut priores ſeperat, & miſit eum ante ſe ſuper equum ſuum. Sed Rolandus dum duceretur captus ſuper equum, arripuit eum per mentum, & euertit eum fortiter, & ceciderunt in terram ambo. Poſtquã autem pluries ſimul pugnaſſent ſingulari certamine equites & pedites, facto aliquo interuallo Ferracutus cœpit interrogare Rolandum de lege Chriſtiana. Qui cum ei optimè expreſſiſſet, ait gigas, tali pacto tecum pugnabo, quod ſit vera hæc fides, quam tu aſſeris, ſi à te victus ſim, falſa autem, ſi tu à me victus eris. Et ſit genti victæ iugiter opprobrium, victori autem laus & honor in æternum. Congreſſus igitur in prælium gigas, in vmbilico vulneratus à Rolando mortuus eſt, Rolandus autem reuerſus ad ſuos eſt incolumis. Sicque Chriſtiani ingredientes vrbem ceperunt, & pugnatores, qui fuerant victi & incarcerati à gigante eo occiſo de carcere eripiuntur.

Poſt hæc iuit Carolus Cordubam vbi ad expugnandum eum expectabant rex Sibiliæ

A & rex Cordubæ. Cumque iubente Carolo, prima turma militum noſtrorum contra primam Paganorum venerunt, ante ſingulos equos eorum ſinguli pedites erant, habentes laruas barbatas & cornutas ſimiles dæmonibus tenentes ſinguli ſingula tympana, quæ manibus fortiter percutiebant, quorum ſonitus mox vt equi noſtrorum audierunt, & terribiles eorum ſimilitudines viderunt, exterriti fugerunt, & retineri nullo modo valuerunt. A.C. 816

B Mane autem facto Carolus præcepit, vt omnium equorum capita linteis & pannis velarentur, & aures obturarentur. Sicque procedentes ad pugnam, occiderunt aduerſarios vſque ad meridiem, ſed non vſque ad internecionem. Nam omnes Saraceni coadunati erant circa plauſtrũ, quod octo boues trahebant, ſuper quod vexillũ eorum leuatũ erat. Moſque illis erat, vt nemo ex eis fugeret de bellu, quãdiu ſignum erectum videbatur. Quod cum Carolus agnouiſſet, ingreſſus eſt medias acies vſque ad vexillum, quod ſpata ſua abſcidit. Et

C mox illi fugerunt, quorum cæſa ſunt octo millia. In craſtinum Altumaior Cordubæ reddidit vrbem Carolo tali pacto, quòd ipſe baptizaretur, & vrbem ab illo teneret. Tunc Carolus diuiſit terras Hiſpaniæ pugnatoribus ſuis. Deinde dimiſſis exercitibus ſuis maioribus in Hiſpania iuit ad ſanctum Iacobum, & quos in illa patria Chriſtianos reperit ædificauit: apoſtatas autem aut peremit, aut in Galliam in exilium miſit, & conſtituit per ciuitates epiſcopos & presbyteros, & ego Turpinus cum nouem epiſcopis eccleſiam beati Iacobi & altare rogatu Caroli dedicaui.

D

De proditione Ganelonis & occiſione maxima Chriſtianorum in bello Roncivallis & tranſitu Rolandi.

§. IX.

E

Erant igitur apud Cæſarauguſtam duo reges Saraceni Marſirius & Beligandus frater eius, miſſi ab Amiraldo Babylonis de perfide ad Hiſpaniam, qui Caroli imperio ſubiacebant, & ei ſeruiebant, ſed in caritate ficta. His mandauit Carolus per Ganelonem, vt aut baptiſmum ſuſciperent, aut tributum ei darent. Qui miſerunt ei triginta equos oneratos auro & argento, cæteriſque gazis Hiſpanicis, & quadringentos equos oneratos vino dulciſſimo & puro pugnatoribus ad potandũ

F & mille Saracenas formoſas, Ganeloni autẽ 20. equos oneratos auro & argento, & palliis fraudulenter obtulerũt vt pugnatores ſcolle in manus illorum traderet. Qui pecuniam accepit, & conceſſit, & cõfirmauit cum eis pactum proditionis. Maiores pugnatores vinum ſolummodo acceperunt, mulieres nullatenus, ſed minores ſuſtulerunt eas. Tunc conſilio Ganelonis Carolus tranſiit portus Ciſereos, & fecit vltimam cuſtodiam

A.C. 806. diam de cariſſimis ſuis principibus Rolando & Oliuero cum maioribus propugnatoribus in Ronciualle cum viginti millibus aliorum chriſtianorum.

Tunc Marſirius & Beligandus cum quinquaginta millibus Saracenorum ſummo mane conuenerunt de nemoribus & collibus: vbi concilio Ganelonis duobus diebus & duabus noctibus latuerant. Et fecerunt duas turmas, vnam de 20. millibus: aliam de 30. millibus. Prima de 20. millibus cœpit primum percutere noſtros. Qui conuerſi occiderunt eos à mane vſque ad tertiam. Et nec vnus ex viginti millibus euaſit. Statim verò illos tanta cæde fatigatos inuaſerunt alia triginta millia & percuſſerunt noſtros à maiori vſque ad minorem. Quod ideò eis contigit quia præcedentibus noctibus vino Saracenico ebrij, plures eorum cum mulieribus paganis & Chriſtianis etiam, quas ſecum multi de Gallia adduxerãt, fornicati fuerunt. Ibi ergo omnes pugnatores interfecti ſunt præter Rolandum, Balduinum & Theodoricum. Turpinus autem & Ganelo cum rege Carolo erant. Peracto illo bello quando rediret Rolandus inuenit quemdam Saracenum in nemore latentem, quem ligauit fortiter ad arborem, & aſcendit in montem quemdam, vt exploraret illos, & vidit quia nulli erant, & rediit retro ad viam Ronciuallis & inſonuit tuba eburnea. Ad cuius vocem redierunt ad eum circiter centum Chriſtiani. Reuerſus autem ad Saracenum, quem ligauerat, cum eum ſoluiſſet extracto gladio minatus eſt ei mortem, niſi oſtenderet ei Marſirium. Hunc ergo ſecum duxit vſque ad agmina paganorum, qui oſtendit ei alonge Marſirium in equo ruſo, & clypeo rotundo. Tunc Rolandus reſumptis viribus, animatus ad bellum Dei irruit ſuper eos, & vidit ibi quemdam inter alios ſtatura maiorem, quem vno ictu ſecuit per medium cum equo ſuo, ita quòd vna pars equi & militis cecidit ad dexteram, alia ad ſiniſtram. Quod Saraceni videntes illico fugerunt dimittentes Marſirium in campo cum paucis. Quem fugientem inter alios Rolandus inſecutus proſtrauit. Ibi centum ſocij Rolandi occiſi ſunt. Rolandus autem quatuor lanceis groſſis & lapidibus percuſſus euaſit. Belligandus autem frater Marſirij cum ſuis receſſit ab illis regionibus, Theodoricus autem & Balduinus inter nemora latitabant.

Rolandus Marſiriũ interficit

Carolus autem cum ſuis exercitibus montem tranſierat, & quod factum fuerat, ignorabat. Rolandus autem valde feſſus, & de nece ſuorum valdè dolens, venit vſque ad portum Ciſereum: & ibi ſub arbore quadam iuxta lapidem marmoreum, qui ibi erat erectus ſuper Ronciuallem in prato opimo equo deſiliit. Habebat autem tunc ſecum ſpatam ſuam Durandam dictam, quæ interpretatur durus ictus. Hanc cum euaginaſſet, volens eam frangere trino lapidem ictu percuſſit & à ſummo vſque deorſum ipſum diuidens ſaluam eam eduxit. Deinde tuba ſua tam fortiter intonuit, vt vox eius vſque ad aures Caroli angelico ductu peruenerit, diſtantis tamen à Rolando

A per octo milliaria. Ibique Ganelo volente regem redire ad Rolandum diſſuaſit, dicens eum buccinare cauſa venandi. Cum ergo Rolandus ſuper herbam prati iaceret, ſuperuenit Balduinus frater eius. Cui ille innuit, vt ei aquam præberet, quia valde ſitiebat. Quã cum ille quæreret, & non inueniret, videns eum morti proximum aſcendit equum eius, & iuit poſt Carolum. Mox aduenit Theodoricus, qui valde ſuper eum lugens, innuit ei, vt confeſſione ſe muniret. Acceperat autem eodem die Rolandus euchariſtiam, & delictorum B ſuorum confeſſionem fecerat, antequam ad bellum iret, quia iſte mos erat pugnaturis ſemper inter nos, vt prius confiterentur, & communicarent. Rolandus ergo inter cætera verba ſuæ dulciſsimæ confeſſionis, tenens pellem & carnem ſuam circa mamillas & cor, dicebat ter. In carne iſta videbo Deum ſaluatorem. Et mittens manus ſuper oculos ſuos ſimiliter tribus vicibus ait: Et oculi iſti conſpecturi ſunt. Sicque tradens ſpiritum ait: iam Chriſto donante intueor, quod oculus non vidit nec auC ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentib. ſe. Et orationẽ fudit pro omnib. qui mortui erãt in bello. a Ia. A.C. 806

a *Clade Ronciſuallenſi nihil eſt noſtris hominibus celebrius. Quam cum dubia fides, vt à Turpino Remenſi hic exponitur, ipſe D. Antoninus eſſe teſtetur ex AEmyl. eam viſum eſt exponere, cui Vaſæus aliqua ex parte conſentit. Adelphonſus Bardulorum id eſt Galliciæ & Aſturiæ rex, cognomento vitaq; caſtus aduerſus Saracenos continenti bello res gerebat, magno quidem conatu, ſed ad exitum res non veniebat. Si* D *Carolus in Hiſpaniam ſe accerſente veniret, vt Idnabala Saraceno ducente antea venerat, breui ſui impiorum in Hiſpania res fore ſperabat. ſe filijs carere & quod orbus ſit. ſenectutem ſuam minori veneratio ni ſui, maiori verò contemptui hoſtium eſſe. Præmium laborũ mercedemq; religionis defenſæ, ſpem propinquam ſucceſſioni ſui hereditatis Francis proponi poſſe. Nec tanto præmio abnuit Auguſtus. Bernardumq; Italiæ regem ex Pipino nepotem Bardulo adoptandum offerebat Prope res confecta videbatur Auguſtuſq; iam ſaltum Pyrenæum ſuperarat, cum Bernardus comes ſecunda à rege inter Bardulos auctor tatu ſceptrum gentis in Franciam ferri adeò indignè* E *moleſteq; tulit, vti procerum gentis coniuratione facta, metuq; Adelphonſum perterritum coegerit appropinquanti iam Franco legatos mittere, qui nunciarent mutata conſilia, nec opus eſſe in præſentia externis auxilijs. Et accidit ad popularium etiam animos concitandos, vti non contemnendus Bardulorum numerus ſeruitute Saracenorum elapſus in Francicũ exercitum inciderent. Hi ſine abituris Francis, ac quod à Bardulis vocati, iuberentur re infecta domum redire, indignè ferentibus grauia paſſi, in ſuas quiſque ciuitates reuerſi, atrociora exempla à Francis quã* F *à Saracenis in ſe edita cum dicerẽt, non prius deſtiterunt quam peruicere, vt Maſsilus rex, qui æque eo du ce impiorum manus ex Aphrica recens tranſmiſerat, percuſſo in Francos fœdere accerſeretur. Nec ante ex cedere ex hoſtico Aug. cœpit, quam prælio victor, vſtiſq; agris quãuis ceſſerit verius quã profligati ſũt hoſtes, nec poteſtatẽ deinceps pugnãdi æquo loco Frãcis*

de

A. C. 806.

A *facere. Pabulatoribus frumentatoribusq́; infeſti ade*
rant, & grauem Francorum armaturam pernices ip-
ſi ac expediti varia ludificatione fruſtrabantur, me-
me appetente redeuntes domum copias Auguſti in de
ſcenſu Pyrenæi ſaltus adepti, cum procul iam primū
ac ſecundum agmen cum Auguſto viam premenſum
abeſſet, extremo agmini tantam cladem priuſquam
recurrens Auguſtus ferre opem laborantibus poſſet in
tulerunt, vt nullus locus clade Francorum nobilior, ac
fama celebratior ſit, Roncaualles vocitatur. Interem-
B *pti ad Chriſtiana ſepulti ſunt, nec hoſtibus læta diu*
hac victoria fuit. Maiori mox odio inter ſe pugnaue
runt Bardulus Maſſiliuſq́;, quam aduerſus Francos di
micarant. hac ille. vbi nullam meminit proditionis, quā
tamen ex Vaſæo Genebrardus habet. Porro quod D.
Ant. ex Iacob. de Columna refert id non in hac ex-
peditione poſteriori ſed in priori duce Idnabala ſu-
ſcepta contigiſſe, idem AEmil. ſcribit.

de Collumna in ſua hiſt. aſſerit, quod Carolus
rex poſtquam partes Hiſpaniæ aggreſſus mul-
C tas terras ſubegit, & ſibi ſubiecit reuertens, vi-
ctorioſus cum exercitu paſſus eſt inſidias à Va
ſconibus in montibus. Qui ea aduerſo conſur
gentes, ex inſperato contra copias Caroli mul
tos ex eis occiderunt, & præcipuè Rolandum
militem audaciſſimum, Britannici limilitis pręf
fectum & Anſelmum Palatij comitem: & Eu-
gibardum regiæ menſæ præpoſitum, vnde
propter hoc videtur hiſtoria illa Rolandi du-
bia.

Turpini de Rolando viſum. c. 20.

D

§. X.

EODEM die, dum ego Turpinus canta-
tē miſſam pro defunctis coră Rege in val
le Caroli, raptus in ecſtaſi audiui choros in cæ
leſtibus cantantes, ignorans quid hoc eſſet.
Cumq́ue illi ad alta tranſirent: ecce turba tæ-
trorum militum, quaſi de raptu veniens, præ-
E damq́ue ferens ante me tranſiuit. Quibus dixi
Quid fertis? Nos (inquit) Marſilium portamus
ad inferna: tubicinem veſtrum Michael cum
multis fert ad ſuperna. Hanc viſionē dum poſt
miſſam referrem Carolo, ecce Balduinus ſuper
equo Rolandi, qui narrauit omnia: & qualiter
Rolandum reliquerat: Mox omnibus ex lamē
tibus, & retro redeuntibus, prior Carolus Ro
landum exanimatum inuenit iacentem euer-
ſum, brachiis ſuper pectus in modum crucis
ſuperpoſitis. Et ſuper eum ruens, rugiit cla
more magno, & ibi nocte illa tentoria ſua fi
xit, & corpus eius myrrha, aloe, & balſamo cō
diuit, & exequias magnas pręcibus, luminari-
bus, & ignibus per nemora accenſis tota illa
nocte cuncti peregerunt. In craſtinum ſummo
diluculo perrexerunt ad alios fratres ſuos occi
ſos. Et inuentus eſt Oliuerius iacens euerſus
in effigiem crucis extenſus, quatuor palis in
terram fixis, quatuor neruis retortis fortiter ne
xus, & à collo vſque ad vngues pedum, & ma-
nuum cultellis acutiſſimis excoriatus, iacu
lis & ſagittis lanceis & ſpatis perforatus, &

A magnis ictibus baculorum attritus. Tunc flē
tibus omnibus, iurauit rex per regem omnipo
tentem, quod non ceſſaret poſt Paganos curre
re, quouſque illos inueniret. Mox ergo ille
poſt eos cum ſuis currēs, inuenit eos iuxta flu
uium Ebra prope Cæſaraugnſtam iacentes, &
comedentes. Et irruens ſuper eos interfecit ad
duodecim millia, & rediit ad Runciuallem.
Tunc cœpit rex inquirere, ſi verum erat, quod
dicebatur. ſ. Ganelonem proditionem feciſſe:
B quem accoſauit Theodoricus: contra quem
poſuit rex Pina vt ingrederetur bellum pro
Ganelone. Quem ſtatim cum eo congrediens
peremit Theodoricus. Mox rex iuſſit Ganelo-
nem quatuor equis ferociſſimis alligari, & ſu-
per eos ſedere 4. ſeſſores agitantes eos contra
quatuor plagas cœli, & ſic diſcerptus periit.

Erant autem tunc temporis duo cœmiteria
ſacro ſancta præcipua: vnū apud Arelatem, a-
liud apud Burdegalā in quibus maxima pars
mortuorum ſepulta eſt. Rolandum verò pal-
liis tectum vſque Blauium deferri fecit, & in
C eccleſia beati Romani, quam olim ipſe ædifi-
cauerat, ſepeliuit & mucronem eius ad caput,
& tubam eburneam ad pedes eius ponēs. Pro
iſtorum animabus occiſorum in dicto bello
dedit Carolus in eleemoſyna duodecim vn-
cias argenti, & totidem talenta auri, & veſtes
& cibaria egenis. Totum autem oppidum Bla-
uienſe, cū omnib. ad ipſum pertinētibus, & e-
tiam mare, quod ſub eo eſt, & totam terrā cir-
ca baſilicam ſancti Romani, vſibus dictæ ec-
cleſiæ in allodio a dedit amore Rolādi ibi ſe
pultis mādās canonicis dictę eccleſię annuatim
D triginta pauperes reſici & indui, & tot Pſalte-
ria & miſſas dici pro omnibus, qui in Hiſpania
mortui fuerant. Conſtantinus autem pręfect⁹
delatus eſt Romam per mare cum multis aliis
Romanis & Apulis pro eis etiam datis largis
eleemoſynis.

a *Qui prædium optimo iure poſſidet, id eſt, qui*
plenam habet abſolutamque poteſtatem is integrum
Dominium directum cenſetur habere, quale ab ini
tio ex diſtributione dominis contigit, vocant hoc
ius Franci Allodium, nempe quod liberum & extra
E *mancipium ſeruituremq́; dominicam poſitum. Greg.*
Gyr. lib. 6. Syntag. ca. 1.

De S. Saluio ex Sigeberto, de quo etiam Io. Mol. in vſuar. Mar. qui eius vitam & ve teri & recētiori ſtylo extare in M. S. aſſerit lege eundem in Indiculo Sanctorum Belgij.

§. XI.

DE reuelatione corporis ſancti Saluij & ge
ſtis eius. Eodem tempore corpus ſancti
Saluij inuentum eſt, qui non multo ante à Vui
negardo martyrizatus eſt. Hic temporibus
Chilperici regis in ciuitatis Ambianenſium
cathedra reſidens multis pollebat virtutibus, Chilpericus Rex Arianus
ita vt cœcis viſum, ſurdis auditum claudis
greſſum Domino operante reſtitueret.

Per idem tēpus præfatus rex in Arianum do
gmata declinans ſcripſit, vt ſancta trin itas nō
in perſonarū diſtinctione, ſed tātū De⁹ nomina

re-

In chronicis autem metropolis Arclaten-
A.C. ſis ita legitur. Omnipotens rerum diſpoſitor
810. & ordinator regnorum & temporum cum
illius admirandæ ſtatuę pedes ferreos vel te-
ſteos comminuiſſet in Romanis, alterius non
minus admirabilis ſtatuæ caput aureum per
illuſtrem Carolum magnum erexit in Francis.
Qui cum in occiduis partibus ſolus regnare
cœpiſſet, & ſtudia literarum iam eſſent vbi-
que in obliuione, ideoq́ue verè diuinitatis cul
tura teperet contigit duos Scotos monachos
de Hybernia cum mercatoribus Britannis ad B
littus Galliæ applicare, viros, & in ſæcularibus
litteris, & in ſacris ſcripturis incomparabili-
ter eruditos. Qui quotidie cum nihil venale
oſtenderent ad conuenientes emendi gratia
turbas clare ſonabant. Si quis ſapientiæ cu-
pidus eſt veniat ad nos, & accipiat eam. Nam
apud nos ſapientia venalia eſt. Tandiu concla
mata ſunt iſta donec eos admirantibus, vel
inſanos omnibus putantibus, ad aures regis
Caroli ſemper ſapientiæ amatoris perlatum
eſt. Qui celeriter illos ad ſuam præſentiam e-
uocatos interrogauit, ſi vere ſapientiam vena C
lem haberent. Sapientiam (inquiunt) & habe-
mus & in nomine Domini eam quærentibus
dare parati ſumus. A quibus cum rex quæſiſ-
ſet, quid pro ipſa peterent, reſponderunt, Lo-
ca tantum opportuna, & animas ingenioſas, &
ſine quibus peregrinatio iſta tranſiri non po-
teſt alimenta. Quibus auditis ingenti gaudio
repletus primũ quidẽ apud ſe vtrumque par-
uo tempore tenuit. Poſtea verò quum ad expe
ditiones bellicas vrgeretur vnum illorum Cle
mentem nomine in Gallia ſcilicet Pariſiis re-
ſidere fecit cui & pueros nobiliſſimos com- D
mendauit, & eis prout neceſſarium erat, vi-
ctualia miniſtrari pręcepit. Alterum vero in
Italiam direxit, cui monaſterium ſancti Augu
guſtini iuxta Ticinenſem vrbem delegauit, vt
illic, ſi voluiſſent ad diſcendum congregari
poſſent. Audito autem Albinus, qui & Alcui-
nus etiam dicitur quòd gratanter ſapientes, &
religioſus viros Carolus ſuſciperet, aſcenſa
naui in Galliam venit. Quem rex vſque ad fi-
nem vitæ retinuit ſecum. Cuius doctrina in-
tantum fructificauit, vt Franci hactenus Ro-
manis in omni ſcientia æquarentur. De Al-
bino & libris eius dicitur inferius. E

...ſſi a
...mię
... eſt
...olus.

Erat inſuper [Carolus Auguſtus] vt teſtatur
præfatus Iacob. eloquentia copioſus: Nam
quicquid vellet poterat faciliimè exprimere,
atque eleganter. Nec patrio ſermone conten-
tus, ſed peregrinis ediſcendis linguis diu ope-
ram dedit. Inter quas Latinam ſiue Romanam
ita didicit: vt Romanum eum eſſe putares. Grę
cam verò melius intelligere, quam proferre
poterat. Liberales autem artes colebat ſtudio
ſiſſimè. Sed & doctores earum plurimum ve-
neratus eſt, quos etiã magnis honoribus pro
ſecutus eſt. Religionem Chriſtianam ſanctiſſi F
mè, & cum ſumma pietate coluit, vt dictum
eſt. Plurimas eccleſias ædificat, quas & poſſeſ-
ſionibus ditauit, ac ornamẽtis ditiſſimis deco-
rauit. In quibus & diuinum officium iugiter
celebrari voluit. Colebat tamen præ cæteris
ſacris venerabilibus locis apud vrbẽ Roma-

A nam Petri apoſtoli eccleſiam, vbi donaria A.C.
magna in auro & argento & lapidibus pretio 810.
ſis tribuit. Neque quicquam imperator incly-
tus faciendum omiſit, vt Romana ciuitas ſuo
opere, ſuoq́ue labore, & eccleſia beati Petri
per illum non ſolum tuta & defenſa, ſed
etiam ſuo ſtudio & diligentia, tanquam mater
& magiſtra omnium eccleſiarum præ omni-
bus aliis eſſet ornata & ditata.

Hic glorioſiſſimus imperator, præter illa
quæ in regno Francię magnificentiſſimẽ egit,
B poſtquam auguſtalem adeptus eſt dignitatem Quas re-
tot magnifica geſſit, vt ipſa ſolum librum ſpe- giones ſi-
cialem requireretur. Nam ſuo ſtudio & indu- bi ſubiece
ſtria Romanum imperium, quod in occiduis rit.
partibus pene corruerat, ſuis antiquis termi-
nis inſtaurauit. Nam Aquitaniam, Vaſconiam
totumq́ue à Pyrenei montis iugo vſque ad Ibe
rum fluuium [Hiſpaniam] domuit. Deinde v-
tramque Pannoniam, Daciam, Iſtriam, ſed &
Liburniam, atque Dalmatiam: exceptis mari-
timis ciuitatibus quas ob amicitias & fœdus
imperatorem Græcorum habere permiſerat.
C Poſtmodum omnes illas barbaras nationes
quæ inter Rhenum fluuium & Moſulam flu-
men, Oceanumq́ue ac Danubium poſitæ ſunt
lingua quidem pene ſimiles, moribus autem
& habitu valde diſſimiles, Romano ſubiecit
imperio. Præterea Italiam totam, quæ ab Au-
guſta prętoria vſque in Calabriam inferio-
rem, quæ mare Siculum attingit, in qua
Gręcorum conſtat eſſe confinia Romano ſub-
iecit imperio.

Cætera, quæ ad domeſticam & interiorem
eius vitam pertinent, hæc fuerunt, inquit Iaco
bus de Col. Poſt mortem Pipini patris cum
D fratre ſcilicet Carolomanno regnum cum eſ-
ſet diuiſum, tanta patientia Carolus fratris tu
lit ſimultates, vt omnibus videretur mirum.
Quo defuncto totum regnum ad ipſum Caro
lum deuolutum eſt. Matris autem hortatu Ca
rolusmagnus filiã regis Lonbardorum duxit
vxorem. Sed ipſam repudiauit poſt annum,
incertum autem de qua cauſa hoc egerit, &
Hildegarem (alias Hildegardam) de Sueno-
rum gente progenitam, præcipuæ nobilitatis
fœminam eainde accepit vxorem. Ex qua
tres filios habuit, ſcilicet Carolum, Pipinum,
E & Ludouicum: at tres filias ea cadem vxore
ſcilicet Rertrudem (alias Cotrudem) Bertham,
& Giſtam, habuit & concubinas ex quibus e-
tiam vtriuſque ſexus liberos habuit. Matrem
verò ſuam nomine Bertham Heraclij impera-
toris Bizantini filiam aſſiduè ſummo cum ho-
nore coluit, adeò vt nunquam inter eos ſit exor
ta diſcordia niſi in diuortio filiæ Deſiderij
regis.

Tanta pręterea benignitate & clementia
gubernauit imperium, vt nunquam in regno Eius in im
contra eum ſit exorta diſcordia. Solum con- perio gu-
F tra eum ſemel coniuratum eſt in Germania. bernando
Cuius authores partim luminibus ſunt priua modera-
ti partim exilio relegati, nullus tamen illorũ tio.
gladio peremptus eſt tribus exceptis, qui
cum ſe à ſatellitibus regum, ne reprehende-
rentur ſtrictis gladiis defenderent, quia aliter
capi non poterant, occiſi ſunt. Horum autem

A.C. 814. coniurationis cauſa & origo ipſa regina vxor eius extitit. Nam illius amore deuictus, nimis illi credulus erat: adeò vt à ſuæ naturæ benignitate ac ſolita manſuetudine exorbitare crederetur. Cæterum per omne vitæ ſuæ tempus ita cum omnium ſummo amore & fauore domi & foris conuerſatus eſt, vt nunquam illi vel minima iniuſtę crudelitatis nota deprehendi valuiſſet.

Obitus Caroli magni, vide ſuprà tit. 12. cap. 3. §. 5.

§. XIII.

ANNO autem decimo tertio imperij ſui, Carolus glorioſ' imperator regno, & imperio ſuo pacato & dilatato inquit Iaco. & ſtatu eccleſiæ religioſè ordinato; ipſe etiam ſua vſus poteſtate, fecit officium Gregorianum per eccleſiam vniuerſalem teneri: Ambroſiano ſolis mediolanenſibus dimiſſo. Cum iam morbo & ſenectute premeretur, euocatum ad ſe Ludouicum primogenitum ſuum, quem regem Aquitaniæ conſtituerat, congregatis ex omni imperio nobilibus illorum conſilio atque aſſenſu conſortem imperialis nominis, & futurum Auguſtum atque Romanorum imperatorem declarauit. Nam & hic ſolus ex filiis Hildegardæ ſupererat, aliis duobus iam defunctis. Quo facto Aquiſgranum rediit, & ibi quāuis ſenio confectus: quotidie in venationibus exercebatur. Sed cū ibi hyemaret, valida febra Ianuarij menſe decubuit. Qui mox, vt ſolebat cū febribus grauaretur ſibi ciborum abſtinentiam indixit, arbitratus hac abſtinentia morbum poſſe depelli, vel ſaltem mitigari. D Sed accedente ad febrē lateris dolore ſeptima poſtquam decubuit die, ſacra communione deuotè ſuſcepta migrauit ad dominum anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo, & quadrageſimo ſexto ex quo regnare cœperat & 13. ex quo Romæ ſub Leone papa auguſtalem receperat dignitatem. Obiit autem 2. Callen. Februar.

Sepultus eſt Aquiſgrani formoſiſſima toto orbe terrarum capella quam ſibi conſtruxerat, & mirabiliter decorauerat. Supra cuius tumulū conſtitutus eſt arcus deauratus, cum titulo huiuſmodi. Sub hoc conditorio ſitum eſt E corpus Caroli magni qui regnum Francorum nobiliter ampliauit, & per annos quadraginta ſex feliciter rexit. Migrauit autem anno ab incarnatione Domini 814. Interfuerunt autē ſepulturę eius Leo papa cum Romanis principibus, Archiepiſcopi inſuper, & epiſcopi multi. Interfuerunt etiam duces & comites plurimi. Corpus autem ipſius defuncti imperialibus indumentis veſtientes, coronam capiti eius auream imponentes ſuper cathedram auream, quaſi viuentem ſedere fecerunt. F Ac ſuper eius genua quatuor Euangeliorum codicem, poſuerunt, ita quòd manus dextera codicem, ſiniſtra verò manu ſceptrum tenebat. Diademati quoque catenulam coniunxerunt auream, ne defuncti caput ad aliquam partem declinaret. Præterea ſcutum aureum, quod illi Romani fecerant, ad eius ſiniſtram ſtatuerunt.

A In morte autem eius (ait Turpinus archiepiſcopus) & refert Vinc. vbi ſupra hęram apud Viennam in eccleſia ante altare orans, & cum raptus in ecſtaſim, Pſalm. Deus in adiutorium. Decantarem, vidi tetrorum ſpirituum agmina infinita præterire, & tendere verſus Lotharingiam. Quorum omnes quidam Æthiopi ſimilis inſequebatur lento gradu. Cui dixi, Quo tenditis? Ad Aquiſgranum (inquiunt) ad mortem Caroli, vt eius animam ad tartara rapiamus. Tunc ego adiuro te per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt peracto itinere ad me B redeas. Tunc modicum moratus vix expleto pſalmo ad me redierunt eodem ordine. Et dixi nouiſſimo, cui prius locutus fueram. Quid egiſtis? Galicianus (inquit) ſine capite tot & tantos lapides, & ligna innumera baſilicarum ſuarum in ſua ſtatera ſuſpendit, quod magis appenderunt bona eius, quam mala, & idcirco animam eius nobis abſtulit. Ex his dictis euanuit. A tempore autem illo, quo ab Hiſpania diſceſſit, vſque ad diem mortis ſuę aſſiduè ęgrotauit. Cui ſucceſſit Ludouicus filius, vt dictum eſt. A.C. 814. Turpini viſū. Vinc. cap. 15.

C

De Albino qui & Alchuinus dictus eſt: magiſtro ſcilicet Caroli magni ex Vinc. li. 23. cap. 173. & 174. de eodem Tritth. & Six. Sen. lib. 4. Biblioth.

CAP. V.

D FLORVERVNT autem eo tempore duo ſingulares viri ſcilicet Albinus, qui & Alcuinus dictus eſt, eruditiſſimus vir ex Anglia ortus magiſter Caroli in artibus liberalibus, & ſcripturis ſacris, & Rabanus prius abbas poſtea archiepiſcopus Moguntinus. Qui Alcuinus aliquos libros compoſuit. De ſācta trinitate li. 3. Ad diſcipulos ſuos li. 1. Super epiſtolam ad hebręos li. 1. Super eccleſiaſten. li. 1. Super Ioan. li. 7. De ratione animæ ad eulaliam virginem li. 1. Ad Fredegiſum dialogos de trini. li. 1. Sed & gloſſas a ordinarias ſuper totam ſacram ſcripturam dicitur edidiſſe, ex dictis vel ſenE tentiis diuerſorum doctorum excerptas. In decretis diſt. 45. tria ſunt inquit Albinus. Tria ſūt genera eleemoſynarum, Vna eſt corporalis dare egenti quicquid poteris. Altera ſpiritualis dimittere ſcilicet ei à quo læſus fueris. Tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. Idem. 23.

a *Intelligit puto homelias patrum in euangelia, quæ toto anni curriculo in miſſa leguntur, quas F ille iuſſu Caroli magni ex ſanctis patribus collegit, & in ordinem redegit ſunt autem in vniuerſum ducenta & nouem. Porro Strabus monachus monaſterij Fuldenſis primus auctor fuiſſe dicitur, qui ex dictis ſanctorum patrum in vniuerſo ſancta Biblia cōmentaria quæ Gloſſam ordinariā vocant, compoſuit. Sixtus Sen. in Biblioth. de hoc Strabo. D. Aut. agit. §. ſequenti.*

q

A.C. 800.

q.8.hortatu.Hortatu & precibus Adriani epiſcopi Romanæ vrbis exoratus rex Carolus bellum contra Longobardos ſuſcepit quod & prius quidem à patre eius Pipino ſupplicante papa ſcilicet Stephano cum magna difficultate ſuſceptum eſt.

Idem Albinus ſeu Alcuinus in quodam ſermone in feſto omnium ſanctorum ſic ait: Dei ineffabilis & immenſa bonitas præuidit, vt laborum quidem tempus & agonis non excederet, nec longum faceret aut æternum: ſed breue,vt ita dicam, & momentaneum vt in hac breui & exigua vita, agones eſſent & labores: in illa verò cæleſti vita, æterna eſſent præmia meritorum. Prouidit quidem, vt labores cito finirentur, meritorum vero præmia ſine fine durarent, & poſt mundi huius tenebras viſuri eſſent candidiſſimam lucem & accepturi maiorem cunctarum paſſionum acerbitatibus beatitudinem, teſte Apoſtolo ,quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quam læto ſinu de prælio reuertentes cæleſtis excipit ciuitas de hoſte proſtrato trophæum ferentibus occurrit? Cum triumphantibus viris & fœminæ veniunt: quæ cum ſæculo ſexum quoque vicerunt & geminata gloria militiæ virgines cum pueris teneros annos virtutibus tranſeuntes, ſed & cætera fidelium turba aulæ perpetuæ regiam intrabit: qui ſinceritatem fide i inconcuſſis cæleſtium præceptorum diſciplinis vnita pace ſeruauerunt. Ergo agite fratres aggrediamur iter vitæ,& regrediamur ad ciuitatem cœleſtem, in qua conſcripti ſumus, & ciues decreti. Non ſumus enim hoſpites ,ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei,& illius hæredes,cohæredes autem Chriſti.Huius vrbis nobis ianuam aperiet fortitudo,& fiducia latum præbebit ingreſſum.Quid eſt hac vita beatius, vbi non eſt paupertatis metus nec ægritudinis imbecillitas ?Nemo illic læditur,nemo iraſcitur, & inuidet nemo. Cupiditas nulla exardeſcit,nulla honoris pulſat ambitio,nullus ibi diaboli metus, inſidiæ dæmonum nullæ terror gehennæ procul, mors neque corporis neque animæ, ſed immortalitatis munere vita iucunda. Nulla erit tunc vſquam diſcordia ,ſed cuncta conſona [cuncta conuenientia, quia omnium ſanctorum vna concordia,pax cuncta & lætitia continet, tranquilla ſunt omnia & quieta, iugis ſplendor,non iſte qui nunc eſt,ſed tanto clarior,quanto fælicior. Quia ciuitas illa vt legitur,non egebit lumine ſolis,ſed Dominus omnipotens illuminabit eum & lucerna eius eſt agnus] Verum,ſuper hæc omnia eſt conſociari angelorum & archangelorum cœtibus omnium cæleſtium ſupernarumque virtutum contubernio perfrui, & intueri agmina ſanctorum ſplendidius ſyderibus micantia patriarcharum fide fulgentia, prophetarum ſpe lætátia,apoſtolorú duodecim trib. Iſraelis iudicantia,martyrum purpureis coronis victoriæ lucentia,virginum choros candentia ſerta geſtantes inſpicere.

Ephe.2. Rom.8.

Apoc.21.

De rege autem qui horum medius reſidet dicere vox nulla ſufficeret. Si enim oporteret nos quotidie tormenta ſufferre, ſi ipſam gehennam paruo tempore tolerare. vt Chriſtum poſſimus videre in gloria, & ſanctorum eius numero ſociari,nonne dignum erat pati omne quod triſte eſt,vt tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur? Quæ erit fratres chariſſimi illorum iuſtorum gloria, ſanctorum grandis lætitia cum Dominus cœperit pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna, pro modicis magna præſtare? & adducere ſecum ſanctos in viſioné paternæ gloriæ, & facere ſecum in cœleſtibus conſidere ſuiſque immortalitatem largiri, ad quam eos ſui ſanguinis viuificatione reparauit?

A.C. 800.

Quam leue eſt, quod pro æterna fælicitate patimur.

De hoc etiam Alcuino dicitur in Martiniana quòd origine fuit Anglicus, philoſophia excellentiſſimus,qui ſtudium ab vrbe tranſtulit Pariſios,quod ſtudium à græcia ad vrbem ipſam Romanam tranſlatum fuerat à Romanis, Huic Alcuino Carolus magnus monaſterium ſancti Martini, quod eſt Turonis, commiſit regendum. Nam monachi præteritæ religionis obliti adeò defluxerant quod ſericeis induti veſtibus, & deauratis calceamentis incedebant, carnis oblectamentis vacando,vnde vno monacho vidente duo angeli intrantes dormitorium omnes monachos extinxerunt, illo excepto,qui hæc vidit.Qui monachus ne interimeretur,ſed ad pœnitentiam agendam reſeruaretur vix obtinuit ab angelis illis.Huius ergo cœnobij poſt hoc factum Alcuinus factus abbas & gubernator, ac omni ſanctitate informator, poſt laudabilem vitam ibidem doctor egregius eſt tumulatus.

De Rabano Mauro, ex Vinc.lib.24.c.28, de quo Tritt.& Sixt.Sen. lib.4.Bibl.

§. I.

RABANVS ſophiſta,& ſui temporis poëtarum nulli fuit ſecundus inquit Vinc. vbi ſupra poſt Sigebertum abbas Fuldenſis. Qui multa de ſcripturis ſanctis diſſeruit, qui etiam librum de laude ſanctæ Crucis a figuratum varietate diſtinctum difficili & mirando poemate compoſuit & papæ Sergio deſtinauit.Hic tandem ex abbate Fuldenſi in archiepiſcopum Moguntinum eſt ordinatus, vbi celebrata ſynodo iuſſu Ludouici regis multa eccleſiæ vtilia decreuit.

a *Figuratum hoc expoſitionis genus vocant, quo per diſpoſitionem & ſitum literarum in carminibus poſitarum, varias figurarum imagines veluti homines ,angelos ,aues aliaſque his ſimiles figuras, quas litteræ carminum minio vel quolibet alio colore diſtinctæ effingunt,eiuſdem figura hiſtoriam myſteriumque explicat* Sixtus Senen.lib.3. *Biblioth. qui etiam ex hoc Rabani opere exemplum affert in quo ex litteris quibuſdam in medio deſcendendo poſitis hic verſus conſtatur.*

Forma ſacrata Crucis veneráda fulget amictu.

Ex his vera quæ tranſuerſum quaſi lignum crucis conſtituunt hic verſus reſultat.

Magnus veſtit honor,latus loquor hoc nationi.

A.C. 800.

Eius tempore quædam pſeudoprophetiſſa dicens inſtare diem iudicij: Moguntiam ſolicitabat ita, vt etiam aliquos ſacri ordinis ad ſe inclinaret. Quæ ab archiepiſcopo correpta confeſſa eſt ſe per ſuggeſtionem cuiuſdam presbyteri quæſtus cauſa hoc feciſſe. Et cum fames valida Germaniam attriuiſſet, ita vt pater puerum deuorare voluerit eo tempore Rabanus archiepiſcopus multam beneuolentiã pauperibus oſtendit, eleemoſynas multas faciendo egenis.

Pſeudoprophetiſſæ cõmẽtũ. Vinc. cap. 26.

Hic vt ait Vinc. vbi ſupra ſcripſit libros multos. De laude Crucis libros duos partim metricos, partim proſaicos. Et de inſtitutione clericorum li. 3. Super Geneſim li. 4. Super Exod. lib. 4. Super Numeros li. 1. Super librum Regũ li. 3. Super Paralip. lib. 4. Super Iudith li. 7. Super Heſter li. 1. Super li. ſapiẽtiæ li. 3. Super eccleſiaſticum lib. 10. Super Hieremiæ li. 3. Super librum Machab. li. 3. Super Matth. li. 8. Super actus Apoſtolorum lib. 1. Scripſit & præter hæc de naturis rerum, & plura alia, ac etiam quaſdam epiſtolas. Cuiuſmodi eſt vnus ex prologis, qui ponitur ante librum Machabæorum. Huius diſcipulus fuit Strabus, qui eo dictante plurima excepit, & ſuper quoſdam libros pentateuchi commentariola quædam edidit, & quędam ei ſuper biblia expoſitiones myſticæ adſcribuntur.

Strabus Rabani diſcipulus.

Hæc habentur in decretis ex libris Rabani, de conſe. di. 4. c. ante baptiſmum. Rabanus de inſtitutione clericorum. Ante baptiſmum catechizandi [a] debet homo præuenire officium vt fidei primũ catechumenus accipiat ſacramentũ. Prius & ipſe Chriſtus cœci nati oculos luto ex ſputo facto ſuperliniuit, & ſic ad aquas Siloe miſit, quia prius debet baptizandus fide incarnationis Chriſti inſtrui, & ſic ad baptiſmum iam credulus admitti, vt ſciat cuius gratiæ eſt particeps, & cui iam debitor fiat deinceps.

Idem in eodem de conſ. di. 4. poſtquam. Poſtquam ſe baptizandus per confeſſionem veræ fidei in alterius commendauerit nominiũ, & per abrenunciationem à prioris poſſeſſoris ſe alienauerit ſeruitio, exufflatur ab eo ſęua poteſtas, vt per piũ ſacerdotis miniſterium ſpiritui ſancto cedat fugiens malignus ſpiritus.

Quare baptizandus ſignetur in corde & in frõte ibid.

Idem diſt. ea. poſtea. Poſtea ſignatur baptizandus ſignaculo ſanctæ Crucis tam in fronte quam in corde: vt ab eo tempore apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignum; iam ſibi deinceps ſciat eſſe alienum illud & cap. ſeq. Exhinc iam dicuntur ſuper eum orationes, vt fiat catechumenus. Tunc datur baptizando ſal benedictum in os, vt per ſal typicum ſapientię ſale conditus fœtore careat iniquitatis, ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam.

A.C. 800

Idẽ di. e. c. dehinc. Dehinc iterũ exorcizatur diabol⁹ vt ſuã nequitiam cognoſcens & iuſtum ſuper ſe Dei iudicium timens, recedat ab homine nec iam contendat eum arte ſua ſubuertere, ne baptiſmum conſequatur: ſed magis honorem Deo creatori ſuo exhibens, reddat opus factori ſuo.

Quare ... catechumenus ... ibidem.

Idem di. ea. poſtea 2. Poſtea tanguntur ei nares & aures, de ſaliua, & dicitur ei verbum euangelicum, quod Chriſtus quando ſurdum & mutũ ſanauit tangens cum ſputo linguam eius, & mittens digitos in auriculam eius dixit: Ephera quod eſt, adaperire. Hoc enim ſacramentum hic agitur vt per ſaliuam typicam, & ſacerdotis tactum ſapientia & virtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, & vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, vt aperiantur ei ſenſus in intimo corde ad reſpondendum.

Marc. 7.

Idem di. ea. deinde. Deinde à ſacerdote inungũtur vt ſacrum baptiſma cum fide accepta cuſtodiatur. Vngi: ungitur illi⁹ tunc pectus oleo ſanctificato cum inuocatione ſanctæ trinitatis, vt nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſideant, ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngitur & inter ſcapulas de eodem oleo, vt vndique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur. Conſecratur poſt hęc fons & ad ipſum baptiſma catechumenus accedat.

Idẽ di. ea. poſtquã 3. Poſtquam aſcẽderit baptizat⁹ de fõte ſtatim ſignatur in cerebro. i. in vertice, à presbytero ũc ſacro chriſmate ſequente ſimiliter oratione, vt Chriſti regni particeps fiat & à Chriſto Chriſtianus poſſit vocari.

Idẽ di. ea. primũ. Primũ interrogetur pagan⁹ ſi abrenunciat diabolo, & omnibus damnoſis operibus eius atque fallacis cunctis vt primũ reſpuat errorẽ, & ſic poſſit appropinquare ad veritatem, poſſitque iuxta apoſtolum deponere veterem hominem ſecundum priſtinã conuerſationem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris abnegans impietatem, & ſæcularia deſideria, iuſteque & piè viuat in hoc ſæculo.

Idem Rabanus ſcribens ad Heribaldum de lapſis, ſi debent promoueri vel in ſuſceptis miniſtrare, ſic ait: di. 50. de his 2. De his verò viſum eſt nobis ſcribendum eſſe: qui ſacros ordines habentes ante vel poſt ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe confitentur. In quibus, vt mihi videtur, hæc debet diſtãtia eſſe, vt hi qui deprehenſi vel capti fuerint publicè in furto, periurio, atq; fornicatione, & cęteris huiuſmodi criminib. ſecũdũ ſacrorũ canonũ iſtituta à proprio gradu decidãt quia

[a] *Ex hoc capite rationem omnium fere ceremoniarũ, quib. Eccleſia catholica in baptiſmo vtitur perſpicis, vnde quã temere, ne dicã impie eas heretici derideant, & in baptiſmatis collatione contemnant potes animaduertere. Ne tamen hoc ſolum ſeculo illas fuiſſe exiſtimes vſitatas. Nam eas in baptiſmate ab Apoſtolorum temporibus fuiſſe adhibitas auctores antiquiſſimi ſunt teſtes Dionyſ. cap. 2. de eccl. Hierar. clemens Rom. ep. 3. Tertullia. de cor. mil. & multi alij quos vno in loco vide apud Caniſ. in opere catech. cap. 4. quæſt. 8.*

A.C. 820.

quia ſcandalum populo Dei eſt tales perſonas ſupra ſe poſitas habere, quas vltra modum vitioſas conſtat eſſe. Nempe inde retrahuntur homines à ſacrificio Dei (ſicut quondam Heli filiis peccantibus feciſſe leguntur) & rebelles hinc, & contrarij exiſtentes eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis abſconſè à ſe admiſſis, per occultam confeſſionem coram angelis Dei præſente etiam ſacerdote qui eis indicturus eſt penitentiam confitentur & ſemetipſos grauiter deliquiſſe quæruntur, ſi ſe per ieiunia & eleemoſynas vigiliaſque & ſacras orationes purgare certauerunt his etiam gradu ſeruato, ſpes veniæ de Dei miſericordia promittenda eſt. hæc ille. Vide tamen ibi gloſſa materiam declarantem.

1.Reg. 2.

Confeſſio peccatorũ occulta coram ſacerdote.

Idem ſuper Matthæum ſuper illud. Tradidit eum tortoribus. de pœn. di. 4. Si Iudas. §. cõſiderãdũ. ſic ait: Cõſiderandũ eſt, quòd dicit vniuerſum debitum, quia non ſolum peccata, quæ poſt baptiſmum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, verùm etiam peccata originalia, quæ in baptiſmo ei dimiſſa fuerant. Quod autem dicit in plurali originalia, refertur ad plures effectus originalis peccati. Nam in ſe vnum eſt. Et talia imputantur dimiſſa, non per reuerſionem eorum: ſed per quendam effectum aggrauationis ſecundum Thomam in quarta.

Idem in lib. de preſſuris eccleſiaſticis: & habetur di. 37. legimus. j. ait: Legimus de beato Hieronymo, quoniam, cum legeret librum Ciceronis ab angelo correptus eſt, eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

Idem in eodem & habetur 23. q. 3. non in perpetuum. Non in perpetuum damnamur, cum iniuſte iudicamur, dicente Pſalmo. Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi. Multi ſacerdotum culpas zelo Dei ſe perſequi profitentur, ſed dum indiſcrete hoc agitur ſacrilegij facinus incurrunt. Et dum præcipites quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multò magis deterius cadunt.

Rab. in lib. de laude S. Crucis.

§. II.

Idem Rabanus in libro de laudibus Crucis in metricis verſibus ſic ait egregiè pariter & deuotè.

O crux quæ ſummi es regis dedicata tropheo,
O crux tu Chriſti es claro benedicta triumpho,
O crux tu excelſo toti dominaris olympo,
O crux dux miſero latóque redemptio mundo,
Tu patriarcharum laudabilis actio ſignat,
Plebſque prophetarum diuino famine iuſſa,
Agmen apoſtolicum pandit tua rite tropæa. Iſaiæ.6.
Martyrum & ipſe chorus effuſo rite cruore.
En arx alma crucis, en fabrica ſancta ſalutis.
En thronus hic regis, hæc conciliatio mundi.
Signa crucis Chriſti Seraphin cœleſtia monſtrant:
Diſtentiſque alis brachia tenſa notant.
Forma ſacrata crucis, venerando fulget amictu,
Magnus veſtit honor letus loquor hoc rationi.
Crux ſacrata tu æterni es regis victoria Chriſti,
Eſt orbi toti Domini quoque paſſio vita
A *In cruce lex Domini decoratur luce coruſca,*
Gentes & linguæ ſociantur laude ſacrata,
Crux æterna Dei laus viuis in arce polorum.
Crux ſuperis placita es crux huic es nauita mundo:
Rabanum memet clemens rogo Chriſte tuere.
O pie iudice.

Idem. Paſſio Chriſti cælum ſuſtentat, mundum regit: tartarum perfodit. In ea confirmantur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici. Inde timor ductus fideles à pœna liberat. Triſtitia ſalubris pœnitentes à peccato mundat. Concupiſcentia boni fructus virtutũ germinat, gaudium vitæ ſpe confidentes lætificat. Hanc author omnium ſibi machinã præuidit & conſtrui voluit, vt in ipſa omnino reſtauraret omnia, & coadunaret omnia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. O vere bona & ſancta Crux Chriſti, quis te ritè totam enarrare poteſt, aut condignè laudare, quæ cæleſtium arcanorum pia es reuelatrix, myſteriorum Dei ſacra conſeruatrix, ſacramentorum Chriſti idonea diſpenſatrix. In te angeli gaudia ſua accumulata cõſpiciunt, in te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcunt, in te inferi iuſtam retributionem fraudis ſuæ percipiunt. Præterita reuocas, præſentia illuſtras, futura præmonſtras. Perdita requiris, inuenta cuſtodis lapſa reſtituis & in viam pacis dirigis. Tu æterni regis es victoria, cœleſtis militiæ lætitia, terrigenarumque potentia. Tu peccatorum remiſſio pietatis exhibitio, meritorum augmentatiò. Tu infirmorum remedium, laborantium auxilium, laſſorum refrigerium. Tu cura ęgrotos medicans, tu gaudium mœſtos conſolans, tu ſanitas dolentes lętificans, tu ſtatus rectè credentium, tu firmitas benè operantium, tu habitudo ritè perſeuerantium.

Effectus Paſſionis Domini noſtri.

B C D

Et quicquid dignè de redemptione mundi poteſt cogitari, quicquid lingua ritè loqui, ad laudem tuam decentiſſimè poteſt adaptari, quia quicquid in te laudatur, crucifixo in te Chriſto deputatur. Tibi Domine Ieſu Chriſte humiles preces offero, & oris vota perſoluo, quòd mihi peccatori inſpirare dignatus es honorem ſanctæ Crucis tuæ quantulumcumque decantare, & communem omnium noſtrum ſalutem conſeruis meis prædicare. Nec me ab incepto retardauit propriorum conſcientia delictorum, ſed magis mihi fiduciam tribuit, quòd hoc carmine celebrarem, in quo peccati regnum deſtruxiſti, & toti mundo veniam omnium delictorum dediſti.

Quicquid in Cruce laudatur, Crucifixo deputatur.

E

Salue Crux Dei veneranda, quę ſapientia, lumen, & doctrix es orbis terrarum, quę & vera laus, & amica virtutum, & clara philoſophia apud cœlicolas terrigenaſq; indeſinenter viges, quam magis decet imperialem vocare thronum, quam ſeruile tormentum, quia imperator & rex noſter Chriſtus, regnum ſibi in te, & poteſtatem in cœlo, & in terra acquiſiuit, hoſtes ſuperauit, & mundum Deo reconciliauit. O Chriſtiani populi vexillum framea, qua cum hoſte ſortimur bellum te obſecro, vt tua virtute meum pectus infirmum benedicas, vt dignis laudibus æterni regis in te triumphum valeamus decantare, quę cœleſtia ſcilicet ſimul & terrena vno fœdere coniũgis, pactum confirmas, & vincula mortis diſſipas.

F

Crux magis imperialis thronus quã ſeruile tormentũ vocanda eſt.

A.C. 300.

Quadriga virtutum cardinalium quatuor A cornibus ſanctæ Crucis decenter aptata, oſtendit ſacram ſeriem ſpecierum, ex ipſa procedentium in triumpho victoriæ regis Chriſti conſecratam, & pro eius paſſione proficuum eſſe toti orbi ad impetrandum fructum pietatis & adipiſcendam æternam beatitudinem. Virtus enim eſt animi habitus, naturæ decus, vitę ratio, morum nobilitas, & vitæ moderatio. Quæ cuncta, ô ſancta Crux, religioſis hominibus tradis, & cuncta ſimul beneplacita Deo & ſalubria depromis, arbor B odoris ſuauiſſimi & expanſione pulchrarum frondium latiſſima. Hortus deliciarum incomparabilis, affluens vbertate largiſſima floribus virtutum, & foliis verborum iucundiſſima. orandis conſolatio eſt fidelibus ſpecies ſanctæ Crucis, & materiam tribuit laudis & bonitatem nos facit ſcire creatoris, Crux Chriſti via eſt iuſtorum, aſcenſua ad cœlum, xora de infimis ad ſuperiora nos trahens, dux & ianua regni huius pars erecta diuinum, tranſuerſa fraternum commendat amorem, cuius amoris integritatem Chriſtus nobis oſtendit C ac ſuo exemplo nos inſtruxit, qui dilectam animam ſuam in Cruce moriens pro amicis & inimicis ſuis poſuit, & nos idem facere docuit.

TITVLVS XV. *totus eſt de religioſis, Et primo exceptiones. 24. de collationibus patrum. Deinde de anachoritis & cœnobitis ſcilicet Paulo primo eremita, Antonio, Hilarione, Paulo ſimplici, Machario paſtore. Ioãne, eremita, Moyſe Æthiope, Apollonio, Pa-* D *chonio, & dictis ſanctorum patrum. Poſtea de beato Benedicto, Mauro, Placido, Romoaldo & ordine Camaldulenſium, de Odone, & ordine Cluniacenſium, de ordine Vallisſumbroſæ, & Ioanne Gualberto, de ordine Ciſtertienſium & carthuſienſium. Et de multis aliis religionibus monachorum.*

De ſtatu Anachoritarum & cœnobitarum & Sarabaitarum.

CAP. I.

GESTA Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſupra, vtcunque tractauimus prout ſacri Euangeliſtæ deſcripſerunt, breuiſſimè tamen, cum opera eius & ſigna ſint pelagus immenſum: quę totus mundus capere non poſſet. Cui omnes, & qui eum pręceſſerunt à mundi initio, & qui ſequuntur clamant. Oſanna filio Dauid. Ipſe etenim ſolus ſaluum facit populum à peccatis eorum. Nec alios quoſque niſi populum ſuum ſcilicet credentes in eum implicitè vel

Eph. 2. explicitè. Neque enim eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et cum ipſe ſit lapis angularis, in fundamentum eccleſiæ miſſus à Deo parietem vtrumque connectens, populi Iu- A daici & gentilis, miſſum tamen ſe aſſeruit non niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael quia ſua corporali præſentia cum illis conuerſatus eſt, doctrina ſua mirifica & immenſis prodigiis, qui errabant, oues ad ouile reducens. Matth. 15.

Sed demum reuerſus ad patrem, paracleto de cœlo miſſo apoſtolos ſuos miſit in vniuerſum mundum, qui faciem orbis terræ ſemine Marc. 16. replerent diuini verbi, prædicantes Euangelium omni creaturæ, vt filios, qui erant diſperſi B in variis ritibus idololatriæ congregaret in vnum ipſum ouile eccleſiæ. Quam & illi, vt principes populorum & vera mundi lumina, poſt Chriſtum præceptorem ſuum fundarunt calce doctrinæ madefacta ſanguine ſuo.

Eos ſequentes inuictiſſimi martyres Chriſti quorum non eſt numerus præ multitudine præcipuè vſque ad tempora magni Conſtantini, annum videlicet domini treceenteſimum vel circa, catholicam fidem eccleſiæ defenſarunt contra reges & principes, qui eam extinguere ſummopere conati ſunt, & penitus C delere veritatem eius approbantes, & non verbis tantum, ſed operibus efficaciter demonſtrantes, omnium cruciatuum genera non ſolum patientiſſimè ſufferentes, ſed gaudioſè & auidiſſimè peroptantes, quales fuerunt voces Laurentij & Vincentij ad tyrannum. Infelix has epulas ſemper optaui & votis omnibus exquiſiui.

Eccleſiæ autem pace exteriori conceſſa, inſurrexerunt perfidi hæretici cum variis erroribus, quorum principalior, & magis orbem inficiens, & diuturnior fuit Arius. Siquidem cum Hæretici Eccleſiæ perdueles. D diabolo authore ſuo ſatis laborauerunt, vt expugnarent, & deiicerent veritatem orthodoxæ fidei, ſed non potuerunt, ſed concidit Dominus ceruices ſuperbię eorum per ſacratiſſimos doctores, qui acutiſſimi ingenio, & omni ſapientia præpolentes, diuina pariter & humana, græco quoque & latino eloquio doctiſſimi, Pſal. 2. nec non & hebraico, diſputationibus & ſermonibus publicis eorum errores confutauerunt, & rationibus validiſſimis eorum verſutias & fallacias ad nihilum deduxerunt, ſcripturas copioſiſſimas ſuper his ſucceſſoribus E relinquentes, ita vt nil pene illorum errorum remanſerit in mentibus hominum.

Poſt hos eccleſiam multipliciter illuſtrarũt ſucceſſu temporum ſacri pontifices, & alij clerici inferioris gradus, in timore Domini cum ſumma ſolertia eccleſias ſibi commiſſas regentes, curam habentes magis de anima, quam de lana. Sed & laici vtriuſque ſexus miræ probitatis exempla dederunt quorum nõnulli tam clericorum quam laicorum, glorioſis prodigiis claruerunt ad veritatem fidei Chriſti Ieſu Eccleſiæ nunquam defuerunt miracula. quam tenebant, & in cuius virtute illa faciebant magis ac magis cõfirmandam. Nec enim F aliquo tempore defuit virtus miraculorum in eccleſia Dei, & ſi non ita copioſè patrata ſunt ſicut in primitiua eccleſia, quia tũc vt nouam plantulam oportuit ſępius talibus irrigari, quouſque magis eius radix firmaretur & dilataretur. Nulla autem ſecta ſeu perfidia Iudæorum, vel Saracenorum, vel hæreticorum, vel Paganorum hoc habuit.

A. C. 300.

Mat. 19. Gal. 5.

Fuit a nihilominus,&exiai quoddã genus Chriſtianoinm præciſum à ſęculo,qnod etiam valdè eccleſiam decorauir, & meritis ſuis ac orationibus ipſam ſuſtentauit & iuuit, & eſt eorum videlicet, qui ea quæ mundi ſunt omnia relinquentes, ac carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigentes, & propriam voluntatem abdicantes, ſe totos Deo dicauerunt. Horum autẽ triplex eſt ſpecies, vt ponit Ioan. caſſi. in coll. Piamonis. Prima igitur eſt Anachoretarum, qui ſcilicet in ſolitudine ſoli manent, de quibus dicitur. 16. q. 1. qui verè. Qui verè & purè ſolitariam vitam eligunt, & ſunt digni conuenienti honore. Et Thren. 3. Sedebit ſolitarius & tacebit, & leuabit ſe ſuper ſe, ſcilicet per contemplationem.

Triplex religioſorũ genus 18. ca. 4. Anachoretæ qui ex ... Cha. ... 1. c. 4. Ioan. Caſſ.

Secunda eſt Cænobitarum, id eſt, in congregatione cum aliis ſimul conuerſantium, de quibus exponit Auguſt. ſuper Pſal. illud. Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Et 33. q. 2. admonere, cuidam dicitur. Ingredere monaſterium, humiliate ſub manu abbatis & multorum fratrum precibus adiutus, obſerua cuncta ſimplici animo, quæ tibi fuerint imperata ſi forte ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam priuſquam crucieris perpetuis flãmis. Et 12. q. 1. non dicatis. Non dicatis vos aliquid habere proprium, ſed ſint vobis omnia communia. Et infrà. Cùm huiuſmodi noſtræ congregationis fratres non ſolum rebus temporalibus, ſed & ipſis propriis voluntatibus renunciauerint, conſtat eos nil habere.

... 3. ep. ... 9. To...

Tertia ſpecies dicitur Sarabaitarum, quod dicitur genus reprobum. Et hi ſunt qui ſub nulla regula, & ſub nullius obedientia conſtituti, diſcurrunt per ciuitates & caſtra, ſub ouina pelle religioſi habitus, & deuotæ locutionis cor gerentes lupinum, deuorantes domos viduarum, & captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis, pſeudo prophetæ, & pſeudo Apoſtoli diuinantes de occultis, & per dulces ſermones & benedictiones decipiẽtes corda ſimplicium. De quibus Apoſtolis in epiſtolis ſuis. Hi etiam reprobantur in iure. 16. q. 1. quidã. & c. ſeq. Ad quod genus Ioã. caſ. in dicta collatione pertinere aſſerit illos, qui in ſolitudine ſiue in congregatione cum aliis degentes & ſub prælatis, carnaliter viuunt.

Mat. 7. ... Tim. 3.

A. C. 300. Sarabaitæ ſunt monachi praui

a Cùm Proteſtãtes, qui ſe quaſi ex Orco eccleſiam reuocaſſe ad vitam iactitant, vitæ religioſæ hoſtes ſint infeſtiſſimi monachiſmúmque nedum non ſolum non ſectantur, ſed magna ex parte eorum duces abiecerint, & abiiciendum quibuſcunque modis potuerint perſuaſerint, ſe profectò demonſtrant antiquæ illius Apoſtolicæque eccleſiæ, quæ tantopere monachiſmo fauit, & à monachis illuſtrata fuit, vt docet D. Aaton. nequaquam eſſe participes. At negabunt forte D. Antonium, qui monachus in monachorum gratiam hæc loqui voluit. Sed tam multos venerandos patres, quorum ille teſtimoniis & ſententiis hæc in monachorum laudem congeſſit negare ſine rubore non poterunt. Non negabunt certè Apoſtolos, qui præclaræ huius vitæ fuere ſectores, non negabũt prophetas, qui hoc vitæ genus adũbrarunt. Non denique negabunt Chriſtum qui hoc ſanctiſſimum vitæ genus ſecutus illud omnibus religioſis amplectendi reliquit exemplum.

De Anachoretarum & Cœnobitarum origine, de qua Caſſ. coll. 18. cap. 6. & 7.

§. I.

SARABAITIS igitur omiſſis quæ de Anachoretis, & cœnobitis in antecedentibus ex cauſa omiſimus, nunc reſumentes, & altius repetentes, originem eorum, & qui inter eos magis emicuerunt, cum doctrinis tali ſtatui congruentibus eorum diſſeramus. Sicut in aliis gradibus fidelium noui teſtamenti non defuit figura in veteri, ita & huic generi hominum Deo dicatiſſimo ibi vmbra fuit. Nam Helias ille, cuius verbum, vt facula ardebat, tranſlatus in cœlum in curru igneo Anachoriticam vitam duxiſſe videtur, habitans in monte carmeli ſolitarius ac ſatis diuinis reuelationibus frequentatus. Cuius diſcipulus Heliſæus cœnobiticam amplexari viſus eſt: cum filiis prophetarum conuerſatus, cum quibus etiam profectus eſt ad præcidenda ligna pro cellulis ſeu tuguriis conſtruendis, & ſecum conuiuantib. colocynthidas amariſſimas per errorem decoctas, dulcorauit farina in eis commixta. Sed & cuneum prophetarum, cui obuians Saul ſimul cum eis & prophetauit, prout Samuel prædixerat congregationem religioſorum fuiſſe gloſſatores exponunt. Baptiſta quoque glorioſus vtriuſque teſtamenti limes, pater fuit præcipuus Anachoretarum, cùm

Eccl. 48. 4 Reg. 2. 3. Reg. 18. 4. Reg 6. Luc. 3.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiuit
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſet. Cui
Præbuit hirtum tegumen camelus
Artubus ſacris ſtrophium bidentes
Et latex hauſtum, ſociata paſtum
Mella locuſtis.

4. Reg. 4. 1. Reg. 10. Diaco. vel Hilarius. Ioan. 1. Matt. 5. Mat. 9. Luc. 10. Luc. 3.

Pro eo autem, quòd ad Iordanem Baptizãs diſcipulos congregauit, quos & ieiunare & orare docuit, de cœnobitica participaſſe videtur.

Saluator autem ipſe dominus Ieſus, omnis perfectionis dominus & magiſter, vtramque vitam tenuit & docuit. Tanquam enim Anachoreta fuit, quando in adoleſcentia ſua vſque ad annum trigeſimum ætatis ſuæ ignotus fuit hominib. & poſtea baptizatus ductus eſt à ſpiritu in deſertum, vbi cum feris habitans, poſt ieiunium prolixum tentabatur à ſathana, quando etiam poſtea aſcendit in montem ſolus orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Formã verò & exemplum omnis perfectionis cœnobitis exhibuit, quando vocatis diſcipulis, quos voluit, & in montem ducens, ſermonem eis prolixum fecit, aperiens os ſuum, à beatitudine paupertatis ſpiritus exordium trahens. Sed poſtmodum à cœnobitis ad ſuperiora eos

Mat. 4. Mar. 1. Luc. 9.

A. C. 300.

Chriſtus vitam egit mixtã ex actiua & contẽplatiua.

Matt. 8. & 9.

Matth. 14.

Matth. 17.

prouehens, ipſe eum eis mixtam vitam tenuit ex actiua pariter & contemplatiua in prædicãdo & viſitando infirmos, & ad loca ſolitaria eos deducens, vt quieti & ſibi vacarent poſt tumulum turbarum, & in montem Thabor ad ſe transfiguratum in gloria videndum primores ex eis aſcendere fecit. Quem ſtatum, ſcilicet vitæ mixtę, apprehenderunt veri mendicantes à principio ſui, de quibus longè poſt dicetur.

Statum cœnobitarum aſſumpſiſſe cenſentur nouiter conuerſi ad fidem in eccleſia primitiua ſub Apoſtolis ſanctis congregata Hieroſolymis: quorum multitudinis erat cor vnum & anima vna in domino, nihilque ſuum aliquis eſſe dicebat, ſed omnia in communi: vt refert Lucas in actibus Apoſtolorum. Quos ſecuti ſunt a Bucholini, qui ſcilicet à Marco euangeliſta conuerſi ad fidem apud Alexandriam mox quaſi perfectionem perfectionis monaſticæ adepti in cauernis & ſpeluncis centeni habitabant, orationibus vigiliis ſimul incumbentes, de labore manuum victitantes.

a *Bucolia teſte D. Hieron. in vita D. Hilarionis Aegypti loca ſunt feritate & barbarie maxime horrenda, à quibus* Bucholinos, *forte*, D. *Anton.* [*id enim nomen apud nullum alium auctorem legi*] *nominat eos, qui D. Marco inſtitutore & auctore vitam omnino religioſis noſtris ſimilem degebant, quos ἱκέτας Græci i. ſupplices, & θεραπευτὰς, ideſt, cultores vocabant, de quibus Hebræorum diſertiſſimus Philo Iudæus, quaſi in laudem gentis ſuæ libros condidit, teſte omni antiquitate. vide D. Hieron. in Catalogo in vita D. Marci & Philonis. Euſeb. lib. 2. Hiſtoria Eccleſ. c. 17. habet igitur, in hoc §. vera religioſa vitæ incunabula, Chriſtum, Prophetas, Apoſtolos & Apoſtolorum diſcipulos.*

Rurſus de tribus monachorum generibus ex D. Hieron. ep. 22 ante finem Tom. 1. vide ibi. Bened. c. 1. ſuæ reg.

§. II.

Cænobitarũ vita pręſtãtior Anachoretica. Epiſ. 4.

TRIA genera monachorum, vt dictum eſt, deſcribit Hieron. eſſe in Ægypto, quædam de eorum moribus tangẽs. Primo autem ponit genus Cænobitarum, ideſt, in communi viuentium, quos credo Anachoretis præferri, quia tutior ſtatus, quem ipſe etiammagis conſulit, & præcipuè incipientibus, 16. q. 1. ſi clericatus, vbi dicit. Primum tractandum eſt, vtrũ ſolus an cũ aliis in monaſterio viuere debeas. Mihi placet, vt ſanctorum contubernium habeas, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es.

De inſtituto Cænobitarũ Hieron. ep. 22

Prima (inquit ipſe) apud eos confœderatio eſt obedire maioribus. Diuiſi ſunt per decurias & centurias, vt nouem hominibus decimus præſit, & decem rurſus præpoſitos habeat centeſimus ſub ſe. Separati manent vſque ad horã nonam. Statutum eſt, vt nullus pergat ad aliũ niſi decanũ, vt ſi fortè fluctuat quis cogitationibus, illius conſoletur alloquiis. Poſt nonam verò in cõmune concurritur, pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur, & completis orationibus cunctiſque reſidentibus medius pater incipit diſputare. Quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo audeat alium reſpicere, nemo audeat excreare, dicentis laus in fletu eſt audiẽtium. Tacitæ voluuntur per ora lachrymæ, nec in ſingultus erumpit dolor. Cùm vero de regno Chriſti, & futura gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos ſuſpirio moderato, & oculis ad cœlum leuatis dicere intra ſe. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Dehinc vna quæque decuria cũ parente ſuo pergit ad menſas, quibus viciſſim miniſtrant. Pane viuitur & leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur; vinum tantum ſenes accipiunt, quibus & paruulis ſæpè fit prandium, vt aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum verò non frangatur incipiens. Ipſi autem patres nocte circumeunt cellulas ſingulorum, & ante appoſita diligenter, quid faciant, explorant. Quem tardiorem deprehendunt, non mox increpant: ſed diſſimulato, quod norunt: eum ſæpius viſitant, & prius incipientes prouocant magis orare, quàm cogant. Et quia non licet cuiquam dicere tunicam vel ſagum non habeo: ita œconomus vniuerſa moderatur, vt nemo quid poſtulet, nemo non habeat. Si quis autem ægrotare cœperit, transfertur ad exedram latiorem, & tanto ſenũ miniſterio confouetur, vt nec delicias vrbium nec matris quærat affectum.

A. C. 300.

Cibi Cœnobitarũ.

Ægrotorum.

Secundum genus eſt Anachoretarum, ideſt, ſolitariorum, qui de cœnobiis exeuntes excepto pane & ſale nihil ad deſerta perferunt. Huius vitæ author Paulus, illuſtrator Antonius, & (vt altius conſcendam) princeps Ioannes baptiſta fuit.

Anachoretarũ.

Tertium genus eſt deterrimum atque neglectum, hi bini vel trini habitant, nec multo plures, ſuóque arbitrio atque ditione viuentes de eo quod laborauerunt, in medium partes conferunt, vt habeant alimenta communia: habitant autem quàm plurimi in caſtellis & vrbibus & quaſi ars ſit ſancta, non vita, quicquid vendiderint, maioris eſt precij. Inter hos ſæpè iurgia ſunt, quia cibo ſuo viuentes, non patiũtur alicui ſe eſſe ſubiectos. Reuera ſolẽt certare ieiuniis, & rem ſecreti victoriam facere. Apud hos affectata ſũt omnia, laxę maniceæ, caligæ a follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginum, detractio clericorum, Et ſiquando dies feſtus venerit, ſaciantur ad vomitum. Hæc Hiero. Ad hunc modum viuendi tertium videntur pertinere religioſi moderni, paucis exceptis imitatorib. patrum ſuorum primorum.

Dicit idem Hiero. de conſe. diſt. 5. cap. nunquam. Ægyptiorum monaſteria hunc ordinem tenent, vt nullum abſque opere & labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſaria, quã pro animæ ſalute, ne euagentur, perniciosis

a *Follicare eſt inſtar follium vento incluſo moueri, vnde follicantes caligæ, quæ ſubinde quaſi vento agitantur & mouentur. Victor. in Hier.*

co-

A.C. 400.

cogitationibus, & ad inſtar fornicantis Iſrael omni tranſeunti diuaricent pedes ſuos. Et quę opera congruant Monachis declarat per exempla in dicto cap. nunquam. Et nota, vt dicit Gratianus. 16. q. 1. hinc eſt etiam. §. Superiori authoritate. in fin. a Monachos vſque ad tempus Euſebij, Zozimi & Siricij, monachos ſimpliciter & non clericos fuiſſe, eccleſiaſtica tradit hiſtoria. vnde & Hieronymus dicit, monachos in Scythia conueniſſe in vnum, vt ſacerdotem ſibi inuenirent, qui eis miſſarum ſolennia celebraret.

Ezech. 16.

Et ideo quod Hieron. ait. 16. q. 1. monachus. Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui, vel ſe vel mundum lugeat, domini ſemper pauidus præſtoletur aduentum. Et illud cauſa ea. cap. ſic viue. Sic viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis, & multo tempore diſce qui poſtmodum doceas, & inter bonos ſemper ſectare meliores. Quodſi te populus, vel epiſcopus in clericum elegerit, age quæ ſunt clerici. Nun ita generaliter intelligendum eſt, quod nulli monachorum liceat docendi officium aſſumere, cum hoc egerint & Gregorius & Auguſtinus epiſcopus Anglorum, & multi aſſumpti ad epiſcopatum. Sed voluit Hiero. diſtinguere inter ſtatum monachi & clerici, oſtendens quid vnicuique conueniat. Aliud enim conuenit ex eo quòd monachus, aliud ex eo quòd clericus. Nam monachus inquantum monachus habet lugere, vt dictum eſt, non docere, clericus in eo quòd clericus, habet docere populum. Si ergo monachus fiat clericus, & à ſuo ſuperiori legitimè deputetur ad curam eccleſiæ, poterit docere ſicut & alij clerici, quod hodie communiter fit.

Monachi officium ... Vt ... ante ... Tom. 1. ... 4.

a Hieronymus tamen horum temporis vicinus in epitaphio Paulæ ſic ſcripſit, Quod cum vidiſſet occurrentes ſibi ſancto & venerabili epiſcopo Iſidoro confeſſore & turbis innumerabilibus monachorum ex quibus multos ſacerdotalis, & leuiticus ſublimabat gradus, & in epiſt. 60. quæ eſt Epiphanij ad Ioannem Hieroſolymitanum, legitur Epiphanium ordinaſſe presbyterum monachis poſcentibus, qui eis Domini ſacramenta conficeret. Vide in nouum decretum annotationes. Præterea Caſſianus coll. 4. cap. 1. vt etiam D. Ant. refert cap. 2. §. 3. Danielem abbatem primo diaconum, deinde presbyterum fuiſſe ordinatū, idque auctore Paphnutio eiuſdem congregationis presbytero narrat. Hi autem Syricio, Zozimoque ſi non ſuperiores ſaltem æquales reperiuntur. Ex quibus perſpicitur Gratiano: & ille cui innititur ſuppoſita D. Hieron. ſententia non facilè eſſe credendum. Vide etiam quæ ſuprà tit. 10. cap. 6. §. 2. annotauimus. Infrà item c. 9. §. 2. ex Tripart. hiſt. lib. 8. Piammonē monachum presbyterum fuiſſe & ſacrificaſſe D. Ant. refert.

De habitu & veſte monachorum, ex lib. Caſſiani de inſtitutis monachorum.

§. III.

Hic autem notabuntur breuiter ſententiæ patrum, & doctrinæ, quæ congruunt religioſis, vt perfectè in vocatione ſua proficiant. Et poſtea, quia plus mouent exempla quam verba, etiam exempla plurimorum, qui luminaria magna eccleſiam illuſtrarūt. Et quia Vincent. ſpe. hiſt. lib. 20. aſſerit inter multa anti quorum opuſcula, quicquam ex eis, quæ legit ad ſpirituales profectus atque ad perfectionis apicem tendenti, non reperit ita valere & iuuare, ſicut doctrinam Ioannis Caſſiani in collationibus patrum, ad quam etiam remittit inſpiciendam & tenendam, almificus pater monachorum in occidente Benedictus in fine regulæ ſuæ [ex his aliqua paulò pòſt more noſtro annotabimus, ſed prius breuiter quædam de veterum inſtitutis monachorum percurremus.]

Cōmendatio operū Ioan. Caſſ. Vin li. 19. cap. 24.

D. Bene. in reg. ca. 73.

Et primò de veſte ſeu habitu monachi in li. de inſtitutis cœnobiorum ſic ait: Veſtis ſit monachi, quæ corpus contegat tantum, ac repellat nuditatis verecundiam: & frigoris retundat iniuriam: nō quæ ſeminaria vanitatis aut elationis enutriat: ita Apoſtolo prædicāte. Habētes alimenta [operimenta, his contenti ſimus] & operimenta, id eſt, quæ corpus operiant tantum, non quæ amictus gloria blandiantur. Ita vilia, vt nulli coloris vel habitus nouitate, inter cæteros huius propoſiti viros habeantur inſignia. Ita à ſtudioſis accurationibus aliena vt nullis ſint rurſus affectatis per incuriam ſordibus decolorata. Poſtremo ſic ab huius mundi ſeparentur ornatu, vt cultui ſeruorum Dei in omnibus communia perſeuerent. Quicquid enim inter famulos Dei præſumitur ab vno, vel paucis, quod nec catholicę, per omne corpus fraternitatis tenetur aut ſuperfluum, aut elatū eſt & propter hoc noxium iudicandum. Quamobrem cilicinam veſtem velut circumſpectam cunctis atque notabilem & quæ ex hoc ipſo poſſit ſpiritus elationis concipere vanitatem, quæque ad neceſſarium operis exercitium, in quo monachum ſemper impigrum, expeditumque oportet incedere, inhabilis ſit atque inepta, refutarunt. Quod ſi quoſdam hoc amictu circundatos legimus probabiles extitiſſe, non nobis ex eo eſt monaſteriorum regula ſancienda: vel antiqua ſanctorum patrum ſunt perturbanda decreta. Generali enim omnium conſtitutioni, paucorum non debet præponi, nec præiudicare ſententia. Et ſi Ioram rex Iſraël viſus eſt in cilicio illud tamen coopertum habebat. Et Niniuitæ laudabiliter vſi ſunt, quia omnes ſimul, & ad placandum iram Dei.

1. Tim. 6.

Singularitatis vitiū.

Generali cōſtitutioni nō præponenda paucorum ſententia

4. Reg. 6. Ioan 3.

De vniformis regulæ per totam Aegyptum cuſtodia. li. 2. c. 3.

§. IIII.

De modo pſallendi & orandi ex lib. 2. de inſtitutis monachorum idem ait. Per vniuerſam Ægyptum & Thebaidem legitimum orationis modum in veſpertinis conuentibus, ſeu nocturnis vigiliis vidimus retentari.

Nam cum in primordiis fidei pauci quidem, ſed probatiſſimi monachorum nomine cenſerentur, qui à B. Marco, qui primus Alexandriæ

De duodenario pſalmorū numero Angeli traditione ſuſcepto. c. 5.

A.C. 400.

xandriæ Pontifex præfuit, normam ſuſcepere viuendi, eo feruore lectioni, orationique, & operi manuum diebus ac noctibus incumbebant, vt nec eſcarum quidem appetitus, nec memoria, niſi alio tertióve die corporis interpellaretur inedia. Cúmque pro ſuo vnuſquiſque feruore, infirmitatis immemor alienæ, id ſtatuti cenſere deberet, quod contemplatione fidei ac roboris ſui facillimum iudicabat, parum diſcutiens, quid generaliter plenitudini fratrum poſſibile eſſet, in qua neceſſe eſt infirmorum quoque partem maximam reperiri, diuerſúq; modo enormem pſalmorum numerum inſtituere pro animi ſui virtute certarent, eſſétque B eis per religionis regula piæ contentionis ſancta diuerſitas, quotidianos orationum ritus volentibus celebrare, vnus in medium pſalmos domino cantaturus exurgit. Cúmque ſedentibus cunctis, & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis. 11. Pſalmos orationum interiectione diſtinctos continuis verſib. pari pronunciatione cantaſſet duodecimum ſub Alleluya reſponſione conſummans, ab vniuerſorum oculis repente ſubtractus quæſtioni pa C riter & cerimoniis finem impoſuit.

De conſuetudine 12. orationum cap. 6.

Hic patrum ſenatus intelligens Angeli magiſterio congregationibus fratrum generalem canonum conſtitutum, decreuit tam in veſpertinis, quàm in nocturnis conuenticulis cuſtodiri: quibus lectiones geminas adiunxerunt. i. vnâ veteris, & aliam noui teſtamenti. Finito pſalmo non ſtatim ad incuruationem genuũ corruunt: quemadmodum facimus [in hac regione] nonnulli potius de refectione laſſi corporis cogitantes, quàm orationis vtilitatem & commoda requirentes [Apud illos ergo non D ita eſt, ſed antequam flectant genua paulisper orant] & ſtantes in ſupplicatione maiorẽ temporis partem expendunt. Cùm autem ſolemnitates (quas illi ſynaxis vocant) celebraturi conueniunt, tantum à cunctis ſilentium præbetur vt præter illum, qui pſalmum decantat in medio, nullus adeſſe credatur, ac præcipuè cum cõſummatur oratio, in qua non ſputum emittitur, non excreatio obſtrepit, non tuſſis interſonat, non oſcitatio ſomnolenta diſſutis malis & hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla ſuſpiria adſtantes impedientia promuntur. Nul- E la vox abſque ſacerdotis prece concludentis auditur, niſi forte, quæ exceſſu mentis clauſtra oris effugerit: quæque inſenſibiliter cordi ſurrepſerit, immoderato. ſ. atque intolerabili ſpiritus feruore ſuccenſo, dum ea, quæ ignita mẽs in ſemetipſa non præualet continere, per ineffabilem quemdam gemitũ ex intimi cordis ſui cõclaui ſ. euaporare conatur. Illũ verò, qui cõſtitut' i tepore mẽtis cũ clamore ſupplicat, ſur aliquid eorum, quæ prædiximus faucibus ſuis emittit, ac præcipuè oſcitationibus præuenitur: dupliciter peccare pronunciant, primo q; F orationis ſuæ reus ſit, quòd eam negligenter offerat Deo, ſecundo quòd indiſciplinato ſtrepitu alterius, quo qui forſitan attentius orare potuit, intercipit ſenſum.

De diſciplina orandi. cap. 7.

Ideoque præcipiũt eam celeri fine concludi [ne forte immorantibus nobis in ea redundantia quædam ſputi ſeu phlegmatis interrumpat noſtræ orationis exceſſum & idcirco] dum A adhuc feruet, velut è faucibus inimici velociter rapienda eſt. Qui cum ſit ſuper nobis infeſtus, tunc maxime adſiſtit, cum contra ſe offerre nos preces domino velle præuiderit. Quam obrem vtilius cenſent breues quidem orationem, ſed creberrimas fieri. Ex. 3. li. dicitur: Omni obſeruatione cuſtodire conuenit. ne ſomnũ quem nocti ſubtrahimus per diem reſumere vigiliarum laſſitudine: & inanitate compulſi, nõ tam requiem corporis ſubtraxiſſe, quàm quietis tempus & refectionem nocturnam commutaſſe videamur. B

A C. 400

De forma recipiendi & inſtruendi nouicium inquit Ioan. Caſſ. in 4. lib.

§. V.

IN Thebaide eſt cœnobiũ in quo pluſquã. 5. millia fratrum ſub vno abbate reguntur, tantaque ſit obedientia [Hic vbi tam prolixus monachorum numerus omni æuo ſeniori ſuo C ſubditus] quãta non poteſt apud nos vnus vni vel obedire pro modico tempore vel præeſſe.

Quo cu... cap. 3.

Ambiens quis intra cœnobium recipi, non antè admittitur, quã dieb' decẽ vel eo ampli' pręforibus excubans, indiciũ perſeuerantię & deſiderij ſui pariterque humilitatis & patientiæ demonſtrauerit, omnium fratrum prætereuntium genibus prouolutus, & ab omnibus de induſtria refutatus atque deſpectus tãquam qui non religionis, ſed neceſſitatis obtẽtu monaſteriũ optet intrare. Iniuriis quoque & exprobrationibus multis affectus experimentũ dederit conſtantiæ ſuæ: qualiſque futurus ſit D in tentationibus opprobriorum tolerantia declarauerit.

Qualiter ... cap. 4.

Et idcirco, ne vſibus quidem cœnobij profuturas ſuſcipere ab eis pecunias acquieſcunt. Primũ ne cõfidẽtia huius oblationis inflatus, nequaquam ſe pauperiorib. fratribus coæquare dignetur. Tum ne ea, quæ ſpirituali feruore ſuccenſus intulerat, tepefactus poſtea non ſine iniuria monaſterij ſacrilego ſpiritu exigere moliatur.

Quamobrem ita nudatur quiſque, cum receptus fuerit, omni priſtina facultate, vt ne ip- E ſum quidem quo opertus eſt veſtimentum habere permittatur vlterius: ſed per manus abbatis induatur monaſterij veſtimentis vt per hoc ſeſe iam opibus ſuſtentandum non ſeculi arte quæſitis, nec de infidelitate priſtina reſeruatis: ſed de ſanctis ac piis monaſterij largitionibus militiæ ſuæ ſtipendia percepturum, atque ſe deinceps veſtiendum alendumque cognoſcẽs & ſe nihil habere & nihilominus de craſtino non eſſe ſollicitum ſecundum Euangelicam diſcat ſententiam. Mat. 6.

Cũ igitur quis ſuſceptus eſt non ſtatim con F gregationi fratrum miſceri permittitur: ſed deputatur ſeniori, qui ſeorſum commanens curã habet peregrinorum, eis curam & diligentiam humilitatis impendens.

Imbutus per hæc prima inſtitutione humilitatis & patientiæ, alij traditur ſeniori, qui 10. minoribus pręeſt, quos ſibi ab Abbate creditos inſtituit & gubernat. Huius autem hæc erit ſollicitudo, vt doceat eum primitus

ſuas

a. C. 400.

ſuas vincere voluntates, hæc illi imperare de A induſtria, quæ ſenſerit animo eius eſſe contraria. Multis ſiquidem experimentis edocti tradunt, monachum & maximè iuniorem, nec voluptatem quidem concupiſcentiæ ſuæ refrænare poſſe, niſi prius mortificare per obedientiam ſuas didicerit voluntates. Ideoque pronunciant nullatenus præualere, vel iram vel triſtitiam extinguere, ſed nec humilitatem cordis veram, nec cum fratribus vnitatem perpetuam, nec firmam diuturnámque poſſe retinere concordiam, ſed nec quidem in cœnobio diutius poſſe perdurare eum, qui ſuas non didicerit voluntates ſuperare.

Quare cogitationes omnes ſint ſeniori manifeſtandæ. cap. 9.

B Conſequenter inſtruuntur nullas penitus cogitationes prurientes in corde pernicioſa confuſione celare, ſed confeſtim, vt exortæ fuerint, eas ſuo patefacere ſeniori, nec ſuper eorum iudicio quicquam ſuæ diſcretioni committere: ſed illud credere eſſe malum vel bonũ quod diſcuſſit ſenioris examen. Generale itáque & euidens indicium diabolicæ cogitationis pronunciant, ſi ea ſeniori confundantur aperire.

Quanta obedientia ſenioribus à iunioribus impendatur. cap. 10.

C Poſt hæc tanta obſeruantia obedientiæ regula cuſtoditur, vt iuniores abſque præpoſiti ſui licentia vel permiſſu nõ ſolum non audeãt extra cellam progredi, ſed nec naturali neceſſitati ſatisfacere ſua authoritate præſumant. Sicque vniuerſa complere, quæcunque fuerint imperata, tanquam ſi à Deo fuiſſent cœlitus edita ſine vlla diſcuſſione feſtinent: vt nec impoſſibilitatem quidem præcepti pro ſenioris ſui reuerentia metiantur.

Cibus coenũ quis. c. 11.

Summæ reputantur deliciæ, ſi herba ſale condita, quam lapſanam vocant, aqua diluta ad refectionem fratribus apponatur.

D Cùm ſonitum audierint ad orationem ſeu ad opus aliquod inuitantem, certatim è cubilibus ſuis prorumpunt, ita vt is, qui opus ſcriptoris exercet, quam fuerit repertus inchoaſſe literam, perficere non audeat, ſed imperfectam derelinquens, non tam operis compendioſa lucra ſectetur, quàm obedientiæ virtutem, quã non ſolum operi manuum, ſeu lectioni, vel ſilentio, & cellæ quieti, verumetiam cunctis virtutibus ita præferunt, vt huic iudicent omnia poſtponenda, & vniuerſa diſpendia ſubire contenti ſunt, dummodo hoc bonum in nullo violare videantur.

Quã æcele riter voca ti occurrãt. c. 12. Obedientia omnibus præſtat.

E Inter quos nullum peculiare opus non dicã affectu, ſed nec cogitatione quidem ab aliquo affectatur.

Si quis gillonem fictilem, ideſt, vas, aut huiuſmodi aliud aliquo caſu fregerit vel perdiderit aliquid non aliter negligentiam ſuam, q̃ publica diluet pœnitentia. Similiter ſi ſuperbius, ſi durius, ſi contumacius reſpõderit: ſi murmurauerit, ſi lectionem operi vel obedientiæ prætulerit, officia ſtatuta ſegnius fuerit executus, ſi dimiſſa ſynaxi non concitus ad cellam redierit, ſi alterius tenuerit manum, ſi cum illo, qui cellulæ ſuæ cohabitator non eſt, confabulari quantulumcumque præſumpſerit, ſi parentum quempiam vel amicorum ſæcularium viderit, vel collocutus cum eis ſine ſuo ſeniore fuerit, ſi epiſtolam cuiuſquam ſuſcipere, ſiue reſcribere ſine abbate ſuo tentauerit: in his inquam & ſimilibus admiſſis procedit animaduerſio ſpecialis. Reſidua, quæ apud nos indifferenter admiſſa, à nobis quoque reprehenſibilius ſuſtinentur, ideſt, aperta conuicia, manifeſti contemptus, familiaritas apud fœminas, ſimultates & iurgia, operis peculiaris præſumptio, philargyriæ contagio, affectus atque poſſeſſio rerum ſuperfluarum, quæ à cæteris fratribus non habentur, extraordinaria ac furtiua cibi refectio, & his ſimilia, plagis emendantur vel expulſione purgantur.

A. C. 400.

Quib. auctorib. ſit lectio ad menſam introducta.

Illud autem, vt reficientibus fratribus ſacræ lectiones in cænobiis recitentur [non de typo Ægyptiorum proceſſiſſe, ſed de Cappadocum nouerimus. Quos nulli dubium eſt] non tam ſpiritualis exercitationis cauſa, quàm compeſcendæ ſuperfluæ otioſæque confabulationis gratia, & maximè cõtentionũ, quæ plerumque ſolent in cõuiuiis generari, hoc ſtatuerunt. Apud Ægyptios autẽ tanta veſcẽtibus eis ſilẽtij huius diſciplina ſeruatur, vt cucullis vltra oculorum palpebras demiſſis, ne, ſcilicet liber aſpectus habeat copiam curioſius euagandi, nihil amplius intueantur q̃ menſam, & appoſitos cibos, vt quemadmodum vel quantum reficiat alius nullus noſcat.

Summa cautione ſeruatur, ne extra mẽſam quicquam cibi penitus ori ſuo quiſquam indulgere præſumat, vt incedentibus per hortos & pomaria, cum paſſim blandéque per arbores poma pendentia non ſolum ſe obiiciant pectoribus tranſeuntium, verumetiam ſtrata per terram conculcanda pedibus offerant, ſacrilegium ducatur, non modo quicquam ex his deguſtare, verumetiam manu contingere abſque eo quod palam cunctis in commune reficientibus exhibetur & ad percipiendum œconomi diſpenſatione, per fratrum obſequia publicè miniſtratur.

De tribus lenticulæ granis ab œconomo repertis. ca. 20.

In ſeptimana cuiuſdam fratris cum pertranſiens œconomus tria lenticulæ grana vidiſſet iacere in terra, quæ ab hebdomadario feſtinanti dum ea præpararet coctioni inter manus cũ aqua, qua diluebãtur elapſa ſunt, cõfeſtim ſuper hoc abbatẽ cõſuluit à quo velut peruerſor neglectorque ſacri peculij iudicatus, ab oratione ſuſpenſus eſt. Cuius negligentiæ reatus nõ aliter ei remiſſus eſt, niſi cum publica pœnitentia diluiſſet. Non enim ſolum ſeipſos non eſſe ſuos, ſed etiam omnia, quę ſua ſunt: credũt domino conſecrata.

Addũtur exempla dé obediẽtia Ioãnis, qui cum iuſſu abbatis ſui, vt ſaxum maximum, quod multi mouere non potuiſſent, voluerit, ipſe totis viribus & labore permimio totius corporis, vt totus ſudaret, hoc tentauit perficere.

Abbatis Mutij obedientia. cap 1.

F Item exemplum de Abbate Mutio, qui cum filio paruulo ſuo octo annorum dum habitũ ſuſcepiſſet religioſum, abbas, vt experiretur affectum eius ad filium, & obedientiæ ſinceritatem iuſſerat, vt monachi frequenter paruulum innocentem ſine cauſa ante patrem percuterent, propter quod puer genas lachrymis ſordentes habebat: nec pater in aliquo mouebatur. Demum non dierum lachrymantem, iuſſit abbas,

A. C. 400.

A abbas, vt ipſum ſumens ad flumen vicinum pergeret, eum inibi ſubmerſurus: quod ſine mora pater fecit. Sed fratres, quos ex induſtria abbas ad flumen præmiſerat ad eum retrahendum ab hoc opere: non permiſerunt.

De Abbatis Pynutij humilitate. c. 30.

Et exemplū de abbatis Pynutij humilitate qui cum eſſet abbas magni cœnobij, & in maxima veneratione, clam aufugit in habitu trāſformato, ſcilicet ſæculari, & accedens ad loca ignota & remota, in monaſterio, quod diſtrictius vitā ducebat, petiit vt laicus recipi, qui ignotus cum difficultate receptus, & opprobriis multis probatus, ſuſceptus demum fa- B ctus eſt hortulanus, & viliſſimis exercitiis ſeipſum applicans, demum à quibuſdam ex monachis ſui prioris monaſterij illuc aduenientibus ad quærendum de ipſo, inuentus, redire precibus coactus eſt ad prius monaſterium.

Hunc ſenem, ſcilicet Pynutium, inquit Ioan. Caſſian. cum poſt hæc in Ægypto requiſiſſemus ſtudioſiſſimè exhortationem quam dedit fratri, quem ſub noſtra præſentia in C cœnobio ſuo recipiebat [animus eſt huic opuſculo inſerere.] Noſti ait, quot diebus præ foribus excubans hodie ſis receptus, cuius difficultatis cauſam primitus debes agnoſcere: Sicut námque immenſa gloria fideliter ſequentibus Deo, ac ſecundum regulæ huius inſtitutionem cohærentibus ei, promittitur in futurum: ita pœnæ grauiſſimæ, præparantur iis, qui tepidè negligenterque fuerint executi, & ſecundum hoc, quod profeſſi ſunt, vel quod ab hominibus eſſe creduntur, fructus etiam congruos ſanctitatis eidem D exhibere neglexerint, quia maledictus qui opus Dei facit negligenter, vt ait Hieremias.

Cur quis facilè non ſit recipiēdus ca 13. Hier. 48.

Ideo igitur à nobis diu refutatus es, non quia tuam vel omnium ſalutem non toto corde cupiamus amplecti & iis, qui ad Chriſtum capiunt peruenire etiam procul occurrere non optemus: ſed ne temerè recipientes, & nos apud Deum leuitatis, & temetipſum reum grauioris ſupplicij facerem, ſi ad præſēs facilè ſuſceptus, nec pondus profeſſionis huius intelligens, vel deſtitutor poſt hæc, vel tepidus extitiſſes.

E Caue ergo, ne quid aliquando eorum reſumas, quæ renuncians abieciſti, & contra domini interdictū de agro euangelicæ operationis reuerſus, inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reueſtiri. Caue ne parentum, nec affectionis priſtinæ recorderis. Caue nequando ſuperbiam, quam nunc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcaſti cum ceperis pſalmorum vel profeſſionis quamdam notitiam deguſtare, paulatim elatus reſuſcitare mediteris. In hac quoque humilitate ac patientia, F qua vt ſuſciperetis in monaſterio decem dieb. præ foribus perſeuerans multis lachrymis implorasti, non ſolummodo perſiſtas, verumetiam proficias atque ſuccreſcas. Satis enim miſerum eſt, vt cum debeas à rudimentis ac primordiis tuis prouehi, & ad perfectionem tendere, etiam ab ipſis incipias in inferiora decidere, arcta eſt via, quæ ducit ad vitam.

Conſidera ergo te de paucis & electis eſſe- A ctum, & ne exemplo & tepore multitudinis refrigeſcas, ſed viue vt pauci: vt cum paucis inueniri merearis in regno Dei. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi, & puſillus eſt grex, cui placuit patri hæreditatem dare. Itaque non leue noueris eſſe peccatum, profeſſum perfectionem quempiam ea, quæ ſunt imperfecta ſectari, ad quem perfectionis ſtatum his gradibus atque hoc ordine peruenitur.

A. C. 400.

Mat 7. Pauci imitandi. c 18. Mat. 20. Luc. 12.

Principium noſtræ ſalutis eiuſdemque cuſtodia timor domini eſt. Per hunc enim B & initium conuerſionis, & vitiorum purgatio & virtutum cuſtodia, iis qui imbuuntur ad viam perfectionis acquiritur. Qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum ei rerum omnium parit, obliuionémque parentum, mundíque ipſius gignit horrorem. Contemptu autem ac priuatione facultatum omnium humilitas acquiritur, humilitas verò his indiciis comprobatur. Primo ſi in ſe mortificatas habeat omnes voluntates. Secundò ſi non ſolum actuum ſuorum verumetiam co- C gitationum nihil ſuum celauerit ſeniorem. Tertiò ſi nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio eius vniuerſa committat: ac monita eius ſitiens ac libenter auſcultet. Quartò ſi in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetudinem atque patientiæ conſtantiam. Quintò ſi non ſolum iniuriam inferat nulli, ſed ab alio quidem ſibi irrogatam nec doleat aut triſtetur. Sextò ſi nihil agat, nihil præſumat, quod non communis regula vel maiorum cohortentur exempla. Septimò ſi omni vilitate contentus ſit, & ad omnia, quæ ſibi præcipiuntur ſe D velut operarium malum iudicauerit & indignum. Octauò ſi ſemetipſum cunctis inferiorem non ſuperficiè pronunciet labiorum, ſed intimo cordis credat affectu. Nonò ſi linguam cohibeat, vel non ſit clamoſus in voce. Decimò ſi non ſit facilis ac promptus in riſu.

Quo ordine quis ad perfectionē valeat peruenire, cap 19.

Quibus ... humilitas com probet...

Idem in libro quinto. Impoſſibile eſt extinguere ignita corporis incentiua, priuſque cæterorum quoque principalium vitiorum fomites radicitus excidantur.

Prima eſt nobis calcanda gulæ concupi- E ſcentia & conſque extenuanda mens non ſolum ieiuniis, verumetiam vigiliis, lectione quoque & crebra compunctione, donec eiuſmodi meditationibus occupata, pariter ac poſſeſſa ipſius cibi refectionem non tam iucunditati conceſſam, quàm neceſſitati vitæ ſibi impoſitam recognoſcat.

Illud enim eſt cunctorum luctaminum fundamentum vt primitus carnalium deſideriorum incentiua perimantur. Non enim meremur mentis labore conquiſito, grauiores pugnas nequitiarum cœleſtium experiri, ſi car- F nem fragilem reſiſtentem ſpiritui noſtro ſubiugare nequimus.

Carnalia deſideria primo ſuperanda c. 16.

Qui enim gulæ ſuperfluos appetitus inhibere non potuit, quomodo æſtus carnalis concupiſcentiæ, valebit extinguere? Et qui nequiuit paſſiones in propatulo ſitas paruaſque compeſcere, qualiter occultas, nulloque hominum teſte prurientes poterit debellare! Non enim eſt nobis aduerſarius extrin-

A. C. 400.

extrinſecus formidandus. In nobiſipſis hoſtis inclusus eſt. Inteſtinum nobis quotidie ingeritur bellum, deuicto eo, omnia, quæ forinſecus ſunt, reddentur infirma, ac militi Chriſti vniuerſa pacata erunt & ſubdita.

Nec ſolum nobis ieiunium viſibilium ciborum ad perfectionem [cordis &]corporis purificationem ſufficere nobis poſſe credamus, niſi fuerit huic animæ quoque ieiunium copulatum, habet námque illa ſuos noxios cibos: quibus impugnata ad luxuriæ præcipitia deuoluitur. Detractio quidem cibus eſt, & quidem per ſuauis. Ita cibus eſt eius, licet minimè lenis. Inuidia cibus eſt mentis, virulentis eam ſuccis corrumpens, & proſperitatis alienæ ſucceſſib. iugiter excruciare non definens. Cœnodoxia delectabili eam eſca permulcet, poſtea vacuam omnique virtute ſpoliatam reddit. Auaritiæ paſtus & potus inſatiabilem reddunt, & ſic de aliis. Cibis igitur huiuſmodi aſtinendum eſt ſemper, & ille omni ſtudio inquirẽdus, de quo ſaluator ait: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. [illegible] 4. Nunc conſequenter ponentur, quæ excerpta ſunt de 24. collationib. patrum.

De vigintiquatuor collationibus ſanctorum patrũ ſcilicet Moyſi, Paphuntij & cæterorum.

CAP. II.

Prologus collationis cap. 6.

IN prima collatione, quæ eſt abbatis Moyſi de puritate cordis. Cùm in eremo Scythiæ, inquit Ioan. Ca. abbatem Moyſem, expetiſſemus, paritérq; ab eo ædificationis ſermonem fuſis lachrymis poſceré, quippe cuius animi rigoré hûc noueramus, vt niſi fideliter deſiderátib. cũ omni cordis contritione quærentibus, nequaquam acquieſcere, ianuam perfectionis aperire, ne ſcilicet indignis & faſtidioſè ſuſcipientibus pandens, aut iactantiæ vitium aut proditionis crimen videretur incurrere. Tandem fatigatus noſtris precibus ita exorſus eſt.

[illegible] interrogatione abbatis Moyſis. Quid ſit finis.

Omnes artes & diſciplinæ σκοπὸν quemdá, ideſt, deſtinationé, & τέλος, ideſt, finem proprium habent. Ad quem reſpiciens cuiuſque artis induſtrius appetitor, cunctos labores & pericula atque diſpendia æquanimiter libentérque ſuſtentat. Finis quidem noſtræ profeſſionis eſt regnum Dei, σκοπὸς verò puritas cordis.

Quod ſit referre propoſitũ ſcopũ attendere. cap 5.

Quæ ſi præ oculis noſtris iugiter ſtatuta nõ fuerit, non ſolum omnes labores noſtros varios atque inſtabiles reddet, ſed etiam cogitationes diuerſas, ſibiq́ue contrarias ſuſcitabit. Neceſſe eſt enim mentem, quo recurrat, cuive principaliter inhæreat non habentem, per ſingula momenta pro incurſuum varietate mutari, atque ex iis quæ extrinſecus accidunt, in illũ ſtatum continuo trãſformari, qui ſibi primus occurrit. Hinc námque eſt, quòd nonnullos mundi huius maximas facultates, & prædiorum magnificentiam contemnentes, poſt hoc

A videmus pro ſcalpello, pro graphio, pro acu, pro calamo commoueri. Nonnulli tanto zelo codicem ſeruant, vt eum nec vel leuiter legi, vel contingi ab aliquo ſinant, & inde occaſiones impatientiæ ac mortis incurrunt, vnde monentur ſtipendia patientiæ & caritatis acquirere. Cumq́ue omnes diuitias ſuas pro Chriſti amore diſperſerint, priſtinum tamen cordis affectum in rebus minimis retentantes, ex omnibus infructuoſi ſteriléſque redduntur. [Quod in ſpiritu beatus Apoſtulus præuidens &] ſi diſtribuero (inquit) in cibos 1. Cor 13.

B pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habeam [nihil mihi prodeſt.] Vnde liquido cõprobatur perfectione non ſtatim nuditate, ſeu dignitatum abiectione contingi: niſi fuerit caritas illa, cuius Apoſtolus membra deſcribit in veritate poſſeſſa, quæ in ſola cordis puritate conſiſtit. Nam quid eſt aliud non æmulari, non inflari, non irritari: & reliqua, niſi cor perfectum & mundiſſimum ſemper Deo offerre, & intactũ à cunctis perturbationibus cuſtodire.

Profectio eſt in caritate.

C Omnia igitur pro huiuſmodi gratia gerenda & apparenda ſunt nobis. Pro hac ſolitudo ſectanda eſt. Pro hac ieiunia, vigilias, labores [cæteraſque virtutes] debere nos ſuſcipere nouerimus. Et non propter has obſeruationes, ſi forte non poterimus implere, incidamus in triſtitiam, vel iram ſiue indignationem. Non enim tantum eſt lucrum ieiunij, quantum iræ diſpendium. Nec tantus lectione capitur fructus, quantum contemptu fratris incurritur detrimentum. Ea igitur, quæ ſequentia ſunt, ideſt, ieiunia, vigiliæ, lectiones &c. Propter principalem σκοπὸν, ideſt, puritatem cordis quod

De appetenda cordis puritate. cap. 7.

D caritas, nos conuenit exercere: & non propter illa hanc principalem virtutem perturbare. Qua in nobis integra durante nihil oberit, ſi aliquid eorum per neceſſitatem fuerit prætermiſſum. Nec proderit vniuerſa feciſſe, adempta hac principali cauſa, cuius obtentu omnia ſunt peragenda, quæ non perfectio, ſed perfectionis ſunt inſtrumenta. Quicquid igitur poteſt illam mentis puritatem tranquillitatemque turbare quamuis vtile & neceſſarium videatur, vt noxium deuitandum eſt.

E Inhærere quidem Deo iugiter, & contemplationi eius inſeparabiliter copulari, impoſſibile eſt homini carnis fragilitate circumdato. Verum oportet nos ſcire vbi noſtræ mentis intentionem debeamus habere defixam, & ad quam deſtinationem ſemper animæ noſtræ reuocemus intuitum. Quam cum potuerit obtinere mens gaudeat, & à qua diſtractam ſe doleat atque ſuſpiret & quaſi fornicationem iudicãs vel momentaneum à Chriſti contemplatione diſceſſum, à quo cum deuiauerit paululum noſter obtutus, rurſus ad eum reuocemus

De directione cordis in Deũ. cap 13.

F mentis aciem.

Contemplatio námque Dei multifariam concipitur. Nam Deus non ſola incomprehenſibilis illius ſubſtantiæ ſuæ admiratione cognoſcitur, quod adhuc in ſpe repromiſſionis abſconditum eſt, ſed etiam creaturarum ſuarum magnitudine, vel æquitatis ſeu æqualitatis ſuæ conſideratione, vel quotidianæ diſpen-

De cõtemplando Deũ. c. 15.

A. C. 400.

ſpenſationis auxilio peruidetur, quando, ſcilicet qui cum ſanctis ſuis per ſingulas generationes egit perluſtramus mente puriſſima, cum potentiá ipſius, qua vniuerſa gubernat, moderatur, & regit, cũ immenſitatem ſcientiæ eius, & oculum quem ſecreta cordis latere non poſſunt, tremente corde miramur: cum arenam maris, vndarumque numerum dimenſum ei & cognitum cogitamus, cum pluuiarũ guttas & ſæculorum dies & horas, cum præterita, futuráve vniuerſa ſtupeſcẽtes ſcientiæ eius adſiſtere contemplamur: cum ineffabilem clementiã eius conſideramus, qua innumera flaB gitia, quæ ſingulis quibuſque momentis ſub ipſius committuntur aſpectu, indefeſſa longanimitate ſuſtentat, cum intuemur vocationem qua nos nullis præcedentibus meritis gratia ſuæ miſerationis adſciuit: cum denique quot occaſiones ſalutis tribuit adoptãdis, cum quodam admiratiuo intuemur exceſſu. Quod ita nos naſci præcepit, vt ab ipſis cunabulis gratia nobis legiſque ſuæ notitia traderetur. Quod ipſe aduerſarium vincens in nobis, pro ſolo bonæ voluntatis aſſenſu, æterna beatitudine ac perpetuis nos præmiis munerat. Cùm C poſtremo diſpenſationem incarnationis ſuæ pro noſtra ſalute ſuſcepit, ac mirabilia myſteriorum ſuorum in cunctis gentibus dilatauit. Sunt & aliæ huiuſmodi innumeræ contemplationes, quæ pro qualitate vitæ ac puritate cordis in noſtris ſenſibus oriuntur, quibus Deus vel videtur mundis obtutibus, vel tenetur: quas profecto nullus perpetuo retentabit, in quo adhuc aliquid carnalium viuit affectuum iuxta illud Moyſi dictum. Non videbit me homo, & viuet, ſcilicet ſenſualiter viuens.

Ex. 33.
Quid poſſit mẽs ſuper cogitationũ ſtatu, quid uero nõ poſſit. cap. 17.
Suſcipere bonas cogitationes & malas reſpuere eſt poſſibile.

Mentem quidem non interpolari cogitatioD nibus impoſſibile eſt, ſuſcipere verè eas, vel reſpuere omni ſtudenti per gratiam Dei poſſibile eſt. Ideo námque frequens lectio, & iugis adhibetur ſcripturarum meditatio, vt exinde nobis ſpiritualis memoriç præbeatur occaſio. Idcirco decantatio crebra pſalmorum, vt aſſidua nobis exinde compunctio ſubminiſtretur. Ideo vigiliarum orationum ac ieiuniorum ſedulitas adhibetur, vt extenuata mens non terrena ſapiat, ſed cœleſtia contempletur. Quibus rurſum negligentia irrepente ceſſantibus, neceſſe eſt, vt mens vitiorum ſqualIore concreta, E in carnalem partem mox inclinetur & corruat.

Comparatio molæ & animæ. cap. 18.

Quod exercitũ cordis molarum ſimilitudini non incongruè comparatur, quas meatus aquarum præceps impetu rotante prouoluit: quæ nullatenus quidem ceſſare poſſunt ab opere ſuo aquarum impulſibus circumactæ. In eius verò qui præeſt ſitum eſt poteſtate, vtrum nam triticum malit, an hordeum loliúmve cõminui. Illud quippe proculdubio eſt commolendum, quod ingeſtum ab eo fuerit. Ita igitur & mens per vitæ præſentis incurſus vndique F ingruentibus tentationum torrentibus circũacta, vacua quidem cogitationum æſtibus eſſe non poterit. Quales verò vel admittere, vel parare ſibi debeat, ſtudij ac diligentiæ ſuæ prouidebit induſtria.

Illud ſanè noſſe debemus tria cogitationum noſtrarum eſſe principia, ideſt, ex Deo, ex A diabolo, & ex nobis. Ex Deo quidem ſunt, cum ſpiritusſancti illuſtratio nos viſitat, & in quibus vel minus acquiſiuimus, vel deſidioſe agentes ſuperati ſumus, ſalubri compunctione caſtigat, vel cũ reſerat nobis cœleſtia ſacramẽta, & propoſitum noſtrum ad meliores actus, voluntatemque conuertit. Ex diabolo verò ſunt, cum ſubuertere nos tam vitiorum oblectatione, quàm etiam occultis conatur inſidiis transfigurans ſe etiam in Angelum lucis. Ex nobis autem cum eorum quæ geſſimus, vel gerimus, vel vidimus naturaliter recordaB mur.

A. C. 400.

Et ideo hinc oportet nos vniuerſas cogitationes, quæ emergunt in corde noſtro, ſagaci diſcretione diſcutere, origines earum, vel cauſas authoreſque primitus indagantes, vti quales nos eis pbere debeamus, ex illorũ merito, qui eas ſuggerunt conſiderare poſſimus, vt efficiamur probabiles ſecundum præceptum domini Trapezitæ, quorum ſumma peritia eſt probare quod ſit aurum puriſſimum, quódve minus purgatum: æreo quoque viliq́ue denario, ſi prætioſum numiſma ſub colore ſeu induC mento auri fulgentis imitetur [prodentiſſima diſcretione nõ falli]& non ſolum numiſmata tyrannorum vultus exprimentia, ſed illa etiam quæ ſunt veri regis imagine, ſed non legitimè figurata diſcernere: deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum ſit cenſura trutinæ diligenter inquirere. Diabolus enim decipit: cum fuerit ſub colore ſanctitatis obtectus. Odit enim ſonum alias tutelæ cautelæ. i. diſcretionis vim.

De Ab[illegible] te Io[illegible] cap. 1[illegible] De q[illegible] p[illegible] ſcr[illegible] rat[illegible] c. 22.

In quo & beatum Ioannem Abbatem deceptum nouimus, ſcilicet de nimietate abſtinenD tiæ. Erit ergo hoc quadripartito modo nobis neceſſaria diſcretio, vt primum nos materia auri veri fucatíve non fallar, ideſt, vtrum cogitatio ſit in materia mali vel boni in genere. Secundò, vt has cogitationes, quæ mentiuntur opera pietatis, tanquam adulterina numiſmata reprobemus, vt pote quæ falſam regis imaginem non legitimè ſignatam contineant: vt ſcilicet & ſi in ſe pia, tamẽ ex aliqua circunſtãtia non verè bona. Tertiò, quæ in auro puriſſimo ſcripturarum, vitioſo & hæretico ſenſu nõ veri regis, ſed tyranni præferunt vultum refutaE re poſſimus. Quartò, vt illa quorum pondus ac prætium ærugo vanitatis arrodens, iudicio ſeniorum non ſunt adæquata, vt ſcilicet non iuſti ponderis [vt numiſmata leuia atque damnoſa minuſque penſantia recuſemus.]

Secunda collatio, quæ eſt eiuſdem, ſcilicet Abbatis Moyſi, agit de diſcretione.

F

§. I.

HÆc eſt omnium virtutum generatrix, cuſtos & moderatrix, quæ in euangelio ait Ioannes Caſſianus dicitur lucerna corporis

A. C. 400

A potis & oculis. Ab Apoſtolo ſol, vt cum air ſol non occidat ſupee iracundiam veſttam. A Salomone cõſilium nuncupatur, cum inquit, Omnia fac cum conſilio. Hane eſſe præcipuã oſtendit ex ſententia beati Antonij.

Nam cum vna dietum pattes congregati eſſent cum beato Antonio, & adinuicem conferrent quænam virtus illa foret, quæ præ cæteris Deo ſeruientem, magis tutum redderet ab inſidiis diaboli, & deceptionibus eius & infallibilius ad culmen perfectionis perduceset, diuerſi diuerſas ſententias in medio proculceuut.

B Alij omnimodam rerum expoliationem, alij abſtinentiam & mortificationem, alij ſolitudinem & deiectionem, alij eleemoſynarum largitionẽ. Demum beatus Antonius concluſit omnia quidem præfata vtilia fore & neceſſaria, nec tamẽ aliquod eorum eſſe, quod quærebatur. Sed hanc eſſe diſcretionẽ, nec ipſam veram, niſi à ſpiritu ſancto poſſe haberi docet Apoſtolus dicens: Alij datur per ſpiritum diſcretio ſpirituum.

1. Cor. 12.

Nam illa non ſufficere, quæ dixerant prædicti patres per exempla multa probauit:

C vide licet de Herone, qui fuit maximæ abſtinentiæ & valdè ſolitarius per tẽpora plurima, & quia diſcretione caruit, deceptus fuit à diabolo, ita vt ad inſtigationem eius, & iuſſum, transfigurati in Angelum lucis, proiecit ſe in puteum profundiſſimum, nequam illo ſpiritu ſibi prænunciante ipſum nil inde læſionis ſuſcepturũ in ſignum ſuæ perfectionis. Qui à fratribus hæc percipientibus inde quaſi violenter extractus, nec quidem in triduo, quo ſuperuixit, recognouit deceptionem ſuam, & ſi a fratrib. ad

De Herone cap. 5.

D pœnitentiam hortaretur, à Deo reuelatum credens, quod fuerat à diabolo.

Exemplum aliud de alio, qui aſſuetus viſionibus & cui lucifer frequenter lumine ſuo cellam illuſtrabat, ad ſuaſionem eius paruulum filium, ſecum manentem in ſolitudine, procurauit occidere, & Deo offerre, vt Deo placeret more Abrahæ patriarchæ, quod & feciſſet, niſi puer aduertens ab eo fugiſſet.

Inſuper & alter ſe circumcidit diabolo ſub ſpecie angeli lucis hoc mandante ex Dei parte.

[illegible] ſe circumci[illegible] ca. 8.

E Quomodo autem acquiratur diſcretio iſta ex parte noſtra, & quomodo oſtendatur declarat ipſe Ioannes Caſſianus ex verbis Moyſi dicens: Vera diſcretio non niſi vera humilitate acquiritur: cuius hæc erit prima probatio, ſi vniuerſa non ſolum, quæ agenda ſunt, ſed etiam, quæ cogitantur, reſeruentur ſeniorum examini. Nullatenus enim quis decipi poterit, ſi non ſuo iudicio, ſed maiorum ſuorum viuit exemplo. Et ſerpens tæterrimus velut è tenebroſo ac ſubterraneo ſpecu virtute cõfeſſionis protractus, ad lucem, & traductus quodammodo ac dehoneſtatus abſcedit.

F Denique intantum hæc Deo placita comprobatur ſententia, vt puerum Samuelem iudicio prælectũ ſuo, nollet p ſemetipsũ erudire, ſed recurrere ſemel & iterũ pateretur ad ſenẽ Heli, etiam illum, qui offenderat Deum, vt illius, qui ad diuinum vocabatur miniſterium probaretur humilitas, & iunioribus forma ſubiectionis huius proponeretur exemplo.

[illegible] voca[illegible] Samuelis ca. 4.

1. Reg. 3.

A Paulum quoque per ſeipſum vocans, & alloquens Chriſtus: cum poſſet ei viam perfectionis reſerare, confeſtim ad Ananiam dirigere maluit, ipſumq́; illius potius, quã ſua doctrina cenſet inſtitui. Omni igitur conatu debet diſcretionis bonum virtute humilitatis acquiri, quæ nos illæſos ab vtraque poteſt nimietate ſeruare, ſcilicet ſecundum exceſſum & defectum, vt nec nimia ſit abſtinentia nec nimia relaxatio abſtinentiæ, & ſic in aliis quibus vtimur. Interroga, inquit Moyſes patrẽ

B tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi &c.

Deut. 32

Exemplum adducit de Abbate Serapione qui cum eſſet adoleſcentulus ſub magiſterio Abbatis Theonæ, inſtigatus à diabolo, aliis ieiunantibus ipſe oſtendens ſe cum cæteris ieiunare, clam quotidie vnum panem accipiens occultè ſero comedebat, de quo tamen actu multum poſtea in conſcientia torquebatur. Sed quadam vice aduenientibus quibuſdam ad beatum Theonum gratia ædificationis, cum ſenex de occultatione cogi-

De abbate Serapione cap 11

C tationis, quantum ſit animæ nociua diſſeruiſſet diutius, Serapio, qui præſens erat, compunctus cum verbis manifeſtauit fraudem ſuam, publicè panem illum, quem iam acceptum in ſinu tenebat cum lachrymis in medium iactans, ſuper quo Theonas confortauit eum de Victoria diaboli habita ex propalatione iſta. Vnde & flamma ſulphurea viſa eſt exire de ſinu illius, fœtorem relinquens, & liberatus eſt à tentatione illa.

Verum non omnium ſeniorum, quorum

D capita canicies tegit, quoſque vitæ longæuitas ſola commendat, nobis ſunt ſequenda veſtigia ſeu traditiones, & admonita ſuſcipienda: ſed eorum quos laudabiliter vitam ſuam ac probatiſſimè comperimus in iuuentute ſignaſſe, nec præſumptionibus propriis, ſed maiorum traditionibus inſtitutos. Qui enim in tepore ſuo, quem ab adoleſcentia conceperunt, atque ignauia ſeneſcentes, authoritatem ſibi non maturitate morum, ſed annorum numeroſitate conquirunt, iſti nõ ſunt imitandi,

De confuſione calcãda & periculo nõ cõdoiẽtis

E quia in tis diſcretio non eſt.

Ponit exemplum de quodam ſene, ad quem cum iuuenis tentatus de fornicatione veniſſet ad conſulendum, & ſuffragium habendum, ille ſenex ita durè redarguit eum, de huiuſmodi cogitationibus turpibus, quòd in deſperationem induxit. Et cum ad ſæculorum reuertens iter aſſumeret, abbas Apollo ei obuians & triſtem cernens, interrogauit eum, quo pergeret & cauſam triſtitiæ. Qui ab eo rei ſeriem audiens, confortauit, & animauit ad perſeuerandum & pugnandum. Et pergens ad ſenem

F illum, rogauit Deum, vt immitteret huiuſmodi tentationem in mentem eius.

Quo facto, ita grauiter vexatus eſt, vt velut amens diſponeret ad ſæculum redire: quod Apollo eum viſitans, & perpendens, reprehendit eum de indiſcreta locutione ad illum iuuenem: & propterea Deus permiſerat eum ſic durè tentari, vt diſceret aliis compati. Et orante pro eo ceſſauit tentatio.

A.C. 400.

Tertia collatio eſt Paphuntij de triplici vocatione & renunciatione.

§. II.

Paphūtius quis.ca.1. PAPHNVTIVS presbyter fuit congregationis, quæ in eremo Scythiæ morabatur in qua vſque ad extremam durauit ætatem, ita vt nūquam è cella, quā iunior cœperat habitare, quæ ab eccleſia milliaribus quinque diſtabat: ſaltem ad viciniora migrauerit loca, nec feſſus annis die ſabbati vel dominico venturus ad eccleſiā tanti itineris ſpacio vexaretur. Sed nec vacuus inde reuerti contentus, vas aquæ quam per totam hebdomadam ſumpturus erat, ſuis ceruicibus ſupponens portabat ad cellam, nonagenariam excedens ætatem.

Tres (ait iſte) ſunt vocationum ordines, treſque renunciationes. Primus ordo vocationis eſt ex Deo, quoties inſpiratio quædam immiſſa in cor noſtrum, nonnunquam etiam dormientes nos ad deſiderium æternæ vitæ ac ſalutis exſuſcitat, Deumque ſequi, & eius inhærere præceptis ſaluberrima compunctione exhortatur. Gen. 11. Mat. 10. Qualis fuit vocatio Abrahæ cum ei dictum eſt. Exi de terra tua. Quo etiam modo beatum Antonium accitum eſſe cognouimus cum ſcilicet in eccleſia audiens illud euangelij. Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia, quæ habes & da pauperibus & veni & ſequere, omnia dimiſit. Secundus modus, qui eſt per hominem, fit cum exemplis quorumdam ſanctorū, vel monitis inſtigati ad deſiderium ſalutis accendimur. Ex. 3. & 4. Quo ordine in ſcripturis ſanctis filios Iſraël per Moyſem de afflictione Ægypti legimus liberatos. Tertius eſt, qui ex neceſſitate deſcendit, cum diuitiis huius mundi, vel voluptatibus obligati, ingruentibus continuò tentationibus, quæ mortis pericula comminantur, vel bonorum amiſſione ac proſcriptione percutiunt, vel carorum morte compungunt, ad Deum, quem ſequi in rerum proſperitate contempſimus, ſaltem inuiti properare Pſal. 77. compellimur, iuxta illud Pſal. Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, quod Iud 3. patet per exempla in libro iudicum in liberatione populi Iſraël de manibus tyrannorum, Ibid. quibus ipſos dn̄s ſubijci permiſerat propter Iud. 8. peccata eorum. Sed pœnitentes liberauit per Othonielem Aoth, Gedeonem & alios.

Ex his tribus licet priores duo melioribus inniti principiis videantur, nonnunquam inuenimus etiam de tertio infimo gradu perfectos viros ac feruentiſſimos extitiſſe. Et iterum de illo ſuperiore gradu plurimos tepefactos ad vituperabilem finem recidiſſe, quod cernimus in ipſa Apoſtolorū vocatione. Mat. 26. & 27. Ioan. 13. Nec enim profuit Iudæ Apoſtolatus ſublimiſſimum gradum eo ordine quo Petrus, & cæteri voluntariè ſuſcepiſſe, Chriſti, ſcilicet doctrinam qui vocationis ſuæ præclara principia philargyriæ peſtifero fine conſummauit. Nec Paulo obfuit, quòd repente excæcatus velut inuitus videretur attractus. Totum ergo in fine conſiſtit, ſecundum quod feruentius vel negligentius in vocatione ſe habuerit.

A.C. 400. Act. 9. Nunc de renunciationibus diſſerendum eſt quas tres eſſe ſcripturarum & patrum tradit authoritas. Prima eſt, qua corporales facultates vniuerſas contemnimus. Secunda, qua mores ac vitia priſtinoſque affectus animi carniſque reſpuimus. Tertia, qua mentem noſtram de præſentibus vniuerſis, ac viſibilibus euocantes, futura tantum modo contemplamur & ea quæ ſunt inuiſibilia concupiſcimus. Gen. 2. Quæ tria, vt ſimul perficiantur, etiam Abrahæ legimus Deum præceſſiſſe. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Primò dixit de terra tua, id eſt, facultatibus huius mundi, opibúſque terrenis. Secundò de cognatione tua, id eſt, de conuerſatione & moribus, vitiiſque prioribus, quæ nobis à natiuitate cohærentia velut affinitate quadam & conſanguinitate cognata ſunt. Tertiò de domo patris tui, id eſt, de omni memoria mundi huius quæ oculorum occurrit obtutibus.

Quomodo fiat tertia renunciatio. Quod fit quando mēs noſtra nullo carneæ pinguedinis hebetata contagio, ſed peritiſſimis elimationibus expoliata ab omni affectu, & qualitate terrena, per indeſinentem diuinarum rerum meditationem ſpirituales Theorias ad illa, quæ inuiſibilia ſunt, eouſque tranſierit, vt circundatam ſe fragilitate carnea non ſentiat incorporeis intenta ſuperuis, vt præſentia omnia nō tāquā tranſitura, ſed quaſi iā tranſacta reputet, & velut inanem fumū in nihillū reſoluta conſpiciat.

His tribus abrenunciationibus propriè tres libri Salomonis aptantur. Nam prouerbia primæ abrenunciationi conueniunt, quibus concupiſcentia carnalium rerum ac terrena vitia reſecantur. Secundæ Eccleſiaſtes, vbi vniuerſa, quæ ſub ſole aguntur vanitas pronunciantur. Tertiæ Canticum canticorum in quo mens inuiſibilia cuncta tranſcendens, verbo Dei cœleſtium contemplationi coniungitur.

Act. 7. Cauendum eſt igitur iis, qui mundo abrenunciant, ne ſimiles illis fiant, de quibus dicitur. Corde reuerſi ſunt in Ægyptum, & cum illis condemnentur Iſraelitis, qui in eremo exiſtentes poſt eſcam mannæ cœleſtis deſiderauerunt vitiorum fœtidos, ac ſordidos cibos dicentes: Benè erat nobis eſſe in Ægypto, vbi ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus cepas, & allia, cucumeres & pepones: è quibus pauciſſimi intrarunt terram promiſſionis, ſed tantum duo, habentes, ſcilicet dilectionem Dei & proximi, quæ amplectitur omnes virtutes, vt oſtendit ad Corinthios Apoſtolus. Ex. 16. Num. 1. Cor.

Has virtutum diuitias nullus regum, nullus hoſtium conferre poteſt vel auferre. In ſcripturis enim ponuntur diuitiæ ſub triplici genere, quia ſunt & bonæ, ſcilicet merita hominum ex actibus virtutum acquiſita, de quibus Pſalm. Gloria & diuitiæ in domo eius & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Pſal. 11. Malæ diuitiæ, ſcilicet peccata, de quibus in euangelio. Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.

Mediæ

A. C. 400.

Mediæ, quibus ſcilicet poteſt homo benè & malè vti, de quibus Apoſtolus ad Timotheū. (1. Tim. 6.) Diuitibus præcipe benè agere, non ſublimè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarū. Verè diuitiæ ex gratia principaliter, & ex libero arbitrio acquiruntur, de quo libero arbitrio diffusè per ſcripturas proſequitur.

Quarta collatio eſt Danielis, de concupiſcentia carnis & ſpiritus.

§. III.

(De Daniele abbate. 1.) HIc in omni virtutum genere, inter eos, qui in eremo Scythiæ commanebant ornatus fuit, ſed peculiarius virtute humilitatis. Qui ob ſui puritatem, & manſuetudinem à Paphuntio presbytero illius ſolitudinis, in presbyterū ordinatus fuit. i. iuſſu eius intēdētis, ſcilicet vt poſt ipſum congregationi præeſſet, C qui tamen ante eum deceſſit.

Inquirentibus igitur nobis inquit Ioannes Caſſianus cur interdū reſidentes in cellula iā ineffabili gaudio & exuberantia ſacrorum ſenſuū repleremur, oratio, quoque pura emitteretur & prompta, & mens plena ſpiritualibus fructibus preces ſuas efficaces etiam per ſoporem ſupplicans ad Deum peruenire ſentiret, ac rurſus nullis exiſtentibus cauſis, tanto ſubitò repleremur angore, & irrationabili quadā triſtitia premeremur, vt non ſolum noſmetipſos ſenſibus areſcere ſentiremus, verumetiam D horreret cella, forderet lectio, ipſa inſtabilis & nutabunda emitteretur oratio. Ad quæ Daniel ita reſpondit.

Tripartita nobis à maioribus ratio ſuper hac, quam dicitis ſterilitate mentis eſt tradita. Aut enim de negligentia noſtra aut de impugnatione diaboli, aut de diſpenſatione domini, ac probatione deſcendit. Et de negligentia quidem cum vitio noſtro tepore præcedenti incircumſpectè noſmetipſos exhibentes, & per ignauam deſidiam nobis cogitationibus paſti, terram cordis noſtri ſpinas & tribulos E facimus germinare, quibus in ea pullulantib. conſequēter efficimur ſteriles atque ab omni ſpirituali fructu & contemplatione ieiuni. De impugnatione verò diaboli, cum bonis nonnūquam ſtudiis dediti, callida ſubtilitate mentem noſtram aduerſario penetrante vel ignorantes ab optimis intentionibus ad ima trahimur vel inuiti.

(Quod diſpenſationis ac probationis Ä duplex ſit cauſa. c. 4.) Diſpenſationis autem ſeu probationis Domini duplex eſt cauſa. Prima, vt paulisper à domino derelicti, & mentis noſtræ infirmitatem F humiliter intuentes, ſuper præcedēte puritate cordis, quę nobis eſt illius viſitatione donata, nullatenus extollamur, probanteſque nos ab eo derelictos, gemitibus noſtris, & induſtria illum lætitiæ ac puritatis ſtatum recuperāre nō poſſe, intelligamus præteritam alacritatē cordis non noſtro ſtudio, ſed illius nobis dignatione fuiſſe collatam. Secunda verò probatio- A nis eſt cauſa, vt perſeuerantia noſtra, vel mentis conſtantia deſiderium comprobetur, & qua intentione cordis, vel orationum inſtantia deſerentem nos viſitationem ſpiritusſancti requiramus, manifeſtetur in nobis, ac pariter agnoſcentes quanto labore amiſſum iſtud ſpiritale gaudium, & puritatis lætitia conquiratur, ſollicitus inuentam cuſtodire, ac tenere attentius ſtudeamus. Quodammodo enim cuſtodiri ſolet negligentius, quicquid facilè creditur poſſe recuperari, & hoc pertinere videtur ad tertiam cauſam huius diſpenſationis B Dei.

Procedere poteſt hoc etiam (vt dictum eſt) ex diaboli tentatione, vnde Pſal. ad dominum ait: Non me derelinquas vſquequaque, ac ſi diceret aliis verbis. Scio, quòd derelinquere ſoles ſanctos tuos vtiliter, vt eos probes. Aliter enim ab aduerſario tentari non poſſunt. Niſi à te fuerint paulisper derelicti, & ideo non rogo, vt me nunquam derelinquas, quia non expedit mihi, vt non vel infirmitatem meam ſentiens dicam: Bonum mihi domine, quia humiliaſti me. Vel vt exercitum non habeam præ- C liandi. Neque enim diabolus me tētare audebit, niſi permiſeris, ſicut nec Iob tentare valuit & affligere, niſi à Deo pmiſſus. Sed magis peto, ne vſquequaque derelinquas, id eſt, vſque ad nimietatem. Quantum enim mihi vtile eſt, ſi me paululum derelinquas, vt deſiderij mei conſtantia comprobetur, tantum noxium eſt, ſi pro meritis ac delictis meis nimium patiaris deſeri: quia nulla virtus humana, ſi diutius in tentatione tuo deſeratur auxilio, ſua poterit conſtantia perdurare, & non protinus aduerſarij vel potentia vel factione ſuccumbere, niſi D tuipſe non permiſeris tentari nos ſuper id quod poſſumus, & huius figura legitur in libro iudicum. Has igitur gentes (ſcilicet inimicas populi Dei) dominus non deleuit: ſed reliquit, vt erudiret Iſraëlem in eis, & haberent conſuetudinem pugnandi cum hoſtibus, vt ſic occaſio ſecuritatis noxiæ, & inde negligentiæ & ignauiæ auferretur à nobis.

(Pſal. 118. — Ibid. — Iob. 1 & 2. — Iud. 2.)

Et hæc negligentia & deſidia noſtra, eſt cauſa, & primo poſita cauſa ſterilitatis mentalis. Vnde & Daniel ipſe ponit demum triplicem ſtatum animarum, ſcilicet carnalem, anima- E lem & ſpiritualem: quos notat Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios. Nam de carnali dicit: Lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis, carnales enim eſtis. Et iterum. Cùm ſint inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis? De animali autem ait: animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt, ſtultitia enim eſt illi. De ſpirituali verò, cum dicit: Spiritualis homo omnia examinat. Et carnalis quidem dicitur qui deditus eſt voluptatibus & aliis vitiis ſæcularium. Animalis, qui relicto ſæculo, & à carnali commixtio- F ne abſtractus, ignauiæ ſe tradit & negligentiæ ſubditus paſſionibus variis & affectionibus rerum etiam vilium, non tendens ad perfectionem. Spiritualis verò, qui feruenter in omni virtutum profectu ſe exercet, ad culmen perfectionis feruenter anhelans, & paſſiones & affectiones inordinatas ſubiiciens.

(1. Cor. 3. — Ibid. — 1. Cor. 2. — Ibid. — Carnalis quis. — Animalis quis. — Spiritualis quis.)

Itaque ait Daniel, feſtinandū eſt cum tenun-

A. C. 400.

ciantes deſierimus eſſe carnales, id eſt, à ſæcularium cœperimus eſſe ſeiuncti conuerſatione, & ab illa manifeſta carnis pollutione ceſſare, vt ſpiritualẽ ſtatũ tota virtute protinus apprehẽdere nitamur. Ne forte blandientes nobis; videamur ſecundum exteriorẽ hominẽ huic mundo renunciaſſe, vel carnalium fornicationum reliquiſſe contagia, tanquam qui ſummam perfectionis propter hoc apprehenderimus, & remiſſiores deinceps erga emendationem cæterarum paſſionum lentioreſque reddamur, & inter vtraque detenti, gradum ſpiritualis profectus aſſequi nequeamus, exiſtimantes, nobis abundè ſufficere, quòd exteriori homine videamur de conuerſatione mundi huius, ac voluptatibus ſegregari. Et ita in illo tepido ſtatu, qui deterrimus iudicatur, euomendos nos ex ore domini ſecundum eius

Apoc. 3. ſententiam nouerimus dicentis. Vtinam calidus eſſes aut frigidus. Sed quia nec calidus es, nec frigidus, ſed tepidus, incipiam te euomere ex ore meo.

Frigidus, calidus & tepidus qui fiat.

Frigidus dicitur quis carnalis, ſcilicet ſæcularibus vitiis deditus, vel gentilis. C Calidus, qui ſpiritus ardore ſuccenſus, vt ſpiritualis ad perfectionis faſtigium tendit. Tepidus verò, qui viam perfectionis arripiens, & profeſſus monachalem ſtatum ſecundum regulam diſciplinæ, ab illo ſemel ſpiritualis feruoris igne diſceſſit. Periculum autem tale ex ea ſimilitudine oſtenditur. Quicquid enim frigidum eſt, etiam ore noſtro ſuſceptum, vertitur in calorem, & ſalutifera ſuauitate percipitur. Quod autem ſemel vitio pernicioſi teporis abiectum eſt, non dicam labiis admouere, D ſed etiam eminus intueri ſine ingenti horrore non poſſumus. Rectiſſimè ergo pronunciatur deterior tepidus quàm frigidus, quia facilius ad ſalutarem conuerſionem carnalis ſcilicet ſecularis, vel gentilis accedit, Sed tepidus, qui profeſſionis religioſæ iter arripuit, infectus ſemel ſua negligentia & tepore, & in ea quodammodo reſolutus, nec vlterius perfecta ſapere, nec alterius poterit mo-

Apoc. 3. nitis erudiri. Dicit enim illud in corde ſuo, Diues ſum, & nullius egeo. Cui illud quod ſequitur adaptatur. Et neſcis, quia miſer es, E & miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus.

Ponit & Ioannes Caſſianus ex dictis Danielis pugnam carnis, & ſpiritus ex illis verbis Apoſtoli. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: vt non quæcunque vultis illa faciatis, tria declarans, ſcilicet quæ ſit concupiſcentia carnis, quæ concupiſcentia ſpiritus, & quæ voluntas, quæ media collatur. Et carnem quando dicit, non intellige hominem ſeu hominis F ſubſtantiam, ſed voluntatem ſeu appetitum carnis, & peſſima deſideria, ſicut & ſpiritum non rem ſubſtantialem: ſed animæ deſideria bona & ſpiritualia. Cum igitur vtraque, id eſt, deſideria carnis & ſpiritus in vno & eodem ſint homine, inteſtinum quotidie intra nos geritur bellum: dum concupiſcentia carnis, quæ præcipitanter fertur ad vitia iis, quæ ad præſentem requiem pertinent & tempora-

A libus deliciis gaudent. Quibus concupiſcentia ſpiritus aduerſata, ita deſiderat tota ſpiritualibus ſtudiis inhærere, vt etiam neceſſarios carnis vſus optet excludere, ſic illis iugiter cupiens occupari, vt nullam optet fragilitati eius curam penitus impertire. Caro luxuriis ac libidine delectatur, ſpiritus nec ipſius quidem naturalibus deſideriis acquieſcit. Illa cupit ſatiari ſomno, repleri cibo: hic ſpiritus ita vigiliis & ieiuniis ſaginatur, vt nec ad ipſum neceſſarium vitæ vſum ſomnum, cibúmque velit admittere. Illa exu- B berare vniuerſis copiis concupiſcit, hic nec ipſius exigui panis quotidianam ſubſtantiam habere contentus eſt. Hic ſolitudine gaudet homines fugit. Hæc gloria & honore hominum confouetur.

Inter has vtraſque concupiſcentias, animæ voluntas in medio illo quodam vituperabiliori cõſiſtens, nec vitiorũ flagitiis oblectatur, nec virtutum doloribus acquieſcit: ſic quærens à paſſionibus carnalibus temperari, vt nequaquam velit dolores neceſſarias ſuſtine- C re, ſine quibus deſideria ſpiritus nequeunt poſſideri, abſque caſtigatione carnis caſtimoniam corporis deſiderans obtinere, ſine vigiliarum labore, cordis acquirere puritatem, cum requie carnis ſpiritalibus exuberare virtutibus, patientiam ſine conuitiis, humilitatem ſine honoris iactura poſſidere. Poſtremo ſic mauult futura conſequi bona, vt præſentia non amittat. Quæ voluntas nunquam nos faceret ad veram perfectionem venire, ſed in tepore quodam deterrimo collocaret. Nam cum famulantes huic voluntati noſtræ, ad hãc D remiſſionem nos voluerimus paulatim relaxare, confeſtim aculei carnis inſurgunt, ſuiſque nos vitiis & paſſionibus ſauciantes, nequaquam in illa, qua delectamur, puritatis qualitate ſtare permittunt: ſed ad [illam quam horremus] frigidam voluptatem, plenamque ſentibus viam pertrahunt. Rurſus ſi ſpiritus feruore ſuccenſi, opera carnis volentes extinguere, ſine vllo reſpectu fragilitatis humanæ totos noſmetipſos tentauerimus ad immoderata virtutum ſtudia cordis elatione conſer- E re, interpellans imbecilitas carnis illa reprehenſibili nimietate ſpiritus reuocat & retardat. hæc inter vtraque contentio, illam pernicioſiorem excludens animæ voluntatem, quãdam æquitatis libram in ſtatera noſtri corporis collocat, quæ ſpiritus carniſque confinia iuſto diſcernat examine. Dúmque hæc pugna quotidianis diebus vtiliter exagitatur in nobis, ad quartam (quod nolumus) ſalubriter venire cõpellimur, vt ſcilicet puritatẽ cordis non otio, non ſecuritate & tepore, ſed iugi ſudore & contritione ſpiritus requiramus. Et ſic pro- F tractis nobis ab hac ignauia, ſecuritate, & ad quem nolumus laborem ac virtutum ſtudia prouocatis, æquitas optimè media retineatur, ſicque cõmoda tẽperie cum ſudoris induſtria per viam perfectionis incedat, vt verè ſpiritualis calidus non carnalis frigidus, nec animalis tepidus exiſtat.

Quinta

A.C. 400.

Quinta collatio eſt Serapionis, de impugnatione octo vitiorum.

§. IIII.

IN illo cœtu ſeniorum inquit Ioannes Caſſianus fuit vir nomine Serapion, a primæua ætate gratia diſcretionis ornatus. Qui ambientibus nobis vt de impugnatione vitiorum aliquid diſputaret, quibus origines eorum & cauſæ manifeſtius panderentur: ſic exorſus eſt, Octo ſunt principalia vitia, quæ humanum infeſtant genus. Hæc figurata ſunt, vt ipſe dicit infra per octo nationes; quas debellarunt filij Iſrael in terra promiſſionis; ſcilicet Ethæum, Eueum, Ammorræū, Gerſæum, Pherezæū, Iebuzæum, Chananæum, Ægyptium, & per ſeptem ſpiritus quos immundus ſpiritus ſecum aſſumit ingrediens in domum vacantem ſecundum euangelium.

Efficientia autem horum eſt quadripartita. Nam quædam eorum ſine actione carnali conſummari non poſſūt, vt gula & luxuria. Quædam verò ſine vlla corporis actione complentur, vt ſuperbia & cenodoxia. i. inanis gloria. Nonnulla commotionis ſuæ cauſas extrinſecas accipiunt vt philargyria, & ira. Alia verò inteſtinis motibus excitantur vt triſtitia, & acedia. Hæc octo vitia licet diuerſos ortus & diſſimiles efficientias habeant, tamen quadam inter ſe cognatione & concatenatione connexa ſunt, vt prioris exuberantia ſubſequentis efficiatur exordium. Nam de abundantia gaſtrimargiæ. i. gulæ fornicationem, de fornicatione philargyriam. i. auaritiam, de auaritia iram, de ira triſtitiam, de triſtitia acediam neceſſe eſt pullulare. Ideoque ſimili contra hæc modo, atque eadem ratione pugnandum eſt, & à præcedentibus aduerſus ſequentes ſemper nos oportet inire certamina. Facilius enim cuiuſlibet arboris latitudo noxia vel proceritas exareſcit ſi ante radices eius, quibus innititur, nudatæ fuerint vel ſuccisæ. Quamobrem vt acedia vincatur ſuccidenda eſt triſtitia. Vt triſtitia propellatur, ira extrudenda eſt, & ſic de alijs. Reſidua vero duo ſibi quidem ſimili ratione iunguntur. Cenodoxiæ enim exuberantia ſuperbiæ fontem parit, ſed ab illis ſex prioribus vitijs penitus diſſident nec ſimili cum eis ſocietate fœderantur. Nam illis euulſis vitijs hæc vehementius fructificant & illorum morte viuacius pullulant, atque ſuccreſcunt, nam ſuperbia, & inanis gloria ex victoria vitiorum & bonis operibus mentem pulſant.

Quomodo ſint ſuperāda vitia carnalia. c. 4

In modo etiam ſuperandi modus diuerſus. Nam quoad carnalia vitia puritati ſtudentibus plurimum confert vt carnalium paſſionum ipſas materias ſibi primitus ſubtrahant; quibus poteſt vel occaſio, vel recordatio earundem paſſionum ægrotanti adhuc animæ generari. Neceſſe eſt enim, vt morbo duplici duplex adhibeatur curatio,

A Nam corpori, ne concupiſcentia tentet in effectum prorumpere, neceſſaria effigies, & materia alliciens ſubtrahenda eſt. Et animæ nihilominus, ne eam vel cogitatione concipiat attentior meditatio ſcripturarum & ſolicita peruigil, ac remotio ſolitudinis vtiliter eſt apponenda. In cæteris autem vitijs nihil humana conſortia obſunt quinimo & plurimum conferunt iis, qui eis in veritate deſiderant, quia frequentia hominum magis arguuntur: & dum laceſſita crebrius manifeſtantur, celeri medicina B perueniunt ad ſalutem. Nunc de ſingulis dicendum.

Gaſtrimargiæ genera ſunt tria. Primum (quod monachum ad refectionem perurget) ante horam ſtatutam feſtinare ad cibum. Secundum, quod expletione ventris, & quarumlibet eſcarum voracitate lætatur. Tertium quod accuratiores & delicatiores cibos deſiderat.

Fornicationis ſeu luxuriæ genera ſunt tria. Primum quod permixtione ſexus vtriuſque perficitur. Secundum, quod abſque fœmineo C tactu pro quo Her patriarchæ Iudæ filius percuſſus à Domino legitur quod immunditia nuncupatur. Tertium quod animo & mente concipitur ſecundum illud. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Philargyriæ tria ſunt genera. Primum quod renunciantes ſæculo diuitiis ac facultatibus expoliari non ſinit. Secundum, quod ea quæ diſperſa ſunt & data pauperibus reſumere nos maiori cupiditate ſuadet. Tertiū quod ea quæ [ne antea quidem] poſſedimus deſiderare & D acquirere compellit.

Iræ tria ſunt genera. Vnum, quod exardeſcit intrinſecus. Aliud, quod in verbum & opus effectuque prorumpit, tertium quod non vt feruens ad horam, ſed per dies & tempora reſeruatur.

Triſtitię genera duo ſunt. Vnū, quod deſinente ira vel de dāno illato, ac deſiderio præpedito generatur. Aliud quod de irrationabili mentis anxietate, vel deſperatione deſcendit.

Acediæ genera duo ſunt. Vnum, quod ad E ſomnum præcipitat æſtuantes. Aliud, quod cellam deſerere ac fugere cohortatur. Cenodoxia licet in diuerſas ſpecies diuidatur genera, tamen eius ſunt duo. Primum quo pro carnalibus extollimur rebus manifeſtis. Secundum quo pro ſpiritualibus & occultis deſiderio vanæ gloriæ inflammamur. Vna re tamen cenodoxia vtiliter ab ſapientibus aſſumitur dum ſcilicet vitio luxuriæ quis tentatur cum illud tollat famam hominis, maximè vrget eum ad ſuperandum vitium illud, ne laudes hominum amittat F perpetrando.

In quo ſit vtilis cenodoxia cā. ta.

Superbię duo ſunt genera. Vnum carnale, quod ſcilicet de diuitiis parentela & aliquo exteriori ſe exaltat. Secundum ſpirituale, quod eſt pernicioſius cum quis de ſuis virtutibus profeciſſe apparet.

A.C. 400.

De modo expugnandi iſta vitia Daniel. Quamobrem ita nobis aduerſus hæc arripienda ſunt prælia, vt vnuſquiſque vitium, in quo maximè impugnatur, explorans aduerſus illud arripiat ſpeciale certamen omnem curam mentis ac ſolicitudinem erga illius impugnationem obſeruationemque defigens aduerſus illud quotidiana diligens ſpicula ieiuniorum, contra illud cunctis momentis cordis ſuſpiria, crebraque gemituum tela contorquens aduerſus illud vigiliarum labores, ac meditationem ſui cordis impendens indeſinenteſque orationum fletus ad Deum fundens ac extinctionem illius iugiter poſcens. Impoſſibile eſt enim, quemquam de qualibet paſſione triumphum aliquem habere priuſquam intellexerit induſtria vel labore proprio victoriam certaminis ſe habere non poſſe, cum tamen, vt valeat emundari, neceſſe ſit cum die noctuque in omni cura & ſolicitudine permanere. Cumque ſe ab illo ſenſerit abſolutum rurſus latebras ſui cordis perluſtret, & quam inter reliquas paſſiones ſenſerit diriorem ſpecialibus contra eam omnia arma ſua, vt dictum eſt, commoueat: & ita validioribus ſuperatis celerem de reſiduis facilemque habebit victoriã ſicut accidit in bellis carnalibus. Nec tamen eſt putandum, quòd principaliter quis contra vnum vitium dimicans, & velut incautius aliorum tela proſpiciens, inopinato ictu, facilius ſauciari valeat, quod nequaquam fiet. Impoſſibile enim eſt eum, qui pro cordis ſui emũdatiõne ſolicitiori erga impugnationem vitij cuiuſlibet intentione ſe armauerit aduerſus quoque cætera vitia generalem quemdam horrorem & cuſtodiam ſimilem non habere. Nunquam tamen de ſua virtute confidat.

Non poſſumus vitia ſuperare in nobis ipſis cõfidẽtes.

Declarat etiam in dicta collatione, quòd Chriſtus tentatus fuit (vt ait Apoſtolus) abſque peccatõ. i. abſque impugnatione carnalis libidinis. Et ſicut primus Adam terrenus in paradiſo tentatus fuit de gula, à ſerpente antiquo cum ait: In quacunque die comederitis ex eo, & de ſuperbia cum ſubdidit. Eritis ſicut dij, & de auaritia cum adiunxit. Scientes bonum & malum, quia & auaritia largè etiam inordinatum appetitum ſciendi importat. Ita & ſecundus Adam cœleſtis, Chriſtus in deſerto à diabolo tentatus fuit, ſed vicit. De gula cum dixit, Dic vt lapides iſti panes fiant. De ſuperbia cum ait: Mitte te deorſum. Et de auaritia, quando inquit, Hęc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Dicuntur autem illæ nationes ſeptem ſignantes vitia capitalia, & maioris numeri quam filij Iſrael, quia plura ſunt vitia q̃ virtutes cũm virtutes habeant duo extrema per exceſſum & defectum vnde & ponuntur multa alia vitia procedentia ab illis quæ dicuntur filiæ illorum. Robuſtiores etiam dicuntur illę gentes quia fortior militat in membris noſtris oblectatio carnalium paſſionum ſcilicet poſt lapſum, quam ſtudia ſpiritualium virtutum quæ non niſi ſumma contritione cordis & corporis acquiruntur. De his tamẽ plenius & perfectius in 2. parte ſummæ.

Gen. 3. Matt. 4.

Vitiorum maior numer' quã virtutum cap. 16.

Deut. 7.

A Sexta collatio, quæ eſt Theodori, & de proſperis & aduerſis huius ſæculi agit, & de cauſis flagellorum Dei.

A.C. 400.

§. V.

IN Paleſtinę igitur partibus iuxta Thecuæ ait Ioannes Caſſianus, ſolitudo vaſtiſſima B eſt. In hac ſummæ ſanctitatis monachi diutiſſimè commorantes, repente ſunt à diſcurrentibus Saracenorum latrunculis interempti, quorum poſtea corpora à vicinis ciuitatibus cum magna veneratione certatim aſſumpta ſunt. Ob hoc igitur mœſti ad ſanctum Theodorum perreximus. Cui cum de prędictorum nece querimoniam fudiſſemus admirantes cur Deus in ſanctos ſuos tantum facinus conceſſiſſet, reſpondit.

Hæc quæſtio illorum ſolet animos mouere, qui parũ fidei vel ſcientiæ poſſidentes, me- C rita ſanctorum vel præmia, quæ repoſita ſunt in futurum, arbitrantur in huius vitæ breuitate reſtitui.

Sciendum igitur, quòd tria ſunt omnia, quę in hoc mundo habentur bonum, malum & medium. Nihil in rebus humanis principale bonum eſt niſi virtus animi, nihil malum niſi peccatum. Media ſunt, quæ inter vtranque partem pro affectu & arbitrio vtenti deriuari poſſunt vt diuitiæ, poteſtas, honor, robur, ſanitas, pulchritudo, vita, mors, paupertas, ęgritudo, iniuriæ, & his ſimilia, quæ pro qualitate & affe- D ctu vtentis vel ad bonam partem poſſunt proficere vel ad malam.

Ideò cum illata fuit mors ſancto viro non ei malum illatum credendum eſt: ſed medium quoddam quod cum peccatori malum fit iuſto requies & abſolutio fit malorum.

Mors non eſt malum cap. 6.

Nec enim quis impius vel iniquus impunitus erit idcirco, quia malitia ſua iuſto nocere non potuit. Tolerantia enim & virtus iuſti, non illi, qui mortem vel ſupplicia intulit, ſed illi proficit ad mercedem, qui illata ſibi patienter excepit.

Exemplo Iob & Iudæ id firmat. 9.

Neque enim patientia Iob mercedem diabolo attulit. Nec Iudas ſupplicij immunitate E donabitur, quia proditio eius ad ſalutem profecit generis humani. Non enim prouentus conſiderandus eſt operis, ſed operantis affectus. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, non ſolum quæ proſpera, ſed etiam quæ putantur aduerſa. Eiuſdem namque virtutis eſt triſtia fortiter tolerare cuius etiam ſecunda moderari, & eum qui in vna eorum ſuperatur, neutrum ſufferre certiſſimum eſt. Facilius ta- F men quis elidi poteſt proſperis, quam aduerſis. Hæc enim interdum etiam inuitos retinent atque humiliant & compunctione ſaluberrima vel minus peccare faciunt, vel emendant. Illa verò mollibus mentem ac perniciosis excellentia blandimentis, ſecuros fœlicitatis ſuæ prouentu ruina maiori proſternunt.

A.C. 400.

Iſtis ergo ſunt ambidextri, vt ille Aoth in libro Iudicum qui vtraque manu vtebatur pro dextra. Quam virtutem nos quoque ita poterimus intellectualiter poſſidere ſi ea quæ proſpera ſunt dextraque cenſentur, & ea quę aduerſa ſunt & ſiniſtra dicuntur, bono rectoque vſu ad partem fecerimus dextram declinare, vt quęcunque fuerint nobis illata, fiant arma iuſtitiæ ſecundum apoſtolum. Ambidextrum meritò dixerim Ioſeph qui in proſperis gratior patri, religioſior fratribus, acceptior Deo. In aduerſis caſtus, Domino fidelis: carceris mitiſſimus vinctis, iniuriarum immemor, beneficus inimicis inuenitur.

Quærente autem Germano, an poteſt mens noſtra vnum ſtatum iugiter retinere, & in eadem qualitate ſemper perſiſtere, reſpondet Theodotus. Neceſſe eſt ſecundum apoſtolum vt aut renouatus quis ſpiritu mentis ſuæ per ſingulos dies proficiat ſe ad ea, quæ ante ſunt ſemper extendens aut ſi neglexerit, conſequens eſt, vt retro tedeat, atque in deterius relabatur. Quapropter iſtud erit euidens noſtri iudicium detrimenti, ſi intellexerimus nos nihil amplius acquiſiuiſſe, non dubitemus nos retrorſum modis omnibus reuocatos, qua die non ſenſerimus ad ſuperiora progreſſos: quia nec in eodem ſtatu poreſt mens hominis iugiter permanere. Neceſſe eſt enim aut aliquid adiici virtutibus, aut aliquid minui, nullaque in omni creatura talis poterit eſſe perfectio, quę mutabilitati nõ ſubiaceat vel paſſioni, ſolum namque Deum immutabilem confitemur.

Nulla ergo virtus poteſt ab homine immobiliter poſſideri, ſed vt parta teneatur iugiter, neceſſe eſt eam ſemper illa, qua acquiſita eſt ſedulitate atque induſtria cuſtodiri.

Lapſus vero quiſpiam nequaquam ſubitanea ruina corruiſſe credendus eſt, ſed aut prauæ inſtitutionis deceptus exordio aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animę decedente, iuxta illud, Qui minima negligit paulatim defluit.

De cauſis autem flagellorum ſic ait: Licet bipartitam dixerimus eſſe tentationem, in rebus ſcilicet proſperis & aduerſis, ſciendum tamen omnes homines triplici ratione tentari ſeu affligi. Quibus tribus poſtmodum addit & alias tres rationes vt patet. Plerumque enim ob probationem, nonnumquam ob emendationem interdum ob merita delictorum. Et quantum ad primum ſcilicet ob probationem habẽtur exempla in Iob, Tobia, & Abraham multiſque aliis, iuxta illud Deu. Recordaberis cuncti itineris tui per quod adduxit te Dominus per deſertum quadraginta annis vt affligeret, atque tentaret [& nota fierent quæ in animo tuo verſabantur, vtrum cuſtodires mandata illius an non]. Quantum ad ſecundum ſcilicet ob emendationem, hoc fit cum iuſtos ſuos pro paruis leuibuſque peccatis, ſeu pro elatione ſuæ puritatis humilians, diuerſis tentationibus tradit in pręſenti vt verum aurum purum futuro tranſmittat examini iuxta illud. Tãquã aurum in fornace probauit eos Dominus. Et in Pſalm. Multæ tribulationes iuſtorum. Et illud. Noli negligere diſciplinam Domini, neque deficias, cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corrigit. Et apoſtolus. Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis. Exemplo in Paulo colaphizato à diabolo. Quantum ad tertium. Pro merito peccatorum ſcilicet, vt illud Pſalm. Multa flagella peccatoris, & ad languidum in piſcina ſanatum ait Dominus: Ecce ſanus factus es: noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Hebr. 12 2.Co.12 Pſal.30

Inuenimus & quartam rationem, quæ eſt ob manifeſtandam ſolam gloriam Dei: quibuſdam enim ea de cauſa aliquas paſſiones immitti [ſcripturarum auctoritate] cognouimus, vt in cæco nato, vt ſcilicet ait Chriſtus interrogatus de cauſa illius cæcitatis vt manifeſtentur opera Dei in illo. Et in Lazaro mortuo ait: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.

Sunt & alia vltionum genera quibus nonnulli qui malitiæ ſupergreſſi ſunt cumulum percutiuntur ad præſens ſcilicet ad initium ſuę dãnationis hic inchoandum vt in Anthiocho, & Herodes percuſſis. In Datham & Abiron à terra abſorptis. Et iuxta illud Hiere. Percuſſiſti eos. Et nõ doluerunt: attriuiſti & renuerunt accipere diſciplinam. Et illud Deutero. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Non ignoramus & alias animaduerſionũ .i. punitionum cauſas, cũ ſcilicet non ad expianda eorum peccata, ſed ad emendationem metumque viuentium [flagella inferũtur] vt patent exempla in Hieroboam, Achab, Iezabel, & huiuſmodi, vt ſcilicet eorum penè exemplo incuteretur cæteris timor nec apud diuinam maieſtatem eſſe humanarum rerum, & quotidianæ diſpenſationis incuriam documento huius ſeueritatis agnoſceretur. 2 Mac. 9 Acto. 12. Num. 16. Hier. 5. Deut. 32.

Septima collatio eſt Sereni de mobilitate animæ & ſpiritualibus nequitiis, id eſt, dæmoniis.

§. VI.

Ioannes Caſſianus ſic ait: Summę ſanctitatis & continentiæ virum, nominiſque ſui ſpeculum abbatem Serenum ſingulari ſumus veneratione prę omnibus admirati. Cui ſupra omnes virtutes, quæ non ſolum in eius actu vel motibus, ſed etiam in ipſo vultu per Dei gratiam refulgebant peculiari beneficio donum caſtitatis erat infuſum, vt iam ne ipſis quidem naturalibus incentiuis inquietari ſe vel in ſopore ſentiret nec illo ſimplici & naturali motu, qui etiam in paruulis excitatur vlterius pulſaretur: quod pro interna cordis caſtitate orationibus, & ieiuniis obtinuit diuina gratia ſpeciali.

Nam adueniens angelus in viſione nocturna eiuſque velut aperiens ventrem quandam ignitam carnis ſtrumam de viſceribus eius euellens atque proiiciens ſuiſque omnia, vt fuerant locis reſtituens inteſtina. Ecce (inquit) incentiua carnis tuæ abſciſſa ſunt, & noueris te obtinuiſſe in hodiernum diem perpetuam cordis puritatem quam fideliter popoſciſti. Hæc cum à nobis de quali

A.C. 400.

qualitate cogitationum noſtrarum, & interioris hominis ſtatu quęſiſſet, vel quid nobis ad eius puritatem tanti temporis eremi habitatio contuliſſet, his eum querimoniis adorſi ſumus.

Supputatio temporum ac ſolitudinis habitatio hoc ſolummodo contulit nobis, vt diſceremus, quid eſſe nequeamus. Et quid profuit didiciſſe, quod ſummum eſt, ſi cognitum nequeat apprehēdi? Nam cum directionem cordis ad deſtinatam contemplationem pertendere ſenſerimus inſenſibiliter mens noſtra
B reuoluta ad priores euagationes impetu vehementiori prolabitur ad hanc opinionem fracti deſperatione traducimur, vt non noſtro iam, ſed naturæ vitio has animę euagationes humano generi eſſe credamus. Ad quæ Serenus reſpondit.

I Periculoſæ pręſumptionis eſt, rebus necdū rectè diſcuſſis de natura cuiuſq; rei propoſitę propere definire: ac de cōſideratione fragilitatis ſuæ capere coniecturam, non de ſtatu & qualitate ipſius diſciplinæ, vel de aliorum experientia proferre ſententiam. Neque
C enim ſi quis natandi ignarus, ſciens pondus corporis ſui ferri aquarum liquore non poſſe, experimento ſuæ voluerit imperitiæ definire neminem poſſe penitus liquidis elementis ſolida carne circundatum ſuſtineri, idcirco vera eius opinio eſt iudicanda, quam ſecundum experientiam ſui viſus eſt pertuliſſe. Mens itaque à græcis definitur, ſemper mobilis & multum mobilis. Hæc igitur pro conditione naturę nunquam poteſt otioſa conſiſtere, ſed neceſſe eſt eam, niſi prouiſum habuerit, vbi nos exerceat motus &
D in quibus iugiter occupetur: propria mobilitate diſcurrere & per omnia volitare, donec longo exercitio vſuque aſſuefacta, diſcat erga quas materias circumagat volatus, & ita præualeat aduerſus inimici ſuggeſtiones quibus detrahebatur extrudere (alias excurrere) atque in illo, quem deſiderat ſtatu, & qualitate durare.

Diſputatio lenis de ſtatu animæ ac virtute eius. ca.4.

Gręce de νοῦς dicitur eſſe ἀεικίνητος καὶ πολυκίνητος.

Vide Plat. in Phædro circ. I huius & in li. 5. de Rep.

Sic igitur viriliter aduerſus perturbationes & vitia dimicantes poterimus ea ditioni noſtræ diſcretionique ſubiicere, vel inſtabilem cogitationum noſtrarum cohortem rationis imperio ſubiugare ſi pro tantorum meritis triumphorum ad ſpiritualis centurionis euangelici ordinem prouehemur. Malis ſiquidem ſuggeſtionibus imperabimus abire & abibunt, bonis verò venire, & venient. Seruo quoque noſtro, ideſt, corpori ea, quę caſtitatis ſunt iniungemus, & ſine contradictione deſeruiet, omnem ſpiritui exibens famulatum.

Arma autem huius ſpiritualis centurionis non carnalia deſcribit apoſtolus. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela inimici ignita (alias ignea) extinguere. Induti loricam iuſtitiæ quæ connectit adinuicem omnes virtutes & caritate informat. Et galeam ſalutis aſſumite ſcilicet ſpem. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

Epheſ. 6.

Nec ab intentione huius obſeruantiæ perniitioſa deſperatione frangamur. [Nam qui
A ſuauis, & ſine labore eſt in egeſtate erit] nec non etiam regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nulla namque virtus ſine labore perficitur, nec vlli poſſibile eſt, ad iſtam quam cupitis, ſtabilitatem mentis, ſine ingenti contritione cordis conſcendere, homo enim ad laborem naſcitur. Qui vt in virum perfectum poſſit occurrere, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti maiori cum intentione neceſſe eſt eſſe peruigilem. Ad cuius tamen menſurę plenitudinem nemo perueniet, niſi qui pręmeditatus ea fuerit in præſenti, Chriſtique membrum pretioſiſſimum deſignatus, arram compaginis illius in hac carne poſſederit. Et ſic vnum duntaxat deſiderans, vnum ſitiens ad vnum omnes non ſolum actus, ſed & cogitationes ſemper intendens, vt illud, quod in futurum dicitur, de beata conuerſatione ſanctorum iam ſubarratum teneat in præſenti vt ſit Deus omnia in omnibus.

A.C. 400.

Ephe. 4.

Aduerſarios quidem nobis iugiter inſidiari quicunque interioris hominis pugnam experti ſunt dubitare non poſſunt. Sed ita dicimus hos noſtris profectib aduerſari, vt eos tantummodo incentores malorum, non etiam impulſores eſſe credamus. Cęterum nullus hominum poſſet omnino vitare peccatum, ſi ad cōpellendum, ſicut ad ſuggerendum eſſet eis facultas. Quamobrem ſicut in illis eſt inſtigationis copia, ita in nobis virtus reſpuendi vel acquieſcendi libertas eſt attributa, quorum tamē impugnationes & potentiam pertimeſcimus etiam protectiones atque adiutoria Dei econtrario conferamus. Maior enim eſt, qui in nobis eſt quàm qui in mundo, inquit Ioan. cuius & auxilia multo vehementiori militant virtute pro nobis, quam aduerſus non illorum multitudo confligit. Nam bonarum rerū non tantum ſuggeſtor, ſed factor & impulſor eſt Deus ita vt nonnunquam nos etiam inuitos, & ignorantes attrahat ad ſalutem. Conſtat ergo neminem à diabolo decipi poſſe niſi eum, qui ei præbet aſſenſum. Vnde Salomon in Eccleſ. ait: Etenim quia non citò profertur ſententia contra malos, corda filiorum hominum replentur malis. i. peccatis.

Deus eſt factor & impulſor bonorum.

Eccleſ. 8.

Germanus. Quod iſtud eſt, quæſo animę cū ſpiritibus iſtis nequā tā indiſcretū permiſtūq; cōſortium, quòd ſic eidē nō dicā iūgi, ſed vniri poſſint, & alloqui ea inſenſibiliter, & inſeri, atque inſpirare illi, quæcūque voluerint & ad ea quæ placuerit eā valeāt inſtigare eiuſq; cogitationes ac motus videant, atque perluſtrent.

Ad q̄ Seren9 rn̄det. Nō mirū eſt poſſe ſpiritū ſpiritui inſēſibiliter cōiugari, & occultā ſuadēdi vim ad ea quę libita sūt exercere. Eſt .n. inter eos, ſicut inter homines quædam ſubſtātię ſimilitudo atque cognatio. Altrinſecus verò eos ſibi inſeri vel vniri, ita vt capax alter alterius eſſe poſſit omnino impoſſibile eſt. Hoc namque ſolummodo deitati, quę ſola incorporea ſimplexque natura eſt rectiſſimè tribuetur.

Nec huic definitioni contrarium eſt, quod in energumenis fieri videmus, cum ſpiritibus immundis arrepti loquuntur vel agunt ea, quæ nolunt vel quòd ea quæ ignorant

profer

A.C. 400. proferre coguntur [Non enim vno modo iſtam eos infuſionem ſpirituum ſuſtinere certiſſimum eſt. Quidam enim ſic afflantur, vt nequaquam ea, quæ gerant vel loquantur intelligant] quidam vero ſic afflati nutant, & poſtea recordantur. Quod fieri per infuſionem ſpiritus immundi non ita putandum eſt vt in animæ ipſius penetrans ſubſtantiam: & velut vnitus ei, & quodammodo indutus eam, ſermones ac verba per os patientis emittat. Nullo enim modo iſtud ab eis fieri poſſe credendum eſt. Nec enim per aliquam animę diminutionem, ſed per corporis debilitatem hoc euenire manifeſta ratione deprehenditur, cum ſcilicet in illis membris, in quibus animæ vigor continetur immundus ſpiritus inſidens, eiſque importabile & immenſum pondus imponens, obſcuritate teterrima, intellectuales eius obruit atque intercipit ſenſus. Quod nonnunquam etiam vini febriſque vitio ſuperueniente videmus accidere.

Quod ſpiritus ſpiritui penetrabilis eſſe non poſſit. ca. 13. Nec enim ſi craſſæ huic ſolidæque materiæ i. carni, ſpiritus admiſcetur, quod fieri facillimè poteſt idcirco, & animæ quæ itidem ſpiritus eſt, ita vniri poſſe credetur, vt eam quoque ſimiliter ſuæ naturæ reddat capacem: quod ſoli Deo poſſibile eſt trinitati: quæ ſic vniuerſæ naturæ intellectualis efficitur penetratiua, vt non ſolum circumplecti eam atque ambire ſed etiam illabi ei, & velut incorporea corpori poſſit infundi. a Licet enim pronunciemus nonnullas eſſe ſpiritnales naturas, vt ſunt angeli, archangeli, cæteræque virtutes, ipſa quoque anima noſtra, vel certè aer iſte ſubtilis, tamen incorporeæ nullo modo ſunt exiſtimandę. Habent enim ſecundum ſe corpus, quo ſubſiſtunt, licet multo tenius, quàm ſint corpora noſtra ſecundum illud apoſtoli: Corpora cœleſtia & corpora terreſtria. Ex quibus patet, nil incorporeum niſi Deum, ipſamque diuinam naturam tantummodò poſſe penetrare omnes ſpirituales intellectualeſque ſubſtantias eo quòd ſolus, & totus vbique, & in omnibus eſt, ita vt & cogitationes hominum & internos motus, atque abdita mentis vniuerſa inſpiciat, atque perluſtret.

Quomodo dæmones ſciant cogitationes hominum, Serenus. Nulli dubium eſt, quòd A poſſint ſpiritus immũdi cogitationũ noſtrarũ attingere qualitates, ſed indicijs eas ſenſibilibus forinſecus colligentes, i. aut ex noſtris diſpoſitionibus aut ex verbis & ſtudiis, in quæ propenſius nos proſpexerint inclinatos. Cæterum illas quæ necdum de internis animæ prodierũt adire oĩno nõ poſsũt. Ipſaſq; cogitationes quas ingerũt ſuſceptę vel quẽmadvtrum modũ inſeptæ ſint nõ per ipſius animę naturã vel vllũ interiorẽ motũ in medullis (vt ita dixerim) latitantem, ſed ea motibus atque indicijs exterioris hominis deprehendunt, vt puta B ſi ſuggeſſerint gaſtrimargiam, ſi viderint monachum ad feneſtram, vel ad ſolem curioſius oculos erexiſſe, vel de hora ſolicitũ inquirere. Si ſuggerẽtes luxuriã, viderint carne cõmotũ aut mulierem aſpicientem ſiſè. Si triſtitiã, vel iram ſuggerentes viderint eum quadam indignatione ſuſpiraſſe vel vultum pallore vel rubore mutaſſe, & huiuſmodi.

Dæmones diuerſi diuerſas tentationes excitãt. 17. Quia diuerſi de diuerſis paſſionibus & vitiis tentant. Alius de libidine, alter de auaritia, alij de blaſphemiis, alij de cenodoxia, & ſuperbia. Et quamuis inter malos perpetuam in C omnibus conſenſionem, nec poſſe perfectam ſtare concordiam, etiam in illis ipſis vitiis, in quibus oblectantur certa definitio eſt, in nonnullis tamen, vbi ſcilicet vel operationis communio, vel neceſſitas exigit ſeu cuiuſdam lucri inuitat conſortium neceſſe eſt eos temporalem commodare conſenſum.

Illud etiam nequaquam ignorare debemus non eſſe omnes eiuſdem ferocitatis ac deſiderij, ſed nec vnius quidem fortitudinis ac nequitiæ. Et incipientibus quidem ac infirmis, non niſi infirmiores ſpiritus in certamine comparari. Et his nequitiis ſpiritualibus ſuperatis, D gradatim ſemper aduerſus athletam Chriſti robuſtior pugna ſuccedit.

Hanc autem illos colluctationem non ſine ſuo labore conficere credimus. Habent enim, & in ſuo ipſo conflictu quandam anxietatem atque triſtitiam, & maximè cum fuerint validioribus æmulis idest, viris perfectis congreſſi, vnde & colluctationem dicit apoſtolus, & alibi: Sic pugno, non quaſi aerem verberans. Et ſicut gaudent cum nos elidunt, ſecundum illud Pſalm. Qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero, ita dolent cum à nobis fuerint eliſi nec victi ſine confuſione diſce- E dunt, ſecundum illud. Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. Ephe. 6. 1. Cor. 9. Pſal. 12. Pſalm 69.

Quod dæmones non tentant ita grauiter, vt prius, & hoc duplici ex cauſa. Vel propter virtutem Crucis diffuſam eos reprimentem. Vel ex negligentia hominum quia vincere eos non valerent [ſi illa intentione confligerent, qua tunc contra illos probatiſſimos Chriſti milites ſæuiebant. Cęterum] cum tradantur ſathanæ corporaliter ab eo vexati, vel F ob purgationem alicuius peccati etiam parui, vt Paulus quidam magnæ virtutis anachoreta [& Moſes, qui habitauit locum huius ſolitudinis qui calamus nuncupatur] ex his manifeſte deprehenditur, non debere eos abominari vel deſpici, quos videmus diuerſis tentationibus, ſiue iſtis nequitiæ ſpiritibus tradi.

Quia

a Caſſianus hoc in loco multorum ſanctorum patrum opinionem ſecutus, nihil præter Deum incorporeum, corporeas vero creaturas omnes eſſe aſſeruit. Sed D. Thomas in 1. parte. q. 50. a. 1. & in 2. contra Gent. ca. 46. & in q. diſput. q. 16. a. 1. & in opuſ. 3. cap. 74. & opuſ. 15. cap. 1. ſecutus & ipſa præſtantiſſimos patres, præcipuè D. Dion. Areopag. ca. 1. de cæleſti hierar. Chryſ. hom. 22. in Gen. Gregor. li. 4. di. cap. 3. vt ſupra patuit tit. 13. ca. 9. §. 23. & Cyril. in Ioan. lib. 4. c. 10. & plerique omnes alij ſcholaſticæ theologiæ profeſſores aſſerũt angelos omnes penitus eſſe incorporeos, materiaque omnis expertes pro quibus maximè facit Conſilium Lateranenſe magnum ſub Innoc. 3. celebratum. in quo vt refert D. An. in 3. part. huius operis. tit. 19. c. 1. §. 6. & habetur tit. 1. c. 1. li. 1. Dec. de fide Catholica. definitum eſt Deum ab initio vtrãq; condidiſſe creaturã ſpiritualẽ & corporalem, angelicam videlicet & mundanam. vide. Six. Sen. li. 5. Bib. anno 8. & 242. & 6. annot. 35.

A.C. 400

Alind eaemplum dc beato Antonio,qui à quibuſdam,qui magieis artibus fortiotes dæmones inuocarant,ad induceodum eum ad receſſnm de loco , & ſi multum fuit tentatus, non tamen præualere potuerunt. a

Duo vnicuique aſſiſtunt angeli c. 17.

Quod autem vnicuique noſtrum duo cohę teant angeli,vnus bonus, ad bona opera inſtigans,alius malus,ad mala inuitans , probat ca libro Paſtoris.

Quod poſt neeem Abel deſcendentes ea generatione Seth, filij Adæ dicuntur filij nei , & deſcendentes ea Cayn , dicuntur in Geneſi filij bominnm , idem docebat. Qui dnm ſteterunt ſeparati abinuicem filij Dei.i.deſcendentes ex Seth,boni permanſerunt. Cum autem victi libidine commiſcuerunt ſe cum filiabus hominum.i.deſcendentibns ex Cayn : effecti ſunt mali & nati ca tali commixtione dicti ſunt gigantes,vel magnitudine corporis & fortitudine,vcl ctiam eacellentia malitiæ vcTyrannidis.Nec ſic eſt illud intclligendum, vt quidam dixerunt,quòd filij Dei dicantur angeli. qui ſe commiſcuiſcent cum mulicribus.Nam & ſi dę mones incubi inueniantur , non tamen ca ſe ſemen habent:ſed prius ſuccubi facti recipere poſſunt ſemen viri , cui ſuccubi fiunt,& illud incubi facti mulieri ,cui incubi fiunt,ſemen viri infundere.

Dominus nens ſiqnidem primo parenti Adæ dedit plenitudinem ſapieotię , non ſolum in cognoſcendis diuinis , ſed etiam in cognitione naturalium rerum ,vnde & ipſe impoſuit nomina rebus omnibus non ſolnm animalibus:ſed arboribus & herbis vt dicere poſſet illud ſapientiæ. Dominus dedit mihi ſcientiam eornm,quæ ſunt. Hanc ſcientiam per ſucceſſiones generati(nnm ſemen Seth paterna traditione ſnſcepit. Cum verò impiè generationi Cain proceſſu temporis ſemen Sethſuiſſet admiatum à rebns diuinis & licitis , quas piè didicerat ad res profanas & noxias inſtinctu dæmonum derinauit.Curioſasq́ue & noxias maleficiorum artes atque præſagia ,& magicas ſuperſtitiones audacter inſtituit generatio illa docens poſteros ſuos, vt facro illo cul-

A tu diuini nominis detclicto vcl elementa , vt ignem,vel aercos dæmones vencrarentur , & culerent.

A C. 400.

Quantnm autem antiquæ traditiones ſerunt,Cham filius Noe ſuperſtitionibus iſtis,& ſacrilegiis,& artibns magicis inſtitutus,ſciens ſe nullum poſſe memorialem librum in arcam prorſus inferre, in qna menſuri erant pater Noë , cum aliis ſuis fratribus ſanctis viris ſcelcſtas artes ac profana commenta diuerſorum metallorum laminis , quæ aquarum corrumpi inundatione non poſſunt: durissimis la B pidibus ſeulpſit , quæ peracto diluuio eadem qua celauctar curioſitate perquitens ſacrilegiorum ac perpetuę nequitiæ ſeminarium tranſmiſit ad poſteros. Ita igitur filij Seth, libidinis inſtigatione , ob pulchritudinem filiarum hominum.i.deſcendentium à Cain, tranſgreſſi ſunt mandatnm illud, qnod poſtea Dominus in lege mandauit dicens. Filiam tuam nó dabis filio eius vxorem nec de filiabus eorum accipies filio tuo, qnia ſeducent corda veſtra, vt diſcedatis à Deo veſtro [& ſequamini deos earum & ſeruiatis eis.] Exod. 34.

C Quamuis enim nondũ eſſet data lca Moſaica,quæ hoc prohibet expreſſe ſcilicet coniugia cum infidelibus nationibus tamen hoc habebant ca lege naturali. Quæ quidem lca oaturalis, quia propter peccata ſuperuenientia erat obſcurata in cordibus eorum, vt in ca legere neſcirent ideò Dominus legem ſcriptam poſtea dedit per Moyſem , vt quaſi per eam recordarentur legis naturalis , moralia omnia ſaltem continentis.

Quomodo diabolus dicitur mendaa & pater eius ca. 25.

Quod autem Deus ait de diabolo: Mendaa eſt & pater eius,non intelligitur,qnod patrem D habcat diabolus , ſed quòd diabolus eſt non ſolum mendaa: ſed pater mendacij,quia prima creatura fuit,quæ diait mendacium & in corde ſuo cum ait.Similis ero altiſſimo & primis parentibus enm ait: Eritis ſicut dij loquens in ſerpente voce humana.

Collatio nona abbatis Iſâac de oratione & ſpeciebus eius.

§. VIII.

E OMNES monachi finis inquit Ioan. Caſ. ex dictis Iſaac,cordiſq́ue perfectio , ad ingem atque indiruptam orationis perſeneran tiam tendit. Et quantnm humanæ fragilitati conceditur ad immobilem tranquilitatem mentis & perfectam nititur puritatem ob quã poſſidendam tam laborem corporis, quam contritionem ſpiritus indeſeſſè quærimus .& ingiter eaercemus.Et eſt inter alterutrum reciproca quędam inſeparabiliſq́ue coniunctio F [inuicem ſibi mutua ratione conncaa.]

Idcirco vt eo feruore ac puritate, qua debet emitti poſſit oratio primum ſolicitudo rerum carnalium generaliter abſcindenda eſt,deinde nullius negotii cauſæ non ſolnm cura , ſed nec memoria quidem penitus admittenda atque ita vitiis extruſis penitus & abſciſſis ia-

a *Non ex illo modo libra Paſtoris probat Caſſianus, duos vnicuique homini angelos aſſiſtere bonum & malum,ſed ex aliquot ſacra ſcriptura locis, præſertim autem ad comprobandam boni angeli & noſtri tutellaris aſſiſtentiam vtitur hac certiſſima & veriſſima Chriſti ſententia Mat .18.videte,inquit, ne contemnatis vnum ex puſillis , dico enim vobis quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei ſicut etiam D.Hieron. in commentariis in hunc locum vnicuique noſtrum ab ortu ſuæ natiuitatis in ſui cuſtodiam angelum datum eſſe ex hoc loco cõcludit. Idem facit Chryſ.hom.60.in Mat.& hom.3. ad col. Idem auctor operis imperfecti hom.40.In eandem quoque ſententiam Theophilactus Perumenius Enthym.Baſil.lib.3.contra Eunomiũ. Hilar.Can. 18. in Mat.& multi alij veteres vſurpant . Qui omnes importuniſſimum illud Caluini os confundunt, qui inter cætera impietatis ſuæ deliramenta, hanc ſingularem propriorum angelorum cuſtodiã deridere non erubuit vide contra eum Feuardentiũ. lib.1. aduer. Har.de Ang.har.3 .*

A.C. 400 cienda ſunt primū profundę humilitatis incō- A
cuſſa fundamina quę ſcilicet turrim pulſaturā
cœlos valeant ſuſtinere. Deinde ſuperponen-
da virtutū ſpiritualis extructio,& ab omni di-
ſcurſu atq; euagatione lubrica animus inhi-
bēdus. Quicquid enim ante orationis horā a-
nima noſtra cōcepit neceſſe eſt, vt orantib⁹ no
bis per inſtigationem recordationis occurrat.
Quamobrem quales orantes volumus inueni
ri tales nos ante orationis tempus præparare
1. Theſ. 5. debemus. Ex præcedēti enim ſtatu mens in ſup
plicatione formatur. Itaque mens noſtra illud
1. Tim. 2. apoſtolicum mandatum implere non poterit, B
ſcilicet, Sine intermiſſione orate,& in omni lo
co leuātes puras manus, ſine ira & diſceptatio
ne niſi mens noſtra ab omni vitiorum purga-
ta contagio virtutibus tantum velut naturali-
bus bonis dedita, iugi omnipotentis Dei con-
templatione paſcatur.

Etenim qualitas animę non ineptè ſubtiliſ-
ſimę plumæ ſeu pennæ leuiſſimæ comparatur.
Quæ; ſi humoris alicuius extrinſecus acciden-
tis corruptione vitiata non fuerit, vel infuſa
mobilitate ſubſtantiæ ſuę tenuiſſimi ſpiritus
adiumento, velut naturaliter ad ſublimia cœle C
ſtiaque ſuſtollitur. Si verò humoris cuiuſquam
fuerit prægrauata infuſione, volare non pote-
rit, ſed ad ima terrę humoris illius pondere de
primetur. Ita & mens noſtra, ſi non fuerit vi-
tiis curiſque mundanis aggrauata quaſi natu-
ralis puritatis beneficio ſubleuata leuiſſimo
ſpiritualis meditationis afflatu ad ſuperna ſub
leuatur. Vnde & Dominus ait in Euangelio.
Attendite ne grauentur corda veſtra in crapu
la & ebrietate & curis huius vitæ, & ſuperue-
niat in vos repentina dies illa vigilate itaque
Luc. 21. omni tempore orantes, vt digni habeamini fu D
gere iſta omnia.

Quæ tria licet aggrauent animam,& à Deo
Ioel. 1. ſeparent ac deprimant ad terrena, eſt tamen fa
cilis declinatio eorum iis, qui in eremo habi
tant. Sed eſt alia crapula ſpiritualis,& ebrietas
& ſolicitudo ſæcularis de qua Dominus ait
per prophetam: Expergiſcimini, qui ebrij e-
ſtis,& non à vino. Crapula ſpiritualis eſt abun
dantia vitiorum,& ebrietas, dominium in no-
bis paſſionum. Curam mundi [in nos qui nul-
lis actibus mundi admiſcemur cadere manife
ſta ratione monſtratur] ſecundum regulam ſe- E
niorum, qui quicquid neceſſitatem victus quo
tidiani & ineuitabilem vſum carnis excedit ad
ſęcularem definierunt curam & ſolicitudinem
pertinere: exempli gratia. Si poſſit operatio v-
nius ſolidi neceſſitatem noſtri corporis expe-
dire,& quis laborare velit ad duorum vel
trium ſolidorum acquiſitionem. Si ſufficiant
duæ tunicæ,& tres vel quatuor velit habere
Si vna cella, & plures tamen edificat quod fit
inſtinctu dæmonum.

Exemplum ponit de quodam eremita, quē F
alter vidit à diabolo iuuari ad conterendum
ſaxum, vt latiorem ſibi faceret cellam.

Vniuerſas orationum ſpecies abſque ingen
ti cordis & animæ puritate, & illuminatione
ſpiritusſancti arbitror comprehendi non
poſſe. Tot enim ſunt quot in anima vna
immo in cunctis animalibus ſtatus queunt

A qualitateſque generari. Vniformes quidem o- A.C. 00
rationes emitti ſemper à nemine poſſe certiſſi
mum eſt. Aliter enim quis ſupplicat cū alacer
eſt, aliter cum triſtis ſeu deſperationis ponde-
re prægrauatus, aliter cum ſpiritualibus viget
ſucceſſibus, aliter cum impugnationum mole
deprimitur, aliter cum veniam peccatorum, a-
liter cum acquiſitionem gratiæ vel cuiuſque
virtutis expoſcit vel extinctionem vitij præca
tur, aliter cum conſideratione gehennę ac fu-
turi iudicij timore compungitur, aliter cum
ſpe futurorum bonorum præmioque inflam-
B matur, aliter cum in neceſſitate eſt aut pericu-
lis, aliter cum in tranquilitate ac ſecuritate
verſatur.

Nunc autem nobis imminet difficultas, vt
ipſas ſigillatim orationum ſpecie exponamus
quas apoſtolus quadripartita ratione diſtin-
xit, dicens. Obſecro primo omnium fieri ob-
ſecrationes, orationes, poſtulationes, & gra-
tiarum actiones. Et primo indagandum, quid
ſignetur per iſtas. Secundò vtrum ab orante
in vna, & eadem oratione omnia iſta debeant
ſeruari, an ſingillatim diuerſas harum in diuer
C ſis eiuſdem orationibus, an à diuerſis ſtatibus
hominum ſint iſtæ variè ſumendæ, ſcilicet ab
vno obſecratio ab alio ſtatu oratio,& ſic de a-
liis. Et tertio, ipſe ordo ſucceſſiuè traditus ab
Apoſtolo, in his eſt attendendus.

Et quantum ad primum, Obſecratio eſt im
ploratio pro peccatis vel petitio qua vel pro
præſentibus, vel pro præteritis admiſſis vnuſ-
quiſque compunctus veniam deprecatur.

Orationes ſunt quib. aliquid offerimus vel
vouemus Deo, vnde & quod in Pſal. latinè di
citur: Vota mea reddā Dño. In Græco dicitur:
D Orationes meas reddā Domino. Oramus er-
go cùm renunciantes huic ſæculo, ſpon
demus mortificatos nos cunctis actibus ſæ-
culi tota cordis intētione Domino ſeruituros.

a *Vox græca εὐχὴ quam orationem Caſſianus eſt interpretatus tam apud prophanos quàm ſacros ſcriptores votum latine ſonat. Nam vt nihil ex auctoribus externis producam, id ex his ſacræ ſcripturæ locis perſpicitur. Gen. 28. καὶ ηὔξατο Ἰακὼβ εὐχὴν λέγων, id eſt, & vouit Iacob votum. & 31. καὶ ηὔξω μοι εὐχὴν i. votum vouiſti mihi: & Leuit. 7. καὶ ἐὰν* E *εὐχὴν, ἢ ἑκούσιον θυσιάζῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ, id eſt, etſi votum fuerit vel voluntariū ſacrificauerit donum ſuum & alias paſſim. Orationem igitur pro voto vſurpans aperte oſtendit monachos votis tribus, quibus hodie religioſi ſunt adſtricti, illo iam ſæculo fuiſſe obligatos, & obedientia in primis, cum orabant ſeu vouebant ſe mortificatos cunctis actibus ſæculi tota cordis intentione Domino ſeruituros. Paupertates verò, cum ſpretis omnibus opibus ſe in contritione cordis & paupertate ſpiritus Domino cohæſuros ſpondebant. Caſtitatis denique votum nun-* F *cupaſſe ſe aperte produnt, cum ſe puriſſimam corporis caſtitatem, & immobilem animi patientiam exhibituros promittebant. Quare vt noui quidam monachorum inſectatores tradunt veteres illi religioſæ vitæ duces & ſequaces non ita liberi in hoc vitæ ſtatu erant, vt eis integrum eſſet, quotieſcunque vellent a ſuo propoſito recedere, vide quæ ſupra tit. 10. cap. 4. §. 3. & cap. 6. §. 2. annotauimus.*

Oramus

A.C. 400.

Oramus cum promittimus ſæculari onete contépto ac tettenis opibus ſpretis, io omni contritione cotdis ac paupettate ſpiritus nos Domino cohęſuros Oramus cum promittimus nos putiſſimam corporis caſtitatem & immobilem animi patientiam exhibituros eſſe perpetuò.

Tettio loco ponuntur poſtulationes quas pro alus quoque dum ſumus in feruore ſpiritus conſtituti, ſolemus emittere, vel pro caris noſtris, vel pro totius mundi pace poſcentes. Cum ſecundum apoſtolum pro omnibus hominibus, pro regibus, pro ijs, qui in ſublimitate ſunt cunſtituti, ſupplicamus.

Quarto loco gratiatum actiones ponũtur. Quas mens vel cum præterita Dei beneficia recolit, vel cum præſentia contéplatur, ſeu cũ in futurum, quæ & quanta pręparauit Deus diligentibus ſe proſpicit ineffabiles Deo gratias cum immenſo gaudio ſpiritus inſtigatur effundete.

Ex quibus quatuur ſpeciebus nonnunquá ſolent occaſiones pinguium ſupplicationum generari. Nam de obſecrationis ſpecie, quæ de compunctione naſcitur peccatorum, & de orationis ſtatu, quæ de fiducia oblationum & conſummatione votorum pro conſcientiæ profluit puritate, & de poſtulatione, quę de caritatis ardore procedit, & de gratiatum actione quæ de beneficiotum Dei & pietatis eius conſideratione generatur: ferventiſſimas ſæpiſſimè nouimus preces ignitaſque prodire, ita vt conſtet omnes has quas prædiximus ſpecies omnibus hominibus neceſſarias. & vtiles inueniri, vt in vno eodemque homine nunc obſecratio nunc oratio, nunc poſtulatio, nunc gratiarum actio emittatur, tamen prima ad incipientes videtur peculiarius pertinere, qui adhuc vitiorum ſuorum aculeis, ac memoria remordentur. Secunda ad illos, qui in profectu iam ſpirituali, appetitu virtutum quadam mentis ſublimitate conſiſtunt. Tertia ad eos qui perfectionem votorum ſuorum operibus adimplentes: intercedere pro aliis conſideratione fragilitatis eorum, & caritatis ſtudio prouocantur. Quarta ad illos, qui pœnali conſcientiæ ſpina de cordibus euulſa, ſecura iam munificentia Domini ac miſerationes conſiderantes, quas in pręſenti largitur, vel in pręterito tribuit vel pręparat in futuro, ad illam ignitam orationẽ feruẽtiſſimo corde rapiũtur.

Ad has nos Christus inuitauit ſuo exemplo. Nam obſecrationem fecit cum ait: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, vel illud Pſal. Deus Deus meus reſpice in me. Orationem cum ait: Ego te clarificaui ſuper terram. Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam. Poſtulationem cum dixit. Pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt Gratiarum actionem cum inquit: Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ.

Exinde exponit ſeptem petitiones orationis dominicalis, ſeu Pater noſter. Plures etiam ponit origines cõpunctionum, quibus inflammata mens, ad puras & feruentiſſimas orationes incitatur, verbi gratia. Nonnunquã Pſalmi cuiuſquam verſiculus occaſionem orationis ignitæ decantantibus nobis præbuit inter-

A dum canora vocis fraternę modulatio, non minus diſtinctio grauitaſque pſallentis necnon exhortatio viri perfecti, & collatio ſpiritualis frequenter ad vbertimas preces iacentem erexit affectum. Fratris ſeu cari cuiuſquam interitu ſcimus non minus ad plenam compunctionem fuiſſe raptos. Recordatio quoque torporis & negligentiæ noſtræ nonnunquam ſalutarem ſpiritus ardorem induxit. Et ibi ſubſequenter de multiplici lachrymarum vel compunctionis genere deponit. B

ne cauſis adiuuantibus exauditionem orationis ſecundum diuerſum ſtatum animarum. Habes inquit Iſaac in duorum confeſſione fructum exauditionis in Euangelio illo. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint fiet illis à patre meo. Habes aliam in fidei plenitudine, ibi. Si habueritis fidem vt granum ſinapis, [dicetis monti huic tranſi hinc & tranſibit & nihil impoſſibile erit vobis]. Habes & in aſſiduitate orationum & perſeuerantiam ibi: Et ſi ille perſeuerauerit pulſans [dico vobis, & ſi non dabit C illi ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter importunitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios] Habes & in eleemoſynarum fructu, ibi: Include eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te. Habeas in emendatione vitæ, vt illud: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, & poſt pauca tunc inuocabis, inquit, & dominus exaudiet te, & clamabis & dicet ecce adſum. Nonnunquam nimietas tribulationum exaudiri facit, nec tamen deſiſtere debemus, ſi non ſtatim fuerimus exaudi- D ti, ſed perſeuerare.

Mat. 18. Mat. 17. Luc. 11. Eccl. 29. Iſa. 58

Collatio decima præfati Iſaac etiam de oratione.

§. IX.

ET primo Ioan. Caſ. narrat conſuetudinem, quæ ſeruabatur in Ægypto, ſcilicet quod in feſto Epiphaniæ fiebat feſtum de na- E tiuitate Chriſti, & de baptiſmo. Et tunc illa die pronunciabatur per omnes eccleſias incohatio quadrageſimæ, & paſcha, ſcilicet qua die eſſet. Et quia in mentibus ſimplicium erat error exortus ſcilicet quòd Deus haberet corpus & haberet membra corporalia, vt homo ex illa authoritate Geneſeos malè intellecta ſcilicet. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et etiam in diuerſis locis ſcripturæ legitur de oculis & auribus & pedibus Domini. & facie. Vnde Theophilus epiſcopus Alexandrinus reprobauit multis rationibus illũ errorem cum Deus omnino incorpo- F reus ſit, & incomprehenſibilis anathematizãs eos, qui tenerent illam opinionem, vt hæreticos, qui dicũtur Anthropomorphitæ. Eo errore detenti erant multi ex illis eremitis propter eorum ſimplicitatem & ruſticitatem, & præcipuè quidam magnæ reputationis nomine Serapion, qui per quinquaginta annos in eremo cum magna diſtrictione vixerat.

Geneſ. 1.

Theophili Alexandrini ſcriptum, vide inpra tit. 10. c. 10 § 13.

A.C. 400. pliram expulſum.

Et primo quidem ad Cheremonem adduxit, qui iam centenarius, dorſum ſuum temporis vetuſtate, atque orationum iugitate curuatum tenebat, vt quaſi in primæuam redactus infantiam, ſubmiſſis ac protentis terra tenus manibus graderetur. Nec tamen defectis mortificatiſque iam omnibus membris, præteritæ diſtrictionis cenſuram omiſerat. Rogatus itaque à nobis, vt ſermonem ædificatorium proferret, ſic ait:

Tria ſunt, quæ faciunt homines à vitiis temperare ſcilicet aut metus gehennæ, ſiue præſentium legum, aut ſpes atque deſiderium regni cœlorum, aut affectus boni ipſius, amorque virtutum. Nam timor ita mali contagium legitur execrari. Timor Domini odit malum, inquit ſcriptura. Spes etiam vitiorum omnium excludit incurſum. Non enim delinquent omnes qui ſperant in eo, ait Pſal. Amor autem ruinam non metuit vitiorum, quia caritas nunquam cadit, & caritas operit multitudinem peccatorum. Et idcirco omnem virtutum [ſummam in iſtarum trium] conſummationem concludens ait: Nunc manent fides, ſpes, caritas, tria hæc. Fides namque eſt, quæ futuri iudicij ac ſuppliciorum metu [vitiorum] facit contagia declinare. Spes mentem noſtram de præſentibus auocans vniuerſas corporis voluptates cæleſtium præmiorum expectatione contémnit. Caritas, quæ nos ad amorem Chriſti, & ſpiritualium virtutum fructum, mentis ardore ſuccendens quicquid illis contrarium eſt toto facit odio deteſtari. Quæ tria licet ad vnum finem tendere videantur, prouocant enim nos à rebus illicitis abſtinere, magnis tamen excellentiæ ſuæ gradibus ab inuicem ſeparantur. Duo namque ſuperiora propriè hominum ſūt eorum qui ad perfectum tendentes nondum affectum concepere virtutum. Tertium ſpiritualiter eſt Dei, & eorum, qui in ſeſe imaginē Dei ac ſimilitudinem receperunt. Ille namque ſolus, quæ bona ſunt, nullo metu, nulla remunerationis gratia prouocante, ſed ſolo bono operationis affectu agit. Omnia enim ait Salomon, operatus eſt Deus propter ſeipſum. Suæ namque bonitatis obtentu, omnem bonorum copiam dignis indigniſque largitur: quia nec fatigari iniuriis poteſt, nec iniquitatibus hominum paſſibiliter permoueri, ſemper ſcilicet manens perfecta bonitas immutabiliſque natura.

Si quis igitur ad perfectionem tendit, de illo primo timoris, gradu quem propriè diximus ſeruilem, ad altiorem ſpei tramitem gradu proficiente conſcendet, qui iam non ſeruo, ſed mercenario comparatur quia mercedem retributionis expectat, & quaſi de peccatorum abſolutione & timore ſeruili ſecurus ac bonorum ſibi operum conſcius: licet placiti præmium videatur expetere, tamen ad affectum illum filij, qui de paternæ indulgentiæ liberalitate confidens omnia quæ patria ſunt ſua eſſe non ambigit, peruenire non potuit. Ad quem gradum ille prodigus, qui iam cum ſubſtantia patria, filij nomen amiſerat aſpirare nō audet: dicens: Iam nō ſum dignus vocari filius

A tuus. Poſt illas enim porcorum ſiliquas, quarum ei ſatietas negabatur. i. vitiorum ſordidos cibos, quia in ſemetipſum reuerſus, & ſalutari timore compunctus immunditiam porcorum horrere cœperat, ac famis adire ſupplicia formidabat, velut iam ſeruus effectus etiam mercenarij ſtatum de mercede iam cogitans concupiſcens ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus & ego hic fame pereo. Reuertar ego ad patrem, & dicam. Pater peccaui in cælum [& coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum B de mercenariis tuis.]

Sed ad iſtam humilis pœnitentiæ vocem in occurſum eius, pater proſiliens, vtroque gradu ſine dilatione tranſcurſo. Priſtinæ filiorū reſtituit dignitati. Multū autē differt inter eum, qui metu gehennæ, vel ſpe retributionis vitiorum in ſe extinguit incendia & eum, qui diuinæ caritatis affectu, ipſam malitiam & immunditiam perhorreſcit, ac puritatis poſſidet bonum, amore tantum & deſiderio caritatis, nec iam futuræ remunerationis promiſſionem aſpiciens: ſed præſentibus bonis delectatus C conſcientia agit omnia non contemplatione pœnarum, ſed delectatione virtutum.

Per hanc caritatem quiſquis ad imaginem Dei ſimilitudinemque peruenerit, bono iam propter ipſius boni delectabitur voluntatem ac ſimilem poſſidens patientiæ & lenitatis affectum, nullis deinceps peccantium vitiis iraſcetur. Sed veniam potius infirmitatibus eorum condolens implorabit, ſeque reminiſcens tandiu ſimilium paſſionum ſtimulis impugnatū nec ſuo ſtudio ab impugnatione erutum [carnalis, ſed Dei protectione ſaluatum, non iracundiam, ſed miſericordiam intelliget erranti D bus impertiendam. Et in hac mentis humilitate conſiſtens] implere poterit illud mandatū. Diligite inimicos veſtros [benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantib. vos] Et ad illam veram adoptionem filiorum Dei perueniet de qua Ioan. ait: Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, quod intelligendum eſt, non de omni genere peccatorum, ſed de capitalibus. Nā de illis, quæ pronunciantur non eſſe ad mortem quantalibet, ſemetipſos circunſpectione cuſtodiant etiam qui ſeruiunt Deo, immunes non eſſe poſſūt: ſecundum illud. Si dixerimus quia peccatum E non habemus, ipſi nos ſeducimus. 1. Ioan. 3.

Et quare dicitur in Pſal. Timete Dominum omnes ſancti eius. Et inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. Sciendum gradus varios in iſtis eſſe, ſicut & in aliis virtutibus. Nam quæ dicta ſunt ſupra de timore vel ſpe intelliguntur de illis prout ſunt in imperfectis, vel ſine gratia. Sed in dictis auctoritatibus Pſal. intelliguntur de perfectis virtutibus quæ ſunt cum perfecta carita F te. Etenim timor ſeruilis, & etiam ſpes informis, etiam ſine caritate ſunt. Et iterum timor & ſpes formatæ, & tamen imperfectæ, quæ ſunt cum caritate imperfecta.

Margin: 1. Ioan. 5. — 1. Ioan 1. — Pſal. 33. — Pſal. 118. — Prou. 8. — Pſal. 33. — Cor. 13. — Pro. 16. — Luc. 15.

A.C. 400. fuerit quotidiana refectione contentus, & a- A quæ ſatietate ſubtracta, quietem ſomni trium aut vt alij ſtatuerunt, quatuor horarum ſpacio terminauerit: nec tamen laborum aut continentiæ huius merito, ſed miſeratione domini eam ſe crediderit adepturum: non amplius quàm ſex menſibus perfectionem ipſius impoſſibilem ſibi eſſe cognoſcat. Proinde vnicuique noſtrum aduerſus ſpiritum fornicationis totis virib. deſudanti victoria ſingularis eſt de merito conatus ſui victoriam non ſperare. Hęc eſt autem conſummatio caſtitatis, vt vigilantem monachū, oblectatio libidinis nulla perſtringat, & quieſcentem ſomniorum non fallat illuſio, ſed cum dormienti tantum per ſopitæ mentis incuriam commotio carnis obrepſerit B quemadmodum ſine vlla voluptatis titillatione excitata eſt: ita etiam ſine vllo pruritu corporis conquieſcat.

Collatio decima tertia eiuſdem Cheremonis, quæ eſt de protectione Dei & gratia, ac libero arbitrio.

§. XII.

Sine adiutorio Dei nihil boni perfici poteſt. cap. 3.

IN qua materia Ioan. Caſ. arguitur vt dicetur, in aliquibus partibus, quòd nihil poſſit proficere laborantis induſtria ſine Dei adiutorio, Cheremon hoc exemplo declarat. Agricola cum omnes conatus ſuos in excolendis expenderit terris, confeſtim etiam prouentum ſegetum, & vbertatem frugum ſuæ non poterit induſtriæ deputare: quam irritam eſſe frequenter expertus eſt, niſi eam & pluuiarum opportunitas, & hyemis tranquilla ſerenitas ſubſequatur: ita vt adultas iam fructus ac perfecta maturitate ſolidatos, de manu quodammodo tenentium viderimus plerumque præceptos, nihilque laborantibus illam iugem ſudoris inſtantiam contuliſſe: quia non fuit domini opitulatione directa. Sicut igitur inertibus agricolis qui ſuo frequenti vomere arua non ſubigunt, hanc vbertatem ſegetum diuina pietas non confert: ita laborantibus pernox ſollicitudo nō proderit, niſi miſericordia domini fuerit proſperata: in quo tamen humana ſuperbia nullatenus ſe gratiæ vel exæquare vel admiſcere contendat: participemque ſe in muneribus Dei conetur inſerere, vt laborem ſuum authorem eſſe diuinæ exiſtimet largitatis, ac prouentum copioſiſſimarum frugum induſtriæ ſuæ meritis reſpondiſſe glorietur. Conſideret namque, ac veriſſima examinatione perpendat, quòd nec ipſos conatos, quos pro deſiderio opulentiæ tutentus exercuit, ſuis viribus impendere potuiſſet: niſi eum ad exercēdū omne opus ruris protectio domini, ac miſericordia roboraſſet: & inefficax fuiſſet eius voluntas ac virtus, niſi etiam peragendi copiam, quæ nonnunquam vel ſiccitatis vel imbrium nimietate fraudatur, diuina clementia præſtitiſſet. Nam cum & bonum virtutis & ſanitas corporis, & omnium effectus operum, actuumque proſperitas, à domino fuerit condonata, orandum eſt, ne ſicut ſcriptum eſt. A.C. 400. A Fiat cœlum ferreum & terra ænea: & ne reſiduum locuſtæ comedat bruchus [& reſiduum bruci eruca deuoret, & reſiduum erucæ rubigo conſumat.] Nec in hoc tantum eget diuinitatis auxilio agricolæ laborantis induſtria, niſi etiam inſperatos auertat caſus. Quibus manifeſtè colligitur, non ſolum actuum, ſed etiam cogitationum bonarum ex Deo eſſe principium, qui nobis & initia ſanctæ voluntatis inſpirat, & virtutem ac opportunitatem eorum, quæ rectè cupimus tribuit peragendi. Leuit. 26. Ioel. 1.

B Omne enim datum optimum & omne donū perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum: qui incipit, quæ bona ſunt, & exequitur, & conſummat in nobis. Itaque ſi attrahimur, a noſtrum non eſt, quòd ſequimur: ſed illius à quo trahimur: reſiſtere verò & nolle ſequi noſtrum eſt. Iac. 1.

Quod autem aliqui philoſophi gentiles, qui Dei gratia carebant: viſi ſunt tenere perfectam caſtitatem, aut etiam virginitatem. Credendum eſt (inquit Cheremon) philoſophos nequaquam talem caſtitatem animi, qualis à C

Deus operatus in nobis ſalutē noſtrā, ſed non ſine nobis.

a *Obrepſit hoc in loco D. Anton. error ſanè grauis, quem ſtatueram tantum emendare ſubſtituto ipſo Caſsiani verbo, quia tamen res hæc magni momenti viſa eſt propter prauas hæreticorum opiniones, ideo primo verba ipſius Caſsiani, deinde quorundam aliorum, de ea re ſententias ſubiiciemus. Ille igitur ſic, noſtrum inquit eſt, vt quotidie nos attrahentem gratiam Dei humiliter ſubſequamur vel certè dura ceruice & incircuncisi, vt ſcriptum eſt auribus eidem reſiſcentes per Hieremiam mereamur audire,* D *nunquid qui cadit non reſurget & qui auerſus eſt, non reuertetur. Quare ergo auerſus eſt in Hieruſalem populus iſte auerſione contentioſa induraurunt ceruices ſuas noluerūt reuerti: Hie. 8. & 17. & 19. hactenus. Sic Aug. in lib. de ſpir. et l. & litera. cap. 34. Profectò & ipſum velle credere Deus operatur in homine & in omnibus miſericordia eius præuenit nos, conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire propriè voluntatis eſt, & lib. 2. de peccat. mer. & remiſſ. cap. . Adiutor noſter Deus dicitur, nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſponte conatur, quia non ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis, in quorum natura rationem voluntatémque non condidit, ſalutem noſtram* E *Deus operatur in nobis. & lib. de prædeſt. & gratia. cap. 9. Deus tempora officiaque diſtribuens ordinauit, vt vocatione ipſius bonorum principia ſumeremus vocati autem atque illuminati vias mandatorum eius, bonis ingenij intelligentia noſceremus & eas libero vel eligeremus vel relinqueremus arbitrio. Proſper li. 2. de vocat. gen. c. 26. hanc abūdantiorem gratiam ita credimus & contra experimur potentem, vt nullo modo arbitremur eſſe violentam, quo quicquid in ſaluandis hominibus agitur, ex ſola Dei voluntate peragatur, tum etiam ipſi paruuli per aliena voluntatis ſubueniatur obſequiū & cōtra collatorem. c. 20.* F *Bonam inquit voluntatem, eam ſcilicet, qua adhæretur Deo, nec negandum eſt hominis eſſe propriam, & confitendum eſt Deo inſpirante conceptam. & multi alij quos poteris videre apud Canſ. in fine operis catech. de iuſtificatione. num. 9. & Sot. de nat. & gratia lib. 1. cap. 15. quod etiam definiuit Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & can. 4.*

A.C. 400.

A nobis exigitur, aſſecutos, ſcilicet etiam cogitationum & affectuum turpium excluſionem, ſed tantum abſtinentiam ab actibus carnalibus. Vnde cum quidam phyſionomon nomine Zopyrus interrogatus fuiſſet, poſtquam Socratem philoſophum maximum fuiſſet intuitus in facie, quorum morum eſſet. Reſpondit: Oculi concubitoris puerorum. Quod audientes diſcipuli Socratis, ad iniuriam reputantes tale reſponſum, cum eum ſcirent continentem, inſurgere voluerunt contra eum, ſed retinuit eos Socrates dicens. Quieſcite ô ſodales. Etenim ſum, ſed contineo me. Vbi oſtenditur ab actibus exterioribus ſe abſtinuiſſe, non tamen deſiderium & oblectationē illius paſſionis à corde exclusam. B

Propoſitum Dei, quo non ob hoc hominem fecerat, vt periret, ſed in perpetuum viueret, manet immobile. Cuius benignitas cum bonæ voluntatis in nobis quantulamcunque ſcintillam emicuiſſe perſpexerit, vel quam ipſe tanquam de duro ſilice noſtri cordis excuſſerit, confouet eam, & exuſcitat, ſuaque inſpiratione confortat, volens omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. C

1 Tim. 2. Adeſt igitur ſemper nobis inſeparabiliter diuina protectio, tantáque eſt erga creaturam ſuam pietas creatoris, vt non ſolum comitetur eam: ſed etiam, procedat iugiter prouidentia. Quam expertus propheta confitetur dicens. Miſericordia eius præueniet me. Qui cum in nobis ortum bonæ voluntatis quemdam inſpexerit, illuminat eum confeſtim, ac confortat, & incitat ad ſalutem incrementum tribuens ei, quam vel ipſe plantauit, vel noſtro Pſal. 58. conatu viderit emerſiſſe. Et non ſolum ſancta D deſideria benignus inſpirat, ſed etiam occaſiones præſtruit vitæ, & opportunitatem boni affectus, ſeu effectus ad ſalutaris viæ directionem demonſtrat errantibus.

De virtute bonæ voluntatis & gratiæ Dei. ca. 9. Ponit multas authoritates, quæ videntur ſibi contrariæ, ſed non ſunt, circa materiam gratiæ, & liberi arbitrij, vt illud. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ſed quaſi econtra illud Apoſtoli. Non eſt Rom. 9. volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Item illud euangelij. Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Et quaſi econtra Apoſtolus. Qui operatur in nobis velle & perficere, E pro bona voluntate. Item illud. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et quaſi econtra illud. Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum. Item illud prouerbio. Rectos fac greſſus pedibus tuis, & vias tuas dirige. Et quaſi econtra orat Pſal. Dirige in conſpectu tuo viam meam. Item, Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et quaſi econtra. Dabo vobis (ait dominus) cor nouum, & ſpiritum nouum. Et multa talia. In omnibus his & gratia Dei, & libertas noſtri declaratur arbitrij. Et quia interdum ſuis etiam motibus homo ad virtutum appetitum poſſit extendi, ſemper verò à domino indiget adiuuari. Nec enim cum quis voluerit, ſanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo pro arbitrij ſui deſiderio liberatur. Quid autem prodeſt ſanitatis gratiam concupiſcere, niſi dominus qui vitæ ipſius tribuit vſum etiam vigorem incolumitatis impertiatur. Vt autem euidenter appareat etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris indultum eſt, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen niſi à domino dirigantur ad conſummationem virtutum peruenire non poſſunt, Apoſtolus teſtis eſt dicens: Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio.

Prou. 4. Pſal. 5. Iſa. 18. Ezech. 36.

A.C. 400.

B Nam libertaté ſcriptura confirmat dicens. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Sed infirmitatem Apoſtolus manifeſtat dicens. Dominus cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. Libertatem arbitrij pſalmiſta oſtendit dicens. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, ſed infirmitaté eius, cum alibi ait. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua. Iubemur quoque animas noſtras ſollicitè cuſtodire. Propheta dicēte. Cuſtodite animas veſtras. Sed etiam eodem ſpiritu alius propheta ait: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vi-C gilat qui cuſtodit eam.

Et ita ſunt hæc permixta atque confuſa quodammodo, indiſcreté, id eſt, indiſtinctè, vt quod illorum, ex quo pendeat inter multos magna quæſtione voluatur, id eſt, vtrum quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, Deus miſereatur noſtri, an quia Deus miſeretur, cōſequamur bonæ voluntatis initiū. Multi enim ſingula hæc credētes, ac iuſto amplius aſſerentes, variis ſibiq; cōtrariis ſūt erroribus inuoluti. Act. 9. Si cū dixerimus noſtro eſſe bonæ principiū vo- Mat. 9. luntatis, quòd fuit in perſecutore Paulo: quod D in publicano Matthæo quorum vnus cruore & ſuppliciis innocentum, alter violentiis ac rapinis publicis incumbans, attrahitur ad ſalutem. Si verò à gratia Dei ſemper inſpirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce latronis Luc. 19. pietate dicemus, qui deſiderio ſuo vim quam- Luc. 23. dam regnis cœleſtibus inferētes, ſpiritualia vocationis monita præuenerunt? Conſummationem verò virtutum, & executionem mandatorum Dei, ſi noſtro deputauerimus arbitrio, quomodo oramus. Confirma hoc Deus, E quod operatus es in nobis. Et iterum. Opera Pſal. 67. manuum noſtrarum dirige, & quod ait Ioſeph Pſal. 89. fratribus ſuis. Nō veſtro conſilio, ſed volunta- Gen. 45. te Dei miſſus ſum, qui me fecit, vt patrem Pharaonis & dominum totius domus eius, & principem in omni terra Ægypti. Et poſt obitum patris cum timerent fratres eius dixit. Nolite Gen. 50. timere. Nunquid poſſumus reſiſtere voluntati Dei? vos cogitaſtis illud in malū, & Deus vertit in bonū, vt exaltaret me, & ſaluos faceret vos & populos multos. [a] Quaſi ita vtrūq; recipiēdū

F

[a] *Ioannes Caſſianus Chryſoſtomi auditor medium ſe ſtatuens inter eos, qui cum Catholicis affirmant nos Dei gratia præueniri, & inter eos, qui cum Pelagianis aſſerunt, nos Dei gratiam præuenire docent*

A.C. 400. *rūt quoſdam ſua voluntate diuinam gratiam anteueniſſe, quorundam verò voluntates a diuina gratia præueniri. Proſper Rheginenſis epiſcopus aduerſus hanc Caſſiani opinionem diſputauit peculiari volumine cui titulus eſt de libero arbitrio. Fr. Sixtus Senēſ. lib. 6. biblioth. ſan. anno. 1. 183. Proſperi ſententiam confirmant Aug. in lib. de Prædeſt. ſanct. c. 2. & lib. 2. contra duas epiſtolas Pelagianorū, c. 9. & lib. de Præde. & gratia, c. 10. & lib. de Eccleſia dogmat. c. 44. Et Fulgent. de Incarnatione & gratia Chriſti, c. 18. D. Thom. in 1. 2. quæſt. 109. art. 6. & 2. 2. q. 6. a. 1. & ipſe D. Ant. in 4. par. ſum. tit. 9. c. ſ. §. 4. & c. 6. §. 1. Quod etiam in Co. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. definitum eſt. & can. 3. idem etiam Conc. Arauſicanum 2. c. 6. & Mileuitanum c. 5. antè ſtatuerant.*

Gratia & ... um ... tuen ... o.

eſt, vt in aliis hominibus voluntas gratiam, in aliis autem gratia præueniat voluntatem, & non ita, vt in omnibus voluntas gratiam ſubſequatur, quoniam ſecundum ipſos ſi auferatur liberum arbitrium, cum à gratia præuenitur auferetur gratia ſi à libero arbitrio præuenitur. Hæc ergo duo. i. vel gratia vel liberū arbitriū ſi inuicem videntur aduerſa, ſed vtraque concordant. Et vtraque nos pariter debere ſuſcipere pietatis ratione colligimus, ne vnum eorum homini ſubtrahētes eccleſiaſticæ fidei regulam exceſſiſſe videamur. Nam cum viderit Deus nos ad bonum velle deflectere, occurrit, dirigit atque confortat. Ad vocem enim clamoris tui, ſtatim cum audierit reſpondebit tibi, ait propheta. Et: Rurſū, ſi nos nolle vel intepuiſſe perſpexerit, adortationes ſalutiferas admonet cordibus noſtris, quibus voluntas bona reparetur in nobis.

Nec enim talem hominem feciſſe eum credendum eſt, qui nec velit vnquam, neque poſſit bonum. Alioquin nec liberum ei permiſiſſet arbitrium, ſi ei tantum, vt malum vellet & poſſet conceſſiſſet, bonum verò a ſeipſo, vt nec vellet, nec poſſet conceſſit. Dubitari ergo non poteſt, ineſſe quidem omni animæ naturaliter virtutum ſemina, beneficio creatoris inſerta: ſed niſi hæc opitatione Dei fuerint excitata: ad incrementum perfectionis non poterūt peruenire, quia ſecundum Apoſtolum. Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Adiacere autem huiuſmodi in quālibet partem arbitrij libertatem etiam liber Paſtoris docet, quòd vnuſquiſque habeat duos Angelos bonum ad virtutes inſtigantem, malum ad vitia incitantem. In homine autem eſt, vt eligat, quem ſequatur. Et idcirco manet in homine ſemper liberum arbitrium, quod Dei gratiam vel negligere vel amare poſſit. Præuenit ergo hominis volūtatē Deus: quia dicitur Deus meus miſericordia eius præueniet me. Et rurſus, Deum remorantem, atque vtiliter quodammodo ſubſiſtentem, vt noſtrum experiatur arbitrium voluntas noſtra præuenit, cum ait. Manè oratio mea præueniet te. Sed hoc poteſt intelligi prout eſt oratio de genere bonorum, quæ etiam fieri poteſt abſque gratia gratum faciente. Poſt plurimas autem authoritates Scripturæ ſacræ, in quibus aliquando exercitium bonorum operum attribuitur gratiæ Dei: aliquando verò libero arbitrio hominis, ſic ait.

A Per hoc euidenter oſtenditur inſcrutabilia eſſe iudicia Dei & inueſtigabiles vias eius, quibus ad ſalutem humanum attrahit genus. Quod etiam euangelicarum vocationū exemplis poſſumus approbare. Andream namque & Petrum, & ſocios nihil de ſalutis ſuæ remedio cogitantes, ſpontanea dignatione gratiæ ſuæ prælegit. Zachæum ad conſpectum domini ſe fideliter extendentē non ſolum ſuſcepit: ſed etiam benedictione cohabitationis ſuę illuſtrauit. Inuitum ac repugnantem attrahit Paulum. Alteri poſtulanti breuiſſimam moram B pro patris ſepultura non concedit inducias. Cornelio precibus & eleemoſynis iugiter inſiſtenti, velut remunerationis vice via ſalutis oſtenditur. Et ita illa multiformis ſapientia Dei, ſalutem hominum multiplici atque inſcrutabili pietate diſpenſat. Sicut etiam ipſas curationes corporum, non ſecundum vniformem maieſtatis ſuæ potentiam, ſed ſecundum menſuram fidei, in qua vnumquemque reperit, vel ſicut vnicuique ipſe peritus eſt maluit exercere. Sicut patet per euangelia in diuerſis infirmis curatis. A.C. 400. De multiplici vocationum gratia. c. 1. Mati 4. Luc 19 Acto. 9. Mat. 8. Acto. 10.

C Hanc diſpenſationis diuinæ multiplicem largitatem Apoſtolus mente pertractans, & in quoddam Dei pietatis pelagus ſe incidiſſe cōſpiciens, exclamauit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, q̄ incomprehenſibilia ſūt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum Domini.

Tria demum tenenda circa huiuſmodi ſunt. Primum, vt accendatur vnuſquiſque ad deſiderandum omne, quod bonum eſt, ita vt in alterutram partem plenum ſit liberæ voluntatis arbitrium. Secundum verò diuinæ eſſe gratiæ, D vt efficere valeat exercitia prædicta virtutum: ſed ita vt poſſibilitas nō extinguatur arbitrij. Tertium quoque ad Dei munera pertinere, vt acquiſitæ virtutis perſeuerantia teneatur, ita tamen, vt captiuitatem libertas addicta non ſentiat. Sic enim vniuerſitatis Deus, omnia in omnib. credendus eſt operari, vt incitet, protegat, atque confirmet: non vt ipſe auferat, quam ſemel conceſſit arbitrij libertatem.

Collatio decimaquarta quę dicitur Neſterotis de actiua vita & contemplatiua. E

§. XIII.

HEc inquit Ioannes Caſſianus cum ſacrarum ſcripturarum nos aliqua memoriæ commendaſſe, & earum intelligentiā deſiderare ſenſiſſet, talibus nos adorſus eſt verbis. D. Abbate Neſterote. ca. 1.
F Cùm omnes artes quæ ſiue omnino inutiles ſunt, aut præſentis tantummodo vitæ commodis proſunt, habeant proprium doctrinæ ſuæ ordinem & rationem, per quam ab expetentibus poſſint attingi, ſuiſque certis & propriis lineis dirigantur, quanto magis noſtræ religionis diſciplina atque profeſſio, quæ ad cōtēplāda inuiſibilium ſacramētorū tēdit arcana, nec

A.C. 400.

præſentis quæſtus, ſed æternorum rettibutionem expetit præmiorum, certo ordine & rationem ſubſiſtit, huius autem duplex eſt ſcientia. Prima actualis, quæ emendatione morum & vitiorum purgatione perficitur. Alia, quæ in contemplatione diuinarum rerum, ſacratiſſimorum ſenſuum cogitatione conſiſtit.

Duplex ſcientia.

Quiſquis igitur ad intentionem cœleſtium voluerit peruenire, neceſſe eſt, vt omni ſtudio atque virtute actualē primo ſciētiam conſequatur. Gradus enim quidam ita ordinati atque diſtincti ſunt, vt humana humilitas poſſit ad ſublime concēdere. Qui ſi inuicem ſibi ea, quã diximus, ratione ſuccendant, poteſt ad altitudinem perueniri: ad quam ſublato primo gradu non poteſt tranſuolari. Fruſtrà igitur ad conſpectum Dei tendit, qui à vitiorum contagione nõ declinauit. Spiritus enim ſanctus odit fictum, nec habitat in corpore ſubdito peccatis.

Sap.1.

Hæc autem actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtit. Nam primus eius modus eſt, vt omnium natura vitiorum, & curationis ratio cognoſcatur. Secundus, vt ita deſcernatur ordo virtutum, earúmque perfectione mens noſtra formetur, vt illis non iam velut coacta, & quaſi violento imperio ſubiecta famuletur: ſed tãquã naturali bono delectetur atq; paſcatur, & arduã illam & anguſtã viam cum oblectatione conſcendat. Quomodo enim vel virtutũ rationē, qui ſecũdus in actuali vita gradus eſt, vel rerũ ſpiritualiũ vel cœleſtiũ ſacramentorũ quæ in theoriæ gradu ſublimiori conſiſtunt, valebit attingere: qui naturam vitiorum ſuorum, nec potuit intelligere, nec niſus eſt extirpare? Sciendum tamen eſt quòd duplicis nobis laboris intentione ſudandum eſt, tam in expellendis vitiis, quã in virtutibus acquirendis: & hoc non noſtra capimus coniectura, ſed illius ſcientia perducemur, qui ſolus opificis ſui vires rationemque cognoſcit. Ecce (inquit) conſtitui te hodie ſuper gētes & regna, vt euellas, deſtruas, diſſipes, & diſpergas, & ædifices, & plãtes. In expulſione noxiarum rerũ quatuor eſſe neceſſaria deſignauit, ſcilicet euellere, deſtruere, diſperdere & diſſipare. In perficiendis virtutibus tantum duo. ſ. ædificare & plantare.

Hier. 1.

Quod actualis vita in multa ſtudia deriuetur. ca 5.

Hæc igitur, quæ dicitur practice duobus (vt dictũ eſt) ſubſiſtēs modis in multas profeſſiões ſtudiáque diuiditur. Quidã enim ſummũ ſuæ intentionis ergo eremi ſecreta, & cordis conſtituunt puritatem, vt in præteritis Heliam & Heliſæum, in noſtris autem temporibus beatum Antonium, alioſque eiuſdem propoſiti ſectatores familiariſſimè Deo per ſilentium ſolitudinis cohęſiſſe cognoſcimus. Quidam erga inſtitutionem fratrum, cœnobiorumque peruigilem curam, omnem ſollicitudinem ſtudij ſui dederunt, vt Ioannem abbatem & nonnullos eiuſdem meriti viros Apoſtolicis etiam ſignis claruiſſe cognouimus. Quoſdam in xenodochiis, & ſuſceptione peregrinorum pium delectat obſequiũ, vt Abraham & Loth, & nũc beatum Machatium. Quidam eligentes infirmorum curam, alij interceſſionem, quæ pro

3.Reg.18.
4.Reg. 6.
Nota hoc ſæculo diuerſa ſtudia & profeſſiones monachorũ viguiſſe, quare nõ mirum eſt ſi noſtro ſæculo religioſi diuerſa vitæ tenorem inſtituta.
Gen.18 & 19.

A miſeris & oppreſſis impenditur, exequentes, aut doctrinæ inſtantes, aut eleemoſynas pauperibus facientes inter magnos & ſummos viros pro affectu ſuo ac pietate viguerunt.

A.C. 400.

Quapropter hoc vnicuique vtile, atque cōueniens eſt, vt ſecundum propoſitum, quod elegit, ſiue gratiam, quam accepit, ſummo ſtudio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire feſtinet. Et aliorum quidem laudãs admiranſque virtutes, nequaquam à ſua quam ſemel elegit profeſſione diſcedat, ſciens ſecundum Apoſtolum, vnum eſſe corpus eccleſiæ, B multa autem membra. Et illud habentes donationes ſecundum gratiam differentes, ſiue prophetiam [ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, ſiue qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt, in ſollicitudine, qui miſeretur in hilaritate.]

De profeſſionis arreptæ perſeuerãtia. ca. 5.

1 Cor. 12
Rom. 12

Solent enim ii, qui needum ſunt in illa, quam arripuerunt, profeſſione fundati, cum audierint quoſdam in diuerſis ſtudiis ac virtutibus prædicari: ita eorum laude ſuccendi, vt eorum protinus imitari geſtiant diſciplinam C in quo irritos neceſſariò impendit conatus humana fragilitas. Impoſſibile námque eſt vnum eumdemque hominem, ſimul vniuerſis, quas ſuperius comprehendimus, fulgere virtutibus. Quas ſi quis voluerit pariter affectare, in id eum incidere neceſſe eſt, vt dum omnes ſequitur, nullam integrè cōſequatur: magiſque ex hac immutatione & varietate diſpendium capiat, quàm profectum.

De inferiorũ imbilitate. 6.

Inducit exemplum de quodam ruſtico vxorato, ad cuius præſentiã diabolus ab obſeſſo diſceſſit: qui tamē ad cõiurationes ſancti Ioannis D abbatis eiici nõ potuit. Quod admiratus Ioãnes interrogans de conuerſatione eius, poſt aliqua demum confeſſus eſt quòd per duodecim annos ſteterat cum vxore in virginitate permanens. Certe, qui vellet illum in hoc imitari ruinam ſibi pararet.

Theoreticè ſeu contemplatiua, quo ſcilicet ad intellectum ſcripturarum, in duas partes diuiditur, ſcilicet in hiſtoricam interpretationem, & ſpiritualem intelligentiam. Spiritualis in trifariam diuiditur, ſcilicet in tropologiam, allegoriam, & anagogen. De his in prouerbiis. E Tu autem deſcribe tibi eam tripliciter, ſecundum latitudinem cordis tui. Hiſtoria itaque præteritarum & viſibilium, agnitionem complectitur rerum: vt illud. Scriptum eſt quoniam Abraham habuit duos filios vnum de ancilla & alium de libera, ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt, qui autem de libera per repromiſſionem. Ad allegoriam pertinent, quæ ſequuntur, quia ea quæ in veritate geſta ſunt, alterius ſacramenti formã præfiguraſſe dicuntur. Hæc ſunt duo teſtamenta. Anagoge verò de ſpiritualibus miſteriis ad ſublimiora quæ-F dam cœlorum ſecreta conſcendit, vt illud. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Tropologia eſt moralis explanatio ad emendationem vitæ, & inſtructionem pertinens actualem. Prædictæ igitur quatuor explanationes, in vnum aliquando ita confluunt, vt vna & eadem Hieruſalem

De ſpiritali ſcientia ca. 8.

qua-

A.C. 400.

quadrifariam poſſit intelligi. Nam ſecundum hiſtoriam ciuitas eſt Iudæorum, ſecundum allegoriam eccleſia Chriſti, ſecundum anagogem, ciuitas illa cœleſtis, ſecundum tropologiam anima eſt hominis.

Si ergo in corde veſtro ſcientiæ ſpiritualis ſacrum vultis tabernalum præparare, ab omni vos vitiorum contagione purgate: & curis ſæculi præſentis exuite. Impoſſibile námque eſt animam, quæ mundanis vel tenuiter diſtentionibus occupatur, donum ſcientiæ ſpiritualis promereri, vel generatricem ſpiritualium ſenſuum, aut tenacem fieri ſacrarum lectionum. Obſerua igitur in primis maximè tu Ioannes cui adoleſcentia adhuc ſuffragatur, ne ſtudium lectionis, aut deſiderij tui labor vana elatione caſſetur. Iudicas ſummũ ori tuo ſilentium, & vt ſeniorum inſtituta atque ſententias intento corde, & quaſi muto ore ſuſcipias, atque diligenter in pectore tuo condens, ad perficienda ea potius, quàm ad docenda feſtines. Nihil in collatione ſeniorum proferre audeas, niſi quod interrogare te, aut ignoratio nocitura, aut ratio neceſſariæ cognitionis impulerit: nec quemquam verbis docere præſumas, quod opere ante non feceris: nec imiteris eos, qui peritiam diſputandi, ac ſermonis affluentiam tantum conſecuti [ſcientiam ſpiritalem poſſidere creduntur ab his, qui vim eius & qualitatem diſcernere non nouerunt.] Aliud námque eſt, & facilitatem oris, & nitorem habere ſermonis, & aliud venas medullaſque cœleſtium intrare dictorum, ac profunda & abſcondita ſacramenta puriſſimo cordis oculo contemplari. Quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio ſæcularis, ſed ſola puritas mentis per illuminationem ſpiritusſancti obtinebit.

Humilitatem cordis immobiliter aſſequere expulſaque omni cogitatione terrena aſſiduum te ac potius iugem ſacræ præbeas lectioni. Exemplificat de modo vario exponendi ſcripturas, vt illud. Non fornicaberis, ibi prohibetur luxuria corporalis ſecundum literam. Alia expoſitio, vt caueatur ab omni idololatria & ſuperſtitione gentilium & diuinatione, quæ ſunt fornicatio ſpiritualis. Tertia fornicatio prohibetur, ſcilicet in obſeruatione legalium Iudæorum. Quarta fornicatio in hæretica doctrina. Quinta fornicatio à puris mentibus reputatur, omnis cogitatio non ſolum turpis, & ſine conſenſu, ſed etiam otioſa cogitatio. Impoſſibile eſt immundam animam, quantalibet deſudauerit lectionis inſtantia, adipiſci ſcientiam ſpiritualem ſcripturarum ſcilicet per guſtum, ſed imaginem quandam ſcientiæ immundi homines vacantes ſcripturis videntur habere.

[Immunda anima nõ poteſt ſpiritualẽ ſciẽtiã percipere. c.14.]

A Collatio decima quinta eiuſdem Neſterotis de ſpiritualibus cariſmatibus, ideſt, gratia miraculorum Neſteros.

A.C. 400.

§. IIII.

VSQVE ad ſpiritualium rationem Chariſmatum proferendam, præcedens diſputationis ordo peruenerat. B Quam tripartitam eſſe maiorum traditione percepimus. Prima ſiquidem curationum cauſa eſt, cum pro merito ſanctitatis electos quoſque ac iuſtos viros ſignorum gratia comitatur, ſicut Apoſtolos multoſque ſanctorum ſigna atque prodigia ſecundum authoritatem domini feciſſe manifeſtum eſt, ita dicentis. Infirmos curate mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dæmones eiicite, gratis accepiſtis gratis date. Secunda cauſa eſt, cùm ob ædificationem eccleſiæ vel C eorum, quæ infirmos ſuos ingerunt fidem, vel eorum, quæ curandi ſunt, ſanitatum virtus etiam à peccatoribus indigniſque procedit. De quibus in euangelio ſaluator ait. Multi (inquit) in die illa, ſcilicet iudicij, dicent mihi, Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Et econtrario ſi offerentium vel infirmorum deſit fides, etiã illos, quibus curationum dona collata ſunt, D non ſinit ſanitatum exercere virtutem. De qua re Lucas euangeliſta ait: Non poterat Ieſus inter eos, ſcilicet de Nazareth, facere virtutes propter incredulitatem eorum. Et iterum, multi leproſi erant ſub Heliſæo propheta in Iſraël, & nèmo mundatus eſt niſi Naaman Syrus. Tertio curationum modus etiam colludio dæmonum, & factione ſimulatur, vt dum homo manifeſtis criminibus obligatus propter admirationem ſignorum ſanctus ac Dei famulus creditur, etiam vitiorum eius æ- E mulatio ſuadeatur, & per hoc obtrectationis aditu reſerato, etiam religionis ſanctitas infametur, vel certè, vt is qui gratiam curationum habere ſe credit, per ſuperbiam cordis elatus grauius elidatur. Inde eſt, quòd inuocantes eorum nomina, quos nulla merita ſanctitatis, nec vllos ſpirituales fructus habere cognoſcũt, vti ſe eorũ meritis, ac de obſeſſis ſe ſimulant corporibus effugari. De quibus in Deut. ſic legitur. Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit, quod- F cunque prædixerit, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis. Non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris, quia tentat vos dominus Deus veſter: vt palam fiat, vtrum diligatis eum.

Quapropter nunquam debemus eos, qui hæc affectant, in his virtutibus admirari; ſed potius intueri, vtrum vitiorum omnium expulſione, & morum emẽdatione perfecti ſunt

[De triplici chariſmatum cauſa. cap. 1. — Mat. 7. — Matt. 6. — Luc 4. — 4. Reg. 5. — Deut. 13.]

A.C. 400.

A quod vtique non pro alterius fide aut cauſarum diuerſitate: ſed pro vniuſcuiuſque ſtudio Dei gratia diſpenſante conceditur. Hæc námque eſt actualis ſcientia, quæ alio vocabulo ab Apoſtolo caritas nuncupatur, quæ vniuerſis linguis hominum & Angelorum & plenitudini fidei, quæ etiam montes transferat, & omni prophetiæ, ac ſciénæ, & erogationi omnium facultatum: & poſtremo glorioſo martyrio præfertur ab Apoſtolo. Nam cum dinumeraſſet vniuerſa charismatum genera, ſcilicet ſermonem ſapientiæ, & ſcientiæ, prophetiam, virtutum gratiam poſtea ſubdit, excellentiorem viam adhuc vobis demonſtro, ſcilicet caritatem, de qua immediate ſubdit. Si linguis [hominum loquar & Angelorum, caritatem autẽ non habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tiniens.] Ideóque à patribus noſtris opera iſta ſignorum nequaquam vidimus affectata, quinimmo cum gratia ſpiritusſancti ea poſſiderent, nunquam exercere voluerunt: niſi forte extrema illos & ineuitabilis neceſſitas coarctaret.

1. Cor. 13.

1. Cor. 12.

B

De ſuſcitato mortuo à B. Macario. cap. 3.

Ad hoc inducit exemplum de beato Machario abbate, qui mortuum ſuſcitauit ad confutandum errores, quos quidam hæreticus dialectica arte in Ægypto diſſeminabat. Poſt colloquia enim mutua & diſputationem verborum dixit beatus Macarius hæretico. Oſtendamus veritatem fidei ex operibus noſtris. Eamus ad ſepulchra mortuorum, & qui ſuſcitauerit mortuum, illius fidei doctrina vera credatur. Ad quod hæreticus ſe obtulit verecundia ductus, ſed die ſequenti acquieuit hoc faciendum. Sequenti autem die adſtat Macarius, ſed hæreticus non comparuit: ſciens ſe hoc facere non poſſe ſicut nec fides erat vera. Nihilominus Macarius locutus cuidam cadaueri hominis gentilis interrogauit eum ſi hæreticus ille veniſſet, vtrum mortuum ſuſcitaſſet. Qui reſpondit, quòd non. Et quòd dum viueret in mundo, nihil audiuit de Chriſto.

C

D

Denique ipſe author ſignorum & virtutum omnium, cum ad doctrinæ ſuæ magiſterium diſcipulos aduocaret, ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, non ait miracula facere. Hoc enim eſt, quod cunctis generaliter diſcere & exercere poſſibile eſt, opera autem ſignorum atque virtutũ, nec ſemper neceſſaria, nec omnib. cómoda, nec omnib. conceduntur.

Mat. 11.

E

Collatio decima ſexta abbatis Ioſeph de amicitia vera.

§. XV.

De B. Ioſeph. ca. 1.

BEATVS Ioſeph, cum inſtitutionem ſuã nos deſiderare ſenſiſſet, percunctatus primum vnum, vtrumnam eſſemus germani fratres, ſcilicet ipſe Ioan. Caſſian. ſocius eius, qui in collationibus dicitur Germanus. Audiensq; à nobis, quòd non carnali, ſed ſpirituali eſſemus fraternitate deuincti: tali vſus eſt ſermonis exordio.

F

Amicitiarum & ſodalitatis multa ſunt genera. Quoſdam enim præcedens commendatio primum notitiæ, poſt etiam amicitiæ fecit inire commercia. In quibuſdam verò contractua quidam, ſeu dati accepti ve depactio caritatis fœdera copulauit. Quoſdam negotiationis, ſeu militiæ, vel artis ac ſtudij ſimilitudo atque cõmunio amicitiarũ vinculis nexuerũt per quam ita efferа ſibiinuicẽ corda manſueſcũt, vt ij etiã q in ſyluis & mõtib. latrociniis gaudẽt: & effuſióe humani ſãguinis delectãtur, ſuorũ ſcelerũ participes amplectãtur, ac foueãt. Eſt etiã dilectionis aliud genus, quo vel cõtribules, vel cõiuges, vel parentes, vel fratres, aut filij, cæteris naturaliter præferuntur. quod etiã omnib. alitibus, atq; animantibus ineſſe deprehẽditur, vt frequẽter pro ipſius ſe obiicere periculis, mortiq; nõ metuãt. Sed hæc omnia genera amicitiæ, ſicut bonis & malis, feris etiã atque ſerpentib. videmus eſſe cómunia, ita etiã vſq; in finẽ certũ eſt perſeuerare nõ poſſe. Etenim interrũpit ea frequenter, ac diuidit locorum diſcretio & obliuio temporalis, & verbi vel cauſę negotiorumque contractus.

A.C. 400.

B

Vnum eſt genus inſolubile caritatis, quod nec commendationis gratia, nec officij vel munerũ magnitudo, cõtractuſq; cuiuſquã ratio, vel naturæ neceſſitas iungit, ſed ſola ſimilitudo virtutũ. Hæc eſt quæ nunquã vllis caſibus ſcinditur, quã diſſociare vel delere locorũ vel temporũ interualla nõ prævalẽt, ſed nec mors quidẽ ipſa diuellit: cuius ſemel initum fœdus, nec deſideriorũ varietas, nec cõtentioſa diſrũpit contrarietas voluntatis. Quãobrem hæc eſt amicitiæ fida indiſſolubiliſq; coniunctio, quæ ſola virtutum parilitate fœderatur, de qua dicitur. Dñs inhabitare facit vnius moris in domo. Et idcirco in iis tantum poteſt indiſrupta permanere dilectio, in quib. vnũ propoſitũ ac voluntas, vnũ velle ac nolle conſiſtit. Quam ſi vos cupitis inuiolabilẽ retentare feſtinandum eſt vobis, vt expulſis prius vitiis mortificetis proprias voluntates, & vt vnico ſtudio atque propoſito illud impleatis. Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnum, quod nõ localiter: ſed ſpiritualiter oportet intelligi.

Vnde amicitia ſolubilis... amicitia... cap. 3.

C

Pſal. 6[illegible]

D

Pſal. [illegible]

Sex igitur gradibus ad perfectionem huius amicitiæ peruenitur. Prima ſunt veræ amicitiæ in contemptu ſubſtantiæ mundialis & omnium, quas habemus rerum, deſpectione fundamina, iniuſtum enim & impium eſt, ſi poſt abrenunciationem mundi, prætioſiſſimæ fraternæ dilectioni, ſuppellex viliſſima, quæ ſuperfluit, præferatur. Secundum eſt, vt ita ſuas vnuſquiſque reſecet voluntates, ne ſapientem ſe, aut conſultũ eſſe iudicãs, ſuis malit q̃ proximi definitionib. obedire. Tertiũ eſt, vt omnia ſciat, etiam quæ vtilia & neceſſaria exiſtimat, poſtponenda bono caritatis & pacis. Quartum eſt, vt credat nec iuſtis, nec iniuſtis de cauſis penitus iraſcendum. Quintũ eſt, vt aduerſum ſe iracundiam fratris, etiã ſine ratione conceptam, eodẽ modo, quo ſuã curare deſideret: ſciens æqualiter ſibi pernicioſam eſſe alterius triſtitiã ac ſi aduerſus alium ipſe moueatur, niſi ea quantum in ſe eſt, etiam de fratris mente depulerit. Poſtremum illud eſt, quod generale omniũ vitiorũ peremptorium eſt ſine dubio, vt ſe de hoc mũdo credat quotidie migraturũ. Hæc igitur quicunq; tenuerit, amaritudinem iræ atq; diſcordię, nec poterit pati, nec inferre.

E

F

His

A C.4:0.

A His autem ceſſantibus, rum primus ille æmulus caritatis in cordibus amicorum triſtitiæ ſen ſim venena ſuffuderit: neceſſe eſt, vt frequentibus iurgiis paulatim dilectione tepefacta, amãtium corda diu exulcerata quandoque diſſociet. Nihil enim proderit, ſi te aſſeras non iraſci, alterius vero triſtitiam, quam lenire tua manſuetudine potuiſti, contumaci corde deſpicias.

Ne amputandis ſpiritualibus cauſis diſcordiarũ cap. 9.

Ad conſeruandam igitur perpetuam, & indiuiduam caritatem, nihil prodeſt primã cauſam abſcidiſſe diſsidij, quæ naſci ſolet de rebus caducis atque terrenis, niſi etiam ſecundam, quæ B ſub ſpecie ſpiritualium ſenſuum naſci ſolet, ſimiliter abſcindentes, acquiſierimus in omnibus humilem ſenſum & conſonas voluntates. [Quã perniciem (diabolicę ſcilicet illuſionis) impoſſibile eſt euadere quempiam iudicio proprio confidentem, niſi humilitatis verę amator & executor effectus, illud quod Apoſtolus magnopere deprecatur, omni cordis contentione impleuerit. Si ergo inquit conſolatio in Chriſto, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis omnes, vnanimes idipſum ſentientes, nihil per cõtentionem, aut inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores vobiſmetipſis alterutrum arbitrantes, & illud] honore alterutrum præueniẽtes: vt plus vnuſquiſque conſorti ſuo ſcientię & ſanctitatis aſcribens, ſummam diſcretionis verę in alterius magis, quàm in ſuo credat ſtare iudicio.

Phil. 2. C

Rom. 12.

Sæpe namque accidit ſiue illuſione diaboli, ſiue intercesſione erroris humani, quo nullus eſt in hac carne, qui falli velut homo non poſſit, vt ille interdum, qui acrioris ingenij eſt, ſciẽtiæque maioris, aliquid falſum mente concipiat: D & ille qui tardioris ingenij eſt, & minoris meriti, rectius aliquid, veriuſq; perſentiat. Et ideo nullus quamuis ſcientia præditus, inani tumore ſibi perſuadeat, quòd poſſit collatione alterius non egere. Nam & ſi iudicium eius diabolica non fallat illuſio, elationis tamen & ſuperbiæ grauiores laqueos non euadet.

Ille fortis eſt, qui alterius ſuccũbit voluntati, cap. 13.

Sciendum etiam illum partes agere fortiores qui voluntati fratris ſuam ſubiicit voluntatem, quàm qui in defendendis definitionibus ſuis, ac tenendis pertinacior inuenitur. [Ille enim ſuſtentans ac tolerans proximum, ſani ac validi, E hic autem infirmi & quodammodo ægrotantis obtinet locum, quem ita palpari neceſſe eſt ac foueri, vt interdũ etiam à rebus neceſſariis pro eius ſalute ac pace ſalubre ſit aliquid relaxari.]

Collatio decimaſeptima, quæ eſt ſecunda abbatis Ioſeph de definitionibus, id eſt promiſsionibus, ſi ſemper ſint ſeruanda.

§. XVI.

F IOannes & Germanus cum petentes licẽtiam à patribus & fratribus ſui monaſterij viſitandi illos ſanctos Aegypti patres, vt viſa eorum conuerſatione, & doctrina audita, inde ſibi & fratribus ſuis dicti monaſterij maiorem ſpiritus profectum afferrent, ipſam licentiam obtinuiſſent ſub hac ſponſione, vt intra certum tempus eis præfixum redirent, & inſtante iam tempore reuerſionis, viderent ſe non poſſe reportare illum profectum ſpiritualem, quem intendebant, & omnino ſperabant ſe conſecuturos, ſi prolixiori tempore manerent in partibus illis ad videndum & conferendum cum patribus illis: ſuper hoc dubij & perplexi, quid horum potius eligere deberent, an propter ſolutionem promiſsi reuerti ſine illo profectu ſperato, an propter profectum illum maiorem ſponſionem frangere, quærunt à Ioſeph in huiuſmodi negotio conſilium & deciſionem: qui ei ſic reſpondit.

A C.498.

Quòd perfecti viri nihil abrupte debeant definire c. 8.

B Sanum quippe eſt, atque perfectum, noſtræque profesſioni omnino conueniens, vt ea, quæ ſub aliqua ſponſione decernimus, efficaciter impleamus. Ob quam rem nihil oportet abrupte monachum definire, ne aut id quod incaute promiſit, implere cogatur, aut conſideratione honeſtioris intuitus reuocatus, ſponſionis ſuæ præuaricator exiſtat. Sed quia nunc propoſitum nobis eſt, non tam de ſanitatis ſtatu, quàm de infirmitatis curatione tractare, quemadmodum de huius ſcrupulo pernicioſi naufragij poſſitis euadere, ſalubri eſt conſilio requirendum. Cum C ergo nullum nos coarctat vinculum, nec conditio vlla conſtringit, de comparatione ſecundarum rerum optione propoſita, id quod maioris eſt commodi pręeligatur. Cum vero aliqua diſpendiorum obſiſtit aduerſitas, in comparatione damnorum illud eſt appetendum, quod leuioribus ſubiacet detrimentis, vt à quodam dictum eſt. De maximis malis minima eligatis. Si ergo maiora ſpiritui veſtro lucra ex hac commoratione creditis conferenda, quàm illa ſint, quæ vobis de conuerſatione illius cœnobij naſcebantur, neque ſine iactura ingentium commo- D dorum poteſt conditio veſtrę ſponſionis impleri: ſatius eſt hoc vos mendacij, vel non impletæ promiſsionis ſubire diſpendium, quod ſemel præteritum nec ipſum vltra iam repeti, nec alia per ſemet poterat generare peccata, quàm in illud incidere, per quod tepidioris vitæ, vt dicitis, ſtatus quotidianus vos confodiat, atque interminabili afficiat detrimento. Veniabiliter enim immo & laudabiliter etiam definitio incauta mutabitur, ſi ad ſalubriorem tranſeat partem: nec conſtantiæ præuaricatio, ſed temeritatis emendatio credenda eſt, quoties ſponſio vitio- E ſa corrigitur.

Propoſitũ gerentis, non negotij conſiderandus effectus cap. 11.

In omnibus cauſis, non proceſſus operis, ſed voluntas operantis intuẽda eſt. Nec ſtatim quid quis egerit, ſed quo voto egerit inquirendum, ita vt nonnullos pro iis factis, de quibus bona poſtea orta ſunt, reperiamus damnatos fuiſſe, & econtrario quoſdam per reprehenſibiles actus ad ſummam perueniſſe iuſtitiam. Exempla.

Quid ſalubrius paſsione dominica, & tamen ſummæ obfuit Iudæ proditori, qui eam procurauit, econtra Iacob patriarcha ex mendacio in F patrem reportauit benedictionem.

An licitũ ſit frangere promiſſionem c. 15.

Pſal. 5.

Et quia fractio promiſsionis videtur pertinere ad mendacium, & de mendacio dicitur in pſalmo, Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, ſcilicet morte æterna, hinc quærit Germanus, quomodo ſit licitum frangere promiſsionem, cùm hoc ſit contra ſcripturam ſacram. Ad quod reſpondet Ioſeph dicens.

Occaſiones cauſæque perditionum, iis qui

A.C. 400. periuri ſunt, immo iis qui perire deſiderant, A deeſſe non poſſunt. Neque enim abiiciẽda ſunt teſtimonia ſcripturarum, ac de corpore ſuo penitus abſtrahenda, quibus vel hæreticorum prauitas animatur, vel Iudæorum infidelitas obdurarur, vel tumor gentilis ſapientiæ offenditur, ſed vtique pie credenda, & immobiliter ſunt tenenda, & ſecundum veritatis regulam prædicanda.

Sancti mẽdacio tanquã helleboro vſi ſũt, ca. 17.

ᵃ Itaque taliter de mendacio eſt ſentiendum, atque ita vtendum, vt natura ei inſit hellebori, B quod ſi imminente exitiali morbo ſumptũ fuerit, fit ſalubre. Cęterum ſi abſque ſummi diſcriminis neceſsitate ſit perceptum, pręſentis exitij eſt. Quando ergo graue aliquid de veritatis confeſsione diſcrimen imminet, tunc mendaciorũ ſunt recipienda perfugia, ita tamen vt reatu humilis conſcientiæ mordeamur ſalubriter. Vbi autem nulla conditio ſummæ neceſsitatis incũbit, omni cautione velut mortiferum eſt vitandum mendacium.

a 1. Reg. 21.
b Gen. 27.
c Ioſ. 2.
d 2. Reg. 16.

Ad hoc inducit multa exempla, quibus repe- C riuntur ſancti viri vſi fuiſſe mendacio, vt ᵃ Dauid ab Abimelech, & ᵇ Iacob ad patrem Iſaac, & ᶜ Raab Hierichontina, & ᵈ Chuſi ad Abſalon.

a 1. Reg. 21.

Inducit etiam exempla ſimulationum factarum, quæ pertinere videntur ad mendacium, vt ᵃ Dauid cum ſe ſimulauit fatuum coram Achis.

b Act. 21.
c 1. Cor. 9.
d Gen. 42.
e 3. Reg. 3.

Et ᵇ Paulus cum de conſilio Iacobi in Hieroſolymis fuit vſus in obſeruatione legalium, qui raſo capite ſacrificium offerens cum aliis intrauit in templum, quaſi legem obſeruans. Et cum ait. ᶜ Factus ſum Iudæis tãquam Iudæus, iis qui D ſine lege tanquam ſine lege eſſem. Omnia omnibus factus ſum, vt omnes lucrifacerem, conformans, ſcilicet ſe moribus eorum. ᵈ Ioſeph quoque patriarcha fratribus dixit eos eſſe exploratores. Et ᵉ Salomõ ſimulauit ſe decernere vt infans diuideretur.

a Ion. 3.
b 4. Reg. 20. Iſa. 38.
c Gen. 19.

Addit etiam Deum, & angelos & ſanctos mutare promiſſa, & non implere, vt patet in Niniue cum ait. ᵃ Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. ᵇ Et denunciatione mortis Ezechiæ regis, & ᶜ de angelis, qui inuitati à Loth dixerunt ſe velle in platea manere, & tamen intrauerunt in domum eius. Et Petro qui dixit. ᵈ Non lauabis mihi pedes. Et Paulo, ᵉ qui promiſit Corinthiis ad eos accedere, & non fecit. Ex quibus videtur & nos ſine peccato poſſe non ſeruare promiſſa. A.C. 400.

d Ioã. 13.
e 1. Cor. 16.

In quib. immobilis ſit tenẽda definitio & in quibus reſcindẽda. ca. 25.

Denique concludit Ioſeph, quòd illud quod dictum eſt ſuprà, nihil id eſt oportere monachũ definire, id eſt firmiter proponere, non de principalibus mandatis, ſine quibus non poteſt noſtra ſalus conſiſtere, iſta decernimus, ſed de iis quæ ſine periculo ſtatus noſtri, vel relaxare vel tenere poſſumus, vt puta de remiſſo rigore ieiunij, de vini vel olei perpetua abſtinentia, de progreſſu cellæ penitus cohibendo, de lectionis ſeu meditationis inceſſabili iugitate, quæ ſine iactura profeſsionis ac propoſiti noſtri, & exerceri cum libuerit poſsint, & cum neceſſe fuerit irreprehenſibiliter prætermitti. Cæterum ſuper obſeruantia illorum principalium mãdatorum conſtantiſsime definiendum eſt, ac pro iis mors ſi neceſſe fuerit, non vitanda, [pro quibus immobiliter eſt dicendum, iuraui & ſtatui.] Quod fieri debet pro cuſtodia caritatis, ſimiliter & caſtimoniæ puritate, pro fide, pro ſobrietate atque iuſtitia. [De illis vero corporalibus exercitiis, quæ ad modicum dicuntur eſſe vtilia, ita eſt vt diximus ſtatuendum, vt ſi qua ſuperuenerit certior pietatis occaſio, quæ illa ſuadeat relaxari, ſuper his nulla lege teneamur, ſed prætermiſsis eis ad vtiliora libere tranſeamus. In illis enim corporalibus exercitiis, ſi pro tempore relinquantur periculum non eſt, ab his vero vel ad momentum declinaſſe mortiferum eſt.

D Et idcirco nihil debet abrupte monachus ſuper his duntaxat, quæ ad corporales exercitationes pertinent definire, ne aduerſarium ad impugnationem eorum, quæ velut ſub legis obſeruatione cuſtodit, magis incitans, citius ea violare cogatur. Præfigens ſiquidem ſibi legem vnuſquiſque ſub libertatis gratia conſtitutus ne pernicioſa ſemetipſum obliget ſeruitute, vt etiã quæ licite præſumere potuiſſet, ſi neceſsitas fortaſſe compulerit, velut tranſgreſſor percipere compellatur cum præuaricatione peccati. Vbi enim non eſt lex nec præuaricatio, Rom. 4. No- E tandum, quod concluſio optima eſt. Sed eorum, quæ dicta ſunt ſuprà, quędam non ſunt vera ſecundum ſentẽtiam, ſcilicet ſanctorum, quędam diminute & confuſe dicta. Nam quod dixit aliquãdo ob magnam vtilitatem, vel neceſsitatem licere dici mendacium, hoc nõ eſt verum. Nam ſemper eſt peccatum ſecundum Auguſt. 12. q. 2. primum in fi. Nec vere poteſt aliquis eſſe perplexus, vt cogatur dicere mendacium, 22. q. 2. faciat, & 13. diſt. nerui. in glo. Similiter quod Iacob dicendo ſe eſſe Eſau excuſatur à mendacio, 22. q. 2. quæritur §. Item opponitur, & iſte dicit F mendacium illud fuiſſe. Item videtur dicere extra neceſsitatem mendacium eſſe mortale peccatum, quod verum non eſt ſemper, ſed ſolum cum eſt pernicioſum, vt 22. q. 2. primum. Item quia æquiparat ſimulationem mendacio, quę tamen eſt diuerſa. Nam cum ſit ſimulatio in operibus, poteſt eſſe aliquando ſine peccato: cum ſcilicet fit ob aliquam iuſtam vtilitatem, non ad nocumentum, ſed mendacium nunquam eſt ſine peccato

Augu. de mẽdacio cap. 14. & contra mend. ca. 17.

An mẽtiri viro Chriſtiano liceat.

a Eadem pene vſus eſt ſimilitudine Plato in 3. de republ. & Origenes in 6. lib. Stromatum. Ceterũ quamuis nonnulli ex ſacris doctoribus exiſtant, qui mentiri aliquando viro Chriſtiano permittãt, potior tamen eſt Auguſt. in lib. de mendacio ad Conſentium. cap. 5. & contra mendacium cap. 2. & epi. 8. ad D. Hier. & D. Thom. in 2. 2. q. 110. a. 3. & in 3. diſt. 38. a. 3. ſententia, quam etiam ſequitur D. Anton. infra hoc eodem §. & in 2. par. ſum. tit. 10. cap. 1. §. 1. nimirum omne mendacium, ſiue illud officioſum ſit, ſiue iocoſum, eſſe peccatum: pro quib. etiam facit Innocentius 3. in Decret. lib. 5. tit. 19. de vſuris cap. 4. vbi dicit in ſcriptura ſacra prohiberi, ne quis pro alterius vita mentiatur. Vide præter nominatos auctores etiam Alphonſum à Caſtro de hæreſibus in verbo mendacium, & Sixtum Sen. lib. 5. Bibliot. annot. 107. infra item cap. 8. ante §. 1. Mendacium ſiue pro bono ſiue pro malo proferatur, peccatum dicitur.

A.C.400. peccato. In exemplis, quæ ponuntur, aliqua cum A peccato fuerunt, aliqua ſine peccato in ſimulationibus & locutionibus, quæ videntur mendacia [& tamen non ſunt.]

Collatio decimaoctaua, eſt abbatis Piamonis, qua tractat de diuerſis generibus monachorum.

§. XVII.

ET ſciendum quòd iſtam cum ſex ſequentibus deputauit, & dedicauit Iouiniano, Leótio, & Theodoro. Iſte igitur venerabilis pater B Piamon, ſuſcepiis Iuan. Caſ. & Germano humane, & percepta cauſa eorum acceſtus ad loca illa viſitanda, ſcilicet ob deſiderium perfectionis ſic exorſus eſt.

Quomodo iuniores monachi exemplo ſeniorum debeant erudiri. c. 6.

Quiſquis hominum, ô filij, cuiuſlibet artis peritiam aſſequi concupiſcit, niſi omni cura & vigilantia eius, quam noſſe deſiderat, ſe diſciplinæ ſtudiis mancipauit, atque perfectiſsimorũ quorumcumque opificij vel ſcientiæ magiſtrorum præcepta atque inſtituta ſeruauerit, fruſtra inanibus vutis eorum ſimilitudinem exoptat attingere, quorum curam atque induſtriam detrectat C æmulari.

Quamobrem ſi vos, (quemadmodum credo) Dei cauſa ad æmulationem noſtræ agnitionis attraxit, omnibus inſtitutis, quibus illic primordia veſtra præuenta ſunt, penitus abdicatis quæcunque ſeniores noſtros agere vel tradere videritis, ſumma humilitate ſectâini. Neque vos moueat, aut ab imitatione diuertat ac retrahat, etiã ſi vobis ad præſens alicuius rei vel facti ratio, vel cauſa non liqueat. Quia eos, qui bene de cũctis, ac ſimpliciter ſentiunt, & vniuerſa, quæ à ſenioribus tradi geriue perſpexerint, fideliter D imitari magis, quàm diſcutere ſtudent, per operis experientiam, etiam ſcientia rerum omnium ſubſequetur. Cæterum ratione veritatis penetrabit, quiſquis à diſcutione cœperit erudiri, quia videns eum inimicus ſuo potius quàm patrum iudicio confidentem, facile in illud propellet, vt etiam illa, quæ maxime vtilia & ſaluberrima ſunt, ſuperflua ei videantur & noxia.

Monachorum tria ſunt genera in Aegypto. ca. 4.

Ordo itaque atque principium profeſsionis noſtræ, quemadmodum vel vnde deſcenderit primum debetis agnoſcere. Tria ſunt in Aegypto E genera monachorum, quorum duo ſunt optima. Tertium tepidum, atque omnibus modis euitandum. Primum eſt Cœnobitarum, ſcilicet in cõgregatione manentium, qui ſub vnius ſenioris iudicio gubernantur. Secundum eſt Anachoritarum, qui prius in cœnobiis conſtituti, atque in actuali conuerſatione perfecti, ſolitudinis elegere ſecreta. Tertium reprehenſibile eſt Sarabaitarum. Itaque cœnobitarum diſciplina à tẽpore prædicationis apoſtolicę ſumpſit exordiũ. Nam talis exiſtit Hieroſolymis omnis illa multitudo credẽtium, de quibus dicitur, quòd erat F in eis cor vnũ, & anima vna in domino. Et erãt eis omnia communia, nec aliquis propriũ poſſidebat. Anachoritæ ab Helia, poſtea à Ioanne Baptiſta, deinde à Paulo primo eremita, & Antonio habuerunt originem. Sarabaitæ vero ab Anania & Sapphira, quos Petrus apoſtolus morte mulctauit. Et quia de his tribus generibus dictum eſt in præcedenti capitulo, ſcilicet de A.C.400. moribus eorum, ideo hic nil vltra.

Quærenti Germano, quomodo patientia & mentis tranquillitas poſsit acquiri, reſpõdit Piamon. Patientia & mentis tranquillitas abſque profunda cordis humilitate non acquiritur, nec tenetur. Quæ ſi de hoc fonte deſcenderit, nec beneficio cellæ, nec profugio ſolitudinis indigebit. Cæterũ ſi moueamur ab aliquo laceſsiti, certum eſt in nobis non eſſe humilitatem firmiter ſtabilitam. a A paſsionibus enim, ac ſuſtentatione patientiam dici nullus ignorat. Ideo cõ- B ſtat patientem neminem pronunciari poſſe, niſi eum, qui vniuerſa, quæ ſibi fuerint irrogata, abſque indignatione tolerauerit. Huius autem perfectæ patientiæ duo ponit exempla notabilia.

Primum eſt de quadam nobili matrona, quæ affectans ſummopere ad patientiæ perfectionẽ attingere, acceſsit ad beatum pontificem vrbis illius Athanaſium, rogans, vt concederet ſibi vnam ex viduis, quæ illo tempore ab Eccleſia, vt religioſæ nutriebantur, & ita eam ſuſtentaret. Cui acquieſcens epiſcopus, concedi ei fecit vnam ex illis, cæteris religioſiorem, & humilio- C rem. Hanc illa domum adducens cum inueniret in omnibus obedientiſsimam & humillimã, reduxit eam ad epiſcopum dicens. Rogaui pater ſanctæ, mihi concedi vnam, quam ego reficerem, & cui morigeris obſequiis famularer: quam autem dediſti mihi, huic ego non ſeruio. Intelligens autem epiſcopus propoſitum ſuum ſanctum, ſibi dari fecit vnam turbulentam, ſuperbam, & dyſcolam. Quæ in domum eius adducta, quæ ſibi imperabantur, contraria agebat, improperiis & contumeliis aliquando matronam illam impetens, quæ omnia patienter, D quinimmo & gaudenter tolerabat, gratias agẽs epiſcopo, quòd talem ei dediſſet, quæ eam reficeret, patientiam per eam addiſcendo.

De patientia abbatis Paphnutij c. 13.

Aliud exemplum ponit de Paphnutio, qui cum in adoleſcentia propter virtutes ſuas eſſet in celebri opinione apud ſeniores, quidam inuidiæ ſtimulis ductus, vt denigraret eius famam eo ad eccleſiam profecto, intrauit clam cellam eius, & inter palmas, è quibus plectas faciebat, poſuit codicem ſuum, quaſi eum ſibi furatus eſſet. Exinde accedit ille inuidus ad Eccleſiam, vbi patres omnes erant ad diuina congregati E officia. Quibus expletis coram ſenioribus posuit querelam in iudicio de libro ablato. Ex quare cum omnes horrori haberent facinus tãtum admiſſum, inſtigat malignus ille aliquos probos mitti ad perquirendum in cellis ſingulorum. Quod cum factum fuiſſet, inuentus eſt liber, vbi ille poſuerat, & adductus coram omnibus in eccleſia. Videns autem Paphnutius excuſationẽ ſuæ innocentiæ non admittendam, cum in cella ſua eſſet liber repertus, veniam petiit, & ab abbate poſt duram increpationem pœnitentia in- F iungitur. Quam humiliter ſuſcepit, rogans ta-

a Patientia græce in ſacris præſertim libris ὑπομονὴ dicitur, ſicut igitur nomen patientia à verbo patior: ſic ὑπομονὴ ab ὑπομένω, quod eſt ſubtus maneo & ſuſtento, deducitur. unde hoc loco à paſsionibus & ſuſtentatione patiẽtiam dici Caſſianus refert.

A.C. 400. men dominum ob ſcandalum remouendum à A mentibus aliorum de tanto crimine ſibi impoſito, vt innocentiam ſuam oſtenderet, quod & factum eſt. Nam ille malignus intra quindenam arreptus à diabolo, clamabat ſe illud malitioſe feciſſe. Nec potuit à dæmone liberari per beatum Iſidorum abbatem cunctorum, qui in huiuſmodi habebat gratiam, ſcilicet dæmones expellendi, nec per alium ſanctum, ſed ſolum per orationem Paphnutij, ſicque famam recuperauit.

Collatio decimanona eſt abbatis Ioannis de comparatione vitæ cœnobiticæ ad vitam anachoreticam. B

§. XVIII.

De cœnobio abbatis Pauli. cap. 1.

IOan. Caſsi. Poſt dies paucos maioris doctrinæ deſiderio pertrahête, ad abbatis Pauli cœnobium ſumma ſpiritus alacritate perreximus: vbi licet pluſquam ducentorum fratrum numerus moraretur, reperimus antiquiſsimum ſenem nomine Ioannem, cuius verba pariter & humilitatem quibus ſanctis omnibus præminebat, nequaquam ſilendam cenſemus: ſcientes C eum hac maxima perfectione viguiſſe, nec ad illam ſublimitatem nos poſſe conſcendere, qui non dicam vſque ad ſenectutem, ſed vix biennio ſubiectionis iugum ſuſtinere contenti, ad præſumptionem noxiæ libertatis protinus euolamus, vt non patientiæ fructum ediſcere, ſed tempus adipiſcendæ licentiæ expectare videamur. Aetatem primum & gratiam viri, qua erat præditus, admirati, demiſſo in terram vultu precari cœpimus, vt nobis pandere dignaretur, quam ob cauſam relicta eremi libertate, & illa profeſsione ſublimi, qua eum præ cæteris eiuſ- D dem vitæ viris fama celebrauerat, cœnobij iugum ſubire voluiſſet. Ille velut imparem ſe anachoreticæ diſciplinæ, & ſublimitate tãtæ perfectionis indignum, ad iuniorum ſcholas ſe reuertiſſe dicebat. Cuius reſponſionis humilitatẽ cum refragatio noſtræ deprecationis excluderet, ad extremum ſic exorſus eſt.

Reſpõſ. abbatis Ioannis cur eremum reliquiſſet, cap. 3.

Anachoreticam diſciplinam, quam me deſeruiſſe miramini, nõ ſolum non reſpuo, nec refugio: ſed tota potius deuotione complector, atq; ſuſcipio. In qua poſt triginta annos, quos etiam in cœnobij congregatione trãſegeram, ita alios E viginti expleſſe me gaudeo: vt inter eos, qui eam vel mediocriter appetebant, non vſquequaque ſegnitiei notarer. Sed quia deguſtata eius puritas ſollicitudine interdum carnalium rerum interpollata ſordebat, recurrere ad cœnobium cõmodius viſum eſt, vt & promptior arrepti propoſiti planioris conſummatio ſequeretur, & minus de præſumpta ſublimioris profeſsionis humilitate periculum. Melius eſt enim deuotũ in minoribus, quàm indeuotum in maioribus promiſsionibus inueniri. Et idcirco ſi quid ela- F tius, immo liberius fortaſſe protulero, quæſo vt non iactantiæ vitio, ſed ædificationis veſtræ ſtudio depromptum cenſeatis.

De virtute ipſius in vita anachoretica ca. 4.

Si quis igitur alius ſecretis eremi delectatus, obliuioni tradere potuit humana conſortia, ego quoque id domino largiente aſſecutum me, vel certe aſſequi adnixum fuiſſe fateor. Itaque pro

A Domini noſtri Ieſu Chriſti munere, memini me A.C. 400 in huiuſmodi raptum frequenter exceſſum, vt obliuiſcerer me ſarcina corporeæ fragilitatis indutum, mentémque meam ita omnes exteriores ſenſus ſubito reſpuiſſe, & à cũctis materialibus rebus exulaſſe modis omnibus, vt neque oculi, neque aures meæ proprio fungerentur officio, & ita diuinis cogitationibus replebar, vt cibum ſæpe ad veſperam me recepiſſe neſcirem, ac die ſequenti de heſterni abſolutione ieiunij penitus dubitarem. Cauſas autem, quare illam ſolitariã vitam deſerere maluerim, breui oratione per- B ſtringam.

Ponit cauſas quare reliquerit vitam ſolitariã. cap. 5.

Quamdiu igitur maioribus remoti ſecretis, frequentiſsime ad cœleſtes illos rapiebamur exceſſus, nec tanta viſitantium fratrum irruens multitudo parandæ humanitatis neceſsitate, ſenſus noſtros ingentium curarum diſtentionibus aggrauabat, ſolitudinis plane ſilentia tranquilla & illam conuerſationem angelicæ beatitudini comparandam, inſatiabili deſiderio, ac toto animi ardore ſectatus ſum. Sed cum (vt dixi) maior numerus fratrum habitationem illius ſolitudinis cœpiſſet expetere, & coanguſtata vaſtio- C ris eremi libertate, non modo ignem illum diuinæ contemplationis frigere feciſſet: ſed etiam multis modis mentem carnalium rerum vinculis impediſſet, elegi potius huius diſciplinæ vtcunque implere propoſitum, quàm in illa tam ſublimi profeſsione, carnalium neceſsitatum prouiſione torpere, vt ſi in illa libertas, ac ſpiritu-ales denegantur exceſſus, abiecta tamen craſtinæ diei ſollicitudine penitus euangelici me Mat. 6. præcepti conſummatio conſoletur. Et id, quod mihi de illa theorica ſublimitate ſubtrahitur, hac obedientiæ ſubiectione compenſetur. Mi- D ſerum namque eſt, cuiuſlibet artis ac ſtudij diſciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem eius nunquam peruenire.

Cœnobiticæ vitæ cõmoda, cap. 6.

Quamobrem quantis nunc in hac conuerſatione perfruar commodis, breuiter explicabo. In hac vtique conuerſatione diuini operis nulla prouiſio venditionis, vel exemptionis nulla diſtentio, non annui panis ineuitabilis cura, nõ ſollicitudo corporalium rerum, qua non tãtum propriis, ſed etiam multorum aduenientium vſibus neceſſaria præparantur. Nulla arrogantia laudis humanæ, quæ immundior his omnibus E in conſpectu Dei etiam magnos eremi labores nonnunquam euacuare conſueuit. Relaxatio quoque auſteritatis in victu, concurſuſque fratrum, ſuſceptionis quoque & deductionis officia, mutuæ viſitationes, diuerſarúmque confabulationum atque occupationum interminabilis cura, illam libertatem, & ſpiritus alacritatem anachoreſeos refrixerunt. Poſtremo & ſi mihi in cœnobio conſtituto nonnihil ab illa puritate cordis anachoretica fuerit diminutum, ero ſolius præcepti euangelici compenſatione contẽ- F tus, ſcilicet vt [a] de craſtino nihil cogitem, & vſ- a Mat. 6. que ad finem ſubiectus abbati, illum aliqualiter videar æmulari, de quo dicitur. [b] Factus obe- b Phil. 2. diens vſque ad mortem, merearque illius verba humiliter dicere: quia [c] non veni facere volun- c. Ioan. 6. tatem meam, ſed eius qui miſit me patris.

Interroganti, quis ſit finis vitæ cœnobiticæ, & quis eremiticæ, reſpondet Ioan. Vnum eundémque

A.C.400. A.C.404.

deinque hominem in vtraque profeſsione eſſe A mente confugerint. Ideoque noſſe debemus, perfectum non poſſe, abſolute pronunciare potuiſſemus, niſi paucorum admodum retardaret exemplum. Magnum ſiquidem eſt, in qualibet earum conſummatum quempiam reperire: quátomagis ad plenum vtramque perficere arduũ, ac pene, vt ita dixerim, impoſsibile nobis eſſe perſpicuum eſt. Quod tamen ſi quando quiſquam ad hoc peruenerit, non ſtatim ad generalem formulam referri poſſunt. Non enim de cõſideratione paucorum, ſed ex iis, quæ multorũ, immo omnium ſubiacet facultati, vniuerſalis eſt regula proponenda. Si qua vero rariſsime, & à pauciſsimis obtinentur, velut ſupra conditioné humanæ fragilitatis, naturámque conceſſam, à B præceptis generalibus ſunt ſequeſtranda, nec tã pro exemplo, quàm pro miraculo proferenda. Finis igitur cœnobitæ eſt, omnes ſuas mortificare & crucifigere voluntates, ac ſecundum euangelicæ perfectionis ſalutare mandatum, nihil de craſtino cogitare. Quem vitum Eſaias deſcribens laudat cum ait: Si auerteris à ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam, [in die ſancto meo, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem, tunc delectaberis ſuper dominum, & ſuſtollam te ſuper altitudiné terræ, & cibabo hæreditate Iacob patris tui.] Eremitæ vero perfectio eſt, exutam menté à cunctis habere terrenis, eamque quantum humana imbecillitas ſinit, vnitam tenere cum Chriſto. Quem virũ Hieremias deſignans ait. Beatus qui tulit iugum ab adoleſcentia ſua ſedebit ſolitarius, & tacebit, & leuabit ſe ſuper ſe. [Is autem vere & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in vtraque profeſsione cõſummatũ inuenire difficile eſt.] Vtramque tamen vitam & D cœnobiticam & eremiticam abbatem Moyſen, & Paphnutium, duóſque Macharios nouimus perfecte poſſediſſe.

Paucorũ exempla regulam nõ faciũt

Mat. 6. Iſa. 58.

Threo. 3.

ad solitudinem, vel ad alia abdita loca nondum curatis vitiis ſecedamus: effectus eorũ tantummodo reprimatur, non extinguatur affectus. Latitat enim intra nos, immo etiam ſerpit inter nos radix omnium, quæ extirpata non fuerint, peccatorum. Quam adhuc in nobis deprehendimus viuere his indiciis, verbi gratia. Cum in ſolitudine conſtituti, aduentum fratrum vel breuiſsimam eorum moram cum quadam animi æſtuantis anxietate ſuſcipimus, ineſſe adhuc in nobis viuaciſsimum impatientiæ fomitem nouerimus. Item ſi fratre vel codicem ad legẽdum, vel quamlibet aliam ſpeciem ad vtendum poſtulante, aut nos petitio illius contriſtauerit, aut illum negatio noſtra repulerit, dubium non eſt nos adhuc auaritiæ vitio ſeu philargyriæ laqueis compediri. Quod ſi recordationem fornicnæ nobis, vel cogitatio ſubita; vel ſacræ ſeries lectionis attulerit, & in ea quadam nos ſenſerimus titillatione pulſatos, ſciamus in nobis necdum extinctum fornicationis ardorem. Si vero de comparatione diſcretionis noſtræ, & remiſsionis alienæ vel tenuiſsima mentem noſtram tentauerit elatio, certum eſt nos dira ſuperbiæ peſte corruptos. Et ita vniuſcuiuſque vitij ra- C dices in ſe eſſe defixas, certis etiam ſolitarius deprehendet indiciis, quiſquis puritatem ſuam non hominibus oſtentare, ſed Dei conſpectui ſtuduerit exhibere.

Interrogante Germano de remediis harum paſsionum, reſpondet Ioannes dicens. Cum impatientiæ ſeu iræ perturbationibus incurſari, illis quæ ſupra diximus, indiciis vnuſquiſque deprehenderit, contrariis ſemetipſum obiectionibus ſemper exerceat, & propoſitis ſibi multimodis iniuriarum diſpendiorúmque generibus velut ab alio ſibimet irrogati, aſſuefaciat mentem ſuam omnibus, quæ inferre improbitas poteſt, perfecta humilitate ſuccumbere, atque aſpera ſibi & intolerabilia frequenter opponens, quanta eis debeat occurere lenitate, omni iugiter cordis contritione meditetur. Et ita reſpiciens ad illas ſanctorum omnium, ſiue ipſius domini paſsiones, vniuerſa non ſolum conuitiorũ, ſed etiam pœnarum genera inferiora meritis ſuis eſſe pronuncians, ad omnem dolorum ſe tolerantiam præparabit.

Quomodo ſanarĩ poſsint ſolitarij vitia, ca. 14.

Solent autem nonnulli ita diuturno ſilentio efferati ſolitudinis, vt prorſus hominum conſortia perhorreſcant. Et cum vel paululum à ſecreti ſui conſuetudine interueniente fratrum viſitatione diſceſſerint, notabili mentis angore & euidentibus puſillanimitatis indiciis æſtuare, quod maxime iis euenire conſueuit, qui nõ perfecte in cœnobiis inſtituti, nec excoctis prioribus vitiis, ad ſolitariam ſe vitam immaturo E deſiderio tranſtulerunt, qui in vtraque parte imperfecti ſemper ac fragiles, quocunque aura cõmotionis impulerit, inclinantur.

De his qui imperfecti eremum petunt. c. 10.

Interrogante Germano qualiter ſolitarie cõmotantes, perfectionem longanimitatis & patientiæ acquirant, & quemadmodum has virtutes adeſſe, vel deeſſe, in nobis poſsit deprehendi. Reſpondit Ioannes. In veritate quærentibus medicinam, remedia curationum ab illo veriſſimo animarum medico deeſſe non poſſunt, iis præſertim, qui valetudines ſuas non deſperãdo, F aut negligendo contempſerint, nec vulnerum ſuorum pericula celauerint, aut medelam procaci mente reſpuerint, ſed pro languoribus, vel ignorantia, vel errore, vel neceſsitate cõtractis, humili tandem cautela ad cœleſtem medicum

Quomodo ſolitarius vitia ſua poſsit agnoſcere cap. 12.

Interrogante Germano vtrum ſicut iræ & triſtitiæ per obiectionem cõtrariarum rerũ medela monſtrata eſt, ita etiam cõtra ſpiritum fornicationis ſimiliter ſit pugnandum. Reſpondit Ioannes, quod non. Nam remediis aliorum vitiorum non ſolum nihil officiunt, verumetiam multum conferunt humana conſortia. Vnde & in ſolitudine conſiſtentes, cum irritationum fomes atque materia ab hominibus non poſsit exurgere, tamen earumdem incitamenta debemus etiam de induſtria retrectare, vt aduerſus ea iugi cogitationum colluctatione pugnantibus nobis medela promptior conferatur. Contra vero ſpiritum fornicationis diuerſa eſt ratio, & diſpar cauſa. Nam quemadmodum corpori vſus libidinis carniſque vicinitas, ita etiam menti memoria eius eſt penitus ſubtrahenda. Satis enim pernicioſum eſt adhuc infirmis ægriſque pectoribus, vel tenuiſsimam recorda-

Caſtitas nõ eſt inſtar aliarum virtutum exploranda cap. 16.

A.C.400. tionem huius paſsionis admittere, ita vt non- A nunquam eis etiam ſub recordatione ſanctarũ fœminarum, vel ſub ſacra lectionis hiſtoria titillationis noxiæ ſtimulus excitetur. Cuius cauſa ſeniores noſtri huiuſcemodi lectiones ſub præſentia iuniorum ſolent conſultiſsime prætерire. Perfectis igitur & affectu iam caſtimoniæ conſummatis, erit ſuper hac paſsione luxuriæ probatio, vt qui radices morbi huius ſe penitus extirpaſſe cognouerit, explorandæ gratia caſtitatis imaginationem aliquam illecebroſam mẽte concipiat, & ſi ad illecebram, quam blan- B diſsimorum tactuum quis cogitando confinxerit, nullum mentis aſſenſum, nullam commotionem carnis in ſe deprehenderit excitatam, certiſsima puritatis ſuæ capiet documenta. Cæterũ ab iis, qui adhuc infirmi ſunt, hanc examinationem non conuenit attentari. hæc Ioan. Sed nec perfectis videtur prædicta probatio exquirenda: hoc enim eſſet tentare ſeipſum, & quærere ſibi occaſionẽ peccati, ſed oblata ſibi occaſione, puta quia oportet eum legere vel audire talia, vel ſi non ſtudioſe procurante tales cogitationes occurrunt, tunc poterit de ſe experien- C tiam ſumere.

Cõſilium D. Anton. optimũ.

Collatio vigeſima abbatis Pinuphij, quæ eſt de pœnitentia & ſatisfactione, & multis modis ad remiſsionem peccatorum procurandam.

§. XIX.

HIc Pinuphius fuit tantæ humilitatis, vt cũ eſſet presbyter, & in magno monaſterio in Aegypto præſideret, fama celeberrimus, perfectione virtutum & ſignorum gratia, ne aura hu- D mani fauoris ſibi fructum laboris ſui euacuaret, clam receſsit à monaſterio ſuo, & veſtẽ laicalem induens, ad monaſterium arctiſsimæ vitæ in longinquis partibus conſtitutum accedens, petiit ibi recipi in monachum, vbi poſt multam repulſam ad portam ſibi factam, tandem receptus factus eſt ſeruitor hortulani. Qui non ſolum ſibi iniuncta cuncta diligenter faciebat, ſed & quædam neceſſaria opera, quæ propter horrorem ſui à cæteris vitabantur, de nocte clã perficiebat. Sicque tranſacto triennio, à quodã E ſui prioris monaſterij illuc adueniente recognitus, & manifeſtatus, coactus eſt redire ad ſuum regendum monaſterium. Sed non multo poſt idem ad aliud clam pergens monaſterium, ibi etiam tandem cognitus, ad ſuum reductus eſt. Pinuphius autem ad interrogationem Germani ſic reſpondit.

Quia non de pœnitentiæ qualitate, ſed de eius fine, ac ſatisfactionis indicio ſolliciti, id quod ab aliis prætermiſſum eſt diſquiritis, vt omni breuitate atque compendio propoſitionis veſtræ deſiderio ſatisfiat.

De interrogationis humilitate, ca. 4.

Pœnitentiæ plena & perfecta definitio eſt, F vt peccata pro quibus pœnitudinem gerimus, nequaquam vlterius admittamus, id eſt proponamus non committere. Indicium autem veræ ſatisfactionis & indulgentiæ eſt, affectus quoque eorum de noſtris cordibus expuliſſe. Nouerit enim vnuſquiſque, necdum ſe peccatis priſtinis abſolutum, quamdiu ſibi ſatisfactioni & gemitibus incubanti vel eorum, quæ egit, vel ſimilium criminum ante oculos imago præluſerit, eorumque non dicam oblectatio, ſed vel recordatio infeſtauerit mentis arcana.[a] Itaque tunc ſe is qui pro ſatisfactione peruigilat, à criminibus abſolutum, ac de præteritis admiſsis veniam percepiſſe cognoſcat, cum nequaquam cor ſuum eorum vitiorum illecebris ſenſerit, vel imaginatione perſtringi. Et vt hæc eadem, quæ dicta ſunt, ſignificantius exprimantur, tunc demum præterita nobis vitiorum contagia remiſſa credenda ſunt: cum fuerint de noſtro corde præſentium voluptatum deſideria, paſsionéſque depulſæ. A.C.400.

Mouente Germano quæſtionem, & prædictis quaſi obiiciendo ait. Vnde nobis gigni poterit tam ſalubris humiliationis compunctio, quæ ex perſona pœnitentis ita deſcribitur. Peccatum meum cognitum tibi feci. Et illud. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Si peccatorum noſtrorũ memoriam de cordibus noſtris excludamus, cum econtrario iubeamur tenaciter cuſtodire, dicente domino. Iniquitatum tuarum non recordabor, tu vero memento? Reſpondit Pinuphius.

An reminiſcenda ſint pro cordis cõpunctione peccata. ca. 6. Pſal. 31. Pſal. 6.

Interrogatio veſtra non de pœnitentiæ qualitate propoſita eſt, ſed de eius fine atque ſatisfactionis iudicio, ad quam congrue, vt arbitror, reſponſum eſt. Cæterum quod de recordatione peccatorum dixiſtis, vtile ſatis ac neceſſarium eſt, ſed adhuc agentibus pœnitentiam, vt cum iugi pectoris ſui contuſione proclament. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper, id eſt coram me. Dum ergo agimus pœnitentiam, & vitioſorum adhuc actuum recordatione mordemur, neceſſarium eſt, vt ignem conſcientiæ noſtræ obortus ex confeſsione culpæ lachrymarum in nobis imber extinguat. Cum vero cuiquam in hac humilitate cordis, & ſpiritus contritione defixo, atque in labore hoc, & gemitu perdurãti, horum recordatio fuerit conſopita, & conſcientiæ ſpina de medullis animæ gratia Dei miſerentis euulſa, certum eſt eum ad ſatisfactionis finem atque indulgentiæ merita perueniſſe, & ab admiſſorum criminum labe purgatum. Ad quam tamen obliuionẽ non aliàs peruenitur, niſi per obliuionem vitiorum, atque affectuum priſtinorum, & perfectam cordis, & integram puritatem. Quam ſine dubio nullus eorum

Iſa. 43. ex interpret. 70.

Pſal. 50.

a *Quæ hoc loco traduntur de cognoſcenda peccatorum ſuorum abſolutione & remiſsione, indicia quidem & coniectura eſſe poſſunt abſolutionis peccatorum: non tamen certa & neceſſaria argumenta, quibus homo ad id credendum pro certo adduci poſsit. Neminem enim niſi per diuinam reuelationem certum eſſe poſſe certitudine fidei ſibi peccata eſſe dimiſſa, conſtans eſt Catholicorum opinio, vide Canſ. in opere catech. in cap. de peccatis contra Spiritum ſanctum, quæſt. 3. & D. Thoman 1.2.q. 112. a. 5. Sot. lib. 3. de nat. & gratia c. 10. 11. & 12. & Vegam de Iuſtificatione lib. 9. qui confirmant ea quæ in Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9 & can. 12. & 13. ſunt ſancita & Sixtum item Sen. lib. 6. Bibliot. annot. 216.*

A.C. 400. rum, qui per ignauiam ſiue contemptum, vitia A ſua purgare neglexerint aſſequetur, niſi qui gemitus atque ſuſpiria ea iugitate continuans, omnem ſordium priſtinarum excoxerit labem.

De pœnitentię fructibus c. 8. Quod pluribus modis & medijs peccata dimittitur, ſic inquit Pinuphius. Poſt illam generalem baptiſmi gratiam, & illud pretioſiſsimum martyrij donum, quod ſanguinis ablutione conquiritur, multi ſunt pœnitētiæ fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur. Nō enim tantum illo ſimplici pœnitentiæ nomine ſalus
a Act. 2. æterna repromittitur, de qua Petrus ait. [a] Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata B veſtra. Sed etiam per caritatis affectum peccatorum moles obruitur. [b] Caritas enim operit mul
b 1. Pet. 4. titudinem peccatorum, inquit Petrus. Similiter per eleemoſynarum fructum vulneribus noſtris
c Eccl. 3. medicina adhibetur, quia [c] ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, ait ſapiens. Per lachrymarum quoque profuſionē,
d Pſal. 6. iuxta illud. [d] Lauabo per ſingulas noctes lectū meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Necnon per criminum confeſsionem, eorum a-
e Pſal. 31. bolitio condonatur, ſecundum illud. [e] Dixi, cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. C Per afflictionem cordis & corporis, admiſſorū
f Pſal. 24. ſcelerū remiſsio obtinetur, vnde pſalmus. [f] Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Præcipueque per emendationem morum. [g] Auferte (inquit domi-
Eſa. 1. g. nus per Eſaiam) malum cogitationum veſtrarū ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere. Et ſubditur. Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, velut nix dealbabuntur. Interdum interceſsione ſanctorum impetratur venia D
1. Ioan. 5. delictorum. Qui enim (inquit Ioannes in epiſtola) ſcit fratrem ſuum peccare peccatum, & non ad mortem, petat, & dabit ei dominus vitā peccanti non ad mortem. Nonnunquam miſericordiæ & fidei merito, ſecundum illud Per miſeri-
Prou. 15. cordiam & fidem peccata purgantur. Per ſalutem quoque ac conuerſionem eorum, qui noſtris meritis ac prædicatione ſaluātur. Qui enim conuerti fecerit peccatorem ab errore ſuæ viæ
Iac. 5. (ait Iacobus) ſaluat animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Per dimiſsio- E
Mat. 6. nem quoque offenſarum in eum factarum. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum (inquit Saluator) & pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Videtis ergo quantus miſericordiæ aditus patefecerit diuina clementia, vt nemo ſalutem cupiēs deſperatione frangatur, cum videat ſe tantis ad vitam remedijs inuitari. Hæc Pinuphius.

[a] Sed oportet ſane hoc intelligere. Nam peccatum quandoque dicitur culpa ipſa offenſa, quandoque pœna debita pro ipſo peccato. Et quantum ad culpam, principaliter & effectiue ſolus Deus indulget. [a] Egō ſolus (ait per Eſaiā) deleo iniquitates tuas. Et [b] Auguſtinus. Nemo dimittit peccata, niſi Christus, qui eſt agnus Dei tollens peccata mundi &c. de confec. diſt. 4. nemo. Ex parte autem peccatoris, ſola contritio a Iſa. 43. b Ioan. 1.

F

a Quanquam hoc Caſsiani caput pie admodum D. Anton. interpretetur, nonnulla tamen hic addenda duxi, vt magis fidei Catholicæ veritas eluceſcat. Primum igitur certum eſt Deum ſolum auctoritate ſua peccati remittendi habere poteſtatē, ſed & illud in confeſſo eſt ſacramenta nouæ legis ſacerdoteſq́; ipſa conferentes gratiam cōferre, & peccata remittere tanquam cauſas ſecundas & inſtrumentales. vt poſt D. Aug. ſup. Ioan. tract. 80. & li. 19. contra Fauſtum c. 16. tradit D. Thom. in 3. par. q. 62. ar. 1. & 4. & in 4. d. A *1. q. 1. a. 4. q. 2. & D. Anto. in 4. par. ſum. tit. 14. ca. 11. §. 1. & Sot. in 4. d. 1. q. 3. a. 1. & diſt. 20. q. 2. a. 1. quòd etiam in Conc. Florent. in doctrina de ſacram. & in Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. & 14. & ſeſſ. 6. 7. & 8 definitum eſt. Quod vero adiungitur ſolam contritionem ex parte peccatoris remittendi peccati vim habere, id etiam verum eſt, ſed huic contritioni confitendi ſatisfaciendiq́; propoſitum adſit neceſſe eſt, vt tradit ipſe D. Anton. in 3. par. huius operis cap. 7. §. 3. & in 3. parte ſummæ tit. 14. cap. 18. ante §. 1. & Sot. in 4. diſt. q. 1. a. 1. & Caiet. opuſ. 17. tom. 1. quòd etiam a Conc.* B *Trid. definitum eſt ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 4. cum verò poſtea ſubiungat, poſt Decretalem omnis vtriuſque ſexus, confeſsionem fuiſſe neceſſariam, non ſic eſt accipiendum, quaſi confeſsio ſacramentalis ab illo ſolum tempore fuerit neceſſaria, vel tum primum inſtituta. Nam illa eſt de iure diuino à Chriſto videlicet inſtituta & ſemper in Eccleſia obſeruata, vt indicat D. Thom. in 3. par. q. 64. a. 2. & in ſupplem. q. 6. a. 2. & diſerte probat Sotus in 4. diſt. 18. q. 1. a. 1. quòd definitum eſt in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. & ſeſſ. 14. can. 3. Vide item Vegam de Iuſtificatione lib. 13.* C *cap. 28. Cæterum celeberrima illa decretalis, nihil aliud, quàm tempus, in quo mandatum illud Chriſti ſit adimplendum, præfinivit. Sicut enim abſurdum eſt dicere communionem ſacram in hac ipſa Decretali inſtitutam fuiſſe, quamuis ea communicandi tempus ſtatuerit: ſic ſane à vero abhorret aſſerere ſacram tunc fuiſſe inſtitutam confeſsionem, quamuis ibi tempus confitendi fuerit determinatum. Quod item decretum eſt in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 8. Quod denique addit* D *D. Anton. tempore Caſsiani in opinione fuiſſe talem materiam, intelligendum non eſt de ſecreta apud Sacerdotem confeſsione nunquam enim de ea apud Catholicos dubium fuit, quin ea eſſet ad ſalutem neceſſaria. vide quæ ſupra tit. 10. cap. 6. §. 6. & cap. 7. §. 3. & alias ſæpe annotauimus. ſed hoc ad confeſsionem publicam, & quaſi theatricam eſt referendum, vt ait etiam D. Antonin. Paulo ante a Nectario Conſtantinopolitano Epiſcopo Conſtantinopoli abrogatam fuiſſe Sozomenus tradit lib. 9. hiſtoria Tripar. ca. 36. Quare* E *quæcunque hæretici ex D. Chryſoſt. colligant cōtra ſacram peccatorum confeſsionem, non de cōfeſsione ſecreta apud ſacerdotem ſunt intelligenda, ſed de publica, & de ea quæ fiebat in conſpectu totius populi, vt aperte docēt Six. Sen. li. 5. Biblioth. ſan. ann. 175. & Vegas de Iuſtif. lib. 13. cap. 29. De eadem quoque publica confeſsione intelligenda eſſe Caſsiani verba ſatis hæc ſequentia indicant. Qui ſcilicet Deus & abſque vllius verecundiæ publicatione curare, & ſine improperio peccata donare cōſueuerint. vbi hæc notātur* F *quæ in publica manifeſtatione peccatorum, non autem in ſecreta confeſsione eueniunt.*

A.C. 400.

Ezech 18

mediante gratia ſecundum illud Exechielis, in A quacunque die peccator conuerſus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor, ait dominus. Quantum vero ad pœnam temporalem debitam pro peccatis, ſic omnia prædicta valent ad remiſſionem peccatorum, id eſt pœnarum debitarum pro peccatis. Et hoc intelligendum, ſi fiant in ſtatu gratiæ. Nam facta in mortali, ad illud non valent, ſed diſpoſitiue ad remiſſionem mortaliũ, id eſt vt per illa quis diſponatur, & habilitetur ad gratiam, & veram contritionem, vt dicitur de pœnit. diſtinctio 5. Falſas. B

Pſal. 50.

Et infra inquit Pinuphius. Si verecũdia retrahente, reuelare ea coram hominibus erubeſcis, illi, quem latere non poſſunt, confiteri ea iugi ſupplicatione non deſinas, ac dicere ei. Quoniã iniquitatem meam ego cognoſco. Et hoc etiam ſane intelligendum, quia poſtquam emanauit illa decretalis. Omnis vtriuſque. de pœn. & re. neceſſe eſt confiteri, ſi habet copiam, & poteſt. Tempore autem Ioan. Caſ. erat in opinione talis materia, videlicet ſi eſt neceſſaria confeſſiõ fienda ſacerdoti, vel poteſt hoc intelligi de publica confeſſione, quæ fiebat à religioſis ad C mortificationem.

Qui vitiis ſit obliuio peccati ca. 9.

Et ſubdit Pinuphius. De induſtria ergo præteritorum peccatorum memoriam retractare, hoc fieri penitus non oportet: quinimmo etiam ſi violenter obrepſerit, protinus extrudatur. Dum enim incolis ea, quæ ſecundum principem ſeculi huius, ſiue per ignorantiam, ſiue laſciuiam cõmiſiſti, vt cõcedam tibi, quod in hac cogitatione poſito oblectatio nulla ſubrepat: certe antiquæ putredinis vel ſola cogitatione, neceſſe eſt, vt tætro mentem fœtore corrumpat, & ſpiritualem virtutum fragrantiam, id eſt ſuauitatem boni odoris corrumpat. D Cum igitur præteritorũ memoria vitiorum pulſauerit ſenſum, ita ab ea reſiliendum eſt, ſicut refugit vir honeſtus & grauis: ſi impudicæ & procacis fœminæ in publico aut colloquiis aut amplexibus appetatur. Solet enim frequenter accidere, vt dum ſuos, vel aliorum lapſus impetitorum quiſpiam miſerantis tractat affectu, ipſe etiam ſubtiliſſimi teli voluptario perſtringatur aſſenſu, & vitium ſub ſpecie pietatis exortum obſcœno ac noxio fine claudatur. Quapropter ſtudendum eſt nobis, vt virtutum potius appetitu & deſiderio regni cœlorum, E quam noxiis vitiorum recordationibus noſmetipſos ad laudabilem compunctionem prouocemus.

De ſatiſfactionis indicio. cap. 10.

Nullus tamen obtinere poſſe ſe credat, motus & affectus peccatorum de cordibus amputari, niſi cauſas & materias ſeu occaſiones, pro quibus in crimina eſt prolapſus; omni ſpiritus ſui feruore ſucciderit, puta ſi in fornicationem lapſus eſt ex mulierũ familiaritate, ipſarum etiã deuitet aſpectum, & ſic de aliis.

Verùm iſta prædictæ obliuionis definitio, F ſuper capitalibus ſit criminibus tantum conſtituta, (adde & præcipue de vitiis carnalibus) quia talia in particulari cogitata excitant ſenſitiuam ad concupiſcentiam. Cæterum ab his mi-

Prou. 24.

nutis, in quibus ſepties in die cadit iuſtus, vt ait Salomon in prouerb. & reſurgit, nunquam deerit pœnitudo. Septies dictum eſt, quia aut per A ignorantiam, aut per obliuionem, aut per cogitationem, aut per ſermonem, aut per obreptionem, aut per neceſſitatem, aut per fragilitatem carnis ſingulis diebus, vel inuiti, vel volentes frequenter [peccata] incurrimus. Tanta enim in his facilitate, tanquam naturali lege prolabimur, vt quantalibet circũſpectione atque cuſtodia caueantur, non poſſint [ad plenum] iſta vitari. A C 400.

Collatio vigeſimaprima abbatis Theonæ de ieiunio Quadrageſimæ, & remiſſione ieiunij in quinquageſima poſt Paſcha. B

§. XX.

Theonas Ioanni abbati decimas offerebat cap. 2.

HIc Theonas, vt dicit Ioan. Caſ. cum eſſet in adoleſcentia conſtitutus, ordinatione ſuorum parentum vxorem duxit, & per quinquennium cum ea permanſit. Cum autem quadam die cum cæteris laicis decimas & primitias fructuum abbati Ioanni diacono obtuliſſent, dictus abbas multa monita ſalutis eis dedit, oſtendens, quod per oblationem ſeu ſolutionem decimarum temporalium ſolum, non conſequa- C tur quis euangelicam perfectionem, & inter cætera ait.

Itaque ſi etiam ij qui decimas fructuũ ſuorũ fideliter offerentes, præceptis domini antiquioribus famulantur, nec dum poſſunt ad euangelicum culmen aſcendere: illi qui ne hæc quidem faciunt, quantum ab eo abſint, manifeſtiſſime peruidetur. Nam quemadmodum poterunt euãgelicæ gratiæ eſſe participes, qui conſummare etiam leuiora legis præcepta contemnunt: cum ea mandata etiam non impleantur, quæ proponuntur? Qui ergo vocationi & gratiæ Chriſto D condignos exhibet fructus; ſcilicet perfectionis euangelicæ, illud adimplet. Vade & vende omnia quæ habes, & ſequere me.

Theonas cõiugem ſuam, cui nõ potuit continentiam perſuadere, deſerit. ca. 8. & 9.

Hæc autẽ verba ita penetrarunt in cor Theonæ, vt inextinguibili deſiderio euangelicæ perfectionis accenſus, extunc propoſuerit ſeculum deſerere. Vnde reuerſus domum cœpit vxorem ad conuerſationem religioſam exhortari, & ſæculi contemptum. Cum autem poſt plurimas ad hoc inuitationes, illa nullo modo aſſentiret, demum illam dimittens, ad monaſterium (etiã ea inuita) conuolauit, habitum ſuſcipiens reli- E gioſum. Et ſubdit prudenter Ioan. Caſſ.

Heb. 13.

Nemo exiſtimet nos hæc ad prouocanda cõiugiorum diuortia texuiſſe, qui non ſolum nuptias minime damnamus, verumetiam apoſtolicam ſequentes ſententiam dicimus. Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus: ſed vt lectori initium conuerſionis, quo tantus vir Deo dicatus eſt pãderemus fideliter, habeat ergo ſuum de illo vnuſquiſque iudicium.

Rom. 8. Non ſequẽda lex priuata cuilibet.

Secundum legem communem euangelicam illam. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et canonicam 27. q. 2. Agathoſa, hoc non F licebat, ſed ſecundum legem priuatam Spiritus ſancti, quæ potior eſt lege communi, licitũ fuit. Qui enim aguntur Spiritu ſancto, ij non ſunt ſub lege. Sed talem legem priuatã Spiritus ſancti extra communem, nullus debet ſequi, niſi ſit certus de inſpiratione Spiritus ſancti, aliàs frequenter deciperetur à diabolo: & quod iſte fecit

A.C. 430 cit: quod fecerit per ſpecialem inſtinctum Spiritus ſancti: patet ex eo quod Deus per eũ poſtea miracula fecit, nec à quoquã patrum atienta eius perfectione ſecuta redargutio eſt, & hoc ſentit Ioan. Caſ.

Collationis huius occaſio. cap. 11.

Interrogante Germano, cur in illis quinquaginta diebus poſt reſurrectionem, in partibus illis non ieiunarent, nec in orationibus genua flecterent: cum in aliis locis hæc fierent, reſpondit Theonas.

Oportet nos authoritati patrum, conſuetudinique maiorum vſque ad noſtrum tempus per tantam annorum ſeriem protelatę etiam percepta ratione cedere, eámque vt antiquitus tradita eſt, iugi obſeruantia ac reuerentia cuſtodire. Veruntamen quoniam cauſas & rationes huius rei vultis agnoſcere, accipite breuiter ea, quæ à ſenioribus noſtris tradita comperimus. Veruntamen prius de natura ieiunij & qualitate pauca dicamus. Diuina ſapientia per Eccleſiaſtem omnibus rebus proprium deſignauit tẽpus eſſe. Omnia, dicens, tempus habẽt. Tempus naſcendi & tempus moriendi, & cætera, quę ſequuntur, concludens demum, quia omni rei tẽpus eſt & opportunitas.

Eccl. 3.

Sciendum igitur, quod quædam ſunt, quæ principaliter per ſe bona ſunt, vel mala, nec poſſunt aliquando in contrarium tranſmutari, vt iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia, cæteræque virtutes, ſiue è diuerſo vitia, quorum definitiones in aliam partem cadere omnino, aut mutari non poſſunt. Si qua vero in vtrumque affectum poſſunt aliquando tranſire, vt pro qualitate vtentium vel bona inueniantur vel mala, hæc non abſolute pro ſua natura: ſed pro perpetrantis affectu & opportunitate temporis, vel vtilia interdum, vel noxia ſentiuntur. Determinat ergo, & bene, ieiunium non eſſe in numero illorũ, quæ ſẽper ſunt bona, vt virtutes, vel per ſe mala, vt vitia: ſed medio modo ſe habere, quia aliquãdo laudabile, aliquãdo reprehẽſibile. Nã ad coercenda vitia carnis, & ſatisfaciẽdum pro peccatis: & obediendum, dum ieiunij præceptũ datum eſt, laudabile eſt & virtuoſum. Auferre autem ſibi per ieiunia neceſſaria vitæ, vel dimittere propter huiuſmodi officia caritatis, reprehenſibile & vitioſum eſt. Sicut autem ieiunium non diſcretum iuſtificat cuſtoditum, ita non condemnat interruptum, niſi forte præcepti tranſgreſſio magis, quàm eſcarum perceptio puniatur.

Quale bonũ ſit ieiunium cap. 13.

Principali autem bono, ſcilicet virtutum, ita nullum oportet eſſe vacuum tempus, vt ſine eo cuiquam eſſe non liceat, quia neceſſe eſt ceſſatione eius in malum corruere negligentem. Nec rurſus principali malo, ſcilicet vitiorum, vllum concedunt tempus: quia quod noxium ſemper eſt, nunquam poterit ſi admiſſum fuerit, nõ nocere. Ac proinde ea, quibus qualitates ſtatutas videmus & tempora, & quæ ſic obſeruata ſanctificant, vt omiſſa non polluant, media eſſe manifeſtum eſt: vtpute nuptias, agriculturam, diuitias, ſolitudinis remotionem, vigilias ſacrorum meditationem lectionémque librorum, ipſa quoque ieiunia, de quibus eſt ſermo. Quæ omnia diuina præceptio, vel ſanctarum authoritas ſcripturarum, non ita inceſſabiliter obtinenda,

Quod nõ ſit principale bonum ieiuniũ c. 14.

A nec iugiter cuſtodienda decreuit: vt ea paululũ intermiſiſſe nefarium ſit. Quicquid enim imperatiue decernitur, mortem irrogat non impletũ. Quæcunque vero ſuadentur potius, quàm iubẽtur, facta proſunt, infecta non puniuntur. Et idcirco [illegible] hæc omnia, aut certe quædam pro cauſa, pro loco, pro modo, pro tempore circũſpecte agere nos maiores noſtri & prouide obſeruare iuſſerunt. Sicut ergo ſi quis propter defectum corporis refectione egens non acquieſcat rigorem abſtinentiæ relaxare, crudelis & ſui homicida corporis exiſtimabitur: ita nomi- B ne magis etiam cum tempus feſtiuitatis eſcarũ congruum fomentum, & refectionẽ neceſſariæ abſolutionis indulget: ſi quis ieiuniorum rigidã obſeruantiam indiſrupte voluerit retentare, neceſſe eſt, vt non tam religioſus, quàm inconditus & irrationabilis habeatur.

A.C. 430.

Præcepta obligant ad mortale, cõſilia vero minime, niſi poſt votum.

Elaborandum eſt ergo, vt virtutes illæ, quæ vere bonæ ſunt, ieiuniis & aliis huiuſmodi mediis acquirantur, non vt ad ieiuniorum terminũ tendant illa exercitia virtutum. Ob hoc ergo eſt vtilis carnis afflictio & alia huiuſmodi, vt per illam ad caritatem perueniamus. Illud eſt C ergo optimum principaliter, propter quod fiũt illa, quæ media ſunt, ipſum vero præcipuum bonum, non ob aliam cauſam, ſed propter ſuam tantum agitur bonitatem, & per ſe bonum eſt, & non propter aliud.

[a] Relaxationem ergo ieiuniorum in quinquageſima poſt reſurrectionem patres inſtituerunt, vt congrue ſe tempori conformarent. Celebratur enim feſtum gaudioſum reſurrectionis per quã dominus Ieſus reſurgẽs, & cum diſcipulis conuerſans ſua eos præſentia lætificabat. Vnde ipſe dixerat adhuc mortalis. Non poſſunt filij D ſponſi, id eſt diſcipuli ieiunare, quamdiu cum illis eſt ſponſus, & ideo relaxata ſunt eo tempore ieiunia. Addũtur autem ad quadraginta dies vſque ad aſcẽſionem Domini dies decem, quia illis diebus expectauerunt gaudioſe Apoſtoli aduentum Spiritus ſancti, vt ſit quinquaginta, qui numerus Iubilei, qui ſolenniter in annis celebrabatur & gaudioſe in veteri lege, & in diebus Pentecoſtes, quando panes primitiarũ Domino offerebantur. Leu. 23. in figuram, quia in quinquageſimo die per aduentum Spiritus ſancti nouus panis, ſcilicet doctrinæ euangelicæ oblatus eſt populo ad Dei gloriam: & inde re- E fectio eſt conuerſione facta quinque millium hominum.

Cur à Paſchate ad Pentecoſten non ieiunetur c. 18. & 20.

Mat. 11.

Act. 2. & 3.

Hac igitur ratione, ob gaudium dominicæ reſurrectionis intermittitur ieiunium diebus illis quinquaginta, & diebus dominicis omnibus, & curuatio genuum, quia hæc pertinent ad humiliationem: & luctum, non ad gaudium, & feſtum. Si autem rationabili mentis vniuerſa, quæ gerimus, appendamus examine, & de puritate cordis noſtri non aliorum iudicium, ſed

De ſeruãdo continentię tẽperamẽto cap. 22.

F

a Id etiam iure Canonico ſancitum eſt, vt quinquaginta dierum ieiunium poſt Paſcha nõ obſeruetur, diſtinct. 76. ſcire debet. & poſt Paſcha & vtinam. & decret. lib. 3. de obſeruat. Ieiuniorum tit. 46 cap. 2. vigilia tamen ipſius Pentecoſtes excipitur. diſt. 76. Noſſe credo. & Rogationes, de Conſecratione diſt. 3. Rogationes.

noſtram

A.C.400

A noſtram ſemper conſcientiam conſulamus, certum eſt iſtam refectionis intercapedinem iuſtæ diſtrictioni obeſſe non poſſe, ſi modo, vt dictũ eſt, quam indulgentiæ continentiæque menſuram pari lance perpendens, vtramque ſimiliter nimietatem mens incorrupta caſtiget, & ſpiritum noſtrum deliciarum non deprimat pondus. Nihil enim Deus noſter ad cultum honorémque ſuum abſque iudicij moderatione vult fieri, quia honor regis iudicium diligit, ait pſalm. Omni ergo cautione & ſolertia iugis circũſpecti cordis ſeruetur intentio: ne quoquomodo iudicio diſcretionis errante, aut inconſideratæ B abſtinentiæ cupiditate ſucceſi, aut deſiderio nimiæ remiſsionis illecti, ſubſtantiam virium noſtrarum ad iniquæ trutinæ libremus examẽ. Sed in altera quidam lance animæ puritatem, in altera autem vires collocantes: ita vero conſcientiæ iudicio vtraque pendamus, vt neutra parte vnius rei affectu præponderante, vel ad immodicam diſtrictionem, vel ad nimiam remiſsionẽ æqualitatis libram propenſius inclinemus, & illud nobis pro remiſsionis vel diſtrictionis nimietate dicatur. Nonne ſi recte offeras, & non recte diuidas: peccaſti? Et illud pſalmi: Menda- C ces filij hominum in ſtateris, vt decipiant. Et illud. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, &c. Statera iuſta: & æqua ſint pondera. Quæ verba intelligi poſſunt, non ſolum quo ad opera propria, vt ſcilicet neque diſtrictius, neq; remiſsius in ieiuniis & aliis exercitiis nos exerceamus, ſed etiam quo ad alios, vt ſcilicet onera grauia mandatorum aliis imponamus, & nos leuia ſumamus. Vel etiam, ne oſtendamus aliis ex nobis opera maioris ſanctitatis, & minora occulte faciamus.

Pſal. 98.

Gen. 4. iuxta 70. interp. pſal. 61. Deut. 25. Leu. 19.

D Vigilantiſsime ergo prouidendum eſt, ne vnquam mentis noſtræ vigor blandis ſeductionibus eneruetur, ne caſtimoniæ puritatem quadrageſimæ continuo labore quæſitam, quinquageſimæ requie ac ſecuritate perdamus.

De diuerſa obſeruatione quadrageſimæ, ca. 24. & 25.

Interrogãte exinde Germano, quare quadrageſima in ſex hebdomadibus celebretur, licet alicubi in ſeptem hebdomadibus ſeruetur, cum demptis dominicis diebus quadraginta dierum impleatur ſumma. Reſpondet Theonas, quòd per hoc ieiunium impletur præceptum illud domini. Decimas & primitias offeres domino Deo tuo. [a] Nam cum annus conſtet ex trecẽtis E & ſexaginta quinque diebus, decima pars huius numeri, ſcilicet trecentorum & ſexaginta

a Quadrageſima ieiunij rationem eſſe, vt Deo decimas totius anni offeramus, etiam tradit D. Gregor. hom. 16. in Euangelia, & D. Thom. in 2. 2. quæſt. 167. a. 5. Porro varias eſſe circa Quadrageſima obſeruationem Eccleſiarum conſuetudines notat hiſtor. Tripart. lib. 9. cap. 39. & Nicephorus libro duodecimo, cap. 35. quas tamen veræ pietati & religioni non officere compertiſſimum eſt. Notum eſt quid ex ſententia D. Ambroſij D. Aug. epiſt. 86. ad Caſulanum, & epiſt. 118. ad Ianuar. de variis Eccleſiarum conſuetudinibus ſcripſerit. Quod verè addit D. Anton. D. Gregorium quatuor dies Quadrageſima adieciſſe, id verò nos parum compertum eſſe tit. 12. cap. 3. §. 14 obſeruauimus.

A.C.400.

A eſt numerus triginta ſex. Ex ſex autem hebdomadibus Quadrageſimæ (demptis ſex diebus dominicis, quibus non ieiunatur) remanent triginta ſex. Pro numero autem quinario, qui reſtat ex trecentis ſexaginta quinque diebus anni, ſatisfacit nox dominicæ reſurrectionis quaſi medietas diei naturalis. Qui vero ieiunant per ſeptem hebdomadas, illi ſoluunt ieiunium non ſolum Dominica die, ſed etiam ſabbatho. Vnde per triginta ſex dies tantum ieiunant. Ideo autem quadrageſimæ nomen hoc ieiunium accepit, quia Saluator noſter diebus quadraginta B ieiunauit. Mat. 4. & Moyſes ex 24. & Helias 3. Reg. 19. in veteri teſtamento, & in figuram populi Iſrael, qui quadraginta ann. ambulauit per deſertum, pergens ad terram promiſsionis. Numer. 14. & quadraginta mãſiones ibi fecit. Deuteron. 1. & 2.

Quomodo primitias noſtras Deo debeamus offerre, cap. 26.

Primitias autem offerunt domino quotidie, cum videlicet expergefacti à ſomno, & quaſi rediuiua poſt ſoporem alacritate ſurgẽtes, priuſquam motum ſenſus vllius corde concipiant, vel memoriam, aut curam rei familiaris admittant: cogitationum ſuarum [ortus] atque prin- C cipia diuinis conſecrant holocauſtis. Quid ergo hi, niſi primitias vere ſuorum fructuũ per ſummum pontificem Ieſum Chriſtum, pro vſu vitæ huius & imagine reſurrectionis quotidianæ exoluunt, qui a ſomno excitati hoſtiam iubilationis ſuæ Deo ſimiliter offerentes, primo linguæ ſuæ motu ipſum inuocant, immolantes Deo ſuo ſui oris officia?

Rom. 6.

Aſſerente autem Theona, quòd veram dominationem in illo non poteſt peccatum exercere, qui fideliter ſub gratiæ libertate conſiſtit, dicente Paulo. Peccatum in vobis non domina D bitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia: quærit Germanus quomodo hoc ſit verũ, cũ peccatum in omnibus pene baptizatis videatur dominari.

De differẽtia gratiæ & legis, ca. 32.

a Gen. 2. Deu. 7. & 25.
b Mat. 19. & 1. Cor. 7.
c Exo. 12.
d Mat. 19.
e Exo. 28.
f Mat. 5.

Ad quod reſpondet Theonas. Neceſſarium reor, vt primum inquiramus, quid ſit propoſitũ legis vel voluntas, vel quæ gratiæ diſciplina atque perfectio: vt conſequenter ex his ſiue dominationem peccati, ſiue expulſionem eius poſſimus agnoſcere. Et poſtquam poſuit differentias multas legis Moſaicæ & gratiæ: vt quia [a] lex mandat coniugia: [b] gratia inuitat ad virginitatem. [c] Lex mandat decimas dari, [d] gratia omnia E propter Chriſtum pauperibus erogare. [e] Lex oculum pro oculo reddit, [f] & gratia inimicos diligere & benefacere eis.

Quiſquis igitur hoc euangelicæ perfectionis culmen aſcenderit, iſte profecto ſupra omnem legem tantarum virtutum meritis ſublimatus, & vniuerſa quæ per Moyſen præcepta ſunt quaſi parua exiſtimans, tantum ſe ſub gratia ſaluatoris eſſe cognoſcit. Non dominatur ergo in eo peccatum, quia caritas Dei, quæ diffuſa eſt F in corde eius, omnem alterius cuiuſcunque rei excludit affectum. Nec poteſt aut vetita cõcupiſcere, aut imperata contemnere, cuius ſtudiũ atque deſiderium diuino amori ſemper intẽtum vſque adeo vilium rerum oblectatione non capitur, vt etiam iis, quæ conceſſa ſunt, non vtatur. In lege autem, in qua coniugiorum iura ſeruantur, quamuis cohibita luxuriæ euagatio vni

tantum

A.C.430. tantum fœminę mancipetur, tamen nequaquam poſſunt carnalis concupiſcentiæ aculei non vigere. Et difficile eſt, vt ignis, cui etiam ſtudioſe pabula ſuggeruntur, ita præfixis terminis includatur, vt non etiam extra euagatus comburat, quicquid attigerit. Cui etiam ſi ſua illa ſemper occurrat obiectio, vt æſtuare extrinſecus non ſinatur, tamen etiam dum cohibetur incendit, quia voluptas ipſa culpabilis eſt, & ad velociſſimos adulteriorum raptatur exceſſus conſuetudo concubitus.

Quã ſit difficile coniugib. matrimonij limites nõ excedere.

Sed quos gratia Saluatoris inflammauerit, omnes carnalium deſideriorum ſpinas dominicæ caritatis igne conſumit. Quiſquis ergo perfectionem euãgelicæ tenuerit doctrinæ, hic ſub gratia conſtitutus, peccati damnatione non premitur. Hoc eſt enim eſſe ſub gratia, ea quæ gratia mandantur, implere. Quicunque vero perfectionis euangelicæ plenitudini ſubiectus eſſe noluerit, non ignoret ſe, quamuis baptizatus ſibi videatur, ac monachus non eſſe ſub gratia: ſed legis adhuc vinculis præpeditum peccatis pondere prægrauari. Propoſitum quoque eſt eius, qui eſt ſub gratia, non euacuare ſeu deſtruere Moſaicas ſanctiones, ſed adimplere (quod intelligendum eſt quo ad moralia.) Quod nõnulli penitus ignorantes, & conſiliorum atque exhortationum Chriſti magnificentiam negligentes, ita præſumptiua libertatis ſecuritate ſoluuntur, vt non ſolum Chriſti præcepta tanquam ardua non attingant, verumetiam illa, quæ illis incipientibus paruuliſque Moſaica lege mandata ſunt, velut antiquata contemnant: illud quod execratur Apoſtolus noxia libertate dicentes. Peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Qui ergo nec ſub gratia eſt, quia nequaquam ad doctrinæ euangelicæ culmen aſcẽdit nec ſub lege, quia etiam ipſa illa paruula legis mandata non ſuſcepit: hic duplici peccatorum oppreſſus imperio, ob hoc ſolum gratiam Chriſti percepiſſe ſe credit, vt per noxiam libertatem ab eo fieret alienus, in illud incidens quod Apoſtolus Petrus, ne incurramus enũciat: Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.

Quid eſt eſſe ſub gratia. ca. 34.

Rom. 6.

Collatio vigeſimaſecunda, quæ eſt etiã Theonæ ſecunda de pollutione, quæ accidit in ſomnis ex triplici cauſa procedente, & quando propter eam ſit à communione abſtinendum, & quòd nemo abſque peccato, niſi Chriſtus.

§. XXI.

REuertentibus igitur Ioan. Caſſ. & Germano ad Theonam, & interrogantibus, cur interdum remiſsius ieiunantes leuioribus carnis huius aculeis titillarentur: & nonnunquam diſtrictiua abſtinentes afflicto exhauſtóque corpore incentiuis grauioribus vrgerentur, ita vt expergefacti ſe reperirent carne pollutos. Reſpondens Theonas rationem aſsignat huiuſmodi.

Triplici ex cauſa pollutio nocturna accidit. c. 3. vide D. Tho. in 3. p. q. 80. a. 7.

Huius (inquit) infeſtationis triplicem cauſam noſtri prodidere maiores, quæ modum temporis cõſtituti intempeſtiuis irrumpat exceſsibus. Aut enim ſuperflua eſcarum nimietate congeritur, aut per incuriam mentis elabitur, aut inimici illudentis inſidiis prouocatur. Primum igitur voracitatis vel gulæ vitium hanc redundantiam obſcœni humoris extrudit. Nam & cum diſtrictioris abſtinentiæ tempore ſtatum polluit puritatis, non de præſenti, vt putatis, inedia, ſed de nimietate præteritæ ſaturitatis effunditur. Quod enim per voracitatis ingluuiem concretum fuerat in medullis, neceſſe eſt, vt per pruritum, vel certe per ignorantiam, quamuis magno ieiunio tabefacti corporis egeratur. Quamobrẽ non ſolum à lautioribus cibis eſt abſtinendum, ſed etiam à vilioribus cibis æquali eſt continẽtia temperandum, immo & panis & aquę eſt ſacietas euitanda, [vt poſsit diu in nobis acquiſita corporis puritas permanere.] Licet enim neceſſe ſit confiteri interdum etiam abſque vlla mentis induſtria vel per temperiem corporũ, vel per ætatis præteritæ maturitatem, quoſdam rarius ſordidari, vel certe fluxus illius egeſtione non pollui, ſed alterius meriti eſt, qui pacem inerti facilitate conſequitur, alterius, qui triumphum glorioſis virtutibus promeretur.

A.C.430.

Secunda impuri huius profluuij cauſa eſt, ſi mens ſpiritalibus ſtudiis atque exercitiis vacua, nec diſciplinis interioris hominis inſtituta, quendam ſibi ſegnitiei ſitum per conſuetudinẽ continui torporis obduxerit, aut cum ſordidarum cogitationum minutias non cauens ita illã cordis ſublimiſsimam puritatem ſegniter concupiſcit, vt omnem perfectionis & caſtimoniæ ſummam in ſolius credat exterioris hominis caſtigatione conſiſtere. Quamuis enim talis rigido corpus ieiunio caſtiget, tamen nihilominus dormientem illecebroſis phantaſmatibus cogitationes & paſsiones inquietant, quarum inquietatione ante legitimi temporis curſum, non iam ex naturæ neceſsitate, ſed [nec adhuc] ex fraude nequitiæ [ſpiritalis obſcœni] eliciantur humores, [qui non tam inanitate carnis, quàm mẽtis circunſpectione atque virtute, ſi penitus inhiberi nequeunt, ſaltem ad illam egeſtionis ſimplicem qualitatem, auxiliante gratia Dei perducuntur.] Et ideo in primis ſunt ſenſuum diſcurſus coercendi.

aliàs inimicitias.

Tertia cauſa eſt, cum per ordinatam quidem ac ſollicitã cõtinẽtiæ diſciplinã, cõtritione cordis, & corporis perpetuã caſtimoniæ puritatem optamus acquirere, ſed nos vtilitati carnis & ſpiritus egregie conſulentes fraudulentiſsimi hoſtis ita impugnat inuidia, vt deiicere fiduciã conſcientiæ noſtræ: nóſque velut reatu aliquo humiliare conetur, illis pręcipue diebus, quibus caſtitati magis intendimus abſque vllo carnis pruritu mentíſve conſenſu, nec per illuſionem phantaſmatis alicuius: ſed tantum ſimplici fluxus illius egeſtione nos polluit, vt à ſacroſanctæ communione nos deterreat. Licet in quoſdam incipientium ob hoc diabolica factione hæc euenire credatur illuſio: vt dum eos intentioribus ieiuniis ſtudere cognouerit, eos hac arte ſubuertat, vt cum ſe vident ſtrictioribus ieiuniis deditos magis huiuſmodi illuſionibus inquietari, ieiunia relaxent, ex quo perpendunt eos ob hoc iuuari.

Exinde quærentibus illis vtrum propter huiuſmodi pollutionem ſit communio dimittenda reſpon

A.C.430

da, reſpondet. Si hoſtis ille nequiſsimus, vt nobis cœleſtis remedij ſubtrahat medicinam, cuſtodiam ſopitæ mentis illuſerit, ita duntaxat, vt nullo reprehenſibili interueniente pruritu, nullo oblectationis contaminetur aſſenſu, ſcilicet egeſtionem aut naturali neceſsitate prupulſam, aut certe impugnatione diaboli abſque ſenſu voluptatis elicitam, ad impedimentum noſtræ ſanctificationis obtenderit, poſſumus & debemus ad gratiam ſalutaris cibi confidenter accedere.

Verũ propter pollutionem ſit dimittenda cõmunio c. 5 Vide D. Grego ad Aug. c. 11.

Si verò noſtro vitio hæc fuerit egeſta concretio, conuenientes conſcientiam noſtram illud apuſtolicum formidemus. Quicunque mãducauerit panem & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Et quod aliquando inimici factione hæc eliciatur impuritas, inducit exemplum de quodã fratre, cui feruenter ſe exercenti in diuino ſeruitio, & caſtitati diligenter intendenti, diebus illis quibus de more communio fiebat, talis pollutio de nocte contingebat. Quod cum patres ſobtiliter inueſtigantes, perpenderent hoc ſine ſui culpa euenire, conſoluerunt propter hoc cõmunionem non dimittere. Quo facto ceſſauit illuſio. Vnde apparuit hoc ex diaboli operatione procedere, vt profectum ei communionis auferret. Illi namque ſunt veri & incorrupti virgines Christi. Illi admirabiles atque egregij reputantur eunuchi, non qui metuunt, ſed quibus non libet fornicari, nec qui impudicitiæ reprimunt fręna, ſed qui ipſam quoque minimam mentis titillationem & tenuiſsima libidinis incitamenta vicerunt. Et euſque extenuauerunt illum carnis (vt ita dixerim) ſenſum, vt non ſolum ex commotione eius nulla oblectatione, ſed nec exigua quidem titillatione tangatur.

1. Cor. 11.

Tanta autem humilitatis debemus cor noſtrum vallare cuſtodia, vt hanc definitionẽ perfecta ſenſuum ſtabilitate teneamus, nequaquam nos poſſe ad tantum purificationis meritum peruenire: nam & paululum elati de corporis ſui puritate per ſuperbiam Deo permittente ad ſui humiliationem polluantur, vt licet per Dei gratiam illam perfectam puritatem cordis & corporis obtinuerimus, indignos tamen nos eſſe ſacri corporis communione credamus. Primum quia cœleſtis illius mannæ tanta eſt maieſtas, vt nemo hac lutea carne circumdatus, pro ſuo merito eius edulium, & non ex gratuita domini largitate percipiat. Deinde, quia nullus ita circumſpectus in huius mundi poteſt eſſe conflictu, vt eum ſaltem rara vel leuia peccatorum tela non feriant, quia impoſsibile eſt, vt non aut ignorantia, aut negligentia, aut vanitate, aut obreptione: aut cogitatione, aut neceſsitate, aut obliuione peccetur. Vnde & apoſtolus cum dixiſſet. Nihil mihi conſcius ſum, ſubdidit. Sed non in hoc iuſtificatus ſum.

Nũquam ſe dominica cõmunione dignum quiſpiam debet iudicare ca. 7.

1. Cor. 4.

Licet autem multos poſsimus homines dicere ſanctos, dicitur enim ſanctum Deo dicatum, vnde & vaſa Eccleſiæ ſancta dicuntur, nullus tamen poteſt dici immaculatus, ſcilicet ſine macula cuiuſcunque peccati exiſtens: niſi dominus Ieſus Christus, de quo apoſtolus ad Hebræos. Non enim talem habemus pontificem, qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Hac ergo ſola exceptione ab omnibus nobis diſtinguitur, quia nos non abſque peccato, illum ſine peccato conſtat fuiſſe tentatum. Quis enim hominum, quamuis fortis ſit atque bellator, hoſtilibus tamen telis plerumque non pateat? [Quis velut impenetrabili carne circumdatus tantis præliorum periculis ſine periculo miſceatur?] Ille autem ſolus conditionem mortis humanæ cum vniuerſa carnis fragilitate ſuſcipiens: nullius eſt vnquam ſordis maculatus attactu. Tentatus fuit in deſerto de gula, auaritia, & ſuperbia, ſeu inani gloria, pro ſimilitudine noſtra, quia ſcilicet his tentamur, ſed abſque peccato, quia nos in his & aliorum vitiorũ tentationibus, ſi non ſoccumbimus conſentiendo, tamen frequentiſsime aliqua ſenſualitatis complacentia detinemur. Sed dominum Ieſum in ſuis tentationibus nulla peccati delectatio momordit.

Multi ſancti eſſe poſſunt, nemo tamen abſque peccato. c. 9

Heb. 4.

A.C. 430

Chriſtus tentatus pro ſimilitudine noſtra c. 10.

Mat. 4.

Collatio vigeſimatertia, quæ eſt tertia Theona, in qua prolixe diſputatur, & declaratur illa authoritas apoſtoli ad Ro. Nõ enim quod volo bonum hoc facio, ſed quod odi malum hoc ago. Vel illud. Si autem quod nolo facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Vel illud. Cõdelector enim legi Dei ſecundum interiorẽ hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ eſt in membris meis.

§. XXII.

HÆc verba Apoſtoli cum Germanus dixiſſet dicta eſſe ab Apoſtolo non ex ſua perſona, ſed peccatorum, Theonas talem expoſitionem confutat, dicens. Econtrario euidenter oſtenditur peccatorum perſonæ hęc verba conuenire non poſſe omnimode, ſed ad ſolos, quæ dicta ſunt attinere perfectos, & eorum tantum, qui apoſtolorum tantum merita ſubſequuntur, congruere ſanctitati. Quo enim ait pacto peccatorum poterit conuenire perſonę quod dicitur. Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod odi malum, hoc ago? Quis enim delinquentium nolens fornicationibus, adulteriis, furtis, homicidiis, & aliis malis implicatur? Quinimmo intantum cupiunt mali deſideria peccatorum implere, vt etiam peruigili cura opportunitatem committendi ſcelera concepta aucupentur. Et vt ait Hieremias, vt inique agerent laborauerunt.

Hæc Apoſtoli verba in perſona perfectorum dicta fuiſſe cap. 1.

Rom. 7.

Hier. 9.

Cum ergo peccatores non oderint, ſed diligant mala, ſupereſt, vt virtutem ſenſus verborũ Apoſtoli ex intimo dicentis metiamur affectu. Et quid Apoſtolus dixerit bonum, quidve comparatione eius pronunciauerit malum, non nuda ſignificatione verborum, ſed eodem quo ille diſcutiamus intuitu, intellectum quoque eius ſecundum dignitatem pronunciantis ac meritò perſcrutemur. Tunc enim ſententias Deo inſpirante prolatas, ſecundum propoſitum ac voluntatem eius comprehendere poterimus, cum eorum à quibus promulgatæ ſont, ſtatum ac meritum perpendentes, nõ verbo, ſed experimẽtis,

Interpretandi ſcripturas ratio optima.

parem

A.C. 430. parem induerimus affectum. Pro cuius qualitate ſine dubio vel concipiuntur vniuerſi ſenſus, vel ſententiæ proferuntur. Quamobrē quid ſit principale bonum, quod Apoſtolus non potuerit perficere, cum vellet, diligentius indagemus. Multa enim nouimus bona, quæ beatum Apoſtolum, omnéſque eiuſdem meriti viros, & habuiſſe per naturam, & acquiſiſſe per gratiam negare non poſſumus. Eſt enim bona caſtitas laudabilis continentia, miranda prudentia, larga humanitas, circumſpecta ſobrietas: modeſta temperantia, pia miſericordia, ſancta iuſtitia. B Quæ omnia in apoſtolo Paulo, eiuſque conſortibus ita plena & perfecta fuiſſe non dubitamus, vt virtutum magiſterio, potius quàm verborum ab eis religio doceretur. Cùm tantis ergo Paulus abundauerit bonis, quod illud ſit bonum cuius perfectione caruerit, non poterimus agnoſcere, niſi in illum profecerimus, quo ipſe

Matt. 13. locutus eſt affectum. Omnes quidem prædictæ eius virtutes velut pretioſæ gemmæ ſi comparentur illi margaritæ euangelicæ propter quam emendam omnia ſua negotiator ille diſtraxit, reuileſcunt, & contemnuntur præ excellentia C eius. Quid ergo ſit illud vnum, quod tantis, támque innumeris bonis præponantur, quaſi aliis ſpretis videndum eſt. Nimirum pars illa optima eſt, cuius magnificentiam, atque perpetuitatem relicto ſuſceptionis & humanitatis officio Maria prælegit, de qua dictum eſt à domino. Maria optimam partem elegit. Vna eſt ergo ſola Theoria, id eſt contemplatio Dei, cui merito omnia iuſtificationum merita, vniuerſa virtutū ſtudia poſtponuntur. Et illa quidem omnia, quæ in Apoſtolo fuiſſe prædiximus bona, non ſolū D

Bonorum operū merita qualia. bona & vtilia, ſed & magna & præclara ſunt. Sed ſicut ſtagni metallum in ſe bonum, argento comparatum apparet viliſsimum, & argentum auri comparatione euaneſcit: & aurum comparatione gemmarum contemnitur: ita illa omnia merita ſanctitatis, quamuis non ſolum in præſenti bona & vtilia ſint, verùm etiam donū æternitatis acquirant: tamen ſi diuinæ contemplationis meritis comparentur, vilia, & (vt ita dixerim) vendibilia pro ea habenda cenſebuntur. Et hanc eandem comparationē etiam ſcri- E pturarum confirmat authoritas. Dicit enim ſcri-

Gen. 1. ptura. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant

Eccl. 3. valde bona. Et Salomon. Vniuerſa, quæ fecit Deus, bona in tempore ſuo. Hæc igitur quæ in præſenti nō ſunt bona ſimpliciter, verumetiam cum additamento valde bona pronunciantur. Sunt enim reuera in hoc mundo commorantibus nobis aut ad vſum vitæ, aut ad corporis medicinam, aut ad aliquam cauſam vtilitatis nobis ignoræ accommoda, vel certe in eo bona F

Rom. 1. valde, quòd faciunt nos inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpicere, ſempiternam quoque eius virtutem ac diuinitatem, ex tanta támque ordinata molitione fabricæ mūdialis, & omnium, quæ in ea ſunt ſubſiſtentia contemplari. Hæc tamen omnia, nec boni nomen obtinebunt, ſi futuro illi ſeculo comparentur, vbi nulla bonorum immutatio, nulla eſt veræ beatitudinis formidanda corruptio, cuius mundi ita beatitudo deſcribitur.

Iſa. 30. Erit lux lunæ ſicut lumen ſolis, & lux ſolis ſe-

A ptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Magna igitur hæc & præclara intuitu, atque mirifica, ſi futuris promiſsionibus conferantur, continuo vanitas apparebunt dicente Dauid. Omnia ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idē ipſe es, & anni tui non deficient. Ergo, quia nihil eſt per ſemetipſum ſtabile, nihil immutabile, nihil bonum, niſi deitas ipſa ſola, omnes vero creaturæ, vt beatitudinem æternitatis vel immutabilitatis obtineant, non hoc per ſuam naturam, ſed per creatoris ſui participationem B & gratiam conſequentur, tenere bonitatis meritum creatori ſuo collata non poſſunt. Pſal. 101.

In euangelio quoque multa pronunciantur bona, vt [a] bonam arborem, [b] bonum theſaurū, bonum hominem [c] vel ſeruum: & tamen ſi reſpiciamus ad bonitatem Dei, nullus eorū pronunciabitur bonus, dicente Chriſto. Nemo [d] bonus niſi ſolus Deus. Denique ſicut bonitas noſtra diuinæ bonitati comparata in malitiam veſtitur, ita & iuſtitia noſtra diuinæ iuſtitię [e] comparata, panno menſtruatæ ſimilis deputatur. Igitur & vniuerſarum merita virtutum ſupradicta cū C per ſe bona ac pretioſa ſint, tamen theoricæ claritatis comparatione ſuſcantur. Multum enim ſanctos, quamuis bonorum operum terrenis tamen ſtudiis occupatos, contemplatione illius ſummi boni retrahunt opera illa. a Mat. 7. b Mat. 12. c Mat. 25. d Mat. 19. e Iſa. 64.

Vnde & licet Apoſtolo magna meritorum ſtipendia pararentur ex prædicationibus, & aliis laboribus, tamen eius mens, quamuis ſancta & ſublimis, non poterat ab illa cæleſti theoria intentione terreni operis aliquando non diuelli D Denique cum ſe talibus & tantis ditari fructibus cerneret, & econtrario theoriæ bonum corde penſaret, ac velut in vna lance tantorum bonorum profectum, in altera delectationem diuinæ contemplationis appenderet, dum illum hinc laborum ſtipendia immenſa delectant, illinc deſiderium vnitatis, & inſeparabilis Chriſti ſocietatis etiam à reſolutione carnis inuitat, anxius tandem proclamat & dicit. Quid eligā ignoro. Coarctor enim è duobus, deſiderium habēs diſſolui, & eſſe cum Chriſto: multo enim E melius: permanere autem in carne, magis neceſſarium propter vos. Neminē iugiter ſ[ummo] bono intentū eſſe poſſe c. 5. Philip. 1.

Cum igitur boni huius excellentiam cunctis etiam prædicationis ſuæ fructibus prætuliſſet, tamen caritatis contemplationi ſubmittitur, & propter proximos diuulſionem à Chriſto ſibi quidem noxiam, verùm cæteris neceſſariam, non recuſat.

Illi quidem, qui oculos cordis ſui contegunt, craſſo velamine vitiorum, & ſecundum ſententiam Chriſti videntes non vident, exiſtimant F nullam culpam ex iſtis otioſis ac lubricis cogitationum excurſibus ſe poſſe contrahere, & nihil niſi capitalia crimina contemplantes, tantūmodo credunt ea eſſe vitanda. De his qui minima peccata nō cernunt. c. 7. Mat. 13.

Econtra ii, qui ſummam totius voluptatis & gaudij & beatitudinis ſuæ in diuinarum & ſpiritalium rerum tantum contemplatione conſtituunt, cum ab ea inuiti vel paululum violentis cogitationibus abſtrahuntur: velut quoddam in ſe ſacrilegij genus præſenti pœnitudinis puniūt vltione, ac viliſsimam creaturam, ad quam ſit

A C.430. detortus mentis intuitus, creatori ſuo ſe prætuliſſe lugentes, pene dixerim impietatis ſibi crimen adſcribunt. Et licet ad conſpiciendam diuinæ gloriæ claritatem oculos ſui cordis ſumma alacritate conuertant, tamen etiam breuiſſimas carnalium cogitationum tenebras non ſerentes, quicquid ab illo vero lumine mentis aſpectum retrahit, execrantur. Licet autem ſancti faſtidiant vniuerſa, in quibus mundus iſte verſatur, impoſsibile eſt tamen, vt non ad ea vel breui cogitationum rapiantur exceſſu, nullúſq; etiam nūc hominum (excepto ſaluatore noſtro) naturalem peruagationem mentis ita defixam B ſemper in Dei contemplatione continuit in vita præſenti, vt nunquam ab ea raptus mundanæ cuiuſquam rei delectatione peccaret, dicente ſcriptura. Sideræ non ſunt munda in conſpectu eius.

Sancti ſe ſentiunt gratia Dei indigere c.10

Experti igitur ſancti ſe humanis viribus deſideratum finem, obſiſtente ſibi carnis ſarcina contingere non valere, neque præcipuo illi ſummóque bono ſecundum cordis ſui deſiderium poſſe coniungi: ſed ab eius intuitu captiuos ad mundana traduci, ad gratiam Dei, quæ impios iuſtificat, conuolantes cum Apoſtolo proteſtan C tur. Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Sentiunt enim ſe bonum illud, quod volunt, non poſſe perficere, ſed in illud quod nolunt quodque oderunt malum, cogitationum motus & curam corporalium rerum incidere.

Rom.7.

Et condelectantur quidem legi Dei ſecundū interiorem hominem, qui viſibilia cuncta trāſcendentes conantur Deo ſemper vniri ſoli. Sed vident aliam legem in membris ſuis, id eſt in natura humanæ conditionis inſertam, quæ repugnat legi mentis eorum, & quæ captiuum pertrahit ſenſum violenta lege peccati: compellens ſcilicet eos relicto illo principali bono terrenę cogitationi ſubmitti. Quæ quamuis neceſſaria videatur, atque corpori vtilis, cum diſpenſationi religioſæ cuiuſpiam neceſsitatis impenditur: comparatione tamen illius boni, quod ſanctorum omnium oblectatur intuitum: mala vtique ab eis ac fugienda decernitur, quia per eam ad tempus quoquo modo ab illius perfectæ beatitudinis gaudio retrahuntur.

Rom.7. D

[Vere enim lex peccati eſt, quam humano generi præuaricatio ſui induxit auctoris: per illius noxam, in quem lata eſt æquiſsimi iudicis ſententia. Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos germinabit tibi. Hęc inquam eſt lex membris omnium inſerta mortalium, quæ repugnat legi mentis noſtræ, eamque à diuino arcet intuitu: & per quam maledicta terra in operib. noſtris poſt agnitionem boni & mali cogitationum ſpinas cœpit ac tribulos germinare, quarum aculeis, id eſt vitiis carnis ſpiritus ſemina præſocantur.]

E

Gen.3.

Homo quāto perfectior, tāto ſibi videtur immundior cap.10.

Quanto autem mens humana profecerit, & ad ſinceriorem contemplationis peruenerit puritatem, tanto ſe immundiorem quaſi per ſpeculum ſuæ puritatis inſpiciet. Nemo enim illo, in quo profecerit gradu poteſt eſſe contentus, & quanto quis fuerit mente purgatior, tanto ſe ſordidiorem videns, magis humilitatis quàm elationis inueniet cauſas, quantóque pernicius ad

F

A ſublimiora conſcenderit, tanto amplius præuidet ſibi ſupereſſe, quo tendat. A.C.410.

Singulis diebus dominicis communicandū.

Nec tamen ex eo debemus nos à dominica communione ſuſpendere, quia nos agnoſcimus peccatores: ſed ad eam magis ac magis propter animæ medelam, & purificationem ſpiritus, auide feſtinandum: verúmtamen ea humilitate mētis ac fide indignos nos tāta gratia exiſtimātes, remedia potius noſtris vulneribus expetamus. Iſtúdq; multo eſt melius, indignos nos arbitrantes ob remedium ſingulis diebus Dominicis accipere communionem, quàm ſemel tātum B in anno, vt quidam faciunt, qui profecto maiorem arrogantiæ præſumptionem, quam declinare ſibi videntur, incurrunt, quia vel tunc cum eam percipiunt, dignos ſe eius perceptione diiudicant, ex illa dilatione.

Nota quòd iſta authoritas Apoſtoli Nō enim quod volo bonum hoc ago &c. ſecundum Tho. & gloſſ. Auguſtini, poteſt intelligi etiam de peccatore, qui eſt extra gratiam, quia ſcilicet, quod vult bonum agere ſecundum inſtinctum rationis: quadam tamen velleitate, non agit ſuperante paſsione ſenſualitatis. Et poteſt etiam de ha- C bente gratiam & imperfecto intelligi, quia vellet bonum agere perfecte ſine delectatione ſenſualitatis in tentationibus, & non poteſt impugnante ſenſualitate.

Collatio vigeſimaquarta, & vltima Abraham, de inhabitatione religioſi iuxta propinquos.

§. XXIIII.

Coll... q... m... tion..

QVærentibus enim Ioan. Caſſ. & Germano vtrum eorum perfectius foret, an habita- D re iuxta parentes & notos, quos poſſent ſæpe inſtruere de via ſalutis, & ab eis de neceſſariis prouiſi liberius poſſent lectioni & orationi vacare, an manere in ſolitudine remotos ab hominibus. Reſpondet Abraham.

Nonnunquam mala ex bonis rebus ſumi videmus exempla. Nam ſi quis eadem agere non eodem affectu atque propoſito, aut diſsimili virtute præſumpſerit, profecto exinde laqueum deceptionis ac mortis incurrit: vnde aliis æternæ vitæ fructus acquiritur. Quamobrem mēſuram virium ſuarum conſiderare conuenit vnumquē E que noſtrum: Non enim, quia bona eſt anachoreſis, vniuerſis eam congruere comprobamus. Nec quia inſtitutionem cœnobiorum, & curam fratrum ſanctam atque laudabilem merito profitemur, idcirco ab vniuerſis eam expetendam eſſe cenſemus. Proinde primum regionis veſtræ atque huius inter ſe penſanda ſunt inſtituta. Deinde vires hominum iugi vel virtutum vel vitiorum aſsiduitate collectæ, diuerſa inuicem lāce trutinandæ. Fieri etenim poteſt, vt quod alterius gentis homini arduum atque impoſsibi- F le eſt, hoc aliis inſita conſuetudo quodammodo verterit in naturam.

Quomodo non omnibus omnia cōueniant cap.8.

Rimamini igitur nunc arcana pectoris veſtri, prudentérque coniicite, an talem etiam vos iuxta parentes veſtros diſtrictionem mentis iugiter retentare poſsitis, [qualem habuit abbas Apollo, qui ſe mundo parentibuſque mortuum eſſe denunciauit.] Cumque vos in hac animi

mortifi

A.C. 430

mortificatione conſimiles eſſe ſenſeritis, tunc demum ſcitote parentum fratrumque viciniam vobis quoque ſimiliter noxiam non futuram, vt ſcilicet eis quaſi in proximo conſtitutis velut mortuos vos eſſe credatis. Vix tamen aliquâdo contingit, vt præcipue miniſtrantibus ipſis propinquis neceſſaria, ipſi religioſi non afficiantur ad eos vltra debitum.

Ex dictis D. Antonij probat vitũ religioſũ prope ſuos manere non debere. c. 4.

Vnde cum quidam anachoreta ad beatum Antonium acceſsiſſet, & ei intimaſſet interrogatus ab ipſo, quod iuxta conſanguineos ſuos habitare, qui ei prouidebant de neceſſariis, ex quo liberius illẽ Deo vocabat, dixit beatus An- B tonius. Dic mihi fili, vtrum in eorum damnis & aduerſis caſibus contriſteris, & de eorũ proſperitate congaudeas? At ille vtriuſque rei ſe participem confeſſus eſt. Cui ſenex. Noueris (inquit) te in futuro in eorum ſorte eſſe cenſendum, cum quibus in hac vita in lucri detrimentíue conſortio, vel gaudio, vel mœrore concuteris. Hæc conuerſatio atque tepidiſsimus ſtatus non ſolum hoc quod dixi, te feriunt detrimento, licet id nunc tu ipſe non ſentias: quod ſcilicet ſingulis diebus mentem tuam pro caſuum varietate nutantes indeſinenter ad terrena de- C mergunt, verumetiam quod fructu manuũ tuarum, & iuxta proprij laboris mercede defraudant, non te permittentes quotidianum tibi victum tuis manibus præparare.

Fabula Macarij abbatis de tõſore cõpoſita. cap. 13.

Nam quod vos alios quoque ſaluare confiditis poſſe, & ſpe maioris lucri ad reuiſendam patriam feſtinatis, audite etiam ſuper hoc quâdam abbatis Macarij fabulam iucundiſsime atque aptiſsime figuratam, quam & ille cuidam ſimilibus deſideriis æſtuanti ingeſsit. Erat (inquit) in ciuitate quadam peritiſsimus tonſor, qui denariis ternis vnumquemque detondens, com- D paratis vitæ neceſſariis ſingulis diebus centum denarios reponebat. Audiens autem, quòd in alia ciuitate pro raſura vel tonſura vnus dabatur ſolidus, id eſt duodecim denarij, cogitauit, quod illuc proficiſcens ad artem ſuam exercẽdam breui ditaretur. Quam cogitationem executioni mandauit. Profectus ergo illuc, & artificium inchoans ſuum, cum per diem multos ſolidos lucratus eſſet, in ſero ad præparandum ſibi neceſſaria vitæ ſolidos omnes illos expẽdit: quia in caro foro omnia ibi erant, ſicque per plures dies hoc accidit eidem. Vnde apud ſe E ait. Reuertar ad ciuitatem meam. Quæſtuoſior enim mihi fuit ille nummorum numerus, quàm iſte ſolidorum [imaginarius quæſtus,] ex quo non ſolum non mihi exuberat, quod recondam, ſed vix ipſa quotidiani victus neceſsitas ſuſtinetur. Melius enim eſt modicum iuſto, quàm affectare illa maiora lucra, quæ etiam ſi parta fuerint quæſtuoſiſsima conuerſione multorum, neceſsitate tamen mundanæ conuerſationis, & quotidianis diſtentionum diminutionibus abſumuntur.

De tripartito animi motu ca. 15.

F Sicut vna eadémque noxij humoris origo tot vocabulis diſtinguitur vt ſcilicet dicatur podagra, vel articularis, vel aliter, quot membrorum ceperit portiones. Eodem modo animæ noſtræ partibus vim cuiuſcunq; vitij ineſſe credamus. Nam ſi rationalem eius partem vitiorum peſtis infecerit, cenodoxiæ, elationis, inuidiæ, A præſumptionis, ſuperbiæ, contentionis, hæreticos vitia procreabit. Si iraſcibilem vulnerauerit ſenſum: furorem, impatientiam, triſtitiam, acediam, puſillanimitatem, crudelitatémque parturiet. Si concupiſcibilem gaſtrimargiam, fornicationem, philargyriam, & alia deſideria noxia terrenáque generabit.

A.C. 430

Rationalem in nobis parte fuiſſe corruptam, cap. 16.

Et idcirco ſi fontem huius vitij vultis agnoſcere, rationabilem mentis veſtræ portionẽ noueritis eſſe corruptam, ex qua vel præſumptionum, vel cenodoxiæ ſolent vitia pullulare, dum non ſolum ad perfectionis vos perueniſſe faſti- B gia, ſed etiam alios docere poſſe vos creditis. Sed has amputare abſque difficultate poteritis, ſi quàm ſit difficile vnicuique veſtrum ſaluare animam ſuam, mentis veſtræ contritione diſcatis, & non modo ab illa præſumptione ſubmotos docendi alios, ſed adhuc egere doctoris cognoſcatis auxilio. Adhibete ergo huic morbo veræ humilitatis medicinam.

De D. Antonio, de quo Athanaſius, & interpres eius Euagrius apud Sur. tom. 1 Hiero. in catal. Auguſt. in 8. confeſſ cap. 6 & 8. Chryſ. hom. 8. ſup. Matth. Tripar. hiſt. lib. 1. cap. 11. Ruff. lib. 10. c. 10. & 11. cap. 15. & alij. C

CAP. III.

POſt doctrinam perutilem collationum ad perfectionem dirigentem vitæ religioſæ, notandum eſt, de quibuſdam ſanctis patribus, qui cæteris fuerunt fama virtutum celebriores anachoretis & cœnobitis, ſcilicet D de conuerſatione eorum & ſententiis. Eorum omnium ſanctitatis & celebritatis glorioſiſsimus tranſcendit aſcenſum Antonius. Hic tanta ſapientia diuinorum, ac prudentia morum non per ſtudium humanum, ſcientiarum ignarus, ſed diuino munere fuit repletus, vt ex diuerſis mundi partibus tanquam ad cœleſte oraculum, plurimi pro conſilio in agendis confluerent, & à variis languoribus infirmi ſanitatem pleniſsimam reportarent. Conſtantinus ipſe imperator magnificus, cuius tempore claruit, literas rogatas inſtanter ab eo cum multa deuotione & E reuerentia recipiebat, eum exhortantes ad cultum diuinum & iuſtitiam exercendam.

Septem epiſtolas legitur ad eccleſias Aegypti deſtinaſſe, quæ temporibus illis legebantur in eccleſiis, vt epiſtolæ Pauli.

D. Auguſt. audita D. Antonij vita, mũdo nuncium miſit, in Cõfeſſ lib. 8. cap. 6. hic porro amicus eſt Pontianus.

Quodam autem amico Auguſtini veniente à Carthagine, quæ eſt in Aphrica, vt viſitante Auguſtinum ipſum tunc Mediolani morantem, & in arte oratoria legentem, & referente mirabilia, quæ de S. Antonio iam defuncto in illis partibus narrabantur, vt de miraculis, perfe- F ctione vitæ eius, & ſapientia diuina eius Auguſtinus nondum ad fidem conuerſus exarſit, ad imitandum exempla eius, & conuerſus ad Alipium ſocium ſuum ait. Quid patimur? quid audimus? Surgunt indocti, & violenter rapiũt cœlum, & nos cum doctrinis noſtris demergimur in profundum. An quia præceſſerunt pudet ſequi? & non potius, quia anteceſſerunt non pu-

A.C. 360.

det non imitari? Et inde compunctus valde propoſuit fieri Chriſtianus. [a]

Antonius Martyrij flagrabat deſiderio

Tanti autem feruoris fuit in ſua iuuentute Antonius, vt martyres ſequeretur, cum iuſſu Maximiani imperatoris ad tormenta ducebantur, contriſtabatúrque plurimum, quòd ſibi martyrium non dabatur. Eius autem vitam, & conuerſationem ſcripſerunt Athanaſius Alexandrinus epiſcopus luculento & prolixo ſermone, & Hiero. breuiori. [b] Nomen autem eius rei conſonum fuit. Dicitur enim ab ana, quod eſt ſurſum, & tenés, quaſi ſuperna tenens & terrena deſpiciens. Igitur cum ætatis viginti eſſet annorum, & in eccleſia legi audiſſet euangelicum illud: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & ſequere me: non huius ſententiæ ſurdus auditor, omnia quæ habebat vendens, & partem conſanguineis egentibus, partem pauperibus largiens, vitam aſſumpſit eremiticam. Et licet pro tempore anachoreta fuerit poſt Paulum primum eremitam, magis tamen vitam cœnobiticam tenuit, pater eſt factus multorum monachorum: & primus ex nominatis in Eccleſia, quem plurimum venerátur & colunt, non ſolum religioſi, ſed & laici etiam ſceleſti.

Matt 19.

Vita D. Pauli primi eremitæ ex D. Hierony. breuiter collecta, tom. 1.

Cum autem ſe primum inter monachos eremicolam eſſe cogitaret, in ſomnis multo ſe meliorem alium eremum incolere ei reuelatur. Iter autem arripiens hunc, quis ſit per ſyluas & deſerta inquirit. Obuium in via habuit hippocentaurum, hominem ſcilicet equo mixtum, cui opinio poetarum centauri nomen dedit, qui ei viam dextera demonſtrauit. Poſtmodum obuiũ habuit animal ferens fructus palmarum ſupra imaginẽ hominis inſignitũ deorſum capræ formam habentem. Qui cum eum per Deum adiurаſſet, vt quis eſſet ediceret, reſpondit ſe eſſe ſatyrum, Deum ſyluarum ſecundum errorem gentilium. Poſtremo inuenit lupum, qui eum ad cellam ſancti Pauli perduxit. Paulus autem Antonium ſentiens, oſtium ſera clauſit. Antonius vero rogauit, vt ſibi aperiat, affirmans ſe nunquam inde receſſurum, ſed ibi etiam moriturum.

Antonius Paulum inuiſit.

Victus Paulus oſtium aperuit, ſtatimque in oſcula ruunt ad inuicem. Cumque poſt mutua diuina colloquia hora prandij aduenіſſet, coruus, qui ei ſolitus erat eſcam panis de cœlo afferre, duplicatam partem in medium poſuit. Cumque de hoc Antonius miraretur, dixit Paulus, quod omni die Deus ſibi taliter eſcam miniſtrabat, ſed tunc annonam propter ipſum hoſpitem duplicauerat. Pia vero lis oritur inter eos vter ſcilicet magis dignus eſſet panem diuidere. Defert Paulus hoſpiti, & Antonius ſeniori, tandem vtrique manus apponunt, & panem in æquales partes diuidunt.

Deinde diſcedit ab eo Antonius, & cum reuertens cellæ ſuæ appropinquaret, vidit angelos animam Pauli in cœlum deferentes, & inter prophetas & Apoſtolos collocantes. Qui velociter rediens, inuenit corpus Pauli flexis genibus in modum orantis erectum, ita quod ipſum viuere exiſtimauit. Sed cum mortuum didiciſſet, dixit. O ſancta anima, quod in vita geſſiſti, in morte monſtraſti. Cum autem non haberet, vnde ſepulturam faceret, ecce duo leones aduenientes foueam fecerunt, ſepultóque eo ad ſyluam redierunt. Antonius autem tunicam Pauli ex palmis cõtextã aſſumpſit, qui poſtea in ſolẽnitatibus ea vtebatur. Obiit autẽ circa annos domini 287. Hic ferueſcente perſecutione Decij contra Chriſtianos timens non poſſe tormenta ſufferre, in eremum vaſtiſſimam ſe contulit, vbi ſexaginta annis hominibus ignotus manens, Deo deuotiſsime deſeruiuit.

Vnde ſe pulturam faceret.

D. Antonij diuerſa contra dæmones certamina. D. Athan. in vita eiuſdem.

§. I.

HIc Antonius cùm quadam vice ſpiritum fornicationis virtute fidei ſuperaſſet, diabolus in ſpecie pueri nigri ante eum proſtratus apparuit, & ſe ab eo victum confeſſus eſt. Nam & hoc precibus impetrauerat, vt videret ſpiritum fornicationis, & dæmonem iuuenibus inſidiantem. Quem cum in prędicta forma vidiſſet, ait. Viliſsima ſpecie mihi apparuiſti, te vltra nolo videre.

Idem cum in quodam tumulo latitaret, vt ſecretius Deo vacare & liberius poſſet, multitudo dæmonum adeo eum lacerauerunt, quòd miniſter eius veniens & quaſi mortuum exiſtimans propriis humeris aſportauit ad locum congregationis fratrum. Cumque omnes, qui congregati erant, quaſi mortuum eum lugerent, dormientibus cunctis Antonius reuixit, & à miniſtro ſe ad prædictum tumulum portari fecit. Qui eum ex dolore vulnerum ibi proſtratus iaceret, ex virtute animi ad conflictum dæmones excitabat. Tunc illi in formas varias ferarum apparuerunt, & eum iterum dẽtibus, cornibus, & vnguibus crudeliſsime lacerauerunt. Tunc ſplendor mirabilis ibi apparuit, & dæmones cunctos fugauit. Antonius autem continuo ſanatus eſt. Ibíque Chriſtum adeſſe intelligens, ait. Vbi eras bone Ieſu, vbi eras? quare à principio nõ affuiſti, vt me iuuares, & vulnera mea ſanares? Cui dominus. Antoni hîc eram, ſed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicaſti, in toto orbe terrarum te faciam nominari. Quod quantum vere ſit impletum de ſe patet.

Dæmones D. Antonio infeſtiſsimi

Idem cum triginta quinque annorum eſſet, & in

a. D. Auguſtinum audita D. Antonij vita. non propoſuiſſe ſolùm Chriſto nomen dare, ſed cælibem etiam caſtámque vitam in Chriſtianiſmo agere, indicat ipſe Aug. eodem quo citauimus loco, dicens. Et de vinculo quidem deſiderij concubitus, quo arctiſsime tenebar, & ſecularium negotiorum ſeruitute quemadmodum me exemeris narrabo & confitebor nomini tuo domine Deus meus. Vide quæ ſup. tit. 10. cap. 8. §. 1. & in 3. part. tit. 24. cap. vltimo annotauimus.

b Ludit etymologia huius auctor in nomine Antonius. Cõſtat enim Antonios clariſsimos reip. Romanæ ciues (à quibus Antonius Aegyptius nomen accepit), ab Antone Herculis ſocio nomen accepiſſe, vt Plutarchus & Appianus teſtantur.

A.C. 360.

& in aliam eremum pergeret, argéteum diſcum reperit, & intra ſe dicere cœpit: Vnde hic argéteus diſcus, vbi hominum veſtigia nulla videntur? Sed ſi viatori cecidiſſet, præ ſui magnitudine latere non potuiſſet: hoc diabole artificium tuum eſt: verumtamen voluntatem meam non poteris immutare. Hoc dicente, diſcus vt fumus euanuit.

Poſtmodum ingentem maſſam veri auri reperit, ſed vt incendium aurum fugit. Sicque ad montem pergens viginti annis ibi permanſit, innumeris coruſcans miraculis.

Huic diabolus aliquando in tanta proceritate apparuit, vt quaſi capite cœlum tangens videretur. Quærenti quis eſſet, reſpondit Sathanam ſe eſſe, & addidit. Cur me ſic fruſtra impugnant monachi? Cur me omnes meledicunt Chriſtiani? Reſpondit Antonius. Iuſte quidem hoc faciunt: tuis enim frequenter tentantur moleſtiis. At ille. Nihil ego facio, ſed ipſi ſe inuicẽ turbant. Nam & ego ad nihilum redactus ſum, Chriſtus vbique regnat, vbique nomen Chriſti perſonat. Antonius Deo gratias retulit, & ille vt fumus euanuit. Multis autem nudis corpus affligens, & gloria miraculorum coruſcans, propter cautelam gloriæ ad locum ignotiorem diceſſit: vbi cum diuerſas dæmonum ſuſtinuiſſet inſidias, rogatus à fratribus, vt eos inuiſeret, deficientibus ſitu comitibus fontem oratione produxit. Et ſic refectis ſociis ad monachos, qui ſe inuitauerant, lætus venit.

Animarũ ſtatus in hac vita ei manifeſtatur.

Altera die cum fratres de ſtatu animarum quæſiſſent, nocte ſequenti vox venit ad eum dicens: Surge exi & vide. Et egrediens vidit quẽdam longum & terribilem caput vſque ad nubes tollentem, qui quoſdam pennatos ad cœlũ volare cupientes, extenſis manibus prohibebat. Et alios libere peruolantes retinere non poterat, & maximum gaudium, ſimúlque cum dolore nimio à victis & victoribus emitti Antonius ſentiebat. [Statímque ad eum vox facta eſt dicens. Animaduerte quod vides.] & intellexit animarum illum eſſe conſenſum, & diabolum prohibere quærentem, qui & ſibi obnoxios cum gaudio retineret, & de ſanctorum volatu, quos retinere non poterat, ſic doleret.

Antonius hæreticorum & ſchiſmaticorum hoſtis grauiſsimus, Athan. ibidem.

§. II.

Antonius hæreticorũ & ſchiſmaticorũ hoſtis grauiſsimus. Atha. ibi.

ET vt ſcribit de eo Athanaſius in legenda eius. Erat Antonius in fidei pietate mirabilis. Nunquam ſe ſchiſmaticorum miſcuit communioni, antiquam eorum ſciens prauitatem. Nunquam Manichęis, aut aliis hæreticis ſaltem amicabilia verba largitus eſt, niſi tantum ea, quę eos poſſent ab errore reuocare, denuncians talium amicitias atque ſermones perditionem animæ eſſe. Sic Arianos deteſtabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem eſſe accedẽdum. Mentientibus aliquando Arianis, Antonium, ita vt ipſi credere, admiratus eorum audaciam, iuſti doloris ita commotus eſt: vt de monte eos expelleret, quo ad eum venerant, ſerpentibus deteriores eos affirmans. Rogatúſque ab epiſcopis & fratribus vniuerſis Alexandriam deſcendit, ibique Arianitas ſermone publico condemnauit, vltimam hanc eſſe hæreſim, & præcurſionem Antichriſti affirmans.

Prædicabátque in populis, filium Dei nõ facturam, non ex vllis exiſtentibus, ſed proprium & vnius cum patre eſſentiæ, ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur: Impium eſſe dicens vel mente concipere. Erat quando non erat, cum verbum Dei Deus ſemper patri ſit coæternus: quia ex eo patre natus eſt qui ſemper eſt: vnde aiebat. Cum Arianis nulla ſit vobis coniũctio. Vos fideliter credentes Chriſtiani eſtis. Illi Verbum, id eſt filium, qui ex Deo patre natus eſt, creaturam docentes, nullo interuallo à gentibus ſeparantur, qui ſeruiunt creaturæ potius, quàm creatori. Ipſa (mihi credite) iraſcuntur elementa, & omnes contra Arianum furorem congemiſcunt creaturæ, quod ſibi Dominum ſuum, per quem omnia, & in quo omnia facta ſunt, videant aggregari.

Erat quãdo nõ erat, impiũ eſt vel cõcipere.

Rom. 1.

Hæc tanti viri prædicatio exprimi non poteſt, quantum ad fidem populos roborauerit. Lætabantur omnes hoſtilem & Chriſti inimicam hæreſim anathematizari ab Eccleſiæ colũna Antonio. Nulla tunc ætas, nullus ſexus domi remanſit, taceo de Chriſtianis. Pagani, & ipſi idolorum ſacerdotes ad dominicum ouile conuolabant dicentes. Precamur vt hominem Dei videamus, quia hoc apud vniuerſos conſpicuũ nomen erat Antonij. Ambiebant quoque ſaltẽ fimbriam veſtimenti eius attingere, multum etiam tactum prodeſſe credentes. Quot tunc diabolica obſidione & variis ſunt infirmitatibus liberati? Quot ſimulacris ablata ſunt ſpolia? Quanti ab errore gentilium retracti noſtro cõiuncti ſunt gregi? [tanti certe, vt paucorũ dierum ſpacio, ex idolorum ſuperſtitione conuerſio omnem per annum credentium vinceret turbam.]

Infidelib. Antonius fuit mirabilis.

Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, exiſtimantes tædio illi conuentum populi fore, ipſe tranquillo animo dicebat. Nunquid hic cœtus maior eſt dæmonũ turbis? A Saluatore etiam hoc munus acceperat, vt ſi quis ignarus eius inter multitudinem monachorum eum videre deſideraſſet, nullo indicante cæteris prætermiſsis ad Antonium præcurrebat, & animæ puritatem agnoſcebat ex vultu, & per ſpeculum corporis, gratiam ſanctę mentis intuebatur. Nam ſemper hilarem gerẽs faciem liquido oſtendebat ſe de cœleſtibus cogitare. Habebat oculos lætificantes, & dentes ſicut lac nitidos. hæc Athanaſius.

Præuidet futuram Arianorum tempeſtatem. Athanaſ. ibid.

§. III.

ALiquando cum operaretur cum fratribus, ſuſpiciens in cœlum, dum triſtem viſionẽ vidiſſet prouolutus ante Dei vultum, rogauit, vt futurum ſcelus auerteret. Vnde cunctis trementibus, qui adſtabant, & rogantibus, vt viſionem exprimeret, ſingultibus & lachrymis præpeditus, dixit eis, quòd magnum nefas, & inauditum ſcelus ſæculis immineret. Vidi, inquit, altare

A.C. 360.

A Dei mulorum circumdatum multitudine, qui calcibus omnia diſsipabant, ac per hoc magno turbine fides Catholica ſubuerteretur, & homines iumentis ſimiles, Chriſti ſacra diripient. Hæc eſt cauſa gemituum meorum. His auditis facta eſt vox Domini ad eum dicens, abominabitur altare meum. Quod & factum eſt.

Arianorũ ſæuitia. hos probe Caluiniſtæ imitantur.

Nam poſt duos annos erumpentibus Arianis, Eccleſia tantæ direptioni ſubiacuit, vt pollutis omnibus non ſolum virgines & matronę, & ipſum baptiſterium pollueretur, ſed etiam Chriſtiani tanquam oues iuxta altaria necarentur.

B Quidam autem Arianus nomine Balathius dux Aegypti cum ita eccleſiam infeſtaret, vt virgines & monachos nudatos publice verberaret ſic ei ſcripſit Antonius, Video iram Dei venientem ſuper te. Iam deſine perſequi Chriſtianos, ne ira Dei te occupet, quæ proximum tibi minatur interitum. Legit infælix literas & riſit, & in eas expuens in terram proiecit. Portitoréſq; multis afficiens iniuriis, talia Antonio remandauit. Quia tantum curas de monachis, veniet quoque ad te noſtri etiá diſciplina rigoris. Sed C confeſtim minatorem ſupplicium ſic oppreſsit, quod cum intra quinque dies equum mitiſsimum equitaret, morſu equi ſui in terram decuſſus, corroſis & laceratis cruribus, delatus ad vrbem expirauit.

Ludibria dæmonũ.

Aliquando cum Antonius ab angelis in aerẽ leuaretur, adſunt dæmones eius tranſitum prohibẽtes, peccata eius ab exordio natiuitatis obiicientes. Quibus angeli. Non debetis illa narrare, quæ Chriſti miſericordia ſunt deleta. Si qua autem ſcitis, ex quo factus eſt monachus, illa proferte. Et cum in probatione deficerent, D liber Antonius in ſublime tollitur, & liber deponitur.

Narrauit Antonius de ſe dicens: Vidi aliquãdo diabolum excelſum corpore, qui ſe Dei prouidentiam & virtutem eſt auſus dicere. Et ait. Quid à me vis Antoni vt à me tibi donetur? At ego ſputa in os eius ingeminans, totum me in eum Chriſti nomine armatus ingeſsi, & ſtatim euanuit.

Idem fere habet Tripart. hiſt. lib. 8. cap. 1.

Cum ſemel Antonius in ſpiritu raptus totũ mundum laqueis ſeſe inuicem connectentibus plenum vidiſſet, exclamans ait. O quis iſtos euadet E laqueos? Et vox de cœlo: Humilitas ipſa.

Quidam philoſophi audientes famam ſapiẽtiæ eius: & cum ſcirent ipſum ſtudio literarum in ſæculo non vacaſſe, acceſſerũt ad eum in deſertum ad tentandum eum, & probandum ſapientiam eius. Et inuenientes eum vacantem, interrogauerunt, quid ageret. Qui reſpondit ſe tunc legere. Quærentes autem, in quo libro legeret, Reſpondit. In libris, qui docuerunt doctores veſtros, Ariſtotelem, Platonem, & alios. F In creaturis videlicet, quarum virtutes & proprietates illi conſiderantes, in ſcriptis ſuis reliquerunt; ſed ipſe in eis contemplabatur creatorẽ earũ cognoſcẽdo & amãdo: Philoſophi autẽ curioſe exquirẽdo, & inde ſe cõmendando. Ex qua reſponſione admirati philoſophi cognouerunt veram ſapientiam eius.

Alij artis magicæ periti, arte diabolica con-

A.C. 360.

A ſueta vſi ſunt, mittentes ad eum infeſtandum dęmones: qui ſua ſuggeſtione vehementi facerent eum recedere de cella ſua. Et cum pluries diuerſos principes dæmoniorum adiurãdo miſiſſent, & nunquam eum viciſſent, vt facerent eum locum deſerere, admirati venerunt ad eum interrogantes an vltra ſolitum fuiſſet incitatus ad receſſum de ſella illa. Qui vtique confeſſus eſt ſe diebus illis multum ſuper hoc fuiſſe vexatũ, ſed tentationem huiuſmodi ſuperaſſe virtute Chriſti. Et confeſsi peccatum ſuum ad Deum conuerſi ſunt.

Quomodo temptationi corporis aliquid indulgendũ eſſe docuerit.

B Sagittarius quidam videns Antonium cum monachis ſuis gaudentem, cuius ſanctitatis famam audierat, ſcandalizatus eſt imputans illud leuitati & diſſolutioni, non diſcretioni. Quod intelligens Antonius dixit ei. Pone ſagittam ſuper arcum, & trahe, quod & fecit. Et cum hoc ei mandaſſet immediate ſecundo & tertio, dixit ſagittarius. Tantum trahere potero, quod de eius fractione dolebo. Tunc Antonius, ſic (inquit) eſt in opere Dei. Si ſupra menſuram ſemper tendere vellemus, in rigore ſpiritus & corporis perſiſtentes, cito frangeremur. Expedit C ergo rigorem aliquantulum relaxari, vt perſeuerare poſsimus. Ex quibus verbis ædificatus receſsit. Vnde & in ſecunda collatione Moyſi, vt ſupra dictum eſt, conferentibus eremitis, ſimul cum beato Antonio quæ eſſet virtus: quæ expeditius & ſecurius perduceret monachum ad perfectionem, cum diuerſi diuerſa dicerent, concluſit Antonius, & per exempla probauit eſſe virtutem diſcretionis.

Tribuitur à Caſſ. D. Ioan. Euãgeliſtæ, coll. 24. c. 19. & in 1. par. tit. 6. ca. 6. §. 1.

Quomodo Antonius fuerit ad perſeuerandum animatus, lib. vitæ pat. par. 2. §. 10.

§. IIII.

Quomodo nõ ſit imperfecte ſeculo renunciandum. ibi. §. 64.

ANtonius ipſe cum aliquando in eremo tædio afficeretur, clamauit ad Deum dicens. Domine volo ſaluus fieri, ſed non permittunt me cogitationes meæ. Et ſurgens egreſſus eſt cellam, & vidit iuuenem quendam (hic erat angelus domini) ſtantem atque operantem, poſt modicum ſurgebat, & ad orationem ſe dabat, & poſt paululum reuertebatur ad opus. Et iterum ſurgens orabat. Cumque pluries alternatis E vicibus hoc egiſſet, dixit angelus: Sic fac, & ſaluus eris, & ſubito diſparuit.

Quidam renunciauerat ſæculo, ſed non perfectè, quia quædam adhuc ſibi retinebat. Venientem ergo ad Antonium pro inſtructione ſuæ ſalutis: dixit ei Antonius. Vade, & eme carnes, & cum eis ad me reuertaris. Quod cum feciſſet, & eas ſecum portaret, canes in via eum infeſtabant, & multum lacerabant propter illas. Et cum veniſſet ad Antonium declarauit ei moleſtiam quam paſſus fuerat à canibus in via pro F pter carnes. Tunc Antonius ait: Sic qui ſæculo renunciant, & retinent ſibi pecunias, impugnati à dæmonibus diſcerpuntur.

Interrogauit quidam Antonium dicens. Quid cuſtodiens placebo Deo? & ille. Quocunque, inquit, vadis, ſemper Deum præ oculis tuis habeas. Iis quæ cogitas ſemper teſtimonium ſcripturarum adhibeas, vt ſcilicet ſecundum doctrinam

À C. 360.

ctrinam earum ipſas vel ſequaris ſi bonæ, vel abncias ſi malæ ſint. In quocunque loco ſederis, non inde cito mouearis, ſcilicet ſine vrgenti cauſa. Hæc cuſtodiens ſaluus eris.

Hoc habet Antonij dictū Nicepho. lib. 5. hiſt. eccl. ca. 4.

Alius eum interrogauit. Quid ſibi agendum ad ſalutem conſequendam Cui Antonius. Nūquam confidas de tua iuſtitia, ventris & linguæ ſit tibi continentia, & non pœniteas de re trāſacta, ſcilicet te bonum feciſſe, vel ſi malum fuit non ita pœniteas, quod triſtitia abſorbearis & deſiſtas à bonis operibus. Idem. Qui ſedet in ſolitudine (ait) à tribus bellis eripitur, ſcilicet auditus, locutionis, & viſus. Contra vnum tantum pugnam habebit, ſcilicet cordis per cogitationes, vnde & ſuper his inuigilare opus eſt, ne malæ acceptentur. Sicut autem piſces, ſi tardauerint in ſicco, moriuntur: ita monachi extra cellam morantes, & cum ſecularibus conuerſantes, à quietis propoſito reſoluuntur. Quidā fratres cum verbum ſalutis ab Antonio quæſiſſent, reſpondit ille. Audiſtis dominum in euangelio dicentem. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, porrige ei & aliam. At illi. Hoc nullo modo facere poſſumus. Et Antonius. Saltem de vna patienter ferte. Et illi. Nec hoc poſſumus. At beatus Antonius. Saltem non velitis magis percutere, quàm ſitis percuſſi. Et illi iniquiot. Nec hoc poſſumus pati. Demum dixit Antonius diſcipulo. Prępara iſti ſuccos, quia nimis delicati ſunt.

Matt. 5.

Succos vocat cibos delicatos & tragemata.

Præclara D. Antonij contra gentiles oratio, ex Athan. in vita.

§. V.

SCribit etiam Athanaſius de beato Antonio. Quod cū philoſophi plures veniſſent iam bis ad beatū Antoniū, ad tentandum & irridādum ipſum quia literas ignorabat, quos tamen ille interrogantes conuincebat: tertia vice venerunt viri omnis ſæcularis prudentiæ nube cæcati, atque in vniuerſæ philoſophiæ ſtudiis artium ſuarum æſtimatione doctiſsimi. Ij ergo cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Chriſto habemus, & niterentur argumentoſa ſophiſmatum interrogatione de diuina Cruce eum illudere, intra ſe paululum voce compreſſa, primū eorum errorem miſeratus eſt, deinde per interpretem, qui eius verba diligenter in Græcum ſolebat exprimere ſermonem, ita exorſus eſt dicens.

ᵃQuid pulchrius eſt, quidve honeſtius crucē colere, an adulterium, homicidium, inceſtum iis aſsignare, quos colitis: cum in altero cōtemptus mortis inſigne virtutis ſit: in altero turpis religio ſit, obſcœnitatis magiſtra? Quid melius eſt dicere: quod Dei verbum, manens vt erat, ob ſalutem noſtram humanum corpus aſſumpſerit, vt ſocietate mortalitatis nos eueheret ad cœlos, participéſque naturæ cœleſtis efficeret, an (vt ipſi aſſeritis, diuinæ mentis hauſtum ad terrena veneranda caput ſubmittere, & pecudum atque ſerpentum formis cœleſte numen includere? Quo ore credulitatem Chriſtianorum audetis irridere, dicentium Chriſtum filium Dei ſine ſui detrimento & cœpiſſe eſſe, quod non erat, & manſiſſe, quod fuerat: cum ipſi animam de cœleſtibus detrahentes non tantum hominum, ſed & pecudum ſoleatis ſepire corporibus.

Crucē colere quā pulchrū, honeſtūque indicarit Antonius.

Chriſtiana credulitas Deum ſuum pro ſalute mundi veniſſe teſtatur: vos vero innatam animam prædicantes, vltro citróque transfertis. Chriſtiana fides, quæ clementiam Dei, omnipotentiamque veneratur, [conſequenter incarnationem] dicit Deo fuiſſe poſsibilem: ita tamen, vt non euacuauerit dignatio dignitatem: vos qui animam ex ſplendidiſsimo Dei fonte manantem, turpiter decidiſſe iactatis, qui mutabilem & conuertibilem eam poſt ſui diminutionem audetis aſſerere. Iámque illam quoque naturam dominicam ſæculorum per animæ contumelias impia lingua temeratis. Imago enim, quæ ſecundum vos naturalem ſimilitudinem ſui retinet authoris, cui vna eſt, ex quo defluit eadémque ſubſtantia: humilitates proprias & iniurias conſequenter ad ſuam remittit originem. Igitur animaduertite contumelias animarum ad patrem (vt appellatis) earum per veſtram blaſphemiam redundare.

In Pythagoræ μετεμψύχωσιν.

Crux Ieſu Chriſti domini noſtri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc eſt religionis obſcœnitas? Nonne potius eſt Crucem attolere aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter ſuſtinere, quàm Iſidis plangere poſt Oſirim vagos incertóſque diſcurſus? Pudeat quęſo vos inſidiarum Typhonis, pudeat Saturni fugæ, & deuorationis crudeliſsimæ filiorum, erubeſcite parricidium Iouis & inceſtum, erubeſcite raptum eius & coitum mulierum atque puerorum. Ille (ſicut veſtri fingunt poetæ) ad explendum immaniſsimæ libidinis furorem, molles dedit in amore mugitus, ille in Danaes fluxit ſinus, ille amator & pretium, ille modulatus ales Ledæos petiuit amplexus, ille in proprium ſæuiens ſexum, regium puerum miniſtris alitibus polluit. Hæc vos creditis, hæc vos colitis, hæc ſunt veſtrorum ornamenta templorum.

Perſtringit falſorum deorum flagitia & turpitudines. Vide Tertul. in Apolo. ad uer. Gen. c. 24. & 25. & Aug. in 3. & 4. Ciuit.

Aequo deprecor pro veſtra ſalute, noſtra dicta penſare iudicio. Cuncta an nihil in libris

a Hoc ſæculo Crucis formam & figuram veneratione cultúque Chriſtianos proſecutos fuiſſe ex hac D. Antonij diſputatione perſpicitur, quod etiam D. ipſe Athanaſ. in Quæſt. de Diuinis ſcripturis quæſt. 16. aperte demonſtrat. Quæſtione enim propoſita, Quare credentes omnes ad Crucis imaginem cruces facimus, reſpondet. Figuram quidem Crucis ex duobus lignis compingentes cō ficimus, vt ſi quis infidelium id in nobis reprehēdat, quòd veneremur lignum, poſsimus duobus inter ſe disiunctis lignis & crucis dirempta forma ea tanquam inutilia ligna reputare, & infideli perſuadere, quòd non colamus lignum, ſed quod crucis typum veneremur. Hæc ille. Sed & antiquior Tertull. in Apolog. aduer. Gent. cap. 16. oſtendit Chriſtianos ab ethnicis tanquam Crucis cultores traduci: quam ille Gentilium de nobis opinionem non refutat, ſed ſolum oſtendit, lignum à gentibus & Crucis figuram ſæpiſsime venerari. Qui Crucis, inquit, nos religioſos putat, conſectaneus noſter erit, cum lignum aliquod propitiatur.

A.C 360. credenda ſunt Chriſtianis? Si nihil, nec Crucis A
quoque, cui detrahitis nomen agnoſcetis. Si vni
uerſa credenda ſunt, cur cum in eiſdem libris
cruci reſurrectio copuletur, paſsionem diuinam
ſtolido laceratis eloquio, & non ſtatim iungitis
cœcorum viſum, ſurdorum auditum, claudorū
greſſum, lepræ emundationem, ſeruiens ambu-
lanti Deo ſuo mare, dæmonum fugas, mortuo-
rum reſurrectionem, & defunctorum ab inferis
reditus? Hæc omnia ſcripturis diuinis quas in-
terpellatis inſerta ſunt, & eiſdem voluminibus
continentur præconia maieſtatis, & dedecora B
mortis. Quamobrem odio, quo imbuti eſtis ab-
iecto, inuenietis illico & verum Deum eſſe Ie-
ſum, & humanæ ſaluris gratia fragilem aſſum-
pſiſſe naturam: veſtram tamen ſi non pudet, no-
bis narrate religionem.

Sed quas error infælix poterit referre cultu-
ras de tanta rerum fœditate, atque vecordis? niſi
forte (vt audio) fabulas deorum veſtrorum &
obſcœnitates, & crudelitates & vanitates &
mortes allegoricis velaminibus operitis, Libe-
rum vinum, raptam Proſerpinam, terram, ſemi-
claudum Vulcanum, debilem ignem, Iunonem C
aerem: Apollinem, ſolem, Dianam, lunam, Ne-
ptunum maria, & libidinum principem Iouem
ætherem interpretantes. Nec poſt hanc excuſa-
tionis procacitatem, Deum ſed creaturas con-
tempto ſuſcipitis creatore? Quod ſi pulchritudo
vos elemētorum traxit ad ſuam venerationem,

Creatorum pulchritudo nō debet nos ad eas colē-das attrahere.

modum fas erat cuſtodire, & oportebat mirari
tantum, nec colere, ne facturæ veneratio crea-
toris eſſet iniuria. Nam iſtiuſmodi quæ vos ſe-
quimini, ratio eſt præpoſtera, atque peruerſa, &
architecti honor migrauit ad domū, & medici
ſciētia ad remedia cōfertur, omniúmq; artificū D
merita vel laudes, ad opera transferuntur. Quid
ad hæc dicitis vt agnoſcamus, quæ ſit crucis ri-
diculæ vobis ignominioſa confeſsio?

Hac diſputatione conuertentibus inter ſe
philoſophis oculos, ſimúlque muſsitātibus, ſub-
ridens per interpretem rurſus ait Antonius. Prę
dutum namque cuncto videtur operi, quoties
iuſto vniuerſæ rei tenore calcato, laboris meri-
ta factis magis, quàm factoribus adſtruuntur.
Elementa quidem (vti memoraui) ex ipſo con-
ſpectu ſuam comprobant ſeruitutem. Sed quo- E
niam vos obſeruatione dialectica neceſſaria (vt
putatis) quæque colligitis: hoc quoque artificio
etiam nos noſtram religionem compellitis af-

Argumentis aduerſus philoſophos agit Antonius.

firmare. Reſpondete mihi. Cognitio Dei per
quem modum manifeſtius approbatur, per ar-
gumenta verborum, an per operationem fidei?
Et vtrum antiquius eſt, operatio fidei, an diſpu-
tatio per argumenta procedens? Illis autem re-
ſpondentibus firmiorem ſermonibus operatio-
nem eſſe, & hanc liquidam de Deo cognitionē
bene eos & ipſe dixiſſe conſenſit: quia operatio
nem quæ ex fide deſcendit, animi generat affe- F
ctus: dialecticam vero ex artificio componen-
tium ſumpſiſſe oppoſitionis exordia.

Cum ergo (ait) operationem fidei animo inſi-
tam quis habuerit, ſuperflua erit verborum cō-
poſitio, per quam conceptam ſenſu noſtro cre-
dulitatem tentatis euellere, & tamen noſtras ſæ-
pe explicare intelligentias non valetis. Et ita
tanto ſolidiora ſunt mentis opera quàm ſophiſ-

A matum fraudulenta concluſio. Nos Chriſtiani A.C. 360.
myſterium vitæ noſtræ non in ſapientia mundi
habemus repoſitum, ſed in virtute fidei, quę no-
bis à deo per Chriſtum tributa eſt. Hanc ora-
tionis meæ veritatem, rerum, quæ geruntur
quotidie ordo commendat. Nobis enim imperi-
tis, & literarum veſtrarum ignaris: ad dei cogni-
tionem eius ſola verba ſufficiunt. Ecce nos tot
gentilitatis gregibus abſtracti in vniuerſum or-
bem quotidie propagamur, veſtræ vero poſt ad-
uentum Domini noſtri nodoſæ ſophiſmatum
B defecere verſutiæ. Ecce nos ſimplicem Chriſti
fidem dolentes idololatriam debellauimus: &
per prędicationem ignominioſæ crucis aurata
templa ceciderunt. Vos ſi potestis, oſtendite,
qua compoſitione verborum gentilitatē Chri-
ſto proponere ſuaſeritis Per omnem iam terrā,
Chriſtus verus Dei filius eſt agnitus. Nihil elo-
quentis ſophiſtarum, nihil diſputatio philo-
ſophiæ multitudini poteſt obeſſe credentium.
Crucifixum nominamus, & vniuerſi dæmones,
quos vos & deos colitis, fugiunt, atque ex ob-
ſeſsis corporibus ad primum dominicæ crucis
C ſignum fugantur. Vbi ſunt illa fabuloſa oracu-
la? vbi Aegyptiorum incantationes? Quid pro-
fecere magorū carmina? Certe tunc vaſtata ſunt
omnia: Cum de ſua cruce Chriſtus mundo
intonuit. Nihilominus vos prætermiſsis debili-
tatorum cateruis, glorioſam Ieſu mortem irri-
dere conamini.

Crucis prædicatio ri Philoſophorū ſcholę ceſſerūt.

Crucis ſignum pellit dęmones.

Illud autē quale eſt, quòd nunquā infeſtatio-
ne regali cōcuſſa gentilitas, immo verò ſæcu-
lo clara & hominum præſidiis fulta, & ſuſten-
tata iam corruit, nos famuli Chriſti, quo plus
premimur, eo magis exurgimus & floremus.
D Veſtra ſimulacbra ornatis quondam ſepta parie
tibus, iam vetuſtate collapſa ſunt: Chriſti vero
doctrina, quæ vobis ſtultitia videtur & ludus,
licet tyrannica perſequentium principum ten-
tamenta pertulerit, licet variis ſit incurſata ter-
roribus: nullo tamen terrarum orbe concludi-
tur, nullo gentium barbarorum fine prohibe-
tur. Quando enim diuinæ ſcientiæ tantus ſplen
dor effulſit? quando tot ſimul in ſe conuenere
virtutes? Continentia in matrimonio viget, vir-
ginitas in eccleſia floret, martyrium pro domi-
E no ſuo glorioſa conſtantia pollet, quorum om-
nium crux Chriſti principium eſt. Cum interim
vos inter tantos virtutum choros ſyllogiſmorū
tetra tenditis, & verum lumen conamini tene-
broſis argumentationibus obuoluere, ecce nos
(vt dixit doctor noſter) non in gentili perſua-
ſione, ſed in fide apertiſsima ſuademus, quæ ver
borum affirmationem præuenire conſueuit.

Cael... cæ religionis vi... tus.

Virtutes catholicę Eccleſiæ.

1. Cor. 2.

Adſunt quippe patientes à dæmonibus vexa
ti. Quos cum in medium perduxiſſet, hæc ver-
ba repetiuit dicens: Nunc vos collectionibus
veſtris, & quo vultis malefico carmine deos ve-
F ſtros, quos putatis expellite. Si autem non po-
teſtis, victas ſubmittite manus & ad Chriſti tro
phea confugite, & ſtatim crucifixi crudelitatem
maieſtatis potentia perſequetur. Dixit & inuo-
cato Ieſu nomine, cum vitale ſignum in numero
facto Trinitatis preſsiſſet in frōtibus, vnà cum
expulſis dæmonibus vana præſentium philoſo-
phorum confutata eſt ſapientia. Expauerunt e-
nim ſtupentes tantum hominem, cui poſt tan-
tum

A.C [illegible] Christi Crux [illegible] in omni[illegible] Trinitatis.

tum ingenium affluerent ſignorum tanta largitio. At ille vniuerſa quæ curauerat Chriſto adſcribens, viſus eſt aſſatu reciproco, & ait. Nolite me putare his ſanitatem dediſſe, Chriſtus per ſuos ſeruos facit iſta miracula. Credite & vos, & videbitis, quia Deo deuota fides non eloquẽtiæ vanus tumor talia ſigna mercatur. Confugite ad Crucifixi legem: voſque eius imitamini famulos, & hoc ſcientiæ fine contenti, nulla deinceps ſæcularis imprudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, philoſophi miro ſtupore perculſi, & cum honorifico ſalutatu ab eo recedentes, multum eius ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum.

Conſtantini ad D. Antonium litteræ.

Hoc in eo viro mirabile eſt, vt hominem in extremo mundi limite conditum (alias conſtitutum) & fauor principum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus imperator & eius liberi Conſtans & Conſtantius talia cognoſcentes, crebro ad eum, quaſi ad patrem miſsis litteris obſecrabant, vt reciprocis eos literis exhilararet. Super quo rogatus à fratribus vniuerſis, vt Chriſtianos reges ſuis literis illuſtraret, ne ſcilicet per ſilentium eius exaſperarentur, licet cum difficultate reſpondit, dicens. Quæ monacho eſt ratio, cum epiſtolis regum? tamen ſuſceptis epiſtolis conuenientia reſpondebat. Laudauit primum, quod Chriſtum colerent, deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnam putarent regiam poteſtatem, ne præſentis carnis imperio tumentes, homines ſe eſſe neſcirent, & iudicandos ſe à Chriſto obliuiſcerentur. Ad poſtremum clementiæ circa ſubiectos, & iuſtitiæ curæ quoque inopum admonuit, & vnum ſempiternum eſſe regem ſæculorum dominum Ieſum Chriſtum teſtatus eſt. His literis principes ſuſceptis vehementiſsime lætabantur. Hæc omnia Athanaſius vbi ſuprà. Obijt autem beatus Antoonius anno ab incarnatione domini 360. ætatis autem ſuæ anno 105.

Eulogij Scholaſtici & Elephantioſi cuiuſdam hiſtoria cuius auctor eſt Pallad. in hiſtor. Lauſ. vit. 26. ex quo Vinc. lib. 17. cap. 75. & lib. vit. Pat. 4. par. de obſequio ægrotantium.

§. VI.

QVia ad beatum Antonium pertinet, quod habetur in ſequenti hiſtoria notandum, ideo hic inſeretur. Chronius Nitriæ presbyter referebat, vt ſcribit Vincen. ſpec. hiſto. lib. 18. quod Eulogius quidam ſcholaſticus immortalitatis deſiderio captus huic mundo renunciauit, rebúſque ſuis diſperſis, pauca tamen, quibus (quia per ſe operari non poterat, vteretur, ſibi reliquit. Cum igitur [per ſe angeretur animo & eſſet triſtis] nec cum multis poſſet in monaſterio degere, nec ſolitudinem patienter ferre reperit quendam infirmum in platea iacentem elephantico morbo ſic repletum, vt ſine manibus & pedibus eſſe videretur: lingua vero à tantis cruciatibus erat immunis. Tunc Eulogius orans, & quandam cum domino pactionem celebrans ait. Domine Deus meus [propter amorem tuum] ſuſcipiam iſtum mutilatum, & vſque in diem mortis repenſabo illum, vt & ego ſaluari valeam propter ipſum: largire ergo mihi Chriſte patientiam, vt ei inſeruiam. Et ad eum accedens dicit ei. Vis ego te domo recipiam, ac te recreem ac reficiam? Cum magno autẽ gaudio aſſenſus eſt mutilatus. Et mox eum ſuper aſinum ad hoſpitium ſuum tranſuehens, per annos quindecim ei ſollicitè ſeruiebat. Ipſumque manibus proprijs medicamẽtis, ac cibis, & balneis curabat, & ille cum grandi patientia cũcta ferebat.

A.C 360.

Sed poſt hæc inſtinctu dæmonis beneficiorum eius immemor, cœpit ab eo velle diſcedere, multíſque iniurijs & opprobrijs increpare dicens, Fugitiue, qui propriam domum deuoraſti, furatúſque es alienam ſubſtantiam, in me ſalutis tuæ occaſionem reperiſſe te credis. Eulogius autem rogabat eum dicens. Noli domine mi, talia dicere: ſed dic potius emendabo, ſi in aliquo te contriſtaui. At ille cum furore: Vade, (inquit) adulationes tuas iſtas nolo: proijce me in publicum. Refrigeratione tua non indigeo. Illo iterum obſecrante eum ægrotus ait. Iam fraudulentas irriſiones tuas non fero, nec mihi hæc arida & parca vita iucunda eſt, carnibus ſaturari volo. Quas cum ille exhibuiſſet, clamauit ægrotus. Non potes voluntati meæ ſatisfacere, nec tecum ſolitarius habitare valeo. Ad publicum ire, populúmque videre deſidero. Ego (inquit Eulogius) multitudinem fratrum tibi adducam. Væ (inquit ægrotus) mihi miſero: tuã faciem videre nolo, & adducis mihi tui ſimiles, ſolius panis otioſos deuoratores. Concutiénſque ſeipſum, inquieta voce, & clamans ait. Nolo, nolo, ſed ad publicum ire deſidero. O violentia. Ibi me proijce vnde me ſuſtuliſti. Tantáque eius erat inſania, ſeoſuſque eius in adeo ſeuos clamores dæmon conuerterat, vt ſe ſorte ſuſpendiſſet, ſi manus, quibus hoc facere potuiſſet, habuiſſet. Eulogius igitur propter præcedentem cum Deo pactionem eum proijcere nõ audens, habuit cum vicinis monachis conſiliũ, vt eum in nauim perduceret ad ſanctum Antonium. Itaque blandis verbis ſuper eum, cum ad habitaculum diſcipulorum Antonij ſic eum duxiſſet, altera die illuc ſuperuenit Antnnius. Solebat autem veniens vocare Macarium, & his verbis eum interrogare: Venerunt huc fratres aliqui? Quo reſpondente: Venerunt de Aegypto inquit Antonius: an de Hieroſolyma? Hoc enim ſigoum dederat, vt ſi qui nõ ſatis eius colloquio digni fuiſſent, de Aegypto veniſſe reſponderet. Cumque dixiſſet. Fac eis lenticulam, vt comedant, & oratione ter eis completa iubebantur abſcedere. Spirituales autem & ſancti viri, ſi de Hieroſolyma veniſſe dicebantur, tota nocte cum eis ſedens ſaluti eorum proficua loquebatur. Igitur illa nocte cum fratribus ſedẽs, reuelatione ſibi facta de facto Eulogij, proprio eum nomine ter vocauit, & vt coram fratribus ſui aduentus cauſam exprimeret præcepit. Quod cum feciſſet, & elephantioſum ſe eijcere voluiſſe diceret: Antonius ſeuera voce reſpondit. Tu illum à te proijcies Eulogi? At qui eum creauit non proijcit. Si proijcis illum, meliorem te inueniet Deus & eliget, qui colligat deſtitutũ. Cumque territus his verbis Eulogius tacuiſſet, ægrum quoque cœpit Antonius verberare

ſermone

A.C.400. Chriſto. Cum igitur dæmon iterum Chriſtum A ipſum blaſphemaret et contradiceret, iratus Paulus cella egreditur, & in medijs æſtibus diei, qui in Aegypto fornacibus Babylonis præ ardore comparantur permanſit. In ipſo itaque ſcopulo montis, velut columna ſtetit immobilis, & orauit his verbis. Tu vides Ieſu Chriſte, quia non ego de hac rupe deſcendam, nec cibum vel potum ſumam, ſicque profectò moriturum, niſi prius hominem iſtum à dæmone liberes. Necdum verba compleuerat, & dæmon maxima voce clamabat. Vade, vade, vim patior & exeo, nec vlterius accedo. Simplicitas B Pauli me vrget, & perſequitur, & quo vadam neſcio. Mox igitur egreſſus, & in immanẽ draconem cubitorum ſeptuaginta conuerſus in mare rubrum protinus eſt deuolutus.

Pauli interrogatio ſimpliciſſima. Quadam vice cum quidam acceſsiſſent ad beatum Antonium gratia ædificationis, & de ſcripturis cum ipſo conferrent, ſcilicet de Chriſto & prophetis præſente Paulo ſimplice, interrogauit Paulus. Pater, quis ante fuit, Chriſtus an prophetæ? Super qua interrogatione Antonius quaſi erubeſcens, increpauit eum dicens. Tace & vade ad cellam. Quod mandatum ille C ſuſcipiens ad cellam perrexit. Indeque non eſt egreſſus per aliquot dies. Quod cernens Antonius quia non ſicut ſolitus erat ad eum venerat, dubitans, ne in nimiam triſtitiam incidiſſet, iuit ad eum. Et pulſanti oſtium cellæ aperuit tacens. Cui Antonius. Quare non loqueris, nec ad me more ſolito veniſti? Et ſine vlla anxietate ille ſimpliciter reſpondit. Pater tu iuſsiſti mihi, vt ad cellam irem, & tacerem. Et ideo implere mandatum tuum volui. Tunc ſuſpirans Antonius ſocijs dixit. Simplicitas huius condemnat pigritiá & inobedientiam noſtram. Obſeruat D hic pleniſsime mandata hominum, & nos mandatis Dei vix obtemperamus.

Cum quidam puer defunctus delatus fuiſſet ad beatum Antonium, vt eum ſuſcitaret, beatus Antonius cognoſcens hoc Paulo eſſe reſeruatũ, iuſsit illum deferri ad Paulum. Et cum eis pergens Antonius dixit Paulo, vt eum reſuſcitaret. At ille deferens magiſtro ait. Tu pater magis

Puer à Paulo ſuſcitatus. hoc vales efficere Cui Antonius. Ego alijs ſum occupatus, tu iſtud operare. Poſuit itaque ſe in oratione rogans pro ſuſcitatione pueri. Cumq; E iam tranſiſſet hora nona, conſueta ſibi ad reficiendum, & puer adhuc mortuus iaceret, inquit ad Dominum Paulus. Domine Ieſu Chriſte, certe non comedam, quouſque ſuſcitaueris iſtũ, prout mihi mandauit Antonius. Dominus autẽ nolens contriſtare delicias ſuas, ſatisfaciens eius ſimplicitati puerum ſuſcitauit.

Gen. 2. Idem Paulus ſcindebat ceraſtes & ſcorpiones per medium dicens, Si quis habuerit puritatem, omnia ſubijcientur ei ſicut Adæ in paradiſo ante peccatum. Idem ſic videbat vnumquẽque cuius animi eſſet, ſicut nos facies hominũ F videmus. Vnde ingredientibus aliquando fratribus in eccleſiam, læta facie & ſplendida, & angelo vniuſcuiuſque gaudente, vidit vnum inter alios nigrum & obſcurum, & dæmones ex vtraque parte eum tenentes & trahentes ad ſeipſos, eique capiſtrum in naribus eius ponentes, & ſanctum angelum eius lugubrem, & de

A longe ſequentem. Quod videns Paulus, triſtis A.C.400. & plorans, & pectus ſuum percutiens ſtabat nolens intrare eccleſiam, ſed ſedens ad ianuam expectabat fratres vſque dum redirent. Quibus exeuntibus vidit eundem fratrem claro vultu exeuntem, & angelum eius iuxta eum ambulátem, & gaudentem valde, dæmones vero de lóge ſequentes & triſtes. Paulus ergo exilijt præ gaudio clamans & dicens. O ineffabilis Dei miſericordia & bonitas. Venite, & videte opera Domini, qui vult omnes homines ſaluos fieri, 1. Tim. 2 & ad agnitionem veritatis peruenire. Coactus B eſt ille frater narrare vitam ſuam, & ait. Peccator ſum valde, & multo tempore in fornicatione vixi vſque nunc. Ingrediens autem nunc eccleſiam, audiui dominum dicẽtem per Eſaiam. Iſa. 1. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite & arguite me dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra vt vermiculus, velut lana alba erunt. Si C volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. In hoc ſermone compunctus, dixi ingemiſcens. Domine, qui veniſti ſaluare peccatores, comple in me peccatore verba iſta, & ecce promitto tibi abrenunciare omni peccato, & ſeruire tibi amodo in conſcientia munda. Suſcipe ergo pœnitentem in hac hora, & interpellátem, & omni peccato renunciantem. In his ergo promiſsionibus egreſſus ſum Eccleſiam. Omnes ergo hæc audientes glorificauerunt Deum.

De S. Hilarione monacho, de quo D. Hieron. D tom. 1. & lib. de vit. patrum. par. 1. ex quo Vincen. lib. 14. cap. 19. & Nicepho. lib. 9. cap. 13.

CAPVT V.

FVit & alius diſcipulus beati Antonij, Hilarion nomine ſanctiſsimus vir, cuius vitam deſcripſit Hieronymus. Sed Vincen. ſpec. hiſto. lib. 15. ipſam ſic abbreuiat. Hilarion prope Gazam Palæſtinæ, parentibus idololatriæ deditis ortus, E vt roſa de ſpinis floruit. A quibus Alexãdriam miſſus grammatico traditus, non circi furore, non arenæ ſanguine, non theatri luxuria delectabatur, ſed illi tota voluntas erat in eccleſiæ cõgregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, ſtudio viſ[e]ndi eum incenſus ad eremum perrexit. Et ſtatim, vt eum vidit, mutato habitu duobus fere menſibus iuxta eum mãſit, contemplans vitæ eius ordinem, & morum grauitatem, [quàm creber in orationibus, quàm F humilis in ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet, & vt continentiam, cibíque aſperitatem nulla vnquam infirmitas frangeret.] Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob varias infirmitates, & dæmonum impetus concurrebant, vltra non ferẽs ad patriam rediit. Et parentibus defunctis, partem ſubſtãtię fratribus, partem pauperibus lar-

gitus

A.C. 400.

gitus eſt: nihil ſibi omnino reſeruans, erat autem tunc annorum quindecim. Sicque nudus & armatus in Chriſto, non longe à Gaza ſolitudinem, quæ per litus euntibus in Aegyptum ad læuam flectitur, ingreſſus eſt.

Igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum babens [a] ependytem, quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagúmque ruſticum, inter mare & paludem vaſta & terribili ſolitudine fruebatur, quindecim tantum caricas poſt ſolis occaſum comedens. Et quia regio latrociniis infamis erat, nunquam erat in eodem loco manſitans. Cernens autem diabolus ſe à puero vinci, & prius ab eo calcatum fuiſſe quàm per ætatem calcare potuiſſet, titillabat ſenſus eius, & pubeſcenti corpori ſolitá voluptatum incendia ſuggerebat. Cogebatur tyrunculus Chriſti cogitare, quod neſciebat, [& eius rei pompam voluere, cuius experimenta non nouerat,] qui iratus ſibi & pectus pugnis verberans quaſi cogitationes cædebat, tãquam poſſet eas manibus excludere. Ego (inquit) aſelle faciam, vt non calcitres. Nec te hordeo alam, ſed paleis, herbarum ergo ſucco & paucis caricis deficientem animam ſuſtentabat. Terga grauí onerabo pondere, per æſtus indagabo & frigora: vt potius cibum cogites quàm laſciuiam. Multas dæmonum inſidias patiebatur. Sæpe illi mulieres nudæ cubanti, ſæpe eſurienti largiſſimæ apparuere dapes. Interdum orantem lupus vlulans, & vulpecula ganniens tranſiliuit, pſallentíque gladiatorum pugna ſpectaculum præbuit, & vnus quaſi interfectus ante pedes eius corruens, ſepulturam rogabat.

Graues dæmonũ illuſiones

Orauit ſemel in terram fixo capite, & vt natura fert hominum, abducta ab oratione mens neſcio quid aliud cogitabat. Inſiluit dorſo eius feſtinus agitator, & latera calcibus, ceruicem flagello verberans ait. Eia cur dormitas? cachinnánſque deſuper eum defeciſſet, an hordeum vellet accipere, ſciſcitabatur. Conſtructa eſt ei deinceps cellula breuis, quæ vſque hodie permanet, latitudine pedum quatuor, & altitudine quinque, ſcilicet ſtatura ſua humilior, longitudine vero amplior quàm corpuſculum eius patiebatur, ita vt ſepulchrum exiſtimares potius, quàm domum. Capillos tantum in die Paſchæ tondebat. Super nudam humum ſtratumque iũceum vſque ad mortem cubitauit. Saccum nũquàm lauit, quo indutus fuerat, dicens ſuperfluum eſſe in cilicio mundicias quærere.

Hilarionis conſtantia.

Cumque latrones ad eum media nocte venirent, inter mare & paludem à veſpere vſque ad ſolis ortum diſcurrentes, nunquam locum cubiculi eius inuenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero, quaſi per locum dixerunt. Quid faceres, ſi venirent ad te latrones? Qui ait: Nudus latrones non timet, & illi. Certe [aiunt] occidi poſſes. Poſſem (inquit) ſed ideo latrones non timeo, quia mori paratus ſum. Tunc illi admirati conſtantiam eius & fidem, confeſsi ſunt noctis errorem, [cæcatóſque oculos deinceps] correctiorem vitam illi pollicentes.

Dæmonẽ teterrimũ abigit.

Accidit autem vt ad eum quidam obſeſſus à dæmone adduceretur: cuius manus, ceruix, & latera, & pedes ferro onerata erant, furoríſque ſæuitiam oculi torui minabantur. Cumque deãbularet ſanctus cum fratribus, & de ſcripturis neſcio quid interpretaretur, erupit ille de manibus ſe tenentium, & amplexans eum poſt tergũ in ſublime leuauit, clamórque eſt ortus ab omnibus, ne confecta à ieiuniis membra collideret. Et ſanctus arridens ait. Sinite, & meum mihi palæſtritam dimittite. Ac ſic reflexa ſuper humeros manu, caput eius tetigit, apprehenſóque crine ante pedes ſuos adduxit, manus eius adſtringens, & pede calcans plantas eius: ſimúlque ingeminans, Torquere ait dæmonum turba [torquere: cúmque ille eiulater & reflexa ceruice terrã vertice tangeret.] Domine (inquit) Ieſu, ſolue captiuum. Et vnum & plures vincere tuum eſt. Curatus itaque poſt paucos dies redit cum vxore & liberis ad monaſteriũ, plurima quaſi gratiam redditurus, dona offerẽs. Cui ſanctus. Nonne legiſtis quid Giezi, quid Simon eſt paſſus, quorum alter obtulit pretium, alter accepit? Flens vero ille ait: Accipe & da pauperibus. Cui ſanctus. Ego qui mea reliqui, cur aliena repetam? Multis nomen pauperum, cauſa eſt auaritiæ. Miſericordia vero artem nõ habet. Nemo melius erogat, quàm qui nihil ſibi reſeruat.

4 Reg. 5. Act. 8

Dicebat Hilarion diabolum tanto hominũ ardere odio, vt non ſolum ipſos, ſed & ea quæ ipſorum eſſet vt iumenta & pecora cuperet interire. Cuius ſignum eſt, quod antequam beatũ Iob tentare permitteretur, omnem ſubſtantiam eius interfecit. Deteſtabatur autem præcipue monachos, qui infidelitate quadam ſua reſeruarent in futurum.

Quare dæmones pecora necant.

Vnde frater quidam auarus in vicino manẽs detulit fratribus ciceris faſcem virentis ſicut in herbis erat. Qui cum ad veſperum poneretur in menſa, exclamauit ſenex ſe putorem eius ferre non poſſe. Interrogauitque, vnde eſſet. Et reſpondit Heſichius, quòd frater quidam primitias agelli ſui detuliſſet. Non ſentis (inquit) putorem teterrimum, & in cicere fœtere auaritiã? Mitte bobus, & vide an comedant. Quod cum in præſepe poſuiſſet, exterriti boues, & plus ſolito mugientes ruptis vinculis fugerunt. Habebat enim hanc gratiam, quam conceſſerat illi Deus, vt ex odore corporum, & eorum, quæ quis tetigiſſet, ſciret cui dæmoni vel vitio ſubiaceret.

[a] Ἐπενδύτης Suidæ eſt ἐνδυτὸν ἐσώτατον, id eſt, intima & penitiſſima veſtis, quem ſecutus Marian. Victor. in Com. in D. Hieron. dicit eſſe eam veſtẽ, quam latini interulam & ſubuculam nominant, vetus interpres D. Ioannis illud eiuſdem cap. 21. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. vertit, tunica præcinxit ſe, ſicque paulo poſt §. 3. quã veſtem nunc ἐπενδύτην tunicam ſacceam nominat. Vis verbi græci ſuperindumẽtum valet, à verbo enim græco ἐπενδύω, id eſt, ſuperinduo, deducitur.

S. Hilarion vanæ gloriæ opinionem metuens fugit in exteras nationes.

§. I.

Hilarion autem ſexageſimo tertio vitæ ſuæ anno cernens grãde monaſterium, & multitudinem

A.C.400.

titudinem fratrum ſecum habitantium, turbáſque eorum, qui variis languoribus & immundis ſpiritibus occupatos ad ſe deducebant, ita vt omni genere hominum ſolitudo per circũitum repleretur, flebat quotidie, & incredibili deſiderio conuerſationis antiquę recordabatur. Interrogatus à fratribus, quid haberet, & cur ſe affligeret, aiebat. Rurſum ad ſæculum redij, & mercedem meam in vita mea recipio, homines Paleſtinæ & vicinæ prouinciæ exiſtimant me eſſe alicuius momenti, & ego ſub prætextu monaſterij ad diſpenſationem fratrum vilem ſupellectilem habeo. Seruabatur ergo à fratribus maxime ab Heſichio: qui ſenis venerationi miro amore deditus erat. Cumque ſic lugens biennium duxiſſet, mulier quædam venit ad eum, volens & ad Antonium pergere. Cui ille flens ait. Vellem quoque & ipſe ire ſi non huius monaſterij carcere tenerer: & ſi eundi fructus eſſet. Biduum enim hodie eſt, quod tali parente totus mundus orbatus eſt. Credidit illa & ſubſtitit. Et poſt paucos dies veniente nuncio Antonij dormitionem audiuit.

S. Hilarionis humilitas.

[Mirentur alij ſigna quæ fecit, mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatẽ: ego nihil ita ſtupeo, quàm gloriam illum & honorem calcare potuiſſe.]

Concurrebant hinc epiſcopi, inde clerici, monachi, & omnegenus hominum, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. At ille nihil aliud quàm ſolitudinem meditabatur, intantum vt quadam die adducto aſello, nimiis quippe ieiuniis corpus exeſum vix ire poterat, iter arripere conaretur. Quod cum percrebruiſſet, quaſi Paleſtinæ vaſtitas [& inſtitutum] indiceretur, pluſquam decem millia hominum diuerſi ſexus & ætatis congregata ſunt ad eum retinendum. Ille immobilis ad preces, & baculo arenam diſcutiens loquebatur. Fallacem Deũ meum non facio, non poſſum videre ſubuerſas eccleſias, calcata Chriſti altaria, filiorum ſanguinem meorum. Tunc omnes, qui aderant, intelligebant reuelatum ei eſſe quoddam ſecretũ, quod nollet confiteri, & nihilominus cuſtodiebant eum, ne diſcederet. Decreuit ergo, omnes publica voce conteſtans, non cibi vel potus quicquam ſumere, niſi dimitteretur. Et poſt ſeptem dies inedia tandem relaxatus cum infinito agmine proſequentium venit Peluſium: vbi perſuaſis turbis vt reuerterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberẽt viaticum, & poſſent ieiunantes ingredi: & poſt ſolis occaſum cibum ſumere. Pergénſque ad caſtrum Theubatum, Dracontium epiſcopum, qui ibi exulabat viſitauit. Quo incredibiliter tanti viri pręſentia conſolato: Babylonem perrexit, vt & Philonem epiſcopum inuiſeret. Conſtantius enim rex Arianorum hæreſi fauens, vtrumque in ea loca deportauerat. Deinde habitaculo ſancti Antonij viſitato, reuerſus ad Aphroditon, duobus tantum ſecum retentis fratribus in vicina eremo moratus eſt, tanta abſtinentia & ſilentio, vt ſe primum tunc Chriſto ſeruire cœpiſſe diceret.

Fugit à Paleſtina.

Peragrat diuerſas regiones.

Porro iam triennium erat, quod clauſum cœlum illas terras arefecerat, vt vulgo dicerent Antonij mortem etiam elementa lugere. Nec latuit fama viri accolas illius loci, certatimque viri & mulieres ore luridi & attenuati fame, pluuias à ſeruo Chriſti, id eſt ſucceſſore Antonij deprecabantur. Quos ille cernens mire doluit, eleuatíſque ad cœlũ oculis ac palmis, quod poſtulauerat, ſtatim impetrauit. At regio illa, poſtquam eſt pluuiis irrorata, tantam ſerpentiũ & venenatorum animaliũ multitudinem ex improuiſo ebulliuit, vt innumerabiles percuſſi, niſi ſtatim ad ſanctum virum recurriſſent, interirent. [a] Benedicto itaque oleo, vniuerſi agricolæ ac paſtores tangentes vulnera, certam ſalutem reſumebant, videns ergo ſe, & ibi etiam miris honoribus affici, de loco illo receſsit.

A.C.420.

Pluuiam ſuis precibus impetrat.

a Morem Eccleſia in benedicendis quibuſcunque rebus ſanctum, & antiquiſsimum eſſe ex hoc loco diſce. Mar. Vict. Paulò poſt etiam hoc eodem §. benedicto oleo curatos eſſe infirmos habes, quod etiam viris ſanctis vſitatum fuiſſe ex vita S. Martini tit. 11. cap. 12. §. 3. & ex his quæ de Macariis dicuntur infra cap. 6. ante §. 1. perſpici poteſt, & rurſus cap. 8. ante 1. §. referuntur.

Iterum diuerſa loca petit.

§. II.

QVanto autẽ plus gloriam mũdi fugiebat, tanto magis eum ſequebatur ex maximis miraculis ſuis. Vnde cum in Siciliam, vt lateret, deueniſſet, ſcutarius quidam, dum in baſilica beati Petri Romæ torqueretur, proclamauit in eo ſpiritus immundus. Ante paucos dies ingreſſus eſt Siciliam Hilarion ſeruus Dei, & nemo eum nouit, & putat ſe eſſe ſecretum: ego vado & prodam illum. Statimque cum ſeruis ſuis aſcenſa naui appulſus eſt Pachinum in Siciliam. Et deducente ſe dæmone, ante tuguriũ Hilarionis proſtratus illico curatus eſt. Hoc initium ſignorum eius in Sicilia, innumerabilem deinceps ad eum adduxit ægrotantium multitudinem, ſed & religioſorum hominum: & quidam etiam de primoribus tumens morbo intercutis adductus, ab eo ſanatus eſt.

Gloriam fugiẽtem ſequitur.

Heſichius autem diſcipulus eius toto orbe terrarum eum quærebat, & cum audiſſet prophetam Chriſtianorum in Sicilia apparuiſſe, & tanta miracula facientem, vt de veteribus ſanctis vnus putaretur, ad eum acceſsit, ſed audiuit iam eum nolle habitare in illis regionibus ſed velle ad barbaras pergere nationes, vbi & nomen, & ſermo ſuus eſſet ignotus. Duxit itaque illum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidum, vbi paucis diebus in quodam manſitans agello abſcondi non potuit. Draco ſiquidem ingentis magnitudinis quos gentili ſermone boas vocãt, quia boues deuorant, non ſolum beſtias, ſed & homines abſorbebat. Facta autem oratione & incenſa pyra lignorum, quam fecerat præparari dictum draconem combuſsit.

Exinde cum maria egreſſa terminos ſuos eſſent, Epidauritani verentes, ne oppidum ſuum funditus cõtereretur ab aquis, accipiẽtes ſenem & quaſi ad prælium proficiſcentes, poſuerunt eum in littore. Qui cum tria ſigna crucis pinxiſſet in ſabulo maris, & manus contra tẽderet, mare ante eum ſtetit: & quaſi ad obicem indi-

S. Hilariõ pingẽs ſignum crucis in ſabulo mare retinet.

A.C.400.

gnans in ſemetipſum relapſum eſt,& non vltra A proceſsit. Et cum miraretur omnis vrbs, ipſe in nauiculam aſcendens fugit in Cyprum. Et cum pyratæ quidam obuiantes quęrerent nauiculam capere, ſanctus Dei oratione ſua obtinuit vt ad eum non poſſent attingere: ſed retro ad littus inuiti reuerterentur. Ingreſſus autem Paphum vrbem Cypri per totam illam inſulam quicunque immundos habebant ſpiritus clamare cœperunt veniſſe Hilarionem ſeruum Chriſti,& ad eum ſe debere properare. Intra trigiuta igitur dies ducenti ferme tam viri quàm mu- B lieres ad eum congregati ſunt. Quos cum vidiſſet dolens, quòd ſe non paterentur quieſcere,& quodammodo in vltionem ſui ſæuiens tanta orationis inſtantia eos flagellauit, vt omnes intra vnam hebdomadam curarentur. Manſitque ibi biennio ſemper de fuga cogitans ad vitandam famam mundi. Poſtea acceſsit ad quandam inſulam circa partes Aegypti, locum pene inacceſsibilem quo via reptando manibus & pedibus poterat aſcendere. Ibi reperiens locum remotum arboribus circumdatum, habentem aquas & hortulum peramœnũ & pomaria plu- C rima, de quorum tamen fructibus nunquam comedit: ibi per quinquennium habitauit, ibi innumerabilium per diem & noctem dæmonũ voces reſonabant, vt exercitum crederes. Quo ille delectatus eſt valde, ſcilicet quòd antagoniſtas in proximo haberet, eum quibus congrederetur. Ibi paralyticum adductum in nomine Chriſti ſanauit.

S. Hilariõ in Cyprũ venit.

Obitus S. Hilarionis.

§. III. D

IGitur octuageſimo ætatis ſuæ anno, cum abſens eſſet Heſichius diſcipulus ſuus, & cuſtos, quaſi teſtamenti vice breuem manu propria ſcripſit epiſtolam, omnes diuitias ſuas ei derelinquens. Euangelium ſcilicet, & tunicam ſaccineam, cucullam & palliolum. Venerũt itaque ad eum ægrotantem de Papho multi religioſi viri maxime, quia eum dixiſſe audierant iam ſe ad Deum migraturum. Sed & Conſtantia quædam ſancta fœmina, cuius generum & filiã vnctione olei de morte liberauerat. Quos E omnes adiurauit, vt ne puncto quidem horæ poſt mortem reſeruaretur, ſed ſtatim in eodem hortulo terra operirent, ſicut veſtitus erat tunica cilicina, cucullo,& ſago ruſtico. Iamque modicus calor in pectore tepebat, nec præter ſenſum quicquam viui hominis ſupererat, & tamẽ apertis oculis loquebatur. Egredere, quid times anima? Egredere, quid dubitas ô anima? Septuaginta annis ſeruiuiſti Chriſto, & mortem times? Inter hæc verba exhalauit ſpiritum. Statimque humo obrutum antè vrbi ſepultum, quàm mortuum nunciauerunt. Quod poſtquam F Paleſtinæ ſanctus vir Heſichius agnouit, Cyprum perrexit:& ſimulans ſe velle habitare in eodem hortulo, poſt decem ferme menſes corpus eius furatus eſt. Et inuentum eſt corpus integrum, ſicut prima die ſepultum fuerat miris odoribus fragrans, vt delibutum vnguentis putaretur.

D. Hilarionis morientis verba.

Colitur 21. Octo.

De duobus Macariis Alexandrino & Aegyptio, de quibus Ruff. lib. 11. cap. 3 & 4. Tripar. hiſt. lib. 7. cap. 38. & 39. Niceph. lib. 9. cap. 14. lib. vit. patrum, ſæpe ex quibus Vincen. lib. 14. cap. 57. & 58. & lib. 17. cap. 71. A. C. 370. A.C.400.

CAP. VI.

DE duobus Macariis diſcipulis beati Antonij, refert Vincen. lib. 15. & 18. ſpec. hiſto. quod cum Lucius peſſimus Arianus ſe intruſiſſet in epiſcopatum Alexandrinum magnámque perſecutionem feciſſet veris fidelibus: tria millia etiam monachorum per eremum diſperſa manu armata inſequitur,& plurimos occidit. Et inter cæteros duos illos Macarios exilio tradit. Quadã autem die ante eos delatus eſt quiſpiam omnibus membris pręcipue pedibus aridus, qui oleo inunctus ab eis, & dicentibus. In nomine domini Ieſu Chriſti, quem Lucius perſequitur, ſta ſuper pedes tuos, perfectè ſanatus eſt. Et alia vice cœcus illuminatus eſt. Præfatis autem miraculis, & aliis auditis, nihilominus Lucius ille peſsimus in quamdam inſulam Aegypti paludium deportari eos fecit cum duobus pediſſequis noctu, in qua compererat neminem prorſus eſſe Chriſtianum, quo per hoc vel abſque ſolatiis, vel abſque conſuetis actibus viuerent. In ea autem quoddam idolorum templum erat ſumma veneratione ab incolis obſeruatum.

Cumque primum nauicula ſenum oram ſoli illius contigiſſet, ecce ſubito ſacerdotis illius templi filia, ab immundo ſpiritu correpta, cum ingenti vociferatione & clamoribus vſque in cælum datis per medios agi populos cœpit, & crebros ducens rotatus, ſtridens huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad ſpectaculum tãti monſtri populi cõcurriſſent, maxime cum eſſet ſacerdotis filia: qui in magno honore habebatur, per auras eam raptam ſequentes, perueniunt vſque ad nauiculam ſenum. Ibi vero proiecta, atque eorum pedibus proſtrata clamare cœpit. Quid veniſtis huc, ô ſerui ſummi Dei antiquis nos & veternoſis euoluere domiciliis? In hoc loco depulſi vndique latebamus, nos inquam, latebamus, quomodo vos nequaquam latere potuimus. Cedimus antiquis ſedibus, populos veſtros terráſque recipite. Hæc illa dicẽte, increpitus ab eis ſpiritus effugatur: Et puella ſane vnà cum parentibus ſuis, iacebat ad pedes noſtri temporis Apoſtolorum. Qui talibus exordiis prædicantes eis fidem domini noſtri Ieſu Chriſti in tantam conuerſionem repente eos perduxerunt, vt ſtatim manibus ſuis antiquiſsimum illud templum in ſumma veneratione habitum fuerat: deſtruerent, & eccleſiam ædificarent. Quod cum fuiſſet Alexandriæ nunciatum, veritus Lucius, ne forte etiam ſuorum odia in eum iuſta conſurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus ſed Deo indiceret, occulte eos remitti in eremum iubet.

SS. Macarij [...] lium [...] portu[...]

S. viri demonem fugant.

De Macario Alexandrino apud Palladium in hiſt. ſanct. patrum vita. & in vitis 20. patrum hæc habentur.

Iſti au

A.C.400.

§. I.

ISti autem Macarij duo abbates ſanctitate miraculiſque inſignes fuerunt, quorum vnus fuit Alexandriæ presbyter, cum quo [a] (inquit Heraclides in libro de paradiſo) per triennium vixi, qui quædam miracula ſub oculis meis fecit, is habebat in propoſito vitę, vt ſi quid magnum à quibuſcunque ſanctis in abſtinentia fieri didiciſſet, hoc feruenter impleret. Itaque cognito, quod Tbabennoſiotæ nihil cocti comederent per totam quadrageſimam, ſtatuit vt per ſeptem annos nihil coctum igne guſtaret, ſed crudo tantum olere contentus eſſet. Dicebat autem, quod per viginti dies aliquando ſub dtuo manſiſſet, diurnis æſtibus flagrans, & nocturnis frigoribus tremens, vt ſic ſomnum vinceret.

Mos Thabennoſiotarum in quadrageſima.

Quadam die dum in cella ſua matutinus ſederet, à culice vulneratus in pede, dolénſque manu ſua illum peremit: qui & moriens plurimum cruoris effudit. Reprehédénſque ſe, quòd iniuriam propriam vindicaſſet, ita ſe condemnauit, vt in pratis Scythiæ nudus per ſex mēſes ſederet, vbi culices ctabronibus ſimiles aprorū quoque perforant cutem. Sicq; totus illic exulceratus eſt, vt tuberibus per omnia eius membra turgentibus elephantioſus vilis appareret. Poſt hæc ad cellam ſuam reuerſus ſola eius voce patefactum eſt, quòd ipſe eſſet Macarius.

Magorū Pharaonis paradiſus.

Aliquando deſiderauit (vt ſolebat referre) hortum, in quo ſepulti erant Ioannes & Mambres, magi Pharaonis videre, qui longo tempore quadratis lapidibus opus illud extruxerant, vbi & aurum recondiderant, & variis arbuſtulis locum repleuerant, puteum quoque fecerāt, quia poſt obitum illic ſe tanquam in paradiſo manſuros eſſe crederent. Quia vero Macarius viam ignorabat, æſtimatione quadam animi ſolas ſtellas cœli ſequens, ſicut à nautis in mari ſolet fieri, deſerta perambulabat: faſcem quoque calamorum ſecum portauerat, vt per millenos paſſus ſingulos figeret, quo facilius hæc ſigna cognoſcens remeare poſſet. Per nouem igitur dies itinere confecto, præfatis locis appropinquauit. Cui ferociſsimus dæmon quieſcenti calamos omnes ex propriis locis collectos ad caput poſuit. Ipſéque à ſomno ſurgens, quos alibi reliquerat, illic agnouit. Credo, quod hoc Deo permittente ad examinationem beati viri contigerit, ne ſpem aliquam haberet in calamis, ſed magis in gratia Dei, qui in nube per quadraginta annos populo Iſrael iter per deſertum monſtrauit. Dicebat autem de præfato horto ſeptuaginta dæmones ad eius aduentum proſiluiſſe, clamantes, & circa vultum eius, & oculos coruorum more volitantes, ac dicentes: Quid vis Macari? Quid noſtras regiones ingrederis? tua tibi ſolitudo ſufficiat. Quid in hanc poſſeſsionem irrumpere quæris, quam nunquam homo poſtquam nobis à fratribus hic manu noſtra ſepultis tradita eſt viuens ingreſſus eſt, Macarius reſpondit. Ingrediar ego tantum vt videā, continuoque diſcedam. [Dixerunt autem dæmones, hoc nobis promitte in tua conſcientia: dixit autem Chriſti ſeruus, hoc faciam.] Mox dæmones ab eius oculis receſſerunt. [Ingrediente autem eo in paradiſum, ei occurrit diabolus, cum ſtricta romphæa ei minitans, ad quem hanc vocem reſpondit S. Macarius, Tu venis ad me in ſtricta romphæa, & ego contra te ingrediar in nomine domini Sabbaoth in acie Dei Iſrael.] Ingreſſus igitur cum locum vidiſſet, per viginti dies ad cellam ſuam reuerſus eſt.

A.C.400.

Cui cum aqua, quam portauerat cum panibus deeſſe cœpiſſet, ac iam penuriæ moleſtia pene deficeret, apparuit ei quædam puella linteo cooperta, ferens ampullam aquæ ſtillantis, vno ſtadio à ſe ſeparata, ita vt eam ſe aſſequi poſſe putaret, nec tamen valeret. Itaque ſpe bibendi, laborem ſe trium dierum patienter ſuſtinuiſſe dicebat. Multitudo vero bufalarum apparuit, inter quas vna de bufalis ſubito cum pullo ſuo adſtitit, cui lac ex vbere fluebat in terram. Subieci ergo me (inquit) & labia mea fetinis vberibus in os meum expreſſurus appoſui, donec ad ſatietatem refectus ſum. Ipſa quoque beſtia ſubſecuta, vbera ſua ei præbebat, nec proprium fœtum illius ſancti cótemplatione ſuſcipiebat. Alio quoque tempore dum ad requiem monachorum puteum faceret, aſpidis mortifero dente percuſſus, correptam eam vtraque mano ab ore diſtentam ſcidit mediam, dicens ei. Cum ergo te non miſerit Deus meus, cur auſa es huc venire?

Bufala Macariū lactat.

Quomodo ſingulare perfectionis ſtudium Macarius habuerit, idem.

§. II.

HAbebat autem Macarius diuerſas in diuerſis locis cellulas, in quibus virtutum operabatur inſignia. Vna ſine feneſtris erat, in qua per totam quadrageſimam ſedere dicebatur. Alia vero anguſtior, in qua pedes ſuos extendere non valeret. Tertia vero latior, in qua ſuſcipere conſueuerat ad ſe venientes.

Hic cum audiſſet grandem vitæ conuerſationem habere Thabenneſiotas, ſumpto habitu ſæculari Thebaidem vſque peruenit. Et accedens prædictorum monaſteriorum primum quidem archimandritam Pachomium requiſiuit, qui quidem prophetiæ gratiam habebat, ſed nihil ei de Macario reuelatum fuerat. Cumque ab illo peteret, vt eum in monachum reciperet, ait. Senilibus annis grauatus iam non potes monachus eſſe, nec inter fratres, qui labores & abſtinentiam ab adoleſcentia didicerunt, viuere. Alioquin tentationes non ferens, animo læſo exibis, eiſque maledicere incipies, quos imitari nō poteris. Noluitque eum per totam ſeptimanam recipere. Dumque in rogando ieiunus iugiter perſiſteret, tandem ait. Suſcipe me abba, & ſi me inferiorem eis in ieiunio deprehenderis,

Macarius Thabēnoſiotis iungitur.

a Quæ ex Heraclide hoc in titulo referuntur, ad verbum apud Palladium in hiſtoria Lauſiaca extant omnia: quare vel hunc Heraclidem Palladij interpretem facile crediderim, vel ipſum Palladium alio nomine Heraclidem dici. Ex hoc etiam multa deſumpſit liber vitæ patrum ſub D. Hieron. nomine editus, cuius lib. auctorem S. Petronium D. Anton. tit. 11. cap. 11. §. 5. fecit. porro de hoc Palladij opere vide Niceph. libro 11. cap. 44.

A.C.400.

vel in opere,ſtatim de ſuo monaſterio expelle. A
Tunc ille perſuaſit fratribus,vt reciperetur.Eſt
autem illic vnius manſionis numerus habens
vſque ad mille quadringentos viros.In hunc in-
greſſus Macarius, cum ſuperueniente Quadra-
geſima videret diuerſus vario modo viuentes,
& alium quidem veſpertinis horis , alium vero
poſt biduum,alios autem poſt quinque dies gu
ſtantes,alium totis noctibus ſtantem,& per dié
ſedentem ac laborantem,ille in quodam angu-
lo ſtabat,vſque ad quadrageſimæ finem non pa-
né, noo aquam guſtans,non genua flectens , nõ
in terra iacens, ſed tantum modica cauliculorũ B
folia cruda dominica die ſumens , oon alicui
quicquam loquens,ſed in ſumma taciturnitate
conſiſtens,in corde ſuo iugiter orans , palma-
rum cortices infuſos tenens , & id ſolum ope-
ris efficiens.

Quadrageſima quomodo ab illis ſeruaretur monachis.

Quem cum tam duræ & inimitabilis vitæ cę
teri [monaſterij illius exercitatores,] conſide-
raſſent, quaſi ſeditione quadam cuntra princi-
pem ſuum commoti dixerunt. Vnde nobis iſtũ
adduxiſti,qui ad condemnationem omnium no
ſtrum ita viuit , quaſi in carne humana non ſit?
Aut igitur eum à nobis tolle , aut ſcito nos om C
nes hodie de hoc monaſterio egreſſuros. Cum
hæc autem à trib. audiſſet magnus Pachomius,
de eo eſt ſciſcitatus,& cum didiciſſet eius vitæ
agendæ rationem , Deum precatus eſt , vt ei
quis eſſet reuelaret.Quo ſtatim facto,arreptum
illnm duxit ad oratorium ſuum,oſculanſque eũ
dixit illi. Tu ille Macarius es , & mihi hoc ce-
lare teniabas ? Gratias ago tibi , quia colaphos
infantibus noſtris dediſti , ne magnum aliquid
in coouerſatione ſuæ vitæ facere ſe putarent.
Reuertere igitur ad locum , vnde veniſti , quia
ſufficienter omnes nos ædificaſti,& ora pro no D
bis. His verbis rogarus ab omnibus inde di-
ſceſsit.

Idem etiam retulir nobis dicens. Quodcun-
que genus vitæ & abſtinentiæ deſideraui , imi-
tatus ſum & perfeci. Interim animum meum a-
liquando quædam nouæ cogitationis cupiditas
occupauit,vt vellem continuis diebus quinque
cordis mei ſenſum ioſeparabilem à Deo face-
re. Clauſis igitur uſtiis,vt nullus à me poſſet re-
ſponſum accipere, cœpi inſtare à principio ſe-
ptimanæ dicens ſenſui meo. Vide ne velis à cœ
lo ad terram deſcendere,habes illic angelos[Ar E
changelos , omnes ſupernas poteſtates,Cherubim & Seraphim :] primumque omnium crea
torem Deum , illic conuerſare. In hoc itaque
duobus diebus & noctibus perſeuerans , adeo
dæmonem prouocaſſe ac ſtimulaſſe me ſenſi:
vt ille ſubito conuerſus in flammam ignis, om
nia,quæ intra cellam habere videbar , incende-
ret:ipſam etiam mattam ſuper quam ſtare con-
ſueueram,ignis inuaſit : vt ſic totum iam arſurũ
me crederem. Denique tanto timore perculſus,
ab huiuſmodi propoſito tertia die diſceſsi, & i- F
terum ad cogitationes ſæculares deſcendi:ne ex
perpetuo diuinitatis intuitu aliquod mihi genus
arrogantiæ naſceretur.

Macarius in hac vita volũt inſeparabilis et Deo inhærere.

Ad hunc Macarium ego veniens aliquando
reperi presbyterum ante fores Eccleſiæ ipſius,
qui venerat vt curaretur. Habebat enim caput
totum morbo qui dicitur cancer,adeo exeſum,

Palladius ſe à quo hæc deſcripta ſunt indicat.

A vt etiam vertices nudarentur, necdum à ſan-
cto Macario ſuſceptus fuerat,a... vi ..us.Qui mi
hi pro illo roganti,vt eius miſereretur,reſpon-
dit. Non eſt dignus iſte curari. Hanc enim pœ-
nam diuinitus accepit,quia fornicatione pollu
tus myſteria domini violare conſueuit. Perſua-
de tamen illi,vt in perpetuũ ſe ſuſpendat à ſan-
cti ſacrificij immolatione , & ſic Deo iuuante
poterit curationem recipere , quod & factum
eſt.

Qoadam vice cum Macarius per deſertum
incederet , inuenit caluariam cuiuſdam defun-
B cti : Et cum oraſſet,interrogauit,cuius perſonę
caput illud fuiſſet.Qui reſpondit ſe fuiſſe paga
num. Et dixit ei Macarius. Vbi eſt anima tua?
Et ille.In inferno inquit. Et cum interrogaret,
ao multum in profundo eſſet.Reſpondit.Quan
tum diſtat cœlum à terra.Et vlterius interroga-
uit,an alij eſſent eo profundiores.Reſpondit il-
le. Etiam,Iudæi. Et Macarius Sunt & alij pro-
fuodiores?Reſpondit.Vltra Iudæos ſunt mali &
falſi Chriſtiani,qui Chriſti ſanguine redempti
ſunt.

Liber vitæ patrũ 2.§.164.

Eundem Macarium aliquando cogitationes
C vanæ gloriæ ſtimulabant , prætendentes quaſi
boni operis ſpeciem,vt à dæmoois vexatus cu
raturus pergeret Romam.Cumque fortius vr-
gererur,proiecit ſe ſubito ſupra cellulæ ſuæ li-
men,ita vt pedes extra cellam dimitteret:& ait.
Ducite me dæmones,ſi poteſtis,& trahite,qoo-
niam ego pedibus meis non ibo , quo vultis:
ſicque diu iacens immobilis circa veſperam
ſurrexit.

Tentatur à dæmone, vt Ro... adeat ... Palladius h... habet.

Sequenti nocte rurſus moleſtantibus eum dę
monibus,ſportam arenis repletam humeris ſuis
imponens per deſerta ſpatiabatur.Cui Theoſe-
D bius [Coſmetor genere Antiochenus occur-
rens,ait. Abba,quid tantum onus portas? In me
potius,quod deuehis transfer. At ille reſpondit.
Vexo vexantem me. Otio namque fruens , iter
aliquod me agere compellit. Cumque ergo ſic
onuſtus ambulaſſet diutius,& illo pondere cor
pus ſuom confeciſſet , in cellam regreſſus eſt.
Mihi quoque aliquando cum triſtitia conque-
renti,quod variæ cogitationes animum meum
conturbarent,dicentes. Vade hinc,quia nihil a-
gere te cernis.Reſpondit.Dic ipſis cogitationi-
bus tuis. Propter Chriſtum parietes huius cellę
E cuſtodio.Idem Macarius etiam mihi hoc retu-
lit,[erat enim presbyter] Notaui(inquit)qoan-
do ſancta myſteria fratribus dabam, quod Mar
co monacho nunquam dediſſem, ſed ſemper ei
ſancta de altari angelus dabat. Solam tamen
manum dantis videbam.Referebat Paphnutius
de hoc Macario, quòd bellua quædam hyæna
capite oſtium cellæ ſuæ percutiebat· & ingreſſa
catulum ſuum cœcum ante pedes eius proiecit.
Quem ille tenens,& in oculos eius expuens, &
orans illuminauit,eumque mater eius abducens
F ſequenti die viro ſancto pellem ouis exhibuit.
Qui eam beato Athanaſio dereliquit: à quo po-
ſtea ſancta Melania eamdem accepiſſe ſe dixit.

Macarij dicta acta.

De Macario Aegyptio , Palladius vita 19. & lib. vitæ patrum.

Fuit

§. III.

FVit & alius Macarius Aegyptius genere, qui ſexaginta annos in deſertis impleuit, in quæ trigenarius ingreſſus eſt. Hic contra ſpiritus aereos, & in curationibus hominum, & in denunciationibus futurorum diuinam gratiam promeruit, tandem & ſacerdotis nomen accepit.

Aegyptius quidam cum amore væſano in vxorem alterius arderet, nec ad effectum concupiſcentiæ ſuæ peruenire valeret, eo quod illa virginitatis ſuæ coniugem nimis amaret, maleficum precatus eſt, vt aut ab ea amari ſe faceret, aut à marito ſuo repudiari. Qui multis illectus muneribus, ſolito ſuæ artis ingenio, fecit illam equam videri. Itaque vir eius turbatus, quod equam ſuo in lectulo iacentem videret, ingemiſcens flebat, eo quod illam alloquens, nullum reſponſum audire poterat. Adductis ergo preſbyteris, quid illa pateretur oſtendit, & nec ſic quidem cauſam calamitatis agnouit. Alligatam igitur eam more iumenti, ad deſertum deduxit. Cumque iam cellæ ſancti Macarij propinquaret, monachi arguebant eum, cur ad monaſterium cũ equa veniret. Vxor, inquit, mea hæc fuit, ſed in equam conuerſa eſt. Iam tertia dies eſt, ex quo cibum non ſumpſit. Quod cum ſancto Macario, cui iam dominus notum fecerat, retuliſſent. Vos, inquit, equi eſtis, & equorum oculos habetis. Illa namque mulier eſt, nec in naturam equæ transfigurata videtur, niſi in eorum oculis, qui præſtigij vanitate falluntur. Mox aquam benedictam ei infundens, oratione completa ſubito eam fœminam videri omnibus fecit, eámque refici iuſsit: & cum viro ſuo reuerti dicens. Nunquam à communione ſanctorum mysteriorum, nec à communione Eccleſiæ diſcedas. Hoc enim idcirco perpeſſa es, quia per quinque ſeptimanas myſteria diuina non attigeris. [Narrauit nobis quidam ex ſtudioſis eius diſcipulis, quod recedens vſque ad ſpeluncam per cuniculum, dicebat viginti quatuor orationes, & rediens totidem.]

Mulier in equã præſtigiis magicis verſa.

Ea aquæ benedictæ vium.

De hoc quoque ſancto viro in deſertis illis fama fuit, & ſicut eſt vera permanſit, quod dum hæreticum quẽdam reſurrectionem corporum negantem futuram, docere vellet, mortuum reſuſcitauerit.

De Macario etiam legitur, quod dum vice quadam per deſertum ambularet, apparuit ei diabolus in forma medici, plurimas habens ampullas ſyrupi, & medicinarum in veſtimẽto ſuo perſorato, vbi erant ampullæ [dependentes.] Interrogante autem Macario, quo pergeret, & quid ſibi vellent ampullæ illæ, reſpondit. Pergo ad monaſterium tuum ad potionandum monachos, & cui non placebit vna, porrigam aliam ſibi gratam. Quod intelligens beatus Macarius adiurauit eum quòd poſt abſceſſum ſuum, reuerteretur ad eum. Quem reuerſum interrogauit, quid operatus eſſet, & cui dedit de potionibus illis. At ille. Vnum inueni, quem potaui. Aliis enim viriliter ſuggeſtionibus eius malignis reſiſtentibus, vnum reperit fragilem, quem ſua tẽtatione deuicit. Accedẽs ergo Macarius ad monaſterium, conuocauit fratres, & eos monuit, vt tentationibus diaboli non acquieſcerẽt, & quia nemo ab eo vincitur, niſi volens, narrans quod viderat, & fratrem illum deceptum ad partem trahens, admonuit & animauit ad reſiſtendum tentationibus.

Hęc liber vitæ patrum in 2. parte §. 11.

Nemo vincitur a dæmone niſi volẽs

Poſt aliqood dies iterum diabolus apparuit Macario in ſimili forma, cum ampullis, qui accedebat ad monaſteriũ, & adiurauit eum quòd ad ſe poſt opus ſuum remearet, quod & fecit. Interrogatus autem, quid egiſſet, reſpondit. Male, quia nulli dare potui de potionibus meis, ſed & illum, quem mihi altera vice amicum feceram, inueni magis mihi reſiſtentem & durum, vt me repelleret.

Abbas Macarius deſcendit de Scythia, & intrauit ad dormiendum in monumenta, vbi ſepulta erant corpora paganorum. Et accepit vnũ de illis cadaueribus, & poſuit ſub capite ſuo pro puluinari. Dæmones autem volentes eum terrere, vocabant quaſi vnam mulierem, dicentes. Surge, veni nobiſcum ad balneum. Et alter dæmon ſub ipſo, tanquam ex mortuo illo dicebat. Peregrinum quendam habeo ſuper me, venire non poſſum. Ille autem non expauit, ſed tundebat corpus illud dicens. Surge, vade ſi potes. Et audientes dæmones fugerunt, clamantes. Viciſti nos.

Dum aliquando Macarius à palude ad cellam reuerteretur, occurrit ei diabolus cum falce meſſoria volens eum percutere, ſed non valuit. Et dixit ei. Multam violentiam à te patior. Macari, quia non poſſum præualere aduerſum te. Ecce enim, quod tu facis, & ego facio. Ieiunas tu, & ego penitus non comedo. Vigilas, & ego non dormio. Labores ſuſtines, & ego ardorem ignis. Vnum eſt ſolum, in quo me ſuperas. Et Macarius. Quid illud eſt? Et diabolus. Humilitas tua eſt, per quam non præualeo aduerſus te.

Magna eſt virtus humilitatis, ibi. in li. de hamil.

De hoc ſancto Paſtore liber de vitis patrum ſæpe quem Pœma vocat, quia ποίμην græce, paſtor latine eſt.

De paſtore abbate, & Malcho monacho fugitiuo.

CAPVT VII.

FVerunt & alij ſancti patres, pleni virtutum omnium perfectione, & doctrina ſpirituali celeberrimi. Inter quos quidam Paſtor dictus. Hic multis annis in abſtinentia magna ſe affligens in eremo, multa religione pollebat. Cum autem mater eius ipſum & fratres eius cum ipſo, Deo pariter ſeruientes videre optaret, & non poſſet, obſeruauit diem, qua illis euntibus ad eccleſiã protinus obuiaret. At illi eam videntes fugerũt, & cellam intrantes oſtium ei in faciẽ eius clauſerunt. Illa autem ante oſtium ſtans, cum nimio fletu clamabat. Paſtor autem ad oſtium veniẽs, dixit ei. Quid clamas ô vetula? Quæ audiens vocem eius, amplius clamabat flens & dicens. Volo vos videre filij mei. Quid eſt enim, ſi videro vos? Nunquid non eſtis filij mei, & ego ſum mater veſtra, quæ vos lactaui, & iam tota canis

Abbas paſtor matrem ad ſuam cõſpectum non admittit, li vit. patr. par 2. §. 144.

A.C 400. plena ſum? Cui paſtor. Hic nos vis videre, an in alio ſæculo? At illa inquit videbo vos. Si non videro vos hic illic filij? Qui ait. Si æquanimiter ferre vales, vt nos hic non videas, illic proculdubio nos videbis. Quæ diſceſsit gaudens & dicens. Si vos illic pro certo viſura ſum, hic videre non curo.

Iudicem prouinciæ pro ſororis filio adire negligit. ibid. §. 19.

Iudex prouinciæ cum abbatem Paſtorem videre cuperet, ſed nequiret, filium ſororis eius tanquam maleſactorem tenuit, & in carcerem poſuit, dicens. Si paſtor venerit, & pro eo intercelſerit, eum dimittam. Mater igitur pueri ad oſtium ſenis acceſsit plorans, & dum ille nihil ſibi reſponderet, ait. Etſi viſcera ferrea habes, & nulla compaſsione moueris, tamen cópaſsio ſanguinis tui moueat te, & quòd vnigenitus mihi exiſtat. Et ille ei mandauit. Paſtor filios non generauit, & ideo non dolet. Qua cum dolore diſcedente, dixit ei iudex. Saltem ille iubeat, & ego eum dimittam. Et ille remandauit ei dicens. Examina cauſam diligenter ſecúdum legem, & ſi dignus morte habetur, moriatur. Si autem, fac quod tibi placet.

Docebat autem fratres dicens. Cuſtodire, & ſeipſum conſiderare, & diſcretionem habere, operationes ſunt animæ. Paupertas, tribulatio, & diſcretio, ſunt operationes ſolitariæ vitæ.

Ezec. 34. Scriptum eſt enim. Si fuerint hi tres viri, Noe, Iob, & Daniel in medio eius, ipſi ſaluabunt animas ſuas. Noe perſonam habet nihil poſsidétium, Iob tribulatorum, Daniel diſcretorú. [Si ergo fuerint hæ tres actiones in homine, Deus habitat in eo. Dixit abbas paſtor.] Si duas res oderit monachus, poterit ab hoc mundo liber eſſe, ſcilicet carnalem repauſationem, & vanam gloriam. Idem ait. Si vis requiem in hoc ſæculo inuenire, & in futuro, dic. Quid ſum ego? Et non iudices quemquam.

Cum quidam frater de congregatione offendiſſet, abbas eius de conſilio cuiuſdam ſolitarij expulit eum. Qui cum flendo, quaſi deſperaret, abbas Paſtor eum ad ſe adduci fecit, quem benigne conſolans, miſit ad illum ſolitarium dicens. Audiens de te, deſidero te videre. Fatiga igitur te venire vſque ad me. Qui cum veniſſet, dixit Paſtor. Duo homines erant, qui ambo habebant mortuos ſuos: reliquit autem vnus mortuum, & abiit plorare mortuum alterius, quod ſolitarius audiens, & intelligens, in ſermone eius compunctus eſt.

De omni ne eſſe iudicãdum. lib de diſcretione.

Cum quidam dixiſſet Paſtori ſe eſſe perturbatum, & vellet locum deſerere, eo quod verba quædam de aliquo audiſſet, quæ eum non ædificauerát, ait abbas Paſtor, ne verba illa crederet, quia vera non erant. Ille vero vera eſſe aſſerebat, quia frater fidelis ei retulerat. Cui Paſtor. Non eſt fidelis, qui tibi ea dixit. Nam ſi fidelis eſſet, talia tibi non dixiſſet. Et ille. Ego vidi oculis meis.

Mat. 7. Interrogatus autem ille de feſtuca & de trabe, de quibus in euangelio dicitur, reſpódit quid eſſet feſtuca, & quid trabs. Tunc Paſtor, pone (inquit) in corde tuo, quia peccata tua ſunt trabs, & peccata illius ſunt feſtuca.

Quidam frater, qui peccatum grande commiſerat, volens pœnitere triennio, interrogauit Paſtorem, an multum eſſet. Qui reſpódit. Multum eſt. Deinde quærens, an annum iuberet. Reſpondit. Multum eſt. Adſtantes autem dicebant. Númquid vſque ad quadraginta dies? Et ille. Multú eſt. Et adiecit. Puto, quod ſi ex toto corde triduo peccator pœnituerit, & peccatum non iterauerit, & pœnitentiam triduanam fecerit, dominus ignoſcet ei.

Qui ſine cauſa iraſcitur. ibi. Mat. 5.

Interrogatus de illo verbo. Qui iraſcitur fratri ſuo, ait. Ex omni re, qua voluerit te grauare frater tuus, ne iraſcaris aduerſus eum, donec oculum dextrum tibi extrahat? Et ſi aliter feceris, ſine cauſa iraſceris. Si autem aliquis voluerit te ſeparare à Deo, pro hoc iraſcere.

Item dixit. Si ſint tres, & vnus bene quieſcat, alius autem infirmetur, & gratias agat, tertius vero miniſter eius ſit, ex ſincera caritate, ij tres ſimiles ſunt velut vnius operis.

Cum quidam frater conquereretur, quod multas cogitationes habens, in ipſis periclitaretur. Paſtor eduxit eum ſub nudo aere, & ait. Expande ſinum, & apprehende ventum. Et ille. Non poſſum, ait, [hoc facere. Et Paſtor, Si hoc non potes facere,] nec cogitationes retinere potes, ne introeant, ſed tuum eſt reſiſtere eis.

Quid de hæreditate ſit faciendum conſulit. ibid.

Interrogatus idem à quodam, quid de hæreditate ſibi dimiſſa faceret, dixit ei, vt poſt tres dies ad eum reuerteretur. Cui reuertenti ait. Quid tibi habeo dicere, ſi dixero, da eam Eccleſiæ, clerici ſibi facient inde conuiuia. Si dixero, da eam parentibus, non eſt tibi merces. Si dicá da eam pauperibus, ſecurus es. Quicquid ergo vis fac, ego cauſas non habeo. Idem ait. Qui eſt querulosus, non eſt monachus. Similiter qui iracúdus, aut qui elatus, & verboſus aut vindicatiuus. Sed verus monachus eſt humilis, & manſuetus, & caritate plenus, & pauidus ne peccet.

De Malcho captiuo monacho D. Hieron. tom. 1.

§. I.

ERat quidá ſenex [a] Malchus nomine, quem nos regem poſſumus dicere, Syrus natione & lingua, hic vt ſcribit Hieron. cum à parentibus vxorem ducere cogeretur, non conſenſit, dicens ſe monachum velle fieri: vnde fugitiuus à parentibus ad eremum peruenit. Ibique inuenit plures fratres, cum quibus monachus iam factus moram fecit. Poſt aliquod vero tempus incidit ei cogitatio in patriam ire, vt patre defuncto (vt audierat) matris viduitatem conſolaretur. Abbas vero hoc audito ait, tentationem eſſe diaboli, & prohibuit abſceſſum. Ille vero pertinaciter aſſerebat ſe profecturum. Tandem cú lachrymis dimiſit eum abbas. Qui pergens vidit virorum multitudinem ac mulierum circiter ſeptuaginta, quibus ipſe comitatus periculú quod imminebat, ſe effugere poſſe ſperabat. Cótigit autem, vt itinerantibus latrones occurrerent Saraceni, in equis & camelis: in eóſque inuadentes facile deuicerunt. Malchus autem captiuus ductus eſt, cum vxore alterius captiua Chriſtiana.

a Malchi captiui monachi vitá ſcripſit D. Hier. vt ipſe teſtatur in catalogo, quam contra Centuriatores Magdeburgenſes tuetur Alanus Copus dial. 2 à cap. 9. vſque ad 16.

Tandem

A.C.400. Tandem ducti coram domina quadã, ipſam A adorare compulſi ſunt. Quid multa? Ouium cuſtos factus eſt, & vt ſecurius & melius vitam paſtoris ageret ſeu curam, compulerunt gentiles, vt carnaliter coniungerentur captiui. Malchus vero imminente metu mortis, duxit eam in ſpeluncam pro aperienda ſibi triſtitia. Ibiq; accipiens gladium ſe inquit velle occidere, antequam cum vxore alterius adulteraret. Cui illa. Ne occidas te, quia etiam ſi velles in me peccare, ego prius morerer. Sed habeto me coniugem pudicitiæ potius, quàm corporis. Sperent domini maritum, Chriſtus nouerit fratrem. Facile B perſuadebimus nuptias, cum ſic videbunt nos inuicem amare. Et ſic Malchus audita fœminæ virtute, conſenſit ei: & coniugem plus dilexit. Dixit autem Malchus. In tali matrimonio tranſierunt dies plurimi. Nec vnquam (ait ipſe) carnem eius vidi, nec ipſa meam, ſimiliter nec nos adinuicem tetigimus. Cumque iam fugæ nulla haberetur ſuſpicio, ſolus in eremo ſedens, cogitaui vitæ dulcedinem eremitarum: hac in cogitatione voluens animum, nec vultu dolorẽ potui celare conceptum: ſicque cogitans aſpicio formicarum gregem, anguſto calle feruere. C Video onera maiora quàm corpora. Aliæ herbarum quædam ſemina forcipe oris trahebant: aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. Illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam hordea verteret, illata ſemina præcidebãt. Hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant, quódque magis mirum eſt, in tanto agmine egredientes non obſtabant intrantibus, quin potius, ſi quam ſub faſce vidiſſent & onere cõcidiſſe, ſuppoſitis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi ſpectaculum dies illa D tribuit: vnde recordatus Salomonis ad furmicæ ſolertiam nos mittentis, cœpi tædere captiuitatis, & monaſterij cellulam quærere, ac formicarum illarum ſimilitudinem deſiderare, vbi laborant in medium. Et cum nihil cuiuſquam proprium ſit, omnium omnia ſunt.

Malchus monachus captiuus ſeruat in matrimonio continentiã.

Formicarum laborantium pulchra deſcriptio. Prou. 6.

Regreſſo ad cubile occurrit mulier, triſtitiam diſsimulare non potui: rogat cur ita exanimatus ſim, audit cauſas: hortatur ad fugam, peto ſilentij fidem, non aſpernatur: & iugi ſuſurro inter metum & ſpem medij fluctuamus. Quid plura? Eadem noctis hora, cæteris dormientibus occa- E ſis capris duabus, carnem ad viaticum coximus & ex pellibus ſacculos nobis facientes portauimus. Cucurrimus, poſt terga ſemper aſpeſimus. Poſt diem tertium, ecce duos ſubſequẽtes nos vidimus camelis inſidentes, ſtatimque timentes veſtigiis per arenam nos proditos intelligimus. Sed offertur ad dexteram ſpecus, in quam nos miſimus, licet in ea pericula venenatorum animalium timeremus. Cumque inſequentes nos dominus & ſeruus vocarent, vt egrederemur, leæna, quæ in ſpelunca erat, egreſſa F eſt, & vnum poſt alium gutture ſuffocato, intro traxit. Tunc inter gaudium & metum conſtituti ſumus. Timebamus enim leænam. Hora autẽ ſequenti matutina leæna inſidias cauẽs & viſam ſe eſſe ſentiens apprehenſos mordicus catulos ſuos defert extra ſpeluncam, nobiſque cedit hoſpitium. Exiuimus autem ad veſperam, & viditmus camelos, quos dromedarios vocant, A.C.400. propter velocitatem, quibus inſidentes decima tandem die ad caſtra Romana per deſerta venimus. Oblatíque tribuno ſeriatim ordinem narrauimus. Tandem pretio camelorum accepto, ad priorem abbatiam volui reuerti. Sed iam abbate mortuo in Meſopotamia, me monachum tradidi. Illamque virginibus dilectam, vt ſororem commendaui. Cui tamen me nun credidi, vt ſorori.

Malchus cum coniuge fugiens mirabiliter ſeruatur.

De Ioanne eremita, de quo Pallad. vit. 43. Ruff. lib. 11. cap. 19. Aug. de cura pro mort. cap. 17. Euag. in vit. patr. & alij, ex quibus Vinc. lib. 17. cap. 4.

De Ioanne eremita, Arſenio & pluribus alijs.

CAP. VIII.

IOannes eremita, vt ſcribit Vincen. in ſpec. hiſto. lib. 18. cap. 4. poſt Hieronymum, manens in rupe montis ardui in monaſterio clauſo & obſtructo, aduenientibus per feneſtram ſe videndum præbebat. Nulla tamen mulier ad conſpectum eius acceſsit, ſed tantum viri, & raro. In huius itaque monaſterium ab anno ætatis quadrageſimo, vſque ad nonageſimum, quando ab Hieronymo viſus eſt, nullus intrauerat. Sed aduenientibus, vt dictum eſt, per feneſtram ſe videndum præbebat. Cumque tribunus quidam veniſſet ad eum, obſecrauit, vt coniugem ſuam permitteret ad ſe intrare. Multa enim eam dicebat pertuliſſe pericula, vt faciem eius videret. D Cumque ille negaret, dicens ſibi in monaſterio nunquam moris fuiſſe videre mulieres, tribunus obſiſtebat obſecrando, cõfirmans quod niſi eum videret, eſſet ſine dubio ex multa triſtitia peritura. Cui ait. Vade videbit me hac nocte coniunx tua, non tamen huc veniet, ſed in domo ſua, & in lecto ſuo me videbit ibi manens. Tunc receſsit ille, ambiguitatem reſponſi in pectore ſuo verſans. Cumque hoc coniugi nunciaſſet, illa quoque ſimiliter ſermone incerto fatigabatur: ſed poſtquam ſomni tempus aduenit, adeſt homo Dei per viſum, & adſiſtens mulieri. E Fides tua, inquiens, magna eſt, ô mulier, & ideo tuo deſiderio veni ſatisfacere. Te tamen moneo, vt non faciem corporalem ſeruorum Dei deſideres, ſed acta & geſta eorum per ſpiritum contempleris. Spiritus enim eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. [Ego autem non quaſi vir iuſtus aut propheta, ſed pro fide veſtra interceſsi apud Deum, & conceſsit tibi omnium morborum, quos in corpore pateris ſanitatem. Sufficiat ergo tibi quod vides me in ſomnis, & amplius non requiras. Euigilans autem F mulier indicat viro, quæ viderat, quęque audierat: ſuper quæ admiratus vir eius, ſegreſſus ad hominem Dei gratias refert, & accepta ab eo benedictione perrexit in pace.]

S. Ioãnes mulieri in ſomnis apparet.

Ioan. 6.

Cum quidam clericus ad eum veniens interrogatus foret ab eo de ordine ſuo, & ille mentiretur, dicens ſe non eſſe clericum humilitatis gratia, cum tamen diaconus eſſet, oſculans eum

A.C.400.

ait. Noli fili negate gratiam Dei, nec cauſa humilitatis mendacium dicas, ſiue enim pro bono, ſiue pto malo proferatur, peccatum eſt. Non permittebat etiam infirmos ad ſe deferri, ſed benedicens oleum dabat, ex quo vncti ſanabantur.

Vni ex fratribus tertiano [a] typo laboranti & curati volenti. Rem tibi neceſſariam (ait) cupis abiicere. Sicut enim corpora nitro, vel aliis huiuſmodi abluuntur à ſordibus, ſic animæ languoribus aliiſque huiuſmodi caſtigationibus purificantur. Benedicens tamen oleum dedit, & ſanauit illum.

Nullum per ignem paratum cibum ſumebat. Erátque attenuati & aridi corporis præ abſtinētia. Capilli eius & barba quaſi ex langunre nimio rari & tenues. Fuit antem hic anno domini 387.

Iactantiæ duæ ſpecies.

Congregatis autem fratribus ad eos, inſtruēdos dixit. Graue eſt iactantiæ vitium & periculoſum nimis, & quod etiam de ipſo perfectionis faſtigio deiicit animas. Cuius duæ ſunt ſpecies. Quibuſdam enim accidit, quod ſtatim in initio conuerſionis ſoæ, cum parum aliquid vel abſtinentiæ impenderint, vel pecuniæ erogauerint: ita ſentiunt de ſe, quaſi eminentiores ſint illis, quibus aliquid elargiti ſunt. Et dum ab hominibus gloriam quærunt: illam, quæ ex Deo eſt, amittunt.

Si autem mundi corde ante Deum ſteterimus, Deum videre poterimus, quantum poſsibile eſt eum videre, & orātes oculos noſtri cordis in ipſum dirigere & videre inuiſibilem mēte, non corpore, ſcientiæ intellectu, non carnis aſpectu.

Deus incorporeus eſt.

Nemo enim potet ſe poſſe ipſam ſicut eſt, diuinam ſubſtantiam intueri, ita vt corporeæ alicuius imaginis ſimilem ſpeciem ſibi aliquam vel imaginem corpoream io corde fingat. Nulla enim forma in Deo eſt, nulla circum ſcriptio, ſed ſenſus & meus, quę ſentiri quidem poſsit, & mentis affectum perſtringere, nec valet comprehendi, aut deſcribi, aut enarrari. Ideó que oportet cum omni reuerentia & metu accedere ad eum, & ita in eum librare mentis intuitum debemus, vt quicquid poteſt claritatis, ſplendoris, maieſtatis, mens humana conſpicere, ſuper hæc omnia ſemper ſentiat eum. Oportet autem vacare: vnde pſalmus. Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus.

Pſal. 45.

Et quanto purior in eo mens fuerit, tanto plura Deus ei reuelabit & myſteria eius agnoſcet. [Et ideo cariſsimi quandoquidem hoc elegiſtis, vt Deo placeatis: date operam alieni effici ab omni iactantia, ab omni vitio animi, ab omnibus deliciis corporis. Delicias autem corporales oon ſolum illas putetis, quibus homines ſæculi fruuntur, ſed abſtinenti deliciæ credendæ ſunt, quicquid pro cupiditate ſumpſerit, etiam ſi vili ſit, & quod in vſu eſſe abſtinentibus ſolet.] Aqua denique ipſa vel panis, ſi cum cupiditate ſumatur, id eſt, non vt neceſsitati corporis, ſed animi deſiderio ſatisfiat, hæc etiam abſtinenti in vitium deliciarom vertitur. Et ideo volens Dominus animam voluptatibus reſiſtere, dicebat. Intrate per anguſtam portam. Larga eſt via animæ, cũ qualicunque deſiderio ſuo ſatisfecerit. Anguſta vero eſt cùm voluptatibus ſuis repugnat. Ad hæc autem obtinenda multum prodeſt ſecretior habitatio: quia interdum per occaſionem aduentantium fratrum, & euntium & redeuntium, abſtinentiæ fræna laxantur. Et ſic etiam quandoque perfecti viri capiuntur. Et ideo dicebat Dauid. Ecce elongaui fugiens.

Mat. 7.

Pſal. 54.

Idem Ioannes contra præſumptuoſos dicebat. Erat quidam monachus in ſpelunca ſummę abſtinentiæ, cunctis animi florens virtutibus. Cumqoe in profectibus ſuis confidens, non totum Deo, ſed ſibiipſi tribueret, banc præſumptionem intuens tentator, quodam veſpere fingit ſpeciem mulieris oberrantis per eremum, quæ vt feſſa ad oſtium ſpeluncæ laſsitudinem ſimulans totus ſeipſam proiecit, & obuoluta genibus eius, vt ſui miſereatur exorat. Nox (inquit) me comprehendit, iube me quieſcere in angulo cellæ tuæ, ne forte efficiar beſtiis præda. At ille primo miſerationis obtentu, recepit eam in ſpeluncam, quærens cauſam errandi per eremum. At illa cauſam fingit accurate, & interim venena blandimentorum per textum narrationis interſerit, & nunc ſe miſerandam, nunc defenſione dignam oſtendens, elegantia & ſuauitate ſermonis affectum hominis illecebroſo amore deflectit.

Virtutes quas habemus nō nobis ſūt adſcribēdæ.

Hinc iam inter blandiora colloquia ioci riſúſque miſcentur: manus etiam procax ad mentum, barbámque quaſi venerandi ſpecie protenditur. Tunc vero palpare ceruicem, molliuſque collum leuigare. Quid multa? Ad vltimum, captiuum ducit mulier militem Chriſti. Continuo enim libidinis fluctibus æſtuans etiã præteritorum laborum oblitus, ac profeſsionis obſcœnos iam conabatur inire amplexus. Illa vero vlulatum tæterrimum emittens, vt vmbra erat tenuis, per manus amplectentis elabitur, ipſúmque dedecoroſis motibus inanes auras ſectantem, fœdiſsima cum irriſione deſeruit. Tũc præterea multitudo dæmonum in aere ad hoc ſpectaculum congregata ingenti clamore inquit. O monache monache, qui te vſque ad cœlum extollebas, quomodo demerſus es in infernum? Diſce ergo, quia qui ſe exaltat humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus, & deceptionis ſuæ non ferens pudorem, grauius à ſeipſo decipitur, quàm fuerat à dæmonibus deceptus. cum enim omnino ſe reparare, & certamen renouare deberet, deſperās ſeipſum tradidit omni impudicitiæ & impietati.

De monacho tentato & non ſuperato.

§. I.

FVit vir quidam in hac proxima ciuitate peſſimam vitam ducens, qui Dei miſeratione compunctus ad pœnitentiam intra ſepulchrum quoddam ſe occludens, priorum ſcelerum pollutiones lachrimarum fontibus diluebat: diebus ac noctibus proſtratus leuare ad cœlum oculos nolebat,

a Typum tertianum interpres Pallady febrim grauiſsimam vertit. Porro in medicina τύπον dici aiunt formam atque ordinem, qui per acceſsiones remiſsionéſque in morbi temporibus, æquè obſeruatur, quéque morbi genus diſcernitur. Galenus lib. quendam περὶ τύπων conſcripſit, in quo τύπον eſſe dicit τάξιν ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως, id eſt, ordinem extenſionis & remiſsionis.

A.C. 400

A nolebat, neque etiam nomen Dei nominare, ſed in ſolis gemitibus perſiſtebat. Cumque in his poſito eo ſeptimana vna tranſiſſet, noctu venerunt ad eum dæmones clamantes. Quid eſt hoc quod agis ô impuriſsime & flagitioſiſsime? Poſteaquam omni ſpurcitia & impuritate ſatiatus es, nec iam ſufficiunt vires ad facinora, tu Chriſtianus videri vis & pudicus & patiens, quaſi iam tibi alius dari poſsit locus, ſatiato in malis, quàm qui tibi nobiſcum debetur. Vnus ex nobis es, alius iam eſſe non poteris, redi ad nos, & quod tibi ſupereſt tempus in fruenda voluptate non perdas. B Quid temetipſum ante tempus ſupplicijs tradis? Quid enim aliud paſſurus es in inferno, quàm quod nunc tibi ipſe concitas? Si te pœna delectat, expecta paululum, & inuenies paratam. Nunc interim fruere muneribus noſtris, quæ ſemper grata & dulcia duxiſti. hæc & eiuſmodi plura exprobrantibus illis ille tacitus iacebat. Et cum eadem & duriora ſæpe repeterent, nec ille moueretur, videntes dæmones verba contemni: in furorem prolapſi verberibus eum cędere aggreſsi ſunt, multiſque vulneribus excruciatũ ſemineçẽ reliquerunt, nec tamen moueri potuit de loco, in quo orationis C cauſa iacebat. Altera vero nocte repente grauioribus eum verberibus cruciant, nec tunc etiam moueri voluit à loco, melius eſſe dicens mori, quàm dæmonibus obedire. Tertia autem nocte abſque vlla miſeratione irruentes in eũ, omnibus pœnis & cruciatibus eum afficiunt. Cumque iam corpus in ſupplicijs defeciſſet, tamen extremus ſpiritus dæmonum obſiſtebat imperio. Quod poſtquam viderunt impij, magna voce clamantes. Viciſti (inquiunt) viciſti, & vt D virtute quadam cœlitus fugati abſcedunt.

Fuit etiam quidam monachus in eremo omni virtutum flore ornatus. Qui cum in corpore inſtar angelorum corporeæ vitæ fungeretur officijs, dominus quotidiani victus ei curam exhibebat. Quotidie enim ingrediens ſpeluncam, inueniebat menſam paratam, & panem ſuperpoſitum miræ ſuauitatis mirique candoris, ex quo refectus gratias Deo referens, ad orationes & hymnos conuertebatur. Cumque de ſuis meritis gloriari cœpiſſet, continuo intrauit in eum deE ſidia quædam animi, tam parua, quam nec poſſes aduertere. Poſt hæc maior creuit negligẽtia, ita vt tardior ſurgeret ad orationem. Cumque parum pſallendi miniſterium exhibuiſſet, anima eius quaſi nimio labore fatigata requieſcere feſtinabat, quia ſenſus eius reprobus effectus de ſublimioribus ad inferiora corruerat. Erat enim iam clandeſtina quædã in corde eius & turpis cogitatio ac nefanda. Cumque poſt orationes cibum more ſolito requiſiuiſſet, inuenit ſoF lito nigriorem panem ſuperpoſitum menſæ, ex quo refectus de iis quæ in corde eius verſabãtur, nihil emendare curauit, & ſpernentem minima paulatim ſe caſurum non intellexit. Cumque eum graui libidinis ſtimularetur incendio, poſt orationem ingreſſus, vt cibum ſumeret, panem quidem inuenit, ſed aliquantulum ſordidiorem. Admiratuſque & triſtis factus, intellexit, quod ipſum reſpiceret hoc genus monſtri, cibo tamen ſumpto refectus eſt.

Huius etiam vitę genus Palladius habet c. 46.

Nota falſum religioſo ſenſim obrepere.

Poſt diem tertium triplicatis cœpit vrgeri A ſtimulis. Occupauerant enim cogitationes eum, & quaſi iam præſentem, & ſecum accumbẽtem imaginem mulieris amplecti ſibi videbatur, & ad turpes vſus haberi ſubſtratam. Proceſsit tamen & alia die ad ſolita pſallendi officia, ſed ſtabat oculis vagus & mente captiuus. Cumque more ſolito ad veſperam cibum eſſet accepturus, panem quidem inuenit ſordidiſsimum & aridiſsimum, & quaſi à muribus vel canibus vndique corroſum. Tunc ille ingemuit, & lachrymas fudit, ſed non ita vberes, quæ poſſent tantam incendij flammam extinguere, ſumpſit B tamen cibum, licet non vt ſolebat. Cum igitur cogitationes quaſi cohors barbarica eum vndique circumuallarent, exurgens nocte iter per eremum arripuit, tendens ad ciuitatem. Die autem facto, vidit quamdam fratrum cellulam, vbi fatigatus requieuit. Cumque refectus eſſet, & parum quieuiſſet ex more quaſi ab eruditiſsimo & prudentiſsimo patre cœperunt ab eo verbum ædificationis expetere, ac monita ſalutis inquirere. Interrogauerũt quoque eum quomodo quis diaboli laqueos poſsit effugere, & turpes cogitationes ab eo immiſſas expellere: C quod ille ſufficienter docuit. Et in ſe reuerſus ait. Quomodo ego alios moneo: & ipſe decipior? Age ergo miſer [facito ipſe prior] quę alios facere mones. Cumque huiuſmodi increpationibus vteretur aduerſus ſemetipſum, & intelligens ſe miſerabiliter ſupplantatum, valedicens fratribus, curſu rapidiſsimo ad ſpeluncam ſuam redijt, proſternens ſe in oratione & dicẽs. Niſi dominus adiuuiſſet me, paulominus in inferno habitaſſet anima mea. Concluſit autem ſe D in ſpelunca, & in cilicio & cinere eum lachrymis iacuit, donec adſtitit angelus domini, dicẽs ei. Suſcepit dominus pœnitentiam tuam, & repropiciatus eſt tibi, ſed caue tibi ne vltra elatus decipiaris. Hæc quæ dicta ſunt de Ioanne iſto eremita, attribuuntur Hieronymo in vitis patrum.

A.C. 400.

Monach⁹ eremum deſerit, ſed mito modo reſipiſcit.

Pſal 93.

Colitur hic S. Ioãnes 27. Martij.

De SS. Sara & Syncletice, de quibus liber vitæ patrum paſsim mentionem facit, & Vin. lib. 17. cap. 7 Syncletices etiam vitam ſcripſit D. Athanaſius, vt ſcilicet in ea fæminæ, ſicut viri in D. exemplum, quod imitarentur haberent. Niceph. lib. 8. cap. 4.

§. II.

EO tempore, inquit Sigebertus, creduntur fuiſſe duæ laudabiles abbatiſſæ: Sara ſcilicet & Syncletice. Quarum Sara tredecim annis à ſpiritu fornicationis fuit fortiter impugnata, & nunquam orabat Deum vt recederet ab ea huiuſmodi pugna, ſed dicebat. Domine da mihi fortitudinem. Apparuit autem ei oranti ſuper lectulum ſuum ſpiritus ille dicens. Tu me viciſti Sara. Ego (inquit illa) te non vici, ſed dominus meus Ieſus Chriſtus. Hæc ſuper alueum fluminis ſexaginta annis habitauit, & nũquam inclinata eſt, vt flumen aſpiceret.

Lib. de patientia ſiue fortitudine id tecitas.

Quæ autem fuerit illa Syncletice, vel vbi habitauerit, non memini me legiſſe, ſed multa ab ea ſapienter dicta reperiuntur, ex quibus iſta ſunt. Sicut illi qui ignem accendere volunt, prius fumantur, ita & nos diuinum ignem lachrymis

A.C.400. chrymis accendere in nobis debemus. Stulta caſtitas, quæ indecenter aſpicit, vel inordinate ridet. Sicut venena expellunt acriora medicamenta, ſic ſordidas cogitationes oratio cum ieiunio. Sicut fortia veſtimenta calcata pedibus & ſæpius reuerſata incandidantur, ſic fortis anima per paupertatem voluntariam amplius confirmatur. Aduerſarius noſter facilius à nihil poſsidentibus ſuperatur: non enim habet, quo lædat. Si in monaſterio cum aliis conuerſaris, ne mutes locum: læderis enim omnino, ſi facias. Etenim ſi gallina deſeruerit nidum ſuum, facit oua ſua ſine pullis exire: ſic monachus vel virgo de loco ad locum tranſiens, frigeſcit & mortificatur.

In l. de patient. & fort.

Pulchræ de patientia ſententiæ.

In tribulatione poſitus, ſi ferrum es, ſpera tibi ignem appoſitum, ad tollendam æruginem: ſi autem aurum es, ſpera te in ignem immiſſum ad augendam claritatem. Qui peccant in ſeculo etiam nolentes mittuntur in carcerem & puniũtur: & nos ergo voluntarie redigamus nos in cuſtodiam, vt æternas pœnas euadamus. Qui nauigare incipiunt, primo proſperum ventum habent, poſtea ſæpe contrarium. Sed ſicut nautæ non ſtatim nauem exonerant, ſed ſuſtinent procellam & pugnant, & poſtea rectum curſum inueniunt, ſic & nos contra aduerſa incurrentia in propoſito, crucem pro velo erigamus, & per patientiam cito ſuperabimus.

Theſaurus manifeſtus cito perditur, ſic virtus cognita & publicata. Noli ſubito & ſimul arma tua expendere, ne nudus in bello facile capiaris. Anima noſtra miles eſt, arma noſtra corpus noſtrum. Nos in tranquillo mari nauigamus, ſæculares in procelloſo, nos in die, illi in nocte, & tamen plerunque periclitamur de negligentia, & illi timentes & ſolliciti ſaluantur.

De S. Arſenio, cuius vitam Metaphraſtes ex lib. patrum collegit, quem imitatus eſt Vincen. lib. 17. cap. 63. & Antoninus, hæc autem ſunt in 2. par. vitæ patrum, §. 180.

§. III.

ARſenius abbas, vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 18. dum adhuc eſſet in palatio magnus rogauit dominum, vt dirigeret eum in viam ſalutis. Et facta eſt vox ad eum. Arſeni fuge homines, & ſaluaberis. Et deſcendens ad vitam monachalem rurſus orauit Deum, vt prius. Qui iterum audiuit. Arſeni fuge, tace, & quieſce: hæc enim ſunt radices non peccandi. Hic cum eſſet clarus Romæ in curia imperatoris glorioſe militans vſque ad annum quadrageſimum ætatis ſuæ, ex ſenatore fit monachus, & per quinquaginta quinque annos in eremo moram trahẽs ſanctitatis exemplo omnibus emicuit. Cum quidam ad eumdem aduenіſſet, volens eum videre, pulſauit eius oſtium, at ille ſperans eſſe diſcipulum ſuum aperuit ei. Sed poſtquam alium eſſe conſpexit, mox ſe in terram proiecit in faciem. Illo autem, vt ſurgeret poſtulante, reſpondit Arſenius dicens. Non hinc exurgam, niſi tu receſſeris. Et per aliquot horas rogatus à fratre non acquieuit ſurgere, donec ille receſſit.

Fugere, tacere, quieſcere radices non peccandi.

Eius in oratione inſomnia.

Abbas Daniel de eo referebat, quod [illegible] batur vespere ſolem retro cum poſt dorſum ſuum dimitteret, exten[den]ſque manus ad cœlum, non deſinebat orare, donec ſequenti die ſol iterum oculos eius exurgens impleſſet. Cæteras autem noctes peruigiles ducebat, & prope diluculum cum vellet parum pro naturę fragilitate quieſcere, dicebat ſomno: Veni male ſerue, & mox claudens oculos ſubripiebat parum ſomni ſedendo, & ſtatim ſurgebat. Dicebat Arſenius. Nos qui mundanæ eruditionis diſciplinis intenti ſumus, nihil habemus. Hi autem ruſtici Aegyptij ex propriis laboribus virtutes ſibi acquiſierunt. — A. C. 400.

Quidam è fratribus dixit Arſenio. Ecce pater meditari feſtino de ſacris ſcripturis, quę didici: & non ſentio compunctionem in corde, quia non intelligo virtutem ſcripturæ. Vnde & valde contriſtatur anima mea, cui reſpondit beatus Arſenius, oportet te fili meditari inceſſanter eloquia Domini. Audiui enim quia dixit B. abbas Poemen, quoniam illi, qui ſolent ſerpentes incantare, non intelligunt verba quæ dicuntur, ſed ſerpentes audientes intelligunt virtutes eorum, & acquieſcunt & ſubdũtur eis. Ita ergo & nos faciamus. Quamuis enim non valeamus intelligere diuinarum ſcripturarum virtutem, tamen [dæmones audiẽtes diuini verbi virtutem] terrentur, & fugati diſcedunt à nobis non ſuſtinentes eloquia ſpiritus ſancti.

Meditandæ ſunt ſcripturæ etiã nõ intellectæ. Io. 16. vitæ patrum p. 2. §. 36.

Quædam matrona mandauit Arſenio ſe velle eum videre: qui cũ negaſſet, illa ait. Credo in Deum, quia videbo eum, nec ab hac intentione fraudabor. Non enim homines veni conſpicere, qui in noſtra ſuperſunt regione, ſed prophetam videre deſideraui. Quæ cum ad cellam eius perueniſſet, inuenit eum extra cellam, & proſtrauit ſe ad pedes eius. Ille autem eam cum feſtinatione ſuſtentans, & intuẽs eã ait. Si faciẽ meam videre vis, ecce vide. Illa autem præ verecundia oculos non audebat ad illum attollere: & ait ille. Neſcis quia mulieres, quibus quocunque non licet exire? An vt Romam rediens aliis te fœminis glorieris vidiſſe Arſenium? vt fiat peruium mare ad me venientium fœminarum. Nunquid non ſufficit tibi audiſſe opera mea: At illa. Nolo (inquit) videre faciem tuam, ſed ora pro me. At ille. Ora (inquit) Deum meũ, vt deleat memoriam tuam ex corde meo. Illa vero ingemiſcens receſſit, & adeo contriſtata eſt, quòd reuerſa domum febricitauit. Quod audiens epiſcopus ad eam conſolandam acceſſit. Illa autem dixit ei. Ecce contriſtata ſum propter talia verba Arſenij maioris. Cui epiſcopus. Neſcis quia mulier es, & inimicus per mulieres ſanctos viros impugnat? propterea ſenex dixit illa. Nam pro anima tua orat ſemper. Et ſic inde conſolata eſt.

Ibid. §. 61.

Ib. §. 154.

Hic cum tempus obitus eius appropinquaſſet, dicebat ad diſcipulos ſuos: nemo [a] ſuper me faciat caritatem, niſi in ſola oblatione: ego ſi feci caritatem inuenio illam. Dicentibus

a Etiam pij monachi, qui omnem ſepulturæ apparatum contemnunt, oblationem, id eſt ſacrificium corporis Chriſti pro ſeipſis mortuis fieri poſtulant.

autem

A.C.400. autem diſcipulis. Quid faciemus pater, quia neſcimus hominem ſepelire? Reſpondit ille. Nunquid neſcitis funem in pedibus meis mittere: & ita me ad montem trahere? Dum ergo moreretur, cœpit flere. Et cum fratres illi requiſiuiſſent dicentes Quid fles pater? Nunquid & tu times? Reſpondit. In veritate timeo, & iſte timor qui nunc mecum eſt, ſemper mecum fuit ex quo factus ſum monachus. Cum autem vidiſſet abbas Pœmen, quia tranſiit, ait. Beatus es abba Arſeni, quia te tantum in hoc ſæculo planxiſti. Qui enim hîc ſe non planxerit, illic ſe in perpetuum lugebit.

Viſiones D. Arſenij in lib. vitæ patrum p. 2. cap. 32.

Quadam vice vox facta eſt ad eum dicens. Veni & oſtendam tibi opera hominum. Et duxit eum ad quemdam locum, oſtenditque ei æthiopem incidentem ligna, facientem ſarcinam grandem, quam portare non poterat. Deinde alia ligna incidebat, & ad ſarcinam addebat. Et hoc faciebat diutius. Oſtenditque rurſus hominem haurientem aquam de lacu, & effundentem aquam in ciſternam pertuſam, quæ poſtea aqua refundebatur in lacum, & ex ipſa ciſternam implere volebat per hunc modum. Iterum oſtendit ei templum, & duos viros in equis portantes lignum tranſuerſum. Volentes autem introire in templum, non poterant, eo quòd lignum tranſuerſum portarent. Et expoſuit ei dicens. Hi ſunt, qui portant quaſi iugum iuſtitiæ cum ſuperbia & non humiliantur, propterea remanent foris à regno Dei. Qui vero ligna incidit, eſt homo in peccatis multis, & negligens vitia emendare, vt agat pœnitentiam, non ſubtrahit de peccatis, ſed addit iniquitates iniquitatibus. Qui autem aquam haurit, homo eſt, qui habet bona opera, ſed quia permixta habet cum eis mala grauia, perdit ipſa opera ſua.

Arſenio Vſuardus refert in martyr. ad diem 19. Ianua. quo huius ſancti viri feſtũ celebratur.

Idem per totum tempus vitæ ſuæ, pannum tenebat in ſinu propter lachrymas, quæ frequẽter exibant de oculis ſuis.

Cum pater ſancti Arſenij Romæ nobiliſſimus ſenator vitam finiens, & teſtamentum faciens, magnam hæreditatem Arſenio dimiſiſſet, Magiſtrianus teſtamentum ad eum in eremum detulit. Quod accipiens, voluit illud ſcindere. Magiſtrianus autem eius pedibus prouolutus, rogauit ne hoc faceret, quia caput ei præſcinderetur. Cui Arſenius ait. Prius mortuus ſum quàm ille. Ipſe igitur cum modo mortuus ſit, quomodo me fecit hæredem? Et remiſit teſtamentum, nil accipere volens.

De quadam virgine ancilla alterius: Pallad. vit. 3. hanc habet hiſtoriam, virginémque Potamianam nominat, Vincen. lib. 17. ca. 65.

§. IIII.

Narrauit abbas Iſidorus, prout refert Vincent. ſpecu. hiſto. quod dominus eius frequenter variis promiſſionibus tentans eam ſtuprare non potuit: & ob hoc eam Alexandriæ præfecto Chriſtianorum perſequutori tradidit.

A Qui diuerſa ſupplicia ante ipſam parans: vas etiam æreum pice repletum incendens ait. Aut vade, & obtempera domino tuo, aut ſcias te in hoc vas eſſe mittendam. Quæ reſpondit. Nunquam ſit alter[a] cognitor talis qui ſubiici iubear libidini caſtitatem. Per caput (inquit) imperatoris tui, quod vereris, obteſtor, vt ſi me his tormentis necare ſtatuiſti, non ſimul totam, ſed paulatim iubeas mitti, vt videas quantam mihi patientiam dederit ignotus tibi Chriſtus. Quæ per vnius horæ ſpacium in æneum vas candens demiſſa defecit, vbi primò pix ebulliens ad eB ius colla deuenit. A.C.400.

Refert etiam Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 18. de quadam puella, cui nomen erat Alexandra, quòd vrbe relicta conſedit intra quoddam ſepulchrum, per foramen exiguum vitæ neceſſaria ſuſcipiens, & nec viros nec mulieres per annos duodecim videns, de qua & beata Melania Romana dicebat, vultum quidem eius ſe videre non potuiſſe, ſed ſtantem ad foramen, concluſionis cauſam eius requiſiuiſſe: At illa. Cuiuſdam (inquit) animus in me quondam fuerat læſus: & cum viderem eum contriſtari, malui C me in ſepulchro, quamdiu viuo claudere, quã nocere animæ ad ſimilitudinem Dei factæ. Qua rurſus interrogante, qualiter potes in tali ſolitudine contra accediam vel cogitationes habere tam iuge certamen? Illa reſpondit. A principio diei vſque ad horam nonam orationi vaco, per horam opus faciens ex lino. Poſtea per ſanctos patriarchas, prophetas, apoſtolos, martyres cogitatione diſcurro. Cæteris horis cibum panis capio. Appropinquante veſpera cum maxima quiete dominum meum glorifico, finémque vitæ meæ cum ſpe bona patienD ter expecto.

De Alexandra virgine, Palla. hęc habet in hiſt. Lãſ. c. 5. Vinc. cap. 67.

De beato Ammone refert idem, quòd puer à parentibus relictus, cum ad annos viginti duos perueniſſet, inuitus ab auunculo ſuo ſolennia nuptiarum ſufferre coactus eſt. Sed poſtquam omnes à thalamo receſſerunt, è lectulo ſurgit, oſtium claudit, prolatum de ſinu libellum puellæ legit, eique caſtitatis & virginitatis conuerſationem expoſuit: ita quod illa in ictu gratia Dei repleta, caſtam vitam amplecti libenter ſe dixit. Sic igitur in eadem cellula ſeparato lectulo octodecim annos cum ea vixit. E Er poſt hoc in ſolitudine viginti duos annos alios. In cuius obitu vidit beatus Antonius animam eius ab angelis deferri in cœlum.

De B. Ammone Palla. l. 16. ca. 8. hæc receſſet, ſed fuſius Vincent.

De ſancto Pãbone retulit ſancta Melania, vt narrat idem Vincen. vbi ſuprà, quòd ſancta Melania ipſa obtulit ei vaſa argentea trecentarum librarum argenti. Qui cum ſederet, & vimen intexeret, hoc tantum ait. Det tibi Deus mercedẽ tuã: deinde de œconomo ſuo dixit. Suſcipe, & in fratres egẽtes in Libya & in inſulis diuide: hæc enim monaſteria magis indigent. CumF que illa ſtans pro munere dato benedictionẽ aut laudẽ expectaret, nihilque vlterius ab illo audiret, ait. Scito domine, quod in hac ſuppel-

De S. Pãbone idẽ cap. 19.

a Cognitorem hîc pro iudice ſumpſit, qui de negotio cauſaue diſceptat, eámue cognoſcit, ſicut & apud Prudent. hîc tum cognitor pronunciauit. Claudatur infans carcere.

lite

A.C.400.

lite argentaria ſunt trecentæ libræ. Qui iterum nec ſurſum quidem aſpiciens nec ad vaſis quidem thecam attendens, ait. Si illud mihi, ô filia, offerres, competenter hoc diceres. Cum autem illi offeras, quem non ſpreuiſſe, ſed amplius honoraſſe duos nummos dātem quàm multa offerentes cognouimus, tace, quieſce. Nam qui montes lance penſauit, non opus habet à te menſuram cognoſcere. Paulò poſt aliqua febre fatigatus, ſportellam conſuendo vocauit eam, & mox requieturus ait. Accipe ſportellam hanc de manibus meis, quoniam aliud non habeo, quod tibi relinquam, vt mei memor ſis. Quā illa corpore ſepultu vſque ad proprium finem ſecum habuit.

Luc. 21. Iſa. 40.

De Ammonio Pallad. vit. 12. & Niceph. eccl. hiſt. lib. 11. cap. 37. & Vinc. cap. 69.

§. V.

Ammonij mira in recuſando epiſcopatu pertinacia.

HVius diſcipulus Ammonius in epiſcopum poſtulatus, & à multitudine ciuium captus vt ad Dorotheum quemdam adduceretur ad benedicendum, dicebat ſe omnino acquieſcere non poſſe, vt exiret de ſolitudine. Cumque videret ſe non poſſe euadere, ferro ſiniſtram aurē radicitus cunctis videntibus ſecuit, dicens. Vel nunc intelligite quod cupitis non poſſe impleri, quia nullus aure præciſa poteſt ordinari. Ad hoc Dorotheus epiſcopus reſpondit. A Iudæis lex iſta ſeruatur. Ego autem ſi dederitis mihi aliquem naribus truncatum, ſed motibus probū, non dubito eum facere epiſcopum. Cum ergo adhuc vim illi inferre tentarent, iratus reſpondit. Si me vltra coegeritis, etiam linguā meam propter quam mihi moleſti eſtis, abſcindam. Tunc dimiſerunt eum.

De hoc etiam beatus Euagrius ait, neminem ſe vidiſſe, qui ſic paſsiones corporeas ſuperauerit. Itaque cum quædam carnalis delectatio corpuſculum eius ſine vlla intermiſsione vexaret, candenti ferro propria membra laniabat, vt ex omni parte vlceribus plenus eſſet. De hoc Ammonio ſic Hieronym. in vitis patrum. Vidimus inter illos patres Ammonium virum ſapientiſsimum, huius monaſterium erat muro circumdatum, quod in illis locis ex lateribus crudis facile fieri ſolet. Hic vt ait Socrates in hiſtoria tripartita, eruditiſsimus fuit Origenis Didymíque diſcipulus, à iuuentute vſque ad mortem præter panem aſſum nihil comedit. Hic adeo ſine curioſitate fuit, vt cum Athanaſio Romam veniens nullum opus ciuitatis inſpiceret, niſi tantum eccleſiam Petri & Pauli. Hic à nullo viſus eſt iraſcens, aut iurans, aut mentiri, aut vanum vel aſperum vel infirmum protuliſſe ſermonem.

Hiſt. trip. li. 8. c. 1. non tamē ex Socra. ſed ex Sozo. quam uis ſequētia ſint Socratis.

Fuit quoque in eodem monte ſanctus Beniamin, qui per octoginta annos in abſtinentiæ virtutibus ſummam gratiam conſecutus eſt, & ſiue manus cuiquam impoſuiſſet, ſiue benedictionem olei dediſſet, ab omni languore ſanabatur. Hunc vidimus tanto corporis tumore diſtentum, vt minorem digitum manus eius vtrarumque manuum noſtrarum digiti coniuncti non valerent complecti. Orate (inquit ipſe) filij, vt homo meus interior iſto languore ſit liber. Hoc namque corpus, nec me ſua ſanitate ſublimem reddit, nec dolore deiectum. Itaque per octo menſes facta eſt ei ſella latiſsima, in qua inceſſanter ſedebat non valens in lecto quieſcere, tamen alios quocunque languore vexatos ſanabat.

A.C.400.

De S. Iſidoro, qui & Xenodochus propter ſuſceptionem hoſpitum dictus eſt, cuius geſta Pallad. recenſet vita, 1. & Vincen. lib. eod. cap. 63.

§. VI.

CVm primum, inquit Heraclides in lib. qui dicitur Paradiſus, vt refert Vincen. vbi rupta, Alexandriam vrbem attigi, ſecundo imperatoris Theodoſij ſenioris conſulatu, reperi ſanctum Iſidorum presbyterum ſuſceptorem atque prouiſorem pauperum fratrum ſeptuaginta annorum ætatis, qui nec linteo vtebatur, nec carnibus veſcebatur, nec pane ſatiabatur: per gratiam tamen ſpiritualis alimoniæ tam lauti corpuſculi erat, vt omnes, qui vitam eius neſcirent, epulationibus ac voluptatibus hoc imputarent. Tam humilis, támque pacificus, vt etiam inimici eius vmbram eius erubeſcerent. Tantam quoque diuini dogmatis fertur habuiſſe notitiam, vt etiam inter fratrum conuiuia obſtupeſceret mente murata, ſenſibus quoque ſpiritualiter occupatis. Noui etiam eum dum cibum ſumeret lachrymatum fuiſſe: méque admirante, cur fleret. Erubeſco (inquit) irrationabilem cibum ſumens, qui rationabilis factus à Domino deberem in paradiſi voluptate, cibóque diuino ſatiari. Is cum ad eum veniſſem iuuenis, & peterem, vt me inſtrueret ad vitam morēſque monachorum, cui non tantum eſſet neceſſaria doctrina verborum, quantum iugis laborum fatigatio corporis, quaſi bonus equorum domitor, perductum me ad ſolitudinis loca Dorotheo cuidam Thebano monacho ſexageſimum annum in ſpelunca agenti commendauit, qui erat vitæ duriſsimæ.

Pallad. S. Iſidori diſcipul⁹. Vinc. ca. 66.

Quotidie namque in ardore maximo ſuper littora maris lapides colligebat, & ſingulis annis cellam conſtruens, iis qui fabricare non poterant, offerebat. Me vero dicente. Quid pater tam ſenex interficis corpuſculum tuum ſæuis ardoribus? Reſpondit. Occidit me, occido illud. Edebat autem modicum panis, & oleris viliſsimi, parum etiam aquæ bibens. Nunquam autem vidi pedes extendiſſe, nunquam in matta, vel in lecto quieuiſſe. Sed per totam noctem ſedens funem ex arbore dactylorum intexebat, cuius pretio veſci ſolebat. Et vt ab aliis eius diſcipulis agnoui, etiam ſic à primæua ætate viuebat, nunquam vero ſponte dormiebat, niſi aut opere fatigatus, aut cibo vtens. Frequenter enim comedendo nimia vi ſomni capite nutabat, paniſque de eius labiis cadebat. Et cum à me cogeretur, vt ad momentum ſuper mattam iaceret, agebat. Si angelis ſuadere poteris, vt quieſcant, perſuadebis & ei, qui Deo placere feſtinat.

Dorotheus monachus qualis. Pall. vit. 2.

A.C 400. Quadam die ad puteum ab eo miſſus, vt aquam haurirẽ, cum aſpidem in imo viſam perhorrerem, vas vacuum reportaui, cauſamque timoris expoſui. At ille ſubridens ait. Si placuerit diabolo per omnes puteos ſerpentem ſe facere, nunquid poteris eſſe ſine potu? Mox egreſſus, de puteo aquam traxit, ac prior ipſe ſignatam bibens ait. Vbi crux adeſt, ibi malignitas inimici nihil valet.

Apellens Ægyptius ex fabro ferrario conuerſus eſt. Qui quadam die hoc opus exercens vt refert Vinc. ſpec. hiſt. lib. 16. dæmonem eum tentantem in ſpecie mulieris forcipibus candentibus percuſſit in faciem, qui ſtridens & ingemiſcens procul effugit. Sed Hiero. ait, quòd nuda manu arrepto ferro candente diabolum percuſſit transfiguratum in ſpeciem mulieris ſpecioſę. Ex quo tempore in vſu habuit ferrum candens nuda manu tenere nec lædi.

n 50. l 14. 3. Hic narrabat de quadam Ioanne, qui ſub cuiuſdam ſaxi rupæ tribus continuis annis orauit ſtans, nunquam reſidens vel iacens, ſomni tantum capiens, quantum ſtans capere potuit, cibum nunquam ſumpſit niſi dominica C die, cum preſbyter ad eum veniebat & offerebat pro eo ſacrificiũ, & hoc erat ei ſacramẽtũ, & victus. Erat autem ſupradictus vir perſiſtẽs in opere cœpto atque in oratione perdurans. Pedes verò eius, ex eo quod nullo tẽpore ſuetãr immobiles diſrumpebantur: & ſanies ex eis exibat. Complenſque tribus annis, ab Angelo ſanatus eſt, & repletus ſcientia & doctrina multos ædificauit, dominica die ſemper reuertẽs ad locum illum ſacramentorum gratia, diebus aliis opera manuum faciens, iumentorum cingula ex palmarum foliis texens, vt in illis locis D haberi eſt mos. Quibus cingulis iumentorum infirmitates ſanabantur. Hãc quoque gratiam habuit, vt vnicuique fratrum ſcriberet, de quo peccato, vel virtutis opere quiſque cæteris pręemineret.

De Moyſe Æthiope, & pluribus aliis patribus deuotis,

CAPVT IX.

MOyſes Æthiops genere, niger colore, latro publicus & homicida fuiſſe dicebatur. Et vt dicitur in hiſtoria tripartita, iſte cum eſſet ſeruus: E propter culpas ſuas à domino eſt expulſus: qui latrocinio deditus homicidia multa cõmiſit. Et cùm ſemel tranſiſſet quemdam fluuium vt ex quodam grege pecorum aliquid auferret, & ablato de eo quodam ariete ſeu caſtrato ipſum occiſum, & pannos ſuos ad renes ligando natando fluuium tranſiuit. Et eo cocto & comeſto, cũ propter furta, quæreretur ad mortem: eo timore monach⁹ effectus eſt. Et timor ſecularis ſeu humanus, in proceſſu temporis cõuerſus eſt in filialem: cum magno feruore Deo F ſeruiens. Hic aliquando quatuor latrones ſimul comprehenſos ligans, impoſitos humeris perduxit ad eccleſiam, in voluntate monachorum ponens, quid de eis facere vellent. [Hi cum cognouiſſent eum eſſe Moſem, qui fuit aliquando inſignis princeps latronum, Chriſtum eo nomine glorificantes, mundo renunciarũt & probatiſſimi monachi euaſerũt.]

A Factuſque preſbyter in Scytia terribilis dæmonibus vixit annis ferè 72. vt refert Vincen. ſpecu. hiſt. lib. 18. A.C 500.

Vix autem aliquando neceſſitatis cuiuſdam periculo compunctus ad monaſterium ſtatiũ ſe contulit, ac pœnitentiæ vitam vehementer arripuit, pluréſque ex latronibus exemplo ſuo conuertit: Et (vt ipſe referebat) dæmonibus eũ vrgentibus, vt ad antiquam fornicationem rediret, tot & tantis modis tentatus eſt, vt penè à propoſito recederet. Quas videlicet impugnationes cum ſancto Iſidoro referret, ille re- Similitudo elegãs
B ſpondit. Noli contriſtari, quoniam adhuc principia tua ſunt iſta. Et ideo tibi cogitationes huiuſmodi vehementer inſurgunt antiquam conſuetudinem requirentes. Sicut enim canis a macello in quo oſſa rodere aſſuetus eſt, non receditquod tamen ſi clauſum fuerit, nec vllus in eo ſteterit à quo aliquid ſperet, diſcedit. Sic & tu, ſi in abſtinentia perſtiteris, gaſtrimargię excludes introitum, quæ eſt fornicationis incentiuum, fatigatus dæmon & victus, cui ciborum fomenta non porrigis, tibi vlterius moleſtus eſſe ceſſabit. Extunc Moyſes curam ſui fortiC ter gerens, ante omnia cibo abſtinuit, nihil comedens præter panis ſicci vncias vndecim: maximo tamen operi incumbens: hoc modo corpuſculum ſuum conſumpſit. Nec ſic tamen circa ipſum inſomniorum vanitas ceſſauit.

Rurſus alium virum probatiſſimum ſuper hoc conſuluit. Qui reſpondit. Idcirco adhuc iſta pateris, quia nondum mentem tuam ab huiuſmodi cogitationibus ſeparaſti. Si ergo volueris te vigiliis paulisper occupare, & orationibus inſiſtere puris, facilè poteris liberari. Et vigilus & laborib.
Tunc ſtatuit in medio cellæ ſuæ ſtans orare,
D nec genua flectere, nec oculos claudere, quod quidem per ſex annos ibidem impleuit. Et nec ſic illo malo carere potuit. [Reuera enim non poteſt verè caſtigari cupiditas. Cùm enim ſeipſum liquefeciſſet laboribus, turpem illam affectionem non potuit ſubigere.]

Aliud iterum vitę genus arripuit. Nam monachorum ſenum, qui è longinquis locis aquam ſibi deferebant, totis noctibus habitacula circumiens lagenas eorum implebat, nullóque ſentiente refetebat. Itaque dæmon vlterius eius certamina non ferens, quadam nocte dũ E aquam pronus è puteo tollit, renes eius deſuper graui fuſtè percuſſit, eumque ſemiuiuũ reliquit, nec quid vel à quo paſſus fuiſſet ſentientem. Poſtero die inuentus, atque ad monaſterium ductus, per totum annum ægritudine illa laborauit. Tunc ait illi ſanctus Iſidorus. Ceſſa Moyſes, in tantum dæmones prouocare, tamque pertinaciter cõtra eos cõtendere. Eſt enim & certus modus vitæ monaſticæ, intra quem nos oportet vires noſtras exercere. Cui rñdit. Ego quidem non recedam ab hac intentione propoſiti, donec ſomnia vanaſque cogitatio- F nes à me videam ſeparari. Tunc ait illi. In nomine Ieſu Chriſti turpia ſomnia iã receſſerũt à te, ideoq; ad ſanctorũ myſteriorũ cõmunionẽ fideliter accede. Scias autem, quòd dæmon idcirco ad tempus te fortior viſus eſt, ne iactare te poſſes, quòd tantam tentationẽ faciliter ſuperaſſes. Sicque ad cellam propriam reuerſus nihil vltra ſe huiuſmodi fuiſſe perpeſſum dixit,

A.C. 500.

ex illa hora, quæ famulus Dei, pro eo orauit. Tantam verò gratiã aduerſus dæmones promeruit, vt amplius nos à muſcis, quàm ille à dæmonibus terreremur.

Cùm quidam ſenex infirmatus in Ægyptũ, ire vellet, ne fratres nimis grauaret, dixit ei abbas Moyſes. Non vadas, quoniam in fornicationem caſurus es. Qui contriſtatus dixit. Mortuum eſt corpus meum, & tu iſta mihi dicis. Cùm ergo iuiſſet, & quædam virgo ex deuotione illi ſeruiiſſet, conualeſcens ille eam violauit, & ipſa ex eo concepit. Quę cùm peperiſſet puerum, ſenex cum in vlnis portans in die magno feſtiuitatis, quæ erat in Scythia coram multitudine fratrum eccleſiam intrauit. Et cùm omnes flerent, dixit: videtis infantem iſtum? Filius eſt inobedientiæ. Cauete ergo vobis fratres, quia in ſenectute hoc feci: & orate pro me. Et reuerſus ad cellam per pœnitentiam ad priſtinum ſtatum virtutis reuerſus eſt.

Ex vitis Patrũ l. de obed.

Cùm frater quidam peccaſſet, miſerunt fratres ſuper hoc ad abbatem Moyſem conſulentes. Qui accepta ſporta plena arena venit ad eos. Quem cum fratres quidnam hoc eſſet interrogarent reſpondit. Peccata mea ſunt poſt me currentia, & non video ea, veni autem hodie aliena iudicare peccata. Quod audientes fratres illi pepercerunt. Cùm abbas Moyſes factus eſſet clericus, & impoſuiſſet ei epiſcopus humerale: dixit ei: Ecce ô Abba Moyſes fact' & candidatus. Et ille, A foris dñe papa, an intus? Volens autem epiſcopus probare eum, dixit clericis ſuis, vt quando ad altare accederet, ipſum eum iniuria expellerent: & ſequentes eum audirent, quid diceret. Proiicientes ergo eu foras dixerunt: Exi foras Æthyops. Egrediens ergo dicebat. Benè tibi fecerunt cineratе & cacabate: quia cum tu homo non ſis, quare præſumpſiſti in medio hominum te ponere.

De hoc Moyſe qui fuit Saracenorum ordinatus epiſcopus Ruff. lib. 11. Hiſt. Eccl. cap. 6. Niceph. lib. 9. cap. 26.

§. I.

Refert Vinc. ſpc. hiſt. li. 15. de a Moyſe præfato: quòd cũ eo tempore Mania Saracenorum gentis regina vehementi bello Paleſtini & Arabici limitis oppida atque vrbes quatere vicináſq; prouincias ſimul vaſtare cœpiſſet: frequentibuſque bellis Romanum attriuiſſet exercitum, rogata pacem non aliter ſe amplexuram promittit: niſi Moyſes monachus ſuæ genti daretur epiſcopus: qui in eremo partib. ſuis propinqua vitam ſolitariam ducens meritis & virtutibus & ſignis, quæ per illum Deus faciebat, magnificè innotuerat. Captus ergo Moyſes ad ſacerdotium ſuſcipiendum, nulla ratione paſſus eſt ſe à Lucio ordinari: quia ſ. licet hæreticus erat vel intruſus, ſed ab illis quos ille in exiliũ miſerat eſt epiſcopus. Quo facto & gentis ferociſſimæ pacem tenuit, & fidem intemeratam cuſtodiuit.

Huic Moyſi dictum eſt. Vade, ſede in cella tua: & ipſa te docebit vniuerſa. Idem. Homo fugiens homines ſimilis eſt vuæ maturæ: qui autem cum hominibus conuerſatur, ſimilis eſt acerbæ vuæ. Idem antequam eſſet epiſcopus, audiens iudicem venientem ad ſe fugit in paludem. Cui iudex occurrens, quærebat ab eo vbi eſſet Moyſes. Quid (inquit) vultis loqui ei? Fatuus & hæreticus eſt. Ad hunc Moyſem dixit Zacharias Serapionis diſcipulus: Exuta cuculla & ſub pedibus ſuis iactata & cõculcata, niſi ita conculcatus fuerit monachus, non poteſt eſſe monachus. Ad hunc Zachariam morientem dixit Moyſes. Quid vides? Nihil melius (inquit) quàm tacere pater. Idem Moyſes ſeptem fratribus in Scythia ſecum manentibus ait, Hodie huc barbari veniunt, fugite. Et tu (inquiunt) non fugis? Reſpondit per tot annos expecto iſtam diem, vt compleatur ſermo domini dicentis. Omnis qui accepit gladium, gladio peribit. Ecce (inquit) appropinquauerunt lamiæ Et ſtatim intrantes barbari interfecerunt eũ, Vnus aũt ex eis perterritus, abſcõdit ſe ſub lectis. Et vidit ſeptem coronas coronãtes Moyſen, & ſex fratres. Idem Moyſes ad pigmenium. Stultitia eſt homini relicto ſuo mortuo, flere alienum. Idem mori à proximo ſuo eſt flere peccata ſua: & ſine cognatu eſſe ab omni homine, quia iſte bonus eſt: ille malus. Idem. Per has quatuor res paſſio gignitur: per abundantiam eſcæ & potus: per ſacietatem ſomni per otium, & per iocum.

Mat 26.

a Hunc Moſem, quia Mauia Saracenorum regina eſt in epiſcopum expetitus alium à Moſe Aethiope fuiſſe planè mihi perſuadeo. Nam in pr.. Pallad. & Niceph. lib. 11. cap. 36. Moſem Aethiopem in Sceti presbyterum factum ibique mortuum ſcribunt: non ergo ad Saracenos ſiue vt Theodoretus dicit Hiſmaelitas hic Moſes Aethiops in gentis illius epiſcopum deductus eſt: deinde Niceph. in eodem loco, cum Moſes Aethiopis geſta retuliſſet ſubiunxit: Eadem etiam ætate floruit Paulus & Pachon & Stephanus & Moſes genere vtrique Libyes, ex quo perſpicitur duos fuiſſe monachos, qui Moſes nomen habuere, Aethiopem videlicet illum, & Hundibycum, quem hoc loco epiſcopum ordinatum crediderim. Denique hos Vſuardi martyrologium à Ioanne Molano editum apertè diſtinxit. Nam Moſi Aethiopi vigeſimum octauum Aug. Saracenorum verò epiſcopo ſeptimum februarij diem feſtũ aſsignat. Nota obiter monachum Pium à Lucio Hæretico ordinari noluiſſe vt maximè ſucceſsionis Apoſtolicæ ratio haberetur. Nam quia Catholici epiſcopi ad Apoſtolos ſuam originem referunt, Hæretici verò in Eccleſia oſtendere nullam ſucceſsionem Apoſtolorum poſſunt: ideo hic monachus non à Lucio Ariano, ſed ab epiſcopis Catholicis voluit ordinari, vt videlicet ipſe ſuam poſſet ad Apoſtolos originem deducere, cum ab his eſſet ordinatus, qui ab his qui ſucceſſerant Apoſtolis vel Apoſtolicis epiſcopis eſſet ordinatus. Nota Præterea nullos alios barbaras nationes ad Chriſtum conuertiſſe, niſi illos quos Romani Pontifices ad prædicandum per orbem miſerunt, vel illi epiſcopi qui cum Romana Eccleſia communicarunt, vide Staplet. lib. 4. de vera Eccleſ. cap. 20. & 21. & Sand. lib. 8. de viſib. Monar. ca. 50

Cum

... ſancti Moyſi circa principium ... diabolus impoſuiſſet gra... impugnationem fornicationis, vt non ... valeret in cella ſua reſidere: abiit ad abbatem Iſidorum, & retulit ei impugnationis ſuæ violentiam. Cumque de ſcriptu... Iſidorus conſolaretur eum & vt ad cellam ſuam reuerteretur rogaret, noluit. Iſidorus ergo aſcendit cum eo in ſuperiora cellulæ ſuæ: & ait. Reſpice ad occidentem: Cũ reſpexiſſet vidit multitudinem dæmonum, qui ... præparatos. Dixit autem Iſidorus. Reſpice ad orientem, & vidit multitudinem ſanctorum Angelorum glorioſam & ſplendentem quaſi lumen ſolis, & ait Iſidorus. Ecce quos vidiſti in occidente, ij impugnant ſanctos Dei. Nam quos ad orientem vidiſti, ij ſunt quos miſit dominus in adiutorium ſanctis ſuis. Cognoſce ergo, quia non ſolum plures ſunt nobiſcum, ſicut dixit Heliſæus propheta, verũ etiam ſanctus Ioannes dicit: quia maior eſt qui in nobis eſt: quàm qui in mundo. ... ergo verbis confortatus Moyſes reuerſus eſt ad cellam ſuam.

Monaſterium huius Iſidori vt ait Hieron. erat apud Thebaidam muro circundatum mille monachos habens. Senior autem ſedens ad ianuam ea lege recipiebat intrantes, vt vltra ... Et ex hoc dicit Vincen. vbi ſuprà oſtenditur, quòd ſtabilitas loci in religione etiã tunc ... erat: quam tamen poſtea Benedictus dicitur inueniſſe, id eſt, ſcripto primus confirmaſſe. Ad ſuſcipiendos autem hoſpites hic Iſidorus aliam cellam habebat ſibi adhærentem. Huius Iſidori dictum eſt illud. Ex quo factus ſum monachus, non permiſi iracundiã vſque ad fauces meas aſcendere.

Abbas Iſidorus iſte quoties cogitatio illi dicebat, quia magnus es, reſpondebat intra ſe, nunquid talis es qualis ille? ſcilicet aliquis magnus ſanctus. Cum verò dæmon conturbans eum ſuggerebat ei deſperationẽ, dicebat. Quãuis ... in tormenta mittat propter peccata mea, ... tamen ... me inuenio. Abbas Pambo, cum ſine literis eſſet, acceſſit ad quemdam vt diſceret ab eo primum verſiculum pſalmi 38. ſcilicet ... cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Secundum verſiculum audire noluit. Satis eſt inquit. Si hunc impleuero ... Requiſitus poſtea a magiſtro, quare in ſex menſibus non rediret, Reſpondit ... illum verſum nondum implere valui. Requiſitus iterum poſt multum tempus verum adhuc illud impleſſet. Vix (inquit) illum 4... annis implere potui.

De Serapione ... vita Patrum.

§. II.

IN regione Arſenoite Serapionem vidimus inquit Heraclides in vitis patrum, vt refert Vinc. ... in ſpe. hiſt. patrem quaſi decem milliũ monachorum viuentium ex propriis laborib. qui ... præcipuè meſſis tempore mercede ma... partem plurimum ad ſu... partem præſ... in vſus paupe... deſtinabant. Hoc autem moris eſt non ſolum ipſis ſed & omnibus penè Ægyptiis monachis: vt meſſis tẽpore ſe locent ad metendũ A.C. 500.
atque ex ea mercede octogenos vnuſquiſque modios frumenti plus minúſve conquirit, vnde non ſolum regionis illius indigentes aluntur, ſed Alexandriam quoque naues onuſtæ frumento diriguntur, vel in carcerem clauſis vel reliquis egentibus peregrinis prærogandæ. Neque enim intra Ægyptũ ſufficiunt pauperes, qui poſſint miſericordiæ eorum fructus & largitatis abſumere. Iſte Serapion fuit: qui cum iuuenis eſſet: furabatur Paximacium quotidie quem occultè manducabat. Qui Theona abba B ſe ſuo faciente ſermonem aliquibus de vtilitate manifeſtationis ſuarum cogitationum: cõpunctus, confeſſus eſt peccatum ſuum, & panẽ quem in ſinum abſconderat, educẽs in mediũ: & velut lãpas ignis de ſinu eius egreſſa eſt, vt ſ. in coll. dictum eſt. Caſſ. coll. 2. c. 11. Sup c. 2 §. 1.

Theonas autem præfatus: vt dicit Socrates in hiſto. tripart. pater fuit trium millium monachorum & ſcientiſſimus græcarum literarũ & latinarum triginta annis dicitur tacuiſſe. De quo etiam Hiero. ait: Vidimus & alium ſanctũ C Theonam in ſua cella clauſum ſolitarium, de quo dicebatur triginta annis ſilentium tenuiſſe. Et hinc apparet hoc eum feciſſe antequam eſſet Abbas: vt dicit Vinc. Non enim potuiſſet prælatus exiſtens tanto tempore ſilentium licitè tenere. De Theona.

Dorotheus genere Thebæus, vt ait Socrates in hiſt. tripartita, cuius hæc fuit vita, vt quotidie lapides è mari colligeret: & ſingulis annis hoſpitium ædificaret: & non valentibus ibi ædificare daret. cuius cibus erat panis vnciæ ſex, & olerum minutorum faſciculus vnus, & ad D bibendũ aqua. Hic a iuuentute ſic viuens nec in ſenectute quidẽ defecit noctib. aũt propter eorũ cibũ faciebat ſportas vt vẽderet. Nunquã eſt viſus in lectulo ſoporatus, vel pro requie pedes extendiſſe. Et ſæpe ei dormienti cum comederet cibus ex ore labebatur. Aliquando etiam ſomno grauatus cecidit in ſtoream & expergefactus ait ſub ſilentio. Si Angelis dormire ſuaſeris, & mihi dormire ſuadebis. Huic laboranti dixit quidam, Cur ita perimis corpus tuum? Reſpondit. Quia illud occidit me. E Huius cibus omnino abſque ignis fuit opere. De Dorotheo

Huius cellulam cum latrones eum habere aurum exiſtimarent, quodam tempore inuadentes ita orantis ib. eius affixi ſunt foribus eius, vt penitus commoueri non poſſent donec confuſa hominum multitudo adueniret: quos vt viderunt, igni comburendos tradere conabantur. Tunc vir ſanctus neceſſitate loqui compulſus ait. Sinite eos abire, alioquin ſanitatum gratia fugiet à me. Sola enim manus impoſitione conferebat de quacunque infirmitate ſanitatem. Illi verò his auditis, & monachi facti F ſunt, & pœnitentes abire permiſſi. Hic etiam ſanctus quoties hominibus reſpondebat, in tabulis ſcribebat. Dicitur, quod etiam noctib. ad eremum plurimo heſtiarum comitatu veteretur quibus pro laboris ſui remuneratione aquam de puteo ſuo hauriebat.

Piamon presbyter, vt habetur in hiſt. tripartita dum ſacrificaret, vidit Angelum Dei contra altare ſtantem, monachos præſentes, in codice ſcribentem, & abſentes delentem.

A C. 360. Ipſe Piamon eo tempore, quo fratres ad communicandum accedebant, videbat Angelum Dei ſtantem ante altare, & ſcribentem in libro quorumdam nomina aliorum non ſcribentem quorum vnumquemque ſeorſum diſcutiens, inuenit in ſingulis mortale peccatum, & cum eis tamdiu fleuit, donec cum cæteris adſcripti ſunt.

Marcus ſcriptor antiquarius, vocatus dum ſcriberet, o reliquit imperfectũ ſic c, vt dicitur in vitis pa. Et vt adduut quidam, reuerſus ad cellam propter obedientiam, reperit complementum illius literæ ex auro. Hic Marcus erat B veſtibus ſacco ſciſſo, & conſuto, facie tincta de fuligine culinæ. Vnde à matre, quæ venerat ad videndum eum, cum egreſſus eſſet ex mandato ſuperioris, non eſt agnitus, etſi viſus ab ea. par. 2 §. 133.

De Syluano abbate de quo Niceph. lib. 11. cap. 4. hac autem ex lib. vit. patrum. par. 2. §. 193. habet Vinc. lib. 14. cap. 66. Meminit alterius Syluani monachi hiſt. Trip. lib. 12. cap. 8.

C

§. III.

ABbas Syluanus, dum in exceſſu mentis factus eſt, & exurgens fleuit amarè. Rogantibus autem fratribus cauſam fletus ait: Ego ad iudicium raptus ſum, & multos vidi de habitu noſtro euntes ad tormenta, & multos ſæculares ad regnum. Et lugens ſenex nolebat de cella ſua exire, ſed quando exire cogebatur, operiebat faciem ſuam dicens. Quid neceſſe eſt videre lumen iſtud corporale, in quo nihil eſt vtile?

D

Abbas Syluanus dum cum diſcipulo ſuo Zacharia ad quoddam monaſterium ſuum peruenisset, fecerunt eos monachi parum comedere. Poſtquam verò egreſſi ſunt inuenit diſcipulus aquam, & voluit bibere. Cui abbas. Hodie ieiunium eſt. At ille. Nunquid non hodie comedimus pater? Et dixit illi. Illa eſca caritatis erat fili. Nos autem iterũ ieiunium teneamus.

Peregrini monachi inertia redarguitur. Par. 2 in vitis patrũ §. 52. Ioan. 6. Luc. 10. Quidam peregrinus venit ad abbatem Syluanum in montem Sina, & videns quod fratres operarentur, ait. Quare operamini eſcam, E quæ perit? Maria autem optimam partem elegit. Tunc ſenex dixit diſcipulo ſuo Zachariæ. Da illi codicem, vt legat, & mitte eum in cellulam, quæ nihil habet, hora autem nona circumſpiciebat ille frater, ſi fortè ſenex vocaret eum ad comedendum. Poſtquam autem tranſiit hora, venit frater & dixit Syluano. Nunquid non hodie comederunt fratres abba? Quare me nõ vocaſtis? Et dixit abbas. Tu homo ſpiritualis es, & non neceſſe habes hac eſca. Nos quaſi carnales opus habemus comedere, & ideo operamur. Tu autem optimam partem elegiſti. F Quod cum audiſſet cœpit pœnitere & dicere. Indulge mihi abba. Tunc reſpondit Syluanus. Ergo neceſſaria eſt Martha Mariæ.

Huius Syluani diſcipulus fuit Zenon qui ait: Nunquam maneas in loco nominato neque ſedeas cum homine magnum habente nomen. Idem ait. Reliquerunt fratres peccata ſua, ſcilicet cognoſcere, & cœleſtia ſectantur. Idem concupiſcens cucumerem ait intra ſe. Fures ad tormenta vadunt, [illegible] te ſi [illegible] re tormeta. Et ſtetit in caumate quinque [illegible] defricans ſe in ſole. A C. 3[illegible]

Alius ſanctus pater fuit dictus Or apud Thebaidem, qui vt ait Hiero. erat nonagenarius. barba prolixa, vultu & aſpectu lætiſſimus literas primò ignorauit. ſed data eſt ei diuinitus gratia. & ablate ei libro a fratribus quaſi olim literas ſciuiſſet legere cœpit. Conſuetudo illi erat non prius corporalem cibum ſumere, quam ſpiritualem Chriſti communionem.

B Idem Or dixit ad diſcipulum ſuum. Vide ne aliquando alienum verbum adducas ad cellam iſtam. Hic Or cum multos annos in eremo peregiſſet, apparuit ei Angelus domini dicens Quotcunque in hac vita poſitus conuerteris ad ſalutem, ſuper tot principatum accipies in futuro. Multa autem hominum millia per eum ad Deum conuerſa ſunt. Quoties aliquis frater in eremo morari voluit, ei cellulam parauit, & ſæpe lectiſtia dedit.

Quodam tempore vt ipſemet retulit, ſub ſpecie alterius venerunt ad eum dæmones in ſpe C cie cœleſtis militiæ tanquam magnum regem in curru deducentes. Iſque qui à cæteris, vt rex habebatur, dixit ei. O homo impleſti omnia, tantum ſupereſt, vt me adores, & transferã te in cœlum, ſicut Heliam. Quod audiẽs cogitabat, quid eſt hoc. Nónne ego quotidie ſaluatorem meum regem adoro? hic ſi eſſet ille, non à me poſceret, quod me indeſinenter facere ſciret. Tunc ergo ait: Ego regem meum habeo quẽ ſine intermiſſione quotidie adoro, tu autem non es rex meus. at continuo dæmon euanuit. Hic tribus annis pane Angelorum vixit. D

De Apollonio, Coprete &c. & pluribus ſanctis virginibus in eremo degentibus.

CAPVT X.

DE ſancto Apollonio narrat Hier. vt refert Vincen. ſpe. hiſto. lib. 15. dicens: Vidimus & ſanctum A- E pollonium in finibus Hermopoleos, ad quam ſaluator cum Maria & Ioſeph fugiſſe traduntur. Ibi erat templum, in quo ingreſſo ſaluatore, omnia idola corruerunt & comminuta ſunt. In finibus illis erat Apollonius, pater quingentorum monachorum ferè octogenarius. Quindecim adhuc annorum erat cum ſeceſſit in eremum. Ibi quadraginta annis conuerſatus eſt. Ad quem cum diceret dominus, Apolloni per te omnia Ægypti idola ſubuertam, & perdam ſapientiam ſapientum, Apollonius ait: Aufer à me F domine iactantiam. Et dominus ad eum. Mit- Iux[illegible] phe[illegible] lia 1[illegible]

a *Duo monachi fuerunt, quorum vnus Apollo dictus eſt, de quo Pallad. vita 52. & trip. hiſt. lib. 8. cap. 1. & Niceph. lib. 11. cap. 34. alter Apollonius, de quo idem Pallad. vita 66. Tripar. hiſt. lib. 8. cap. 1. & Niceph. cap. 35. Quæ autem de his duobus hi prodiderunt propter nominis vicinitatem Vin. cent. & D. Anton. vni Apollonio attribuerunt.*

te

A C. 360

te ait)manum tuam ad ceruicem tuam,& quod comprehenderis conſtringe, & ſub arena obrue. At ille iniecta manu apprehendit quaſi paruulum Æthiopem, & demerſit ſub arena clamantem. Ego ſum ſuperbiæ dæmon. Tunc ait vox diuina. Quicquid de cætero popoſceris, conſequeris. Facta ſunt autem hæc tempore Iuliani apoſtatæ.

Sanctus autem Apollonius, cum quidam fratrum ſuorum captus eſſet à Iuliano, perrexit & conſolatus eſt eum, vt patienter ferret, quæ ei inferebantur. Tunc adueniens Tribunus inuenit virum ſanctum, & ita commotus iuſſit illum etiam cum cæteris includi. Quod & factum eſt. Media autem nocte apparuit lux magna in carcere, & Angelus ianuas aperiens voluit omnes incarceratos educere. Ille verò moram fieri conſtituit vſque manè. Tunc cuſtodes pedibus ſanctorum aduoluti rogabant eos diſcedere. Manè autem facto, venit centurio, & iuſſit eos diſcedere, quia in eadem nocte terræmotu domus ſua conciderit, & electi famulorum ſuorum mortui ſunt. Et ſic ſancti cum hymnis & laudibus remearunt.

De S. Apollonio hæc habet al. vi. 64.

Poſt hæc gentilibus prædicans, multa millia hominum conuertit ad fidem ſignis & miraculis infinitis. Perſecutionis tempore egreſſus eſt, vt viſitaret captiuos Chriſtianos. Cumque quoſdam conſolaretur, inuentus à iudicibus captus, & incarceratus eſt. Quidam verò gentilis Philemo nomine, famoſiſſimus eum opprobriis & contumeliis affecit. Cui Apollonius. Miſereatur tui (inquit) fili mi, & nihil eorum, quæ dixiſti, imputet tibi Deus ad peccatum. Ille verò compunctus eſt hoc audito, qui ſtatim confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. Iudex verò hæc audiens [ei omne genus tormentorum adhibuit. Cùm autem rapuiſſet Apollonium & multis eũ affeciſſet contumeliis] ignẽ copioſum iuſſit accendi, & eos in medium ipſius iactari, quod & factum eſt. Interea autem ſancto orante, vt ignis ille extingueretur ad gloriam nominis Chriſti, ſtatim rore de cœlo emiſſo extinctus eſt ignis. Quod videns iudex compunctus, ad fidem conuerſus eſt. Tandem ducti ſunt, in vinculis coram præfecto, ſed qui duxerunt eos conuerſi ſunt, & Chriſti nomini adhærentes, etiam ipſi vincti ſunt: & iuſſu præfecti, qui noluit eos audire, in mare proiecti ſunt, ſicque aqua paſſionis facta eſt eis aqua baptiſmi. Et proiecit mare corpora eorũ ſimul omnium in aridam, ſimulque ſepulti ægritudines ſanant.

Centum orationes vir ſanctus in die flexis genibus, & centum in nocte complebat. Indumentum eius erat ſtupeum, collobium linteũ, quo collum & caput obuoluebat: quæ dicuntur in deſerto permanſiſſe nunquam inueterata.

Circa hunc ſanctum erat templum & ſimulacrum, quod ſacerdotes quaſi pro aquis pluuialibus circumferebant, quos omnes orandò ſtare fecit immobiles: & nec bobus adhibitis potuit moueri ſimulachrum. ſic ſteterant tota die ac nocte rapidiſſimis æſtibus aduſti, tandem ſcientes hoc ei per ſanctum accidiſſe, incenſo ſimulachro in domino crediderunt.

Primis adhuc diebus cum cœpiſſent habitare in ſpelunca, aderat dies ſanctus Paſchæ. Erant eis panes pauci & ſicci tantum, & olera ea iis, quæ ſale aſperſa, apud eos reponi ſolent. Iuſſit ergo fratribus, vt peteret vnuſquiſque à domino, ſi quid in die feſto ſumere libenter habeat. Quod & illi iuſſerunt eum facere. Cúmque compleſſet orationem, & omnes reſpondiſſent, amen, ecce repente ante forea ſpelunculæ vident adſtare ſibi homines penitus ignotos, cum magna ciborum copia, in quibus erant quædam quæ omnino in Ægypti regionibus nunquam viſa ſunt pomorum genera, & magnitudinis incredibilis vuæ, nuces, ficci, mala punica, faui mellis, & lactis copia, a Nicolai quoq; ingentes, panes candidi & mundi qui tamen viderentur alienæ eſſe prouinciæ. Viri autem, qui hæc attulerant, ſtatim vt ea tradiderunt, feſtinantes quaſi ad eum, à quo miſſi fuerant, regreſſi ſunt. Horum tanta fuit copia, vt vſque ad diem Pentecoſtes miniſtrata quotidie ſufficerent, illique certi erant, quòd à Deo ſolemnitatis gratia ſibi miſſi fuerant. Quidam ex fratribus popoſcit ab eo vt ſibi daretur humilitatis & manſuetudinis gratia, quo orante completum eſt.

Cibi diuinitus dati

Orta fame, omnes habitatores loci venerũt ad eum cum vxoribus & paruulis. Qui iuſſit eos paſcere, donec nõ haberet niſi tres ſportas panis, quæ vnius diei victum monachis præbere debebant, quas etiam iuſſit proferri in medium, & eleuatis ad Deum manibus ait: Nunquid non poteſt manus domini multiplicare hæc ſic dicit ſpirituſſanctus. Non deficiet panis in ſportis iſtis, donec ſatiemur omnes de fructibus nouis. Quatuor ergo menſibus non ceſſauit erogari panis de ſportis, nec deficere potuit aliquando. Motus ergo quidam Dionyſius nomine, ait ad eum. Nunquid Helias eſt tu: aut alius prophetarũ, aut Apoſtolorum, qui hæc facere auſus es? Qui ait: Quid iude? Nunquid Apoſtoli & prophetæ non fuerunt homines ſancti qui nobis fidem ſuam & gratiam tradiderunt? aut tunc præſens erat Deus, nunc autem non eſt præſens?

Tẽpore famis populũ paſcit.

Moris erat apud eum, vt fratres eius non prius cibum ſumerent, quàm communionem dominicam perciperent circa horam nonam. Et poſt hoc ſic vſque ad veſperam interdum permanebant, verbum Dei audientes. Poſt hoc cibo ſumpto, alij ad eremum ſecedebant, per noctem totam diuinas ſcripturas memoriæ replentes. Alij percepta gratia Chriſti ſtatim diſcedebant, hoc ſolo ſpirituali cibo contenti. Et hoc faciebant per pluſimos dies.

Iubebat autem fratres ſemper gaudere: dicens. Triſtentur gentiles, lugeant Iudæi, plangant ſine ceſſatione peccatores, Iuſti verò lætentur. Non oportet prorſus eſſe triſtitiam iis, quibus ſalus in Deo eſt, & ſpes in regno

Nicolai ab Auguſto appellata ſunt placenta, quæ donata ei fuerant à Nicolao, qui Damaſci habitabat: qui etiam ſcripſit ad Herodem regem Iudæorum de gentibus mirabilibus, ex Photij Biblioth.

A. C. 362. cœlorũ. Nam ij, qui terrena diligunt, ſuper fragilib. & cadocis rebus lætantur. Noe verò, qui tãtæ gloriæ ſpem & coæternitatis expectationem habemus, cur non omni exultatione gloriemor.

peregrini quõ excipiendi.

Dicebat inſoper. Fratres aduenientes traditum eſt adorandos eſſe, vt certum ſit in aduentu eorum aduentum domini haberi. Sic enim & Abraham ſuſcepit Angelos, qui homines videbantor, dominus autem in eis intelligebatur. Interdom etiam cogere debemus fratres ad corporalem requiem contra eorum voluntatem.

Monebat, vt ſi fieri poſſet, quotidie communicarent monachi, ne qui ſe facit longè ab his longè fiat à Deo. Ieiunia quartæ & ſextæ feriæ dicebat non eſſe ſoluenda, quia quarta feria Iudas traditionem dñi cogitauit. Et ipſe dñs ſexta feria crucifixoe eſt. Videbiturque in iis diebus ſine neceſſitate aliqua ſoluerit dicta ieiunia ſtatuta, vel cum tradente tradere, ſaluatorem: vel cum crucifigente crucifigere. Hæc cantoniaata habentur de conſe. diſtin. 3. Ieiunia. Quæ tamen ſunt in conſilio, non præcepto eccleſiæ. Et ſubdit Apollonius. Si iis dieboe ſuperuenerit aliquis, ponenda eſt menſa ei ſoli, quòd ſi noluerit, non eſt cogendus.

Matth. 26.

De Mutio monacho ex latrone, habẽtur hæc in vita S. Capretis in vitis patrum & in Vinc. 14. cap. 72.

§. I.

NARRAVIT ſanctus abbas Copres, vt refert Vincen. lib. 15. ſpe. hiſtor. quòd fuit in illa eremo Mutiue quidam, homo ſanctiſſimue, qui primum fuerat latro maximus & ſepulchrorum violator: in omnibus flagitiis opinatiſſimos. Qui cum quadam nocte ad quamdam virginem Deo ſacratam, per tectũ quibuſdam machinis vellet irrumpere, difficultate operis fatigatus ſomno opprimitur, & per viſum ſibi adſiſtere videt quemdam regio habitu dicentem, Deſine iam ab his flagitiis, & ab hac effuſione humani ſanguinis, & ab execrabilibus furtis: ad laborem religioſum cõuerte vigilias: & ſuſcipe angelicam cœleſtémque militiam, & ego te huius ducem militiæ & principem faciam. Et ecce oſtenditur ei exercitue monachorum, & principatum ſuper eos tenere iubetur. Euigilans adſtantem videt virginem requirentem quis eſſet, & cur & vnde veniret. Et ille quaſi amens effectus nihil reſpondit, niſi hoc tantummodo, vt ei eccleſiam oſtenderet. Quem illa duxit ad eccleſiam, & obtulit presbyteris, quorum ille pedibus proſtratus, rogabat ſe Chriſtianum fieri, & locum pœnitentiæ dari. [Deinde cum religioſa initia ſuſcepiſſet, orat ſibi præcepta dari, quibus viam ſalutis poſſet incedere.] Illi autem primi pſalmi tres primos verſus tradunt ei, quos ſibi ſufficere dixit, tribusque diebue permanens apud eos, profectus eſt ad eremum, vbi plurimo tempore demoratus eſt, cibum ex radicibus herbarum capiens. Rediens autem ad presbyteros, reddidit verſus ſuos tã verbis quàm operibus. Permanenſque apud eos hebdomada vna rediit ad eremum: vbi per ſeptem continuoe annos in omni gratia degens, plenitudinem gratiæ conſecutus eſt, ita vt omnes penè ſcripturas memoriter retineret. Cibum tantum die dominica ſumebat ſibi diuinitus delatum, qui ei ſufficiebat vſque ad alteram dominicam.

A. C. 362.

Cùm autem diligentiſſimè ſepeliendis mortuis veſtimenta apparet, ait ad eum quidam adoleſcens diſcipulus eius. Vellem, vt me mortuom ita induceres. Planè (inquit) faciam, & ita copioſè induam, donec dicas ſufficit. Poſt non multum temporis, ille defunctus eſt. Quo inductu ait ad eum coram omnibus. Sufficiunt hæc tibi ad ſepulturam ô filiole? an vis, vt adhuc aliquid addamus? At ille obuoluta iam facie, & vultu conſtricto dixit coram omnibus audientibus; Sufficit pater, impleſti, quod promiſeras.

Pergenti autem aliquando ad viſitandos fratres, quos inſtituerat, reuelatum eſt ei à domino, quòd quidã æger moriturus erat in proximo. Hora autem erat iam ad veſperam. Cũque videret ſolem iam demergi, ait ad eum. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ſta paulisp in itinere tuo, & expecta me, donec ad vicum perueniam quod & factum eſt. Ingreſſus autem in domum fratris, pro quo feſtinauerat, inuenit eum iam defunctum, & oratione facta accedens ad eum, oſculatus eſt eum in lecto dicẽs, quid magis deſiderij habes, abire & eſſe cũ Chriſto, an adhuc manere in carne? Tunc ille recoperatos ſpiritu ſedit paululum dicens: Quid me reuocas pater? melius eſt mihi abire & eſſe cum Chriſto, permanere autem in carne mihi non eſt neceſſariom. Dormi (inquit) in pace fili, & ora pro me. At ille cõtinuò in lectulo reclinatus, dormiuit.

Sol viri Dei i... no ...

Alium fratrem decumbentem cum vidiſſet mortem difficulter accipere, increpauit dicẽs: Cur imparatus es ad profectionem? At ille. Oro pater (ait) vt intercedas pro me, quatenus mihi dominue paruum tempus largiatur ad pœnitentiam. Cui ſanctus. Nunc (inquit) ſpacium pœnitentiæ requiris, vbi vitæ tempus impleſti? Quid faciebas in hoc omni vitæ tuæ tẽpore? Non potuiſti vulnera tua curare? quinimo recentiora ſemper addebas. At ille cum permaneret exorans, ait ad eum Mutius. Si vltra non addas mala tuis malis, orabo pro te dominum. Et cum oraſſet ait: Ecce tres annos cõceſſit tibi dominus. At ille ſurgens ſine aliqua dilatione ſecutus eſt eum ad deſertum. Expletis autem tribus annis reduxit eum ad locom vnde eum aſſumpſerat, ſtatuitque eum in medio fratrum. Et ea ipſo materiam de fructibus pœnitentiæ produxit ad fratres. Ipſo autem ſermonem faciente: cœpit frater ille quaſi paululum dormire, & continuò in perpetuum requieuit.

Iſte Mutiue ſæpè tranſiuit Nilum pedibus ſoleis aquam habens vſque ad genua, frequẽtes ingreſſus eſt, ad fratres oſtiis clauſis. Et ad quemcunque locum voluit in momento temporis quamuis longè poſitue, eſt euectus.

Cùm autem Copres abbas iſta & multa alia narraret, vnus ex nobis ad incredulitatem eorum, quæ dicebantur tædere cœpit, & præ tædio

A.C. 306.

tædio dormitare. Et ecce vidit per viſum librum litteris aureis ſcriptum in manibus Copretis vnde cnarrauo ſenis deduci videbatur & vocem cuiuſdam viri canitie venerandi dicentem ſibi. Cur noo audis intenie, quæ recitantur tibi, ſed incredulus dormitas? Homines autem regionis illius arenam, quæ à ſancto calcabatur, & beoedicebatur aſpergebant per agros, vt terræ ſterilitas auferretur. Hucuſque verba Copretis de Mutio.

Hic Copres inueniens ioimicum Manichæum plures ſeducentem, nec valens verbis eum concludere ait ad populum. Accendite igoem plurimum, & tunc ambo intremus in flammam, & ſi quis exuſtus non fuerit, huius vera eſt fides. Quo facto ſenex apprehendens Manichæum cœpit pertrahere ad ignem. At ille. Non (inquit) ita, ſed vnuſquiſque noſtrum ſingulariter ingrediatur prius tameo tu intrare debes, qui pro hoc propoſuiſti. At ſenex nomine Chriſti ſe conſignans, intrauit flammam, quæ hue illuceque diuiſa, nil ei nocuit: & ibi ſtetit dimidia fera hora. Quod videns populus, compulit illum alium intrare. Sed ille cœpit reſiſtere, & ſe ſubtrahere. Illi verò apprehendentes eum, in ignem proiecerunt, deinde cum dedecore fugauerunt.

Idem Copres referebat, quòd in quadam eremo in Thebaide fuerat quidam Helias nomine, centũ viginti annorũ: quorum ſeptuaginta in ſolitudina tranſegerat. Qui dicebat Quodcuoque vitium propriæ paſſioois à te eieceris, eius etiam vitij dæmonem de obſeſſis corporibus poteris effugare; Idem Helias. Pallor cum humilitate & macies decus eſt monachi. Idem. Tres res valde timeo. Vnam quando anima egreſſura eſt de corpore meo, alteram, quando occurſurus ſum iudici. Tertiam, quando de me proferetur ſententia. Ad hunc Heliam, qui peccantem nolebat recipere, dixit Antonius. Nauis in pelago faciens naufragiũ perdidit quod portabat, & vacua vix peruenit ad terram, cur ergo liberatam in terra vultis ſubmergere?

Suro abbate Pallad. vita 55.

Beatus Copres inter cætera miracula, quæ narrauit addidit etiam de beato Suro, & Paulo, & Aſaia. Qui cum aliquando ad ripam fluminis ſibiinuicem occurriſſẽt, vt fratrem quẽdam viſitarent nomine Anub, deprecantibus illis Dominum ne in via impedirentur nauicula eis apparuit quam aſcendentes iter, quod tridui erat, in vna hora perfecerunt. Cumque applicuiſſent, dixit beatus, Eſaias. Dominus oſtendit mihi virum ad quem imus occurrentem nobis, & dicentem vnicuique noſtrum ſecreta cordis noſtri. Et Paulus ait: Dominus oſtendit, quod poſt triduum morietur homo ille. Cumque ad monaſterium à flumine iter iocederent, occurrit eis Anub benedicens eis & poſtea de vniuſcuiuſque meritis patefecit. Dixit ei Paulus.

De Paulo vita 57.

Quia nouimus te poſt triduum deceſſurum de mundo tu nobis de actibus tuis, quibus Deo placuiſti ad memoriam & corroborationem fidelium narra. Qui ait: Ego nihil vnquã magnum feci, hoc tamen cuſtodiui, ſemper in perſecutione ſaluatoris nomen confeſſus ſum, Nunquam mentitus ſum. Nunquam terrena deſiderare volui. Nunquam gratia Chriſti mihi defuit, ſed omoem cibum, quem deſideraui, angeli mihi afferebant. Nihil, eorũ quæ in terris fiunt, occultauit mihi Dominus nunquam ſomnum appetij, ſed & angelus Dei ſemper mihi adſtitit, qui omnia quę in mundo geruotur, oſtendit. Vidi etiam cœtus iuſtorum martyrum & monachorum ſanctorum, quorum opus ſemper eſt laudare Deum, & benedicere in ſimplicitate cordis & fidei econtra vidi ſathanam, & angelos eius in æteroa pœna ignibus tradi. Cumque hæc & alia eis enarraſſet ſpiritum tradidit in manus angelorum videntibus illis delatum io cœlum, & laudantem Deum cum angelis.

De ſancto autem Heleno dicit, quod cum diu io eremo habitaſſet voluit fratres viſitare quibus & cibaria attulit. Cumque in medio itioere pondere grauaretur vidit onagros per eremum diſcurreotes: quorum vnum vocauit dicens, Io oomine Domini mei Ieſu Chriſti, veniat vnus veſtrum, & ferat ſarcinam iſtam. Et Continuo vnus acceſſit, ipſumque ſimul cum ſarcina velociſſimè ad fratres detulit.

Alio quoque tempore viſitans fratres, inuenit eos non adeò ſolenniter celebrare diem Dominicum vt debebant. Agnita cauſa, quia ſcilicet oon habebant ſacerdotem quooiam trans flumen animal quoddam manebat, propter quod nemo venire poterat ſcilicet crocodilus, qui in medio itinere occideret homines. Tunc ſenex ait: Ego vadam pro ſacerdote. Veniens ergo ad aquam vidit crocodilum venientem, & ſupponentem ſe ſibi. Et aſcendit ſuper eum, & cito deuectus eſt ad cellam ſacerdotis quem adduxit ſecum ad aquam, vt tranſiret. Cumque ſacerdos modo adeſſet, & cauſaretur nauigium reſpondit, Ne timeas paratum eſt & voce magna crocodilum vocauit, & dorſum eius aſcendit. Presbyter verò ſolo viſu beſtię perterritus aufugit, nec vlterius voluit aſcendere. Tunc vir ſanctus ſolus tranſuectus eſt. Et cum à beſtia deſcendiſſet, ait: Melius eſt tibi mori, quam tot ſcelerum reatu inuolui, & continuo expirauit. Cum quidam adoleſcens, qui eum fuerat ſecutus ad eremum, à dæmonibus turpibus cogitationibus multum infeſtaretur, quas illi manifeſtabat, ſanctus circumducto digito ſuo in arenam circa cellam adoleſcentis prohibuit io nomioe Domioi Ieſu, ne dæmones ſtatutum terminum tranſgrederentur, & ſic fuit liberatus.

Hic aduenientibus fratribus, cum non haberet, quid apponeret, ſolebat iuuenem videre, qui deferebat ſibi cibaria, quæcunque appeteret. Quibus ante cellam depoſitis: iuuenis non comparuit.

De Paphuntio, de quo Pal. vita 72. & Nicep. lib. 9. cap. 14. ſed hi eum Paphnutium nominãt. inde eo etiam Caſſ. coll. 3. cap. 1. & Vinc. lib. 14. cap. 76.

§. II.

Vidimus & monaſterium Paphuntij, qui habitator erat vltimi deſerti in regionibus Heracleos apud Thebaidem vrbem. Hic cum multo tempore angelicam vitam du-

A.C. 360

xiſſet, oratione facta ad dominum, vt ei oſtenderet, cui ſanctorum ſimilis eſſet, adfuit ei Angelus dicens, eum ſimilem eſſe cuidam Symphoniaco, qui in vicino loco cantandi arte victum ſibi quærit. Hunc vir Dei inuento illo, vitam eius ſerutatus eſt, & inuenit eum primo fuiſſe latronē, & inter cætera mala, duo laudabilia geſſiſſe. Ait .n. Cū ego & ſocij mei quōdā virginē quamdā rapuiſſemus, & ſocij mei eam corrūpere voluiſſent, ego eam de manib. illorum rapui & intactam domui [ſuæ in vicum] reſtitui. Alio tempore inueni in eremo mulierem honeſtæ formæ errantem: cumque mihi cauſam huius diceret, quia ſcilicet vir ſuus cu duobus filiis incarceratus eſſet ob debitum fiſcale, & ipſa etiam ad conſimiles pœnas quæreretur, & ideo ſic oberrabat, ego compatiens duxi eam ad ſpeluncam meam, & animam eius poſt triduum fame collapſam refeci: & dedi ei trecentos ſolidos: quibus poſtmodum virum ſuum & filios liberauit. His auditis dixit vir ſanctus nihil ſe vnquam tale egiſſe, adiungens, quia ergo non in minimo loco haberis apud Deum, ſequere ipſum. Tunc ille cito de C manibus proiectis fiſtulis ſecutus eſt eum, ac per triennium in maxima abſtinentia continuauit, & ſic inter manus Angelorum ſpiritū reddidit.

Fiſcale debitū, . publica

Tunc orauit ſanctus Paphuntius, vt prius fecerat. Cui Angelus reſpondit ſe ſimilem primario eſſe cuiuſdam vici. Ad quem cum vir Dei veniſſet, cum magna reuerentia ſuſceptus eſt ab eo, Et eius vita requiſita, vix impetrare potuit, vt eam ſibi reuelaret. Tandem ait. Quoniam vir Dei ſanctus es, ideo licet cunctis aliis occultata tibi pandam, quamuis minima ſint. D Ego vxorem duxi tantummodo cauſa prolis, ex qua tres filios ſuſcepi. Iā triginta anni tranſacti ſunt, ex quo vltimus natus eſt, nec poſtea ipſam vel aliam noui: ſimiliter nec ipſa alium virum. Addidit etiam, quod ſuſcipere hoſpites non ceſſabat. Hoſpitem ſine viatico nunquam dimittens in iudicio perſonam nunquā acceperat, litigantes nunquam prætericus, niſi eos concordaſſet, nunquam greges eius alienas fruges læſerant, volentem ſeminare in agro ſuo nunquam prohibuerat, meliora noualia illis E relinquens, quantum in ſe fuit nunquam permiſit, vt potentior inferiorem opprimeret, ſemper ſtudebat, vt neminem contriſtaret. Et quid plura, inquit? Omnia opera miſericordiæ inquantum potui, vel inquantum audiui hominem feciſſe, quantum in me fuit impleui. Hæc audiens vir ſanctus ait: Nihil tale ego feci, igitur reſtat tibi, vt nudus nudum Chriſtum imiteris. Quo audito ſtatim abiit, & ſæculum ex toto reliquit. Et non poſt multum temporis, vir ſanctus ſedens in cella F ſua vidit animam eius ab Angelis delatam. Et ſtatim abiit ad cellam illius, quæ non longè erat à ſua, & inuentum corpus mortuum ſepeliuit, & maioribus exercitiis ſe dedit.

Tertiò orauit vir ſanctus, ſicut prius, & tunc Angelus oſtendit ſibi viam, qua incedēs, inueniret ſibi ſimilem. Tunc procedens vir ſanctus, inuenit mercatorem duos naues habentem, in quibus habuit triginta millia ſolidorum mercaturam. Quem cum videret ſanctus ait:

De mercatore. pal vi. 65.

A Relinque hæc, quæ de terris ſunt, & cœleſtibus coniunge te. Qui ſtatim acquieuit omnia relinquens. Poſt aliquod tempus conſummatus eſt, & aggregatus ſanctorum cœtui. Et non multò poſt tempore adſtitit Angelus Paphuntio, Veni benedicte, ingredere tabernacula æterna tibi debita. Tunc vnam diem poſtea agens presbyteris aduenientibus ait: Nemo ſiue fur ſiue mercator debet contemni, quia in omni gente habet Deus animas aliquas ſibi placentes. Et poſtquam virtutes ſibi datas à Deo narrauerat, vitam præſentem finiuit ingreſſus B æternam. Idem Paphuntius propter latrones hoc petentes contra propoſitum ſuum bibit vinum, & ſic lucratus eſt eos.

A.C. 360

De Thaide meretrice ex lib. vitæ patrum tract. de pœn. & Vinc. lib. 14 c. 77.

§. III.

C FVIT eo tempore quædā puella nomine Thaſis (aliàs Thais) decora nimis quā mater eius à paruula in proſtibulo ſtatuit, factaq; eſt famoſiſſima meretrix. Multi autem ex longinquis regionibus ad eam confluebant, multique venditis ſubſtantiis ſuis pauperrimi fiebant. Sed & amatores eius pro Zelo ſuibus inter ſe conſertis eius limina ſanguine replebant. Quod cum audiſſet Paphuntius abbas ſumpto habitu ſæculari, & vno ſolido, profectus eſt ad eam: Quam vt vidit, pro omnibus protulit ei ſolidum. Quæ accepto pretio ait: Ingrediamur domum. Cúmque ingreſſus eſſet D inuitatus eſt ab ea, vt lectum pretioſis veſtibus ſtratum aſcenderet. Et ſanctus, Eſt (inquit) hic aliquis locus ſecretior? At illa. Eſt. Et ſenex. Ingrediamur in illum. Et illa. Si hominem veretis, nullus te in hoc loco videre poteſt, ſi verò Deum metuis, vbicunque ingreſſi fuerimus, inſpicit Deus. Cui ſenex. Scis eſſe Deum, & illa reſpondit, ſe ſcire Deum, eius regnum futurum, tormenta quoque peccatorum. Cui ſenex: Si ergo noſti, cur tantas animas perdidiſti, & nunc non ſolum pro tua, E ſed pro illorum rationem reddítura perditione damnaberis? Illa hæc audiens pedibus eius prouoluta, cum lachrymis trium dierum inducias petiit, poſt quos factura eſſet, quicquid ei præciperet.

Qui cum ei locum conſtituiſſet, quo venire deberet, illa collectis omnibus, quæ ex peccato lucrata fuerat, perlatiſque in medium ciuitatis ſpectante populo combuſſit, & poſtea ad locum quem conſtituerat ei abbas perrexit. Quam ille reperto virginum monaſterio in cellola parua occludens, oſtium plumbo ſigillauit, & paruam ei feneſtram dimiſit, per quam F ei cibus modicus inferretur. Iuſſitque illi paſum panis aridi quotidie & paululum aquæ miniſtrari. Atque quærenti quomodo deberet orare Deum. Reſpondit. Non es digna Deum nominare, ſed tantum incumbens contra orientem reſpice, hunc ſermonem frequenter iterans: Qui me plaſmaſti, miſerere mei.

Thais reclusa muta.

Igitur per tres annos concluſam abbas Paphuntius condoluit, profectuſque eſt ad An-

tonium

[illegible] quærens an Deus peccata ſua illi dimiſiſſe. Cumque iubente Antonio diſcipuli Antonij ſingillatim ſinguli illa nocte inceſſanter orarent, vt Deus alicui ex eis hanc cauſam reuelaret, cito vidit abbas Paulus lectum in cælo, pretioſis veſtibus adornatum, quem tres virgines clara facie tenentes tres lampades ante eum cuſtodiebant, eratque ſuper eundem lectum corona immarceſſibilis. Cumque Paulus eis diceret. Non hæc gloria eſt, niſi patris mei Antonij. Ad hoc vox diuina reſpondit. Non eſt hęc patris tui Antonij, ſed Thaidis meretricis. Quod cum mane facto Paulus retuliſſet, cognita dei virtute Paphnutius diceſſit cum gaudio ad locum, & oſtium, quod plumbo ſignauerat, diſſipauit, dixitque beatæ peccatrici: egredere, quia dimiſſi tibi Deus peccata tua. At illa. Teſtor inquit Deum, quia ex quo huc ingreſſa ſum, ex omnibus meis peccatis quaſi farcinam feci mihi, & ante oculos meos ſtatui mihi, & ſicut non receſſit anhelitus de naribus meis, ita nec quidem vno momento vſque ad hanc horam peccata mea receſſerunt a me. [Et cū inde eam eduxiſſet quindecim dies ſuperuixit & quieuit in pace.

De Amata, quam Ammam Talidam vocat Pall. vita. 137. hæc autem ex Vinc. lib. 17. cap. 92.

§. IIII

SVnt in ciuitate quadam Ægipti inquit Heraclides, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. l. 18. duodecim monaſteria virginum, in quibus & quandam amatam nomine vidi ſenem octoginta annos iam, vt ferebatur in monaſterio ſuo habentem. Cum hac habitabant ſexaginta mulieres in abſtinentiæ puritate ſub eius doctrina viuentes.

In hoc erat virgo quædam nomine Thaor eius diſcipula, quæ habens annos triginta in monaſterio, non tonica, non [a] manorte, aut calceamentis vnquam nouis volebat vti, dicēs, ne forte propter hoc cogeretur foras progredi [illegible] quidem omnibus die tantum dominica ad eccleſiam ex more procedentibus, illa pannis vilibus induta domi reſidebat ſola. Tam elegantis autem formæ erat, vt etiam caſtiſſimum, & conſtantiſſimum virum eius pulchritudo vultus allicere poſſet: niſi ita moribus ornata eſſet, vt inæſtimabilem quemdam in ſemetipſa caſtitatis propriæ cuſtodem haberet, quę turpiter cupientis cuiuſque oculos ad immenſum pudorem & timorē compelleret.

Alia quoque in vicino commanens nunquam de monaſterio fertur egreſſa: in quo cū matre ſua impleuit annos quadraginta. Cui tandem ad ſtitit beatus martyr Colluchus dicens. Hodie perges ad dominum tuum, veni igitur in Baſilicam martyrij mei, vt prandeas mecum. Tunc illa primum poſt tot annorum curriculum procedens manè ad martyrium ſancti in eccleſiam illam venit, panem & olera ſecum tulit, & complens orationibus, cum om- F

a Manorte pall. genus vile & anguſtum quo virgines ic mon [illegible] collum, [illegible] & humeros tegebant [illegible] de Caſſ. lib. [illegible] cap. [illegible], illud a Palladio nominatur.

A nes receſſiſſent à loco, illa ſedens martyrem reuocauit dicēs: Benedic eſcam meā ſancte Colluche, & interceſſionibus tuis mecum, proficiſci dignare. Sumpto itaque cibo & facta oratione circa ſolis occaſum ad monaſterium redijt, & matri ſuæ dixit. Proficiſcor ad dominū meum. In ipſa etiam nocte nec dolorem capitis, nec calorem corporis ſentiens: ipſa ſe, vt erat ſepeliendam compoſuit, & ſpiritum ſuum Dei manibus commendauit. A. C. 400

Porro [a] Melania iunior præfatæ Melaniæ neptis, cum viro vixit annis viginti ipſumque B virum ſuum ad ſeculi contemptum conuertit, ſæculoque renunciauit. Et primum quidē veſtes ſuas ſericeas ad eccleſiarum ornamenta diſtribuit. Argentum autem & aurum ſuum per Paulum preſbyterum ad orientem nauigio tranſmiſit, ibique per diuerſas prouincias erogauit. Sub occidētali verò plaga ipſa per ſe ipſam cunctis egentibus, quæ ſciret neceſſaria miniſtrauit. Seruos autem promiſcui ſexus vſque ad octo millia liberos fecit. Poſſeſſiones omnes, quas habuit in Aquitania, Gallia, Tarracone, Hiſpania diſtraxit. Agros tantum quos C habebat in Sicilia, Campania, & Aphrica, vt de eis deinceps monaſteria aleret atque fouetet, ſibi reſeruauit. Poſt alterum diem ſemper cibum capere cōſueuerat. Nam inter ipſa principia quinta quoque die guſtabat. Idque obſeruans etiam diurnas cum ancillis ſuis miniſterij vices agebat, quas tanquā ſorores habebat.

Nobilis matronæ eximia liberalitas.

Parem Pinianus vir eius cum triginta monachis vitam agebat.

Virgo quędam fuit in Alexandria ſeptuaginta annorum, de qua dicebāt illic omnes clerici, quòd olim cum eſſet iuuenis, pulchra valdè D conſpectus omnium vitare conſueuerat, ne qua propter miraculum vultus ſui ſuſpicione vel macula notaretur. Tunc Arianis ſub imperatore Conſtantino, beato Athanaſio perſecutionem excitantibus [& Euſebius qui eo tempore præpoſitus erat ſub Conſtantio imperatore, nefariorum criminum ei] inferret calumnias, ille corruptum iudicium, declinans non amico, vel parenti, vel clerico ſe credidit. Sed cum appatitores ſubitò domum eius intraſſent, tunica birroque veſtitus, media nocte fugiens ad hanc virginem venit. Cui tam inopinatę rei perterritę nouitate ſanctus epiſcopus ait. Ab Arianis inquietor, & calumnioſis crimi E nibus accuſor. Ne igitur & ego irrationabili nota reſpergar, & qui ad pœnam meam iniquè parati ſunt propter me ruant in peccatum, magis credidi fugiendum. Deus autem hac nocte reuelauit mihi, quod apud nullum ſicut apud te poſſum ſaluari. Tunc illa congaudens in domino, proiectis cogitationibus vanis, ſanctum illum per ſex annos intra cellæ ſuæ ſecreta F celauit

a De Melania ſeniore huius Melaniæ iunioris auia agitur infra §. 7. Quare puto librarij incuria factum eſſe, vt prius de nepte quam de auia mentio fieret reponendū q. in eundem §. hæc curauiſſem, niſi exiſtimaſſem hāc obſeruatiunculam ſufficere. Porro quod hic dicitur cum viginti annis cum viro vixiſſe Palladius aliter ſcribit Nam eam viceſimo vitæ ſuæ anno cum iam duos filios a marito ſuſcepiſſet qui tamen paulo pòſt extincti fuerant ſaculo refert renunciaſſe.

A.C. 400. celauit, quandiu præfatus Conſtantius vixit. Ipſa enim pedes eius abluens, & omnia neceſſaria ei per ſe præparans ac miniſtrans, libros quoque, quos ille quærebat mutuò ſumens ei legendos tradens. Nullus tamen in vrbe, vbi degeret inuenire potuit, donec Conſtantio mortuo, rurſus nocte proprijs veſtibus indutus in eccleſia ſubitò cunctis ſtupentibus apparuit. Omnes enim ſe videre credebant eum tanquam ex mortuis ſuſcitatum amicis, autem ſuis intimis ſatisfaciebat dicens: Idcirco me ad latebras veſtras non contuli, vt tutè iurare poſſetis, quòd vbi degerē, neſciretis. at quia neceſſe erat vbique me quæri: in cella illius virginis latui, vbi me celari nullus ſuſpicaretur, eo quòd iuuenis, & pulchra videretur. Sic ergo & ipſi, & famæ vel gloriæ meæ profui.

De Virgine nobiliſſima quæ mira arte ſuam pudicitiam ſeruauit, Pall. ex Hippolyto vita. 148. Similem virginis aſtū habet Niceph. li. 7. cap. 13. & Vinc. lib. 17. ca. 94. & aliam item ſup. c. 8. §. 4.

§. V.

APud Corinthum nobiliſſima quædam, & pulcherrima puella cum virginitatis voto degebat, quam apud paganum iudicem, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. 18. nonnulli, velut diis ipſorum & imperatoribus ſacrilegis conuiciantem, criminibus impetebant. At iudex inſanus amore fœmineo, poſtquam machinamentis & artibus varijs non potuit ei perſuadere, quod voluit, nouo contra eam furore deſæuiens, non eam morti vel alicui pœnæ deſtinauit: ſed [a] quod erat grauius & crudelius vt lupanariam proſtitui præcepit, lenonique ipſarum turpitudinum [cauponatori,] vt ternos ad ſe per ſingulos dies, ex ipſius concubitu ſolidos exhiberet, iniunxit, quam ſcilicet pecuniam, vt à ſe leno flagitandam intellexit in omnium eam, qui vellent poteſtatem dedit. Quod vbi prædæ talis accipitres didicerunt, ibant & perditionis officinam obſeruabant. Datoque pretio cum ea loquebantur, optabilium ſibi principia voluptatum. At illa vulnus quoddam in interioribus ſe habere dicens, cuius fœtorem, ſi vementes ad eam ſentirent, horrore contagionis effugerent, ſingulos miſerabiliter precabatur: vt ei ad paucos dies quietē concederēt.

Virgo ſancta proſtituitur.

Interea dum orationes perpetuas, & maximas ad Deum faceret, humanæ ſalutis cuſtos Deus iuuenem quemdam, vultu moribuſque bonum, ita mente commouit, vt amore diuino ſuccenſus interire pro ea cuperet. Itaque ſub ſpecie perpetrandæ turpitudinis ingreſſus profunda nocte datis lenoni quinque ſolidis veſtibus ſe proprijs ſpoliauit, eiſq; puellam induens, chamyde quoque caput velatam, de lupanari incorruptam emiſit. Poſtera die cogni-

a Chriſtianis grauius & atrocius fuiſſe pudicitiæ, quā vitæ iacturam facere indicat Tertull. in Apolog. cap. vltimo. Nam (inquiens ait ille) & proxime ad lenonem damnando Chriſtianā, potiusq; ad leonem confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari, nec quicquam tamen profuit.

A to omnibus hoc facto iudic[illegible] beſtiarum feritate decerptus, [illegible] parte confuſus dæmon remane[illegible] tam pro ſua quam pro virgini[illegible] martyrio coronatum vid[illegible]ret.

De quadam alia virgine ancil[illegible] D[illegible] narrat idem Vinc. vbi ſupra, [illegible]bſtinent[illegible] magnam per nouem annos cuſtodiens, à [illegible] dā cantore ſollicitata eſt, & corrupta. Quæ [illegible]rim concepit, paritque explicito nimio [illegible] te mens eius pœnitentia compuncta eſt [illegible] tum, vt fame ſemetipſam vellet occi[illegible]

B lachrymoſis precibus Deum iugiter interpe[illegible]lans, ac dicens. Tu Deus magnæ, qui to[illegible]us mundi malitiam portare conſueniſti, quia t[illegible]a voluntas eſt cunctos ſaluari, me quoque perditam in hoc oſtende, ac ſaluti reſtitues, v[illegible] quod ex peccati mei perditione creatū e[illegible] hac luce eletius tollas ne forte aut laqueo aut præcipitio vitā finire cōpellar. Stat[illegible] partu diuinitus morte ſubtracto, illa ſe pœnitentiæ ſummis anguſtiis tradidit, & eleph[illegible]s mulieribus per annos triginta ſeruiuit [illegible]s humiles preces Deus non reſpuit. C[illegible]dam

C namque ſancto preſbytero reuelauit Deus dicens. Illa virgo plus placuit mihi in pœnitentia, quam in virginitate ſua.

De filia Presbyteri & Euſtathio le[illegible] P[illegible] 141. & Vinc. [illegible] ap. 96.

§. VI.

APud Cæſaream paleſtinæ, vt idem Vinc. refert vbi ſuprà, cuiuſdam preſ[illegible] fi-

D lia fornicatione ruit. Cui corruptor perſua[illegible], vt factum proprium in quemdam l[illegible] mentiendo transferret. Quod cum illa iam grauida apparens, patre cogente, vt auth[illegible]m ſceleris proderet, lectori hoc impoſuiſſe: epi[illegible]pus hoc audiēs à preſbytero, facit cum [illegible] conuentu clericorum omnium accerſi[illegible] Q[illegible] interrogatus ab eo, nihil tale ſe feciſſe vol[illegible] confiteri. Cum autem epiſcopus vehementer iratus contumelias inferret, ei quaſi q[illegible] p[illegible]e earum ſuum impudenter negaret, dixit [illegible]o quidē, quod erat in conſcientia mea di[illegible]d ſi vis audire, quod non eſt, hoc ego crimen [illegible]d miſi. ſtatimque gradu lectoris eum epiſcopus

E depoſuit. Tunc ille. Iube mihi ergo dari in matrimonium, quia nec illa iam vir[illegible], nec ego clericus eſſe poſſum. Tunc epiſcopus dedit eam illi putans, quod ipſe diligeret eam, nec poſſet ab ea ſeparari. Igitur [illegible] ab epiſcopo, quam à patre eam ſibi traditam monaſterio fœminarum cōmendauit, rogans ab[illegible]bat[illegible], vt haberet eam illic donec pater [illegible] ſiſtē[illegible]ndā.

Ipſe verò in præfato monaſter[illegible] in anguſta cellula ſe concludens, & ab [illegible]iam d[illegible]lem nimis arripiens. cum lachrymis [illegible]tibus, ac ieiuniis Chriſtum a[illegible]. Tu

F Domine, cui nota ſunt omnia [illegible] in[illegible]quum placet, cauſa quoque m[illegible] [illegible] ta manifeſta. Il[illegible] rāte mulier illa cum die[illegible] vehementer vrgeri dolore [illegible]s. C[illegible] Dei iudicio partus anguſt[illegible] ſe expe[illegible] poſſet, iāmque cruciatū [illegible]que ad ſeptim[illegible]m diem

A.C. 400 diem ſuſtineret, iamq́ue moritura calumniatrix interna conſpiceret, nec vltra manducare, vel bibere, vel dormire poſſet, intolerabili dolore clamauit. Vę miſeræ mihi, quæ ad hoc periculum dupliciter veni. Primum, quod virginitatem perdidi, deinde quod illi lectori falſum crimen impoſui. Hæc vt audiuit pater eius, timens ne tanquam calumniator reprehenderetur quieuit & tacuit. Audiens autem epiſcopus, diaconos ad lectorem miſit, ſic eique mandauit: Ora vt pariat calumniatrix tua. At ille reſponſum nullum dedit, ſed nec oſtiū ſuum aperuit. Ruſuſq́ue orationes in eccleſia pro ea fiunt, & nec ſic remedium vllum in ea percipiunt. Tunc ille epiſcopus ad lectorem venit, oſtium pulſauit, ingreſſuſq́ue ait: Surge frater Euſtathi, & ſolue quod ligaſti. Ipſo momento, cum lector vna cum epiſcopo genua ſua flexiſſet, mulier enixa eſt. Tantumq́ue innocentiæ eius valuit oratio iugis, vt & calumnia periret, & calumniatrix pœnas ad emendationem ſuſtineret.

De Paula Romana ex Pall. vita. 125. & Vinc. cap. 88. de eadem ſup. tit. 10. cap. 15. ex D. Hier.

§. VII.

MVltas vidi fœminas ait Heraclides, vt refert Vinc. vbi ſuprà viriles mores & honeſtos habentes. Inter quas & Paulam vrbicam Toxotij matrem prudentem ac ſpiritualem mulierem, cuius filia Euſtochium vſque in præſentem diem apud Betlehem in monaſterio ſuo degit viro caſtiſſima ſecum habens quinquaginta virgines. Sed de hac ſuprà dictum eſt.

Sancta quoque Melania fuit mulier vrbica Marcelli proconſulis filia. Quæ vigeſimo ſecūdo anno ætatis ſuæ viduata, & æterno ſponſo diuinitatis amore perpetuò copulata, nulli prodens animi ſui ſecreta, quæ in mobilibus habere videbatur cum certis pueris & puellis in nauim miſit, ſicq́ue feſtinans Alexandriam nauigauit. Illic omnibus venditis, & in pecuniam aurumq́ue redactis, Nitriæ montem attigit ibiq́ue venerabiles patres vidit, Pambunē, Arſiſium, Serapionem, Paphuntium, Iſidorum abbatem, & Dioſcorum, apud quos in deſertis locis ſex tantum menſibus commorata, omnes, qui illic erant ſanctos viros peragrans viſitauit. Poſt hęc autem cum Alexandriæ pręfectus auguſtalis Iſidorum, Pambonem, Paphuntium, Ammonium, ac duodecim epiſcopos & preſbyteros, ac alios quoſdam vſque ad centum & duodecim numero circa Palæſtinā & diocæſaream damnaſſet exilio hæc illos ſecuta miniſterium ſuum eis ex propriis facultatibus tribuit. Et cum à cuſtodibus prohiberetur hoc facere, tunc illa veſte puerili ſumpta circa veſpertinas horas, deferebat eis omnia vitæ neceſſaria. Quo cognito Paleſtinæ conſularis, putans, quod terrore quodam ex eius pecunia ſinus ſuos implere poſſet, iuſſit eam corripi, & in carcerem trudi, quæ tunc ei per internuncios hæc mandauit. Ego (inquit) illius filia, & illius coniunx fui, nunc autem ſum ancilla Chriſti. Nec vales me in aliquo

A terrere, nec quicquam de meis rebus auferre, A.C. 400. neque me putes ob vilitatem habitus cōtemnendam, quia facilè ſi vellem, poſſem meipſam extollere. Ne autem hoc ignorans periculum aut crimen incurras, idcirco iſta tibi mandaui. Sic nimirum erga ſuperbos & imprudentes interdum oportet arrogantia (vt ita dixerim) vti. His itaque verbis territus iudex factum ſuum excuſauit, & eam vt meruerat, honorauit, atque vt ad prædictus viros accederet, licentiam

B dedit. Quibus ab exilio reuocatis monaſterium apud Hieroſolymam ſibi fecit, in quo viginti ſeptem annorum tempus impleuit quinquaginta fortes virgines ſecum habens.

Erat etiam cum ea Ruffinus, ciuis Italicus ex oppido Aquileia, vir ſapiens, nobilium fortiumq́ue morum, qui & ad preſbyteratum poſtea meruit peruenire. Igitur in viginti ſeptem annis omnes apud Hieroſolymā ſanctos & peregrinos, epiſcopos, monachos, virgines ſuſcipere propriis ſumptibus, ac fouere conſueuerat, omneſq́ue venientes ad ſe exemplo talis

C meliores fecit. Sed & quadringentos monachos, qui ſe propter Paulinum ab eccleſia ſeparabāt, rurſus eccleſię ſanctę reddidit. Pluresq́ue alios homines peruerſæ ſectæ vera ſuadendo, iugiterq́ue docēdo ad eccleſiam reuocauit.

De monaſteriis virorum ac mulierum. ex pall. vita. 39. & Vinc. cap. 87.

§ VIII.

EST & in ciuitate Pſnos monaſterium quadringentos viros habens. Inter quos & fabros ferrarios, & carpentarios, & farcina-

D tores, & camellarios, & fullones reperi (inquit Heraclides) ſingulos in arte propria laborantes, & ex iis quæ quotidiano victui ſupereſſe poterant in monaſteriis fœminarum carceribuſq́ue vicinia neceſſaria quæque præbentes: eſt & apud iſtos monaſterium fœminarū quadringentarum eiſdem moribus, & eadem ordinatione viuentium, excepto ſolo velamento pellium. Et eæ quidem habitant trans fluuium citra flumen autem viri. Et cum aliqua defuncta fuerit: eam ex more veſtitam aliæ deferentes ſuprà ripam ponunt, quam inde viri

E nauicula transferentes cum pſalmis in ſepulchro proprio condunt. Nec vllus tranſit ad earum monaſterium excepto preſbytero & diacono, & hoc tantum per diem dominicum.

Fuit autem in eodem monaſterio quædam virgo, quæ ſtultam ſe fecit propter Chriſtum vt virtutis poſſet implere propoſitum. Cumq́ue ſe ſuprà modum humiliaret atque deiiceret, adeò omnibus aliis horrori erat, vt nec cibum cum ea aliæ caperent, ab omnibus cædebatur, omnium maledicta ſuſtinebat, à coquina nunquam recedebat totius illic monaſte- De virgine quæ ſe ſtultam eſſe ſimulabat. Pal. vita. 45.

F rij tanquam ancilla cunctis obediens officium implebat. Nunquam ad menſam ſedebat, ſed micas menſarum detergens, & ollas abluens, his ſolis alimoniis contenta viuebat. Nunquā calceamentis vtens, caput obuolutum tenens pannis, ſic omnibus ſeruiebat. Et certè cum grauia quęque ab omnibus pateretur: nulli vnquā iniuriā fecit nullus ipſius murmur audiuit.

Inter hęc aſtitit angelus domini Pitiron

pro

A.C.400. probatiſſimo viro ſemper in deſertis viuenti, & dixit illi. Cur magnum aliquid te eſſe credis in tuo propoſito? Vade ad monaſterium fœminarum tale, & inuenies in eo vnam ex ipſis, in capite pannum conſciſſum habentem, ipſamque cognoſce meliorem te. Statimque perrexit ad dictum monaſterium, & ingreſſus fecit vocari omnes ſorores, ſed ſola illa, propter quam aduenerat, non aderat. Tunc ſanctus ad illas. Omnes adducite, vna enim deeſt quam mihi angelus oſtendit. At illę. Omnes hic ſumus excepta vna ſtulta, quæ eſt in coquina. Quam cum iuſſiſſet adduci, adnenienti proiecit ſe ſanctus ad pedes eius dicens: Benedic me mater ſpiritualis. E contrario illa ſe proſtrauit ante eum petens benedictionem. Cumque mirarentur ſorores dicentes. Noli abba talem iniuriam ſuſtinere: nam hæc quam cernis fatua eſt. Ait ille. Vos fatuæ eſtis. Nam iſta melior eſt & me, & vobis, deprecor Deum, vt in die iudicij merear dignus corona eius inueniri. Tunc omnes proiecerunt ſe ad pedes ſancti Pityron petentes veni de iniuriis ei illatis. at vna quidem dicebat: Ego eam deluſi, alia ego habitum eius deiectum contempſi, alia ego catinum abluens ſordes ſuper eam fundebã, & huiuſmodi, omneſq; ab ea veniã petierũt & acceperũt. Quod cũ illa videret ſe videlicet in opinione eſſe & veneratione apud ſorores, timens laudes hominum, & inde elationem, clam de illo monaſterio receſſit, & quo ierit prorſus ignoratum eſt.

De S. Euphroſina ex lib. vitæ patrum. Eius item vitam à Metaph. ſcriptam edidit Sur. tom. 1.

§. IX.

FVit in Alexãdria virgo nomine Euphroſina, quam cum pater eius Paſnutius vellet nuptiis tradere, illa monachum quemdam adiens: petiit ſe edoceri ea, quæ Dei ſunt. Qui dixit ei. Si potes tentamenta carnis ferre, dimitte omnia & fuge. Qua poſtulante, vt deſiderium eius impleret, ſcilicet in mundi contemptum, facta oratione comam eius abſcidit induens eam habitu honeſto, impoſuit ei nomen Smaragdus, & orans pro ea diſceſſit. Cogitans autem ait intra ſeipſam. Si intrauero monaſterium puellarum, pater meus me requiret, & inueniens violenter me trahet inde propter ſponſum meum, erat enim ciuis magnus & potens. Proiecta ergo à ſe veſte muliebri, virilem accepit.

Euphroſina mutat veſtem. Pergenſque ad monaſterium, vbi pater erat notiſſimus ſimulans ſe eunuchum eſſe, & de palatio imperatoris, habitum petiit, & accepit dicens ſe Smaragdum vocari quem abbas tradidit vni ſancto viro ex monachis dicto Agapito ad inſtruendum: dicens: Hic eſt filius tuus & diſcipulus taliter eum inſtrue, vt magiſtrum ſuperet. Cum autem Smaragdus veniret in eccleſiam, multos concitabat diabolus ad decorem vultus eius per malas cogitationes, ita vt omnes eſſent moleſti abbati quod talem pulchritudiné introduxiſſet in monaſterium, ad tentationem fratrum. Quamobrem dixit abbas Smaragdo. Fili pulchra eſt facies tua, & fratribus infirmis ruina. Volo ergo te manere in cella tua ſolum: ibiq; & pſallere, & ibi manducare nuſquam egreſſurum, quod & fecit. Ingreſſus ergo Smaragdus cellam, ſic iterius ibi manebat, non inde egrediens, ſed vigiliis, orationibus, & ieiuniis vacans, ita vt miraretur magiſter eius Agapitus, & referebat fratribus conſtantiam eius.

Paſnutius autem pater eius cogitans: quid actum eſſet de filia ſua, multum cõtriſtabatur, quia vnica illi erat, & de vxore ſterili eam habuerat per ſuffragia & orationes monachorũ. Hoc enim à Deo petierat, vt ſibi hæredem daret, qui ſubſtantiam ſuam congrue diſpenſaret. Similiter & ſponſus eius veniens ad Paſnutium ſocerum ſuum, cum eo contriſtabatur dicens. Fortè aliquis ſeduxit eam, & cũ ea receſſit. Statim ergo mittuntur ſerui per totam Alexandriam, & Ægyptum ad requirendum eam monaſteria etiam puellarum ſcrutantes, & ſpeluncas eremi, & nuſquã inuenientes eam pater filiam, ſponſus ſpõſam quaſi mortuã plãgebãt. Pater autem non ferens dolorem ſuũ venit ad abbatem monaſterij, vbi filia erat, ſed ignota omnib. & procidit ad pedes eius, rogans & dicens. Ne ceſſes orare ad dominum, vt inueniatur fructus orationum tuarum. Neſcio enim aliquid actum ſit de filia mea Euphroſyna. Iuſſit abbas omnes fratres pro hac re oſtendere caritatem ad Paſnutium, orando pro inuentione filiæ ſuæ. Super quo omnes contriſtati ex cõpaſſione, ieiuniis & orationibus ſe magis dederunt. Ipſa autem orabat vt non manifeſtaretur in vita ſua. Itaque cum nulli reuelaretur aliquid de ea, ait abbas patri. Credo quòd bonã partẽ elegerit, & ideò nihil de illa reuelatur.

Altera die venientem ad monaſterium patrem videns abbas multum afflictum ait ei. Vis loqui cum vno fratre multum ſpirituali, qui venit de palatio Theodoſij? qui ait: Volo. Dixit ergo abbas Agapito, vt induceret eum in cellam Smaragdi. Cumque introductum Euphroſyna vidiſſet patrem ſuum, & cognouiſſet, tota lachrymis repleta eſt. Pater autem non cognoſcens eam, & propter mutationem habitus, & propter alterationem vultus ex abſtinentia & lachrimis, putauit luctum illum ex compunctione procedere, cooperuerat etiam cuculla faciem ſuam, ne agnoſceretur. Facta ergo oratione conſederunt. Et cœpit Smaragdus loqui patri ſuo de futura beatitudine, & quod ad tantam gloriã non peruenitur: niſi per eleemoſynam & patientiam, & contemptum etiam ſæculi. Et quod non eſſent diligendi filij, plus quam Deus, nec patres plus eo, qui factor eſt omnium. Volens autem magis eum conſolari afflictum ait. Si filia tua eſſet in perditione, Deus hoc reuelaſſet. Potens eſt autem Deus adhuc in hoc ſæculo tibi manifeſtare, tu tãtũ age Deo gratias nihil deſperans, nã & ego à magiſtro meo Agapito dolorẽ tuum audiens & valdè compatiens Deum oraui, vt tibi ſufferentiam tribuat, & de te & de filia tua, quod expedit, adimpleat. Conſolatus ergo mirabiliter pater ex verbis eius dixit abbati Ædificata eſt anima mea à fratre iſto, & ita

ita lætus ſum effectus tanquam ſi inueniſſem filiam meam. Et reuerſus eſt domum.

Completis aũt Smaragdus triginta & octo annos in cella ſua decidit demum in infirmitatem grauem. Quod audiens Paſnutius acceſſit & viſitauit eum. Cœpitque deoſculari eum clamans & dicens. Heu me. Vbi ſunt verba tua dulcia, quibus mihi filiam meã vidẽdam promittebas? Ecce non ſolum illam non video, ſed & te, a quo conſolabar amitto. Cui Sma-
16. ragdus ait. Iam pone finẽ triſtitiæ. Recordare, quia Deus Iacob manifeſtauit Ioſeph patri ſuo, quem mortuu putabat. Cúmque iam inſtaret dies dormitionis eius in domino, dixit patri. Quia Deus deſiderium meum impleuit, & vſque ad finem viriliter decertando perduxit nolo me requireris ſolicitũ pro filia tua Euphroſyna, ego enim ſum illa miſera, & tu es pater meus [Paſnutius, Ecce iam vidiſti me. & ſatiſfactum eſt tibi, ſed nemo hoc ſciat &] corpus meum nudari & lauari ab alio non permittas, ſed & per teipſum hoc facias. Et quia in ingreſſu meo promiſi abbati me multas poſſeſſiones habere, quas ſi perdurarem, in hoc monaſterium perducere poſſem, tu imple quod promiſi, & ora pro me. Quibus dictis tradidit ſpiritum. Quod cum audiſſet, & vidiſſet Paſnutius, cõmota ſunt viſcera eius, & cecidit quaſi mortuus. Accurrens Agapitus confortans leuauit eum à terra, Cœpitque ſurgens lamentari dicens. Heu me filia mea dulciſſima, quare ante non manifeſtaſti te mihi, vt ego tecum ſponte cum morarer. Nunciata ſunt hæc abbati, & fratribus. Et mirantibus, & flentibus cunctis, ait abbas. Euphroſyna ſpõſa Chriſti, ne obliuiſcaris ſeruorum tuorum, ſed ora pro nobis ad dominum Ieſum Chriſtum. Et cum honore multo corpus ſepulturæ traditum eſt. Vnus quoque ex monachis, qui oculum amiſerat, oſculans vultum eius viſum recepit. Pater autem in dicto monaſterio conuerſus factus, magnam partem ſubſtantiæ ei contulit, perque decennium laudabiliter ſuperuixit.

De Marina virgine ex vitis patrum.

§. X.

DE quadã alia dicta Marina legitur, quod pater eius ingreſſus monaſterium, poſtea etiam introduxit ipſam ſub nomine & habitu maſculi, vocans Marinum paruulum quam & docuit nemini hoc manifeſtare. Factus autem homo, & valdè deuotè, & obediẽter ſe habẽdo mortuo patre ibat extra [monaſteriũ] ex iuſſu abbatis pro negotiis monaſterij aliquãdo hoſpitans in certo loco, vbi quidã erat [hoſpes] habẽs filiam. Quę cum concepiſſet ex fornicatione cũ quodam [milite] parẽtes hoc aduertentes interrogauerunt, eã ex quo concepiſſet. Quæ falſo inculpauit fratrẽ Marinũ. Quod cum nunciaſſent abbati, interrogatus ab eo ſuper hoc ingemiſcens ait. Peccaui, pater pœnitentiam agam, ora pro me. Abbas autem poſt correctionẽ eiecit eum de monaſterio. Qui tamen non receſſit a ianua monaſterij ibi iacens, & bucellam panis accipiens. Filiũ autem natum ex illa, ablactatũ mater puellæ portauit ad monaſterium, vt ad eos pertineret. Quem Marina virgo nutriebat de eo, quod ſibi dabatur à monachis Videntes autem abbas, & monachi humilitatẽ & patientiam Marinę, veniã dantes introduxerunt in monaſteriũ, omnia tamen viliſſima exercitia ei imponentes. Cum autẽ non poſt multos dies in domino obdormiſſet, ait abbas. Lauate corpus eius, ſed longe à monaſterio ſepelite. Lauantes autẽ cum vidiſſent fœminam eſſe, ipſi cum abbate ſuo lugebant, pœnitentiam agentes de laboribus ei iniuſtè illatis. Eadémque hora puella illa quæ falſo eam accuſauerat, arrepta à dęmonio venit ad monaſterium confitens peccatum, & exprimens de quo conceperat, demum meritis illius lauata eſt. A C. 480.

De S. Maria Aegyptiaca, de qua præter lib. vitæ pat. ſcripſit Sophronius Hieroſolymitanus cui aſtipulatur Niceph. lib. 17. cap. 7. & Sigeb. de viris illuſt. c. 69. Citatur hæc vita in Nic. Syn. 2. act. 4. & à D. Ioan. Dam. extat apud Sur. tom. 2. ſed longe accuratius ſtyloque perſcripta.

§. XI.

DE ſãcta Maria Ægyptiaca, quę peccatrix appellatur ipſa quadraginta & ſeptem annis in eremo arctiſſimam vitam duxit, quod ſic ſcitum fuit. Quidam ſanctus abbas nomine Zozimas, dum Iordanem tranſfretaſſet, & eremum magnam percurreret, ſi forte aliquem ſanctum virum inueniret, vidit quandam perſonam ambulantem nudo corpore, nigro, atque incendio ſolis adusto. Hæc autem erat Maria Ægyptiaca. Statim que hæc fugam arripuit, & Zozimas poſt eã currere cœpit. Tunc illa ait. Abba Zozima, quid me perſequeris? Ignoſce mihi, quia non poſſum faciem meam ad te conuertere, eo quòd mulier ſum & nuda, ſed pallium tuum mihi porrige, vt poſſim ſine verecũdia te videre. Qui Zozimas ſe nominari audiens, ſtupefactus pallium tribuit, & in terram proſtratus, vt ſe benediceret, rogauit. Cui illa. Ad te pater (inquit) magis benedictio ſpectat, quem ſacerdotij dignitas ornat. Ille autem vt audiuit, quod & nomen & officium eius ſciret, magis admirabatur, & ſe benedici obnixius precabatur. Tunc illa: Benedictus Deus (ait) redemptor animarum noſtrarum. Cumque illa extenſis manibus oraret, vidit eam quaſi cubiti vnius ſpacio eleuari à terra. Tunc ſenex dubitare cœpit, ne forte ſpiritus eſſet. Cui illa. Satiſfaciat tibi Deus, quia me peccatricem mulierem ſpiritum immundum exiſtimaſti. Tunc Zozimas per Deum adiurauit eam, vt conditionem ſuam ei enarrare deberet. Cui illa. Ignoſce mihi abba: quia ſi conditionem meam enarrauero tibi, velut à ſerpente territus fugies: & aures à ſermonibus contaminabuntur, & aer ſordibus polluetur. Cumque ille vehementer inſtaret, inquit.

Ego pater in Ægyptum duodecimo ætatis meę anno in Alexandriam veni. Ibique ſeptem decim annis publicè libidini me ſubdidi nulli que me penitus denegaui. Cum autem homines regionis illius pro adoranda ſancta cruce Hieroſolyma aſcenderent, rogaui nautas, vt me ſecũ proficiſci permitterent. Cum verò à me naulum requirerent: Non habeo fratres Chriſtiani ad adorandã S. crucẽ Hieroſolymã pergunt.

A.C. 400. (dixi) naulum, ſed pro naulo habeatis corpus meum, ſicq́ue me ſuſceperunt, & nauli gratia corpus meum habuerunt. Cùm autem Hieroſolymam peruenissem, & pro adoranda cruce vſque ad fores eccleſiæ peruenissem cum aliis ſubitò & inuiſibiliter repulſam patior, nec intro intrare permittor. Iterum, atque iterum perueni vſque ad limẽ ianuæ, & ſubitò iniuriã patiebar repulſæ: cùm tamen omnes liberum haberent aditum, nec aliquod inuenirent impedimentum. Rediens igitur ad me, & cogitans, quòd hoc mihi ob ſcelerum meorum immanitatem accideret, pectus meum cœpi B manibus tundere, & à cordis intimo grauiter ſuſpirare, reſpiciénſque ibi imaginem beatæ Mariæ virginis vidi, Tunc ipſam lachrymabiliter exorare cœpi, vt veniam peccatorũ meorum impetraret, & ad adorandam ſanctam crucem me intrare permitteret, promittens me ſæculo renunciaturam, & deinceps caſtè victuram. Cúmque huc oraſſem, & in nomine virginis fiduciam, accepiſſem, fores eccleſiæ iterum adij & ſine aliquo impedimento eccleſiam intraui.

Eccleſiæ aditu arcetur.

C Cum autem ſanctam crucem deuotiſſimè adoraſſem, quidam mihi tres nummos tribuit de quibus tres panes emi. Audiniq́ue vocem dicentem mihi: Si Iordanem tranſieris, ſaluaberis. Iordanem igitur tranſiui, & in hoc deſertum veni, vbi quadraginta ſeptem annis mãſi nullum penitus hominem videns. Illi autem tres panes, quos mecum detuli, inſtar lapidis per tempora duruerunt. Et ſeptendecim anni, ex iis comedendo ſuffecerunt. Veſtimenta autem mea iamdiu putrefacta ſunt. Decem & ſeptem annis in hoc deſerto à tentationibus carnis moleſtata fui, ſed nunc per Dei gratiam D omnes vici. Ecce omnia opera mea narraui tibi, & rogo vt pro me ad dominum preces fundas. Tunc ſenex in terram proſtratus, in famula ſua benedixit dominum. Cui illa: Obſecro te, vt in die cœnæ dominicæ ad Iordanem redeas, & corpus domini tecum feras. Ego autem ibi tibi occurram, & de manu tua ſacrum Chriſti corpus accipiam. Nam à die, qua huc veni, communionem domini non accepi. Rediens igitur ſenex ad monaſterium reuoluto anno dum dies dominicæ cœnæ appropinquaret, tulit corpus Dominicum, & vſque ad ripã Iordanis veniens ex alia ripa mulierem ſtantẽ inuenit, quæ ſuper aquas facto crucis ſignaculo iuit, & ad ſenem vſque peruenit. Quod vi- E dens ſenex obſtupuit, & ad pedes eius ſe humiliter proſtrauit. Cui illa. Vide ne feceris, cũ ſacramenta diuina penes te habeas, & ſacerdotis dignitate refulgeas. Sed obſecro te, vt ſequenti anno ad me pater redire digneris. Tunc illa facto ſigno crucis ſuper Iordanis aquas iuit, & eremi ſolitudinem petiit.

Senex verò ad ſuum monaſterium rediens ſequenti anno ad locum, in quo primum ſecum locuta fuerat, venit, & eam ibi expiraſſe reperit. Qui lachrymari cœpit & ipſam tãgere F non præſumpſit. Dixitq́ue intra ſe: Ego quidem corpuſculum ſanctæ ſepelire volebam, ſed timeo, ne ſibi diſpliceat. Hoc eo cogitante vidit ſupra caput ſanctæ in terra literas ſcriptas hæc continẽtes. Sepeli Zozima corpuſculũ Mariæ,

Sanctis viris ſepulturæ cura eſt.

A redde terræ puluerẽ ſuũ. & ora pro me ad Deũ, ad cuius præceptũ quinto Idus Aprilis reliqui hoc ſæculũ. Et tunc ſenex pro certo cognouit, quòd mox, vt Domini ſacramenta accepit de manu eius, & ad deſertum rediit, vitam finiuit. Illudq; deſertũ, quod vix Zozimas per ſpaciũ triginta dierum ambulauerat, ipſa in vna hora perrexit, & ad dominum migrauit. Cùmque ſenex in terram fodere vellet, ſed nequiret, vidẽs leonem ad ſe venientem quieuit, dixitq́ue illi. Sancta hæc mulier iuſſit ſepeliri corpus ſuum, & ego cum ſim ſenex fodere non poſſũ, nec a- B ptũ ad hoc habeo ferramentum, tu ergo terrã fode: vt poſſimus corpus huius ſanctiſſimum ſepelire. Tunc leo fodere cœpit, & aptam foueam præparauit. Quo peracto, leo vt agnus manſuetus abiit, & ſenex ad ſuum monaſterium reuerſus eſt, glorificans Deum, narrans quæ inuenerat.

De Ioanne Monacho ex Pall. vit. 43. & Vin. li. 17. c. 84.

§. XII.

C FVit & Ioannes quidam carpentarius, vt refert Vinc. ſpe. hiſto. lib. xviij. Qui ſæculo renuncians per quinque annos in diuerſis monaſteriis degens, tandem in lycum montem ſolus ſe contulit. Ibique cum iam triginta annos compleſſet incluſus, gratiam prophetiæ promeruit: [a] & Imperatori Theodoſio ventura prædixit, primo quidem de Maximo tyranno, quòd eſſet eum ſuperaturus, & ex Galliarum partibus reuerſurus. Poſtea verò de Eugenio, quòd eum eſſet victurus, ſed ibidem a vitã finiturus. De hoc ergo apud omnes grandis D fama erat, propter quod Theodoſius honore prophetali ipſum honorare conſueuerat. Et ego igitur virtutem eius agnoſcere cupiens, illuc perrexi octodecim dierum itinere confecto, partim ambulando, partim nauigando. Poſt primam autem ſalutationem ait mihi per interpretem, vnde es, & cur huc veniſti? vnum te eſſe cognoſco de ſociis Euagrij. quod & ego annui. Interea dum loqueremur, præſes illius prouinciæ nomine Alipius ingreditur, ad quẽ cum ille relicto, quem habebat mecum, ſermone ſe contuliſſet, paulùlum ab eis ſeceſſi, & ieiunus ſteti. Prolixas autem illorum confabulationes grauiter ferens, illum ſenem intra me arguebam, quod meo ſermone contempto il- E lum potius honoraſſet. Cum ergo eodem ſpreto recedere cogitabam, vocauit Theodorum interpretem ſuum, & ait, Dic fratri illi, Noli eſſe puſillanimis, quia iam nunc tecum loquar. Et hoc igitur eum hominem ſpiritualem eſſe, & occulta præuidere cognoui, & ideo magis cœpi eum orari.

Egreſſo verò mox præſide vocauit me, quem ſic allocutus eſt. Cur inquit animam tuam mei reprehenſione læſiſti? Cur in tuis ſenſibus cogitaſti, quod in me nõ recognoſcis, Matt. 9. F nec mores tuos decere ſcio? an ignotas ſcripturas

a Ioannes dicebat Chriſtianiſſimum imperatorem Theodoſium morte ſua moriturum, Pallad. De eius autem morte vide ſuprà tit. 9. cap. 10. ante. §. 1.

eſſe,

A. C. 400. eſſe, non ſanos, ſed malè babentes egere medico. Tu quidem me cum velis, & ego te inuenire poſſum, & ſi forſitan ex me nullum, ex aliis tamen fratribus patribuſque aliquod poteris habere ſolatium. Iſte verò totus ex ſæcularibus rebus poteſtati diabolicæ deditus, vix ad horam reſpirare potuit, & nunc tentatus venit, ſicut ſeruus auſterum fugiens dominum ſuum, vt hic inueniret ſalutis auxilium. Inconſulta igitur & importuna res fieret, ſi illo relicto tecum morarer: qui ſalutis tuæ commodis conſueuiſti vacare iugiter. Tunc ego magnopere deprecatus ſum illum, vt pro me dignaretur orare, quoniam hoc mihi certiſſimè perſuaſit virum eum ſpiritualem eſſe. Ille verò iam lætior, in ſiniſtra facie leuiter me percuſſit dicens: Multæ tribulationes te manent: & epiſcopus futurus es, plurimúmque laborum habiturus. Pias autem, & quaſi rationabiles occaſiones afferens tibi, dæmon te ventilare tentat, ſuggerens, & patris deſiderium, fratris ſororiſque conuerſionem. Ego verò tibi renuncio, vtróſque ſaluos eſſe cognoſce. Renunciauerunt enim ambo ſæcularibus rebus, & pater tuus alios ſeptem annos eſt victurus. Inſiſte igitur, & in deſertis locis, vt cœpiſti viue, nec parentum tuorum cauſa feſtines ad patriam redire: quia nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciés retro, aptus eſt regno Dei. Deniq; quadraginta & octo annos ſe habitaſſe in cella illa dicebat, affirmans ſe nullius vnquam fœminæ vultum vidiſſe, nec ſe edentem aut bibentem ab altero viſum fuiſſe.

De Serapione Sindonite ex Pall. vit. 83. & Vinc. c. 85.

§. XIII.

SEraplon, qui & Sindonites vocabatur: quia veſte non alia quam ſindone vtebatur, & etiam impaſſibilis vocabatur, quia nullum poſſidendi deſiderium patiebatur, ex abſtinentia omnia omnium rerum, & iugi meditatione diuinorum librorum vnius cellulæ quiete non poterat eſſe contentus, ſed per diuerſa trahebatur cor eius. De hoc referebant ſancti patres quod in quodam oppido viginti ſolidorũ pretio ſe paganis diſtraxerit, & in eorum ſeruitute permanſerit: ita vt eis pedes lauaret, donec eos chriſtianos efficeret, & à ludis theatralibus ſepararet. Nullúmque cibum niſi panem, & aquã ſumere conſueuerat, nec diuinas ſcripturas legere ceſſabat. Illis autem ad piam & caſtam vitam conuerſis cum ei libertatẽ offerrent, dicentes, quia per ipſum à turpi ſeruitio liberati eſſēt viginti ſolidos, quos pro ſe acceperat, & apud ſe ſeruauerat: reddidit eis, dicens: quia per me Deus in vobis impleuit, quod volebam. Nunc autem aurum, quod pro me dediſtis, recipite: vt alios quoque: quibus ſubuenire poſſim reperiam. Cúmque rogatus acquieſcere nollet, vt cum eis tanquam pater eorum & dominus remaneret. Dabis ergo, (inquiunt) aurum iſtud aliis pauperibus, quod nos velut arras quaſdam pro ſalute noſtra dediſſe cognouimus: at ille: Date (ait) vos, ego enim alienas pecunias non do. Saltem (inquiunt) hoc precamur, vt vel poſt anni circulum Athenis nos requiras.

Itaque ſeruus Chriſti peregrinando frequẽter ad Helladẽ venit, ac per triduum moratus Athenis à nullo panem, quo veſceretur, accepit. Neque verò pecuniam habebat, nec peram vel pellẽ ouillã, id eſt, meloten vel aliud quicquam ſecum, præter ſindonem, qua erat amictus, ferebat. Cum ergo ieiunus vſque ad quartam diem perueniſſet, eſurire fortiter cœpit. Nihil enim peius illo ieiunio, quod extorquetur inuito, ex cuius neceſſitate ſæpè etiam perfidia procedit. *Ieiunium non ſpontaneum grauiſſimum.* Stetit ergo ſuper colliculum vrbis, vbi primates eiuſdem oppidi conſilium habere conſueuerant. Et illic manus ſuas percutiendo, vim ſe maximam pati clamabat dicens: Athenienſes viri ſuccurrite. Concurrentes itaque ſimul omnes palliis, vel birris induti, quæſierunt, vnde veniſſet vel quid pati ſe diceret. Ille reſpondit. Genere ſum Aegyptius, cõuerſatione monachus. Et quo autem de patria mea vera diſceſſi in trium fœneratorum manus incurri quorum duo quidem quoquo modo debitum ſoluens potui euadere, tertius autem adhuc retinet me, nec habeo, quomodo illi ſatiſfacere poſſim. Illis autem requirentibus quis eſſet ille, vel vbi degeret, qui ei moleſtus eſſet, & in omnibus adiutores ſe pollicentibus, ſi hos eis indicaret, ait. Cupiditas pecuniæ deſiderium voluptatis, & voracitas ventris. Hi tres ſemper mihi moleſti fuerunt à principio iuuentutis, ex quibus iam duobus me ſatiſfeciſſe video: nec vltra mihi moleſti ſunt. Tertium verò ferre non poſſum. Cum enim quatro die iam ex neceſſitate ieiunem, vrget me ſeueriſſimus fœnerator exigens debitum, & niſi reddiderim, mortem minatur. Tunc quidam Philoſophorum obtulerunt ei ſolidum vnum. Quo ille ſumpto, & cuidam, qui panes vendebat dato, vnoque tantum pane ab eo ſuſcepto mox ab vrbe profectus eſt, & nunquam poſt reuerſus.

Vt autem circa Lacedæmonis loca veniens vnum illic de primoribus vrbis bonum in cæteris rebus virum manichæum omnéſque de domo Manichæos eſſe cognouit, iuxta ſuperius exemplum ſe vendidit, & intra duos annos ab execrabili ſecta tã ipſum quã coniugẽ ei', totãq; familiã abſtractos eccleſiæ tradidit. *Item Manichæos ſe addicit.*

De Pachomio ſeu potius Pachono Scythiotico Pall. vit. 29. & Vinc. lib. 17. cap. 79.

CAPVT II.

DE ſancto Pachomio [a] Scythiotico[a], ſic ait Heraclides, vt refert Vin. ſpe. hiſt. li. xviij. Ego cũ aliquãdo grauiter carnis tentatione vrgerer nihil de hoc vicinis meis, nec Euagrio magiſtro meo pateſeci. ſed occultè ad interiora deſerti perrexi, ibique Pachomiũ ſeptuagenarium

a Quæ hoc in loco narrantur, non celeberrimo illi monachorum duci Pachomio, ſed Pachonio cuidam, ſunt tribuenda: fuerunt enim duo monachi quorum vnus Pachon, de quo hæc ſcribit Pallad. vita 29. & Niceph. lib. 11. cap. 36. & alter Pachomius de quo §. ſequenti ex Pallad. & aliis quos citabimus.

[a] Et loquũ vocat Pall.

A. C. 500. ex illa hora, quæ famulus Dei, pro eo orauit. Tantam verò gratiã aduerſus dæmones promeruit, vt amplius nos à muſcis, quàm ille à dæmonibus terreremur.

Cùm quidam ſenex infirmatus in Ægyptũ, ire vellet, ne fratres nimis grauaret, dixit ei abbas Moyſes. Non vadas, quoniam in fornicationem caſurus es. Qui contriſtatus dixit. Mortuum eſt corpus meum, & tu iſta mihi dicis. Cùm ergo iuiſſet, & quædam virgo ex deuotione illi ſeruiiſſet, conualeſcens ille eam violauit, & ipſa ex eo concepit. Quę cùm peperiſſet puerum, ſenex eum in vlnis portans in die magno feſtiuitatis, quæ erat in Scythia coram multitudine fratrum eccleſiam intrauit. Et cùm omnes flerent, dixit: videtis infantem iſtum? Filius eſt inobedientiæ. Cauete ergo vobis fratres, quia in ſenectute hoc feci: & orate pro me. Et reuerſus ad cellam per pœnitentiam ad priſtinum ſtatum virtutis reuerſus eſt.

Cùm frater quidam peccaſſet, miſerunt fratres ſuper hoc ad abbatem Moyſem conſulentes. Qui accepta ſporta plena arena venit ad eos. Quem cum fratres quidnam hoc eſſet interrogarent reſpondit. Peccata mea ſunt poſt me currentia, & non video ea, veni autem hodie aliena iudicare peccata. Quod audientes fratres illi pepercerunt. Cùm abbas Moyſes factus eſſet clericus, & impoſuiſſet ei epiſcopus humerale: dixit ei: Ecce ò Abba Moyſes fact' es candidatus. Et ille, A foris dñe papa, an intus? Volens autem epiſcopus probare eum, dixit clericis ſuis, vt quando ad altare accederet, ipſum cum iniuria expellerent: & ſequentes eum audirent, quid diceret. Proiicientes ergo eu foras dixerunt: Exi foras Æthyops. Egrediens ergo dicebat. Benè tibi fecerunt cinerate & caccabate: quia cum tu homo non ſis, quare præſumpſiſti in medio hominum te ponere. *(Margin: Ex vitis Patrũ l. de obed.)*

De hoc Moyſe qui fuit Saracenorum ordinatus epiſcopus Ruff. lib. 11. Hiſt. Eccl. cap. 6. Niceph. lib. 9. cap. 26.

§. I.

Refert Vinc. ſpe. hiſt. li. 15. de [a] Moyſe præfato: quòd cũ eo tempore Mauia Saracenorum gentis regina vehementi bello Paleſtini & Arabici limitis oppida atque vrbes quatere vicinâſq; prouincias ſimul vaſtare cœpiſſet: frequentibuſque bellis Romanum attriuiſſet exercitum orata pacem non aliter ſe amplexuram promitteret: niſi Moyſes monachus ſuæ genti daretur epiſcopus: qui in eremo partib. ſuis propinqua vitam ſolitariam ducens meritis & virtutibus & ſignis, quæ per illum Deus faciebat, magnificè innotuerat. Captus ergo Moyſes ad ſacerdotium ſuſcipiendum, nulla ratione paſſus eſt ſe à Lucio ordinari: quia ſi licet hæreticus erat vel intruſus, ſed ab illis quos ille in exiliũ miſerat eſt epiſcopus. Quo facto & gentis ferociſſimæ pacem tenuit, & fidem intemeratam cuſtodiuit.

Huic Moyſi dictum eſt. Vade, ſede in cella tua: & ipſa te docebit vniuerſa. Idem. Homo fugiens homines ſimilis eſt vuæ maturæ: qui autem cum hominibus conuerſatur, ſimilis eſt acerbæ vuæ. Idem antequam eſſet epiſcopus, audiens iudicem venientem ad ſe fugit in paludem. Cui iudex occurrens, quærebat ab eo vbi eſſet Moyſes. Quid (inquit) vultis loqui ei? Fatuus & hæreticus eſt. Ad hunc Moyſem dixit Zacharias Sctopinnis diſcipulus: Exuta cuculla & ſub pedibus ſuis iactata & conculcata, niſi ita conculcatus fuerit monachus, non poteſt eſſe monachus. Ad hunc Zachariam morientem dixit Moyſes. Quid vides? Nihil melius (inquit) quàm tacere pater. Idem Moyſes ſeptem fratribus in Scythia ſecum manentibus ait, Hodie huc barbari veniunt fugite. Et tu (inquiunt) non fugis? Reſpondit per tot annos expecto iſtum diem, vt compleatur ſermo domini dicentis. Omnis qui accepit gladium, gladio peribit. *(Margin: Mat. 26)* Ecce (inquit) appropinquauerunt lamiæ Et ſtatim intrantes barbari interfecerunt eũ, Vnus aũt ex eis perterritus, abſcõdit ſe ſub lectis. Et vidit ſeptem coronas coronãtes Moyſen, & ſex fratres. Idem Moyſes ad pigmenium. Stultitia eſt homini relicto ſuo mortuo, flere alienum. Idem mori à proximo tuo eſt flere peccata tua: & ſine cogitatu eſſe ab omni homine, quia iſte bonus eſt: ille malus. Idem. Per has quatuor res paſſio gignitur: per abundantiam eſcæ & potus: per ſacietatem ſomni per otium, & per iocum.

Cum

[a] Hunc Moſem, quia Mauia Saracenorum regina eſt in epiſcopum expetitus alium à Moſe Aethiope fuiſſe planè mihi perſuadeo. Nam ſuprà mox Pallad. & Niceph. lib. 11. cap. 36. Moſem Aethiopem in Scetis presbyterum, factum ibique mortuum ſcribunt: non ergo ad Saracenos ſiue vt Theodoretus dicit Hiſmaelitas hic Moſes Aethiops in gentis illius epiſcopum deductus eſt: deinde Niceph. in eodem loco, cum Moſes Aethiopis geſta retuliſſet ſubiunxit: Eadem etiam ætate floruit Paulus & Pachon & Stephanus & Moſes genere vterque Libyes, ex quo perſpicitur duos fuiſſe monachos, qui Moſes nomen habuere, Aethiopem videlicet illum, & Hundsbycum, quem hoc loco epiſcopum ordinatum crediderim. Denique hos Vſuardi martyrologium à Ioanne Molano editum apertè diſtinxit. Nam Moſi Aethiopi vigeſimum octauum Aug. Saracenorum verò epiſcopo ſeptimum februarij diem feſtũ aſſignat. Nota obiter monachum Pium à Lucio Hæretico ordinari noluiſſe vt maximè ſucceſſionis Apoſtolica ratio haberetur. Nam quia Catholici epiſcopi ad Apoſtolos ſuam originem referunt, Hæretici verò in Eccleſia oſtendere nullam ſucceſſionem Apoſtolorum poſſunt: ideo hic monachus non à Lucio Ariano, ſed ab epiſcopis Catholicis voluit ordinari, vt videlicet ipſe ſuam poſſet ad Apoſtolos originem deducere, cum ab his eſſet ordinatus, qui ab his qui ſucceſſerant Apoſtolis vel Apoſtolicis epiſcopis eſſet ordinatus. Nota Præterea nullos alios barbaras nationes ad Chriſtum conuertiſſe, niſi illos quos Romani Pontifices ad prædicandum per orbem miſerunt, vel illi epiſcopi qui cum Romana Eccleſia communicarunt, vide Stapleton lib. 4. de vera Eccleſ. cap. 20. & 21. & Sand. lib. 8. de viſib. Monar. ca. 50.

[illegible] Moyſi circa principium [illegible] diabolus impoſuiſſet grauiſſimam impugnationem fornicationis, vt non præualeret in cella ſua reſidere: abiit ad abbatem Iſidorum, & retulit ei impugnationis ſuæ violentiam. Cumque de ſcripturis ſanctis Iſidorus conſolaretur eum & vt ad cellam ſuam reuerteretur rogaret, noluit. Iſidorus ergo aſcendit cum eo in ſuperiora cellulæ ſuæ: & ait: Reſpice ad occidentem: Cũ reſpexiſſet vidit multitudinem dæmonum, quaſi ad prælium præparatos. Dixit autem Iſidorus: Reſpice ad orientem, & vidit multitudinem ſanctorum Angelorum glorioſam & ſplendentem: quaſi lumen ſolis, & ait Iſidorus. Ecce quos vidiſti in occidente, ij impugnant ſanctos Dei. Nam quos ad orientem vidiſti, ij ſunt quos mittit dominus in adiutorium ſanctis ſuis. Cognoſce ergo, quia non ſolum plures ſunt nobiſcum, ſicut dixit Heliſæus propheta, verũ etiam ſanctos Ioannes dicit: quia maior eſt qui in nobis eſt, quã qui in mundo. His ergo verbis confortatus Moyſes reuerſus eſt ad cellam ſuam.

Monaſterium huius Iſidori vt ait Hieron. erat apud Thebaidam muro circundatum mille monachos habens. Senior autem ſedens ad ianuam ea lege recipiebat intrantes, vt vltra [illegible]. Et ex hoc dicit Vincen. vbi ſuprà oſtenditur, quòd ſtabilitas loci in religione etiã tunc [illegible] erat: quam tamen poſtea Benedictus dicitur inueniſſe, id eſt, ſcripto primus confirmaſſe. Ad ſuſcipiendos autem hoſpites hic Iſidorus aliam cellam habebat ſibi adhærentem. Huius Iſidori dictum eſt illud. Ex quo factus ſum monachus, non permiſi iracundiã vſque ad fauces meas aſcendere.

Abbas Iſidorus iſte quoties cogitatio illi dicebat, quia magnus es, reſpondebat intra ſe, nunquid talis es qualis ille? ſcilicet aliquis magnus ſanctus. Cum verò dæmon conturbans eum ſuggerebat ei deſperationẽ. dicebat. Quãuis ego in tormenta mittat propter peccata mea, [illegible] tamen ſabius me inuenio. Abbas Pãbo, cum ſine literis eſſet, acceſſit ad quemdam vt diſceret ab eo primum verſiculum pſalmi 38. ſcilicet Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Secundum verſiculum audire noluit Satis eſt (inquit) Si hunc impleuero iuſſit [illegible] mihi. Requiſitus poſtea a magiſtro, quare in ſex menſibus non rediiſſet. Reſpondit [illegible] verſum nondum implere [illegible] tum poſt multum tempus [illegible] adhuc illud impleſſet. Vix (inquit) illum
4 [illegible] annis implere potui.

De Serapione ex lib. vitæ Patrum.

§. II.

IN regione Arſenoite Serapionem vidimus inquit Heraclides in vitis patrum, vt refert Vincen. in ſpe. hiſt. patrem quaſi decem millium monachorum viuentium ex propriis laborib. quos per ſingulos meſſis tempore mercede inanimes conquirebant partem plurimum ad ſupradictum patrem mittebant in vſus pauperum [illegible]. Hoc autem moris eſt non ſolum ipſis, ſed & omnibus pene Ægyptiis mo-

A nachis: vt meſſis tẽpore ſe locent ad metendũ atque ex ea mercede octogenos vnuſquiſque modios frumenti plus minúſve conquirit, vnde non ſolum regionis illius indigentes aluntur, ſed Alexandriam quoque naues onuſtæ frumento diriguntur, vel in carcerem clauſis vel reliquis egentibus peregrinis prærogandæ. Neque enim intra Ægyptũ ſufficiunt pauperes. qui poſſint miſericordiæ eorum fructus & largitatis abſumere. Iſte Serapion fuit: qui cum iuuenis eſſet: furabatur Paximacium quotidie B quem occulte manducabat. Qui Theona abbate ſuo faciente ſermonem aliquibus de vtilitate manifeſtationis ſuarum cogitationum: cõpunctus, confeſſus eſt peccatum ſuum, & panẽ quem in ſinum abſconderat, educẽs in mediũ: & velut lãpas ignis de ſinu eius egreſſa eſt, vt ſ. in coll. dictum eſt.

A.C. 500

Caſſ. coll. 2. c. 11.

Sup. c. 2 §. 1.

Theonas autem præfatus: vt dicit Socrates in hiſto. tripart. pater fuit trium millium monachorum & ſcientiſſimus græcarum literarũ & latinarum triginta annis dicitur tacuiſſe. De quo etiam Hiero. ait: Vidimus & alium ſanctũ C Theonam in ſua cella clauſum ſolitarium, de quo dicebatur triginta annis ſilentium tenuiſſe. Et hinc apparet hoc eum feciſſe antequam eſſet Abbas: vt dicit Vinc. Non enim potuiſſet prælatus exiſtens tanto tempore ſilentium licite tenere.

De Theona.

Dorotheus genere Thebæus, vt ait Socrates in hiſt. tripartita, cuius hæc fuit vita, vt quotidie lapides è mari colligeret: & ſingulis annis hoſpitium ædificaret: & non valentibus ibi ædificare daret. cuius cibus erat panis vncię ſex, & olerum minutorum faſciculus vnus, & ad D bibendũ aqua. Hic a iuuentute ſic viuens nec in ſenectute quidẽ deſecit noctib. aũt propter eorũ cibũ faciebat ſportas vt vẽderet. Nunquã eſt viſus in lectulo ſoporatus, vel pro requie pedes extendiſſe. Et ſæpe ei dormienti cum comederet cibus ex ore labebatur. Aliquando ergo ſomno grauatus cecidit in ſtoream & expergefactus ait ſub ſilentio. Si Angelis dormire ſuaſeris, & mihi dormire ſuadebis. Huic laboranti dixit quidam, Cur ita perimis corpus tuum? Reſpondit. Quia illud occidit me. E Huius cibus omnino abſque ignis fuit opere. Huius cellulam cum latrones eum habere aurum exiſtimarent, quodam tempore inuadentes ita orationib. eius affixi ſunt foribus eius, vt penitus commoueri non poſſent donec conſueta hominum multitudo adueniret: quos vt viderunt, igni comburendos tradere conabantur. Tunc vir ſanctus neceſſitate loqui compulſus ait. Sinite eos abire, alioquin ſanitatum gratia fugiet à me. Sola enim manus impoſitione conferebat de quacunque infirmitate ſanitatem. Illi verò his auditis, & monachi facti F ſunt, & pœnitentes abire permiſſi. Hic etiam ſanctus quoties hominibus reſpondebat, in tabulis ſcribebat. Dicitur, quod etiam noctib. ad eremum plurimo beſtiarum comitatu veheretur quibus pro laboris ſui remuneratione aquam de puteo ſuo hauriebat.

De Dorotheo

Piamon preſbyter, vt habetur in hiſt. tripartita dum ſacrificaret, vidit Angelum Dei contra altare ſtantem, monachos præſentes, in codice ſcribentem, & abſentes delentem.

A C.360. Ipſe Piamon eo tempore, quo fratres ad communicandum accedebant, videbat Angelum Dei ſtantem ante altare, & ſcribentem in libro quorumdam nomina aliorum non ſcribentem quorum vnumquemque ſeorſum diſcutiens, inuenit in ſingulis mortale peccatum, & cum eis tamdiu fleuit, donec cum cæteris adſcripti ſunt.

Marcus ſcriptor antiquarius, vocatus dum ſcriberet, o reliquit imperfectũ ſic e, vt dicitur in vitis pa. Et vt addunt quidam, reuerſus ad cellam propter obedientiam, reperit complementum illius literæ ex auro. Hic Marcus erat B veſtibus ſacco ſciſſo, & conſuto, facie tincta de fuligine culinæ. Vnde à matre, quæ venerat ad par. 2. §. 133. videndum eum, cum egreſſus eſſet ex mandato ſuperioris, non eſt agnitus, etſi viſus ab ea.

De Syluano abbate de quo Niceph. lib. 11. cap. 4. hac autem ex lib. vitæ patrum. par. 2. §. 193. habet Vinc. lib. 14. cap. 66. Meminit alterius Syluani monachi hiſt. Trip. lib. 12. cap. 8.

§. III.

ABbas Syluanus, diu in exceſſu mentis factus eſt, & exurgens fleuit amarè. Rogantibus autem fratribus cauſam fletus ait: Ego ad iudicium raptus ſum, & multos vidi de habitu noſtro euntes ad tormenta, & multos ſæculares ad regnum. Et lugens ſenex nolebat de cella ſua exire, ſed quando exire cogebatur, operiebat faciem ſuam dicens. Quid neceſſe eſt videre lumen iſtud corporale, in quo nihil eſt vtile?

Abbas Syluanus dum cum diſcipulo ſuo Zacharia ad quoddam monaſterium ſuum peruenisset, fecerunt eos monachi parum comedere. Poſtquam verò egreſſi ſunt inuenit diſcipulus aquam, & voluit bibere. Cui abbas. Hodie ieiunium eſt. At ille. Nunquid non hodie comedim[9] pater? Et dixit illi. Illa eſca caritatis erat fili. Nos autem iterũ ieiunium teneamus.

Peregrini monachi inertia redarguitur. par. 2. in vitis patrũ §. 52. Ioan. 6. Luc. 10. Quidam peregrinus venit ad abbatem Syluanum in montem Sina, & videns quod fratres operarentur, ait. Quare operamini eſcam, quæ perit? Maria autem optimam partem elegit. Tunc ſenex dixit diſcipulo ſuo Zachariæ. Da illi codicem, vt legat, & mitte eum in cellulam, quæ nihil habet, hora autem nona circumſpiciebat ille frater, ſi fortè ſenex vocaret eum ad comedendum. Poſtquam autem trãſiit hora, venit frater & dixit Syluano. Nunquid non hodie comederunt fratres abba? Quare me nõ vocaſtis? Et dixit abbas. Tu homo ſpiritualis es, & non neceſſe habes hac eſca. Nos quaſi carnales opus habemus comedere, & ideo operamur. Tu autem optimam partem elegiſti. F Quod cum audiſſet cœpit pœnitere & dicere. Indulge mihi abba. Tunc reſpondit Syluanus. Ergo neceſſaria eſt Martha Mariæ.

Huius Syluani diſcipulus fuit Zenon qui ait: Nunquam maneas in loco nominato neque ſedeas cum homine magnum habente nomen. Idem ait. Reliquerunt fratres peccata ſua, ſcilicet cognoſcere & cœleſtia ſectantur. Idem concupiſcens cucumerem ait intra ſe. Fu

A res ad tormenta vadunt, [illegible] te ſi [illegible] re tormenta. Et ſtetit in cau[illegible] quinque [illegible] eb. defricans ſe in ſole.

Alius ſanctus pater fuit dictus Or apud Thebaidem, qui vt ait Hiero. erat nonagenarius: barba prolixa, vultu & aſpectu lætiſſimus literas primò ignorauit, ſed da[illegible] ei diuinitus gratia. & [illegible] blato ei libro a fratribus, quaſi olim literas ſciens legere cœpit. Conſuetudo illi erat non prius corporalem cibum ſumere, quam ſpiritualem Chriſti communionem.

Idem Or dixit ad diſcipulum ſuum. Vide B ne aliquando alienum verbum adducas ad cellam iſtam. Hic Or cum multos annos in eremo peregiſſet, apparuit ei Angelus domini dicens Quotcunque in hac vita poſitus conuerteris ad ſalutem, ſuper tot principatum accipies in futuro. Multa autem hominum millia per eum ad Deum conuerſa ſunt. Quoties aliquis frater in eremo morari voluit, ei cellulam parauit, & ſæpe lectiſia dedit.

Quodam tempore vt ipſemet retulit ſub ſpecie alterius venerunt ad eum dæmones in ſpe C cie cœleſtis militiæ tanquam magnum regem in curru deducentes. Iſque qui à cæteris, vt rex habebatur, dixit ei. O homo impleſti omnia, tantum ſupereſt, vt me adores, & transferã te in cœlum, ſicut Heliam. Quod audiẽs cogitabat, quid eſt hoc. Nónne ego quotidie ſaluatorem meum regem adoro? hic ſi eſſet ille, non à me poſceret, quod me indeſinenter facere ſciret. Tunc ergo ait: Ego regem meum habeo quẽ ſine intermiſſione quotidie adoro, tu autem non es rex meus. Et continuo dæmon euanuit. Hic tribus annis pane Angelorum vixit D

De Apollonio, Coprete &c. & pluribus ſanctis virginibus in eremo degentibus.

CAPVT X.

DE ſancto Apollonio narrat Hier. vt refert Vincen. ſpe. hiſto. lib. 15. dicens: Vidimus & ſanctum A- Iuxta pheria lia 10 E pollonium in finibus Hermopoleos, ad quam ſaluator cum Maria & Ioſeph fugiſſe traduntur. Ibi erat templum, in quo ingreſſo ſaluatore, omnia idola corruerunt & comminuta ſunt. In finibus illis erat Apollonius, pater quingentorum monachorum ferè octogenarius. Quindecim adhuc annorum erat cum ſeceſſit in eremum. Ibi quadraginta annis conuerſatus eſt. Ad quem cum diceret dominus, Apolloni per te omnia Ægypti idola ſubuertam, & perdam ſapientiam ſapientium, Apollonius ait: Aufer à me F domine iactantiam. Et dominus ad eum. Mit-

a *Duo monachi fuerunt quorum vnus Apollo dictus eſt, de quo Pallad. vita 52. & trip. hiſt. lib. 8. cap. 1. & Niceph. lib. 11. cap. 34. alter Apollonius, de quo idem Pallad. vita. 66. Tripar. hiſt. lib. 8. cap. 1. & Niceph. cap. 35. Quæ autem de his duobus hi prodiderunt propter nominis ſi[illegible]ilitatem Vincent. & D. Anton. vni Apollonio attribuerunt.*

te

A C. 360.

(A) te ait) manum tuam ad ceruicem tuam, & quod comprehenderis conſtringe, & ſub arena obrue. At ille iniecta manu apprehendit quaſi paruulum Æthiopem, & demerſit ſub arena clamantem. Ego ſum ſuperbiæ dæmon. Tunc ait vox diuina. Quicquid de cætero popoſceris, conſequeris. Facta ſunt autem hæc tempore Iuliani apoſtatæ.

Sanctus autem Apollonius, cum quidam fratrum ſuorum captus eſſet à Iuliano, perrexit & conſolatus eſt eum, vt patienter ferret, quæ ei inferebantur. Tunc adueniens Tribunus inuenit virum ſanctum, & ira commotus (B) iuſſit illum etiam cum cæteris includi. Quod & factum eſt. Media autem nocte apparuit lux magna in carcere, & Angelus ianuas aperiens voluit omnes incarceratos educere. Ille verò moram fieri conſtituit vſque manè. Tunc cuſtodes pedibus ſanctorum aduoluti cogebant eos diſcedere. Manè autem facto, venit centurio, & iuſſit eos diſcedere, quia in eadem nocte terræmotu domus ſua concidit, & electi famulorum ſuorum mortui ſunt. Et ſic ſancti cum hymnis & laudibus remearunt.

De S. Apollonio hæc habet Pal. vi. 66.

Poſt hæc gentilibus prædicans, multa millia hominum conuertit ad fidem ſignis & miraculis infinitis. (C) Perſecutionis tempore egreſſus eſt, vt viſitaret captiuos Chriſtianos. Cumque quoſdam conſolaretur, inuentus à iudicibus captus, & incarceratus eſt. Quidam verò gentilis Philemo nomine, famoſiſſimus eum opprobriis & contumeliis affecit. Cui Apollonius. Miſereatur tui (inquit) fili mi, & nihil eorum, quæ dixiſti, imputet tibi Deus ad peccatum. Ille verò compunctus eſt hoc audito, qui ſtatim confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. Iudex verò hæc audiens [ei omne genus tormentorum adhibuit. (D) Cùm autem rapuiſſet Apollonium & multis eũ affeciſſet contumeliis] ignẽ copioſum iuſſit accendi, & eos in medium ipſius iactari, quod & factum eſt. Interea autem ſancto orante, vt ignis ille extingueretur ad gloriam nominis Chriſti, ſtatim rore de cœlo emiſſo extinctus eſt ignis. Quod videns iudex compunctus, ad fidem conuerſus eſt. Tandem ducti ſunt, in vinculis coram præfecto, ſed qui duxerunt eos contriti ſunt, & Chriſti nomini adhærentes, etiam ipſi vincti ſunt: & iuſſu præfecti, qui noluit eos audire, in mare proiecti ſunt, ſicque aqua paſſionis facta eſt eis aqua baptiſmi. (E) Et proiecit mare corpora eorũ ſimul omnium in aridam, ſimulque ſepulti ægritudines ſanant.

Centum orationes vir ſanctus in die flexis genibus, & centum in nocte complebat. Indumentum eius erat ſtupeum, collobium linteũ, quo collum & caput inuoluebat: quæ dicuntur in deſerto permanſiſſe nunquam inueterata.

Circa hunc ſanctum erat templum & ſimulacrum, quod ſacerdotes quaſi pro aqua pluuialibus circumferebant, quos omnes orando (F) ſtare fecit immobiles: & nec bobus adhibitis potuit moueri ſimulachrum, ſic ſteterant tota die ac nocte rapidiſſimis æſtibus adueſti, tandem ſcientes hoc ei per ſanctum accidiſſe, incenſo ſimulachro in dominum crediderunt.

(A) Primis adhuc diebus cum cœpiſſent habitare in ſpelunca, aderat dies ſanctus Paſchæ. Erant eis panes pauci & ſicci tantum, & olera ex iis, quæ ſale aſperſa, apud eos reponi ſolent. Iuſſit ergo fratribus, vt peteret vnuſquiſque à domino, ſi quid in die feſto ſumere libenter habeat. Quod & illi iuſſerunt eum facere. Cúmque compleſſet orationem, & omnes reſpondiſſent, amen, ecce repente ante fores ſpeluncul æ vident adſtare ſibi homines penitus ignotos, cum magna ciborum copia, in quibus erant quædam quæ omnino in Ægypti re- (B) gionibus nunquam viſa ſunt pomorum genera, & magnitudinis incredibilis vuæ, nuces, ficei, mala punica, faui mellis, & lactis copia, a Nicolai quoq; ingentes, panes candidi & mundi, qui tamen viderentur alienæ eſſe prouinciæ. Viri autem, qui hæc attulerant, ſtatim vt ea tradiderunt, feſtinanter quaſi ad eum, à quo miſſi fuerant, regreſſi ſunt. Horum tanta fuit copia, vt vſque ad diem Pentecoſtes miniſtrata quotidie ſufficerent, illique certi erant, quòd à Deo ſolemnitatis gratia ſibi miſſi fuerant. Quidam ex fratribus popoſcit ab eo vt ſibi daretur humilitatis & manſuetudinis gra- (C) tia, quo orante completum eſt.

Cibi diuinitus dati

Orta fame, omnes habitatores loci venerũt ad eum cum vxoribus & paruulis. Qui iuſſit eos paſcere, donec nõ haberet niſi tres ſportas panis, quæ vnius diei victum monachis præbere debebant, quas etiam iuſſit proferri in medium, & eleuatis ad Deum manibus ait: Nunquid non poteſt manus domini multiplicare hæc ſic dicit ſpirituſſanctus. Non deficiet panis in ſportis iſtis, donec ſatiemur omnes de fructibus nouis. Quatuor ergo menſibus non ceſſauit erogari panis de ſportis, nec defi- (D) cere potuit aliquando. Motus ergo quidam Dionyſius nomine, ait ad eum. Nunquid Helias eſt tu, aut alius prophetarũ, aut Apoſtolorum qui hæc facere auſus es? Qui ait: Quid inde? Nunquid Apoſtoli & prophetæ non fuerunt homines ſancti qui nobis fidem ſuam & gratiam tradiderunt? aut tunc præſens erat Deus, nunc autem non eſt præſens?

Tẽpore famis populũ paſcit.

Moris erat apud eum, vt fratres eius nun prius cibum ſumerent, quàm communionem dominicam perciperent circa horam nonam. (E) Et poſt hoc ſic vſque ad veſperam interdum permanebant, verbum Dei audientes. Poſt hoc cibo ſumpto, alij ad eremum ſecedebant, per noctem totam diuinas ſcripturas memoria replentes, Alij percepta gratia Chriſti ſtatim diſcedebant, hoc ſolo ſpirituali cibo contenti. Et hoc faciebant per plurimos dies.

Iubebat autem fratres ſemper gaudere: dicens. Triſtentur gentiles, lugeant Iudæi, plangant ſine ceſſatione peccatores, Iuſti verò lętentur. Non oportet prorſus eſſe triſtitiam (F) iis, quibus ſalus in Deo eſt, & ſpes in regno

Nicolai ab Auguſto appellata ſunt placenta, quæ donata ei fuerant à Nicolao qui Damaſci habitabat: qui etiam ſcripſit ad Herodem regem Iudæorum de gentibus mirabilibus, ex Photij Biblioth.

A. C. 360.

A cœlorũ. Nam ij, qui terrena diligunt, ſuper fragilib. & caducis rebus lætantur. Nos verò, qui tátæ gloriæ ſpem & coæternitatis expectationem habemus, cur non omni exultatione gloriemur.

peregrini quo excipiendi.

Dicebat inſuper. Fratres aduenientes traditum eſt adorandos eſſe, vt certum ſit in aduentu eorum aduentum domini haberi. Sic enim & Abraham ſuſcepit Angelos, qui homines videbantur, dominus autem in eis intelligebatur. Interdum etiam cogere debemus fratres ad corporalem requiem contra eorum voluntatem.

B Monebat, vt ſi fieri poſſet, quotidie communicarent monachi, ne qui ſe facit longè ab his longè fiat à Deo. Ieiunia quartæ & ſextæ feriæ dicebat non eſſe ſoluenda, quia quarta feria Iudas traditionem dñi cogitauit. Et ipſe dñs ſexta feria crucifixus eſt. *Matth. 26.* Videbiturque in iis diebus ſine neceſſitate aliqua ſoluerit dicta ieiunia ſtatuta, vel cum tradente tradere, ſaluatorem: vel eum crucifigente crucifigere. Hæc canonizata habentur de conſe. diſtin. 3. Ieiunia. Quæ tamen ſunt in conſilio, non præcepto ecC cleſiæ. Et ſubdit Apollonius. Si iis diebus ſuperueuerit aliquis, ponenda eſt menſa ei ſoli, quòd ſi noluerit, non eſt cogendus.

De Mutio monacho ex latrone, habētur hæc in vita S. Capretis in vitis patrum & in Vinc. 14. cap. 71.

§. I.

NARRAVIT ſanctus abbas Coptes, vt refert Vincen. lib. 15. ſpe. hiſtor. quòd D fuit in illa eremo Mutius quidam, homo ſanctiſſimus, qui primum fuerat latro maximus & ſepulchrorum violator: in omnibus flagitiis opinatiſſimus. Qui cum quadam nocte ad quamdam virginem Deo ſacratam, per tectũ quibuſdam machinis vellet irrumpere, difficultate operis fatigatus ſomno opprimitur, & per viſum ſibi adſiſtere videt quemdam regio habitu dicentem, Deſine iam ab his flagitiis, & ab hac effuſione humani ſanguinis, & ab execrabilibus furtis: ad laborem religioſum cõuerte vigilias: & ſuſcipe angelicam cœleſtémque militiam, & ego te huius ducem E militiæ & principem faciam. Et ecce oſtenditur ei exercitus monachorum, & principatum ſuper eos tenere iubetur. Euigilans adſtantem videt virginem requirentem quis eſſet, & cur & vnde veniret. Et ille quaſi amens effectus nihil reſpondit, niſi hoc tantummodo, vt ei eccleſiam oſtenderet. Quem illa duxit ad eccleſiam, & obtulit presbyteris, quorum ille pedibus proſtratus, rogabat ſe Chriſtianum fieri, & locum pœnitentiæ dari. [Dehinc cum religioſa initia ſuſcepiſſet, orat ſibi præcepta dari, qui F bus viam ſalutis poſſet incedere.] Illi autem primi pſalmi tres primos verſus tradunt ei, quos ſibi ſufficere dixit. tribusque diebus permanens apud eos, profectus eſt ad eremum, vbi plurimo tempore demoratus eſt, cibum ex radicibus herbarum capiens. Rediens autem ad presbyteros, reddidit verſus ſuos iſ verbis quàm operibus. Permanenſque apud eos hebA domada vna rediit ad eremum: vbi per ſeptem continuos annos in omni gratia degens, plenitudinem gratiæ conſecutus eſt, ita vt omnes penè ſcripturas memoriter retineret. Cibum tantum die dominica ſumebat ſibi diuinitus delatum, qui ei ſufficiebat vſque ad alteram dominicam.

A. C. 360.

Cùm autem diligentiſſimè ſepeliendis mortuis veſtimenta apparet, ait ad eum quidam adoleſcens diſcipulus eius. Vellem, vt me mortuum ita indueres. Planè (inquit) faciam, & ita copioſè induam, donec dicas ſufficit. Poſt non B multum temporis, ille defunctus eſt. Quo induto ait ad eum coram omnibus. Sufficiunt hæc tibi ad ſepulturam ô filiole? an vis, vt adhuc aliquid addamus? At ille obuoluta iam facie, & vultu conſtricto dixit coram omnibus audientibus; Sufficit pater, impleſti, quod promiſeras.

Pergenti autem aliquando ad viſitandos fratres, quos inſtituerat, reuelatum eſt ei à domino, quòd quidã æger moriturus erat in proximo. Hora autem erat iam ad veſperam. Cúque videret ſolem iam demergi, ait ad eum. In C nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ſta paulisp in itinere tuo, & expecta me, donec ad vicum perueniam. quod & factum eſt. Ingreſſus autem in domum fratris, pro quo feſtinauerat, inuenit eum iam defunctum, & oratione facta accedens ad eum, oſculatus eſt eum in lecto dicẽs, quid magis deſiderij habes, abire & eſſe cũ Chriſto, an adhuc manere in carne? Tunc ille recuperatos ſpiritu ſedit paululum dicens: Quid me reuocas pater? melius eſt mihi abire & eſſe cum Chriſto, permanere autem in carne mihi non eſt neceſſarium. Dormi (inquit) in pa D ce fili, & ora pro me. At ille cõtinuò in lectulo reclinatus, dormiuit.

Sol viri Dei ...

Alium fratrem decumbentem cum vidiſſet mortem difficulter accipere, increpauit dicẽs: Cur imparatus es ad profectionem? At ille. Oro pater (ait) vt intercedas pro me, quatenus mihi dominus paruum tempus largiatur ad pœnitentiam. Cui ſanctus, Nunc (inquit) ſpacium pœnitentiæ requiris, vbi vitæ tempus impleſti? Quid faciebas in hoc omni vitæ tuæ tẽpore? Non potuiſti vulnera tua curare? quinimo recentiora ſemper addebas. At ille cum E permaneret exorans, ait ad eum Mutius. Si vltra non addas malis tuis mala, orabo pro te dominum. Et cum oraſſet ait: Ecce tres annos cõceſſit tibi dominus. At ille ſurgens ſine aliqua dilatione ſecutus eſt eum ad deſertum. Expletis autem tribus annis reduxit eum ad locum vnde eum aſſumpſerat. ſtatuitque eum in medio fratrum. Et ex ipſo materiam de fructibus pœnitentiæ produxit ad fratres. Ipſo autem ſermonem faciente: cœpit frater ille quaſi paululum dormire, & continuò in perpetuum requieuit.

F Iſte Mutius ſæpè tranſiuit Nilum pedibus ſolis aquam habens vſque ad genua, frequẽter ingreſſus eſt ad fratres oſtiis clauſis. Et ad quẽcunque locum voluit in momento temporis quamuis longè poſitus, eſt euectus.

Cùm autem Coptes abbas iſta & multa alia narraret, vnus ex nobis ad incredulitatem eorum, quæ dicebantur tædere cœpit, & præ

tædio

[A.C. 306.] tædio dormitare. Et ecce vidit per viſum librum litteris aureis ſcriptum in manibus Copretis vnde enarratio ſenis deduci videbatur & vocem cuiuſdam viri canitie venerandi dicentem ſibi. Cur non audis intentè, quæ recitantur tibi, ſed incredulus dormitas? Homines autem regionis illius arenam, quæ à ſancto calcabatur, & benedicebatur aſpergebant per agros, vt terræ ſterilitas auferretur. Hucuſque verba Copretis de Mutio.

Hic Copres inueniens inimicum Manichæum plures ſeducentem, nec valens verbis eum concludere ait ad populum. Accendite ignem plurimum, & tunc ambo intremus in flammam, & ſi quis exuſtus non fuerit, huius vera eſt fides. Quo facto ſenex apprehendens Manichæum cœpit pertrahere ad ignem. At ille. Non (inquit) ita, ſed vnuſquiſque noſtrum ſingulariter ingrediatur prius tamen tu intrare debes, qui pro hoc propoſuiſti. At ſenex nomine Chriſti ſe conſignans, intrauit flammam, quæ huc illucque diuiſa, nil ei nocuit; & ibi ſterit dimidia fere hora. Quod videns populus, compulit illum alium intrare. Sed ille cœpit reſiſtere, & ſe ſubtrahere. Illi verò apprehendentes eum, in ignem proiecerunt, deinde cum dedecore fugauerunt.

Idem Copres referebat, quòd in quadam eremo in Thebaide fuerat quidam Helias nomine, centũ viginti annorũ: quorum ſeptuaginta in ſolitudine tranſegerat. Qui dicebat Quodcunque vitium propriæ paſſionis à te ieceris, eius etiam vitij dæmonem de obſeſſis corporibus poteris effugare; Idem Helias. Pallor cum humilitate & macies decus eſt monachi. Idem. Tres res valde timeo. Vnam quando anima egreſſura eſt de corpore meo, alteram, quando occurſurus ſum iudici. Tertiam, quando de me proferetur ſententia. Ad hunc Heliam, qui peccantem nolebat recipere, dixit Antonius. Nauis in pelago faciens naufragiũ perdidit quod portabat, & vacua vix peruenit ad terram, cur ergo liberatam in terra vultis ſubmergere?

[De Suro & Eſaia Pal. ad. vita 55.] Beatus Copres inter cætera miracula, quæ narrauit addidit etiam de beato Suro, & Paulo, & Eſaia. Qui cum aliquando ad ripam fluminis ſibiinuicem occurriſſẽt, vt fratrem quẽdam viſitarent nomine Anub, deprecantibus illis nominum ne in via impedirentur nauicula eis apparuit quam aſcendentes iter, quod tridui erat, in vna hora perfecerunt. Cumque applicuiſſent, dixit beatus, Eſaias. Dominus oſtendit mihi virum ad quem imus occurrentem nobis, & dicentem vnicuique noſtrum ſecreta cordis noſtri. Et Paulus ait: Dominus oſtendit, quod poſt triduum morietur homo ille. Cumque ad monaſterium à flumine iter incederent, occurrit eis Anub benedicens eis & poſtea de vniuſcuiuſque meritis patefecit. [De Paulo vit 57.] Dixit ei Paulus.

Quia nouimus te poſt triduum deceſſurum de mundo tu nobis de actibus tuis, quibus deo placuiſti ad memoriam & corroborationem fidelium narra. Qui ait: Ego nihil vnquã magnum feci. hoc tamen cuſtodiui, ſemper in perſecutione ſaluatoris nomen conſeſſus ſum, Nunquam mentitus ſum. Nunquam terrena deſiderare volui. Nunquam gratia Chriſti mihi defuit, ſed omnem cibum, quem deſideraui, angeli mihi afferebant. Nihil, eorũ quæ in terris fiunt, occultauit mihi Dominus nunquam ſomnum appetij, ſed & angelus Dei ſemper mihi adſtitit, qui omnia quę in mundo geruntur, oſtendit. Vidi etiam cœtus iuſtorum martyrum & monachorum ſanctorum, quorum opus ſemper eſt laudare Deum, & benedicere in ſimplicitate cordis & fidei contra vidi ſathanam, & angelos eius in æterna pœna ignibus tradi. Cumque hæc & alia eis enarraſſet ſpiritum tradidit in manus angelorum videntibus illis delatum in cœlum, & laudantem Deum cum angelis. [A.C. 306.]

De ſancto autem Heleno dicit, quod cum diu in eremo habitaſſet voluit fratres viſitare quibus & cibaria attulit. Cumque in medio itinere pondere grauaretur vidit onagros per eremum diſcurrentes: quorum vnum vocauit dicens, In nomine Domini mei Ieſu Chriſti, veniat vnus veſtrum, & ferat ſarcinam iſtam. Et Continuo vnus acceſſit, ipſumque ſimul cum ſarcina velociſſimè ad fratres detulit.

Alio quoque tempore viſitans fratres, inuenit eos non adeò ſolenniter celebrare diem Dominicum vt debebant. Agnita cauſa, quia ſcilicet non habebant ſacerdotem quoniam trans flumen animal quoddam manebat, propter quod nemo venire poterat ſcilicet crocodilus, qui in medio itinere occideret homines. Tunc ſenex ait: Ego vadam pro ſacerdote. Veniens ergo ad aquam vidit crocodilum veniẽtem, & ſupponentem ſe ſibi. Et aſcendit ſuper eum, & cito deuectus eſt ad cellam ſacerdotis quem adduxit ſecum ad aquam, vt tranſiret. Cumque ſacerdos modo adeſſet, & cauſaretur nauigium reſpondit, Ne timeas paratum eſt & voce magna crocodilum vocauit, & dorſum eius aſcendit. Presbyter verò ſolo viſu beſtię perterritus aufugit, nec vlterius voluit aſcendere. Tunc vir ſanctus ſolus tranſuectus eſt. Et cum à beſtia deſcendiſſet, ait: Melius eſt tibi mori, quam tot ſcelerum reatu inuolui, & continuo expirauit. Cum quidam adoleſcens, qui eum fuerat ſecutus ad eremum, à dæmonibus turpibus cogitationibus multum infeſtaretur, quas illi manifeſtabat, ſanctus circunducto digito ſuo in arenam circa cellam adoleſcentis prohibuit in nomine Domini Ieſu, ne dæmones ſtatutum terminum tranſgrederentur, & ſic fuit liberatus.

Hic aduenientibus fratribus, cum non haberet, quid apponeret, ſolebat iuuenem videre, qui deferebat ſibi cibaria, quæcunque appeteret. Quibus ante cellam depoſitis: iuuenis non comparuit.

De Paphuntio, de quo Pal. vita 72. & Nicep. lib. 9. cap. 14. ſed hi eum Paphnutium nominãt. inde eo etiam Caſſ. coll. 3. cap. 1. & Vinc. lib. 14. cap. 76.

§. II.

Vidimus & monaſterium Paphuntij, qui habitator erat vltimi deſerti in regionibus Heracleosapud Thebaidem vrbem. Hic cum multo tempore angelicam vitam du-

torium, quærens an Deus peccata ſua illi dimiſiſſet. Cumque iubente Antonio diſcipuli Antonij ſingillatim ſinguli illa nocte inceſſanter [illegible]ni, vt Deus alicui ex eis hanc cauſam reuelaret, cito vidit abbas Paulus lectum in cælo, pretioſis veſtibus adornatum, quem tres virgines clara facie, tenentes tres lampades ante eum cuſtodiebant, eratque ſuper eundem lectum corona immarceſſibilis. Cumque Paulus eis diceret. Non hæc gloria eſt, niſi patris mei Antonij. Ad hoc vox diuina reſpondit. Non eſt hęc patris tui Antonij, ſed Thaidis meretricis. Quod cum mane facto Paulus retuliſſet, cognita Dei virtute Paphnutius diſceſſit cum gaudio ad locum, & oſtium, quod plumbo ſignauerat, diſſipauit, dixitque beatæ peccatrici: Egredere, quia dimiſit tibi Deus peccata tua. At illa. Teſtor inquit Deum, quia ex quo huc ingreſſa ſum, ex omnibus meis peccatis quaſi ſarcinam feci mihi, & ante oculos meos ſtatui mihi, & ſicut non receſſit anhelitus de naribus meis, ita nec quidem vno momento vſque ad hanc horam peccata mea receſſerunt a me. [Et cũ inde eam eduxiſſet quindecim dies ſuperuixit & quieuit in pace.

De Amata, quam Ammam Talidam vocat Pall. vita. 137. hæc autem ex Vinc. lib. 17. cap. 92.

§. IIII.

SVnt in ciuitate quadam Ægipti inquit Heraclides, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. l. 18. duodecim monaſteria virginum, in quibus & quandam amatam nomine vidi ſenem octoginta annos iam, vt ferebatur in monaſterio ſuo habentem. Cum hac habitabant ſexaginta mulieres in abſtinentiæ puritate ſub eius doctrina viuentes.

In hoc erat virgo quædam nomine Thaor eius diſcipula, quæ habens annos triginta in monaſterio, non tunica, non [a] manorte, aut calceamentis vnquam nouis volebat vti, dicẽs, ne forte propter hoc cogeretur foras progredi aliquando. Quidem omnibus die tantum dominica ad eccleſiam ex more procedentibus, illa pannis vilibus induta domi reſidebat ſola. Tam elegantis autem formæ erat, vt etiam caſtiſſimum, & conſtantiſſimum virum eius pulchritudo vultus allicere poſſet, niſi ita moribus ornata eſſet, vt inæſtimabilem quendam in ſemetipſa caſtitatis propriæ cuſtodem haberet, quę turpiter cupientis cuiuſque oculos ad immenſum pudorem & timorẽ compelleret.

Alia quoque in vicino commanens nunquam de monaſterio fertur egreſſa: in quo cũ matre ſua impleuit annos quadraginta. Cui tandem adſtitit beatus martyr Colluthus dicens. Hodie perges ad dominum tuum, veni igitur in Baſilicam martyrij mei, vt prandeas mecum. Tunc illa primum poſt tot annorum curricula procedens manè ad martyrium ſancti in eccleſiam illam venit, panem & olera ſecum tulit, & complens orationibus, cum om-

A nes receſſiſſent à loco, illa ſedens martyrem renocauit dicẽs: Benedic eſcam meã ſancte Colluthe, & interceſſionibus tuis mecum, proficiſci dignare. Sumpto itaque cibo & facta oratione circa ſolis occaſum ad monaſterium redijt, & matri ſuæ dixit. Proficiſcor ad dominũ meum. In ipſa etiam nocte nec dolorem capitis, nec calorem corporis ſentiens: ipſa ſe, vt erat ſepeliendam compoſuit, & ſpiritum ſuum Dei manibus commendauit. A.C. 400

Porro [a] Melania iunior præfatæ Melaniæ neptis, cum viro vixit annis viginti ipſumque

B virum ſuum ad ſeculi contemptum conuertit, ſæculoque renunciauit. Et primum quidẽ veſtes ſuas ſericeas ad eccleſiarum ornamenta diſtribuit. Argentum autem & aurum ſuum per Paulum preſbyterum ad orientem nauigio tranſmiſit, ibique per diuerſas prouincias erogauit. Sub occidẽtali verò plaga ipſa per ſe ipſam cunctis egentibus, quæ ſciret neceſſaria miniſtrauit. Seruos autem promiſcui ſexus vſque ad octo millia liberos fecit. Poſſeſſiones omnes, quas habuit in Aquitania, Gallia, Tarracone, Hiſpania diſtraxit. Agros tantum quos Nobilis matronæ

C habebat in Sicilia, Campania, & Aphrica, vt eximia liberalitas. de eis deinceps monaſteria aleret atque foueret, ſibi reſeruauit. Poſt alterum diem ſemper cibum capere cõſueuerat. Nam inter ipſa principia quinta quoque die guſtabat. Idque obſeruans etiam diurnas cum ancillis ſuis miniſterij vices agebat, quas tãquã ſorores habebat.

Patrem Pinianus vir eius cum triginta monachis vitam agebat.

Virgo quędam fuit in Alexandria ſeptuaginta annorum, de qua dicebãt illic omnes clerici, quòd olim cum eſſet iuuenis, pulchra valdè

D conſpectus omnium vitare conſueuerat, ne qua propter miraculum vultus ſui ſuſpicione vel macula notaretur. Tunc Arianis ſub imperatore Conſtantino, beato Athanaſio perſecutionem excitantibus [& Euſebius qui eo tempore præpoſitus erat ſub Conſtantio imperatore, nefariorum criminum ei] inſerret calumnias, ille corruptum iudicium, declinans non amico, vel parenti, vel clerico ſe credidit. Sed cum apparitores ſubitò domum eius intraſſent, tunica birroque veſtitus, media nocte fugiens ad hanc virginem venit. Cui tam inopinatę rei perterritę nouitate ſanctus epiſcopus ait. Ab Arianis inquietor, & calumnioſis crimi-

E nibus accuſor. Ne igitur & ego irrationabili nota reſormer, & qui ad pœnam meam inique parati ſunt propter me ruant in peccatum, magis credidi fugiendum. Deus autem hac nocte reuelauit mihi, quod apud nullum ſicut apud te poſſum ſaluari. Tunc illa congaudens in domino, proiectis cogitationibus vanis, ſanctum illum per ſex annos intra cellæ ſuæ ſecreta

a *Maforte pilij tenue vile & anguſtum, quo virgines [illegible] collum & humeros tegebant vide Caſſian. 1. cap. 7. μαφόριον, illud à Palladio nominatur.*

a *De Melania ſeniore huius Melaniæ iunioris auia agitur infra §. 7. Quare puto librarij incuria factum eſſe vt prius de nepote quam de auia mentio fieret reponendaq; in eundem §. hæc curaſſem niſi exiſtimaſſem hãc obſeruationem ſufficere. Porro quod hic dicitur eam viginti annis cum viro vixiſſe Palladius aliter ſcribit. Nam eam viceſimo vitæ ſuæ anno cum iam duos filios a marito ſuſcepiſſet [illegible] qui tamen paulo poſt extincti fuerant ſæculo refert renunciaſſe.*

eclauit

A. C. 400. eclauit, quandiu præfatus Conſtantius vixit. A ipſa enim pedes eius abluens, & omnia neceſſaria ei per ſe præparans ac miniſtrans, libros quoque, quos ille quærebat mutuò ſumens ei legendos tradens. Nullus tamen in vrbe, vbi degeret inuenire potuit, donec Conſtantio mortuo, rurſus nocte proprijs veſtibus indutus in eccleſia ſubitò cunctis ſtupentibus apparuit. Omnes enim ſe videre credebant eum tanquam ex mortuis ſuſcitatum amicis, autem ſuis intimis ſatisfaciebat dicens: Idcirco me ad latebras veſtras non contuli, vt tutè iurare poſſetis, quòd vbi degerē, neſciretis. at quia ne- B ceſſe erat vbique me quæri: in cella illius virginis latui, vbi me celari nullus ſuſpicaretur, eo quòd iuuenis, & pulchra videretur. Sic ergo & ipſi, & famæ vel gloriæ meæ profui.

De Virgine nobiliſſima quæ mira arte ſuam pudicitiam ſeruauit, Pall. ex Hippolyto vita. 148. Similem virginis aſtū habet Niceph. li. 7. cap. 13. & Vinc. lib. 1. ca. 94. & aliam item ſup. c. 8. §. 4.

§. V

APud Corinthum nobiliſſima quædam, & pulcherrima puella cum virginitatis voto degebat, quam apud paganum iudicem, vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. 18. nonnulli, velut dijs ipſorum & imperatoribus ſacrilegis conuiciantem, criminibus impetebant. At iudex inſanus amore fœmineo, poſtquam machinamentis & artibus varijs non potuit ei perſuadere, quod voluit, nouo contra eam furore deſæuiens, non eam morti vel alicui pœnæ deſtinauit: ſed a quod erat grauius & cru- D delius vt lupanariam proſtitui præcepit, lenonique ipſarum turpitudinum [cauponatori,] vt ternos ad ſe per ſingulos dies, ex ipſius concubitu ſolidos exhiberet, iniunxit, quam ſcilicet pecuniam, vt à ſe leno flagitandam intellexit in omnium eam, qui vellent poteſtatem dedit. Quod vbi prædæ talis accipitres didicerunt, ibant & perditionis officinam obſeruabant. Datoque pretio cum ea loquebantur, optabilium ſibi principia voluptatum. At illa vulnus quoddam in interioribus ſe habere dicens, cuius fœtorem, ſi venientes ad eam ſentirent, horrore contagio- E nis effugerent, ſingulos miſerabiliter precabatur: vt ei ad paucos dies quietē concederēt.

Virgo ſancta proſtituitur.

Interea dum orationes perpetuas, & maximas ad Deum faceret, humanæ ſalutis cuſtos Deus iuuenem quemdam, vultu moribuſque bonum, ita mente commouit, vt amore diuino ſuccenſus interire pro ea coperet. Itaque ſub ſpecie perpetrandæ turpitudinis ingreſſus profunda nocte datis lenoni quinque ſolidis veſtibus ſe proprijs ſpoliauit, eiſq; puellam induens, chamyde quoque caput velatam, de lupanari incorruptam emiſit. Poſtera die cogni- F

a Chriſtianis grauius & atrocius fuiſſe pudicitia, quā vita iacturam facere indicat Tertull. in Apolog. cap. vltimo. Nam (inquiens ait ille) & proxime ad lenonem clamando Chriſtianā, potiusq, ad leonem confeſſi eſtis labem pudicitia apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari, nec qui quam tamen profuit.

A to omnibus hoc facto iudic[illegible] beſtiarum feritate decerptus, v[illegible] parte confuſus dæmon remaner[illegible] tam pro ſua quam pro virginis [illegible] martyrio coronatum vid[er]et.

De quadam alia virgine ancilla D[ei] [illegible] rat idem Vinc. vbi ſupra, q[uæ] [illegible] abſtine[ntiam] magnam per nouem annos cuſtodiens [illegible] dā cantore ſollicitata eſt, & corrupta. Q[illegible] rim concepit, partuque explicito nimio[illegible] te mens eius pœnitentia compuncta eſt in[illegible] tum, vt fame ſemetipſam vellet occi[dere] B lachrymoſis precibus Deum iugiter interpellans, ac dicens. Tu Deus magnæ, qui to[ti]us mundi malitiam portare conſueuiſti, quia tu voluntas eſt cunctos ſaluari, me quoque perditam in hoc oſtende, an ſaluti reſtitues, v[el] quod ex peccati mei perditione creatū eſt, e[x] hac luce celerius tollas ne fortè aut laqu[eo] aut præcipitio vitā finire cōpellar. Stati[m] partu diuinitus morte ſubtracto, illa ſe pœnitentiæ ſummis anguſtijs tradidit, & elephan[tio]ſis mulieribus per annos triginta ſeruiuit. Cuius humiles preces Deus non reſpuit. Cu[i]dam C namque ſancto presbytero reuelauit Deus dicens. Illa virgo plus placuit mihi in pœnitentia, quam in virginitate ſua.

De filia Presbyteri & Euſtathio le[cto]re. Pal. vi[ta] 141. & Vinc. [c]ap. 96.

§ VI.

APud Cæſaream paleſtinæ, vt idem Vin[c.] refert vbi ſuprà, cuiuſdam preſb[y]teri filia fornicatione ruit. Cui corruptor perſuaſit, D vt factum proprium in quemdam lect[ore]m mentiendo transferret. Quod cum i[l]la iam grauida apparens, patre cogente, vt authorem [ſce]leris proderet, lectori hoc impoſuiſſe: epiſcopus hoc audiēs à presbytero, fac[to] [illegible] conuentu clericorum omnium accerſi[t] [illegible] interrogatus ab eo. nihil tale ſe feciſſe vo[le]bat confiteri. Cum autem epiſcopus vehementer iratus contumelias inferret, ei quaſi qui peccatum ſuum impudenter negaret, dixi[t] [e]go quidē, quod erat in conſcientia mea di[xi.] [Se]d ſi vis audire, quod non eſt, hoc ego crimen admiſi. ſtatimque gradu lectoris eum epiſcopus E depoſuit. Tunc ille. Iube mihi ergo dari in matrimonium, quia nec illa iam vir[go], nec ego clericus eſſe poſſum. Tunc epiſcopus dedit eam illi putans, quod ipſe diligeret eam, nec poſſet ab ea ſeparari. Igitur [illegible] ab epiſcopo, quam à patre eam ſibi traditam monaſterio fœminarum cōmendauit, rogans abbatiſſam, vt haberet eam illic donec pareret ſuſtē[ta]ndā.

Ipſe verò in præfato monaſterio [in] anguſta cellula ſe concludens, & ab [illegible] lem nimis arripiens, cum [illegible], & g[illegible] tibus, ac ieiunijs Chriſtum [illegible], [illegible] F Domine, cui nota ſunt omnia [illegible] quum placet, cauſa quoque [illegible] ita manifeſta. Illo igitur in his [illegible] rāte mulier illa cum die[illegible] vehementer vrgeri d[illegible] Cum [illegible] Dei iudicio par[t]us anguſt[illegible] expe[illegible] poſſet, tātumque cruciatū [illegible] que ad ſeptim[a]m diem

A diem ſuſtineret, iamq́ue moritura calumniatrix interna conſpiceret, nec vltra manducare, vel bibere, vel dormire poſſet, intolerabili dolore clamauit. Væ miſeræ mihi, quæ ad hoc periculum dupliciter veni. Primum, quod virginitatem perdidi, deinde quod illi lectori falſum crimen impoſui. Hæc vt audiuit pater eius, timens ne tanquam calumniator reprehenderetur quieuit & tacuit. Audiens autem epiſcopus, diaconos ad lectorem miſit, ſic eique mandauit: Ora vt pariat calumniatrix tua. B At ille reſponſum nullum dedit, ſed nec oſtiū ſuum aperuit. Ruſuſq́ue orationes in eccleſia pro ea fiunt, & nec ſic remedium vllum in ea percipiunt. Tunc ille epiſcopus ad lectorem venit, oſtium pulſauit, ingreſſuſq́ue ait: Surge frater Euſtathi, & ſolue quod ligaſti. Ipſo momento, cum lector vna cum epiſcopo genua ſua flexiſſet, mulier enixa eſt. Tantumq́ue innocentiæ eius valuit oratio iugis, vt & calumnia periret, & calumniatrix pœnas ad emendationem ſuſtineret.

C *De Paula Romana ex Pall. vita.125.& Vinc.cap. 88. de eadem ſup.tit.10.cap.15.ex D.Hier.*

§. VII.

MVltas vidi fœminas ait Heraclides, vt refert Vinc. vbi ſuprà viriles mores & honeſtos habentes. Inter quas & Paulam vrbicam Toxotij matrem prudentem ac ſpiritualem mulierem, cuius filia Euſtochium vſque in præſentem diem apud Betlehem in monaſterio ſuo degit viro caſtiſſima ſecum habens quinquaginta virgines. Sed de hac ſuprà dictum eſt.

Sancta quoque Melania fuit mulier vrbica Marcelli proconſulis filia. Quæ vigeſimo ſecūdo anno ætatis ſuæ viduata, & æterno ſponſo diuinitatis amore perpetuò copulata, nulli prodens animi ſui ſecreta, quæ in mobilibus habere videbatur cum certis pueris & puellis in nauim miſit, ſicq́ue feſtinans Alexandriam nauigauit. Illic omnibus venditis, & in pecuniam aurumq́ue redactis, Nitriæ montem attigit ibique venerabiles patres vidit, Pambonē, Arſiſium, Serapionem, Paphuntium, Iſidorum abbatem, & Dioſcorum, apud quos in deſertis locis ſex tantum menſibus commorata, omnes, qui illic erant ſanctos viros peragrans viſitauit. Poſt hęc autem cum Alexandriæ pręfectus auguſtalis Iſidorum, Pambonem, Paphuntium, Ammonium, ac duodecim epiſcopos & preſbyteros, ac alios quoſdam vſque ad centum & duodecim numero circa Palæſtinā & diocæſaream damnaſſet exilio hæc illos ſecuta miniſterium ſuum eis ex propriis facultatibus tribuit. Et cum à cuſtodibus prohiberetur hoc facere, tunc illa veſte puerili ſumpta circa veſpertinas horas, deferebat eis omnia vitæ neceſſaria. Quo cognito Paleſtinæ conſularis, putans, quod terrore quodam ex eius pecunia ſinus ſuos implere poſſet, iuſſit eam corripi, & in carcerem trudi, quæ tunc ei per internuncios hæc mandauit. Ego (inquit) illius filia, & illius coniunx fui, nunc autem ſum ancilla Chriſti. Nec vales me in aliquo terrere, nec quicquam de meis rebus auferre, A.C. 400. neque me putes ob vilitatem habitus cōtemnendam, quia facilè ſi vellem, poſſem meipſam extollere. Ne autem hoc ignorans periculum aut crimen incurras, idcirco iſta tibi mandaui. Sic nimirum erga ſuperbos & imprudentes interdum oportet arrogantia (vt ita dixerim) vti. His itaque verbis territus iudex factum ſuum excuſauit, & eam vt meruerat, honorauit, atque vt ad prædictos viros accederet, licentiam dedit. Quibus ab exilio reuocatis monaſterium apud Hieroſolymam ſibi fecit, in quo viginti ſeptem annorum tempus impleuit quinquaginta ſorores virgines ſecum habens.

Erat etiam cum ea Ruffinus, ciuis Italicus ex oppido Aquileia, vir ſapiens, nobilium fortiumq́ue morum, qui & ad preſbyteratum poſtea meruit peruenire. Igitur in viginti ſeptem annis omnes apud Hieroſolymā ſanctos & peregrinos, epiſcopos, monachos, virgines ſuſcipere propriis ſumptibus, ac fouere conſueuerat, omneſq́ue venientes ad ſe exemplo tali meliores fecit. Sed & quadringentos monachos, qui ſe propter Paulinum ab eccleſia ſeparabāt, rurſus eccleſię ſanctę reddidit. Pluresq́ue alios homines peruerſæ ſectæ vera ſuadendo, iugiterq́ue docēdo ad eccleſiam reuocauit.

De monaſterio virorum ac mulierum. ex pall. vita.39.& Vinc.cap.87.

§ VIII.

EST & in ciuitate Panos monaſterium quadringentos viros habens. Inter quos & fabros ferrarios, & carpentarios, & ſarcinatores, D & camellarios, & fullones reperi (inquit Heraclides) ſingulos in arte propria laborantes, & ex ũs quæ quotidiano victui ſupereſſe poterant in monaſteriis fœminarum carceribuſq́ue vicinis neceſſaria quæq́ue præbentes: eſt & apud iſtos monaſterium fœminarū quadringentarum eiſdem moribus, & eadem ordinatione viuentium, excepto ſolo velamento pellium. Et eæ quidem habitant trans fluuium citra flumen autem viri. Et cum aliqua defuncta fuerit: eam ex more veſtitam aliæ deferentes ſuprà ripam ponunt, quam inde viri E nauicula transferentes cum pſalmis in ſepulchro proprio condunt. Nec vllus tranſit ad earum monaſterium excepto preſbytero & diacono, & hoc tantum per diem dominicum.

Fuit autem in eodem monaſterio quædam virgo, quæ ſtultam ſe fecit propter Chriſtum vt virtutis poſſet implere propoſitum. Cumq́ue ſe ſuprà modum humiliaret atque deiceret, adeò omnibus aliis horrori erat, vt nec cibum cum ea aliæ caperent, ab omnibus cædebatur, omnium maledicta ſuſtinebat, à coquina nunquam recedebat totius illic monaſte- F rij tanquam ancilla cunctis obediens officium implebat. Nunquam ad menſam ſedebat, ſed micas menſarum detergens, & ollas abluens, his ſolis alimoniis contenta viuebat. Nunquā calceamentis vtens, caput obuolutum tenens pannis, ſic omnibus ſeruiebat. Et certè cum grauia quęque ab omnibus pateretur: nulli vnquā iniuriā fecit nulla ipſius murmur audiuit.

De virgine quæ ſe ſtultam eſſe ſimulabat. pal. vita.41.

Inter hęc aſtitit angelus domini Pitiron

pro

A.C.400. probatiſſimo viro ſemper in deſertis viuenti, & dixit illi. Cur magnum aliquid te eſſe credis in tuo propoſito? Vade ad monaſterium fœminarum tale, & inuenies in eo vnam ex ipſis, in capite pannum conſciſſum habentem ipſamque cognoſce meliorem te. Statimque perrexit ad dictum monaſterium, & ingreſſus fecit vocari omnes ſorores, ſed ſola illa, propter quam aduenerat, non aderat. Tunc ſanctus ad illas. Omnes adducite, vna enim deeſt quam mihi angelus oſtendit. At illæ. Omnes hic ſumus excepta vna ſtulta, quæ eſt in coquina. Quam cum iuſſiſſet adduci, adueniẽti proiecit ſe ſanctus ad pedes eius dicens: Benedic me mater ſpiritualis. E contrario illa ſe proſtrauit ante eum petens benedictionem. Cumque mirarentur ſorores dicentes. Noli abba talem iniuriam ſuſtinere: nam hæc quam cernis fatua eſt. Ait ille. Vos fatuæ eſtis. Nam iſta melior eſt & me, & vobis, deprecor Deum, vt in die iudicij merear dignus corona eius inueniri. Tunc omnes proiecerunt ſe ad pedes ſancti Pityrou petentes veniã de iniuriis ei illatis. Et vna quidem dicebat: Ego eam deluſi, alia ego habitum eius deiectum contempſi, alia ego catinum abluens ſordes ſuper eam fundebã, & huiuſmodi, omneſq; ab ea veniã petierũt & acceperũt. Quod cũ illa videret ſe videlicet in opinione eſſe & veneratione apud ſorores, timens laudes hominum, & inde elationem, clam de illo monaſterio receſſit, & quo ierit prorſus ignoratum eſt.

De S. Euphroſina ex lib. vitæ patrum. Eius item vitam à Metaph. ſcriptam edidit Sur. tom. 1.

§. IX.

FVit in Alexãdria virgo nomine Euphroſina, quam cum pater eius Paſnutius vellet nuptiis tradere, illa monachum quemdam adiens: petiit ſe edoceri ea, quæ Dei ſunt. Qui dixit ei. Si potes tentamenta carnis ferre, dimitte omnia & fuge. Qua poſtulante. vt deſiderium eius impleret, ſcilicet in mundi contemptum, facta oratione comam eius abſcidit induens eam habitu honeſto, impoſuit ei nomen Smaragdus, & orans pro ea diſceſſit. Cogitans autem ait intra ſeipſam. Si intrauero monaſterium puellarum, pater meus me requiret, & inueniens violenter me trahet inde propter ſponſum meum, erat enim eius magnus & potens. Proiecta ergo à ſe veſte muliebri, virilem accepit.

Euphroſina mutat veſtem. Pergenſque ad monaſterium, vbi pater erat notiſſimus ſimulans ſe eunuchum eſſe, & de palatio imperatoris, habitum petiit, & accepit dicens ſe Smaragdum vocari quem abbas tradidit vni ſancto viro ex monachis dicto Agapito ad inſtruendum: dicens: Hic eſt filius tuus & diſcipulus taliter eum inſtrue, vt magiſtrum ſuperet. Cum autem Smaragdus veniret in eccleſiam, multos concitabat diabolus ad decorem vultus eius per malas cogitationes, ita vt omnes eſſent moleſti abbati quod talem pulchritudinẽ introduxiſſet in monaſterium, ad tentationem fratrum. Quamobrem dixit abbas Smaragdo. Fili pulchra eſt facies tua, & fratribus infirmis ruina. Volo ergo te manere in cella tua ſolum: ibiq; te pſallere, & ibi manducare nuſquam egreſſurum, quod & fecit. Ingreſſus ergo Smaragdus cellam, ſolitarius ibi manebat, non inde egrediens, ſed vigiliis, orationibus, & ieiuniis vacans, ita vt miraretur magiſter eius Agapitus, & referebat fratribus conſtantiam eius.

Paſnutius autem pater eius cogitans: quid actum eſſet de filia ſua, multum cõtriſtabatur, quia vnica illi erat, & de vxore ſterili eam habuerat per ſuffragia & orationes monachorũ. Hoc enim à Deo petierat, vt ſibi hæredem daret, qui ſubſtantiam ſuam congruè diſpenſaret. Similiter & ſponſus eius veniens ad Paſnutium ſocerum ſuum, cum eo contriſtabatur dicens. Fortè aliquis ſeduxit eam, & cũ ea receſſit, Statim ergo mittuntur ſerui per totam Alexandriam, & Ægyptum ad requirendum eam monaſteria etiam puellarum ſcrutantes, & ſpeluncas eremi, & nuſquã inuenientes eam pater filiam, ſponſus ſpõſam quaſi mortuã plãgebãt. Pater autem non ferens dolorem ſuũ venit ad abbatem monaſterij, vbi filia erat, ſed ignota omnib. & procidit ad pedes eius, rogans & dicens. Ne ceſſes orare ad dominum, vt inueniatur fructus orationum tuarum. Neſcio enim aliquid actum ſit de filia mea Euphroſyna. Iuſſit abbas omnes fratres pro hac re oſtendere caritatem ad Paſnutium, orando pro inuentione filiæ ſuæ. Super quo omnes contriſtati ex cõpaſſione, ieiuniis & orationibus ſe magis dederunt. Ipſa autem orabat vt non manifeſtaretur in vita ſua. Itaque cum nulli reuelaretur aliquid de ea, ait abbas patri. Credo quòd bonã partẽ elegerit, & ideò nihil de illa reuelatur.

Altera die venientem ad monaſterium patrem videns abbas multum afflictum ait ei. Vis loqui cum vno fratre multum ſpirituali, qui venit de palatio Theodoſij? qui ait: Volo. Dixit ergo abbas Agapito, vt induceret eum in cellam Smaragdi. Cumque introductum Euphroſyna vidiſſet patrem ſuum, & cognouiſſet, tota lachrymis repleta eſt. Pater autem non cognoſcens eam, & propter mutationem habitus, & propter alterationem vultus ex abſtinentia & lachrimis, putauit luctum illum ex compunctione procedere, cooperuerat etiam cucullâ faciem ſuam, ne agnoſceretur. Facta ergo oratione conſederunt. Et cœpit Smaragdus loqui patri ſuo de futura beatitudine, & quod ad tantam gloriã non peruenitur: niſi per eleemoſynam & patientiam, & contemptu etiam ſæculi. Et quod non eſſent diligendi filij, plus quam Deus, nec patres plus eo, qui factor eſt omnium. Volens autem magis eum conſolari afflictum ait. Si filia tua eſſet in perditione, Deus hoc reuelaſſet. Potens eſt autem Deus adhuc in hoc ſæculo tibi manifeſtare, tu tãtũ age Deo gratias nihil deſperans, nã & ego à magiſtro meo Agapito dolorẽ tuum audiens & valdè compatiens Deum oraui, vt tibi ſufferentiam tribuat, & de te & de filia tua, quod expedit, adimpleat. Conſolatus ergo mirabiliter pater ex verbis eius dixit abbati Ædificata eſt anima mea à fratre iſto, & ita

ita lætus ſum effectus tanquam ſi inueniſſem filiam meam. Et reuerſus eſt domum.

Complens aũt Smaragdus triginta & octo annos in cella ſua decidit demum in infirmitatẽ grauem. Quod audiens Paſnutius acceſſit & viſitauit eum. Cœpitq; deoſculatus eum clamans & dicens. Heu me. Vbi ſunt verba tua dulcia, quibus mihi filiam meã videndam promittebas? Ecce non ſolum illam non video, ſed & te, a quo conſolabar amitto. Cui Smaragdus ait. Iam pone finẽ triſtitiæ. Recordare, quia Deus Iacob manifeſtauit Ioſeph patri ſuo, quem mortuũ putabat. Cúmque iam instaret dies dormitionis eius in domino, dixit patri. Quia Deus deſiderium meum impleuit, & vſque ad finẽ, vt viriliter decertando perduxit nolo me requirĩ ſolicitũ, filia tua Ephrosyna, ego enim ſum illa miſera, & tu es pater meus. Paſnutius, Ecce iam vidiſti me. Ecce ſatiſfactum eſt tibi, ſed nemo hoc ſciat & corpus meum nudari & lauari ab alio non permittas, ſed & per teipſum hoc facias. Et quia in ingreſſu meo promiſi abbati me multas poſſeſſiones habere, quas ſi perdurarem, in hoc monaſterium perducere poſſem, tu imple quod promiſi, & ora pro me. Quibus dictis tradidit ſpiritum. Quod cum audiſſet, & vidiſſet Paſnutius, commota ſunt viſcera eius, & cecidit quaſi mortuus. Accurrens Agapitus confortans leuauit eum a terra, Cœpitque ſurgens lamentari dicens. Heu me filia mea dulciſſima, quare ante non manifeſtaſti te mihi, vt ego tecum ſponte commorarer. Nunciata ſunt hæc abbati, & fratribus. Et mirantibus, & flentibus cunctis, ait abbas. Euphroſyna ſpõſa Chriſti, ne obliuiſcaris ſeruorum tuorum, ſed ora pro nobis ad Dominum Ieſum Chriſtum. Et cum honore multo corpus ſepulturæ traditum eſt. Vnus quoque ex monachis, qui oculum amiſerat, oſculans vultum eius viſum recepit. Pater autem in dicto monaſterio conuerſus factus, magnam partem ſubſtantiæ ei contulit, perque decennium laudabiliter ſuperuixit.

De Marina virgine ex vitis patrum.

§. X.

DE quadã alia dicta Marina legitur, quod pater eius ingreſſus monaſterium, poſtea etiam introduxit ipſam ſub nomine & habitu maſculi, vocans Marinum paruulum quam & docuit nemini hoc manifeſtare. Factus autem homo, & valdè deuotè, & obedienter ſe habẽdo mortuo patre ibat extra [monaſterium] ex iuſſu abbatis pro negotiis monaſterij aliquãdo hoſpitans in certo loco, vbi quidã erat hoſpes habẽs filiam. Quæ cum concepiſſet ex fornicatione cũ quodã [milite] parẽtes hoc aduertentes interrogauerunt, eã ex quo concepiſſet. Quæ falſo inculpauit fratrẽ Marinũ. Quod cum nunciaſſent abbati, interrogatus ab eo ſuper hoc ingemiſcens ait. Peccaui, pater pœnitentiam agam, ora pro me. Abbas autem poſt correctionẽ eiecit eum de monaſterio. Qui tamen non receſſit a ianua monaſterij iacens, & bucellam panis accipiens. Filiũ autem natum, ex illa, ablactatũ mater puellæ portauit ad monaſterium, vt ad eius pertinentem. Quem Marina virgo nutriebat de eo, quod ſibi dabatur à monachis Videntes autem abbas, & monachi humilitatẽ & patientiam Marinę, veniã dantes introduxerunt in monaſterium, omnia tamen viliſſima exercitia ei imponentes. Cum autẽ non poſt multos dies in domino obdormiſſet, ait abbas. Lauate corpus eius, ſed longe à monaſterio ſepelite. Lauantes autẽ eum vidiſſent fœminam eſſe, ipſi cum abbate ſuo lugebant, pœnitentiam agentes de laboribus ei iniuſte illatis. Eadémque hora puella illa quæ falſo eam accuſauerat, arrepta à dęmonio venit ad monaſterium confitens peccatum, & exprimens de quo conceperat, demum meritis illius ſanata eſt.

De S. Maria Aegyptiaca, de qua præter lib. vitæ pat. ſcripſit Sophronius Hieroſolymitanus cuius ſcriptum laudatur. Niceph. lib. 17. cap. & Sigeb. de viris illuſt. c. 69. Citatur lib. vita in Ni Syn. 2. act. 4. & à D. Ioan. Dam. extat apud Sur tom. 2. ſed longe accuratius fuſiuſque perſcripta.

§. XI.

DE ſãcta Maria Ægyptiaca, quę peccatrix appellatur ipſa quadraginta & ſeptem annis in eremo arctiſſimam vitam duxit, quod ſic ſcitum fuit. Quidam ſanctus abbas nomine Zozimas, dum Iordanem tranſfretaſſet, & eremum magnam peruagaretur, ſi forte aliquem ſanctum virum inueniret, vidit quandam perſonam ambulantem nudo corpore, nigro, atque incendio ſolis aduſto. Hæc autem erat Maria ægyptiaca. Statimque hæc fugam arripuit, & Zozimas poſt eã currere cœpit. Tunc illa ait. Abba Zozima, quid me perſequeris. Ignoſce mihi, quia non poſſum faciem meam ad te conuertere, eo quòd mulier ſum & nuda, ſed pallium tuum mihi porrige, vt poſſim ſine verecũdia te videre. Qui Zozimas ſe nominari audiens, ſtupefactus pallium tribuit, & in terram proſtratus, vt ſe benediceret, rogauit. Cui illa. Ad te pater inquit) magis benedictio ſpectat, quem ſacerdotij dignitas ornat. Ille autem vt audiuit, quod nomen & officium eius ſciret, magis admirabatur, & ſe benedici obnixius precabatur. Tunc illa: Benedictus Deus (ait) redemptor animarum noſtrarum. Cumque illa extenſis manibus oraret, vidit eam quaſi cubiti vnius ſpacio eleuari à terra. Tunc ſenex dubitare cœpit, ne fortè ſpiritus eſſet. Cui illa. Satiſfaciat tibi Deus quia me peccatricem mulierem ſpiritum immundum exiſtimaſti. Tunc Zozimas per Deum adiurauit eam, vt conditionem ſuam ei enarrare deberet. Cui illa. Ignoſce mihi abba: quia ſi conditionem meam enarrauero tibi, velut à ſerpente territus fugies: & aures à ſermonibus contaminabuntur, & aer ſordibus polluetur. Cumque ille vehementer inſtaret, inquit.

Ego pater in Ægyptum duodecimo ætatis meę anno in Alexandriam veni. Ibique ſeptem decim annis publicæ libidini me ſubieci nullique me penitus denegaui. Cum autem homines regionis illius pro adoranda ſancta cruce Hieroſolymam aſcenderent, rogaui nautas, vt me ſecũ proficiſci permitterent. Cum verò à me naulum requirerent: Non habeo fratres

Chriſtiani ad adorandã S. crucẽ Hieroſolymã pergunt.

A.C. 400. (dixi) naulum, ſed pro naulo habeatis corpus meum, ſicque me ſuſceperunt, & nauli grata corpus meum habuerunt. Cùm autem Hieroſolymam perueniſſem, & pro adoranda cruce vſque ad fores eccleſiæ perueniſſem cum aliis ſubitò & inuiſibiliter repulſam patior, nec intro intrare permittor. Iterum, atque iterum perueni vſque ad limẽ ianuæ, & ſubitò iniuriã patiebar repulſæ: cùm tamen omnes liberum haberent aditum, nec aliquod inuenirent impedimentum. Rediens igitur ad me, & cogitans, quòd hoc mihi ob ſcelerum meorum immanitatem accideret, pectus meum cœpi B manibus tundere, & à cordis intimo grauiter ſuſpirare, reſpiciénſque ibi imaginem beatæ Mariæ virginis vidi, Tunc ipſam lachrymabiliter exorare cœpi, vt veniam peccatorũ meorum impetraret, & ad adorandam ſanctam crucem me intrare permitteret, promittens me ſæculo renunciaturam, & deinceps caſte victuram. Cúmque hoc oraſſem, & in nomine virginis fiduciam, accepiſſem, fores eccleſiæ iterum adij & ſine aliquo impedimento eccleſiam intraui.

Eccleſiæ aditu arcetur.

C Cum autem ſanctam crucem deuotiſſimè adoraſſem, quidam mihi tres nummos tribuit de quibus tres panes emi. Audiuíque vocem dicentem mihi: Si Iordanem tranſieris, ſaluaberis. Iordanem igitur tranſiui, & in hoc deſertum veni, vbi quadraginta ſeptem annis mãſi nullum penitus hominem videns. Illi autem tres panes, quos mecum detuli, inſtar lapidis per tempora duruerunt. Et ſeptendecim anni, ex iis comedendo ſuffecerunt. Veſtimenta autem mea iamdiu putrefacta ſunt. decem & ſeptem annis in hoc deſerto à tentationibus carnis moleſtata fui, ſed nunc per dei gratiam D omnes vici. Ecce omnia opera mea narraui tibi, & rogo vt pro me ad dominum preces fundas. Tunc ſenex in terram proſtratus, in famula ſua benedixit dominum. Cui illa: Obſecro te, vt in die cœnæ dominicæ ad Iordanem redeas, & corpus domini tecum feras. Ego autem ibi tibi occurram, & de manu tua ſacrum Chriſti corpus accipiam. Nam à die, qua huc veni, communionem domini non accepi. Rediens igitur ſenex ad monaſterium reuoluto anno dum dies dominicæ cœnæ appropinquaret, tulit corpus Dominicum, & vſque ad ripã Iordanis veniens ex alia ripa mulierem ſtantẽ inuenit, quæ ſuper aquas facto crucis ſignaculo iuit, & ad ſenem vſque peruenit. Quod vi- E dens ſenex obſtupuit, & ad pedes eius ſe humiliter proſtrauit. Cui illa. Vide ne feceris, cũ ſacramenta diuina penes te habeas, & ſacerdotis dignitate refulgeas. Sed obſecro te, vt ſequenti anno ad me pater redire digneris. Tunc illa facto ſigno crucis ſuper Iordanis aquas iuit, & eremi ſolitudinem petiit.

Senex verò ad ſuum monaſterium rediens ſequenti anno ad locum, in quo primum ſecum locuta fuerat, venit, & eam ibi expiraſſe reperit. Qui lachrymari cœpit & ipſam tãgere F non præſumpſit, dixitq́ue intra ſe: Ego quidem corpuſculum ſanctæ ſepelire volebam, ſed timeo, ne ſibi diſpliceat. Hoc eo cogitante vidit ſupra caput ſanctæ in terra literas ſcriptas hæc continẽtes. Sepeli Zozima corpuſculũ Mariæ,

Sanctis viris ſepultura curæ eſt.

A redde terræ puluerẽ ſuũ, & ora pro me ad Deũ, A.C. 400. ad cuius præceptũ quinto Idus Aprilis reliqui hoc ſæculũ. Et tunc ſenex pro certo cognouit, quòd mox, vt Domini ſacramenta accepit de manu eius, & ad deſertum rediit, vitam finiuit. Illudq; deſertũ, quod vix Zozimas per ſpaciũ triginta dierum ambulauerat, ipſa in vna hora pertexit, & ad dominum migrauit. Cúmque ſenex in terram fodere vellet, ſed nequiret, vidẽs leonem ad ſe venientem quieuit, dixitq́ue illi. Sancta hæc mulier iuſſit ſepeliri corpus ſuum, & ego cum ſim ſenex fodere non poſſũ, nec a- B ptũ ad hoc habeo ferramentum, tu ergo terrã fode: vt poſſimus corpus huius ſanctiſſimum ſepelire. Tunc leo fodere cœpit, & aptam foueam præparauit. Quo peracto, leo vt agnus manſuetus abiit, & ſenex ad ſuum monaſterius reuerſus eſt, glorificans deum, narrans quę inuenerat.

De Ioanne Monacho ex Pall. vit. 43. & Vin. li. 17. c. 84.

§. XII.

C FVit & Ioannes quidam carpentarius, vt refert Vinc. ſpe. hiſto. lib. xviij. Qui ſæculo renuncians per quinque annos in diuerſis monaſteriis degens, tandem in lycum montem ſolus ſe contulit. Ibique cum iam triginta annos compleſſet incluſus, gratiam prophetiæ promeruit: nã & Imperatori Theodoſio ventura prę dixit, primo quidem de Maximo tyranno, quòd eſſet eum ſuperaturus, & ex Galliarum partibus reuerſurus. Poſtea verò de Eugenio, quòd eum eſſet victurus, ſed ibidem a vitã finiturus. De hoc ergo apud omnes grandis D fama erat, propter quod Theodoſius honore prophetali ipſum honorare conſueuerat. Et ego igitur virtutem eius agnoſcere cupiens, illuc pertexi octodecim dierum itinere confecto, partim ambulando, partim nauigando. Poſt primam autem ſalutationem ait mihi per interpretem, vnde es, & cur huc veniſti? vnum te eſſe cognoſco de ſociis Euagrij, quod & ego annui. Interea dum loqueremur, pręſes illius prouinciæ nomine Alipius ingreditur, ad quẽ cum ille relicto, quem habebat mecum, ſermone ſe contuliſſet, paululum ab eis receſſi, & ieiunus ſteti. Prolixas autem illorum confabulationes grauiter ferens, illum ſenem intra me arguebam, quod meo ſermone contempto il- E lum potius honoraſſet. Cum ergo eodem ſpreto recedere cogitabam, vocauit Theodorum interpretem ſuum, & ait. Dic fratri illi, Noli eſſe puſillanimis, quia iam nunc tecum loquar. Et hoc igitur eum hominem ſpiritualem eſſe, & occulta præuidere cognoui, & ideo magis cœpi eum orari.

Egreſſo verò mox præſide vocauit me, quem ſic allocutus eſt. Cur inquit animam tuam mei reprehenſione læſiſti? Cur in tuis ſenſibus cogitaſti, quod in me nõ recognoſco, Matt. 9. F nec mores tuos decere ſcio? an ignoras ſcriptũ

Au… Ruf… 54 c.

a Ioannes dicebat Chriſtianiſſimum imperatorem Theodoſium morte ſua moriturum, Pallad. Dę eius autem morte vide ſuprà tit. 9. cap. 10. ante. §. 1.

eſſe,

A.C. 400. eſſe,non ſanos,ſed malè habentes egere medico.Tu quidem me cum velis,&ego te inuenire poſſum,& ſi forſitan ex me nullum,ex aliis tamen fratribus patribuſque aliquod poteris habere ſolatium. Iſte verò totus ex ſæcularibus rebus poteſtati diabolicæ deditus,vix ad horam reſpirare potuit, & nunc tentatus venit, ſicut ſeruus auſterum fugiens dominum ſuum, vt hic inueniret ſalutis auxilium. Inconſulta igitur & importuna res fieret, ſi illo relicto tecum morarer:qui ſalutis tuæ commodis conſueuiſti vacare iugiter. Tunc ego magnopere deprecatus ſum illum, vt pro me dignaretur orare, quoniam hoc mihi certiſſimè perſuaſit virum eum ſpiritualem eſſe.Ille verò iam lætior,in ſiniſtra facie leuiter me percuſſit dicens:Multæ tribulationes te manent:& epiſcopus futurus es,plurimúmque laborum habiturus. Pias autem, & quaſi rationabiles occaſiones afferens tibi, dæmon te ventilare tentat,ſuggerens,& patris deſiderium, fratris ſororiſque conuerſionem. Ego verò tibi renuncio,vtróſque ſaluos eſſe cognoſce.Renunciauerunt enim ambo ſæcularibus rebus, & pater tuus alios ſeptem annos eſt victurus. Inſiſte igitur,& in deſertis locis,vt cœpiſti viue, nec parentum tuorum cauſa feſtines ad patriam redire:quia nemo mittens manum ſuam ad aratrum,& reſpiciẽs retro,aptus eſt regno Dei. (Luc. 9.) Deniq; quadraginta & octo annos ſe habitaſſe in cella illa dicebat,affirmans ſe nullius vnquam fœminæ vultum vidiſſe, nec ſe edentem aut bibentem ab altero viſum fuiſſe.

Colitur ... Martij.

De Serapione Sindonite ex Pall. vit. 83. & Vinc. c. 85.

§. XIII.

Serapion, qui & Sindonites vocabatur: quia veſte non alia quam ſindone vtebatur,& etiam impaſſibilis vocabatur,quia nullum poſſidendi deſiderium patiebatur, ex abſtinentia nimia omnium rerum, & iugi meditatione diuinorum librorum vnius cellulæ quiete non poterat eſſe contentus, ſed per diuerſa trahebatur cor eius. De hoc referebant ſancti patres quod in quodam oppido viginti ſolidorũ pretio ſe paganis diſtraxerit,& in eorum ſeruiture permanſerit:ita vt eis pedes lauaret,donec eos chriſtianos efficeret,&à ludis theatralibus ſepararet. Nullúmque cibum niſi panem,& aquã ſumere conſueuerat, nec diuinas ſcripturas legere ceſſabat. Illis autem ad piam & caſtam vitam conuerſis cum ei libertatẽ offerrent,dicentes,quia per ipſum à turpi ſeruitio liberati eſſẽt viginti ſolidos,quos pro ſe acceperat,&apud ſe ſeruauerat:reddidit eis, dicens: quia per me Deus in vobis impleuit, quod volebam.Nunc autem aurum,quod pro me dediſtis,recipite:vt alios quoque: quibus ſubuenire poſſim reperiam. Cúmque rogatus acquieſcere nollet,vt cum eis tanquam pater eorum & dominus remaneret.Dabis ergo,inquiunt) aurum iſtud aliis pauperibus, quod nos velut arras quaſdam pro ſalute noſtra dediſſe cognouimus:at ille: Date(ait)vos,ego enim alienas pecunias non do. Saltem (inquiunt) hoc precamur, vt vel poſt anni circulum Athenis nos requiras.

(... vẽdidit ... nimis vt ... lucri ... faceret.)

Itaque ſeruus Chriſti peregrinando frequẽter ad Helladẽ venit, ac per triduum moratus Athenis à nullo panem,quo veſceretur, accepit.Neque verò pecuniam habebat,nec peram vel pellẽ ouillã,ideſt, meloten vel aliud quicquam ſecum,præter ſindonem, qua erat amictus,ferebat.Cum ergo ieiunus vſque ad quartam diem perueniſſet, eſurire fortiter cœpit. Nihil enim peius illo ieiunio,quod extorquetur inuito, ex cuius neceſſitate ſæpè etiam perfidia procedit. Stetit ergo ſuper colliculum vrbis,vbi primates eiuſdem oppidi conſilium habere conſueuerant. Et illic manus ſuas percutiendo, vim ſe maximam pati clamabat dicens:Athenienſes viri ſuccurrite. Concurrentes itaque ſimul omnes palliis, vel birris induti,quæſierunt,vnde veniſſet vel quid pati ſe diceret.Ille reſpondit.Genere ſum Aegyptius,cõuerſatione monachus.Et quo autem de patria mea vera diſceſſi in trium fœneratorum manus incurri quorum duo quidem quoquo modo debitum ſoluens potui euadere,tertius autem adhuc retinet me,nec habeo, quomodo illi ſatiſfacere poſſim.Illis autem requirentibus quis eſſet ille,vel vbi degeret, qui ei moleſtus eſſet, & in omnibus adiutores ſe pollicentibus,ſi hos eis indicaret,ait.Cupiditas pecuniç deſiderium voluptatis, & voracitas ventris. Hi tres ſemper mihi moleſti fuerunt à principio iuuentutis, ex quibus iam duobus me ſatiſfeciſſe video: nec vltra mihi moleſti ſunt. Tertium verò ferre non poſſum. Cum enim quarto die iam ex neceſſitate ieiunem, vrget me ſeueriſſimus fœnerator exigens debitum, & niſi reddiderim,mortem minatur.Tunc quidam Philoſophorum obtulerunt ei ſolidum vnum.Quo ille ſumpto,& cuidam, qui panes vendebat dato,vnoque tantum pane ab eo ſuſcepto mox ab vrbe profectus eſt,& nunquam poſtea reuerſus.

A.C. 400.

Ieiunium non ſponta neum grauiſſimum.

Vt autem circa Lacedæmonis loca veniens vnum illic de primoribus vrbis bonum in cæteris rebus virum manichæum omnéſque de domo Manichæos eſſe cognouit, iuxta ſuperius exemplum ſe vendidit,& intra duos annos ab execrabili ſecta tã ipſum quã coniugẽ ei°,totãq; familiã abſtractos eccleſiæ tradidit.

Item Manichæos ſe addicit.

De Pachomio ſeu potius Pachono Scythiotico Pall. vit. 29. & Vinc. lib. 17. cap. 79.

CAPVT II.

De ſancto Pachomio [a] Scythiotico*, ſic ait Heraclides, vt refert Vin. ſpe. hiſt. li. xviij. Ego cũ aliquãdo graui carnis tentatione vrgerer nihil de hoc vicinis meis, nec Euagrio magiſtro meo patefeci,ſed occultè ad interiora deſerti perexi, ibique Pachomiũ ſeptuagenarium

a Quæ hoc in loco narrantur, non celeberrimo illi monachorum duci Pachomio, ſed Pachnio cuidam ſunt tribuenda: fuerunt enim duo monachi quorum vnus Pachon,de quo hæc ſcribit Pallad. vita 29.& Niceph. lib. 11. cap. 36. & alter Pachomius de quo §. ſequenti ex Pallad.& aliis,quos citabimus.

* Eloquiũ vocat Pall.

A. C. 400. in loco Scythiæ prope palmam inter cæteros monachos temerè reperiens, anxietatem meã ei retuli qui dixit mihi. Non ſit tibi noua res iſta, quã pateris. Nam quòd non ex negligẽtia vel deſidia mentis in eam incurreris, teſtimonium tibi præbent, & natura locorum, & inopia omniũ rerum, & abſentia fœminarum, ſed magis iſta tentatione laboras propter ſtudium ac deſideriũ caſtitatis. Nã aliqoando caro noſtra, ſi fuerit nimis ſana laſciuit, aliquando ex cogitationibus variis morbos iſte procedit. Interdum verò dæmon nobis inuidens contra nos preliatur. Nam & ego, vt vides admodum ſenex, per quadraginta annos in hac cella degens, maximamque ſalutis propriæ curam agẽs huiuſmodi tentatione ſolicitor vſque ad præſens. Certè per annos duodecim poſt quinquageſimum, nunquam die vel nocte hic mothus receſſit à me, ita vt me priuatum auxilio Dei ſuſpicareris.

Tres cauſæ libidinoſarum cogitationum.

Malens tamen tunc qoadam irrationabili morte deficere, quam tali obſcœnitati corporis ſuccumbere, ſolitudines perагrans, in ſpeluncam me feræ cuiuſdam nudum proieci, vt ab egredientibus inde beſtiis deuorarer. Cum que ſic ad veſperam vſque iacuiſſem, leones maſculus & fœmina exeuntes odore ducente ad me peruenerunt, & à capite vſque ad pedes lingua blandiente me lambuerunt, ſicque illæſum reliquerunt. Cogitans igitur, & credens, quod Deus pepercıſſet mihi, mox ad cellam redij. Dæmon autem, paucis diebus quieuit, ſed rurſus mihi vehementius quàm ſolebat incubuit, vt penè me cogeret blaſphemare. Transfiguratus eſt enim in puellam quamdam, quam in iuuentute mea vidiſſe me memineram tempore meſſium calamos colligentem. Quæ ſubitò ſupra genua mea ſedens adeo me per omnia membra commouit, vt penè mecum ipſam coiſſe putarem. Iratus igitur dextera mea percuſſi eam, ſtatimque euanuit, & certe per totum biennium fœtorem manus, qua eam percuſſeram, ferre non valebam. Anxius igitur & deſperans ad deſerta vagabundus perrexi, repertámque modicam aſpidem manu tenens genitalibus membris appoſui, vt vel morſus eius mortem mihi afferret, caput etiam ſerpentis confricando conterens in veretris, tamquã ex eis tẽtationis cauſa mihi procederet. Et nec ſic me momordit, gratia diuina, ſicut credo, prouidente. Tunc itaque vocem hanc ad me deſcendentem audiui. Vade Pachomi, inſiſte agoni tuo. Ob hoc enim dimiſi te dæmonis virtute ſuperari, ne fortior eo quaſi ſuperbires ſed infirmitatem tuam agnoſcens ad diuina auxilia confugeres. Sic igitur ad propria ſecreta remeans, de cætero cum fiducia ſedi, pacatiſque ſenſibus vixi. Hoſtiſque meus, vt ſe contemptum vidit, omnino confuſus abſceſſit.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni. Ouid.

De Pachomio Tabenneſiotarum monachorum duce ex Pallad. vita 38. & Vinc. lib. 17. cap. 82. de eo etiam fuſe ſcribunt Metaph. apud Sur. to. 3. lib. vitæ patrum. Trip. l. 8. c. 1. Niceph. lib. 9. c. 14.

§. I.

IN Thebaide prouincia Tabenneſis dicitur locus in quo fuit Pachomius vir iuſtus, vt refert Vinc. vbi ſuprà ex dictis Heraclidis. Hic fuit totus deo deditus, in tantum vt per diuinam gratiam & noſceret futura, & viſione frueretur angelica. Hic perfectè miſericors & humanus fuit, & ineffabili fratres amore dilexit. Ad hunc igitur in ſpelunca ſedentem venit angelus domini dicens ei, Per omnia, quæ ad propoſitũ tuum pertinent, perfectus es: vnde iã in ſpelunca ſuperflue ſedes. veni igitur, & omnes iuniores monachos collige eoſq; iuxta regulam vitę quam à me diſces, inſtitue. Tabulamque æreas illi dedit, in quibus ſcriptum erat. Diuerſas intra domus atrium cellulas facies, ternoſque per ſingulas manere præcipies. In vno tamen loco cibus omnium fiat, nec ieiunare, nec manducare quemquã prohibebis. Fortioribus tamẽ & magis edentibus grauius opus iniunges. Somnum verò non iacentes capiant, ſed ſuper inſtructas & paululum reclines cathedras, palliis ſuis velatas, ſedentes quieſcant. Pellibus caprinis tegantur, quas nec propter cibum, nec propter ſomnum capiendum deponant, ſed tantum quando ad cõmunionem ingrediuntur. Tunc vnuſquiſque cingulũ ſuum ſoluat pellemque deponat, & cum cucullo tantum accedat. Si quis alterius regulę peregrinus aduenerit, non edat cum eis, nec bibat, nec in mãſionem eorum introducatur, niſi forte in via eis adiunctus fuerit.

A. C. 402.

Quicunque verò cum eis ad permanendũ intrare voluerit, non eum in loca monaſterij ſecretiora recipias, niſi triennium totum laborioſũ opus duriúſque perficiẽs impleuerit. Edentes cucullis capita ſua velent, ne alter alterum reſpiciat manducantem, ſed ſolum catinum vel menſam, nec loqui cuiquam liceat, dum manducat.

Porro viginti quatuor eſſe fratrum ordines inſtituit. Et vnicuique literam græcam, qua tãquam proprio ſig[illegible] vel vocabulo denoſceretur, ſuo perpoſuit. Hoc etiã ordinauit, & iuſſit, vt orationes duodecim per totum diem, & in veſpere totidẽ ad lumen facerent, & in nocturnis quoque vigiliis totidem preces effunderent. Tunc ſanctus Pachomius ait angelo. Parũ hoc eſt. At ille. Ideo (inquit) has paucas fieri præcepi, vt & iuniores implere ſine triſtitia poſſint ſibi impoſitam regulam viuendi. Qui verò firmiores & perfectiores ſunt, non illis neceſſe eſt aliena regula conſtringi, qui vitam ſuam totã viſioni & cultui Dei penitus dederunt. His itaque diſpoſitis, diſceſſit angelus ab eo. Plurima igitur monaſteria ſunt: in quibus pluſquã ſeptẽ millia virorum inſtituta iſta ſequuntur. Sed illud, in quo Pachomius ipſe degebat, maximum & primum habetur, ex quo cætera proceſſiſſe videntur. Obiit autem hic anno Arcadij & Honorij nono. centeſimum & decimum annum habens vitæ ſuæ, vt ait Sigebertus.

Hic autem Pachomius, vt refert Vincen. ſpe. hiſto. li. xix. ex geſtis eius, docuit monachos regulam viuendi, vt dictum eſt, quam angelo dictante didicerat. Hic præcepit piſtoribus, cum ſacras oblationes coquerent, ſalutaria meditarentur nihil vani loquentes. Quod præceptum cùm in monaſterio Tabenneſi quidam vice violaretur, ſtatim diuinitus Pachomio reuelatum eſt. Qui protinus Theodorum mitteus,

De Pachomio terrã ex Vinc. 18. ca. 47.

A. C. 400.

Dæmon apparet S. Pachomio.

mittens, negligentiam hanc emendari fecit, tan- A quam diuini præcepti tranſgreſſionem.

Eidem Pachomio apparuit diabolus in ſpecie mulieris pulcherrimæ: quam ille cernens & ſciens phantaſiam eſſe: orabat multum vt euaneſceret. Cui illa propius adſtãs ait. Quid ſuperfluè laboras: poteſtatem accepi à domino tentare, quos volo. Ad quam ſanctus. Quis es? Et illa. Ego ſum virtus diaboli, & caligine voluptatis mortiferæ mortales inuoluo: ſed tuis vel tibi propter Chriſtum, qui humanatus eſt, appropinquare non poſſum. Sed nunquid ita ſemper erit? Veniet tempus poſt obitum B tuum, quando prout libuerit debacchabor inter eos, quos nunc orationibus tuis munis. Tunc ſanctus. Et qui ſcis, an meliores tunc erunt: qui eos corroborent? Nam tu præſcire nihil omnino præuales, quod eſt ſolius Dei. At illa. Plura tum futura ea præcedentibus cognoſco. Cui ſanctus. Et quomodo? Tunc illa.

Dæmon quomodo futura cõiiciat.

Omnis rei principium tendit ad augmentum prius: deinde ad detrimentum vergit, ſic & in hac veſtra profeſſione, vt conijcio, fiet. Nam inter initia ſua ſignis & virtutibus roborata ſuccreuit. Cum autem ſeneſcere cœ- C perit, aut temporis diuturnitate labeſcens, aut negligentia temporis deficiens, ab incrementis propriis minuetur. Poſt hæc Pachomius inſtanter orabat, vt ſibi dominus reuelaret: quis ſtatus monachorum futurus eſſet poſt ſe. Qui per viſionem ad ſe factam edoctus eſt, quòd monaſteria quidem multipliciter dilatarentur, & nonnulli piè & continenter viuerent, plurimi verò negligerent, ſuamque ſalutem perderent, maximè verò per negligentiã præpoſitorum: quibus primatum tenentibus ambitioſa lite, quis eorum præeſſet, contende- D rent, & reprobabuntur boni præpoſiti, & mali eligentur. Et tunc penè omnia, quæ diuinis regulis ſubnixa ſunt, humanis commutabuntur illecebris. Tunc Pachomius exclamans ait ad dominum. Heu me, quia fruſtrà laboraui. Si enim tam peruerſi erunt qui futuri ſunt præpoſiti, eorum ſubditi quales erunt? Tunc apparuit ei in mirabili fulgore quædam imago ſpineam coronam portans dicens ei. Confortare Pachomi: quia poſteritas tua vſque in finem non deficiet, & quiſquis inter eos, qui futuri ſunt, piè & continenter vixerit, amen dico ti- E bi requiem ſortietur.

De Euagrio Pall. vit. 86. & Vinc. lib. 17. cap. 86. Meminit eiuſdem D. Hieron aduerſus Pelagianos ad Teſiph. tom. 2. Nic. lib. 11. c. 42. Trip. l. 8. c. 1.

§. II.

DE ſancto Euagrio refert Vincen. ſpe. hiſto. lib. xviij. q primum ordinatus eſt le- F ctor à ſancto Baſilio, poſtea diaconus à beato Gregorio Nyſſeno. Hic quidẽ in ſeculari vita tentatus, tandem beatæ Melaniæ ſtudio veſte mutata ad AEgyptiacum Nitriæ montem profectus biennium ibi degens impleuit. Tertio autem anno ad interiores ſolitudines pergens quatuordecim annis in abſtinentia vixit, panis & olei modicum ſumens, qui A prius inter copias magnas delicioſam ſemper vitam tenuerat.

A. C. 400.

Huic fortiter ſpiritus fornicationis ſemper incubuit. Vnde ſicut nobis ipſe referebat, per totam noctem in hyeme nudus in puteo ſtabat, vt gelu quoque carnes eius conſtringerentur. Aliquando etiam ſpiritus blaſphemiæ cœpit eum vrgere, & ad ſacrilega contra Deum verba compellere, propter quod diebus quadraginta iugiter ſine tecto fuit [ita vt corpus eius non ſecus ferarum animantium ſcateret muſcis &] per totum corpus eius papulæ B quædam exirent. Tam vehementer dæmones expertus eſt, quòd per innumeras vices ab eis verberatus eſt.

Tentamenta dæmonum grauia.

Quadam die tres ſimul ei dæmones in ſpecie clericorum adſtiterunt, de fide cum eo tractare cupientes, ex quibus vnus Arianum, alius Eunomianum, tertius Appolinariſtam ſe eſſe dixit. Quos omnes ille ſapienter ac breuiter diſſerendo ſuperauit. Idem cum claues eccleſiæ periiſſent inuocato Chriſti nomine illã oſtij partem, vnde clauis erat ſignauit, & manu fores pulſans aperuit. Cuidam quoque diſci- C pulorum omnia, quæ eis poſt octodecim annos eſſent ventura ſingillatim res ipſas prophetando prædixit. Cum verò quidam mortem patris ſui nunciaret, reſpondit. Quid blaſphemas ò homo immortalem: ego patrem meum neum noui. Dicebat autem ex quo ad ſolitudinem veni, non lactucam, aut aliquid viridè ego attigi: non poma, non carnea, non balnea vidi. Denique ſextodecimo inſtituti vitæ ſuæ annò, in quo nihil edebat quod coctum eſſet, cùm propter infirmitatem ſtomachi neceſſe eſſet, vt tale quid ſumeret, panem quidam nunquam D attigit, ſed olera, ptiſanam & lenticulam per biennium guſtans, ita de ſeculo exiuit. Circa ipſum vitæ ſuæ finem referebat, quod tertium vitæ annum ageret, ex quo carnali deſiderio liberatum eſſe ſe intelligeret. Et hic poſt talem ipſius vitam, poſt tantos labores, poſt illas tam iuges orationes, bonorum, & malorum ſpirituum differentias nouit, arteſque quibus dæmones ſubiugari poſſent oſtendit.

hoc dictũ habent quidem Trip. lib. 8. c. 1 & Nicep. l. 11. c. 43. ſed in certo monacho tribuunt.

Quidam nomine Innocentius preſbyter, cũ quo vixi (ait Heraclides) tribus annis: ſimpliciſſimus hominũ fuit. Qui cum olim ſub im- E peratore Conſtantino militaſſet, ſeculo renunciauit. Hic filium ſuum Paulum maledixit, eo quòd filiam cuiuſdam ſacerdotis corrupiſſet. Deprecatuſque eſt Deum dicens. Da illi domine talem ſpiritum, vt in carne ſua nunquam inueniat tempus ad peccandum. Rectius enim fore credebat, ſi cum atrocitate dæmonis, quã ſi cum impuritate corporeæ voluptatis certaret. Quod vt dixit, ita factum eſt: nam etiam vſque nunc idem Paulus ferreis cathenis vinctus in monte oliueti conſiſtit à dæmone vexatus. Hæc Heraclides.

F

De Fratre qui cum eo verſabatur. Pal. vit. 131. Vin. cap. 98.

§. II.

FRatrem quendã, qui mecũ ab initio iuuẽtutis vſq; hodie vixit (inquit Heraclides)

A. C. 400.

noui nullo deſidatio corporia cum comederet victum, & pro contemptu ſuo giarias Deo age re ſemper conſuetum. Pro vetis amicis etiam periculum ſubire copiebat millieſque & forte amplius dæmonum poreſtatem expertus erat. Vnde quadam die diabolus cum eo paciſci voluit dicens, Promitte mihi quod vel ſemel peccabis, & exibebo tibi fœminam, quamcunque volueris in hoc ſæculo, qui eum deſpexit. Alio tempora dæmon per quatuor noctes cum eo con fligens, pedibus ſuis eum de cella ſua trahebat, eiq́; humana voce dicebat. Noli Chriſtum adorare, & nunquam amplius accedam ad te. Cui ille. Propterea (inquit) eum adoro, & ſemper adorabo, quia angeris, & cruciaris, eo quod illud facio. Hic nullam fœminam eſt expertus, nec inter ſomnia, niſi in viſione certaminis & conflictus. Scio autem tet ab angelis etiam accepiſſe cibum.

Die verò quadam in vaſtiſſima ſolitudine cum nec micam quidem panis haberet, ſtetes in pelle ſuâ ouina reperit paximates. Alio quoq́; tempore vinum reperit pariter & panes. Frequenter cùm videret aliquos penuria laborare graui, multum flebat, eiſque præter corpus ſuū quicquid habere poterat dabat. De hoc itaque maxime gloriabor, quia mecum vixit, & talis fuit.

* Panes caſidos paksi aidios.

De Nathanaele Pal. vit 19. vinc. ca. 87.

Fuit & quidam alius nobiliſſimus agoniſta, ait Heraclides, & refert Vincen. vbi ſuprà Nathanael nomine, qui fraude dæmonis accidiā paſſus ea priori cella dicitur receſſiſſe, & aliā cuidam vico vicinam fabricaſſe: vbi cum habitare cœpiſſet, dæmon per noctem ad eum acceſſit in ſpecie carnificis figuratus, qui pannis obſitus ſordere deformiter, ſonitumque flagris facere videbatur. Ad quem vir ſanctus: Quiſnam es, inquit: qui talia in hoſpitio meo facere conaris? Reſpondit ille. Ego ſum, qui te ex priori cella fugaui: qui que nunc, vt ex hac etiam te expellerem, veni. Tunc ſanctus illuſum ſe videns à dæmone, ad habitaculū prius rediit. Ibique triginta ſeptem annos complens nunquam ex propoſito ſuo titubauit, nec ipſum quidem limen egrediens, cum dæmone, quem ſuperare volebat, contendens. Qui tantis eum machinationibus vexabat, vt quoquo modo cellam cogeret ut exire: quantas ſingillatim non poſſum referre. Inter hæc etiam captato ſeptem epiſcoporum aduentu, qui ad illum inuiſendum ſiue prouidentia Dei, ſiue tentatione dæmonū venerunt, cùm ipſos poſt orationem factam, ne vno quidem paſſu proſequeretur, & diaconi dicerent. Abba ſuperbam rem admodum facis, quod epiſcopos non deducis. Ille ait. Ego dños meos epiſcopos veneror, & omnē clerum honoro, ſed his & vniuerſo ſæculo mortuum me eſſe profiteor. Occultū propoſitum meum nouit Deus.

Altera vice dæmon contra eum alteram machinatur artem, ſitque ſubito quaſi puer paruulus annorum decem minans aſinum panes in ciſta ferentem. Qui cum in profunda nocte ad cellam eius veniſſet, aſinum in terram ruiſſe finxit, & clamans ait. Abba Nathanael miſerere mei, manumque porrige. Audienſque vocem pueri intra oſtium ſtabat, cuius partem recluſerat, dicens. Quis es? Puer (inquit) ſum

illius monachi, & panes ei porto, quia [illegible] agapem eſt facturus. Quæſo ergo ne me [illegible] deſpicias, & morſibus feratum tradas. At [illegible] ſanctus, vt vir æneus ſtabat, & anxius facta oratione ait. Credo puer in ipſo, cui ſermo, qui omni ſpiritui dominatur: quia ſi auxilio indiges, ipſe tibi præſtabit. Si vero res iſta tentatio eſt, aſpiciat dominus Deus, nec me ex ea lædi permittat. Dæmon itaque ad hoc victus, atque confuſus, in venti turbinem eſt reſolutus.

Has ſententias ex lib. vitæ patrum Vinc. lib. 16. c. 79. collegit. habentur etiam apud Pal. Niceph. & Trip. paſſim.

CAPVT XII

Documenta quædam & ſententiæ morales ex dictis diuerſorum ſanctorum patrum, quæ refert. Vincen. lib. 16. ſpecul. hiſtor. circa finē ad inſtructionem vitæ ſpiritualis.

Abbas Ioannes cùm moreretur, interrogatus à fratribus vt aliquid eis compendioſum tanquam hæreditarium diceret, ingemiſcens ait. Nunquam feci propriam voluntatem meā, nec aliquem docui, quod prius non fecerim.

Silois abbatis dicta.

Dixit Abbas Siſoi. Eſto contemptibilis, & voluntatem tuam, & curas ſæculares abiice poſt tergum, & requiem habebis. Idem ait. Nō habeas amicitiam cum muliere neque cum puero, neque cum hæreticis. Interrogatus ſenex: Quomodo inueniā Deum, vtrum in ieiunio: an in labore, an in vigiliis, an in miſericordia, reſpondit. In his, & in diſcretione. Dico enim tibi quòd multi afflixerunt carnem ſuā, & quia ſine diſcretione fuerūt, abierunt vacui. Os noſtrum ieiunio fetet, & ſcripturas omnes didicimus, & quod Deus inquirit non habemus humilitatem ſcilicet & caritatem.

Interrogauit quidam frater abbatem Agathonem dicens. Volo in congregatione manere cum fratribus, quomodo habitabo cum ipſis: Reſpondit: Qualis prima die ingrediens, talis etiam reliquos dies peragas cum humilitate.

Dixit quidam ſenex: debet monachus quotidie mane & ſero intra ſemetipſum ſolicitè loquirere: quid per totam diem fecerit eorum: quæ vult deus, vel quæ non.

Abbas Luc. [illegible]

Dixit abbas Lucius. Et laboro ſimul & oro, dicens in laborando. Miſerere mei deus. Et dormio & oro ſimul: dans eleemoſynam pauperi de labore meo, qui orat pro me quando dormio.

Quidam ductus eſt ad Arſenium, & ſenex more ſolito poſt orationem tacuit. Poſtea idē ductus eſt ad abbatem Muyſen ex latrone conuerſum: qui benignè eum ſuſcepit, & allocutus eſt, & orauit frater ad dominum dicens. Domine vnus iſtorum propter nomen tuum omnes homines videre fugit. alter verò propter nomen tuum omnibus cōmunis eſt, quaſi quærēs vter melius faceret. Et oſtenſæ ſunt duæ naues pꝰ fluuiū, in quarū vna nauigabat Arſe-

Inter Arſenium & Moyſen differentia.

nius

nı* cũ ſilẽtio & requie, in altera Moyſes in cui* ore angeli ſauu mellis & in dentibus eius mãna influebant. Quidam frater habens euangelium vendidit illud dicens: Ipſum verbum vendidi, quod iubet: vende omnia quæ habes & da pauperibus.

Quidam nobilis abrenuncians ſeculo panca tamen ſibi reſeruans: venit ad Baſilium. Qui hoc audiens ait illi. Et ſenator eſſe deſtitiſti & monachum non te feciſti.

Quidam rogauit ſenem, vt pecuniam: reciperet in neceſſitates ſuas qui cum noluiſſet, dixit ei. Accipe in vſu pauperum. Cui ſenex: Duplex tunc mihi eſt opprobrium: quia cum non indigeam, accipio: & aliena tribuẽs, vanam gloriam colligo.

Obtulit quidam ſeni pecuniam: quia ſenex leproſus & infirmus erat: qui nolens ait: Poſt ſeptuaginta annos venis mihi auferre nutritorem meum.

ibid.

Anaſtaſius quidam habebat codicem ſolidorum octodecim: continebat enim teſtamẽtum nouum & vetus, & erat poſitus in eccleſia: vt qui vellet legeret. Quem cum quidam furatus eſſet, expoſuit ad vendendum. Emptor autem dixit ei, vt dimitteret eum ſibi, vt poſſet eum alteri oſtendere ſuper qualitate libri & ſi tantum valeret, qui caſu oſtendit illum dicto Anaſtaſio, qui ait. Eme illum: quia bonus eſt & tantum valet. Quod cum retuliſſet venditori: compunctus ille retulit ipſum Anaſtaſio, qui nolebat eum recipere, cum ſciret eſſe ſuum, ſed coegit eum fur, vt reciperet, quod ſuum erat.

Anaſtaſij ... mira ... ex ... pat.pa ... §.29.

Arſenius dedit monacho ſuo aurum, & nũmos, & quicquid volebat, dummodo non furaretur. Ille autẽ non continens ſe, iuſſus eſt à ſenib. expelli dicentib. Frater infirmitatẽ carnis patiens ſuſtinendus eſt. Qui autem furatur & admonitus non quieſcit, expellendus eſt. Cuidam ridenti dixit ſenex. Coram cœlo & terra rationem reddituri ſumus totius vitæ noſtræ: & tu rides: Quemadmodum vmbram corporum noſtrorum vbiq; circũferimus nobiſcum, ſic debemus fletum & compunctionem nobiſcum habere, vbicunque fuerimus.

Quales quantæque inter homines turba exiſtant, & quanta in ſolitudine ſit tranquillitas Vin.li.eo.c.83. ex lib. de quiete in vita Pat.

§. I.

NArrauit quidam: vt refert Vincen ſpecu. hiſt.li.xvj. quod tres ſtudioſi, ſeſe diligentes monachi facti ſunt. Quorum vnus elegit litigantes in pacem reducere, ſecundus infirmos viſitare, tertius in ſolitudine quieſcere. Primus ergo laborans propter lites hominum non poterat omnes placare. Et tædio victus venit ad ſecundum & etiam inuenit eum animo deficientem, & non valentem mandatum perficere. Et concordantes hi duo venerunt ad tertium narranteſque tribulationes ſuas, rogauerunt eum, vt diceret, quid ipſe profecerit. Qui paululum tacens, miſit aquam in ſcyphum: & ait. Attendite in aquam: & turbulenta erat & poſt modicum ait. Attendite, quo modo facta eſt limpida aqua. Et cum intenderent in aquam vident in ea tanquam in ſpeculo vultus ſuos. Tunc dixit eis. Sic eſt, qui

A in medio hominum conſiſtit. A turba enim non videt peccata ſua cum autem quieuerit, & maximè in ſolitudine, tunc delicta ſua cõſpicit. A. C. 400.

Duo fratres impugnati à ſpiritu fornicationis, abierunt & acceperunt vxores. Poſtea abiit vnus ad alterum dicens. Quid lucrati fuimus in hac immunditia ex qua pœna ſequitur & damnatio æterna & vitam angelorum deſeruimus. Redeamus ergo ad eremum. Reuerſi ergo ſunt ad ſenes, qui eos per annum integrum occluſerunt, recipientes panem ad penſum æqualiter. Et anno reuoluto egreſſi

Pœnitentia duorum fratrũ, qui laſerãt fornicatione ex li. contra fornic. in vit. pat par. 2.

B ſunt & viſi habere vnus eorum faciem pallidam & macilentam: alter verò faciem pulchram & corpulentam. Et quærentibus patribus à primo cauſam palloris reſpondit. Credo hanc eſſe cauſam: quia tempore iſto frequenter meditatus ſum acerbitatem gehennæ mihi debitæ propter ſcelera mea, niſi pœnitentiam agam: & iſta meditatio ita me decolorauit ex triſtitia & timore. Alterius verò quærentibus cauſam tam pulchri coloris in facie, cum alter econtra ita pallidus eſſet, & idẽ fuiſſet cibus vtriuſq;. Reſpondit. In tempore iſto

C aſſiduè recordatus ſum immenſi beneficij Dei mihi collati, & ſuę dilectionis erga me. quia me eduxit de luto fæcis & de profundo inferni, & in hoc gauiſus ſum & lætatus. Et declarauerũt patres æqualem fuiſſe eorum pœnitentiam, & pariter Deo acceptam.

Aliquando plures fratres ſedentes ſimul conferebant de ſanctis ſcripturis & tunc ſtabant angeli Dei circa eos lætantes de domini eloquio. Cum autem aliud inter ſe loquerentur, ſtatim angeli ſancti recedebant longius, indignati contrà eos dæmones autem delectabantur ſuper eorum vana & ſuperflua

Fratres qui de reb. vanis loquentes angelos contriſtãt. ibid. §. 35.

D loquela. Beatus autem ſenior hæc videns abiit ad cellam ſuam, & per totam noctem gemendo deflebant miſerias noſtras & commonebat fratres per monaſteria dicens cohibete vos fratres à multiloquio, & ab otioſis ſermonibus.

Interrogauit quidam Abbatem Siſonum dicens. Quando lego in ſcripturis, vult cogitatio mea ſermonem ornare vt paratus ſim ad interrogata reſpondere. Cui dixit ſenex non eſt opus, ſed de puritate mentis magis prouide tibi. Abbatem Theodorum quidam tribus diebus interrogabat ſermonem.

E Quo nihil dicente, abiit triſtis. Interrogatus Theodorus, quare nihil ei reſpondiſſet, ait: quia negotiator eſt, & alienis verbis gloriatur. Dixit Abbas Pericius. Melius eſt manducare carnem & bibere vinum, quàm in obtrectatione comedere carnes fratrum. Quidam ſenex quadraginta diebus non bibit: quando autem fiebat cauma, lauabat fontculam, & impletam aqua appẽdebat ante oculos ſuos. Et interrogatus à fratribus, quare hoc faciebat, reſpondit. Vt videns, quod deſidero, maiorem ſuſtineam ardorem, & ſic maiorem

F à domino mercedẽ conſequar. Referebant fratres de quodã, ꝙ ita impugnabant eum dæmones, vt ſtatim hora diei prima tantã famẽ & defectionẽ corpori eius facerent, vt penitus ſuſtinere non poſſet. Verũtamen ille dicebat in corde ſuo, quia qualitercunq; oportet me vel vſq; ad tertiã horã expectare. Hora tertia idẽ dice-

A.C. 400.

bát. Etiam nunc violenter vſque ad ſextam oportet me ſuſtinere. Hora verò ſexta infundebat panem in aquam dicens. Dum hic infunderur, oportet me expectare nonam. Cumque hora nona veniſſet: ſecundum cõſuetudinem implebat orationes & pſalmodiam ſecundum regulam: & ponebat panem, vt comederet. Hoc ergo per plurimos dies ſuſtinuit. Quadã autem die cum hora nona ſediſſet, vt cibum caperet: vidit de ſportella, vbi panis, id eſt, paximatiate poſita erant, ſurrexiſſe fumum magnum, & egreſſus eſt per feneſtram cellulæ ſuæ, itaque ex illo die non eſurijt, ſed ita corroboratum eſt cor eius, vt nec poſt biduum delectaret eum cibum ſumere.

Quomodo ſit ieiunandum. ibid. §. 4.

§. II.

REquiſitus abbas Pœmen. quemadmodum oporteat ieiunare reſpondit. Ego volo monachum ita parum quotidie comedere: vt non ſatietur. Nam biduana & triduana ieiunia vanæ gloriæ vacant. Nam Sylnani diſcipulus antequam factus eſſet epiſcopus in Pharam mediocriter victitabat, factus autẽ epiſcopus arctiſſimè vixit. Dicebat enim: Si infirmitatem modo incurro, plurimi ſuccurrunt, tunc autem nemo ſuccurrebat.

Preſbyter in ciuitatẽ ſo.ũ epiſcopũ vidit. ex li. de cont

Preſbyter quidam cum viſitaſſet epiſcopum, interrogatus à fratribus, quomodo facta eſſet ciuitas illa, reſpondit: Credite mihi: quia nullius ibi faciẽ vidi, niſi tãtum epiſcopi. Theodotus factus diaconus in Scythia non acquieuit miniſtrare: & cum cogeretur à ſenib. petijt ſibi dari locum, & tempus orandi vt ei demonſtraret dominus, an deberet miniſtrare an nõ. Et oſtenſa eſt ei columna ignis à terra vſque in cœlum porrecta, & vox inſonuit dicens. Si potes fieri ſicut columna hæc vade & miniſtra, & vltra non acquieuit miniſtrare ad altare. Mothuis & frater eius ordinati presbyteri ab epiſcopo Gebalon nunquam conſenſerunt ſacrificare, ſed dicebat ſenex. Hoc officium eſt eorum, qui ſine quærela viuunt. Idem. Quantum appropinquat homo Deo tantum peccatorem ſe videt.

Abbas Siſoi dixit. Si haberem vnam cogitationem Antonij efficerer quaſi totus ignis: Idẽ. Non eſt magnũ, q̃ mens tua cũ Deo ſit, ſed hoc magnum eſt vt videas te ſub omni creatura. Idem ad puerum mortuum, quem pater eius ante cellã eius iactauerat, putans eũ agere pœnitentiam ait. Surge, foras vade & ſurgens ſtatim egreſſus eſt. Idem cum Abraham diſcipulus eius à diabolo vexaretur, ait Deus, vis nõ vis, nõ te dimitto niſi curaueris eum, & ſtatim curatus eſt. Hic in die mortis ſuæ reſplenduit in facie ſua ſicut ſol. Et aſſiſtentibus ait. Ecce Antonius abbas venit. Et paulo poſt. Ecce chorus prophetarum. Et iterum plus facies eius reſplenduit, & ait. Ecce chorus apoſtolorum venit. Et iterum in duplo, plus facies eius reſplenduit. Et loquebatur adſtantibus & dicebat. Ecce angeli venerunt accipere me, & rogo, vt dimittant me adhuc pœnitere modicũ. Et dicentibus adſtantibus. Abba non indiges pœnitentia. Reſpondit. Verè neſcio me initium incepiſſe pœnitentiæ. Et iterum facta eſt facies eius ſicut ſol, & ait: Ecce dominus venit dicens. Afferte mihi vas electionis eremi. Et repletus eſt totus locus fulgore & odore, eo reddente domino ſpiritum ſuum.

De ... ſene furi ... tieba...

Quidam frater veniens ad cellam ſenis cuiuſdam ingrediebatur, & furabatur victum illius. Cum autem videret ſenex, nõ illum arguebat, quem nouerat ſibi furari, ſed amplius operabatur dicens. Puto quod frater ille mihi eſt neceſſarius. Habebat enim grandem tribulationem ſenex ex penuria panis. Cùm autem moreretur, & circundarent eum fratres, videã eum, qui furari ſolebat panem ſuum, apprehendit manus eius & oſculatus eſt dicens. Gratias ago manibus iſtis fratres, quia per eas arbitror me intrare in regnum cœlorum. Ille autem ex hoc compũctus factus eſt, & ipſe ſtrenuus monachus ex actibus ſenis quos vidit.

Frater interrogabat Abbatem Siſoi dicens. Si latrones, aut barbari ſuper me irruerent, occidere me volentes & ego ſi præualere potuero, iubes me occidere eos? Cui reſpondit: Ne facias omnino, ſed totũ Deo te committe: quicquid enim aduerſi cõtigerit profitere hoc propter peccata tua euenire.

Quales erga admpugnatores nos eſſe debeamus. idem.

§. III.

DIcebat Abbas Pœmen. Si quis tibi malum fecerit, tu illi bonum redde vt per bonitatem vincas maliriam: & cum fratri cuidam aliquis iniuriaretur vel irrideret ipſe currebat ad eum dicens. Iſti ſunt, qui occaſionem nobis præbent ad profectum noſtrum: quoniam qui laudant & beatificant nos, ipſi nos decipiunt.

Abbas Hilarion cum viſitaſſet quemdam epiſcopum obtulit ei epiſcopus aliquid de auibus. Cui Abbas ait. Poſtquàm hunc habitum ſuſcepi: nunquàm comedi occiſum. Et dixit ei epiſcopus. Ex quo factus ſum epiſcopus, non dimiſi aliquem dormire, qui aliquid haberet aduerſum me, nec ego dormiui, habẽs aliquid aduerſus aliquem. Cui abbas: Ignoſce mihi pater: q̃a conuerſatio tua melior mea eſt.

Dixit quidam ſenex. Si quis tecum de ſcripturis, vel de alia quacunque cauſa loquutus fuerit non contendas cum eo: ſed ſi benè dicat, conſenti ei, ſi malè dic ei: Tu ſcias, quomodo loqueris, hæc enim ſeruans & in humilitate ſemper te eſſe cognoſces, & requiem poſſidebis.

Cum aliquis infirmus de nimia abſtinentia excrearet phlegma nolente eo cecidit de phlegmate ſuper alium fratrem, qui cum in cogitatione ſua compelleretur ei dicere. Quieſce iam: & non excrees ſuper me, vt ſuperaret cogitationes ſuas tulit, quod excreauerat, & mittens in ore ſuo, comedebat, & ad ſeipſum dixit. Aut non dicas fratri, quod eum contriſtet aut manduca, quod horres.

Abbas Theodori dicta.

Abbas Theodorus fratri conquerenti, quia turbaretur dixit. Quot annos habes in ordi-

ne

ne iſtu: Qui reſpondit octo. Et abbas. Crede mihi, quia ſeptuaginta annos habeo ego in ordine iſto nec vna die potui habere requiē & tu vis in octo annis habere pacem. Et alius frater quæſiuit ab eo. Si fiat ſubitò ſonitus ruinæ alicuius ſit timor abba? Qui reſpondit. Si cœlum terræ adhæreat: Theodotus non formidat popoſcerat enim à Domino precibus quòd auferret ei timorem.

Referebat quidam pater quod antiqui non cito mouebātur de loco ſuo niſi tribus de cauſis. Aut ſi quis haberet aduerſus alium, & ſatis faciens ei non poſſet placere aut ſi à pluribus laudaretur aut ſi in tentationem fornicationis incidiſſet.

Senex quidam habebat aquam longe à cella ſua vbi dum ſemel iret defecit in via & ait. Quid neceſſe habeo ſic laborare manebo iuxta aquam. Quo dicto, vidit quemdam iuuenem eum ſequentem & numerantem veſtigia ſua. Cui ait. Quis es? Et ille, Ego ſum angelus Dei miſſus numerare veſtigia tua: & reddere tibi mercedem. Tunc ille fortis animo factus eſt & amouit longius cellam ſuam per quinquemilliaria.

De Monacho qui ſepties à tentatione vinci non potuit. ibid.

§. IIII.

CViuſdam ſenis diſcipulus ſolitus erat venire ad eum vt parentem animæ & magiſtrū, vt aliquid documēti ab eo ſuſciperet. Quadam autem die inuenit eum dormientē. Cumque diu expectaſſet, ipſemet inclinabatur ad dormiendum, vel reuertendum ad cellam. Qui tamen extorſit à ſe ſomnum nec recedere decreuit, vel excitare patrem. Septies ſuper hoc impugnatus & ſemper tali cogitationi reſiſtens demum eum ſenex euigilaſſet, dixit cum eo officium. Et eo ad cellam poſtea remiſſo, in oratione poſitus factus in exceſſu mentis vidit locum glorioſum, & ſuper ſedem ſeptem coronas. Et cum exiſtimaret tam glorioſum locū præparatum eſſe Antonio, tunc venit vox de cœlo dicens. Non Antonio hæc parata eſt, ſed diſcipulo tuo: Et ſeptem coronæ ei ſunt acquiſitæ per ſeptem tentationes.

Quidam frater in tribulatione tentationum poſitus, perdidit regulam monachalem, id eſt, obſeruationem regulæ, nec valens ex negligentia reinchoare monachale opus, affligebatur. Quod poſtquàm expoſuit cuidam patrum, ille exhortatus eſt eum ad reſumendum vigorem ſpiritus, ſub hoc exemplo. Homo quidam habebat campum fructiferum, ſed per negligentiam ſuam repleta eſt terra illa ſpinis & tribulis. Cum autem poſtea vellet eam colere, dixit filio ſuo. Vade & purga agrum illum. Et cum illuc acceſſiſſet, pręmultitudine ſpinarum: & tribulorum animo deficiens, ait intra ſe. Quando purgabo hæc omnia? Et proiiciens ſe in terram, cœpit dormire. Et hoc fecit pluribus vicibus. Cum autem dormiſſet, poſteaque excitatus inciperet velle purgare agrum ſentibus conſide-

A rans magnitudinem laborioſi operis, deficiens mente opus inchoatum dimittebat. Superuenit pater & incultum agrum, & impurgatum inuenit. A quo cùm audiſſet cauſam, pater confortauit eum ad laborem dicens. Fili ad menſuram latitudinis terræ in qua iaces & terram occupas quotidie operare, & paulatim proficies & agrum totū purgabis. Quod faciens in modico tempore totum coluit. Sic & tu paulatim operare, quæ ſolebas, & Deus per gratiā ſuam reſtituet ad priſtinū ſtatum.

B *Sermones de vitiis curandis & virtutibus inſerendis, habendi, Sur. in vit. pat. par. 2. §. 174. Vinc. lib. 14. cap. 91.*

§. V.

QVidam anachoreta cùm veniſſet ad abbatem Pœmenem, ſuſcepit eum ſenex cum lætitia. Et cœpit anachoreta de ſcripturis ſanctis, & rebus cœleſtibus conſerere. Tunc
C ſenex conuertit faciem ſuam ad alium fratrem & nullum anachoretæ dedit reſponſum. Ille verò egreſſus eſt triſtis. Ingreſſus autem diſcipulus ad abbatem dixit. Propter te venit homo iſte magnus tantam gloriam in locis ſuis habens & tu non vis loqui cum ipſo. Reſpondit ſenex. Ille de ſuperioribus loquitur, ego autem de inferioribus ſum, & terrena vix loqui poſſum. Egreſſus ergo diſcipulus, dixit hoc ad anachoretam. At ille compunctus in hoc ſermone, ingreſſus ad ſenem dixit. Quid faciam abba: quia paſſiones cordis mei domi-
D nantur mihi. Tunc ſenex reſpexit eum gaudens, & dixit. Modo benè veniſti, pater. Aperio ergo os meum & implebo illud bonis tuis. Et hoc ſermone iuuatus anachoreta, dixit ei. In veritate bona eſt hæc via, quam tenes, & vera. Et agens ſeni gratias, reuerſus eſt in regionem ſuam.

Ioannes breuis ſtaturę, dixit fratri ſuo, quòd vellet eſſe ſecurus, & liber ſicut angeli Dei, qui ſemper ei ſeruiunt. Et deponens veſtimenta ſua abiit, & manſit in eremo nudus per hebdomadā.
E Tandem rediit, & pulſauit ad oſtium cellæ. Et quęſiuit frater eius, quis eſſet. Cui ille, ego ſum Ioannes. Et ait, frater Ioānes angelus eſt factus nō habet neceſſe inter homines cōuerſari, & dimiſit eum multū affligi. Tandē ei aperuit dicēs: Si homo es neceſſe eſt iterū operari, vt viuas, Si autē angelus, quid quæris intrare cellam? At ille. Ignoſce mihi (inquit) frater, quia peccaui.

Ioannis abbatis inſolentia qualiter repreſſa ſit ex vit. pat. par. 2. § 54.

Quidam monachus Conſtantinopoli temporibus Theodoſij habitabat in parua cellula extra ciuitatem. Audiens id imperator ſolus perrexit ad eum, & cognouit, quòd eſſet
F imperator. Et miſit aquam & ſal & buccellas, & comederunt ſimul. Tunc dixit ei: ego ſum Theodoſius imperator: & ob deuotionem tui, veni huc. Beati vos, qui ſecuri eſtis, ac liberi de negotiis ſæculi, tranquilla & quieta fruimini vita. Certè in regno natus ſum, & in regno dego nunc: & ſine ſolicitudine nunquàm cibum capio: & ita regreſſus eſt abeo. Ea dem verò nocte cœpit Dei famulus intra ſe cogitare dicens. Nō ſolum de poculo, ſed etiam

de

A C 400. de palatio quòd plurimi exemplum imperatoris ſequuti ad videndum me venturi ſunt, & honorem mihi tanquam ſeruo Dei deferre non ceſſabunt. Timeo ne ſorte malignus mihi ſubrepat ſpiritus, & libenter incipiam eos ſuſcipere & delectetur cor meũ in laude eorum & honore per hoc iam incipiam virtutem humilitatis perdere. Eadẽ ergo nocte fugit inde & pertexit in Ægyptum ad ſanctos patres in eremũ.

Quidam ſenex dixit. Qui ab hominibus amplius honoratur, non paruum animæ damnum patitur. Idem Quando cogitatio ſuperbię vel vanæ gloriæ te impugnat, perſcrutare teipſum. Si omnia mandata Dei conſeruas, & ſi inimicos tuos diligis. Si gaudes in gloria inimici, vel contriſtaris de eius afflictione. Et ſi habes apud te, quod ſeruus inutilis es ſciens, quòd elata cogitatio omnia bona diſſoluit, ſicut cera à facie ignis ſoluitur ita gloria laudibus inanitur, & virtutum rigor amittitur.

De conſeruanda humilitate.

§. VI.

QVidam frater quęſiuit ab abbate Poemene. Quomodo poſſum minorem me arbitrari eo qui homicida eſt: Reſpondit. Dicas in temetipſo. Iſte quidem hoc ſolum peccatum fecit, ego autem omni hora homicidium committo meipſum interficiens per peccata: Hæc enim ſola eſt iuſtitia hominis, vt ſeipſum reprehendat.

Eremitæ quidam vt hoſpites adſeuerantes exceperunt ex vit. pat. par. 3 § 4.

Egreſſi ſunt aliquando de monaſterio fratres, ad viſitandum eos, qui in eremo morantur patres. Cumque veniſſent ad quendam eremitam, ille ſuſcepit eos cum grandi gaudio. Videns enim eos ſatigatos de itinere: ante horam nonam fecit eos reficere & quicquid habebat in cella ſua appoſuit eis: facto autem veſpere orationes & Pſalmos ſecundum conſuetudinem compleuerunt ſimiliter & nocte fecerunt. Dictus autem ſenior ſeparatim quieſcebat ſupra & audiebat eos loquentes, & dicentes inter ſe. Quomodo iſti eremitæ melius cibantur quam ij, qui in monaſteriis conuerſantur. Hæc audiens tacuit. Et cum illuxiſſet dies, arripuerunt viam ad alium, qui in vicino habitabat. Cum autem egrederentur dixit ſenex. Salutate eum ex me, & dicite ei. Obſerua & noli irrigare olera. Cum ergo ad illum declinaſſent fratres & verbum eis impoſitum retuliſſent, intellexit ille cauſam huius rei, & tenuit eos. Deditque eis, vt operarentur texentes ſportas ſedensque cum eis, non ceſſauit, & ipſe in opere manuum. Veſpere autem poſt completas orationes dixit eis. Nos quidem conſuetudinem non habemus cœnare quotidie, ſed propter aduentum veſtrum oportet nos cœnare hodie & appoſuit eis panes ſiccos & ſalem dicens, quia propter vos oportet nos aliquid amplius ſeruare. Miſit autem modicum aceti & modicum olei: & cùm ſurrexiſſent de menſa, cœpit iterum pſallere vſque prope lucem, & dixit eis. Non poſſumus propter vos omnem canonem pſalmorum ſeruare: & ideo repauſare modicum: quia de itinere fatigati eſtis. Cum autem factum fuiſſet manè hora prima voluerunt recedere ab eo, ſed non permiſit ſenior dicens. Propter charitatem tenebo vos & alios tres dies: illi vero ſurrexerunt nocte: & latenter receſſerunt non valentes ſufferre auſteritatem illam. A C 400.

Frater quidam volens tranſire cum matre ſua fluuium ſumens matrem ipſam in humeris, manus ſuas pallio eius inuoluit apprehẽdens matris manus. Tranſacto fluuio interrogauit eum mater. Quare ſic feciſti, vt inuolueres pannis manus tuas? Reſpondit ille. Quia corpus mulieris ignis eſt, & eo ipſo, quòd te contingebam, veniebat mihi memoria de aliis mulieribus.

Quidam ſenex habuit in cella ſua ſecum filium in monaſterio nutritũ, qui neſciebat cuiuſmodi eſſent mulieres. Cũque factus eſſet vir, immittebãt ei dæmones in mentem ſpecies & habitus mulierum per ſomnia. Quod eum patri referret, mirabatur de malitia dæmonum. Cumque cum patre deſcenderet ſemel in Ægyptum, videns mulieres ait. Iſti ſunt pater, quæ veniebant ad me nocte in eremo. Admiratus ergo pater fraudulentiam dæmonum ait. Fili iſti ſunt monachi ſæculares, qui alio habitu vtuntur, quàm heremitæ, & reuerſi ſunt ad eremum.

Iuuenis obedie[ns] à ten[tatio]ne li[bera]tur

Quidam iuuenis à ſpiritu fornicationis vexatus voluit redire ad ſæculum, ſed alterius patris monitis acquieſcens: ad interiorem eremum perrexit. Cumque per xx. dies moram feciſſet viriliter tentationi reſiſtens: Deus miſertus eius oſtendit ei opus dæmonum. Stetit enim coram eo quędam mulier Æthiopiſſa fœtens luxuria. Et præ fętore eam ferre non valẽs abiecit eam. Et à tentatione ſe liberatum inuenit gratias agens ſeni illi.

Monachus quàm grauem ſibi cruciatum, ne fornicaretur inflixerit: ibid.

§. VII.

QVidam ſceleſti homines induxerunt quandam inhoneſtam mulierem vt accederet ad cellam cuiuſdam ſolitarij paciſcentes et dare certam pecuniam, ſi eum induceret ad peccandum quod & obtulit ſe facturam. Pergens ergo ad deſertum tarda hora applicuit ad cellam huius, pulſanſque rogauit virum Dei, vt eum deuia eſſet, miſereretur eius, introducens in cellam, ne nocte illa fieret cibus ferarum. Quod ille miſericordia motus fecit. Qua introducta cœpit diabolus vehementer inflammare eum ad concupiſcentiam mulieris. Sed vir Dei accendit lucernam & cœpit ponere digitum vnum ad lumen lucernæ combutendum, dicens ſibiipſi. Qui talia agit, in ignem æternum deſcendit. Experire ergo, ſi vales ſufferre. Tantuſque erat ardor tentationis carnis, vt combuſtionem via ſentiret, & vno digito combuſto, cum nec tentatio ceſſaret ſucceſſiuè poſuit omnes digitos manus ad lumen qui combuſti ſunt. Illa autem hæc aſpiciens præ horrore mortua eſt. Manè autem venientibus iuuenibus illis, quibus illa ſponderat ſe eiecturam ſenem illum de cella ſua, & interrogantibus, an ad eum declinaſſet mulier aliqua errans viam, reſpondit. Venite & videte, quòd male filia illa diaboli

con

combuſſit omnes digitos manus meæ. Ecce ibi dormit. Quibus illam excitantibus nihil reſpondit: quia mortua erat. Oratione autem ſerui Dei reſuſcitata eſt, & ad pœnitẽtiam conuerſa illis etiam culpam ſuam deflentibus.

Frater autem quidam impugnabatur à ſpiritu fornicationis. Et veniens in vicum Aegypti vidit filiam cuiuſdam ſacerdotis paganorum, & petijt eam à patre in vxorem. Qui dixit: Volo prius conſulere deos meos. Abiit ergo ſacerdos, & conſulens Deum ſuum diabolum ait. Monachus vult filiam meam dabo ego eam ſibi. Qui reſpondit. Ne des eam ſibi, niſi prius renunciauerit Deo ſuo, & baptiſmo, & propoſito monachi. Quod cum ſacerdos retuliſſet fratri illi, ad omnia conſenſit. Tũc vidit quaſi columbam de ore illius monachi egredientem & in cœlum aſcendentem. Et iterum, ſacerdos conſuluit dæmonem, an deberet ei dare qui reſpondit. Ne dederis ei quoniam adhuc Deus ſuus adiuuat illum. Et rediens hæc omnia dixit monacho. Tunc compunctus monachus ait: Væ mihi Deus meus reddidit mihi bonum pro malo. Et cuiuſdam ſenis conſilio ductus pœnitẽtiam egit. Et meruit columbam iterum videre intrãtem in os eius quam prius amiſerat, ſcilicet gratiam ſpiritus ſancti.

Dicebat quidam ſenex. Niſi velaret piſtor oculos animalis ad molam circũeũtis conuerteret ſe animal & comederet labores ſuos. Ita & nos velamen accipiamus ſecundum diſpenſationem Dei vt ea quæ operamur bona, non valeamus attendere, ne nos ipſos beatificantes, perdamus mercedem noſtram. Sordidę cogitationes ſunt velamẽ modici operis noſtri.

Quidam ſenex ait. Permittit Deus laborare vt rememorent tribulationum labores ſemetipſos cuſtodiunt timentes, ne tan[illegible] labores amittant. Nam & filios Iſrael per [illegible] quadraginta annis circunduxit vt rememoratis tribulationib. non redirent retrorſum. Quidam patrum ait. Non eſt peior paſſio quam [illegible], ſcilicet de ſeipſo.

Interrogauit cuidam ſenem. Quid faciam? [illegible] cogitatio ſordida. Reſpondit. Mulier quando vult filium ſuum ablactare ſuperungit aliquid amarum vberib. ſuis. et cum ſecundum conſuetudinem voluerit puer ſugere ſentiens amaritudinem fugit. Tu ergo mitte in corde tuo cogitationem amaram mortis & futurorum tormentorum, quę pręparata ſunt peccatoribus in futuro & fugient a te.

Dixit abbas pœmen. In nullo ſic gaudet inimicus, ſicut in hoc quod nõ vult qs cogitationes ſuas manifeſtare patri ſpirituali. Dixit Euagrius. Mentem errantem & nutantem ſolidat lectio, vigiliæ & oratio. Concupiſcentiam feruorem eiuries madefacit & labor & ſolicitudo. Iracundiam autem reprimit longanimitas & miſericordia. Erat quidam adoleſcens græcus in cœnobio. qui nulla continentia, nulla operis magnitudine, carnis flammam poterat extinguere. Cumq́ue ad patrem monaſterij hęc eius teruratio perlata eſſet, hac ille arte eum ſeruauit. Imperauit cuidam viro graui & aſpero, vt iurgijs & conuicijs adoleſcentem inſectare-tur. Et poſt irrogatam iniuriam, primus veniret ad ponendas quærimonias contra eum ad abbatem. Cumq́ue imperata ille perficeret, inſuper etiam vocati teſtes pro eo loquebantur, quę fecerat adoleſcenti iniuriam. At ille cœpit flere contra mendacium, & ſedens ſolus omni auxilio deſtitutus ad pedes Ieſu iacebat. Quid multa. Sic expletus eſt annus. Quo peracto interrogauit eũ abbas de cogitationib. ſuis. Qui reſpondit. Viuere mihi pater non licet & quomodo fornicari liceret? Et ſic curatus eſt à tentatione carnis. A.C. 400.

Epilogus huius partis de monachis orientalibus & paraſceue in ſequentem partem de Monachis occidentalibus.

PRæſati autem venerabiles patres religioſi, anachoretę vel cęnobitæ ſanctitate conſpicui miraculis celeberrimi dictis ſuis colendi, effulſere à tempore Diocletiani imperatoris vſq; ad tempus Coſdroes regis Perſarum. Qui vbique in iis, quę ſunt extra communem legem vel vires corporis, vt in abſtinentijs & vigilijs magis admirandi ſunt, quàm imitandi. In virtutibus autem interioribus vltra prænominatos, & alij plurimi ex religioſa conuerſatione aſſumpti ad regendas eccleſias epiſcopi, & ad erudiendos populos doctores excellentiſſimi temporibus illis claruerunt, vt Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ioannes Chryſoſtomus, Ioannes Damaſcenus, Ioannes Caſſianus,glorioſiſſimus Hieronymus Auguſtinus etiam factus presbyter monaſterium clericorum mox inſtituit & cœpit viuere ſecundum regulam ſub ſanctis apoſtolis conſtitutam, vt canonici regulares, Martinus, Gregorius magnus, Caſſiodorus, & alij plures, de quibus, ſuprà in alijs titulis dictum eſt & infrà dicetur. Aug. presbyter monaſteriũ inſtituit Poſſid. in vii. eius c 5.

Et notandum, quòd potentia maxima imperij chriſtiani, & ſapientia & eloquentia verbi in ſinceritate fidei, fuit prius à tempore Conſtantini in oriente apud græcos: ſed paulatim debilitata, & diminuta ex ignauia ſucceſſorum & multitudine hæreſum exortarum à patriarchis Conſtantinopolitanis. Demum tranſlata & deuoluta ſunt ad occidentem apud latinos. De Græcia enim tranſlatum eſt imperium in Franciam in Carolum magnum regem Francorum ſub Adriano primo papa, & Leone: Et poſtea de Francia in Alemanniam ſub Othone primo, duce Teutonicorum ſub Ioanne Papa. Et patriarcha Conſtantinopolitanus cum ſuo clero, & populo Græcorum ſubtraxerunt ſe ab obedientia Romanæ eccleſiæ & veritate fidei circa proceſſionem ſpiritus ſancti & in alijs pluries eis ad fidem veram redeuntibus, ſed poſtea recidiuantibus: vltima reuerſio eorum ad fidem & Romanam eccleſiam fuit ſub Eugenio. iiij. in concilio generali Florentiæ celebrato; patriarcha & imperato-

te

A.C. 400. re. Conſtantinopolitanis Florentiam ad conci-
lium venientibus. Deinum anno ab incarna-
Vnio Græcorũ cum Romana Eccleſia habetur ib. cap. 11. tione domini. 1453. capta Conſtantinopolita-
na ciuitate poſt eius obſidionem à Machome-
to rege Turcorum truculentiſſimo defecit Græ-
corum imperium ex toto occiſo imperatore
eorum cum plurimis nobilibus illius ciuita-
tis, & eccleſiis ab illo neſandiſſimo opprobrio-
ſiſſimè profanatis, cum ſanctorum imagini-
bus & reliquiis reſiduis populis captiuatis, &
diſperſis a. Sic etiam perfectio vitæ regularis a-
nachoretarum & cœnobitarũ, quæ olim viguit
in Grecia ſeu oriente, vt patet ſuprà, tranſlata
eſt in occidentem apud Latinos de tempore
in tempus variè renouata, vt oſtendetur vi-
ta comite. Sicut autem Baſilius dicitur pater
monachorum in oriente, ita & etiam beatiſſi-
mus Benedictus pater monachorum in occi-
dente. Ipſe enim vt ait Grego. ſcripſit regu-
Monachorum Greg. lib. 1. Dialo. cap. 36. lam diſcretione præcipuam, ſermone luculen-
tam & præ cæteris (vt ita dicam) in ſingulis di-
rectiuam. Nam regula Baſilij ſatis intricata eſt.
Regula Auguſtini multum generalis & ad par-
ticularia parum deſcendens, ſed per conſti-
tutiones ei additas à diuerſis regionis eius
profeſſoribus, auſteritatibus & cæremoniis
adornata. Regula ſancti Franciſci breuis &
propterea multa ibi præcepta ſcrupulis ple-
na, ſed regula ſanctiſſimi Benedicti ſingula
quæque clarè deſcribit. Quæ etiam vt ap-
probata allegatur in decretis. decima octaua
quæſtione 2. perniciosam. Hanc omnes mo-
nachi occidentis pro fundamento tenent ex-
ceptis Cartuſienſibus, ſed habitibus & conſti-
tutionibus additis & ceremoniis diſtinguun-
tur. Huius autem vitam ſcripſit virtutibus
plenam: magnus Gregorius in 2. dialogo-
rũ per totum. quam etiam hauſit & monachus
& abbas ſub dicta regula militauit, antequam
papa fieret. Et quia ſatis nota & vulgata eſt, ab-
breuiabo. Et poſtea de aliquibus diſcipulis
eius aliqua dicam.

a *Quamuis oriente toto cum religione Chriſtia-*
na religioſa vita inſtitutum diminutum valde debili-
E *tatumq; ſit, non tamen Deo ſic prouidente in mediis*
etiam Tyrannorum gladiis planè concidit. Nam vt
omittam Franciſcanos Dominicanoſq; ex noſtro occi-
dente illuc quaſi in coloniam deductos, qui aliquot
in regionibus ſubditis ditioni Turcorum tyranni ha-
bent monaſteria: in monte Atho viginti duo inſignia
ſunt monaſteria Græcorum monachorum ordinis D.
Baſilij, quæ tributi nomine Turcorum tyranno quo-
tannis ex vineis & oliuetis ſuis pendunt ſex millia
turcicorum obolorum. Langius in Niccp. Abaſſin quo-
que Chriſtianorum orientalium maximus patriar-
F *cha, qui A.C. 1562. 8. Martij. S. R. E. fidem profeſſus*
eſt, & Trident. Synodo fidei ſuæ teſtimonium miſit,
quod in eadem ſeſſ. 22. recitatum in geſtis ipſius Con-
cilij habetur, monachus fuit inſtitutum Diui An-
tonij in monaſterio S. S. Rochæ & Ioannis profeſ-
ſus. Vt ipſe teſtatur in ſua fidei profeſſione, quæ
extat apud Onup. in vita Pij quarti. & Sur. in com-
mentariis rerum geſtarum & in Bibliotb. ſanctorum
patrum & nos alibi eius meminimus. vidimus etiam
noſtris oculis in Galliam virum venerabilem mo-

A *nachorum D. Baſilij Syriam montem habitantium* A.C. 400.
archimandritam plura de his etiam referunt, qui
vel Romæ vel Venetiis vel Maſilia verſati ſunt, &
illi qui ex oriente in occidentem religionis ergo
veniunt appellere ſæpius conſueuerunt. Libri denique
de his ſcripti ſerunt qui rerum Orientalium ſtatum hie-
roſolymitanamq; peregrinationis iter ſcripto manda-
uerint. Quæ ideo annotare viſum eſt, quanta ſit
Dei prouidentia in ſacrarum religionum conſerua-
tione quilibet poſſet animaduertere. Quod ſi Gama-
lielis conſilium verum eſt quod habetur Act. 5. his
B *verbis. Si ex hominibus eſt conſilium hoc aut*
opus, diſſoluetur ſi vero ex Deo eſt non poteri-
tis diſſoluere, quis non videt ſacrarum religio-
num inſtitutum quod nulla temporis longinqui-
tas, nulla morum corruptela, nulla bellorum incen-
dia, nulla tyrannorum cruces, & nulla Græcorum
ſchiſmaticorum peruerſitates, diſſoluere potuerunt,
non hominum conſilio inuentum, ſed Dei impulſu
& inſpiratione in hominum animis primo inſitum
& propagatum & per tot ſæcula ſub variis habitus
formis conſeruatum ſemper fuiſſe, vt inde diſcant
hæretici, quàm irriti vanique conatus illorum
C *Chriſto ſemper ſeſe illis opponente futuri ſunt,*
qui cum ſacras hominum religiones de medio to'le-
re tentauerint. tantum abeſt vt ipſi id poſſint peſſiſ-
ſe, quod Mahometana perfidia longe potentiori-
bus viribus nixa in ipſo ſuo latè ſanè, proh dolor,
patente regno non præſtitit, vt ante ſuos oculos reli-
gionem vnam ſuis ipſorum temporibus inſtitutam
Deo Eccleſia ſua ſacro ſancta ſingulari ſua benigni-
tate ita prouidente florentiſſimam viuant. quia ſi-
cut hactenus quantum ei diuina gratia conceſſit fu-
neſtiſſimis eorum conſiliis ſeſe oppoſuit, eoſque de locis
multis in quos illorum doctrina peſtilentiſſima
D *irrepſerat deiecit: ſic deinceps Chriſto armata, Chri-*
ſto fidens, Chriſtum ducem ſequens eos vbique terra-
rum perſequetur, & ſi peccata hominum nequa-
quam præpediunt vbique debellabit, vt Chriſtus Ie-
ſus omnium religionum princeps & rector, ipſiuſq;
vicarius Pontifex Romanus agnoſcatur, celebretur,
adoretur ad gloriam Dei patris omnipotentis. O-
mitto pleraſque religiones alias quæ noſtra ætate
vel ad antiquam viuendi formam redacta ſunt vel
ſanctam vitæ normam amatoribus accepta reti-
nent.
E

De Diuo Benedicto ex Gregorij libro ſecundo
Dialog. de eodem Paulus Varne fri-
dus diaconus Caſſin. libro pri-
mo de geſtis Longob. capite
17. Aimo. libro ſecundo
de geſtis Francor. ca-
pite 22. Sigeb. de
viris illuſt. ca-
pi. 33. & mul-
F *ti alij.*

CAPVT VIII.

FVit vir vitæ venerabilis, gratia
Benedictus & nomine, inquit,
magnus Gregorius 2. dialogo-
rum ab ipſo pueritiæ ſuæ tem-
pore cor gerens ſenile. Et ſecundum Hugo-
flo

50 Floriacenſis hic mortuus eſt anno domini 536. Ætatem quidem moribus tranſiens, nulli animum voluptati dedit. Sed dum in hac terra adhuc eſſet: quo temporaliter liberè vti potuiſſet, deſpexit quaſi iā aridū mundū cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia Nurſiæ ortus, Romæ liberalibus literarum ſtudiis traditus à parentibus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſſu mūdi poſuerat, pedem retraxit: ne ſi quid de eius ſcientia attigeret, ipſe quoque poſtmodùm in immane præcipitium totus iret. Deſpectis itaque literarum ſtudiis, relicta domo, rebuſque patris, ſoli Deo placere deſiderans, ſanctæ conuerſationis habitum quæſiuit. Receſſit igitur ſcienter neſciens & ſapienter indoctus. Huius geſta omnia ego non didici, ſed pauca, quæ narro, quatuor illius diſcipulis referentibus agnoui, Conſtantino, qui Benedicto ſucceſſit in regimine eius monaſterij Simplicio, qui Conſtantino præfato ſucceſſit, Valentiniano & Honorato.

capiſte- rij fracti reparatio. 2. cap. 1.

Hic itaque Benedictus cum iam relictis literarum ſtudiis petere deſerta decreuiſſet, nutrix, quæ eum arctius amabat, ſola ſecuta eſt. Cumque ad locum veniſſet, qui Enfide dicitur, multiſque honeſtioribus viris pro caritate eum illic detinentibus, in beati Petri eccleſia demorarentur, prædicta nutrix eius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præſtari ſibi a capiſterium petiit: quod in menſa incautè derelictum, caſu accidente fractum eſt ſic vt in duas partes diuiſum inueniretur. Quod vt rediens in domum, nutrix inuenit vehementiſſimè flere cœpit: quia vas, quod præſtitum ſibi fuerat, fractum videbatur. Benedictus autem religioſus puer & pius, cum nutricem ſuam flere conſpiceret, eius dolori compatiens, allatis ſecum vtriuſque capiſterij partibus ſeſe cum lachrymis in orationem dedit. Qui ab oratione ſurgens ita iuxta ſe vas ſanum reperit, vt in eo inueniri fracturæ veſtigia nulla potuiſſent. Mox autem nutricem ſuam blandè conſolatus, ei ſanum capiſterium reddidit. Quæ res in eodem loco à cunctis eſt agnita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipſum capiſterium eius loci incolæ in eccleſiæ ingreſſu ſuſpenderent quatenus & præſentes & futuri omnes agnoſcerent, Benedictus puer conuerſationis gratiam à quanta perfectione cœpiſſet.

Sed Benedictus puer plus appetens mala mundi perpeti, laboribuſque fatigari, quam vitæ huius laude & fauoribus extolli, nutricem ſuam occultè fugiens deſerti loci receſſum petiit: Cui Sublacus vocabulum eſt, qui à Romana vrbe quadraginta ferè millibus diſtans, frigidis atque perſpicuis abundat aquis. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenſo prius lacu colligitur: ad poſtremum verò in amnem deriuatur. Quo dum fugiens pergeret, monachus quidam Romanus nomine, hunc euntem reperit, & quò tenderet requiſiuit. Cuius cum deſiderium cognouiſset, & ſecretum tenuit, & adiutorium impendit, ſanctæque conuerſationis ei habitum tradens, inquantum licuit miniſtrauit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens, in arctiſſimum ſpecum ſe tradidit, tribuſque annis excepto Romano monacho hominibus incognitus manſit. Qui videlicet Romanus non longè in monaſterio, ſub Adeodati patris regula degebat. Sed piè eiuſdem patris ſui furabatur horas, & quem ſibi ad manducandum ſubripere poterat diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò ſpecum à cella Romani iter non erat: quia excelſa deſuper rupes eminebat. Sed ex eadem rupe in longiſſimo fune religatum Romanus panem ponere conſueuerat. In qua etiam reſti tintinabulum paruulum inſeruit vt ad ſonitum tintinabuli vir Dei cognoſceret, quando ei Romanus panem afferret quem exiens reciperet.

A.C 480.

Habitus monacho rum nouus.

Sed antiquus hoſtis vnius caritati inuidens, alterius verò refectioni cum quadam die ſubmitti panem conſpiceret, iactauit lapidem, & tintinabulum fregit. Romanus tamen modis congruentibus miniſtrare non deſiit. Cum verò Deus, & Romanum vellet à labore quieſcere, & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonſtrare, vt poſita ſuper candelabrum lucerna clareſceret, quatenus omnibus, qui in domo ſunt luceret: cuidam presbytero longè manenti, qui refectionem ſibi in feſtiuitate Paſchæ parauerat: per viſum Dominus apparere dignatus eſt, dicens. Tu tibi delicias paras, & ſeruus meus loco in illo fame cruciatur? Qui protinus ſurrexit, atque in ipſa ſolennitate paſchali cum alimentis, quæ ſibi parauerat ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per defoſſa terrarum quæſiuit, eumque latere in ſpecu reperit. Cumque oratione facta benedicentes Deum omnipotentem conſediſſent, poſt dulcia vitæ colloquia, qui aduenerat presbyter, dixit. Surge & ſumamus cibum, quia hodie Paſcha Domini eſt. Cui vir Dei reſpondit, & ait: Scio quia hodie paſcha eſt, quia videre te merui. Longè quippe ab hominibus poſitus, quod illa die Paſchalis ſolennitas eſſet, ignorabat, venerabilis autem presbyter affirmabat, quia veraciter hodie reſurrectionis dominicæ ſolēnitas eſt, & ideò abſtinere tibi minimè congruit, & ego à Deo huc miſſus ſum vt dona Dei pariter ſumamus. Benedicentes ergo Deum cibum ſumpſerunt. Et expleta refectione & colloquio presbyter ad eccleſiam ſuam rediit. Eodem quoque tempore in ſpecu latitantem etiam paſtores eum inuenerunt. Quem dum veſtitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam beſtiā crediderunt: ſed cognoſcentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam à beſtiali mente mutati ſunt. Nomen itaque eius per vicina loca innotuit, & à multis inde frequentari cœpit: à quibus cibos recipiebat, ex ore verò eius alimenta vitæ in ſuo pectore ferebant.

a Capiſterium genus inſtrumenti ruſtici expurgandis ſeminibus apti de quo Colum. lib. 2. cap. 9. alij Scaphiſterium dictum volunt, quod ſcaphæ cuiuſdam ſimilitudinem gereret.

[illegible] cap.58. de nobilium filiis recipiendis. Non [illegible] tamen in monaſteriis à ſenioribus iuniores [illegible] tris fuiſſe inſtructos vt nemo fere totu[illegible] bis non [illegible] aut mille annis doctrina ſaltem Theo[illegible], Canonica, Philo[illegible] & Hiſtoria clarus [illegible] ter t, qu. ex monaſteriorum officinis non prodie[illegible] ſed aliud eſt puram nudamq; eruditionem proiſte[illegible] quod ſcholæ faciunt: aliud vitæ ſanctitati doctrinæ inſtitutionem adiungere, quod in mona[illegible] ſte[illegible] bene inſtitutu eſt factitatum, & adhuc noſtro ſæculo obſeruatur.

enim tunc Romani nobiles & religioſi conuenere, ſuoſque filios ei omnipotẽti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ ſpei ſuas ſoboles, æquitius (alias Eutychius) Maurũ. Tertullus verò patricius Placidũ tradidit. E quibus Maurus ætate maior Placido, qui in puerili erat ætate, cum moribus polleret, magiſtri adiutor cœpit exiſtere, placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos.

In vno autem ex monaſteriis, quæ circunquoque conſtruxerat, quidam monachus erat qui ad orationem ſtare non poterat: ſed mox vt [illegible] tres ad orationis ſe ſtudium inclinaſſent, [illegible]ſe egrediebatur foras, & mente vaga terrena [illegible]qua, & vana cogitabat. Cumque ab abbate ſuo ſæpius fuiſſet admonitus, tandem ad virum [illegible] adductus eſt, qui ſtultitiam eius vehementer increpauit. ac ad monaſterium reuerſus, vix duobus diebus admonitionem tenuit viri Dei. Cumque hoc ab abbate nunciatum fuiſſet ei, ſcilicet illum non emendari dixit beatus Benedictus, Ego veniam: & eum per memetipſũ emendabo. Veniens igitur ad monaſterium illud vir Dei, conſtituta hora pſalmodia expleta, cum fratres ſe in orationem dediſſent: conſpexit, quòd monacbum qui in oratione permanere non poterat, quidam niger puerulus per veſtimenti fimbriam foras trahebat. Tunc ergo Pompeiano patri illius monaſterij, & Mauro famulo Dei dixit ſecretè. Nunquid non aſpicitis, quis eſt, qui iſtum monachum foras trahit? et reſpondentibus: Non. ait: Oremus, vt & vos videatis eum. Cumque per biduum eſſet oratum Maurus vidit puerulum illum nigrum. Pompeianus pater monaſterij non vidit. Die ergo ſequenti vir Dei poſt orationem egreſſus eum inueniſſet illum foras vagantem pro cœcitate cordis ſui virga eum percuſſit. Qui ex illo die nihil perſuaſionis à puerulo nigro pertulit, ſed ad orationem immobilis permanſit, cum aliis, quaſi malignus ipſe percuſſus fuiſſet. De hoc diſt.45. cum beatus. §. Salomon.

Cùm autẽ loca eadem in amore Ieſu Chriſti feruescerent, multi ſæcularem vitam deſerentes ſub iugo obedientiæ ſe ei ſubiiciebant. Vicinæ autem eccleſiæ presbyter Florentius nomine, antiqui hoſtis malitia percuſſus inuidia, cœpit ſancti viri ſtudiis æmulari, eius conuerſationi detrahere quoſcunque etiam poſſet ab illius viſitatione compeſcere. Cumque iam conſpiceret eius profectibus ſe obuiare non poſſe, & conuerſationis illius opinionem creſcere, inuidiæ facibus magis ac magis incenſus deterior fiebat, & ad hoc vſque perductus eſt, vt ſeruo Dei panem veneno infectum quaſi pro benedictione tranſmitteret: quem vir Dei

A cum gratiarum actione ſuſcepit, ſed eum, quæ peſtis lateret in pane, non latuit. Ad horam verò refectionis eius coruus de vicina ſylua venire conſueuerat, ante quem vir Dei panem ſibi tranſmiſſum proiecit, eique præcepit, dicens. In nomine Ieſu Chriſti tolle hunc panem & in tali loco eum proiice, vt quo à nullo poſſit inueniri. Tunc coruus aperto ore & expanſis alis, circa panem cœpit diſcurrere atque crocitare, ac ſi apertè diceret obedire ſe velle, & tamen iuſſa implere non poſſe. Cui vir Dei iterum atque iterum præcipiebat dicens. Leua leua ſecurus atque eum proiice, vbi inueniri non poſſit. Quem demum coruus momordit, leuauit & receſſit. Et poſt ſpacium triũ horarũ ſine pane reuerſus annonam de manu ſerui Dei, prout cõſueuerat, accepit. A.C 520.

B

Venerabilis autem vir Dei Benedictus contra vitam ſuam inardeſcere animum ſacerdotis videns, magis illi, quam ſibi doluit. Sed præfatus Florentius, videns quia magiſtri corpus Florentij nequitia & vindicta.
C necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accendit, ita vt in orto cellæ cui Benedictus inerat, ante eorum oculos ſeptem puellas nudas mitteret, quæ coram eis ſibi inuicem manum tendentes & diutius ludentes, illorum mentes ad libidinis peruerſitatem inflammarent. Quod vir ſanctus de cella conſpiciens, lapſumque adhuc tenerioribus pertimeſcens diſcipulis, idq; pro ſua ſolius fieri perſecutione pertractans, inuidiæ locum dedit. Et oratoriis ab ſe conſtructis, ſubſtitutis præpoſitis, adiunctis fratribus ordinauit, & paucis ſecum monachis ablatis: habitationem
D mutauit loci. Moxque vir Dei odium illius humiliter declinauit. Quo recedente, cum prædictus presbyter ſtans in ſolario Benedictum receſſiſſe cognoſceret, & exultaret, perdurante immobiliter tota fabrica domus, hoc ipſum in quo ſtabat ſolarium cecidit, & Benedicti hoſtem conterens extinxit. Quod vir ſanctus Maurus eius diſcipulus ſtatim venerabili patri Benedicto, qui adhuc à loco eodem via decem millibus aberat, exiſtimauit eſſe nunciandum dicens. Reuertere, quia is qui te perſequebatur extinctus eſt. Quod vir Dei Benedictus au-
E diens, ſeſe in grauibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit: vel quia diſcipulus eius de inimici morte exultauit. Quare factum eſt, vt eidem diſcipulo pœnitentiam indiceret.

Quidam etiam monachus miſſus ab eo ad mouendum quaſdam ſanctimoniales, rogatus ab eis quaſdam mappulas accepit ab eis quas in ſinu ſuo abſcondit. Reuerſus autem ad monaſterium amariſſima increpatione reprehenſus eſt, à beato Benedicto dicente, Quomodo ingreſſa eſt iniquitas in ſinum tunm? et cũ ille non intelligeret, ſuper qua re arguebatur, dixit
F vir Dei. Nunquid ego præſens non eram, quando recepiſti mappulas, ab ancillis Dei, & in ſinum tuum miſiſti? Qui recognoſcens delictum ſuum, proſtratus veniam petiit de eo, & accepit.

Duæ quoque ſanctimoniales fœminæ nobiliori genere ortæ in loco proprio conuerſabantur, quibus quidam religioſus vir ad exterioris vitæ vſum præbebat obſequium, De ſanctimonialib. fœminis poſt mortẽ abſolutis. cap. 23.

A.C. 525. Sed ſicut nonnullis ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus ſe in hac vita deſpiciant, qui plus ſe cęteris aliquid fuiſſe meminerunt, necdum prędictæ ſanctimoniales fœminæ perfectè linguam ſub habitus ſui fræno reſtrinxerant: & eundem religioſum virum, qui ad exteriora neceſſaria eis obſequium prębebat, incautis ſępe ſermonibus ad iracundiam prouocabant. Quod cum diu toleraſſet, perrexit ad hominem Dei, narrans earum in ſe contumelias. Vir autem Dei, hoc eis mandauit. Corrigite linguam veſtram, quia ſi non emendaueritis, excommunico vos. Quam excommunicationis ſententiam non proferendo intulit, ſed minando. Illę autem à priſtinis moribus nihil mutatæ intra paucos dies defunctæ ſunt, & in eccleſia ſepultæ. Cumque autem in dicta eccleſia miſſarum ſolennia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret. [a] Si quis non communicat, exeat foras, & det locum aliis. Nutrix earum, quæ pro eis oblationem Domino deferre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis egredi, & de eccleſia exire videbat. Quas cum ſæpius aſpexiſſet ad vocem diaconi. Exite &c. ex eccleſia exire, ad memoriam rediit, quia vir ſanctus adhuc viuentibus dixerat: et cum hoc cum graui mœrore ſeruo Dei nunciatum foret, manu ſua oblationem protinus dedit dicens. Ite, & hanc oblationem pro eis fieri facite, & vlterius excommunicatæ non erunt: Quæ cum pro eis fuiſſet immolata, diacono iuxta morem clamante, vlterius exire nó ſunt viſæ de eccleſia.

Excommunicationis vis.

[a] Mos fuit antiquitus in Romana Eccleſia quotidie, quotquot ſcilicet ſacro miſſæ ſacrificio intererant communicare. vt epiſt. 28. ad Rucinum tom. 1. & epiſt. 30. ad Pammach. tom. 2. docet D. Hieron. quare qui non communicabant vel propter perpetratum aliquod ſcelus vel propter conſcientiam à Diacono egredi ab Eccleſia iubebantur, nota hic quam plurima contra hæreticos excommunicationis vim, & ab eadem etiam poſt mortem abſolutionem, preces & oblationem pro mortuis, quæ excommunicatis non proſunt, miſſarum denique celebrationem ante D. Greg. vt miſſæ auctorem cum hæreticis D. Gre. non garriás.

De prædicatione beati Benedicti in monte Caſſino, & liberatione Placidi per Maurum à ſubmerſione in flumine.

§ III.

SAnctus autem vir (inquit Greg. vbi ſuprà) ad alia migrans loca, nó hoſtem mutauit. Nam tanto poſtea grauiora pertulit, quantò contra ſe apertè pugnantem ipſum magiſtrum malitiæ inuenit. Caſtrum namque, quod Caſſinum dicitur in excelſi montis latere ſitum eſt. Qui videlicet mons diſtenſo ſinu hoc idem caſtrum recipit, ſed per tria milliaria in altum ſe ſubrigens velut ad aera cacumen tendit. Ibi vetuſtiſſimum fanum erat, in quo ex antiquorum more gentilium, à ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur. Circunquaque etiam

A in cultu dæmonum luci ſuccreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſacrilegis inſudabat. Ibi igitur vir Dei perueniens, contriuit idolum, ſubuertit aram, ſuccidit lucos, atque in ipſo templo Apollinis oraculum fecit beati Martini. Vbi verò ara Apollinis fuerat oraculum conſtruxit beati Ioannis Baptiſtæ. Et commorantem circunquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hoſtis tacitè non ferens, non occultè vel per ſomnum, ſed aperta viſione B eiuſdem patris ſe oculis ingerebat, & magnis clamoribus vim ſe perpeti ab eo conquerebatur, ita vt voces ipſius, & fratres audirent, quamuis imaginem minimè cernerent. Vt enim diſcipulis ſuis idem venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem hoſtis antiquus teterrimus & ſuccenſus apparebat qui in eum ore oculiſque flammantibus ſæuire videbatur.

Iam verò, quæ diceret, audiebant omnes. Prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cũ vir ſanctus minimè reſponderet, ad eius mox C contumelias ſe conuertebat. Nam cum clamaret dicens. Benedicte, Benedicte. Et cum eum nullo modo ſibi reſpondere ſentiret, protinus adiungebat. Maledicte & non Benedicte quid mecũ habes? quid me perſequeris? Vnde & Gratianus dicit, 16. quæſt. 1. generaliter. §. hoc idem. quod beatus Benedictus diuina gratia commonitus homines montis Caſſini ad fidem adduxit, ſcilicet prędicando. Quod ideo dicit, quia regulariter, niſi à ſuperioribus concedatur, monachi non habent prædicare. Sed iam exponenda ſunt, contra Dei famulum an- D tiqui hoſtis noua certamina. Cui quidem pugnas volens intulit, ſed occaſiones victoriæ miniſtrauit inuitus.

Quadam enim die dum habitacula eiuſdem cellę ſibi fratres conſtruerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificium leuare decreuerant. Cumque duo vel tres illum mouere nó poſſent, plures adiũcti ſunt, ſed ita immobilis manſit, ac ſi radicibus in terra teneretur: vt per hoc daretur intelligi, hoſtem antiquum ſuper illum ſedere. Difficultate igitur facta, ad virum Dei miſſum eſt. Qui veniés & orás, poſtquam benedictionem dedit tanta ille celeritate leua- E tus eſt, ac ſi nullum pondus habuiſſet.

Tunc in conſpectu viri Dei placuit, vt in eodem loco terram foderentur. Quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt: quo ad horam caſu in coquinam proiecto exire ignis repente viſus atque in cũctorum monachorum oculis, quia omne coquinæ illius ędificium conſumeretur oſtendit. Cumque iacendo aquam ad ignem fratres quaſi extinguendo perſtreperent: pulſatus eodem tumultu vir Dei aduenit. Qui F eundem ignem in oculis fratrum eſſe, in ſuis verò non eſſe conſiderans, caput protinus in orationem flexit, & eos, quos reperit, phantaſtico igne deludi, reuocauit fratres [monuit, vt cruce ſignarent] oculos ſuos, vt & ſaluum illud coquinę ędificium cernerent eſſe, & flãmas, quas antiquus hoſtis finxerat, non viderent.

Rurſus

Ruſus eum fratres parietem, quia res ita exigebat paulò altius ædificarent, vir Dei in orationis ſtudio intra cellæ ſuæ clauſtrum morabatur. Cui antiquus hoſtis inſultans apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret, indicauit. Quod vir Dei celeriter, per nuntium fratribus indicauit dicens: Fratres cautè vos agite, quia hac hora malignus ſpiritus ad vos venit. Is qui mandatum detulit, vix verba compleuerat, & malignus ſpiritus illum parietem qui ædificabatur, euertit atque vnum puerulum, monachum cuiuſdam curialis filium oppimens ruina contriuit. Contriſtati omnes non damno parietis, ſed morte fratris, venerabili patri Benedicto, quod acciderat, quam citiſſimè nunciare ſtuduerunt cum graui luctu. Tunc venerabilis pater ante ſe dilaceratum puerum deferri iubet, quem quidem portare niſi in ſacco potuerunt, quia collapſi ſaxa parietis eius non ſolum membra, ſed oſſa quoque contriuerant. Eumque adductum præcepit pater in cella ſua in [a] matta deponi, in quo loco orare conſueuerat. Miſſiſque foras fratribus, cellam clauſit. Qui inſtantius ſolito orationi incubuit. Mira res. Hora eadem hunc incolumem, atque vt prius valentem ad eundem iterum laborem miſit, vt ipſe quoque cum fratribus parietem perficeret, de cuius ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare crediddiſſet.

a apud D. Greg. legitur pſiathion, quod ſignificat ſtoreolam, ſeu tegeticulam, vt apud Dioſcoridem li. 2. cap. 105. ψιάθιον καλάμινον, ſtoreola, arundinea, diminutiuum autem eſt a nomine ψιαθὸς quod ſtoream & tegetem ſignificat. D. Anton. loco græci & latini vſus eſt nomine noſtro vulgari: nam ſtoream mattam dicimus.

De monachis, qui extra cellam comederant ca. 12. vide regul. D. Benedicti c. 51.

§. IIII.

MOs eorum fuit, vt quoties ad aliquid agendum egrederentur fratres, cibum potumque extra cellam minimè caperent. Cumque hoc de vſo regulæ diligentius ſeruaretur, quadam die fratres quidam egreſſi ſunt ex cauſa occurrenti. Et tardiori hora compulſi ex negotio demorari, in habitatione cuiuſdam religioſæ fœminæ cibum ſumpſerunt. Reuerſi igitur tardius, benedictionem à patre petierunt. Quo interrogante, Vbi comediſtis? negantibus illis ſe alicubi comediſſe, ait pater ſanctus. Quare mentimini? Nunquid non intraſtis domum talis mulieris? Nunquid non comediſtis talia cibaria, & tot calices bibiſtis? Qui recognoſcentes cuncta, quæ dixerat, vera eſſe tremefacti ad pedes eius ceciderunt confeſſi peccatum ſuum, eiſque pepercit: perpendens, quod vltra in eius abſentia non facerent quem præſentem eis in ſpiritu ſenſerent.

Narratur etiam de quodam laico, qui eum conſueuiſſet ſingulis annis viſitare ob deuotionem ſeruum Dei, ſed ieiunus: quadam vice cum ad hoc iter aſſumpſiſſet, diabolus in forma humana ſe ei ſociauit: & poſt aliquantulum ſpacium itineris, conuiator ille diabo-
A lus, habens ſecum ad comedendum & bibendum, cœpit ſocium inuitare ad refectionem aliquam, vt fortiores in itinere eſſent. Quod ſecundum obſeruandam ſuam conſuetam deuotionem, facere noluit. Et vlterius progreſſus iterum inuitauit, ſed renuit. Demum tertio inuenientibus eis in via pratum, & fontem ac locum amœnum, tertio diabolus ille perſuaſit de refectione. Cuius ſuggeſtioni conſentiens, cum illo ſe refecit. Applicans autem ad monaſterium, cum ſanctum viſitaret: A.C 550.
B d[...]auit ei pater, quid fuerat actum in via: qui ſcilicet ſemel & iterum reſtiterat ſuggerenti diabolo comeſtionem, ſed tertia vice victus à tentatore ieiuniũ fregerat. Quod ille in ſe cognoſcẽs, proſtratus veniã petiit & accepit.

Inſuper & Totila rex Gothorum, cum audiſſet illum per ſpiritum prophetiæ occulta cognoſcere volens rei huius veritatem experiri miſit quadam die ſpatharium ſuum cum ornamentis regiis & comitiua magna, fingentem ſe regem Totilam eſſe, Sed cum ante eum veniſſet, ſubitò ſanctus Dei ei dixit, ſe non eſſe
C regem. Ad cuius etiam aſpectum tam ipſe quã ſocij tremefacti, ceciderunt in terram.

Quod cum rex Totila percepiſſet ad eum acceſſit, & eo viſo in terram proſtratus eſt, nec prius ſe erigere voluit, niſi ſanctus eum de terra leuaret. Qui & ipſum de actis increpauit: & in paucis ſermonibus, quæ erant ei ventura prænunciauit, vt quòd decem annis regnaret, ita quòd in decimo moreretur. Et alia de quibus ſuprà dictum eſt. Sed cum antiſtes Canuſinæ eccleſiæ ſanctitate conſpicuus familiaris beato Benedicto colloquendo ei diceret, per
D regem iſtum Totilam ciuitas iſta Romana deſtruetur, vt iam amplius non inhabitetur Ait vir Dei. Roma a gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus & coruſcationibus, & turbinibus, ac terræmotu fatigata alias inardeſcet, marceſcet in ſemetipſa. Cuius prophetiæ myſteria impleta demonſtrantur.

De prophetia regi Totilæ & Canuſino antiſti facta, ca. 15.

Prædixit etiam ſibi eſſe à Deo reuelatum, totum monaſterium, quod conſtruxerat, & omnia, quæ pro eo præparauerat tradenda eſſe gentibus, obtinuiſſe autem à Deo, vt nullus ex fratribus caperetur: quod impletum eſt à Lon
E gobardis, monaſterio illo poſt aliquot annos capto & dirupto. Quod cuidam familiari ſuo cum multis lachrymis ſignificauit.

Item cum quidam monachus nobilis in ſæculo, patre ad veſperam comedente ante eum lucernam teneret, cœpit iuuenis ille per ſpiritum elationis cogitans dicere intra ſe. Quis eſt hic, cui adſiſtens lucernam teneo? cui ſeruitium impendo? Quis ſum ego qui huic ſeruio? Cuius cogitationes per ſpiritum videns beatus pater, cœpit eum increpare dicens. Signa cor tuum frater. Quid eſt quod loqueris? Et vocatis fratribus ab eo auferri lucernam
F mandauit. Qui frater quæſitus a ſociis, quid cogitaſſet, intellexit apertè beatum cogitationes ſuæ ſuperbiæ non latuiſſe.

Cum cuidam nuncio dati fuiſſent duo flaſcones vini beato viro offerendi, ille deuictus vitio gulę vnum tantum præſentauit alium in via certo loco occultauit. Cui redeunti dixit Benedictus. Vide fili, ne de illo flaſcone, quem

V.C. 520. abſcondiſti bibas, ſed inclinans eum cautè, vi A
debis, quid ibi intus ſit. Qui confuſus ex eo, quòd furtum eius eſſet illi manifeſtum, recedens ab eo, cum acceſſiſſet ad locum & inclinaſſet flaſconem ſerpens ex eo egreſſus eſt.

Quidam clericus Aquinenſis eccleſiæ à dæmonio obſeſſus, adductus ad virum Dei oratione facta liberatus eſt. Cui ſanato præcepit dicens. Vade & poſthac carnem non comedas, & ad ſacrum ordinem nunquam accedere præſumas. Quacunque enim die ſacrum ordinem accipere præſumpſeris, diaboli iterum iuri ſubiacebis. Quod pluribus annis ob- B
ſeruauit. Sed diu poſt cum videret inferiores clericos ſibi in ordine præponi, ne contemptibilis appareret ordinem ſacrum accepit. Moxque ſpiritus malignus, vt ſanctus prædixerat inuaſit, eumque vſque ad mortem tenuit.

De miraculis eius.

§. V.

VLtra mortuum illum fratrem reſuſcitatum, de quo ſuprà dictum eſt, vitam & C
De mortuo ſuſcitato c. 32. alteri reſtituit. Quadam die, vt ait Grego. vbi ſuprà, cum fratribus vir ſanctus, dum ad agrum fuiſſet egreſſus, ecce ruſticus quidam defuncti filij corpus in vlnis deferens, & lugens ad monaſterium viri Dei veniens, Benedictum quæſiuit. Cui cum dictum eſſet, quod in agro cum fratribus eſſet, ille defuncti corpus ante monaſterium dimittens, ad inueniendum patrem ſe in curſum dedit. Sed reuertenti iam ab agro cum fratribus ruſticus obuians clamare cœpit. Redde mihi filium meum. Redde mihi filium meum. Cui ſubſiſtens vir D
Dei ait: Nunquid ego filium tuum abſtuli? Et ruſticus. Mortuus eſt, veni, & reſuſcita. Quo audito valdè contriſtatus ait. Recedite fratres recedite, hæc noſtra non ſunt, ſed ſanctorum apoſtolorum. At ruſticus in ſua petitione perſiſtens, iurans quod non recederet, niſi filium ſuum ſuſcitaret. Ecce ait corpus infantis ad ianuam monaſterij iacet. Ad quem perueniens Benedictus, flexis genibus, & ſuper corpus defuncti incumbens, poſtea ſurgens, & manus ad cœlum tendens ait: Domine non aſpicias peccata mea: ſed fidem huius ruſtici, qui reſo- E
ſcitari poſtulat filium ſuum & redde animam corpuſculo, quam abſtuliſti. Qui mox reſurrexit coram omnibus quaſi contremiſcens, ſieque patri incolumem manu conſignauit.

Die quadam cum Placidus monachus puer
De ambulatione Mauri ſuper aquã cap 7. miſſus fuiſſet ad flumẽ ad vas aquæ inde adducendum incautè accipiens in flumen cecidit, & iam eum vnda fluminis per non modicum ſpacium vltra alueum ſuum traxerat. Hoc in ſpiritu cognoſcens pater, ſubitò vocauit Maurum, vt quã citiſſimè Placidum in aquam merſum, pergens illuc de flumine extraheret. Qui F
ſtatim accepta benedictione iter aſſumens, perueniénſque ad fluuium, & cernens vndam iam eum à terra longè traxiſſe, ad mandatum patris intendens, vt illum de aqua educeret, ſuper aquam fluminis ſicco proceſſit veſtigio, vſque quo puer fuerat iam ductus. Ipſumque ma

A nu apprehendit, & reduxit ad terram. at tunc A.C. 5[illegible]
perpendens ſe ſuper vndas ambulaſſe, ad patrem Benedictum in monaſterio accedens cũ Placido, expreſſit miraculum attribuens illud eius beati ſanctitati, Benedictus verò Mauri ſimplici obedientiæ.

Illo in tempore cum Campaniam alimentorum inopia grauiter affligeret, vir Dei diuerſis indigentibus monaſterij ſui cuncta tribuebat, vt penè in cellario nil niſi parum olei in vaſe vitreo remanſiſſet. Tunc veniens quidam ſubdiaconus Agapitus nomine magnopere po
B ſtulabat, vt parũ quid olei ſibi dari debuiſſet. Vir autem Domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cœlo omnia reſeruaret, hoc ipſum parum olei, quod remanſerat, iuſſit illi dari: Monachus autem, qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, ſed implere diſtulit. Cúmque poſt paulułum, an quod iuſſerat, datum eſſet, inquireret: ſed monachus ſe minimè dediſſe, eo ꝙ nil fratrib. olei remaneret, reſpõdiſſet: iratus pater aliis mandauit, vt vas illud vitreum cum oleo per feneſtram proiicerent, ne aliquid per inobedientiam in
C cella remaneret. Factúmque eſt ita. Sub feneſtra autem illa erat ingens præcipitium, mole ſaxorum aſperum proiectúmque vas vitreum venit in ſaxa, ſed manſit incolume ita vt nec frangi, nec oleum effundi inde potuiſſet. Quod vir Dei præcepit leuari, totúmque ſubdiacono petenti tribui.

Tunc collectis fratribus, fratrem illum de infidelitate & ſuperbia increpauit. Et increpa- De
tione perfecta ſeſe cum fratribus in orationem vacuo
dedit. Vas autem vacuum ad olei vſum erat leo im
& coopertum. Cúmque ſanctus in oratione pleto.ca.
D perſiſteret: cœpit cooperculum vaſis ſubleuari, & oleum inde in pauimentum effundi. Sed Benedicto orationem finiente, oleum effundã deſtitit. Et tunc diffidentem fratrem & inobediẽtẽ monuit, vt fidẽ diſceret, & humilitatẽ.

Cuidam ſeniori ex monachis obſeſſo à dæmonio beatus Benedictus poſt orationem alapam dedit, & malignum ſpiritum ab eo protinus excuſſit.

Quemdam puerum elephantico morbo lepræ percuſſum ei præſentatum oratione ſua perfectè mundauit.

E Alio tempore cum magna fames Campaniam anguſtiaret iam in Benedicti monaſterio triticum deerat, panes verò omnes conſumpti erant: vt non plus quam quinque ad refectionis horam pro fratribus inueniri potuiſſent. Cúmque eos venerabilis pater cerneret contriſtatos, eorum puſillanimitatem ſtuduit modeſta increpatione corrigere, & rurſus promiſſione ſubleuare dicens. Quare de panis inopia animus veſter contriſtatus eſt? Hodie quidẽ minus eſt, cras abũdanter habebitis. Sequẽti die ducẽti farinę modij ante fores cellę inuẽ
F ti ſũt in ſaccis. Quod omnipotẽs Deus, quib. deferentib. tranſmiſiſſet nunciis, manet incognitum quod fratres cernentes gratias Deo egerunt.

Quadam die dum quidam eius puerulus, monachus, parentes ſuos vltra quam debebat, diligeret, atque ad eorum habitaculum tendens ſine benedictione de monaſterio

exiiſſet

C. 542. exiiſſet, eodem die mox, vt ad eos peruenit, defunctus eſt. Cúmque ſepultus eſſet, altera die corpus foras inuentum eſt. Quod rurſus ſepulturæ tradere curauerunt, ſed ſequenti die iterum proiectum exterius inuenerunt. Tunc ad beati patris veſtigia currentes, cum magno gemitu petierunt, vt ei ſuam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu ſua protinus communionem Dominici corporis dedit dicens. Ite, atque hoc Dominicum corpus ſuper pectus eius cum magna reuerentia ponite, ſicque ſepulturæ mandate. Quod cum factũ fuiſſet, ſuſceptum corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. A B

Quidam monachus leuis, permanere in monaſterio nolebat. Cúmque vir Dei frequenter eum corriperet & admoneret, & ipſe nullo modo aſſentiret in monaſterio perſiſtere, atque importunis precibus, vt relaxaretur inſiſteret, nimietatis tædio affectus venerabilis pater, iratus iuſſit, vt diſcederet. Qui mox vt de monaſterio exiit, contra ſe aſſiſtere draconem aperto ore inuenit in itinere. Cúmque eũ draco, qui apparuerat, deuorare vellet, cœpit ipſe tremens & palpitans, magnis vocibus clamare dicẽs. Currite, currite, quia draco vult me deuorare. Currentes fratres draconem minimè inuenerunt, ſed eum trementem & palpitantem ad monaſterium reduxerunt. Qui ſtatim promiſit nunquam ſe à monaſterio receſſurum, quod & fecit, quippè quia ſancti viri orationibus contra ſe draconem iſiſtere viderat, quem prius non videndo ſequebatur, ſcilicet diabolum. C

Quidam debitor alicui in duodecim ſolidis, cum à creditore grauiter affligeretur, venit ad virum Dei eos poſtulando. Sanctus autem blãdo ſermone conſolans eum, ſe dixit nõ habere ſolidos, ſed nihilominus vt poſt biduũ ad eum reuerteretur [iniunxit.] Die tertia reuerſus ille, & oratione facta à ſancto viro pro ſubuentione eius, inuẽti ſunt ſuper arcam frumẽto plenã tredecim ſolidi, quos vir Dei ei dedit, dicens. Duodecim redde creditori, vnum autem pro expenſis tuis propriis retine, ſicq; receſſit. Quidam ex veneno ſibi dato cute mutata, & variata in modum lepræ ad eum ductus, perfectè ſanatus eſt. D E

De germana eius ſancta Scholaſtica, cuius tranſitum ad cœlum vidit, ac etiam beati Germani Capuani epiſcopi.

§. VI.

SOror eius ait Gregor. vbi ſuprà Scholaſtica nomine, omnipotenti domino ab ipſo infantiæ tempore dicata, ad eum ſemel per annum venire conſueuerat. Ad quam vir Dei nõ longè extra ianuam in poſſeſſione monaſterij deſcẽdebat. Qua ergo die venit ea more atque ad eam cum diſcipulis venerabilis eius deſcendit frater. Qui totum diem in Dei laudibus, ſacriſque colloquiis ducentes; incumbentibus iam noctis tenebris ſimul acceperunt cibos. Cúmq; adhuc ad mẽſam ſederẽt, & inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret, eadem F

A sanctimonialis fœmina ſoror eius rogauit eũ, dicens. Quæſo te nocte iſta, ne me deſeras, vt vſque manè aliquid de cœleſtis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille reſpõdit. Quid eſt, quod loqueris ſoror? Manere extra cellam nullatenus poſſum. Tanta verò erat in aëre ſerenitas, vt nulla in cœlo nubes appareret. Sanctimonialis verò fœmina, cum verba fratris omnino negantis audiſſet, inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit, & caput in manibus omnipotentem Deum rogatura declinauit. Cúmque leuaret de menſa caput, tanta corruſcationis virtus & tonitrui, tantaque inundatio pluuiæ erupit vt neque Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, in quo conſederant, pedem mouere potuiſſent. Sanctimonialis quippè fœmina, caput in manibus declinans lachrymarum fluuios in menſam fuderat, per quos ſerenitatem aëris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius poſt orationem inundatio illa ſequuta eſt. Sed tanta fuit conuenientia orationis & inundationis, vt de menſa caput iã cum tonitruo leuaret, quatenus vnum, idemque eſſet momentũ: & leuandi caput, & pluuiã deponendi. Tunc vir Dei inter corruſcationes, & tonitrua, atque ingentis pluuiæ inundationem videns ſe ad monaſterium non poſſe remeare: cœpit conqueri contriſtatus, dicens. Parcat tibi omnipotẽs Deus ſoror. Quid eſt, quod feciſti? Cui illa, Ecce rogaui te, & me audire noluiſti. Rogaui dominum meum, & audiuit me. Egredere nunc ſi potes, & me dimiſſa ad monaſterium recede. Ipſe autem extra tectum exire non valens, qui remanere ſponte noluit, in loco manſit inuitus. Sicque factum eſt, vt totã noctẽ illam peruigilem ducerent, ac per ſacra ſpiritualis vitæ colloquia ſeſe vicaria relatione ſatiarent. Nec mirum, quia plus illa fœmina, quæ diu fratrem videre cupiebat: In eodem tẽpore valuit, quoniam iuxta Ioannis vocem, Deus caritas eſt: iuſto valdè iudicio plꝰ potuit, quæ amplius amauit. A. C. 542. B C D 1. Ioan. 4.

Cùm autem die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam rediſſet, vir Dei ad monaſterium rediit. Et ecce poſt triduum in cella conſiſtens pater Benedictus, eleuatis in aëra oculis, vidit eiuſdem ſororis ſuæ animam de eius corpore egreſſam in columbæ, ſpecie cœli ſecreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiuſdem obitũ fratribus denũciauit. Quos etiam protinus miſit, vt eius corpus ad monaſterium deferrẽt, atque in ſepulchro, quod ſibi ipſe præparauerat, ponerent. Quo facto: contigit, vt quorum mens vna ſemper fuerat in domino, eorũ quoque corpora nec ſepultura ſepararet. Et hoc etiam ponit Gratianus. 13. q. 2. vnaquæque. §. 1. ſoror. De anima ſororis eius viſa. c. 34. E

Alio quoque tempore cum in monaſterio, nocturno tempore adhuc quieſcentibus fratribus, vir domini Benedictus inſtans vigiliis nocturnæ orationis tempora præueniſſet: ad feneſtram ſtans, & omnipotentem Deum deprecans, ſubitò intempeſtæ noctis hora reſpiciens, vidit fuſam lucem deſuper cunctas noctis tenebras effugaſſe, tantoque ſplendore clareſcere: vt diem vinceret lux illa, quæ in te- F

A.C. 542. orbis radiasset. Mira valdè res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit omnis etiam mundus velut sub vno solis radio collectus ante eius oculos adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorũ aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani animam episcopi in sphæra ignis ab angelis in cœlum deferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, quemdam diaconum, Seruandum nomine, qui ad eum visitandum venerat, bis térque cum clamoris magnitudine vocauit. Cúmque ille ascendisset, quia infra domum iacebat, respexit, partemq́ue lucis iam exiguã vidit. B Cui obstupescenti vir Dei miraculum per ordinẽ dixit. Mitténsque Capuam monachum, inuenit illa hora, qua Benedictus hæc viderat, Germanum de hac vita migrasse.

Quærenti autem Petro quomodo potuit totus mundus sub vno radio ab homine videri, respondet Grego. Firmũ tene, quod loquor, quia animæ videnti creatorem, angusta est omnis creatura. Cuilibet enim, qui parum de luce creatoris aspexit, breue fit ei omne, quod creatum est. Cúmque ipsa luce visionis intimę C mentis laxatur sinus, tantum expenditur in Deo, vt superior existat mundo. Fitque ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cúmq; in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur. Vir ego Dei, qui globum igneum, Angelos quoque ad cœlum redeuntes videbat, hoc proculdubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaque mirum, si mundum ante se collectum vidit: qui sublevatis mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem mundus collectus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta sunt, sed vi- D dentis animus dilatatus, qui in Deo raptus, sine difficultate videre potuit, omne quod infra Deum est.

De fœlici transitu eius, Grego.

§. VII.

De prophetica sui obitus denunciatione. c. 37.

EOdem anno, quo erat de hac vita exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdam longè manentibus, sanctissimi obitus sui denunciauit diem: E præsentibus indicens, vt audita per silentium tegerent, absentibus indicans quod vel quale eis signum fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum verò exitus sui diem, aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus acri cœpit ardore fatigari. Cúmque per singulos dies languor ingrauesceret, sexto die portari se in oratorium à discipulis fecit. Ibiq́ue exitum suum dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit.

Qua scilicet die duob. fratribus vni longius posito, alteri autem in cella commoranti, reuelatio vni⁹ atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt námque, quia strata palliis atque in- A numeris coruscans lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in cœlum vsque tendebat. Super quam venerando habitu vir clarus existens, cuius esset via, quam cernerent, inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait. Hæc est via per quam vir Deo dilectus Benedictus cœlũ ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut præsentes discipuli viderunt, ita & absentes ex signo, quod eis prædictum fuerat, agnouerunt. Sepultus autem est in oratorio sancti Ioannis Baptistæ, quod destructa Apollinis ara ipse construxerat. Qui & in eo B specu in quo prius Sublacus habitauit, nuncusque (si præsentium fides exigat) miraculis coruscat.

Nuper enim res est gesta, quam narro: quia quædã mente capta mulier, dum funditus sensum perdidisset, per montes & colles, syluas & campos vagabatur die noctúque hanc quiescere lassitudo cogebat. Quadam die dum vaga, & errans nimium, ad beati patris Benedicti specum deuenit, ibiq́ue nesciens ingressa mãsit. Facto autem manè ita sano sensu egressa est, ac si eam insania capitis nunquam tenuisset. Quæ postea in omni vitæ suæ tempore in C eã, quam percepit salute, permansit.

Et interrogante Petro, cur sancti aliquando maiora miracula faciunt in locis, vbi corpora eorum non iacent, quàm in locis, vbi sepulti sunt, respondet Gregorius quòd ideo hoc fit, quia ab infirmis potest mentibus dubitari, vtrum ne ad exaudiendum ibi præsentes sint, vbi constat, quòd in suis corporibus non sunt. Ibi necesse est maiora signa ostendere, vbi de eorum præsentia potest infirma mens dubitare. Quorum verò mens in Deo fixa est, tanto D maius habet fidei meritum, quanto illic eos nouit, & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione.

De regula eius.

§. VIII.

HIc sanctus vir, ait Gregorius doctrinæ verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorũ regulã discretione præcipuã sermone luculentam, cuius si quis vult subti- E lius mores, vitamq́ue cognoscere, potest in eadem institutione regulæ omnes magisterij illius actus inuenire, quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit.

Bonifacius autem papa. 16. q. j. c. sunt nonnulli reprobat sententiam aliquorum vt malignorum, asserentium monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo viuunt: sacerdotalis offi ij potentia indignos: neque pœnitentiam⁹, neque Christianitatem, idest, baptismum largiri. neque absoluere posse per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem. et subdit. Neque enim beatus Benedictus monachorum præceptor almificus, huius rei fuit aliquo modo interdictor: sed eos sæcularium negotiorum edixit expertes fore tantummodo. D. Bene. suæ reg. 4.

Ex ipsa autem regula habetur quantum ad cerimonialia vitæ, quòd ab esu carnium abstineant, nisi in infirmitate.

A feſto crucis ſeptembrili vſque ad reſurre- A ctionem ieiunium ſeruent, exceptis dominicis, & etiam ſextis ferijs omnibus.

Pannis lineis non vtantur ad carnem, ſed laneis.

Veſtiti dormiant cum cingulo & caligis.

Silentium teneant certis horis,& locis, & ſileant etiam à bonis. Nam ab otioſis & vanis verbis ſemper abſtineant.

Media nocte ſurgant ad confitendum domino, ad matutinas.

In omnib. ſimpliciter obediant, vilibus induantur, modeſtiam in aſpectu, in inceſſu, & in B omnib. ſeruent.

Concludens non per obſeruationem horũ haberi perfectionem, ſed initium eſſe, & diſpoſitionem ad eam.

Abbatem inſtruit, vt cautus ſit, ſed non nimis ſuſpicioſus, aliàs nunquam benè ſibi erit, nec quies mentis. Vigorem diſciplinæ in obſeruatione regulæ conſeruet, non leuiter diſpenſando ſiue magna cauſa, ſciens ſe Deo rationem redditurum de omni ſua diſpenſatione, ſi irrationabilis fuerit.

In recipiendis ad religionem non omni ſpi C ritui credat, ſed probentur ſi ex Deo ſunt. At vltra ea, quæ ſunt regulæ, non cogat nec auſteriora aut perfectiora quàm eorũ ſtatus requirat. Inducens figurá Iacob. qui noluit tiet proſequi cum Eſau, & ſocius fortiter minantibus, ne ſcilicet greges ſui ex nimio labore laſſarentur, vel aborirent, ſed lenè cum eis inceſſit.

Ad hoſpites charitatem exhibeat.

In omnibus cum conſilio agat, & in magis arduis etiam minores vocans, quia aliquando talibus Deus reuelat agenda.

Apoſtatam ne errans vagando pereat: reuer D tentem humiliter vſque ad tertiam vicem ad veniam recipiat cum pœnitentia.

In 7. cap. regulæ tractans illud euangelij. Qui ſe humiliat exaltabitur, ponit 12. gradus humilitatis figuratos in gradibus ſcalæ, quam vidit Iacob in viſione. Et primus eſt habere ſemper Dei timorem ante oculos ſuos: omniúmque præceptorum eius memorem eſſe. Secundus, ſi propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere. Tertius eſt, vt quis pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdat maiori. Quartus eſt, ſi ipſa obe- E dientia duris & contrarijs rebus, vel etiá quibuſlibet irrogatis iniurijs tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens non laſſeſcat vel diſcedat. Quintus, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes: vel mala à ſe abſconſè commiſſa per humilem confeſſioné abbati ſuo non celauerit. Sextus, ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit monachus, & ad omnia, quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum ſe iudicet & indignum. Septimus, ſi omnibus inferiorem & viliorem non ſolum ſua lingua ſe pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu. Octauus ſi nihil F agat monachus, niſi quod communis monaſterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. Nonus, ſi linguam ad loquendum prohibeat, & taciturnitatem habens vſque ad interrogationé non loquatur. Decimus eſt, ſi nó ſit facilis & promptus in riſu. Vndecimus cum loquitur monachus leniter, & ſine riſu, humiliter, & cum grauitate, pauca verba & rationa- A A. C. 542. bilia dicat: & non ſit clamoſus in voce. Duodecimus & vltimus, ſi non ſolũ corde monachus, ſed etiam corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet, id eſt, in opere, in horto, in oratorio, in via, in agro, vel vbicunque ſedens, ambulans, ſtans inclinato ſemper ſit capite defixis in terram aſpectibus, reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimet rationem redditurũ.

Quam multi religioſi D. Benedicti regulam teneant. B Vide Poly. Virgil. emendatam lib. de inuentoribus rerum. 7. cap. 2.

CAPVT XIIII.

POſt Benedictum, omnes monachi occidentis militant ſub regula beati Benedicti, & ipſum habent in patrem, exceptis Cartuſienſibus, qui habent ſpeciales eorũ conſtitutiones. Sed, vt ſermocinatur, de eo beatus Bernardus, ipſe fuit tanquam lignum plan C tatum ſecus decurſus aquarum (quæ fluunt cũ impetu de Libano) id eſt gratiarum ſpiritualiũ, quod fructum fecit in tempore ſuo, & facit multipliciter. Quemadmodum arbor vna eſt in radice & trunco, multiplex autem in ramis & fructibus, qui tamen humorem & vigorem habent a radice & trunco: ita ſtatus monachalis in occidente vnus eſt ab vno patre deriuans à radice regulæ Benedicti habens vigoré. Qui tamen in proceſſu temporis diſtinctus eſt in multos ramos diuerſarum religionum monachalium conuenientium in regula, ſed diffe D rentium in conſtitutionibus additis ad regulã variis, & moribus, & habitibus. Inde enim ordo Cluniacenſium, ordo Præmonſtratenſium, Ciſtertienſium, Camaldulenſium, Vallis vmbroſæ: Humiliatorum, Montis oliueti: ſanctæ Iuſtinæ, Montis ſanc, & aliorum.

Elogia S. Benedicti ex Ber. in ſerm. de S. Benedicto 6. Pſal. 1.

Sed habuit beatus Benedictus duos inter cæteros diſcipulos ſanctos viros, ſcilicet Maurum & Placidum: de quibus ſuprà. Et primò quidem de ſancto Mauro dicetur. Hic miſſus fuit à beato Benedicto in Galliam, ad conſtruẽdum nouum monaſterium ſuæ religionis. Et E cauſa huius fuit, quia beatus vir Bertigrannus epiſcopus Cenomanenſis, audita fama ſanctiſſimi Benedicti, & ſuæ religionis miſit duos venerabiles viros ad beatum Benedictum, ſcilicet Flodegarium archidiaconum ſuum & Arderadum vicedominum ſuũ cum magnis xenijs, orans obnixè, vt mitteret ei de monachis ſuis perfectos viros, qui in fundo eccleſiæ ſuæ ædificarent monaſterium ſecundum regularis vitæ obſeruationé, pro quo conſtruendo & prouidendo ipſe epiſcopus impenſas conferret. Licet autem beatus Benedictus obitum ſuum iá ſibi reuelatum ſciret appropinquare, tamen vt ſatisfaceret piæ petitioni epiſcopi ad Dei glo- F riam & religionem ipſam dilatandam, quem præ cæteris diligebat, propter eminentem probitatem ſuam Maurum deſtinare ad hoc opus propoſuit. Quod audientes monachi omnes contriſtati ſunt valdè intendentes poſt tranſitum patris eum ſibi præficere in abbatem: vt eſſet cunctis norma ſanctitatis. Sed venerabi-

lis

A.C. 542. lis pater conſolatus eſt eos, vt in domino fiduciam habeterent exhortans, & ſicut ſe priuabat conſolatione eius præſentiæ, vt aliorum ſaluti prouideretur, & ipſi quoque non quę ſua ſunt quærerent, ſed quæ proximorum.

Miſit ergo pater ſanctus Maurum a cum quatuor aliis monachis, quibus illum pręfecit tunc annos habentem triginta duos. Et dedit ei regulam, quam ſcripſerat manu ſua ſanctiſſima. Proferrique iuſſit pondus libræ panis, & æreum vaſculum pro certa menſura vini ſingulis in prandio vel cœna dandi. Iter igitur aggredientes cum oratoribus epiſcopi Flodegario & Ardetardo, prima die applicuerunt ad quoddam monaſterij hoſpitium, vbi duo ex monachis beati Benedicti manebant. Qui receperunt eos honorificè. Et cum ibi eſſent, beatus Benedictus, miſit duos alios monachos ad Maurum & ſocios, vt ei darent ex parte patris certam capſulam eburneam cum reliquiis: ac etiam quamdam epiſtolam breuem hæc dulcia verba & prophetica continentem. Accipe, dilectiſſime, extrema inſtitutoris tui dona, quę & longum teſtentur amorem: & tibi & commilitonibus tuis contra omnia perpetuum munimem præbeant impedimenta malorum. Poſt expletam totam trinam vigenorum decurſionem annorum, ex quo monaſterialem adiiſti perfectionem, in gaudium domini tui es introducendus, vt mihi heri poſt receſſum tuum reuelatum eſt. Prædixit quoque difficultatem ſe habiturum ad monaſterium conſtruendum, ſed dominum adiuturum. Exinde cæptum iter proſequentes quinquageſimo quinto die applicuerunt Vercellas, ibíque duos dies manſerunt ad hoc exorati à clero ipſos humaniſſimè recipiente.

Vercellas veniunt. Sed cum prædictus Arderardus, vnus ex miſſis ab epiſopo deambularet per gradus cuiuſdā altiſſimæ turris, operante diabolo deorſum præceps ruit, ita contritus & confractus vt de vita eius deſperaretur: propter cuius infirmitatem diebus tredecim ſuperſederunt in ciuitate præfata. Cùm autem Maurus videret Flodegarium archidiaconum valdè affligi de caſu ſocij, & ab eo lachrymis vrgeretur, vt ſanitatem ſibi præcibus à domino impetraret miſericordia motus ſuper eum, ſacris reliquiis ſecum delatis corpus confractum tangens, liberam ei & plenam reſtituit ſanitatem. Quo peracto diuulgato miraculo, creuit & in omnē regionem exiuit fama ſanctitatis eius, vt omnes currerent ad eum videndum, quod tamen totum factum attribuebat virtuti Crucis, & meritis patris Benedicti, vt perfectè humilis.

Proſequentibus poſtmodum iter circa iuga Alpium vnus ex famulis eorum Sergius nomine, de equo ad terram cadens pedem ſibi confregit, quem & Maurus perfectè ſanauit. Adueniens autem ad eccleſiam beati Mauri

a Illorum quatuor monachorum, qui vnà cum beato Mauro in Gallias ad monaſteria conſtruenda ordinis D. Benedicti miſſi fuerunt, nomina ſunt hæc Simplicius, Antonius, Conſtantinus & huius vitæ auctor Florus. ipſe in prologo.

A cij cum ſociis, ingreſſi ſunt eccleſiam ipſam A.C. 542. gratia orationis. Ibique cœcum clamantem vt eius Maurus miſereretur, cum inſtaret fuſis precibus ad eum illuminauit, Linum vocatum.

Ex dicto loco vlterius procedētes, ad quoddam hoſpitium in via declinantes nocte illa manſerunt. Huic hoſpitio erat cōtigua domus cuiuſdam viduæ, quæ filium infirmatum ad mortem, & horam tranſitus ſui expectantem lugere & clamare præ dolore filij pereuntis non ceſſabat. Quod audiens Maurus ei compatiens, acceſſit ad lectum infirmi vna cum ſocio Simplicio nuncupato, & orans pro eo iam per biduum ſenſu & loquela priuato, reſtituit illū matri ſuæ incolumen.

In cæna autē dominica, quæ eſt ante Paſcha peruenerunt in vicum Antiſiodorenſem. Placuit Mauro accedere ad monaſteriū Romani ibi cōſtructū ex domini reuelatione illuc profecti. Hic autem fuit ille Romanus, qui Benedicto adoleſcenti, & ſolitudinem quærenti ad tempus victum procurauit, vt ſuprà dictū eſt. Qui eos honorabiliter & cum caritate nimia ſuſcepit: ſanctúmque Paſcha cum eo celebrarunt. Manifeſtauitque Maurus Romano, & aliis beatum patrem Benedictum illa die ad dominum migraſſe. Super cuius tranſitu pias lachrymas ſimul fuderūt, conſolationem tamen magnā recipientes, quia & Mauro ipſi oſtenſa fuit via, qua ſanctus in cœlum conſcenderat.

Quale in Francia nacti ſint impedimentum.

§. I.

Poſt hæc cum attigiſſent Aurelianos: audita morte beati viri Bertigranni epiſcopi Cœnomanenſis, qui pro illis miſerat, mœror grauiſſimus inuaſit duces eorum archidiaconum & Ardetardum. Fratres quoque ex hoc tædio affectos Maurus confortauit, recolens prophetiam patris Benedicti, qua prædixerat cum difficultate monaſterium conſtruendum. Ex condicto autem remanſerunt ibi, expectantes quouſque præfati nuncij archidiaconus & Ardetardus accedentes ad epiſcopum ſucceſſorem Bertigrāni ſcirent de intentione eius, & propoſito circa conſtructionem monaſterij, eiſque referrent. Quibus perſonaliter ad eum venientibus, & ſuper eo interrogantibus, reſpondit ſe ad alia oportere intendere: nec illud poſſe implere. Ardetardus igitur quàm citiſſimè nuncium, nepotem ſcilicet ſuum miſit iſta ſignificare Mauro & ſociis, nec propter hoc animo deiicerentur: quia diſpenſatione diuina hoc agebatur, vt aptior eis locus prouideretur, & quòd ad Andegauenſe territorium tranſirent, quo eis occurreret ipſe.

His peractis, & occurrentibus ſibiinuicem inſinuauit Ardetardus Mauro, quòd quidam ſuus conſobrinus Florus nomine, primus inter regni Fráciæ proceres, huius propoſiti fuerat, vt in poſſeſſionibus ſuis, quibus abundabat, monaſterium conſtrueret, & dotaret ſeruorum Dei: ſatiſque Deum timere videba-

A.C. 544. videbatur, & ſtrenuè ſe in commiſſis agere. Quamobrem regi Franciæ Theodeberto erat chariſſimus, eique erat vnicus ex coniuge filius, quem etiam in monachum Deo offerre cupiebat: vnde & [nuncium ſuum directum ad illum habere, qui illi] aduentum ſuum cum ſociis, & cauſam ipſi intimaret, & reſponſa perferret [Interea dum aut ipſe aut ille quem ad eum direxerat reuerteretur, ad locum ipſum inſpiciendum & conſiderandum eum hortabatur. Hoc audiens B. Maurus gaudio gauiſus eſt, & ſtatim altera die cum eodem honorabili viro pergit ad conſiderandum locum.] Florus igitur iſta ab Ardeardo percipiens, valdè gauiſus tempus aduenìſſe ſuum deſiderium adimplendi, poſtulauit à rege Theodeberto licentiam iſta perficiendi. Cui rex benigniſſimè authoritatem conceſſit monaſterium in ſuis poſſeſſionibus ædificandi, & monachos ſanctos, qui venerant ibi collocandi. Accedenti ergo Floro ad territorium ſuarum poſſeſſionum pro hoc opere conſummando: ibi ei occurrit beatus Maurus cum ſociis & Ardeardo. Ante quem Florus de equo deſiliens, cum magna veneratione in terram ſe proſtrauit, & oſculata dextera amplexatus eſt. Iam enim audierat ſanctitatē vitæ eius, & virtutes quas in eo dominus per eum fecerat: vnde ad eum affectionem eximiam & deuotionem conceperat. Floro verò exponenti voluntatem ſuam & regis aſſenſum dixit Maurus: Obſeruatio ordinis noſtri ſummam depoſcit quietem & ſecuritatem. Quapropter ſi nobilitati generoſitatis tuæ non eſt contrarium, primum omnes res, quas Deo & famulis eius tradere deſideras pro remedio animæ tuæ ſimul perluſtrantes inſpicere debemus. Inde facto teſtamento te tradente nobis coram teſtibus, recipere eas in noſtram conuenit dominationem. Quod totum Florus peregit, offerens inſuper, & filium ſuum vnicum nomine Bertulphum octo annorum nutriendum & inſtruendum magiſterio & doctrina Mauri. Et meipſum (inquit Florus) ſi vita comes fuerit perfecto opere, relictis omnibus, quæ in mundo ſunt, diuinis mancipandum obſequiis in hoc eodem monaſterio polliceor. Omnia autem, quæ dixerat executioni mādauit. Iuxta igitur flumen Ligerim monaſterium conſtruere cœperunt: oratorium facientes inter cætera in honorem ſancti Martini.

Dum autem opus fieret, multis & magnis in arte peritis ad ædificandum conductis, quadam die Florus dum operarios inſpiciens cum Mauro reſideret, lectioni ipſo vacante, & interdum ipſi Floro aliquando exponente, quidam, qui cæmentariæ arti præerat, de altiſſimo loco, in quo ædificabatur retrorſum corruens, ſuper aceruum lapidum congregatum cecidit, ita confractus, vt mortuus crederetur, per omnes meatus corporis ſanguine copioſe fluente. Maurus autem cum Floro illuc accurrens, ad oratorium beati Martini eum deportari fecit. Emiſſiſque omnibus ſolus remanens, poſt orationes ſigno Crucis ſanitati plenæ illum reddidit, & ad proſequēdum ædificiū miſit. quod videns Florus inquit. Verè tu es diſcipulus illius Benedicti, de quo talia frequenter audiuimus. Et ex illa hora in tanta veneratione eum habuit, vt vix ei appropinquare auderet.

Cùm autē ille ſanatus ad opus fuiſſet reuerſus, quidam ex operariis B. Mauro detrahere cœperunt: dicentes, quòd non religionis obtentu, ſed gratia cupiditatis: vt honoratior in aliis regionibus haberetur: ſuum reliquiſſet monaſterium: & quæ faciebat ſigna, non in virtute Dei, ſed quibuſdam præcationibus operabatur. Cùm iſta inter ſe loquerentur, ſubitò ſpiritus malignus tres ex eis inuaſit, & ita acriter vexare cœpit: vt vnus eorum expiraret, alij duo ſeinuicem dentibus laniabant. At vbi vir Dei hoc audiuit, lugens ex compaſſione eorum ad oratorium beati Martini acceſſit, & orans per ſpacium horarum trium, poſtmodum duos illos à dæmonibus obſeſſos liberauit. Defunctū autem corpus deportari fecit in porticum eccleſiæ, noctémque illam duxit inſomnem, Deū exorans vt animam in corpus reducere dignaretur: ne diutius diabolus, qui eam extorſerat de illa triumpharet. Manè facto cum à Simplicio monacho & presbytero, pro eo celebrari miſſam feciſſet, cum ipſo accedens ad locum vbi iacebat defunctus, & facta oratione ſuper eo, reſuſcitatus ſurrexit. Cui & in mandatis dedit, ſi viuere vellet, ne locum illum vnquam intraret, quod ex humilitate imperauit, ne ex tali facto plauſus & fauores hominum quærere videretur, aut eis oblectaretur.

Octauo igitur anno ab aduentu eorum ad locum illum, monaſterium illud in omni ſui conſtructione conſummatum eſt, & ab epiſcopis prouinciæ dedicatum. Florus autem non immemor ſuæ promiſſionis, pergens ad regem Theodebertum, licentiam ab eo petiit regularem ſuſcipiendi habitum, vt peccata, quæ in ſæculo plurima contraxerat: ieiuniis, orationibus: cæteriſque operibus piis redimere valeret. Quam licentiam rex negare nequiuit, licet ſuper hoc plurimum contriſtaretur, quòd à ſe ſeparabatur, ſpecialem ad eum gerens dilectionem. Et interroganti regi de vita & miraculis ſancti Mauri, quæ dicebantur cuncta per ordinem enarrauit. Profectus eſt autem rex Theodebertus cum comitiua ſua, & Floro ad monaſterium, & viſitans beatum Maurum, ad pedes eius ſe rex proſtrauit orans cum lachrymis, vt pro ſe preces ad dominum funderet frequentes, & in numero fratrum qui iam quadraginta erant ſe vt vnum ex eis haberet, ac filiū ſuū Theobaldum, mandans ipſi filio ſuo, vt ſemper congregationi dicti monaſterij adiutator, & defenſor exiſteret. Interrogauitque Maurum de ſociis, diſcurrens per ſingulas monaſterij officinas, eique largiens fiſcū regium, qui Boſeus vocatur cum redditib. & villis eius: eccleſię quoque corūplurima ornamenta in auro, argento, & gemmis conceſſit. Omnémque donationem, quam fecerat Florus monaſterio, confirmauit inſtrumentis confectis & regio annullo ſignatis. Demum ipſe Florus coram altari in præſentia regis & procerum ſuorum, & Beati Mauri cingulum militiæ deponens, habitum religionis accepit, primo beato Mauro, exinde rege, & poſt, qui voluerunt ex proceribus, de coma capitis eius tondētibus, ipſo rege pias lachrymas continere non valente. Quibus peractis induxit B. vir regē ad vidēdū domum

Monaſteriū ab epiſcopis dedicatum. A.C. 550.

A.C. 555. domum hoſpitum, vbi beatus Maurus ante regem proſtratus, obnixè rogauit vice omnium vt ipſe cum comitiua ſua ibi refectionem paratã perciperet. Quod cũ renueret, vnus ex conciliariis eius ſapientiſſimos perſuaſit hoc acceptare. Quod & fecit. expleto prandio cum inde eſſet rex receſſurus, fecit vocari Florum præfatum ſui amantiſſimum, eique cũ lachrymis dixit. Gratias agimus Deo de tua conuerſione. Sed tibi ſollicitè procurandum eſt, vt ſicut in habitu ſæculari ſtrenuè ſemper conuerſatus es, ſic quoque in hac ſanctiſſima religione, quam expetiſti, ſine reprehenſione Deo placere ſatagas. Die autem ſequenti poſt receſſum regis, pergens Maurus ad videndum & recipiendum fiſcum ei à rege collatum, in villa illa paralyticum ei oblatum ſanauit.

Pia regis ad nouitiũ exhortatio.

A · B

S. Mauri in ſuo munere obeundo diligentia.

§. II.

C

REuerſus inde ad monaſterium, ſollicitè magiſtri ſui more ſingulorum ſecum inhabitantium mores, & vitam perſcrutans, ac verbum vitæ publicè & priuatim eis annuncians, antiquique hoſtis inſidias detegẽs, proficere eos ad meliora quotidie hortabatur. Nobileſque ad eum conuenire cœperant ad Deo ſeruiendum, alij filios ſuos offerebant. Vnde factum eſt vt in vigeſimo ſexto anno fundationis eius centum & quadraginta fratrum congregatio adunata eſſet. Qui numerus à beato viro, tam eius authoritate, quàm congregationis aſſenſu, præfixus eſt, & ſtatutum, vt nemo deinceps eſſet, qui hunc numerum excedere vel minuere auderet.

D

Præfatus autem Florus poſtquam per duodecim annos in dicto monaſterio religiosè cõuerſatus eſſet in domino requieuit ſuperſtite filio eius Bertulpho monacho. Theodeberto rege migrante ex hoc ſæculo, ſucceſſit in regno eius filius Theobaldus, qui & beatum Maurum & monaſterium eius dilexit plurimum, & aliquando viſitauit, ac etiam villas duas ei donauit. Cui in breui de medio ſublato, ſucceſſit Clotarius rex, qui audita fama ſanctitatis viri Dei, etiam eum multum dilexit, ac ſapientiſſimis aliquando eius conſiliis vtebatur. Adueniente autem quadam die archidiacono Andegauenſi cum multis ad eum viſitandum, poſt colloquia ſancta, dum eum inuitaſſet ad collationem, vnumque vaſculum vini in loco illo eſſet & pannis vnus & illis adductis coram ſancto viro adeo Deus hæc multiplicauit oratione eius vt ſeptuaginta viri ex eo ter biberent, & adhuc vaſculum plenum eſſet. Ex eo autem tempore, non facilè beatus Maurus de monaſterio egrediebatur: ſed ordinatis præpoſitis & aliis adminiſtratoribus, ſoli Deo vacabat, orationi & lectioni inſiſtens.

Theodobertus obiit. A.C. 550. Onu.

E · F

Cúmque iam appropinquare ſibi terminũ vitæ videret ſecundum prænunciationem beati patris Benedicti, ædificata ſibi domuncula iuxta oratorium ſancti Martini remotiorem delegit vitam. Et quia grex congregationis illius ſine rectore eſſe non poterat, cum fratrib. congregationis tractabat de abbate inſtituendo. Qui cum omnes hoc ſibi committerẽt decernendum, pater ſanctus Bertulphum filium olim Flori, virum nobiliſſimum genere, ſed magis morib. & in omni religione perfectiſſimum abbatem deſignauit, Cui tũ omnes acquieuerunt. Cúmque duos cum dimidio annos in hac auſteritate compleſſet, quadam nocte cum more ſolito eccleſiam beati Martini intrare vellet ad orandum, magna diabolus obſequentium conſtipatus caterua, ab ingreſſu baſilicæ eum prohibet dicens. Eia Maure, quid nos à propriis deturbare ſperas ſedibus? nunc videndo & experiẽdo noſtræ perferes immiſſionis depopulationem. Ego enim, prout libuerit ſtrages diuerſarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triomphabo, vt vix aliquid de tanta huc adunata multitudine remanere videatur. Cúmque ſanctus reſpondiſſet. Increpet te dominus Sathan, quia mendax es, & pater eius, vt fumus euanuit ſtrepitum immaniſſimum faciens: ita vt videretur viro Dei totum monaſterium corruiſſe, quo ſonito fratres expergefacti ſunt, & pauore perculſi.

B.Maurus ſecretiorẽ locũ petit.

A.C. 5.. · A · B

Iudæ. 1. Ioan. 8.

C

Interea beatus Maurus nimia afflictione mœrens pro iis, quæ audierat: ingreſſus oratorium dominum deprecatur, vt illa certius quæ malignus ſpiritus ei dixerat, reuelarẽtur. Cui apparens Angelus albis indutus, ait illi. Quid dilectiſſima Deo anima mœrore affligeris pro iis, quæ à Deo agi diſpoſita ſunt? Nam diabolus licet totius mendacij ſit caput, multa tamen coniiciendo ex eis: quæ frequenter expertus eſt, prænoſcit. Sed & hoc noueris, diabolum non ſua voluntate, ſed imperio Dei, quę tibi prodidit, reſeraſſe. Pars enim maxima huius monaſterij intra breue tempus colligetur ad dominum, vt ab ipſo præfixum eſt: ſed de nullo eorum, vt mentitus eſt diabolus triumphabit, quos omnes, qui modo obibunt, cum præmiſeris ad Deum, tu fœlicior ſubſequeris. Manè facto ſanctus vir omnibus congregatis reuelationem exponit, vt ſe præpararent eu[m] à Deo euocati fuerint exhortans. Ad cuius verba omnes ſe parauerunt, expectantes vltimam vitæ ſuæ horam cum gaudio. Exinde factum eſt, vt intra quinque menſes centum & ſexdecim in monaſterio illo morerentur, nec plures remanerent, quàm viginti quatuor monachi. Quo numero ſublato ex hoc ſæculo, dolor lateris vehementer inuaſit beatum Maurum. Ingraueſcente autem morbo ante altare beati Martini ſuper cilicium ſtratus, & viuificis ſacramentis munitus ad dominum fœliciter euolauit, ſepultus ibidem. Cui ſuperuixit annis duobus Bertulphus ab eo abbas inſtitutus. Remanentes autem ſuſtinuerunt multas perſecutiones. B. autẽ Maurus duodecim annorum erat, cum habitum recepit à beato Benedicto. Per viginti annos conuerſatus eſt cum eo, poſtea miſſus in Franciam in monaſterio ab eo inſtructo, in territorio Andegauenſi 40. annis vixit. Vnde collectis inſimul dictis numeris mortuus eſt anno vitæ ſuæ 72. vt prædixerat B. Benedictus. Et ab incarnatione dñi 576.

A B M. c6..

D · E · F

De S.

A.C.5?? *De S. Placido & ſociis ex Gordiano eius famulo. deyſdem habet Leo Hoſtienſis in hiſtoria Caſſinenſis cœnobij epiſtola Sæculorum.*

§. III.

PLacidus fuit diſcipulus ſancti Benedicti martyrio coronatus apud Siciliã in portu Meſſanæ ciuitatis. Cuius hiſtoriam & martyrium cum pluribus aliis ſcripſit Gordianus. Tempore igitur, quo Theodericus regnabat in Italia in ſeniori Roma & Iuſtinus ac Iuſtinianus in noua Roma ſceptra tenebant imperij, & in ſede Petri Ioannes primus & Fœlix ſedebant: Tertullius vir nobiliſſimus & præclariſſimus & in vtraq; curia Romani imperij poſt auguſtos nulli ſecundus illuſtriſſimus atque ditiſſimus in ſeniori Roma patriciatus retinebat habenas: qui ex Anitiorum ſanguine lineã ducens, adeo ſapientia & prudentia viguit vt ab imperatore, omniq́ue Romano imperio pater patriæ vocaretur. Hic ex Octauiæ gentis familia ducens vxorẽ, corpore ac moribus ſpecioſiſſimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea ſuſcepit. Primũ namque Placidum, ſecundum Eutychium, tertium Victorinum filios habuit. Quarto autem loco dum puellam enixa fuiſſet pro eo quod ex Octauiorum & Flauiorum ſtirpe deſcenderet Flauiam nominauerunt. Hos cum dicto patricio Tertullio peperiſſet viam domini illos colere docuit ſectari patriam, humilitatem, ſobrietatem, caſtitatem, cæteraſque virtutes. Ipſius autem patricij animos, licet imperialibus eſſet negotiis implicatus ſemper tamen circa eccleſias ac monaſteria erat intentus, ſemper ea, quæ Dei ſunt, quærens.

Eo autem tempore, cum beatus Benedictus velut lucifer inter aſtra apud Sublacum radiaſſet, cœperunt ad eum multi confluere & ſub iugo ſuaui domini in religione ſub diſciplina eius Chriſto deſeruire. Fama autem tanti patris per Romanum imperium volitante, rumor etiam vrbem implens peruenit ad aures Tertullij patricij. Quamobrem placuit ei, deuotione tanti viri attracto, cum optimatibus multis beatum Benedictum viſitare. Et illuc ad monaſterium accedens, quàm primum ſanctum Dei ſibi occurrentem aſpexit, ex equo deſcendens, genibus eius prouolutus, pro ſuis commiſſis veniã per eum impetrari à domino cum lachrymis depoſcebat. Quẽ vir Dei à terra eleuans humaniſſimè ſuſcepit, ac ipſum de pertinentibus ad ſalutem ſufficienter inſtruxit. et poſt familiaria colloquia Tertullius patricius doctrina beatiſſimi viri plurimũ delectatus eo die Deo & eidem patri Benedicto Placidum filium ſuum ſeptem nutriendum, & erudiendum ſecundum regularem normam inſtitutionis ſuæ obtulit, & conceſſit, & ad vrbem benedictione ſuſcepta reuerſus eſt.

Placidus ergo, & ſi puer ætate: cor tamen gerens ſenile, cœpit ſub regulari magiſterio beatiſſimi patris creſcere, & ſanctam, ac Deo placidam vitam in omnibus obſeruare. Quem vir Dei cernens de virtute in virtutem ad alta conſcendere, vt proprium filium vnicè diligebat. Hunc cum adhuc puerum miſſum ad hauriendum aquam de lacu, lapſum in ipſum, iam vnda per iactum arcus longè à terra traxiſſet, Maurus eius ſocius ex iuſſu patris Benedicti hoc in ſpiritu cernentis extra ictum de aqua incolumen reduxit ad terram, vt ſuprà patuit. Et cum glorioſus pater in montem aſcendit Caſſinum, ad conſtruendum monaſterium, ſecum adduxit Maurum & Placidum iam adultos & moribus exornatos. A.C.576. Maurus ex aqua Placidũ extrahit. Ibid. c. 7.

Quod cũ peruenisset ad aures Tertullij, ſcilicet monaſterium conſtructum in poſſeſſione ſua montis Caſſini, gauiſus eſt valdè. Et vocatis dierum aſſumptis ſecum nobiliſſimis viris Romanæ vrbis, ſcilicet, Boetio, Symmacho, Vitaliano, Gordiano atque Equitio, cum competenti comitiua equeſtres ad montem Caſſinum ad locum, vbi inchoatum erat monaſteriũ, qui ei obuenerat ex hereditate paterna profecti ſunt. Hoc cum nunciatum fuiſſet beato viro occurrit eis cum Mauro & Placido ante ianuam monaſterij, & proſtratũ cum ſociis eleuauit à terra, & in eccleſiam induxit. Et eis benignè ſuſceptis in oſculo ſancto rogauit Tertullius patrem Benedictum, vt tam ipſe, quàm cæteri fratres eum dignarentur in ſuam ſocietatem recipere. Quod cum pater egiſſet, obtulit idem Tertulius ex tunc Deo, & eidem patri Benedicto totum ex integro Caſſinum montem cum vniuerſis pertinentiis ſuis, atque illum ex proprio iure abſcindens, eidem patri in perpetuum tradidit poſſidendum. Conuocanſque ad ſe a primiſcribium reipublicæ teſtamentum iuxta Romanum morem ſeu inſtrumentum confici fecit. Pariq́ue modo contulit eidem patri caſtra, villas, & poſſeſſiones, quæ ad eum iure hæreditario pertinebant, cum vniuerſis appendicijs ſuis, deſcribens confinia eorum. Domum etiam in qua Placidus natus fuerat, in vrbe Roma in Cælio monte beati Eraſmi poſtea nomine dedicatam, patri Benedicto ex toto conceſſit. Obtulit & ipſa die Deo & ipſis ſanctis eius medietatem de lacu Lucrino. Et inſulam Caprariam in ſolo Neapolitano locatam portumq́ue Traianenſem & Vulturnanſem: & totam piſcatiam Læſinenſem cum fance ſua ſimul etiam tres inſulas Diomedes. Paraſcia quoque, quæ in Apulia habebat rogatu filij ſui pari modo conceſſit, vbi continentur multæ poſſeſſiones & villæ. In territorio Capuano, in territorio Conſino, in Aprutio, & in Luguria, & in ſalo Gaditano multas poſſeſſiones & bona. quæ ibi habebat contulit beato Benedicto & fratribus ſuis in perpetuum poſſidenda. Et cortes etiam complures, quas in Sicilia Tertullius habebat, eis donauit. Tertulli' in religionem admittitur.

a *Multa vocabula, quæ nuſquam. quod ſciam. extant hic videre licet & in primis hic habes primiſcribium, quod primum ſcribam ſeu notariorum principem indicat, alias codex habuit primiſcrinium pataram legendum primicerium. qua vox valde vſitata fuit illo ſæculo: vide Onuph in interpretatione vocum Eccl. Appenditia autem ſunt ea quæ illis villis poſſ. continuæ adiuncta quaſi appendices quædam earum erant. Paraſcia denique loca ſunt ampla & ſpatioſa, in quibus nobiles ad captandam in æſtate vmbram ſe conferebant παρὰ τὰς σκιάς id eſt, ab vmbra nominata.*

A.C.540. geſima verò dominica die feria tertia. & quinta A pane tantum & aqua contentus erat nihil aliis diebus omnino percipiens. Silicio ad carnem ſemper vſus. Et cum fatigatus eſſet ab oratione ſeu genuflectione ſedendo potius quàm iacendo ſumnū capiebat. Nemo vnquā illum vidit in aliquo actu cōmotum, ſed ſemper modeſtū, humilem, grauem, manſuetum, benignum, & piū. Nunquam alicui locutus eſt, niſi neceſſitas coegiſſet: aut rationabilis vtilitas prouidendi monaſterio & aliis: Sermo eius ad homines penè alius nō erat quàm ſpernere huius ſæculi luxus B onera vitiorum deuitare & Chriſtum pauperem & Crucifixum imitari. Et cum in omni virtutum perfectione indies creſceret, nec ſe æqualem aliis exiſtimabat, ſed omnium ſeruum & inferiorem. Nil menti eius gratius fuit, quàm potentem pauperi non præponere. Et ita egenis cōptaiens ſuffragia conſerebat vt & diuites ad erogandum ſibi à Deo collata efficaciter hortaretur. Cōſtructo autem monaſterio & perfecto intra quadriennium, in breui tempore triginta fratres ad eum congregati ſunt, ad Dei obſequia dedicari. Et ab epiſcopo Meſ- C ſanenſi eccleſia, & monaſterium dedicata ſunt ſolemniter.

Non defuere miracula, quę ſanctitatem viri Dei, etſi homines tacuiſſent: ipſa proculdubio manifeſtarent. Nam in Sicilia & maximè in ciuitate Meſſana cœci plures illuminati ſunt. Dæmones ab obſeſſis corporibus effugati, habentes arida membra ſanitati reſtituti, paralytici curati, leproſi mūdari, claudis rectus greſſus eſt redditus, mentecaptis ſeu fatuis eſt vſus rationis integer reſtitutus: quod raro à ſanctis legitur peractum. Et quàmplurium variis lan- D guoribus occupati, virtute orationis eius ſunt liberati, ita vt per Siciliam, Aphricam, & Tuſciam diuulgaretur fama ſanctitatis eius, & potentia in faciendis miraculis.

Eutychius & Victorinus Fratris deſiderio in Siciliam nauigant.

§. VI.

INterea cum & iſta in vrbe Romana prædicarentur, germani Placidi ſcilicet Eutychius & Victorinus vna cum germana eorum Flauia Placidum videndi deſiderio ducti & in eius amore ſupra modum ſuccenſi, ex conſilio parentum ſuorum vrbem egreſſi nauem aſcendunt. Danteſque carbaſa ventis in Siciliam nauigant & applicantes ad portum ciuitatis Meſſanenſis deſcendentes in terram ad cœnobiū ſancti Ioannis, in quo beatus Placidus pręſidebat, pficiſcūtur. Et cūprimo ipſum vidiſſent F non recognouerunt. Nam ex quo à patre fuerat Benedicto abbati oblatus non eum viderant. Et poſt tanti temporis ſpacium vir factus & monachali habitu indutus ac pręnimia abſtinentia & vigiliis corpore quaſi tabefactus effigiem mutauerat. Sed ris declaratus cum multo gaudio eos ſuſcepit.

Cum autem aliquantis diebus apud Placidum fratrem ſuum moram traherentur

A in illo tempore apud paganos, qui Hiſpa- A.C.540. niam habitabant Abdala impiiſsimus rex Chriſti inſectator & hoſtis, qui regnum adminiſtrabat in Hiſpania Chriſtianæ religionis culturam funditus è terra eradicare quętebat, & Molachrēphā culturā augere. Sed & ſi mala multa intulit fidelib. è quib. plurimos martyrio deſtinauit ad cœlos, non tamēn præualuit, ſed ad nihilū demum deductus eſt inimicus. Hic ergo centum nauium expeditionem congregauit & ſuper eas quemdam crudeliſsimum, no- B mine Manuchani, ducem præficiens contra Romanum direxit imperium, mandans, vt ciuitates & caſtra igni cremaret eccleſias deſtrueret, Chriſtianos ad colendum dæmonem Molachrempham compelleret, non conſentientes autem diuerſis ſuppliciis interimeret. Cùm ergo Siciliam præfati intraſſent, cum ſexdecim millibus octingentis nec aptè Victorinus & Eutychius ac Flauia de Meſſana poſſent recedere, demum inimici Dei ad ciuitatem illam peruenientes ad monaſterium Placidi acceſſerunt & nocturno tempore fores C confringentes omnes illic inuentos vinculis adſtringi mandarunt. Et è ſociis Placidi, qui de monte Caſsino ſecum venerant, Donatus quidam, iam ſenex ſubitò ab eis capite truncatus eſt, Gordianus autem iuuenis, per poſticum domus fugiens euaſit.

Sanctus igitur Placidus cum Eutychio & Victorino fratribus & ſorore Flauia & triginta monachis victi ca henis Mamuchæ aſpectibus præſentantur. Tyrannus verò Placidum ad interrogationem eius de nomine: cum audiſſet eſſe Chriſtianum, dixit dux impius. Ne- D ga Chriſtum, & dic in eum conuicia & iuxta ritum regis noſtri Abdalæ Deum noſtrum adora & dimitto te. Cui reſpondit Placidus, Ego nunquam Dominum Ieſum Chriſtum negabo & pro eius nomine mori deſidero. Dux iniquus poſt hæc dixit ad Eutychium, Victorinum & Flauiam & triginta monachos illos. Vos, quid dicitis? Obtemperatis ne mandatis regis noſtri Abdalæ, vt Chriſtum relinquentes, Deum noſtrum adoretis? Sancti reſponderunt. Quod in animo inſidet tuo per E fice, vnus eſt nobis animus, vna fides, vnus ordo viuendi. Quamobrem, quod à primo audiſti ab omnibus dictum eſſe putato. Pro amore enim Chriſti, parati ſumus animam ponere. Ad hæc verba dux furore ſucceſſus, iuſſit omnes expoliari, & grauiſſimè fuſtibus cædi, dicens: Verba verberibus cedant. Sancti autem Dei gaudebant quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cædi. Et cum martyres dicerent. Neque blandimentis tuis neque aſperitatibus minarum immutare nos poteris. Tunc iterum inſaniens dux eos fe- F cit expoliari & in omnibus membris crudeliſſimè torqueri. Sed & Flauiam virginem & Placidi ſororem pulcherrimam cum non poſſet iudex inflectere, iuſſit eam expoliari, & capite deorſum ſuſpendi. Ad quam tyrannus Stultiſſima fœminarum non verecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et virgo ad eum. Vnus eſt conditor maris & fœminæ, ob quam rem nulla mihi de ſexu adſcribetur iniuria pro eo quod nuda ſum neque nu-

A. C. 540. ditate corporis mei tantũ ſuſtinere parata ſum, ſed gladium & ignem propter eum, qui pro pter me & denudari, & flagellari, & crucifigi voluit. Poſtea iuſſit eum acerrimè flagellari, nec non frontem eius mammillas & brachia diſſipari. Iterum cum omnes cerneret in fide Chriſti fixos, omnes mandauit tandiu fuſtibus cædi quouſque inter manus tortorum deficerent. Quod cum diu miniſtri ſceleris feciſſent exiſtimantes eos mortuos dimiſerunt.

Sed miſit Dominus angelum ſuum, qui eos dicto citius ab omni plaga curauit. Non ceſſantibus autem eis nomen Domini Ieſu Chriſti inuocare dux furore ebrius fecit eos cum Placido lapide contundi, deinde linguam eius radicitus abſcindi, qui tamen lingua præciſa clamabat. Benedictum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſumma eius virtus. Flauiam autem ſororem eius cum tradidiſſet tyrannus in manibus lenonum ad conſtuprandum virgo facta oratione intacta permanſit. Nam quicunque ad eam accedere voluiſſet, mox ſtupebant membra eius arefacta, & magno dolore affecta. Ad alia exinde ſe conuertit crudelia ſathanæ filius Mamucha præfatus. Nam ſanctos Dei ſtatuit arctius ligari, & ſuper tibias eorum anchoras poni & ſuper anchoras lapides magnos ſtatui, vt tali cruciatu, vel negarent Chriſtum, vel conſumerentur: ſed illæſi permanſerunt. Poſtremò ſententiam protulit dux nefandiſſimus, vt capite plecterentur & corpora eorum inſepulta lupis & auibus deuoranda manerent. Sicque ſancti Dei palmam martyrij conſecuti ſunt. Paſſi ſunt autem .iij. nonas Octobris in portu Meſſanæ in Sicilia.

Colitur. 5. Oct. Et monaſterium conſtructum ab eis, funditus à Saracenis prædictis euerſum. His peractis cum mandaſſet Mamuchas dux eorum, ſedata maris tempeſtate omnes naues conſcendere, vt Rhegium adirent, aſcendentes ęquoris alta ſulcare cœperunt. Et eis in medio mari conſtitutis vehemens tempeſtas orta eſt, ita vt nec ante nec retro procedere poſſent. Et ſubuerſis centum nauibus eorum, Saraceni illi omnes deſcenderunt in profundum maris ſubmerſi ab aquis. Corpora autem ſanctorum Placidi, Turychij, Victorini & Flauiæ ſororis eorum cum triginta monachis illæſa inuenta ſunt, miro odore fragrantia, & honorificè ſepulta. Paſſus eſt autem beatiſſimus Placidus cum ſociis anno Domini. 541. Ætatis autem ſuæ anno. 26. martyrio coronatus. Ad cuius ſepulchrum multa poſtea miracula facta ſunt. Septemnis ſiquidem erat, quando oblatus fuit beato Benedicto, cum quo in monaſterio Sublacenſi, & poſtea in Caſſinenſi monachus per quatuordecim annos conuerſatus eſt ſub eius magiſterio. Et miſſus in Siciliam quatuor annis manſit, & poſtea (vt dictum eſt) à Mamucha duce Saracenorum, decollatus pro fide Chriſti, anno imperij Iuſtiniani decimo tertio.

Breuis vita S. Placidi.

De S. Romualdo ordinis Camaldulenſium inſtitutore, ex Petro Damiano, quem tom. 3. Sur. edidit.

A. C. 1030.

CAPVT XV.

SAnctus Romualdus, qui clarus & inſignis habetur, anno Domini. 1000. obiit antè circa annos Domini 1030. fundator extitit, & inſtitutor ordinis Camaldulenſium, dilatati & ampliati in multis monaſteriis in partibus Tuſciæ, & Longobardiæ, quorum principale monaſterium eſt in diœceſi Aretina, & Dominio Florentinorum. Huius vitam deſcripſit luculento ſermone eloquentiſſimus vir Petrus Damianus epiſcopus & cardinalis, quam tamen abbreuiabimus. Et pro eius prologo ſic ait in primis.

Aduerſum te immunde munde conquerimur, qui habes intolerabilem ſtultorum ſapientium turbam, tibi facundam, Deo mutam, qui per vanam eloquentiam, & inanem philoſophiam ſe ſciunt, in ſuperbiæ cornibus arroganter extollere. Non habes, qui profuturum aliquid ædificationi proximorum ad poſterorum memoriam, velit ſedulus adnotare. Habes (inquam) qui in prætoriis iudicum ſęcularium negotiorum lites, & cauſarum iurgia continuis valeant declamationibus perorare. Non habes, qui poſſit in ſancta eccleſia, vel vnius ſanctorum virtutes, claraque geſta deſcribere. Sapientes ſi quidem ſunt, vt faciant mala, benè autem facere neſcierunt. Ecce tria iam luſtra fere trãſacta ſunt, ex quo beatus Rõualdus depoſita carnis ſarcina ad ætherea regna migrauit: & nemo adhuc ex huius mundi ſapientibus extitit qui, de tot eius vitæ mirabilibus præconiis, pauca ſaltem hiſtoricè digereret, & deuotioni fidelium ſatisfaciens ad cõmunem eccleſię vtilitatem recitanda deſcriberet. Nobis autẽ in anguſto cellulæ angulo reſidentibus, vtilius erat, ſicut propoſuimus propria peccata ad mẽtis oculos reuocare aſſiduè quam alienæ virtutis hiſtoriam texere.

Verum cum ad ſepulchrum eius ex longinquis partibus toto anno præcipuè in eius feſtiuitate fidelium multitudo conueniat, miraculaque per eum diuinitus facta conſpiciat, & audire vitæ eius hiſtoriam deſiderabiliter quærat non irrationabiliter pertimeſcimus, ne celeberrima eius fama, quæ adhuc populi totius ore depromitur, labente curriculo temporum de memoria hominum penitus deleatur. Quapropter hoc timore perculſus, multorum fratrum precibus, & germana charitate deuictus: quod de prædicto venerabili viro ab egregiis ei⁹ diſcipulis didici, aggrediar Deo authore deſcribere. Hoc autẽ vnũ lectorẽ meum in primis noſſe deſidero, q̃a nõ multa p̃ eũ facta miracula in hac ego deſcriptiũcula colligã: ſed potius, q̃d ad ædificationẽ omnimodè attinet, conuerſationis eius ordinẽ referre contendam. Beatus ſiquidem vir, in tanto ſe humilitatis tegimine à vento vanæ gloriæ cuſtodiuit: vt vndecunque mirabilis hominibus potuit apparere, ſtudioſiſſima occultatione ſuppreſſerit. Quæ tamen miracula, ſi non feciſſet, mirabilem vitam ducens minori veneratione dignus non eſſet. Neque enim

præ

A.C.1000. curſor Domini miracula feciſſe legitur, quo maiorẽ inter natos mulierũ nullũ fuiſſe veritas ipſa teſtatur. Nõnulli enim Deo ſe deferre exiſtimant, ſi in extollẽdis virtutibus ſanctorũ, mendacium fingant. Ii nimirum ignorantes Deũ noſtro non egere mendacio derelicta veritate Deo quę ipſe eſt de falſitatis ei putãt ſe placere poſſe commento. Qui enim oblatam vltra ſimplicem veritatem referre facile poterant, in compẽdiis, quę neſciunt, caſſo labore deſudãt.

Matt. 11.

S. Romualdi patria, eiuſque vſque ad conuerſionem vita.

§. I.

ROmualdus igitur vt hiſtoriam eius aggrediamur, Rauennæ ciuitatis oriundus, ex illuſtriſſima ducum fuit ſtirpe progenitus. Qui cum in adoleſcentiam perueniſſet, cœpit in peccatum carnis procliuis exiſtere: quo videlicet vitio illa ætas impugnare homines, pręſertim diuites vehementius ſolet. Mente tamen Deo deuotus, frequenter contra ſe magnum aliquid proponebat. Nam etſi aliquando ad ſtudium venationis attingeret vbicunque per ſyluas amœnum locum reperire poterat mox ad eremi deſiderium eius animus accendebatur. Huic erat pater nomine Sergius mundo vehementer intentus. Qui dum aduerſus propinquum ſuum exortis ſimultatibus pro poſſeſſione prati inimicitias exerceret videns filium ſuum Romualdum in contentione molleſcere crimenque fratricidij me dullitus formidare, minari fecit exheredem cum facere ſi in eadem diutius ſententia permaneret ſcilicet non perſequendi inimicum. Tandem vtraque inimicantium pars ad litis materiam prorumpũt: arma arripiunt, bellum ſociale committunt. Et dum cominus hincinde pugnatur, manu Sergij inimicus occiditur.

Romualdus autem licet nullum peremptorio vulnus inflixerit, quia tamen interfuit, pœnitentiam tanti reatus accepit moxque ad Claſſenſe monaſterium beati Appollinaris more homicidarum diebus quadraginta permanſurus in luctibus properauit. Illicque deſtricta pœnitentia ſe iugiter macerans, quodam ibi conuerſo frequenter admonebatur, ad habitum religionis ſumendum. Cum autem quadam die ille conuerſus promitteret ſe ei beatum Appollinarem corporali ſpecie oſtenſurum, obligauit ſe Romualdus ſæculum relicturum, ſi hoc ageret. Pernoctantibus igitur ambobus in eccleſia in oratione pro ea re circa galli cantum noctis beatus Appollinaris ipſis duobus videntibus manifeſtè exiit de ſubaltari, quod in medio eccleſiæ ad honorem beatæ virginis cernitur eſſe conſtructum. Confeſtimque mirabilis ſplendor, quaſi ſolaris totam repleuit eccleſiam. Tunc beatus martyr ſacerdotalibus infulis mirabiliter exornatus aureum in manu portans turibulum, cuncta eccleſiæ incenſauit altaria & ſtatim vnde exierat rediit ſplendorque ceſſauit. Cumque conuerſus promiſſum ſoluendum à Romualdo exigeret poſtulans prius hoc iterũ fieri,

Romualdus pœnitentia.

A ſimili modo iterato apertè viderunt. Demum cum à monachis habitum ſanctæ religionis deuotè exquireret, & ipſi timentes ſæuitiam patris & moleſtias recuſarent, archiepiſcopum ciuitatis adiit, à quo habitum recepit, & ipſum adnumerari collegio monachorum ipſorum imperauit. A.C.1009.

Sed cum cerneret Romualdus ibi nonnullos per lata gradientes, remiſſius viuere ſibique arduam perfectionis ſemitam arripere nõ licere, cœpit redarguendis eorum vitiis vehementer inſiſtere: Illi autem, vt iunioris & B nouicij verba pro nihilo deputare. Tandem hoc opprobrium non ferentes, cœperunt de eius morte tractare decernentes, quia cæteris maturius de nocte ſurgens, ad eccleſiam properabat, tranſeuntem per quoddam ſolarium à terra ſatis eleuatum ipſum deorſum verſo capite præcipitare. Quod cum ab vno ex conſciis conſpirationis percepiſſet, periculum euitauit. Ad perfectiora deinde religionis faſtigia Romualdus anhelans, audita fama cuiuſdam ſancti eremitę in partibus Venetiarum de C gentis, Marini nomine, conſenſu ab abbate & monachis facillimè impetrato, quia grauis eis erat etiam ad videndum, inde recedens ad illum venerabilem virum perrexit, eiuſque diſciplinæ ſe ſubdidit.

S. Romuald⁹ fit monach.

S. Romualdo monachi necem moliuntur.

Erat autem hic Marinus, vir ſimplicis animi, & ſinceriſſimæ puritatis, nullo magiſterio eremiticæ conuerſationis edoctus: qui hũc viuendi modum habebat, vt per continuum anni circulum tribus in hebdomada feriis mediam panis buccellam & pugillum fabæ guſta D ret, vinum verò & pulmentum aliis tribus diſcreta ſobrietate perciperet. Pſalterium verò per ſingulos dies totum canebat. Plerumque de cella exiens cum diſcipulis paſſim per latitudinem eremi pſallendo ſpaciabatur nunc ſub iſta arbore vigenos nunc ſub alia trigenos concinens Pſalmos. Romualdus autem, quia ſæculum idiota reliquerat, aperto pſalterio vix ſuorum verſuum notas ſyllabatim explicare valebat. Et hæc oculorum in ima deflexio intolerabilem ei importunitatem accidiæ generabat. Marinus verò in dextera ma E nu virgam tenens, Romualdo è regione ſedenti ſiniſtram capitis partem frequentiſſimè verberabat. Poſt multa autem Romualdus graui neceſſitate compulſus humiliter ait. Magiſter, ſi placet à dextro me deinceps tempore percute, quia iam læuæ auris auditum funditus perdo. Tunc ille tantam eius patientiam admiratus, indiſcretæ ſeueritatis tempe rat diſciplinam.

De auſteritate eius vita & tentationibus.

F

§. II.

ROmualdus deinde de virtute in virtutem mira celeritate progrediens, & cunctos fratres antecedens, ad hanc omnino prouectus eſt gratiã, vt quicquid inter fratres ſiue de ſpũalibus ſiue de corporalibus ipſe decerneret, vniuerſis volentibus eius omnino ſentẽtia præualeret, & Marinus etiam ipſe acquieſceret. Per continuum autem annum nihil aliud in

S. Romualdi profectuẽ.

A.C.1000. cibum habuit niſi tantum per ſingulos dies ex vno pugillo elixi ciceris vixit, tribus verò annis ipſe & Ioannes quidā ſarculis terram frangentes & triticum ſeminantes, ex manuum ſua cum labore vixerunt. Qui nimirum dum agriculturam exercebant pondus ieiunij duplicabant. Impugnabat tamen diabolus Romualdum, multis & variis tentationum immiſſionibus, maximè in initio conuerſionis. Modo quę quanta vir ſtrenuus in ſæculo acquirere potuiſſet, modo quæ ingratis propinquis hæreditanda dimiſerit, modo parua nimis, & nullius eſſe meriti, quæ faciebat accuſabat, modo tanti laboris horrorem incutiens, longam vitam promittebat. O quam ſæpè cellulam eius percuriens, cum adhue vix obdormiſceret, eum excitauit & quaſi iamiam imminente crepuſculo per totam noctem vigilando deduxit. Per continuum fere quinquennium ſuper pedes eius & crura diabolus nocturno tempore iacuit, & ne huc illucque facilè ſe verteret: typophantaſtici ponderis aggrauauit. Quis explicare valeat, quot ſtrementes vitiorum beſtias pertulit? quàm ſæpè præſentes ſpiritus iniquos durißimis increpationibus effugauit.

Contigit autem, vt librum aliquando de vita patrum legens, in illum locum incideret, vbi continetur, Quod quidam fratres per continuam hebdomadam ſingulariter ieiunantes, ſabbatorum die pariter conuenirent ipſoque & Dominico die ieiunij rigorem interponerent, & remiſſius victitarent. Quem viuendi ordinem ſtatim Romualdus arripuit & in eo ferè quindecim annis vel amplius, continua auſteritate permanſit. Petrus autem quidam, qui fuerat dux Dalmatiæ (quem ducatum acquiſierat ex quadam proditione, & occaſione mortis alicuius Domini, & ideo ad pœnitentiam agendam, de tanto ſcelere, de conſilio Romualdi ſæculum dimiſerat, & cum Romualdo, Marino, & aliis eremiticam vitam ducebat) cum multis delitiis in ſæculo ſolitus eſſet educari, ſub tam diſtricti ieiunij pondere ſuccumbebat: vnde ad pedes beati Romualdi ſe humiliter proſtrauit cum verecundia dicens. Pater quia magnum corpus habeo ex hac paximatij medietate me ſuſtentare non valeo. Romualdus circa fragilitati compatiens, quartam ſuperaddidit ad priorem menſuram, & ſic labenti fratri, ne deficeret, manum miſericordiæ tetendit. Ieiunare autem, omnino, hoc eſt, diem ſine vllo cibo tranſigere, licet ipſe ſæpiſſimè fecerit, aliis omnino prohibebat. Dicebat enim ad perfectionem tendenti hoc ſummè congruere vt omni die comedat, & ſemper eſuriat, quare nos hoc raro per conſuetudinem lugeat, quod graue nouitiis in initio conuerſionis apparet.

Vigilias verò temperatè, & magna cum diſcretione faciendas ſuadebat, ne cui fortaſſe contingeret, vt ſopori peractis nocturnis officiis cōſentiret. Sane huiuſmodi ſomnū vir ſanctus adeo habebat exoſum, vt ſi quis ei conſiteretur ſe poſt duodecim pſalmorum vigilias, vel maximè circa diluculum obdormiſſe, nequaquam poſſet illa die cum eius licentia miſſarum ſolennia celebrare. Dicebat etiā meVigiliæ nocturnę quales eſſe debeāt

lius eſſe, ſi poſſibile ſit vnum pſalmum ex corde, & cum compunctione cantare, quam centum cum mentis ſabulatione percurrere, vbi autem intentio ad Deum erecta eſt, contra voluntatē cogitatio veniens, non eſt nimium formidanda. A Orgue

Cum autem eſſet in Galliæ partib. & familiarem ſibi quemdam agricolam haberet, qui ſibi aliquando obſequia caritatiuè præſtabat, accidit vt quidam comes ſuperbus, miſſis paraſitis vaccam, quam ruſticus ille habebat, auferri faceret, & de ea occiſa carnes ſibi parari [præciperet] adæſum. Super qua re ruſticus ille apud Romualdum querimoniam fecit. Qui comiti demandauit, vt animal ſuum ruſtico reddi faceret. Hoc autem ille contempſit, & ex paratis ſibi carnibus vitulæ coctis dum bolum in prandio in os mitteret, ita bolus gutturi adhæſit, vt nec educere nec tranſglutire valeret, ſicque inter ſuorum manus ſuffocatus eſt.

Sergius pater S. Romualdi fit monachus, quem filius vi illata in monaſterio retinet.

§. III.

INterea Sergius, pater beati Romualdi monachus efficitur. Sed aliquanto poſt diabolo ſuadente factæ conuerſionis pœnitens in ſæculum redire conatur. Quod protinus monachi cœnobij, videlicet ſancti Seueri, quod non longè ab vrbe Rauenna eſt poſitum vbi corpore non corde Sergius habitabat beato Romualdo indicare per nuncium ſtuduerunt. At ille ſiniſtra relatione perculſus, neceſſarium eſſe decreuit, vt ipſe pereunti patri quàm citiſſimè ſubueniret, habitabat autem tunc Romualdus in Galliarū partibus, cū Garino abbate, & Ioanne Gradenico.

Audientes autem regionis illius incolæ, qui magnam deuotionem ad eum conceperāt, quia Romualdus abire diſponeret, nimio mœrore turbati ſunt. Et tractantibus inter ſe qualiter ab hac eum intentione reprimerent, hoc illis tandem viſum eſt, vt cū miſſis interfectoribus impia pietate perimerent: quatenus, quia eum non poterant retinere viuentem, ſaltem haberent pro patrocinio terræ vel cadauer exanime. His cognitis Romualdus caput ſuum vndique decaluauit, & huius rei executoribus iam cellæ ſuæ appropinquantibus primo fere diluculo, comedere quaſi per auiditatem cœpit. Illi autem hoc videntes dementiam crediderunt, & arbitrantes mentem læſam: corpus lædere dedignati ſunt. Sic prudens ſpiritualis Dauid, inſaniam ſtultam carnaliter, & ſapientium ſuperauit aſtutiam. Libera ergo facultate vti permiſſus non equo ſultus, ſed ſolum baculum manu ferens nudis plantis ex intimis Galliarum finibus Rauennam venit. Ibique patrem ad ſæculum reuerti volentem reperiens, in ligno pedes eius fortiter ſtrinxit, & tamdiu corpus eius pia [illegible] tate perdomuit, donec eius mentem ad [illegible] tis ſtatum Deo medēte perduxit. Qui poſt modum magna deuotione in monaſterio [illegible] miēs poſt modicū in Domino obdormiuit. M[illegible] tiuus autē, q aliquo tēpore magiſter fuerat R[illegible] 4.R

ualdi

A. 1092.

valdè paulo poſt Apuliam verſus abiit. Ibique poſtmodũ in ſolitudine habitans ab Agarenis eſt latrunculis interfectus.

Romualdus autem in palude Claſſenſis cellam figens, in loco, qui dicitur Pons Petri habitauit, non corporis ægritudinem metuens non fœtoris nauſeam perhorreſcens. Sed ne imbecillitatis occaſione quantumlibet ſe ab abſtinentiæ rigore remitteret: ad Claſdem prædium, vbi eſt eccleſia beati Martini, migrauit. Ibi cum quadam die completorium caneret, ecce maligni ſpiritus repente cellam eius ingreſſi, protinus illum ad terram ſternũt & immani eum cæde conficiunt, & exhauſtis longo ieiunio membris duriſſimos ictus infligunt. Tandem inter ipſa percuſſionum verbera, reſpectu diuinæ gratiæ viſitatus, in hanc vocem erupit. Care Ieſu, dilecte Ieſu, quare me dereliquiſti? Nunquid omnino me in manibus inimicorum tradidiſti? Ad hæc omnes illi maligni ſpiritus fugati ſunt, mòxque ſanus & validus de terra ſurrexit. Sæpè in cella ſibi reſidenti, veloti teterrimi corui vel vultures, inique ſpiritus videbantur adſiſtere. Sæpè ſe in figuris Æthiopum, & per diuerſorum animaliũ ſpecies, oſtendebant. Quibus clarus Chriſti triumphator inſultabat dicens. Ecce paratus ſum, ſi qua in vobis virtus eſt, oſtendite. Nunquid iam omnino defeciſtis? quibus verbis ſubitò effugabantur. Videns ergo diabolus, quia per ſeipſum contra Dei famulum præualere nõ poterat, ad callida argumenta conuerſus, quocunque vir ſanctus ibat, diſcipulorum eius animos aduerſus eũ in malitiã excitabat, vt qui tentare eũ ab accenſo ſui feruoris impetu non poterat: ſaltẽ ab alienæ ſalutis cura cõpeſceret.

Aliquando ad locum, qui Balneum dicitur, in territorio Saſſenati conſtitutum tranſiit: vbi moram trahens monaſterium ad honorem archangeli Michaelis conſtruxit. Illuc Hugo marchio certam pecuniam ad diſpenſandum ei deſtinauit. Audito autem, quòd monaſteriũ palatioli fuiſſet igne conſumptum, partẽ illius pecuniæ ad eius reparationem direxit. Cognito hoc monachi ſancti Michaelis beluino aduerſus eum furore commoti ſunt, tum quia prauis eorum motibus contrarius erat: tũ quia, quæ eis deferebantur, non eis omnia, ſed quædam aliis impendebat. Facta igitur conſpiratione, vnanimiter cellam eius irrumpunt cum fuſtibus & phalangis verberibus eum afficiunt, & dehoneſtatum de finibus illis expellunt, ſed illos diuina vltio non deſeruit. Nam cum exultarent, & ſimul lætarentur de eiectione ſerui Dei, ac conuiuiũ præpararẽt, vnus ex eis qui fuerat ſæuior quadam ea cauſa ad flumen pergens: ibi ſubmerſus eſt. Super alios ea multitudine niuium tunc deſcendentium ruente ædificio alij capite, alij cruribus, alij diuerſis membris attriti puniri acriter cœperunt.

In altera quoque alio tempore regione moratus, quæ Pereum dicitur: à Rauenna per duodecim milliaria diſtanti cellã quam cum vno ſocio habitabat, ignis magnus inuaſit, ſed virtute orationis ſtridẽtes ignĩu globos extinxit.

[...]ibus [...]e [...]ammas.

Eodem tempore iunior Otho imperator Claſſenſem abbatiã ordinate diſponens, optionem fratribus dedit, vt quem ipſi vellent, indubitanter abbatem eligerent. At illi continuò expetunt Romualdum. Imperator autem diffidens beatum virum ad regiam aulam euocare poſſe, ire ad eum per ſeipſum voluit, & ad cellam eius ſole occidente peruenit. Cui Romualdus: quia magnum hoſpitem in parua cella ſuſceperat, lectulum ſuum ad quieſcendum ei dare dignatus eſt. Mane autem facto rex eum ad palatium ſecum duxit. Tandem ſibi inſtare, vt abbatiæ regimen ſuſciperet, multis precibus cœpit. Qui cum reluctaretur, & regis petitioni aſſenſum penitus denegaret, rex econtrario excõmunicationem & anathema ab omnibus epiſcopis & tota ſynodo minaretur: tandem imminente neceſſitate ſuccubuit, & regimen animarũ coactus ſuſcepit.

A. C. 1000.

Regebat itaque monachos ſub diſtricta regulæ diſciplina, neque alicui ab ea in aliquo declinare licebat impunè non nobili, non litteris erudito. Vir denique ſanctus oculos cordis in cœlum figens, vt Deo in omnibus obtemperaret, non timebat hominibus diſplicere. Hoc fratres illi ſero conſiderantes, ſemetipſos prius accuſant, quia hunc ſibi præeſſe popoſcerant. Deinde multum eum detractionibus & ſuſurrationibus lacerant, & diris ſcandalorũ aculeis vexant. Romualdus igitur videns & ſuam perfectionem aliqualiter minui, & illorum mores in deterius conuerti, regem impiger adiit, & eo non leuiter reluctante, vna cum epiſcopo Rauennate, in vtriuſque conſpectu virgam proiecit, & monaſterium dimiſit. Porrò rex Tyburtinam ciuitatem tunc obſidebat. Ciues enim eius inclytum eius ducem Mattholinũ interfecerant. Ipſum quoque regẽ correptis armis de ſuis mœnibus excluſerant vnde non dubium fuit, beatum Romualdum, ea diuina prouidentia miſſum, qui imminens tot animarum periculum ſequeſtrata pace deleuit. Hoc enim inter eos pactus eſt, vt Tyburtes ad honorem regis muros ciuitatis pariter diruerent, obſides darent. Ducis verò interſectores, ad eius matrem catenatos dirigerent: quæ ſancti viri fuſis precibus mitigata eſt cum eſſet crudeliter offenſa, & crimen indulſit, & incolumes ad propria eos redire permiſit.

Hic otho dictus eſt tertius de quo infra tit. 16. ca. 3. §. 4.

Tyburis muri euertũtur.

Apud præfatam vrbem conuertit beatiſſimus vir Romualdus quemdam Theutonicum Tammum nomine: qui intantum erat regi familiaris & carus, vt amborum vna paropſis communi ſæpè conuiuio ſociaret. Creſcentius námque ſenator Romanus indignationem regis incurrens in monte qui dicitur Sancti angeli, confugium petiit: & quia munitio inexpugnabilis eſt, obſidente rege ad defendendum fiducialiter properauit. Cui Tammus ex præcepto regis iuſiurandum ſecuritatis præſtitit, & ita ille deceptus annitente papa, qui ſibi erat inimicus, quaſi reus maieſtatis capitalem ſententiam ſubiit. Cuius vxorem poſtea imperator in concubinam accepit.

Quia igitur Tammus & fraudis conſcius & periurio tenebatur obnoxius: idcirco à beato Romualdo iuſſus eſt ſæculum deſerere. Qui mox à rege licẽtiam expetens accepit. Erat autem prædictus imperator monaſtico ordini valdè beneuolus, & nimia circa Dei famulos deuotione affectus. Ipſe de eodem crimine

A.C.1000. ſancto Dei confeſſus, pœnitentiæ cauſa nudis pedibus de Romana vrbe progrediens, vſque ad Garganum montem, ad eccleſiã ſancti Michaelis perrexit, per totam etiam quadrageſimam in Claſſenſi monaſterio paucis ſibi adhærentibus manſit: vbi ieiunio & pſalmodiæ intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata deſuper purpura tegebatur ipſe in ſtorea de papyris compacta tenera delicati corporis membra terebat. Promiſitque beato Romualdo, quòd imperium relinquens monaſticum ſuſciperet habitum. Inde recedens Romualdus cum prædicto Tammo & cum Bonifacio, qui poſtea martyr fuit: & cum aliis conuerſis ad religionem Teuthonicis & Tyburtinis nobilibus ad Pereum vbi iam habitauerat redijt, & quia infirmatus in via non equum, ſed aſellũ libentius equitabat Chriſtum imitatus. Ibi multis aliis fratribus aggregatis, & per ſingulas cellas conſtitutis, tanto feruore eremiticæ conuerſationis rigorem in ſe & in aliis tenuit vt illorum vita omnibus mirabilis haberetur: faciebant autem opera manuum, alij ſcilicet coclearia, alij nebant, alij retia texebant, alij cilicia.

De S. Bonifacio Ruſſenſi martyre.

§. IIII.

INter cæteras autem Bonifacij conuerſatio tranſcendebat. Hic regis fuerat conſanguineus: quem rex præ dilectione eximia animam ſuam vocitabat. Erat autem à primæua ætate liberalium artium doctrinis eruditus, maximéque in modulationis muſicæ ſtudiis approbatus. Hic in capella regia videns eccleſiam antiqui martyris Bonifacij, mox exemplo ſui æquiuoci ad martyrium prouocatus ait: Et ego Bonifacius vocor, cur ergo & ego martyr eſſe non debeo? Deinde monachus factus, tanta ſe abſtinentia adſtrinxit, vt ſæpè dominicis tantum diebus & quinta feria per hebdomadam manducaret. Nonnumquam ſi vrticarum & veprium denſitatem cerneret, illuc ſe proiiciens volutabatur. Demum poſt diutinam eremiticę conuerſationis vitam cum ad prædicandum in Sclauoniam ire diſponeret ſeu Ruſſiam, quæ tunc infidelis erat; Romam prius acceſſit, non ſolum pedeſter, ſed & nudis pedibus in via pane & aqua contentus, in feſtis autem poma & radices herbarum addebat. Ad gentiles verò perueniens tanta cœpit feruidi pectoris conſtantia prædicare, vt iam nullus ambigeret, quin martyrium flagitaret. Regem denique Ruſſię alloquutus eſt.

Et poſt multa inquit rex, qui gentilis erat ad eum. Si vis credi vera eſſe, quæ aſſeris, erigantur duæ lignorum excelſæ cataſtæ breuiſſimo inter ſe ſpatio ſeparatæ igne ſuppoſito cum vaporatæ fuerint ita vt vtriuſque ſtruis vnus ignis eſſe videatur tu tráſi per medium, Quod ſi læſus ex aliqua parte fueris ipſis te penitus ignibus conſumendum trademus. Si aũt (quod credi nõ poteſt) ſan[us] euaſeris, omnes A nos Deo tuo abſq; difficultate credemus. a A.C.1000.

Cùmque hoc fœdus non ſolum Bonifacio ſed & omnibus, qui aderant, gentilibus placuiſſet, Bonifacius ita veſtitus ſicut ſi eſſet miſſarum ſolennia celebraturus, prius cum ſanctificata aqua, & incenſo ignẽ perluſtrans, ſtridentes flammarum globos ingreſſus ita tranſiuit illæſus, vt nec minimus capitis eius capillus videretur exuſtus. Tunc rex, & cæteri, qui ad hoc ſpectaculum aderant certatim ſe ad eius pedes proiiciunt, indulgentiam lachrymabiliter petunt, baptizari ſe inſtantiſſimè B poſcunt. Cœpitque tanta gentium multitudo ad baptiſmum confluere, vt vir ſanctus Bonifacius ad ſpacioſum quendam pergeret, & in ipſa abundantia aquarum populum baptizaret. Decreuit autem rex, vt regnum relinquens filio, ipſe quamdiu viueret ſe a Bonifacio nullatenus ſepararet. Frater autem regis cum eo pariter habitans, dum nollet credere abſente Bonifacio, ab ipſo rege peremptus eſt.

Alius frater qui iam erat a regis habitatione dimiſſus, mox vt ad eum vir venerabilis venit audire eius verba noluit. Sed de conuerſio C ne fratris nimium aduerſus eum ira ſuccenſus continuo ipſum comprehendit. Deinde timens, ne ſi eum vnum teneret, rex eum de manibus ſuis eriperet, in ſua præſentia circunſtante non parua hominum multitudine, decollari præcepit. Statim verò ipſe cœcatus eſt, S. Bon[ifa]cio [...]tur. & tantus eum cum omnibus, qui adſtabant, ſtupor oppreſſit; vt nec loqui, nec ſentire, nec aliquod humanitatis officium agere aliquatenus potuiſſent, ſed cuncti velut lapides immobiles permanerent. Rex autem hoc audiens nimio dolore perculſus, non ſolum fratrem, D ſed & cunctos, qui tanti reatus fautores extiterant, trucidare gladiis diſponebat. Sed cum illuc protinus veniens corpore martyris adhuc in medio poſito: fratrem ſimul cum reliquis omnibus ſine ſenſu & motu ſtupefacto ſtare conſpiceret, hoc ſibi cum omnibus ſuis placuit, vt prius pro eis oratio fieret. Deinde ſi acquieſcerent credere indulto crimine viuerent. Sin autem vltore gladio interirent. Cum igitur à fidelibus diu fuiſſet oratum, non ſolum ſenſus & motus eſt illis redditus, ſed & conſilium flagitandæ veræ ſalutis. E Vnde pœnitentiam agentes cum lachrymis tanti ſceleris baptiſmum omnes petunt humiliter, & cum magna omnium alacritate ſuſcipiunt. Et ſuper corpus beati martyris eccleſiam conſtruunt.

a Probatio hæc per ignem illo ſæculo decimo in vſu fuiſſe videtur. Nam paulo poſt cap. 17. § 5. in vita S. Gualberti ſimilis planè legitur facta probatio ad oſtendendũ an epiſcopus quidã Florentinus fuiſſet ſimoniacè ordinatus. Cæterum iure Canonico lib. 5. Decret. F *tit. 35. de purgatione vulgari hæ & ſimiles probationes reprobantur, quandoquidem per eas tentari Deus videtur, quod eſt contrarium diuinum Deut. 6. Mat. 4. Cæterum quæ familiari Spiritus ſancti conſilio facta ſunt, nequaquam etiamſi legi communi aduerſentur reprobanda ducimus, ſed ea omni, qua par eſt veneratione, ſuſpicimus.*

Buſca

A.C. 1000.

Buſcanus ſeu Buſclanus Sclauorum rex fidem Chriſti doceri cupit.

§. V.

INrerea Romualdo in Pereo adhuc habitante: Buſcanus tea præces imperatori direxit, vt ſibi ſpiirituales viros mitteret, qui gentem ſui regni ad fidem vocarent. Moa Romualdum imperator aggreditur, & concedi ſibi de ſuis monachis, qui illuc deſtinari vtiliree valeant, depreearur. Ille verò nullis ſuorum hoc præeipere velut ex prælatioois authorita B te voluit, ſed in eorum voto ponens, ſiue manendi ſiue abeundi omoibus optionem dedit. Ignorabat enim ex tam metuendo negotio voluntatem Dei, & ideo illud non ſuo, ſed voluntatis fratrum arbitrio committebat. Tandem duo ſolum inuenti ſunt, qui ſe vltro ad eundum promptos offerrent, quorum vnus Ioannes alter Beoedictus vocabatur. Hi itaque ad Buſcanum euntes, in eremo prius ſuſtentante eege manere cœperunt. Et vt poſtea prædicare poſſent, linguam Sclauonicam didicerunt. [a] Septimo autem anno C cum loquelam iam terræ perfectæ cognoſcerent vnum ad Romanam ſedem monachum mittunt, & per eum, à ſummę ſedis antiſtite licentiam prędicandi expoſcunt. Iniungunt etiã nuncio, vt ſi aliquos de monachis beati Rũualdi habere poteſt, illuc ad habitandum eos inducat.

Buſcanus autem volens coronam regni ſui ex Romana authoritate ſuſcipere, prædictos venerabiles viros obnixa ſupplicatiooe cœpit depoſcere, vt ipſi plurima eius dona papæ deferrent, & coronam ſibi ab apoſtolica ſede reportarent. Qui regiæ petitioni peoitus abne- D gantes aſſenſum dixeront. Nos in ſacro ordine conſtituti ſumus, negotia ſæcularia nobis tractare non licet. Et ita relinqueotes regem ad cellam in eremum reuerſi ſunt. Quidam verò regis [familiares ipſius] ſcientes conſilium copioſum auri pondus, quod mittendum apoſtolico erat: ſecum eos detuliſſe arbitrati ſunt. Deinde inter ſe condicunt conuentione pacta vt noctu eremum latenter ingreſſi monachos interimant, & pecuniam auferant, quod opere executi ſunt. Sed occiſis illis nihil pecuniæ inuenerunt. Vt autem tanti ſceleris crimen obte- E gerent, cellam incendere igne, & corpora ſanctorum conflageare voluerunt. Sed admoti ignes amiſſis naturæ viribus, nil omnino conſumere potuerunt, nec ligna, nec corpora. Fruſtrati igitur fures, in fugam ſe conuertere

Ioannes & Benedictus monachi martyres efficiun-tur.

A nituntur. Sed tota nocte per fruteta nemorum per latitudinem ſaltuum, per opaca ſyluarum viam anatari ſunt quærere, nec inuenerunt, ſed neque pugiones in vaginas condere areſactis brachiis valuerunt. Vbi verò ſanctorum iacebant corpora copioſum lumen vſque in diem ſpleodere, & dulciſſima angelicæ cantilenæ non deſiit ſuauitas reſonare.

Adueniente die quod ſactum fuerat, non potuit regem latere. Qui ad eremum cum multitudine numeroſa feſtinauit. Et reperti ſunt manifeſti criminis rei, qui adhuc ad gladios B ſuos diuina vltione ligati erant. Rex autem, quid de eis faceret, habita conſideratione deliberans, hoc poſtremo decreuit: vt nequaquam eos ſicut merebantur occidi præciperet, ſed catenis ferreis vinctos ad ſepulchra martyrum deſtinaret, quatenus aut ibi vſquę ad obitum in vinculis miſerabiliter manerent, aut ſi ſanctis martyribus aliter videretur, ipſi eos ſua miſericordia liberarent. Qui cum ex præcepto regis ad ſanctorum tumulum, fuiſſent attracti, mox fractis nexibus ſunt abſoluti. Deinde ſuper eorum corpora baſilica fa- C cta, innumerabilia non ſolum tunc, ſed & nunc ibi fiunt ex diuina virtute prodigia.

Cum autem moraretur adhuc Romualdus in Pereo imperator Otho monaſterium in honorem ſancti Adelberti eo ſuggerente conſtruxit. Cui contigua Claſſenſis cœnobij prædia conſulit, & ea ſibi ea fiſcali poſſeſſione in firmenſis Marchiæ partibus compenſauit. Abbate verò illic ex diſcipulis Romualdi conſtituto & fratribus aggregatis, cœpit eos Romualdus ſub magna tenere cuſtodia, & docebat eos ſub regulari viuere diſciplina. Præcepit etiam abbati, vt in eremum ſecedens D p hebdomadã in cella conſiſteret, dieb. verò dominicis ad monaſteriũ veniẽs, viſitaret. Qui ſancti viri iuſſa contennens cœpit ſæculariter viuere, & pede operis ſemel exorbitante à tramite rectitudinis iam longius declinare. Videns ergo Romualdus, quòd iam ſecundum voluntatis ſuę ardorem ibi laborare non poſſet, regem protinus adiit, & acceptæ promiſſionis exactor (promiſerat enim ei ſe monachum futurum) vt rex monachus fieret inſiſtere vehementius cœpit: At ille facturum ſe quidẽ quod exigebatur, aſſeruit, ſi tamẽ prius Romam, quæ ſibi rebellauerat, impeteret, & E ea deuicta cum victoria Rauennam remearet. Cui Romualdus. Si Romam inquit, adieris, Rauennam vlterius non videbis. Et apertiſſimè illi mortem propinquiſſimam fore denunciauit: quã tamen eum reuocare non potuit. Rex itaque cum Romam profectus eſſet ab vrbe reuerti incipiẽs mox languore correptus, apud Paternum (aliàs Parentum) deſunctus eſt, iuxta ſancti viri propheticum dictum.

Miracula ad corpora ſanctorũ fiunt. Otho imperator monaſterium conſtruit.

F *Lacrymæ S. Romualdo diuinitus conceduntur 31.*

§. VI.

GLoriosus iſte ſanctus multis virtutũ generibus fuit exornatus, pcipue ſpũ cõpunctio

nis

A. C. 1000. nis, & gratia lachrymarum. Cum in Parentinæ ciuitatis confinibus habitaret, in quodam monaſterio ab eo constructo, in quo tribus annis permanſit, quadam die dum in cella pſalleret, & in hunc verſum pſalm. incidiſſet: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos. tanta ei lachrymarum effuſio orta eſt: vt ex eo die & deinceps, quamdiu vixit, & quando voluiſſet, vberes ſibi lachrymæ facillime fluerent. Frequenter illum tanta diuinitatis contemplatio rapiebat, vt quaſi totus in lachrymas reſolutus æſtuante inenarrabili ardore diuini amoris clamaret, Care Ieſu, care, mel meum dulce, deſiderium meum ineffabile, dulcedo ſanctorum, ſuauitas angelorum & cætera huiuſmodi. Et ideo Romualdus miſſas celebrare coram pluribus nunquam volebat quia ſe à lachrymarum inundatione continere non poterat. Hanc gratiam & in aliis eſſe exiſtimans. Cauete (inquiebat) ne multas lachrymas effundaris, quia & viſum minuunt, & verticem offendunt.

Licet autem ex ſeculo idiota receſſerit, ita tamen mens eius ad intelligendas diuinæ ſcripturæ ſententias illuſtrata fuit, vt plurima illum ſcripturarum myſtica non laterent. Vnde & quadam die ſacrificare incipiens, cùm ad ſecunda miſſæ ſecreta peruentum eſſet, in ecſtaſim raptus iam longo temporis ſpacio ſiluit, vt omnes, qui aderant, mirarentur. Interrogatus autem poſtmodum, cur in offerendo ſacrificio tantas moras præter ſolitum habuiſſet, reſpondit. Raptus in cœlum oblatus ſum ante Deum, & continuo mihi diuina voce præceptum eſt, vt ſecundum hunc intellectum, quem mihi Deus immiſit, pſalmos exponerem, & pro modulo mei ſenſus capitulis per ordinem commendarem. Ego autem cum nimio & inenarrabili timore conſtrictus reſpondere nihil aliud potui, niſi tantummodo: Fiat fiat. vnde poſtea vir ſanctus totũ pſalterium, & nonnulla prophetarum cantica luculenter expoſuit. Et licet corrupta grammaticę regula, ſanum tamen intellectum vbique ſeruauit. Propheticę quoq; ſpiritus ei non defuit. Nã complura & occulta hominibus, & futura contingentia præcognita palã nota fecit vt ſuprà patuit, & multis aliis modis. Hinc & quadam ſolẽni die dũ cũ fratribus in capitulo reſideret & doctrinæ ſalutaris eos dapibus ſatiaret, repente interrumpens ſermonem exclamare cœpit quadam voce anxia, & dicere. Agite nunc, agite, & quam citiſſimè properate, quia cella fratris Gregorij iã frangitur. Hic Gregorius poſtea in archiepiſcopum eſt conſecratus Qui protinus exilientes ad cellam Gregorij velociter currũt, & furem iam parietes inſtringentem inueniunt. Quem capientes ad magiſtrum pertrahunt, & quid de iam ſacrilego raptore faciendum ſit, à rectore inquirunt. Eis autem ſanctus hilariter dicere cœpit. Quid de hoc facere debemus. & ego ignoro. Si eruimus ei oculos, poſtea non videbit, ſi manua laborare non poterit, ſed intro eum mittite, & cibum prius apponite [vt quid de eo faciendum ſit interim pertractamus] Quo facto manifeſtè correptum latronem, & dulcibus verbis admonitum ad propria redire permiſit.

Prophetiæ ſpiritu claruit. ſuprà §. 5.

Gratia quoque miraculorum copioſus extitit. vnde cum de Parentis partibus ad ciuitatem Pollam vellet per nauim ſe transferre, & nauis quædam prout propheticè prædixerat adducta fuiſſet iratantes, Romualdus cum pluribus aliis ipſam nauigare cœperunt, ſuadente Romualdo, quamuis nautæ propter timorem turbari aeris contrarium ſentirent, Circa diluculum autem ſubitò venti ſæuiente tempeſtas oritur, mare ab infimo fundo verſatur. Iam furentes vndique procellę ipſos remiges tranſuolant, & nauem hincinde percutientes totas pene tabulas laxant. Cumque in tanto diſcrimine non iam dubium deſperatis omnibus naufragium immineret, Romualdus ad ſolita orationis armamenta conuertit, & eo pacto nautis intimari fecit, ſine vlla dubitatione omnes periculum euaſuros. Modicum poſt hoc, & ecce contra omnium ſpem, & abſque vllo humano ſtudio, ipſa ſe nauis dirigit, & mox in portum Capreolæ celeriter ſubintrauit, manifeſtumque omnibus fuit Romualdi meritis eos fuiſſe de mortis faucibus ereptos.

Miracula ſancti Romualdi.

Item cum in eremo Camaldulenſi, quam ipſe ædificauit, in cella reſideret: magnã quãdã fagum quæ prope cellam eius ſtabat, incidi præcepit. Erat autẽ fagus ita cellæ acclinis, & imminens, vt iuxta humanam opinionem ſi cecidiſſet, totum mox ædificium indubitanter obrueret. Cúmque vellent operarij iuſſa perficere, ſed ruinam arboris formidarent, ille vt nequaquam timerent, inſtabat. Arbor autem ipſa ſecuribus percuſſa, ſuper beatum virum non iam dubiè impetum minabatur: quamobrem clamare omnes cœperunt, vt ſi cellam poſtponeret, ſaltem ſe inde extrena conſeruaret: ille non acquieuit, ſed facto ſigno crucis eum eſſet caſura in aliam partem diuertit, vt cunctis mirantibus cella remaneret omnino illęſa.

Item vir quidam capitis patiebatur inſaniam, ita vt ſenſu rationis amiſſo, quid ageret, vel quid diceret penitus ignoraret. Huic Rõualdus nihil aliud fecit, niſi quòd ſolum oſculum ei præbuit, & protinus illum ad incolumitatem priſtinam reuocauit. Alio tempore puer dæmoniacus ad beatum virum delatus eſt. Cui ille nil aliud fecit, niſi pro benedictione ſibi panis particulam tradidit. Qua mox puer ille refectus liberatus eſt. Altera vice cum panis ſibi deeſſet, & ſociis, nec ad eos propter inundationem aquarum poſſet eſſe acceſſus, vel egreſſus ab eis de monaſterio ad aliud, pane & vino tres viri onuſti aduenerunt, de remotis partibus ſe eſſe aſſerentes.

In Sitria quoque in quodam riuulo, vbi piſcis inueniri non conſueuerat ad comedendum: ab eo de ipſo extractus eſt. Martyrium quoq; ſeruus Chriſti ſitiebat, ſicut ceruꝰ aquæ fluuium, propterea audiens vir Dei Bonifaciũ (de quo ſuprà) martyrio coronatum, Vngariam ire mox diſponit: vt ibi prædicãs ad hunc triũphum peruenire valeret. Licentia ergo ab apoſtolica ſede ſuſcepta, & duobus ex ſuis diſcipulis in archiepiſcopos conſecratis, cũ viginti quatuor fratres iter arripuit. Tantus. n. ardor pro

In Pannoniã Chriſtũ prædicaturus ire delibe rat §. 4.

A. C. [illegible] pro Chriſto moriendi in omnib. æſtuabat, quòd vir ſanctus ad tale negotium cum paucis ire difficile poterat. Euntes ergo cum ipſi Pannoniarum finibus intereſſent, Romualdus repente eſt languore correptus, & vlterius ire non poterat. Cúmque diutius pateretur, ſi quando redire diſponeret, protinus ex ægritudine conualeſcebat. Si autem vltra ire tentabat, protinus tota eius facies intumeſcebat, cibosque ſtomacho languente retinere non poterat. Tunc fratribus ait. Perpendo diuinæ voluntatis non eſſe, vt vltra progrediar. Veruntamen quia intentionis veſtræ propoſitum non ignoro, neminem veſtrum redire cōpello; qui tamen ire, quive mecum redire voluerint, vniuſcuiuſque relinquatur arbitrio. Quindecim ergo Vngariam prodeuntibus, ſeptem cum magiſtro remanſerunt. Euntes autem quidam flagellantur, venduntur plures ac ſeruitutem pro domino ſubeunt, ad martyrium tamen, ſicut ſanctus prædixerat non pertingunt. Poſtremò plurimas perſecutiones præcipuè à monachis ſuis ſuſtinuit, quia mores eorum irreligioſos compeſcebat.

Romanus B. viri diſcipulus perditus. In Sitria cum inter cæteros haberet quemdam diſcipulum Romanum nomine, qui nobilis quidem fuerat genere, ſed degener actione, & hunc vir ſanctus pro ſuæ carnis immunditia non modo verbis, ſed & verberibus grauiſſimis coerceret: auſus eſt diabolicus vir titulum illi eiuſdem reatus opponere, & impudenter contra ſpiritusſācti templum ſacrilego ore latrare, dicens ſanctum virum vna ſecum ex eadem contagione peccaſſe. Mox diſcipuli omnes aduerſus eum irati omnes infeſti clamabant, alij ſenem impium laqueo debere ſuſpendi, alij iudicant eum cum ipſa cella debere comburi. Quod valdè mirabile erat, præſertim ſpirituales viros ex decrepito ſene & vita centenario tam nefarium ſcelus credere potuiſſe. Sed ad augendum ſancti viri meritum, credendum eſt tam grauis aduerſitatis ſibi accidiſſe flagellum. Et cum in eremo, vnde nuper abſceſſerat, vt aſſeruit, poſtea veraciter agnouiſſet hoc ſibi euenturum, ad hoc tamen dehoneſtatis opprobrium alacriter aduenit. Impoſuerunt ergo diſcipuli ſancto viro, quaſi de cōmiſſo crimine pœnitentiam, & celebrandi ſacra myſteria penitus abſtulere licentiam. Quod ille præiudicium libenter amplectens, & pœnitentiam velut crimini obnoxius obſeruauit, & per ſex menſes ad celebrandum accedere non præſumpſit. Sed poſtmodum, vt eiſdem diſcipulis ſuis retulit, diuinitùs ſibi iuſſum eſt, vt ſi diuinam gratiam timeret perdere, tam indiſcretam ſimplicitatem omnino poſtponeret, & ſacra myſteria fiducialiter celebraret. Ille autem Sarabaita reprobus, qui ſancto viro crimen impoſuerat, epiſcopatum Nucerinum per ſimoniam acquirens in primo anno incenſam ædem cum libris, & cæteris ſacris ornamentis vidit: in ſecundo anno dignitatem cum vita miſerabiliter perdidit.

Monaſterium vallis Chriſti cōſtruit. Ædificauit etiam monaſterium in diœceſi Camarinenſi, in loco, qui dicitur Vallis caſtri, vbi habitare cœpit. Quantos autem animarum fructus ibi per eum dominus acquiſierit, quis valeat calamo deſcribere, vel lingua proferre? Cœperunt namque eius occaſione homines ad pœnitentiam, hincinde certum fluere, alij ſua pauperibus erogare, alij ſæculo omnino relicto ad religionem cōuolare. A. C. [illegible] Inter cæteros præcipuè ſæculares clericos, qui pecunia ordinati fuerant duriſſima ſeueritate corripiebat, & eos niſi ordinem ſponte dimitterent ſcilicet non vtendo, hæreticos & damnabiles aſſerebat: qui nouam rem audientes occidere eum moliti ſunt. Per totam enim illam marchiam vſque ad Romualdi tempora vulgata conſuetudine vix quiſque nouerat ſimoniacam hæreſim eſſe peccatum. Qui dixit eis. Canonum mihi librum afferte & verum vera ſint, quę dico, veſtris atteſtantibus paginis comprobate. Quibus diligenter inſpectis, & crimen agnoſcunt, & errata deplangunt.

Conſtituit vir ſanctus plures canonicos, & clericos, qui laicorum more ſæculariter habitabant: præpoſitis obedire, & in communi viuere docuit. Nunnulli epiſcopi, qui ſacras ædes per ſimoniam inuaſerant, ad eum pro pœnitentia & ſalute animæ confugiebant, qui promittebant & ſtatuto tempore epiſcopatū deſerere, & habitum monachalem aſſumere. E quibus tamen vir ſanctus neſcio an vel vnū io vita conuertere potuit. Conſtruxit quoque in partibus illis monaſterium puellarum. Simoniaci rarò cōuertūtur.

Audiens autem aliquando, quia Venetus quidam Claſſenſem abbatiam per ſimoniam inuaſerat, & in corpus ſuum inſuper iniquè peccabat, illuc protinus ire miles Chriſti impiger ſtuduit, diuerſiſq; modis ipſū monaſterij purgare tētauit. Vir aūt reprob' dū metuit abbatiā pdere, non timuit homicidiū ppetrare. Intempſtae ſiquidē nocte dū Romualdus ſecurè in lectulo quieſceret, ille latenter ingreſſus impiis cœpit digitis guttur eius adſtringere, tūcq; crudeliter ſuffocare. Sed dū vir ſāctus, nec intercepto prorſus ſpiramine anhelitu vix eluctāte rauciter, Ingelbert' illico magiſtri ſingultibus excitatus ſubitò intrauit, & miniſtrū diaboli ab incepto crimine exturbauit. Sed & monachus quidam ex ſuis, væſano aduerſus eum furore ſuccenſus, pilum latenter exacuit, & eum reponens, vt beatum virum interficeret, expectare congrui temporis cœpit occaſionem. Nocte verò dum depreſſus ſopore quieſceret, videt malignum ſpiritum in ſe immaniter irruentem: quadam retorta quærentem eū ſtrangulare. Tunc monachus in extremo ſpiritu conſtitutus, Romualdum, vt ſibi ſuccurreret, obſecrauit. Qui protinus, vt ſibi videbatur eum de manibus antiqui hoſtis eripuit. Et poſtmodū confeſſus peccatū ſuum ad pedes ſancti pœnitentiam agens, veniam recepit. Simoniacus, quē vir Dei de abbatia vult deiicere, eum ſuffocare nititur.

Caſtigat abbatem malè viuentem.

§. VII.

POſt hæc Romualdus ad monaſterium Vallis de caſtro refertur. Moxque abbatem, ſic alios regere, vt ſemetipſum tamen non negligeret

A C. 900 negligeret, exhortatus eſt: Volebat inſuper, vt A cellam qua vſus fuerat occaſione regiminis non deſereret. Sed ille deprecatione venerabilis viri ex malo deterior factus, cominiſſas loci dominas adiit, & vt ligna quibus Romualdi cellæ debebant conſtrui, minutatim incidi præciperent, eis ſuggeſſit, ſicque de loco ejectus eſt. Erat ſiquidem beato viro tam odioſa iſta quam cernimus abbatum conuerſatio: vt non minus gauderet ſi de manu cuiuſquam abbatiam potuiſſet euellere, quam ſi daretur ſibi potentiſſimum quemlibet laicorum ad ordinem conuocare. Taliter tunc in Sytria in monaſterio viuebatur, ac ſi ex ſimilitudine non ſolum nominis, ſed etiam operis altera denuo Nitria videretur. B Omnes ſiquidem nudis pedibus incedentes, omnes inculti, pallidi, & nimia omnium rerũ extremitate contenti erant, nonnulli verò damnatis ianuis clauſi, ita mortui videbantur mundo, ſicut iam poſiti in ſepulchro. Viuum ibi nemo nouerat, nec etiam ſi quis grauiſſimam infirmitatẽ pateretur. Sed cur ego de monachis loquor, cùm & ipſi monachorum famuli, ipſique cuſtodes pecorum ieiunarent, ſilentiũ tenerent diſciplinam inter C ſe inuicem facerent, & de quibuſlibet otioſis verbis pœnitentiam flagitarent: In iſta Sitria vir ſanctus per ſeptem annos ſere concluſus manſit, & ſilentium continuum inuiolabiliter ſeruauit. Viuebat vrgente tam ſenectute nimia diſtrictè, cum iam perfecti quique ſoleant remiſſius viuere. Nam per vnius quadrageſimæ ſpatium nihil aliud accepit, neque in cibo neque in poto: niſi de modica farina, & paucis herbis ſorbitiunculas. Quinque hebdomadibus nihil aliud comedens, niſi ad modicum infuſi ciceris ſe adſtrinxit. Tria vel duo quoq; habebat cilicia propter naſcentem cor- D poris importunitatem. Nouaculam nunquam patiebatur in ſuum caput aſcendere, ſed ipſe excrementa videlicet pilorum & barbæ forcipibus ſolebat attundere.

Vita aſperrima S. Romualdi & diſcipulorũ eius.

Si quando eum eſculentiori cibo gulæ vitium titillaret, mox illum accuratè præparari præcipiens, apponebat ori & naribus, & odorem captans dicebat, O gula, gula, quam ſuauis eſſet tibi cibus iſte præparatus, ſed væ tibi ex eo non guſtabis: Interea imperator Henricus de vltramontanis partibus in Italiam veniens miſit beato viro deprecatoriã epiſtolam, vt ad E eum venire dignaretur, promittens ſe facturũ quodcunque præciperet. Qui rogatus à fratribus acquieuit. Pergens ergo ad imperatorem cum magno honore ſuſceptus eſt. Et omnis turba Teutonicorũ concurrunt certatim pilos pelliceæ veſtis, qua erat indutus, anxiè decerpentes pro ſacris reliquiis in patriam relaturi. Pro qua veneratione vir Dei ira contriſtatus eſt, vt niſi diſcipuli obſtitiſſent, ad cellam ſuã receſſus fuiſſet. Imperatorem autem admonuit de iuribus eccleſiæ reſtituendis de oppreſſione potentum erga pauperes. Demum F vnum monaſterium petens pro ſuis qui montis Amati monaſterium ei tradidit. Et ipſe Romualdus abbatem: qui multis malis erat obnoxius, foras eiecit: vbi & multa aduerſa perpeſſus eſt: tam ab eiecto, quam ab eo quem ex diſcipulis abbatem ibi fecit. De-

Gulã vt caſtigarit.

Henricus imperator S. viri colloquiũ expetit.

A mum in valle caſtri confirmatus 120. vitæ ſuæ A C. 920 migrauit ad dominum. Et anno 20. ætatis ſuæ factus eſt monachus. Et in valle caſtri monaſterio ſepultum corpus eius requieſcit.

De S. Odone cluniacẽſis ordinis propagatore ex Sigeb. Vinc. lib. 24. cap 55. Primariam autem hiſtoriam ſcripſit Ioannes Monachus Italus tribus libris, quam & ipſe ab Hildebrando viro verſuto & Cluniacenſis cœnobij præpoſito acceperat. vid. Sur. to. 6. ex hac autem hiſtoria nos capita hic in B *margine annotabimus.*

CAPVT XVI.

FVit anno Arnolphi imperatoris octauo circa annos domini nongentos quidam venerabilis vir Odo vocatus: qui vt ſcribit Sigebertus ex clerico Turonenſi cum eſſet muſi- C cus: monachus efficitur ſub Bernone abbate. Et, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. lib. 25. ex chronicis, hic fuit vir miræ ſanctitatis incomparabilis in monaſtica diſciplina feruens: ac pene ſuo ſæculo ſingularis eiuſque feruore & induſtria monachorum illius temporis tepor verſus eſt in ardorem, & in fidei atque religionis deuotionem. valdè quippe per ipſum & ſub ipſo refloruit monaſtica deuotio iam exſiccata. et beati Benedicti laudabilis inſtitutio plurimum in diuerſis cœnobiis renixit, & conualuit reparata. Hic etiam antiphonas & hymnos de beato Martino dictauit, & vitam D beati Gerardi deſcripſit. Hi à Remigio Antiſiodorenſi in muſica & dialectica apprimè eſt eruditus.

Vt refert Vincen. vbi ſuprà ex geſtis eius: cũ apud Turonicam ciuitatem habitaret, rogatus à fratribus, vt moralia beati Gregorij papæ ſub vno eius volumine coarctaret, profeſſus eſt hoc facere non poſſe. Addens etiam, ſi facultas ſibi adeſſet hoc agendi, non debere tamen ſe hoc agere ne tanti viri laborem immutare, vel aliquid demere videretur. Illis autem in petitione perſiſtentibus, quadam E nocte dum in eccleſia beati Martini conſuetæ orationi inſiſteret, ſubitò ei ſomnus obrepſit, viditque in viſu ſanctorum chorum deſurſum venientem in eamdem eccleſiam deſcendere. et poſt omnes beatum Gregorium papam vltra omnes, qui præceſſerant vultu & moribus ſplendidum & ornatu. Mox illo veniente omnes ſurgunt & flexis genibus benedictionem petunt. Qui non inter eos vſque deorſum deſcendit, ſed ſuper ambonem eccleſiæ ſubſtitit, & beatum Odonem in terram proſtratum vocauit, dicens. Surge frater Odo, F noli timere. Qui eum ſurrexiſſet, vidit quaſi more ſcriptoris ſuper auriculam eius pennam habentem, productu acuminatam, & in ſummo bilam, quam ſumens beatus Gregorius, eamque ſibi tradens ait. Age ſecurus, & perfice opus tibi iniunctum. Et quem compoſueris librum, non delebitur, ſed mens

D. ... cap. 1.

ſtabit

A.C.900

ſtabit in æternum. Et continuò euigilãs, intellexit protinus, quod viderat. Deinde ſumens illud diligenter perlegit, & ſaniorem partem quam præuidit, ſub vno volumine compoſuit, ſicque murmurationem eorum compeſcuit.

Quidam verò frater Adhegrinus nomine, quærens monaſterij ſecretioris locum, in quo poſſet quieſcere, deuenit in fines Burgũdiæ a vbi erat monaſterium ab abbate Bernone conſtructum, à quo ibidem officioſiſſimè ſuſceptus, ibi aliquamdiu more hoſpitis commoratus eſt, vt mores inhabitantium cognoſcere poſſet. Illic ſeruabantur inſtituta patris * Eutychij. Quod ille intuens, quam citiſſimè patri Odoni nunciare curauit. At ille ſumptis ſecum centum voluminibus librorum mox ad illud monaſteriũ demigrauit. Illic ergo frater Ahdegrinus in vna cella ſe coarctans, permittente Bernone abbate manſit in ea per triennium. Patri verò Odoni: quia vir ſcholaſticus erat trigenarius laborioſum ſcholæ impoſuerunt magiſterium.

[Margin: …egrimiles …cũ S. …ne …naſte- Ber- …pe- …a.10. … Eu-]

a Ex his, quæ hoc loco dicũtur & §. ſequẽti facilè colligitur Ordinis Cluniacenſis inſtitutorem non eſſe hunc D. Odonem, ſed potius Bernonem abbatem, vel eo adhuc antiquiorem Euticium ſeu Eutychium. Quare D. Odilo in vita S. Maioli, quæ eſt tom. 3. Surij primum Cluniacenſem abbatẽ Bernonem & ſecundum Odonem facit. Cæterum ſicut Ciſtertienſis ordinis non inſtitutor quidem, ſed propagator maximus fuit D. Bernardus, & ob hanc cauſam vulgo à D. Bernardo hic ordo inſtitutus creditur ſic Cluniacenſis ordinis D. Odo propagator ampliſſimus, non tamen inſtitutor videri poteſt quamuis propter nominis ſui celebritatẽ inſtitutoris illius ordinis nomen ſit adeptus.

[Margin: Ordinis Cluniacẽ… quis … …utor.]

Cluniacenſis ordinis initium Vince. lib. 24. cap. 59.

§. I.

ANno autem domini nongenteſimo. xiij. vt refert Vincen, ſpe. hiſt. vbi ſuprà incepit ordo Cluniacenſis. Nam Berno abbas moriturus Odonem olim muſicum, conſtituit abbatem Cluniacenſis cœnobij, ea conditione, vt eccleſia Cluniacenſis ſolueret annuatim eccleſiæ Gigniacenſi cenſum duodecim denariorum. Et vt dictum eſt, in eo monaſterio à Bernone conſtructo ſeruantur inſtituta patris Eutychij: qui fuit temporibus Ludouici magni vir carus regi, omnibúſque amabilis. Nam cum eſſet laicus, & peregrinis ſtudiis eruditus, deſerens ea, vnde ſuperbire ſolet humana fragilitas, totum ſe patrum regulis & inſtitutionibus dedit. Ex quibus etiam diuerſas conſuetudines ſumpſit, vnoque volumine colligauit. Nec multò poſt monachus effectus eſt. & in tanto amore apud regem habitus, vt intra palatium ſuum monaſterium ei conſtrueret. Decurſo autem vitæ ſtudio, circunſtantibus fratribus ſubitò ſpiritum emiſit. Et cũ ab eius diſcipulis exequiæ pararentur, viuus redijt. Illiſque attonitis, & admirantibus ait. Deo gratias. Sciatis, ꝙ in his quadraginta annis, vnum tantum diem nõ memini me cibum ſumpſiſſe, niſi prius fleuiſſem Hodie autem

A ſublato mœrore me conſolatus eſt Deus, & inter choros angelorum tribuit mihi dominus requietionis locum. His dictis perpetuò requieuit. Ipſe fuit inſtitutor conſuetudinum, quæ in monaſteriis hactenus ſeruabantur. A.C.900.

Tandem abbas Berno exitiali morbo decumbens vicinos epiſcopos accerſiuit, & ab ordine ſe deponẽs, flebili voce clamabat ſe reũ & indignum tali monaſterio præfuiſſe. Tunc manibus fratrum, frater Odo captus, coram abbate ſuo vi eſt adductus, proclamantibus,
B omnibus, vt ordinaretur. Et cum nec ſic vellet credere, vt locum paſtoris ſubiret, ſuperatus eſt tandem epiſcoporum excommunicatione.

Quadam nocte cum paſtores equorum obdormiſſent, & frater quidam nomine Godefridus peruigil orationi inſiſteret, fur affuit, raptúmque equum aſcẽdit, & fugit. Prædictus autem frater maluit equum perdere: quam ſilentium rumpere. Abiit autem, & tactu vnum ex paſtoribus ſuſcitauit, eóque: quod contigerat, ſigno oſtendit, facto autem manè viderunt eminus furem in vno loco affixum ſuper equum
C ſedere, quem apprehendentes victum patri Odoni miſerunt. Statimq́; ei quinque ſolidos argenteos dari præcepit, dicens iniuſtum eſſe eum abſq; mercede digna dimittere, eo, quòd totius noctis ſpacio multũ ſuſtinuiſſet laborẽ.

[Margin: Cõſtãtiſſima ſilẽtij monaſtici obſeruatio, l. 2. vit. c. 8.]

Tempore, quo ſæuiſſima gens Northmãnorum Pictauorum, & Turnorum fines vaſtabãt duo fratres ex dicta congregatione Turonos miſſi ſunt. Qui dum iter caperent, & in quemdam locum gratia requieſcendi diuertiſſent. ab eiſdem Northmannis nocte capti ſunt: & capere quidem eos, & ligare manus deinde minare eos potuerunt, ſed eorum ſilen-
D tium rumpere non valuerunt. Mane autem facto cum ad locum conſtitutum applicuiſſẽt fratres vt erant ligati, ſe paululum ab eis ſequeſtrantes, in terram ſe proſtrauerunt, vt peracto pſalmorum curſu ſilentio finem imponerent. Nondum verò oratione completa, venit reliqua pars Northmannorum multa præda capta. Quorum dux cernens fratres in terra iacere, audito quod illi nullo modo poſſent eos loqui facere, barbarica feritate turgidus, inclinato velut ad feriendum conto irruit ſuper eos, metum mortis incutiens eis,
E cæteris quoque barbarico ritu manibus plauſum dantibus. At illi, vt erant animo conſtantes, ita in corpore permanſerunt immobiles. Quod quidem fiebat iure & obſeruantia ſanctæ regulæ, ſub qua & mori cupiebant & viuere. Sed omnipotentis manus eorum exhilaratum ſpectaculum conuertit in luctum. Mox enim, vt ille barbarus eis appropinquauit, equus phaleratus, cui inſidebat, in obliquum reſiliuit, ſeſſorémque ſuum in terram ſtrauit & colliſit, quam colliſionem ſtatim febris letalis ſecuta eſt. Conticuerunt omnes, & verſi in
F ſtuporem cœperunt quærere inter ſe, quid de eis deberent facere. Tandem reperto conſilio, dignum eſſe cenſuerunt, vt pro vita ſui ducis vnus dictorum fratrum cæderetur. Deinde cœperunt ſorte quærere, vter ex eis deberet occidi, ſed ſuper virtutũ viros, & in ſorte Chriſti cõnumeratos nullo modo cadere poterat ſors

[Margin: Duo fratres mori quàm ſilẽtium frangere maluerunt c. 9.]

A. C. 900 diabolicæ ita vt illi obſtupeſcerent, dicentes eos ſibi et homines eſſe, ſuper quos ſors eorum cadere non poſſet. Tunc manus eorum veloces ſe diſſoluerunt, & pro vita ſui ducis obnoxius per interpretem eos rogare cœperunt.

S. Odo nauim aquis pene obrutam ſaluat lib. 3. cap. 8. Quodam tempore dum alueum Rhodani nauigio cum pluribus tranſiret Odo, & vnus equus alium calce percutere vellet ictu ferientis tabula naviculæ excepit, eo ſcilicet in loco, ex quo fuerat ramus cum dolaretur exciſus, mox vt excuſſus fuit vertex, tanta per illud foramen aquæ inundatio in nauim ingreſſa eſt, vt ſubitò nauis vſque ad ſuperficiem reple B retur. Sic tamen plena Deo gubernante vſque ad aliam ripam peruenit, & tantiſper pater Odo intus ſtetit, dum omnes fuiſſent egreſſi. Ad vltimum cum ipſe fuiſſet egreſſus, nauis abiit in profundum.

Sub eodem tempore Romam orationis gratia acceſſit. Et dum in patriam rediret ex vrbe inter alpes ob niuis immenſitatem iter eius præoccupatum, & ſeptum eſt. Cúmque præterire vellent locum illum tætertimum ac periculoſum, equus ſuper quem ſedebat Odo tetendit pedem in obliquum, & ambo ſimul C mergebantur in præcipitium. Tunc pater Odo relictis habenis, ambas manus dum caderet ad cœlum erexit. & mox ramum arboris inter brachia ſua reperit, atque in eo tamdiu ſe ſuſpendit, donec eius clamoribus, qui præceſſerant, rediſſent, & eum ſuſcepiſſent. Ramus autem ille viſus amplius non fuit quia nec arbor vnquam illic videtur nec naſcitur, & equus vltra nuſquam comparuit.

Quadam die cum iuxta prædonum fines iter haberet, quidam inſigniſſimus latro iuuenis, intuens vultus eius affabilitatem illico D compunctus eſt corde pedibuſque eius aduolutus, vt ſui miſereretur humiliter precabatur. At ille, vade, inquit, & prius mores tuos corrige, & poſtea vitam monaſticam appete. Cúmque ille inſtaret, præcepit ei, vt ad monaſterium eum præcederet quod & factum eſt. Factus ergo monachus, cellario ad obediendum ſubditus eſt. Et cum idiota eſſet, vtrumque ei impoſuerunt, ſcilicet obedientiæ iugum, & literatum ſtudium. Quod ita deuotè peragebat, vt vnam manum obedientiæ porrigeret, altera E verò pſalterium ferret. Cum autem in extremo vitæ laboraret, vocauit pium patrem ſingularem ſupplicans locutionem. Cui cum veniam peteret, interrogauit eum, an in aliquod poſt monachatum incidiſſet peccatum. At ille. Nudo cuidam te ignorante mea culpa tunicam noſtram tribui & funem filis contextum de cellario abſtuli. Quem cum interrogaſſet quid ex eo feciſſet. Refrænando (inquit) ingluuiem, quam dudum male contraxi, ventrem meum eo circumligaui. Tunc ſtupefactus pater, cum eum à viſceribus eius ſoluere vellet, cutis, F quæ ei adhæſerat, vna cum fune ſecuta eſt. Poſt hæc adiecit & ait. Hac nocte pater in cœlis per viſionem raptus ſum, & obuiauit mihi glorioſiſſimæ perſonæ mulier, quæ ait. Cognoſcis ne me? At ego. Nequaquam domina. Et illa. Ego ſum (inquit) mater miſericordiæ. Cui ego. Quid iubes, vt faciam domina? At illa. Poſt triduum venies huc tali hora, quod A & factum eſt. Nam tertia die, hora qua dixerat, defunctus eſt. A. C. 910.

Quodam tempore dum eſſet apud ſanctum Paulum Romæ, rogauit eum abbas Baldumus vt librum, quem de vita beati Martini Gallus & Poſthumianus more dialogi compoſuerant, ei corrigeret, & gloſſulis elucidaret, cuius voluntati ſtatim aſſenſum præbuit, & emendandi operam dedit, accerſito fratre Othcozario. Interim dum horæ veſpertinæ ſignum pulſaretur, ſtatim ſecundum regulam relictis omnibus, quæ in manibus tenebant, eccleſiã ingreſſi ſunt. Codicẽ verò apertũ, vbi ſederant reliquerunt, & orationibus occupati, obliti ſunt eius. Locus autem ille ita diſpoſitus erat, vt aquam q̃ ex ipſius tecto labitur & ex tribus aliis tectis vna conuerſione collecta more torrentis, vnum in locum illum recideret. Ibi igitur vſque mane liber patulus remanſit, & tot innundationes aquarum in circuitu eius ceciderunt, quòd margo libri ſibi vndique lota, ſcriptura verò remanſit intacta facto mane apertus eſt coram fratribus liber. Cúmque attoniti mirarentur: an prouidus pater. Quid admiramini fratres? Sciatis, quod beati Martini vitam aqua tangere timuit. Sic quæ ea quæ propter eum Deus fecit, in Martini laudem conuertit.

Imber-
di. ca D.
M. vitam c-
non att-
gu-
...aldo
ch-
Reg.
Be-

Horrenda mors duorum monachorum carnes edere volentium, l inc. lib. 24. c. 67. & lib. 3. vita c. 2.

§. II.

HIc etiam ſanctus Odo, vt refert Vin. vbi ſuprà ex geſtis eius cum diſcipulos ſuos D regularibus diſciplinis inſtitueret, multorum monachorum miſerabilem exceſſum & decurſum narrauit, vt in eis motus iuueniles comprimeret. His (inquit) diebus duo fratres rapidiſſima rapti ſunt morte nõ in vno loco nec in vno die. Veniens vnus ex eis in domũ cuiuſdã ſuæ ſororis, vehementiſſimè eſurire ſe dixit, & refectionẽ petiit. Cui protinus illa piſces abundanter habere ſe dixit, vt comederet, quales qua hora vellet. Ille quaſi indignans piſces faſtidire reſpondit, nec eos iam videre ſe poſſe. Tunc armum cuiuſdam animalis ſibi aſſari E præcepit. Sed non ferens aſſandi moram portiunculam incidit, & in prunas proiecit. Deinde vinum ſibi afferri præcepit, & carnis morſum auidè imponit. At hoc ſumpſit, quod gulam non tranſiliit, nec reiicere potuit, ſed vitã cum cibo finiuit.

Alius frater veniens ad domum cuiuſdam parentis ſui, ſubitò ad comedendum petiuit. Qui cum dixiſſent ei: quia nec dum hora comedendi venit, cum indignatione adiecit. Heu tota nocte equitando poſt iniũctam mi- F hi obedientiam laboraui, & nunc me ieiunare cogitis? Afferte ergo mihi, ſi quid habetis. Cui cum dicerent piſces ſe habere indignatus cœpit huc illucque oculos circunferre. Ibat autem circa pedes eius gallinarum grex. Tũc quaſi furens, baculũ arripuit, & gallinã quę ei placuit, percuſſit, & quaſi furibundo ore dixit. Hæc eſt hodie mihi piſcis. Qui autẽ adſtabant,

adſtabant, cum quodam quaſi rubore dixerunt ei, Licet tibi carnes comedere pater? At ille. Volatile (inquit) non eſt caro, Volatila enim & piſces vnam habent originem, appoſita eſt ergo coram eo gallina, quam occiderat iam aſſata, ex qua coaam abſtulit & momordit. Quem morſum nec vomere potuit, nec glutire, ſed eum vita priuauit. Pugnos tamen & ceruicatas pro mercede ſuæ improbitatis in opprobrium, antequam moreretur, accepit.

Quidam frater ea prædicti patris Odonis congregatione illicito tempore phlebotomiæ ſibi curationem adhibuit. Super quo facto commotus eſt eius animus, quia quamuis neceſſitas coegiſſet, tamen abſque eius licentia præſumere non debuit. Mox vena, per quam ſanguis prius effluxerat dirupta eſt, & quouſque animam redderet, à nemine reſtricta eſt. In monaſterio ſancti Heliæ conſtituit pater Odo vnum de fratribus ſuis præpoſitum nomine Theodoardum. Sed quia durum eſt in mente veteri, noua meditari, monachi qui illic reperti ſunt, non poterant ab eſu carnium abſtrahi. Quod videns cœpit ille ex finitimis regionibus piſces emere, vt vel ſic voluntati eorum ſatiſfaceret. Super quo magnum in hoc quærendo laborem habebat. Vnde cum hoc nuntiaſſet Odoni: meritis ſuis obtinuit Dei virtute lacũ ibi fieri: vnde piſces abundanter habuerunt.

Obiit demum beatus pater Odo, primus abbas ordinis Cluniaſenſium. Cui ſucceſſit Adamatus, ſiue Hiemardus, vt refert Vincen. vbi ſuprà vir vtique ſimplicitatis & innocentiæ filius. Hic in augmentatione prædiorum, & acquiſitione commodi temporalis fuit ſtudioſus, & in obſeruantia regulari deuotus. Amiſſionem luminis temporalis, & quicquid ſibi aduerſitatis accidere potuit, abſque omni murmure & indignatione patientiſſimè tulit.

Huius tempore beatus Maiolus Matiſconenſis archidiaconus, nobilibus parentibus, nobiliter ab infantia enutritus, ſpiritualibus literis imbutus, & virginitatis titulo decoratus ad amorem & obſeruantiam monaſtici habitus eſt conuerſus. Et ſexto (vt fertur) anno ſuæ conuerſionis è ſæculo Hyemardo abbate, iam tota corporis valetudine deſtituto, & oculorum lumine priuato, habito etiam conſilio: in locũ abbatis licet multum renuens, eſt ſubrogatus. Erat autem in inceſſu grauis, voce ſublimis, ore facundus, vultu angelicus, in omni actu vel motu corporis honeſtus. Erat fide firmus: ſpe certus, gemina caritate refectus, ſapientia clarus, fortitudine robuſtus. Erat ei honeſtas in actione, ſobrietas in conſuetudine, humilitas in proſperitate, patientia in aduerſitate. Manſuetis erat affabilis, ſuperbis terribilis, parcus cum debuit, diffuſus cum decuit. Non diuerſus in habitu, non confuſus in actu, quantum ad hominem vnus ſemper & idem, deuotus ſemper imitator ſanctorum, & intentus auditor eorum, ita placere ſtuduit hominibus, vt Deo non diſpliceret. Quam perſpicuè autem huius eiuſque diſcipulorum extſtat in benedictione memoria, reſpondeant monaſteria ab ipſis, alia à fundamentis conſtructa, alia de corruptione vindicata, & cum incremento virtutum ad meliorem ſtatum reducta. Multi quoque fidelium (vt teſtatur fideliſſima relatio) diuerſis infirmitatibus conſtricti; etiam de vita deſperantes, ab eo viſitati per Dei gratiam ſunt ſanati, alij illuminati, alij à dæmonio liberati, alij veneno ſerpentium, luporum & canum morſu vulnerati ſoſpitati reſtituti. Candelæ extinctæ ante lectum eius ſunt diuinitus accenſæ. Obiit autem die plenus dierum & ſanctitate quinto idus Maij. Ad cuius etiam ſepulchrum multa miracula fiunt. colitur 11. Maij.

De B. Odilone 4. vel 5. Cluniacenſi abbate ex Petro Damiano, & Vinc. lib. 24. cap. 115.

§. III.

ANno dominicæ incarnationis milleſimo, tertij autem Othonis imperatoris anno imperij. 16. cœpit in Burgundia clarere Odilo abbas Cluniacenſis. Qui ex clerico Bernacenſi (aliàs Briuatenſi) monachum profeſſus Cluniaci fit abbas poſt Maiolum, de quo ſuprà immediatè dictum eſt. Qui rexit monaſterium per annos 56. miro religionis feruore. Narrat de hoc Odilone abbate Petrus Damianus: vt refert Vincen. ſpe. hiſt. vbi ſuprà quòd compulſus ipſe Petrus Damianus imperio Hugonis abbatis Cluniacenſis vt vitam beati Odilonis præceſſoris ſui ſuccinctè perſtringeret, & vtiliora breui compẽdio deflorarer, hoc attentauit, non luculentam venuſtatem aucupando eloquij, ſed meræ veritati deſeruiendo. Ipſa quippe per ſe ſanctorum vita inquit idem Petrus fideliter enarrata ſic rutilat, vt ſplendorem accurati ſermonis ad illuſtranda corda fidelium non requirat. Huc accedit, quòd ruſticitas ſermonis multi ſuſpicionem conſueuit purgare mendacij. Nam qui vix ſufficit, vt elimatum ſaltem depromat eloquium quomodo nouit fabricare figmentum? Briatum ell opp. dũ in Aruernia vulgo Briode dictum vnde fuit oriundus S. Odilo

Hic itaque ſanctus Odilo Aruerniæ ex equeſtri genere oriundus: dum adhuc infans eſſet, tanto repente omnium fere membrorum labore conſtrictus eſt, vt incedendi facultatem prorſus amitteret. Accedit autem, vt nutrix ante ianuam cuiuſdam baſilicæ Dei genitricis eum relinqueret & ipſa ſuis intenta compendiis per diuerſa procul abiret. Puer igitur ſine cuſtode ſe relictum conſpiciens, diuino quodam prouocatus inſtinctu, tentare cœpit, an valuas eccleſiæ quolibet niſu poſſet attingere. Itaque manibus & pedibus repens, vix illuc peruenit, paulatimque progreſſus inſurgit. Ipſáque ſpe concepta valentior palam altaris arripuit. & ſic erigere ſe, quib' conatibus poterat, cœpit. Tandem diuinæ virtutis auxilium ſenſit, & omni languore depoſito, factus incolumis ad referendum Deo gratias intuentium animos prouocauit.

Dum autem adoleſceret, prius apud ſanctum Iulianum martyrem factus eſt clericus, deinde ſub beato Maiolo Cluniacenſis monachus, vbi dum quietus & ſimplex humiliter in ſancta conuerſatione perſiſteret: & in ipſo Apud S. Iulianum in opp. do Briuatẽſi fit clericus.

A C. 1000. exordio quædam perfectionis norma eluceret, vix euolutis quatuor annis Maiolus in domino requieuit, ſed ipſum prius beatum Odilonem, concurrentibus in eum omnium votis fratrum, in paſtorali cura ſibi ſubſtituit. Huius cor tam indeficiens flamma diuini amoris excoxit, quòd cum ab offerendis quotidie ſalutaribus hoſtiis, nec curarum, tot ingruentium negotiorum ſolicitudo cohibere non potuit. Vnde cum in lecto mortis decumberet, Adraldo diſcipulo ſuo præcepit, vt ex calcularis abaci ſupputatione colligeret, quæ poſſet eſſe ſumma miſſarum, quas celebrauit per ſpacium quinquaginta ſex annorum, quibus monaſterium rexit.

Largitas eleemoſynarum. In erogandis eleemoſynis ita largus erat, vt nonnulli dum eum omnia diſpergentem conſpicerent, non diſpenſatorem, ſed prodigum iudicarent. Tempore famis exhauſtis iam in pauperum vſus ærariis, etiam plurima ſacri vaſa miniſterij confregit, & inſignia eccleſiæ ornamenta diſtraxit. Coronæ quoque, quam ſibi imperator Henricus ob ſui memoriam deſtinauerat, non pepercit. Corpus ſuum non modò duris attenuare ieiuniis, & aſperrimis edomare ciliciis conſueuerat, ſed & quibuſdā ferreis nexibus coarctabat. In ſuſcipiendis autem ita ſe moderabatur edulijs, vt appoſita quæque contingens, ac naturali duntaxat neceſſitati diſpenſatiuè ſubſeruiens, & vanitatē ſuperſtitionis effugeret, & ſobrietatis continentiam reſeruaret. In promulgandis porrò iudiciis, ac modis pœnitentiæ præfigendis tam pius erat, & tanta mœrentibus humanitate compatiens: vt nuſquam diſtrictionē patris imperium, ſed potius maternum exhiberet affectū. Vnde ſe reprehendentibus huiuſmodi verbis ſolebat eleganter alludere. Etiam (inquit) ſi damnandus ſim, malo tamen de miſericordia, quam de duritia vel crudelitate damnari. Inter cæteros autem ſanctos circa beatam Dei genitricem ardentiſſima deuotione flagrabat.

S. Odilo miraculis clarus.

§. IIII.

DEnique qui clarus erat probitate morū, claruit etiam in oſtenſione ſignorum. Cum eſſet in quadam ſui iuris villa, quæ Beſoniacum dicitur, puerum quemdam forma venuſtum, ſed à natiuitate cæcum intuens, eique piè compatiens, cum ad ſe vocauit, ſignū ea ſalutiferæ crucis in fronte depinxit, ſtatimque viſum, quem natura negauerat accepit puer.

Aliquando in capite ieiunij ſurgentibus à menſa fratribus abbas ſanctus pugillum cineris latentes impleuit, & appoſito pane diſcuſſit. Cumque cinerem tanquam panem manducaret, innuit fratri, vt clam ſibi aquam deferret, quo facto dum aqua labiis adhibetur, Pſal. 101. auſteritas vini ſentitur. Reprimit ergo manū, abiicit poculum, & miniſtro imperat, vt ſibi aquam afferat. Ad quod miniſter obſtupuit, & vinum de eadē menſa referre qui aquam propinauerat, admiratus expauit. Sed ecce dum aqua potanda reperitur vinum prorſus in poculo aperitur. Iā itaque vir ſanctus, quod Deū ſibi miſericorditer indulgere conſpexit, cum gratiarum actione percipere non recuſauit.

Interea cū eſſet in vrbe Ticinenſi quidā velamen menſæ eius furtiuè ſubripuit, quod in ſuo venale propoſuit. Sed ſic ei diſpoſitio diuina obſtitit, quòd ſancta diſtrahi præda non potuit; quia ter cū in nundinis expoſita cū emptoribus de pretio cōuenire nō potuit. Interea ſceleris autorē vltio diuina corripuit. Nā manus & pedes ſacrilegi areſaciens, inuulerabili dolore conſtrinxit. Mox itaque languore cōpulſus, ad eccleſiā ſancti Maioli alienis manibus aduehitur, & mantile ſublatū corā cunctis oſtendit reo pœnitente. Sicque beati Maioli meritis & fratrū precibus incolumis factus, & velamen reddidit alienū, & recepit ſe ipſum, probauitque quo præmio dignus eſſe, qui beatum Odilonem offenderet.

Idem vir ſanctus cum cauſa dictaret flumē Ticini tranſire, feſtinans cum ſociis ſine nauigio, quod tunc deerat, per aquam ſine offendiculo in vlteriorem alueī crepidinem tranſponitur. Quod nonnulli mirantes, cum poſtea ſequi vellent, niſi adiuti fuiſſent, aquæ vortagine demerſi fuiſſent. Ad hoſpitium inde eo declinante ex deuotione inuitatus à quodam cum lucerna in nocte extincta eſſet, ille Deum obſecrauit, vt pro amore Odilonis tenebras effugaret, confeſtimque coruſcæ lucis ſplendor emicuit, qui totam domum illuſtrauit. Idem ſanctus cum quodam alio tempore flumen tranſiret, & aqua altos vſque ad femora attingeret, viro Dei nec corrigia pedis aquarum eſt inundatione perfuſa. Apud monaſterium ſancti Martini eo ſuſcepto, cum multi ad eum confluerent monachi, & parum piſcis haberetur, illud modicum in prandio partitum in manibus comedentium ita multiplicatum eſt meritis ſancti, vt multa etiam fruſta piſcis remanerent.

Vice altera parum vini ſibi oblatum cum adeſſent decem fratres, multiplicauit, vt omnibus ſufficeret. Ex aqua, qua ablutæ fuerant manus eius, furtiuè ablata ex deuotione febricitans bibens, liberatus eſt. Iouini montis prærupta conſcendens, cùm pauperes ſuos feſſos videret & ſitientes, quicquid vini eius ſocij haberent in vaſculis, iuſſit illis ſine aliqua reſeruatione concedi. Quo facto cum diſcumberet ipſe cum ſuis, repertum eſt vinum in vaſis ſine diminutione aliqua.

Imperator Henricus ad menſam diſcumbens, vaſculum vitreum pretioſum Alexandrini operis arte compoſitum, cum pulmentis tritricis ſibi allatum, ſancto viro miſit in xenium. Porro (ſicut humanæ curioſitatis mos eſt) cœperunt monachi illud vas cum admirationis intuitu contrectare, & de manu in manum ſolerter inſpiciendo tranſponere. Et dum de manibus tenentium vacante labitur, vas ipſum frangitur. Qui timens indignationem Imperatoris contra fratres ex huius fractura, [illegible] eccleſiam oratione ſua ipſum reintegrauit. Hic itaque ſanctus Odilo, diſpenſationis gemmæ moderator inſignis, [illegible] ſtudio corā diuinis obtutibus ſit, [illegible] laboris induſtria non mediocriter [illegible].

Cum

A.C.1049

Cum verò iam extremum tempus ageret, per quinquennium ferè grauiſſimo labore cruciatus eſt. Cumque monaſteria ſua circumiens admonitionis cauſa viſitare cœpiſſet, Syluiniacũ deuenit. Ibique circa feſtum circumciſionis dominicæ ſe è ſæculo migraturum prædixit. Porrò cum iam in agonis anguſtia conſtitutus eſſet, diabolum adſtare conſpexit, eumque per nomen tremendi iudicis, vt abſcederet, terribiliter increpauit. Anno igitur dominicæ incarnationis. M. xlviij. ætatis autem ſuæ. lxxxvij. ordinationis verò ſuæ. lvj. ſumpto euchariſtiæ ſacramento nocte circumciſionis ſolennia præcedente ſpiritum beatum reddidit Deo.

Odilo ... tranſi... coh... Ian.

De pœnis purgatorij eremitæ narratio.

§. V.

QVidam a religioſus, reuertens ab Hieroſolymis dum mare tranſiret, eúmque cum multis aliis ventorum horror impleret, applicuerunt ad inſulam Siciliæ, vbi quidam ſanctus manebat incluſus. Illic ergo aliquamdiu tranquillitatem cum aliis maria expectans, dum cum illo incluſo frequenter haberet colloquium, requiſitus de patria, Aquitanicum ſe eſſe reſpondit. Requiſitus inſuper vtrum cœnobium quod Cluniacum dicitur, & Odilonem eius abbatem noſſet, optimè ſe noſſe perhibuit. Quo ſciſcitante, cur hoc ab eo Dei ſeruus inquireret; Sunt nobis (inquit) vicina loca, quæ vocantur ab incolis Ollæ Vulcani, ex quibus grauiſſima flammarum euomuntur incendia: in quibus etiam locis animæ diuerſa luunt pro meritorum qualitate tormenta. Ad quarum ſemper exaggerenda ſupplicia ſunt innumerabiles dæmones deputati, qui intolerabiles eorum pœnas quotidie renouant, & eas ad rediuiua ſupplicia indeſinenter inſtaurant. Quos tamen ego frequenter audiui, quærulis lamentationibus eiulantes, quòd orationibus & eleemoſynis quorumdam ex eorum manibus eriperentur animæ damnatorum, ſcilicet in purgatorio. Inter cætera quoque maximam de Cluniacenſium cœtu, & eorum abbate querimoniam faciunt, quia ſæpè per eos ſui iuris vernaculos perdũt: quamobrem te per Dei nomen obteſtor, vt ſanctis fratribus illis hæc quæ tibi dixi, fideliter referas. Ex noſtra quoque parte denuncies, vt orationibus & eleemoſynis magis ac magis inſiſtant, præſertim huius intentionis intuitu, vt de manibus dæmonum eos, qui ibi cruciantur educant. Ille igitur regreſſus in patriam, cum hoc abbati Odiloni, & fratribus retuliſſet, idem pater Odilo per omnia monaſteria ſua generale decretum conſtituit, vt ſicut die prima Nouembris omnium ſanctorum feſtiuitas agitur, ita in ſequenti die pſalmis, eleemoſynis, & miſſarum ſolenniis, præcipuè omnium in Chriſto quieſcentium memoria celebretur.

Hanc de ollis vulcani ſententiam cõfirmat D. Greg li 4. dial. cap 30.

Benedictus b pater dum viueret, hunc ſanctum virum affectuoſè dilexit, & apoſtolorum limina frequentanti, neceſſarios ſumptus ſæpè miniſtrauit. Qui dum deceſſiſſet, Ioanni epiſcopo Portuenſi, & aliis duobus per ſpeciem nocturnæ viſionis apparuit: eiſque in pœnalibus tenebris, quòd conſtitutus eſſet indicauit, hoc inſuper addens, quia beati Odilonis meritis eum ſuperna cenſura liberare decreuerit à tormentis. Protinus idem Ioannes epiſcopus Papiam venit, & per monachos cœnobij beati Maioli omnē ſancto viro Odiloni ſeriē viſionis exponit. Qui mox pſalmodias & orationes ab omnibus in monaſterio Cluniacenſi fieri, & eleemoſynas elargiri, & ſacrificiũ myſterij ſalutaris offerri pro illo pcepit. Per omnia quoq; monaſteria ſui regiminis eiuſdē ſanctionis edicta mādauit. Cumque

a *Aliam quidem Commemorationis animarum, quæ ſecunda die Nouēbris peragitur, originē tradidit ipſe D. Anton. tit. 13. ca. 1. §. 1. huius operis. ſed magis ea recepta eſt, quam hoc loco ipſe profert, & pote quam præter Pet. Damian tradunt Vinc. lib. 24. cap. 105. & Volater. lib. 2. Anthrop. & Polyd. Virgil. emendatus lib. 6. cap. 9. & Geneb. in Chronol. Cæterum quamuis hoc ſæculo decimo iſtud feſtum inſtitutum fuerit, non tamen ideo tum primum preces pro defunctis inſtitutæ ſunt (vt hæretici falſo putant) vel fides de purgatorio igne in Eccleſia recepta. Nam vt omittam D. Gregor. in dialogorum 4. c. 39. vt ſuprà vidimus tit. 12. cap. 3. §. 26. & D. Aug. in Enchir. cap. 110. & de cura pro mortuis agenda, vt ſupra etiam annotauimus tit. 10. ca. 8. §. 17. certe D. Diony. Areopag. lib. de Eccleſ. Hierar. cap. 5. Tertull. de corona militis, hanc eſſe vnam ex traditionibus Apoſtolicis indicant preces pro defunctis ad altare facere. Imo verò ante Chriſtum veteris ſynagogæ hæc fuit fides, vt diſerte traditur lib. 2. Machab. cap. 12. fuitque in antiqua Eccleſia more receptum pro defunctis ſacrificia & preces afferre: vt oſtendit Geneb. in lib. qui precationes Iudæorũ inſcribitur. & lib. 1. Chronol. quod officium ſolis ... denegabant. Purgatorium verò ignem præter D. Paulum qui, 1. Cor. cap. 3. ſatis aperte illud oſtendit, vt explicat Orig. hom. 12. & 13. in Hier. & 6. in Exod. Aug. in Pſal. 37. & 21. de ciu. 1. cap. 24. etiam hi veteres innuunt Iren. lib. 1. aduer. hær. ca. 2. Tertu. in lib. reſur. de carnis. Cypria. ep. 52. ad Anto. ex quibus iuuat noſtrum Irenæum audire dicentem: iuſtis & æquis & præcepta eius ſeruantibus quibuſdam quidem ab initio, quibuſdam autem ex pœnitentia vitam donans, incorruptelam loco muneris conſeruat, & claritatem æternam circumdet. Nam quod ait quibuſdam iuſtis poſt mortem donari vitam ab initio. & ſtatim atque ex hac vita deceſſerunt, hac verum eſt de pueris, qui in ætate innocentiæ decedunt, & de ijs, qui martyrio ex hac vita emigrant & addens quibuſdam autem ex pœnitentia, innuit perfectè mortuos quoſdam poſt hanc vitam peccatorum ſuorum pœnitentiam ſubire & aliquo in loco dum pro ſuis peccatis ſatisfecerint detineri. Pro purgatorio hunc D. Irenei locum facere ſcribit Fenardent. in comment. in Iren.*

b *Loquitur de Benedicto Pontifice nono, huius nominis 8. vel vt ait Onup. 9. qui ſedit An. Ch. 1012. de quo etiam tit. 16. cap. 1. §. 18. ex eodem Pet. Dam. fertur eum à pœnis purgatorij piorum eleemoſynis fuiſſe liberatum.*

A.C.1049. fratres hoc conſtantiſſima deuotione peragerent: Eldebertus monachus qui hoc obedientiæ fungebatur officio, ſcilicet vt inopes aleret, & eis neceſſaria miniſtraret: per ſoporem vidit quemdam pulchrum, & ſerenum aſpectu magno candidatorum agmine conſtipatum, ingredi clauſtrum. Qui capitulum vbi Odilo cum fratribus reſidebat, intrauit & ad eius genua caput humiliter flexit, eíque gratias egit. Cumque ille frater Eldebertus requireret, quiſnam ille eſſet, reſponſum eſt illi, ipſum eſſe Benedictum papam, qui idcirco viro Dei gratias ageret, quia piis eius ſanctorúmque fratrum precibus, & tartareum cruciatum euaſiſſet, & cum beatis ciuibus quieturus ſuperoræ Hieruſalem ingreſſum meruiſſet.

Idem ſanctus Odilo, vt ſcribit Vinc ſpe. hiſt. vbi ſuprà ſermones quoſdam feſtiuos edidit eleganter, qui à monachis ordinis ſui frequentantur. Ipſe etiam nocte, qua migrauit ad dominum, apparuit cuidam ſimplici & innocenti ex monachis ſuis, Gregorio nomine dormire incipienti. Qui requiſitus à Gregorio quid ageret, reſpondit benè ſe habere, & in Chriſti præſentia ſe eſſe. Sed in ipſa hora obitus ſui figuram quamdam trucem & terribilem tæterrimæ ſuæ viſionis horrorem ſibi incutere tentantem ſe vidiſſe: ſed Chriſti virtute confortatore, nulla ſibi potuiſſe infeſtatione nocere.

S. Odilo ſermones ſcripſit Vin l 24 cap. 106

De S. Hugone Cluniacenſi ex Hugone Monacho eius æquali Vind. 26. c. 3. De eo præterea ſcripſerant Gilo iuſſu Pontij abbatis, & Reinaldus abbas Vicelsacenſis M. S.

§. VI.

POſt Odilonem ſucceſſit in regimine Cluniacenſis ordinis Hugo, vir valdè venerabilis. Hic enim, vt refert Vinc. in ſpe. hiſt. ex geſtis eius: Auguſtudunéſis indigena fuit, nobili genere, patre Dalmatio conſulari viro, bellicis actibus intento. Cuius matercum grauida eſſet de ipſo Hugone, partú que grauiter laboraret, quemdam religioſum celebrare fecit miſſam, pro ſui liberatione, & naſcituri ſalute. Qui dum miſſarum ſolemnia pro eo deuotiſſimè celebraret, in contemplatione ſuſpenſus vidiſſe fertur ſuper calicem ſpeciem infantilem, ſuprà humanum modum mirabiliter radiantem, in quo ſigno ſanctitas huius futura oſtenſa fuit: quia ab adoleſcentia ſua calicem ſalutaris accepit, imitator dominicæ paſſionis in vitæ regularis auſteritate. Natus enim in puellaribus annis conſtitutos, pueriles nugas conans, & cor ſenile gerens beato Odiloni in Cluniacenſi monaſterio ſe diſcipulum tradidit, ſub habitu religionis. In virtute autem omniproficiens factus eſt prior, & defuncto Odilone, licet renitens de voluntate omnium factus eſt abbas. Bonus itaque ſcientia melior conſcientia optimus temperantia, forma angelicus, moribus compoſitus, ſermone ſuauis, & chariſmatibus aliis omnibus ſpectabilis.

Henricus 2 imperator S. Hugonem dilexit.

A Illo in tempore Henricus ſecundus imperator regni apicé ſerenißimè gubernabat, cuius pater Henricus cũ valdè dilexiſſet monaſteriũ Cluniacenſe & eius abbaté, cũ imitatus arcti ſibi in amoré adſtrinxit. Et Hugoné ad ſe inuitauit abbaté Cluniaci, & venienté glorioſe excepit, & vt filium ſuũ Henricũ tertiũ de ſacro fonte leuaret gratanter obtinuit. Huius etiá gratia Stephanum papá non fugit. Qui in ciuitate Florentia valetudine conſtrictus, cum decũberet, adueniente ſancto Hugone inimicũ recedere exeonte eodé accedere circunſtantibus proteſtatus eſt. Quare ne inſœderabilis hoſtis B infeſtationibus vrgeretur, papa ſeduliatem ipſius iugiter exorabat, cuius præſentia inſidiator cõfundebatur. Iámque malignos incurſus lachrymæ cpatria longe remouerant, cum vir apoſtolicus in ſinu præſentis animam exhalauit. Cuius manibus dignè compoſitus traditus eſt ſepulturæ.

Sed & reuerendiſſimo Hildebrando, mutato nomine & gradu poſtmodum Gregorio, nuncupato maniſeſtiſſimè claruit, quam ... am gratiæ ſpiritualis pater Hugo obtineret. Hic C ſane nondum honore pontificio inſignitus, poſitus in Cluniacenſi capitulo ipſum mundi iudicé perhibuit ſe vidiſſe ſancto Hugoni collateralé, qui ſedens à dextris regularé diſciplinã fauore proſequebatur. Hic papa factus blandè tyrannum vocitare ſolebat, quoniam leonem ſeuis mitibus agnũ acceperat, haud ignarũ illius.

Hildebrandus qui Gregorius 7. ... cũ ven... que d... ...

Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Tempore ſancti Leonis noni papæ nemos translatum eſt corpus ſancti Remigij. Præſens fuit tantæ tranſlationi apoſtolicus, ac generale conciliũ contra ſimoniacos præcipuè celebrauit. Interfuit pater Hugo fide armatus ipſúmD que ingens illuſtriũ virorũ agmen ſequebatur. At tanta erat multitudo peruerſorum, vt boni vix auderent malos reprehéderre, & ſi auſi fuiſſent, facilius erũperet reclamatio malè viuentium, quam vox eorũ libera, qui ſanius ſentiebant. Mox exhortationé ſynodicá iuſſione domini papæ, & ſuaſione cuiuſdá nominatiſſimi ſancti Conſtantij Remenſis canonici, & alio laudabiliter egit, & probabiliter confutauit tergiuerſatores, qui contra verum pro mendacio ſtare conſueuerant.

Aldephonſus quoque rex Hiſpaniarum patré ſanctũ plus omnibus excolens, votis ardentibus, vt eum videre mereretur, impetrauit, primo E quia à captione fratris ſui Sancij precibus ſancti Hugonis emerſit. Deinde quia coniunctione patris ſui Ferdinandi, & Cluniacenſiũ cõpaginare fortius diſponebat, alioquin beato Petro inobediens, beneficiiſque ingratus conſtitueretur. Is. n. cum arctiſſima teneretur cuſtodia, & Cluniacenſes pro eo orationi incumberent, per fratrem quédá beatus Petrus ei apparuit, qualiter inſtãtia precũ ſancti Hugonis & ſuorũ pulſatus, in breui ipſum propriæ poteſtati reconſignaret, & ad ſepiruin vſque prouehe F ret. Nec mora clauiger cœli Sanctum reg... vſurpanti terribiliter noctu apparens, m...rem intentauit, niſi mox fratrem ſuum dimitteret. Surrexit ocyus exturbatus tyrannus, & eo à vinculis emancipato cubitum rediit.

Ita

A. C. 1079. Ita factum eſt, vt rex liberatus duplicato cenſu paterno interceſſionibus ſuis ducentas & quadraginta auri vncias annuatim deſtinaret, diēque liberationis nobis celebrem relinqueret.

Multa ad vſus pauperum ſanctus Hugo conferens quaſi viles ſarcinulas reputans, direptione illorum ſæpe pertulit non iratus. Quin etiam præceptorum talem habuit menſuram ne aut nimia remiſſio, aut ſeueritas videretur excedens. Spiritu quoque prophetiæ diſcernere in nouiciis ſolebat, qui eſſent frumenti ſtabilitate ſolidandi, & qui eſſent tanquam paleæ à ſpiritu maligno ventilandi.

Quodam tempore dum eſſet apud Martinia cum adiuncto ſibi præclaro Anſelmo Cantuarienſi archiepiſcopo, qui propter iuſtitiam ab archiepiſcopatu ſemotus, iucundabatur eius ſolatio, diuina reuelatione commonitus mortem Gulielmi regis Angliæ vicinam & vt prędixerat, accidit. Nam dum ille per ſaltus fugaces ceruos venando ſagittare geſtiret ſagittam ſubitò in corde ſuſcepit, qua miles ſuus ceruum impetebat.

Alio tempore cum dormiret idem pater, per ſomnium vidit ſub capite ſuo cubare ſerpentum multitudinem & ferarum, ſubitò capitale excutiens, & exquirens ſuppoſita, inuenit ibi librum Maronis forte ibi collocatum mox illum abiecit, & in pace quieuit, cognouitque modum, materiæ libri viſioni congruere, quem obſcœnitatibus & gentium ritibus plenum indignum erat ſancti cubiculo ſubſterni.

Epiſcopi facetiis dediti pœna ex Hugone Monacho I'inc. cap. 7.

§. VII.

QVidam frater nomine Durannus de Predon, prius idiota apparens, poſtea Moſiacenſis abbas non incongruus, deinde ad Toloſanum epiſcupatum ſapientię prærogatiua promotus, inter operarios agriculturæ Domini merito ſolitudinis & induſtriæ claruit. Hic circunſpectus per cætera verba riſum mouentia ſæpè incautus proferebat. Qua de re venerandus pater Hugo multoties eum increpans, non ſatis proficiens, de futuro intermi- Ro. c. 4.
nans prophetice ſic commonuit. Ecce frater chariſſime, niſi ludicra verba monacho interdicta protſus viuens dimiſeris, enormiter poſt mortem apparebis. Quod ſanè vaticinium eo decedente conſtat fuiſſe completum. Nam Signino cuidam capellano patris, ſpumoſo ore apparens poſtulauit flebiliter eius iuuamen, cui noluit obedire, dum viueret. Hæc vbi Domino abbati Signinus retulit, præcepit, vt ſeptem fratres vna hebdomada pro defuncto taciturnitatemotis continuarent. Ad hoc ſeptē fratribus electis, cæteris obedientibus vnus eorum voti contemptor ſilentium interrupit. Rurſus pontifex Durannus denuo eidem reuelatus eſt, valdè conqueſtus ſuper illo fratre perfido, qui dum non ſiluit, ſanitatem eius interpolauit. Audiens piiſſimus Hugo præcepit, vt fractura ſilentij, quæ per vnum contigerat, aliorum ſeptem dierum ſilentio farciretur. Quo facto anima pontificis tertio reuelata eſt, in ſtatu apoſtolico ſe exhibens A. C. 1079.
purgatori ſuo memorato, ſemperque memorando Hugoni gratias agens.

Inſtante ſolennitate Dominicæ natiuitatis, more ſolito monachi ſe ſuaque omnia præparauerunt. Venerabilis autem pater Hugo iam ſenex, capitulum ingreſſus, hæc ad omnes protulit verba. Noueritis fratres benignum Ieſum diſpoſuiſſe veſtris ſolennijs intereſſe. At contra hoſtem nequam inuidia laborare, vt aliquas tenebras tanto ſplendori poſſit immiſcere. Frater enim (ait) quidam (ſe vtique dans intelligi) hac nocte vidit matrem miſericordiæ ipſum filium, quem præſenti genuit nocte, dulciſſimo gremio continere, eique ſanctorum angelorum multitudinem cum immenſo lumine adſtare. Idem Deus puer exultabat, cordis lætitiam geſtu corporis & plauſu manuum demonſtrabat, & conuerſus ad matrem aiebat. Cernis mater noctem natiuitatis meæ quæ imminet gaudiis illuſtrandam, in qua & prophetarum oraculo, & angelorum pręconia renouabuntur, & de meo ex te ortu omnia cœleſtia ſimul, & terreſtria lætabuntur. Vbi eſt nunc hoſtis mei damnati perfidia? vbi eius poteſtas, qua ante hoc ſingulare gaudium mundo damnabatur? Quo ille impudens audito, de latibulo ſuo egreſſus à longè ſe præſentabat, & ignominioſè deturbatus cum multo planctu & vlulatu, vt admitteretur, orabat. Etſi (ait) in nulla parte eccleſiæ admittor opus in aliquo ſaltē reliquarum officinarum loco ſuſcipiar. At filius virginis: Vade (inquit) furcifer, & ne te mea potentia præiudicatum lamenteris, tenta, quod poteris. At ille ſolutus aditū capituli petiit, & intrare conatus, non potuit. Intantum enim ſe tumidum, & introitum capituli anguſtum, inuenit, vt nullatenus intrare valeret. Verè inflatus ſuperbiæ veteris apoſtemate per humilem aditum, non potuit tranſire. Inde ad dormitorium fratrum congreſſum direxit, & phantaſiis ſolitis eos inquietare ſe poſſe confidens introire tentauit, ſed eadem groſſitudine ſua ab hoſtio repulſus receſſit. Poſtremò ad refectorium nocendi ſpem contulit. Ibi propter aliquantulam corporis curam maiorem ſuſpicatus mentium incuriam, ibi etiam tot obices diuinorum ex lectione verborum, tot trabes ex deuotione auditorum, tot repagula reperit ex caritate ſibi ſeruientium inuicem, vt nullo modo valens vltra procedere cogeretur retrocedere. Sicque ab omnibus monaſterij officinis reiectus, à conſpectu piiſſimi redemptoris & glorioſiſſimæ Mariæ virginis matris eius cum ea, qua dignus erat confuſione peſtifer ille diſceſſit. Cauti igitur eſtote, ô fratres, & omnipotenti ac miſericordiſſimo Domino gratias agite quia nequiſſimum hoſtem à nobis repulit, & ipſe nobiſcū feſtum celebraturus remanſit.

Quidam (cui apparuerat ſanctus Diony- De eodē S. Hugone morituro viſi. ibi c. 9
ſius, admonens vt iret Cluniacum, quia Hugo abbas erat de hoc ſęculo ſubitò migraturus vidit in ſpiritu mixtos mortalibus ſuperos, & cum monachorum collegio matrē Dei maris ſtellam clarius coruſcare. Cuius præſentia ſagittarios quoſdā apparentes ita exterruit

A.C.1070. & fugauit, ſicut validus ventus autumnales frondes deiicere conſueuit. Inter quos Martinus gemma ſacerdotum, & benedictus ſol abbſtû, ſpiritum Hugonis delucêtes intra quamdã vineâ ſpecioſam & fertiliſſimâ collocarut, vt ibi iucundaretur & in modico manſitaret, vbi ipſe ſanctus Hugo me aſpicientem multipliciter inuitabat. Comede (inquit) cariſſimè de candidis racemis, qui nobis ſuperabundant, & fac mecum ſolenne contubernium. Ego namque parum hic pauſabo, donec quidam tumor ſubſidat: quem in pedibus puluerulentis de longo circuitu terrarum, contraxi, ſed è veſtigio curatis greſſibus & excuſſo cinere mundano liber ad potiora tranſibo. Dic autem ſucceſſori meo Pontio, vt humilitatis & innocentiæ theſauros cuſtodiat, & neceſſitates omnium ſuas putans miſericordiæ ſtudeat, & zelum monaſtici ordinis exemplo mei ſapienter diſponat, ſic enim viriliter à Deo conſequetur auxilium qui non deſerit ſperantes in ſe. Nocte autem qua deceſſit, quidam abbas vidit duos lectos decenter ornatos, angelorum manibus ad cœlum ſuſtolli, ſibique dictum, quod ij erant Hugo Cluniacēſis, & archiepiſcopus Cātuariēſis.

Obiit 29 April.

Ordo Canonicorum regularium renouatur. Vincent. ex Sig. libro 25. capitulo 51.

Circa annos domini milleſimo. 80. vt refert Vincen. ſpe. hiſto. libro 26. capitulo 51. poſt Sigibertum. tempore Gregorij. 7. papæ. & Henrici imperatoris, cœpit refloreſcere in eccleſia beati Quintini Bellouacenſis ordo canonicorum regularium primum ab apoſtolis poſtea à beato Auguſtino epiſcopo & doctore eximio regulariter inſtitutus, ſub magiſtro Iuone venerabili eiuſdem eccleſiæ præpoſito, poſtea Carnotenſi epiſcopo: qui poſt Iſidorum fecit compilationem antiquam decretorum. In diuerſis autem regionibus reperitur ordo & modus viuendi diſperſus, de quo etiam habetur in iure notatum. vt extra de ſta. mo. & cano. c. quòd Dei timorē. De iſto ordine fuerūt viſi inſignes viri & doctores, Hugo de ſancto Victore, & Richardus de ſancto Victore, & Hugo de Follieto, de quibus infrà dicetur. Et cū in proceſſu tēporis eſſet ſatis collapſus, refloruit ad vitam regularem circa annos Domini mille. 380. vt dicetur infrà. Ad hunc etiam ordinem canonicorum regularium videtur pertinere ordo Præmonſtratenſium, de quo infrà dicetur.

lib. 3. decret. tit. 35. cap. 5.

De his ſequitur in 3 parte tit. 18.
Infrà ca 13. §. 2.
Infrà capit. 19.

Ordo Vallisumbroſæ inſtituitur. Palmer. in Chronico, Volater. lib. 21. & vita S. Ioannis Gualaberti quam Ioannes Molaueſius videtur ſcripſiſſe: eam habet Sur. tom. 4.

CAPVT XVII.

Circa idem tempus, ſcilicet anno Domini. 1040. claruit beatus Ioannes Gualbertus: fundator, & inſtitutor, ordinis Vallisumbroſæ A ſub regula militantis beati Benedicti cum quibuſdam conſtitutionibus earum ſuper additis, & in habitu griſeo. Quæ religio multa monaſteria habet in Tuſcia & Longobardia etiam ſuperius. Hic igitur glorioſus ſanctus, de ciuitate Florentia oriundus fuit ex nobilibus parentibus, cuius pater Gualbertus vocatus eſt, vir militaris. Cum autem iuuenis eſſet, in ſæculo conſtitutus, & inimicitias capitales pater eius haberet cum quodam ex eo, quòd ille iniuſte conſanguineum eius occidiſſet propterquod id iam Ioannes, quam pater B vindictam expeterent accidit vt quadam die beatus Ioannes Gualbertus vna cum armigero ſuo verſus Florentiam iter arriperent, & inimicus ille ſuus capitalis ex inſperato ei obuiaret in via ita arcta vt neuter poſſet ad alteram partem declinare. Quod cernens & interitum ſuum quaſi expectans, cum eſſet inermis, ſubito de clementia Ioannis confiſus, ex equo deſiliit, & in terram proſtratus, veniam cancellatis manibus ad pectus, ob crucifixi amorem humiliter ſibi concedi poſtulauit. C Compunctus igitur Ioannes, audito nomine Crucifixi, propoſuit illi parcere ob Chriſti amore, qui pro ſuis Crucifixoribus exorauit, ne perirent. Mandauitque ſibi de terra aſſurgere, nec timere debere: cui iam ex corde offenſam dimiſerat, vt dimitteret ei Deus debita ſua. ſed quo vellet, tutus abiret. At vltra progreſſus beatus Ioannes quandam eccleſiam monachorum ſibi occurrentem intrauit. Et cum ante imaginem crucifixi genua flexiſſet, vidit crucifixum caput ad eum inclinare, quaſi ei gratias agentem, quod ob D eius reuerentiam inimico capitali peperciſſet. Adhuc crux illa pro indicio tanti miraculi, in eccleſia ſancti Miniatis in monte prope Florentiam, nuncuſque cum magna veneratione & cautela ſeruatur: vbi olim fuit monaſterium nigrorum monachorum, nunc autem alborum, id eſt, Montis oliuarum.

A.C.1040.

Sanctus Ioannes inimico amore Crucifixi ignoſcit. Matt. 5.

Crucifixus D[...] [...]

Diuina igitur vocatione attractus, diſpoſuit ſæculum nequam deſerere: & quæque peritura contemnere, vt nudam crucem Chriſti nudus ſequeretur Ioannes. Ad illud igitur monaſterium E profectus, quod dicebatur ſancti Miniatis, ab abbate & fratribus habitum ſanctæ religionis ſibi precabatur humiliter concedi. Cumque in habitu laici receptus fuiſſet, ad aliquam religioſæ conuerſationis experientiam vt moris eſt, interea hoc audiēs pater eius Gualbertus, quod filius monachus erat efficiendus ad monaſteriū accedit poſtulans ad filium mitti. Cū autem Ioannes ſuper hoc requiſitus ab abbate, non aſſentiret, timēs ſibi à patre, qui homo auſterus erat, violentiam inferri, nec abbati iuſtum videbatur illum debere compelli, & periculo exponi, furiis inuectus pa F ter, quia filius non mittebatur ad eum: comminatus eſt plurima mala monaſterio ſe illaturum, ſi filium in monachum reciperent. Quam ob rem pauebant ſatis monachi, ne ſi Ioanni habitum religionis, quem obnixè petebat, concederent, pater aliquod damnum notabile monaſterio inferret. Vnde cum nullus auderet ſibi tradere, Ioannes ipſe feruore ſpiritus motus, poſt tonſam à ſeipſo comā capitis

certe[n]

A.C. 1070. cernens vnam ex cucullis fratrum, eam accepit, & ſuper altare in eccleſia ſtatuens ipſam lætanter indutus eſt, mirantibus & gaudentibus monachis cunctis. Et licet pater cum eum primo vidit in habitu, valde doluerit, & quaſi amens effectus, ſeipſum quaſi derelictum & deſolatum clamitaret: Demu ab abbate, & ipſo filio cõfortatus, ad ſe rediẽs cõſolationem accepit, & benedictionem ſuam ei cõceſſit, ad perſeuerantiam filium exhortatus.

Factus ergo religioſus cœpit non ſegniter agere, ſed ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus, ac vigiliis carnem domare, otium ſentinam vitiorum ſummopere vitare, orationibus & deuotis meditationibus inſiſtere. Humilitatis quoque patientiæ, obedientiæ cunctarũque virtutum perfectione omnibus redolebat. Sed cum paulò pòſt abbas ex hac luce migraſſet, fratres in vnum conuenientes præfatum Ioannem in abbatem vnanimiter elegerunt. Quod officium vir Dei humiliter recuſauit cupiens magis ſubeſſe, quàm præeſſe, modo ignorans, quia quanto in loco ſuperiori quis inuenitur tanto in maiori periculo verſatur. Non ſic autẽ impij, non ſic. qui ſtimulante ambitu, & operante ſimonia, per fas & nefas, per abrupta quærentes aſcenſum in præcipitium ruunt. Vnde quidam ex dicto monaſterio cupiditate motus, ab epiſcopo Florentino per pecuniam, dictam abbatiam ſibi in regimine procurauit. Quod cum vir Domini comperiſſet, cum alio ſibi fauente monacho clam inde diſceſſit: & ciuitatem ingreſſi ad quemdam magnum ſenem Teuzonem nomine venerunt: qui iuxta monaſterium ſanctæ Mariæ ciuitatis Florentiæ, in quadam cellula ſe incluſerat & ad eum plurimi pro conſiliis expedientibus ad ſalutem, confluebant. Hic autem homo Dei vitium ſimoniæ maximè deteſtabatur, quæ tunc ſupra multos in eccleſia Dei infecerat. Ab hoc igitur Ioannes conſilium flagitauit, an ſub abbate ſimoniaco in monaſterio ſuo militare deberet: vel quid enim deceret agere. Qui hoc ſibi conſilium dedit, vt cum ſuo ſudali in foro publico ciuitatis coram omnibus epiſcopum & abbatem proclamarent ſimoniacos eſſe, & exinde loci cederent fortunæ pnienti. Quod conſilium, & ſi præter leges communes, tamen ſimpliciter executioni mandauit. Quo peracto magnum & pauendum horrorem intulit multis, quibuſdam epiſcopi fautoribus clamantibus, quia reus eſt mortis talis diffamator tãti viri: aliis excuſantibus eum, & ereptus de tumultu clam vix euaſit manus amicorum epiſcopi.

Recedit S. Ioannes Poſt hæc de conſilio illius recluſi de patria receſſit, & cum ſocio ſuo diſcurrens ad inquirendum, quis melior locus eos ad Deo ſeruiendum haberet, in via vnum panem, quem ſolum ſocius eius pro refectione ipſorum ſeruauerat, pauperi obuio eleemoſynam petenti exhiberi mandauit, iactans cogitatum ſuum in Domino, qui dat eſcam omnibus in tempore opportuno, nec ſua fuit fruſtrata fiducia. Pſal. 54. Pſal. 144. Nam ad quoddam caſtrum applicantibus à pluribus fuit eis copioſè prouiſum. Venientes autem ad eremum Camaldulenſem ibi tempore non modico perſtiterunt contemplantes inhabitantium mores & vitam quæ ſancta, ſed eremitica erat. A.C. 1070. Cumque qui eos ſuſceperant, ad religionem illam & permanendum hortarentur, beatus Ioannes magis affectans cœnobiticam, vtpote magis ſecuram quàm, ſolitariam, decreuit inde recedens in alio loco ſub regula beati Benedicti nouam congregationem inſtruere vnde perueniens cum comite ſuo ad Vallemũbroſam à duobus religioſis, qui ibi Domino famulabantur, deuote ſuſceptus eſt. Et complacentiam ſumens de loco, ibi ſe ad habitandum defixit, conſtructa paupercula domo lignea.

Nec diu paſſus eſt Dominus lucernam manere ſub modio, ſed fama ſanctitatis eius paulatim per loca viciniora diffuſa, laici & clerici plurimi gratia viſitationis, aliquiẽ ĩ cauſa cõuerſionis ad religionem illam confluere cœperunt. Matth. 5. Inter quos fuerunt Herizo, Albertus, Teuzo, Rodulpus, Petrus quoque, qui poſtea fuit cardinalis Albanenſis epiſcopus, & multi alij. Abbatiſſa autẽ quædã ſancti Hilarij in partib. illis, ad cuius monaſteriũ ſpectabat ius Dñm dicti loci, auditis virtutibus beati Ioannis & ſociorum, ex deuotione concepta ad eos miſit aliquale ſubſidium & librorum & victualium, & poſtmodum cum conſenſu capituli ſui donauit ei locum per publicam ſcripturã, cum multis poſſeſſionibus & bonis.

Cùm autem iam ſatis & numero & merito illic monachi ſuccreuiſſent, placuit omnibus, vt ipſum beatum Ioannem ſibi in abbatem præficerent. Quem licet inuitum, & plurimum renitentem in ſede maiori ad regendum ſuos conſtituerunt. Ne autem Dei voluntati videretur reſiſtere, demum acquieuit. Qui aſſumpto officio, cœpit ſenſum regulæ beati Benedicti, quam profeſſi erant, diligenter inſpicere: & ad eius obſeruantiam totis viribus operã dare. Prohibuit monachos clauſtri limites vnquam exire: niſi pro neceſſitatibus monaſterij cum licentia debita. In nocte ſtatuens nunquam lumen in dormitorio deeſſe, non minus quàm in oratorio. Ad vilitatẽ veſtium & paucitatem inducens ac etiam ad cilicia ferenda exhortans de ſuarũ ouiũ varia lana iuſſit pannum promiſcuum fieri ad veſtes ex ea formandas. Quod autem alios docebat, ipſe primus & perfectius implere ſatagebat. Erat enim in oratione aſſiduus, caritate diffuſus, humilitate lenis, patientia conſtans ad increpanda vitia rigidus, erga omnes pœnitentes benignus, & in cunctis motum grauitate maturus. In abſtinentia præcipuus, pauciſſimo cibo potuque contentus, qui mortem arceret non delicias miniſtraret. Ioan. Di. lib. 1 vitæ D. Greg. cap. 7.

Ex nimia autem auſteritate vitę tantam corporis debilitatẽ incurrit, vt in illam [illegible], fracto ſtomacho ceciderit, quam legimus beatum Gregorium pertuliſſe, & niſi fratres eum ſæpè reficerent, emittere ſpiritum videretur. Quam infirmitatem vſque ad obitum, ſuũ ſuſtinuiſſe ſcitur, qui eũ nouerit: quã infirmitatẽ ſuis adſcribẽs peccatis, patiẽtiſſimè tolerabat. Quod forte diuina diſpẽſatione factum

A.C. 1071.

creditur, vt ex ſua debilitate experta, diſceret qualiter aliis miſereri deberet. Nã vbi per prius ex auſteritate ſua rarus eſſet, qui eius poſſet inſtituta ſeruare, ſic infirmatus tantæ diſcretionis tantæque miſericordiæ effectus eſt ad omnes vt nemo eo humanior videretur. Commiſſos & conuerſos complures recepit, quos ad opera exteriora mittebat vt monachi inde minus haberent occaſionem diſcurrendi & magis orationi vacandi.

In illo tempore rex Henricus Florentiam veniens, cum multa virtutum inſignia de beato Ioanne audiſſet, affectione concepta ad eum hortatu Teuzonis prædicti miſit epiſcopum catholicum ad monaſterium dictum Valliſumbroſæ, ad maius altare conſecrandum. Et poſt annos aliquot Hubertus ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis totam eccleſiam conſecrauit cum duobus aliis altaribus.

Per idem tempus plures nobiles fideles obtulerunt loca, ad alia cœnobia conſtruenda odore ſanctitatis eius attracti. Alij rogabant eum monaſteria diſſoluta ſub ſuo regimine ſumere, & in normã prædictam reformare. Tunc monaſterium ſancti Saluij nouiter conſtruxit. In moſcera alterũ, alterũ in Razulo, quartũ in mõte Scalario. Monaſterium quoq; iam vetuſtum Paſignani reformãdum accepit. Et aliud ſanctæ Reparatæ in Romandiola. Horũ ſingulis præpoſitos fecit, ipſaque ſæpè viſitabat, corrigens quæ expediebat.

De paupertatis amore & humilitate.

§. I.

Zel' paupertatis.

VErus hic erat paupertatis amator in omnibus ipſam oſtentans & docens. Vnde cum monaſterium Moſceianum viſitaret, cernens domos grandiores & pulchriores, quàm paupertati eorum congruere videbatur, Domino Rodulpho eiuſdem loci abbati vultu ſeueriſſimo dixit. Tu in hoc loco magnis expenſis, quibus pauperes plurimi refoueri potuiſſent ex propria voluntate palatia fabricaſti. Et conuerſus ad quẽdã riuulũ paruulũ propè manſiõẽ dixit, Deus omnipotẽs q de minimis magnificaſti, videã per huius riuuli paruitatem ipſius enormis ædificij cito vindictã. His dictis abſque mora diſceſſit locum quaſi abominatus. Confeſtim autem vt ſanctus diceſſit riuulus creſcere cæpit, congerens aquarum fluenta largiſſima, relicto proprio aluco preceps de mõte ruit, & petrarum ſcopulos & arbores ſecũ trahens prædictas domos funditus euertit, vnde abbas dicti loci cum fratribus perturbatus cœnobium de illo loco mutare diſpoſuit. Quos pius pater benignè conſolatus eſt dicens. Nolite timere, nec locum mutare, quoniam riuulus vltra non vobis nocebit. Quod vtique vaticinium eius verum fit nuncque huculque permanſit.

Altera autem vice cum audiſſet quemdam virum venientem, ad conuerſionem totum ſuum patrimonium ſcripſiſſe in carta, ſucceſſoribus hæreditate priuatis, & ſecum ad monaſterium detuliſſe, mox ad cœnobium illud acceſſit, & abbati, qui chartam acceperat, imperauit, vt ſine mora eam ſibi deferret. Quam cùm accepiſſet, eam minutatim diſcerpens, in terram fruſta eius proiecit. Iuſtius quidem ſibi videbatur cum exiguis contentum viuere, quàm multiplicatis opibus ſuperbire. Deinde valdè commotus ex zelo ſanctæ paupertatis Deum & apoſtolum eius inuocat, vt vlciſcantur ipſum de illo cœnobio. Et confeſtim iratus abſceſſit. Quo non longè digreſſo, repentinus ibi accenſus eſt ignis, qui monaſterium, illud ex magna parte combuſſit. Quod incendium ſocius eius dum cerneret, eique nunciaret nec retro reſpexit, nec ad locum rediit, ſed ad Vallemumbroſam locum ſuũ proſecutus eſt iter.

Stephanus Pontifex maximus [illegible]

Præterea cùm in dicto monaſterio reſideret, & Stephanus papa per vicina loca tranſiret, audita eius celebri fama, nuncios ad eum miſit perſonas honorabiles, rogans vt conſpectui apoſtolico ſe præſentaret. Eo autem infirmato cum ire ad ſanctitatem eius non poſſet, remiſit apoſtolicus nuncios, impotentia eiuſdem expreſſa, fortè dubitans, ne ex humilitate ante conſpectum ſuum apparere ſe indignum exiſtimaret, vel in occulto eſſe optaret, & præcepit ei, vt ſi aliter ire non valeret, in lecto duci ſe faceret. Beatus autem Ioannes intentionem Domini papæ audiens, ingreditur eccleſiam, Dominum rogans, vt abſque ſcandalo & inobedientia aliquo modo prouideat, ne ante ſummum pontificem habeat præſentari. De lecto igitur ſurgens coram nunciis apoſtolicis, aliquos conuerſos ad ſe venire præcepit, vt ipſum deferant ante faciem Domini. Sed cum paululum à monaſterio diſceſſiſſent, mox aer conturbatus eſt valdè, ventorum nimietas & pluuiarum immenſitas pariter proruperunt. Quod legati cernentes, & hoc adſcribentes Dei miraculo illum vt verum Dei hominem arbitrati, ad monaſterium reduci fecerunt beatiſſimo pontifici hoc referentes. Qui amplius non fecit eũ vocari, ſed in ſua quiete dimitti: & pro ſe fœliciique ſtatu eccleſiæ dominum orare.

Diſcretionis ſpirituum gratia & donum prophetiæ ei diuinitus collatum eſt.

§. II.

GRatia quoque diſcretionis ſpirituum, ei non defuit, & ſpiritu prophetico abundauit occulta hominum ſoli Deo cognita ex reuelatione pronuncians & manifeſtans. Et cùm aliquis ad monaſterium acceſſiſſet, pro habitus ſuſceptione, ex aſpectu eius agnoſcebat, an ſpiritus eius ex Deo erat. Cum autem eſſet in Paſignano monaſterio, quidam venit ad eum, aſſerens ſe ſæculum velle deſerere, quem primo repulit, deuictus demum importunitate illius miſericordiam poſtulantis, vt piiſſimus pater eum recepit. Qui (vt moris eſt) in principio conuerſionis confeſſionem faciens, quædam confeſſus eſt peccata, maiora verò erubuit confiteri, hic Gerardus vocatus eſt. Cui pater vna dictum dixit. Frater Gerarde, quare me ſic fallere præſumpſiſti? Et ille.

In

In quo pater ſancte te decepi? Quem ad partẽ vocans ſecretè ei dixit. In eo me, ſed magis te decepiſti, quia non integrè confeſſus es. Nã in die epiphaniæ Domini, & vigilia eius adulterium cum vxore talis hominis commiſiſti, quod in confeſſione celaſti. at (quod deterius eſt) his non contentus iterare ſcelus propoſuiſti. Qui peccatum ſuum recognoſcens, quod intellexit viro Dei diuinitus reuelatum, cum eſſet occultum, proſtratus ad pedes eius cum lachrymis veniam petiit, pœnitentiam agẽs.

Item cum quidam nobilis & diues, familiariſſimus ſeruo Dei, Vbaldus nomine infirmatus eſſet ad mortem, vxor eius tranſitum viri ſui expectans de hoc ſæculo, vnum ex familiaribus ſuis Benzonem nomine ad virum Dei deſtinauit, ad inſinuandum ei viri ſui inſtantem exitum. Ad quem ille celeriter veniẽs, in monte Scalario tunc demorantem cum inſinuaſſet ſibi commiſſa, beatus Ioannes verſis ad orientem luminibus, & facta pro infirmo oratione nuncio dixit. Reuertere ad propria, quia quem dimiſiſti in extremis laborantem, ſanum & lætum reperies, in quo facto & ſanauit infirmum & manifeſtauit occultum. **C** Cum in monaſterio Paſignano vir Dei tunc reſideret: Leo papa tranſiens cum curia ſua iuxta monaſterium prædictum, vt refectionem caperent, ſe firmauit. Tunc beatus Ioannes œconomum ſuum interrogat, an piſces haberet ad offerendum beatiſſimo pontifici. Et vt cognouit nullum adeſſe, conuerſis quibuſdam præcepit: vt ad quemdam fluuium uel lacum ibi propinquum piſcatum irent. Aſſerentibus autem omnibus ibi piſces non inueniri, iuſſit tamen, vt pergerent, & domini patrocinium omnino crederent affuturum **D** quod & ſecutum eſt. Nam piſcantibus illis, duo magni lucij capti ſunt, quos allatos cum admiratione omnium beatus Ioannes ipſe Domino papæ præſentauit: quod xeniũ dominus ipſe gratiſſime acceptauit.

De liberalitate eius ad pauperes.

§. III.

Viſcera pietatis indutus multipliciter egenis ſubueniebat ipſe pauper. Ab infantia quippe creuerat cum eo miſeratio. Vnde cum venerabilis pater Ioannes à viſitatione remeaſſet aliorum ad monaſterium ſuum Valliſumbroſanum, memor indigentiæ, quam plurimi premebantur diſpenſatorem vocans Goffredum, & procuratorem nomine Ruſticũ inquit ad eos. Inſpiciamus horreum noſtrum qualiter ſe habeat, quod cum reperiſſet abundanter repletum dixit. Quam multi fame opprimuntur ſub inſtanti neceſſitate, vos autem abundatis? Iuſſit ergo afferri quoddam vas capiens modios quinque vel circiter, & illud frumento impleri: quod ab hora tertia vſque ad nonam per ſemet ipſum grata largitate pauperibus aduenientibus diſtribuit, & tamen horreum, vnde aſſumptum fuit, plenum, vt prius, remanſit.

Cum etiam famis inopia vehementer inſtaret, beatus pater ante fores monaſterij **A** de Razuolo ſtans, & videns gregem vaccarum monaſterij in iugo montis depaſcere, & quod pauperibus alimoniam petentibus largiretur non haberet, orauit dicens. O ſancte Paule, ſi vnam pro pauperibus ex vaccis concederes, ſtatim de iis vna corruens deorſum mortua eſt, & carnes eius iuſſit pauperibus dari. Qua diſtributa, orauit ſimiliter ſibi dari ſecundam, tertiam, & quartam: quas omnes pauperibus diſtribuit, quamobrem paſtores triſtes effecti de morte illarum, duxerunt gregem ex alio latere montis. Sed vir penuriam pauperum **B** ſubuenire deſiderans, & vnde non habens, orauit cum lachrymis dicens: Sancte Paule iſti locum mutando fugere te quærunt, ſed te qui huius loci patronus es, fugere non poſſunt. Tu qui miſericordiam prædicaſti & eleemoſynas largiendas, concede mihi, vnde pauperes ſuſtentare valeam, & ſubitò quinque ex vaccis corruerunt: & mortuas iuſſit pater pauperibus elargiri. At paſtores hoc aduertentes, cœperunt dure conqueri contra ipſum propter huiuſmodi damnum di**C**centes melius eſſe eum reuerti ad ſuum monaſterium Valliſumbroſæ, quàm ibi manere cum tanto eorum diſpendio. Quibus placidè reſpondit. Video vos triſtes effectos ſuper hac re, ſed ne timueritis: quia nulla earum amplius peribit, quod & factum eſt. Altera vice cum non haberet panes ad dandum, lac totum animalium pauperibus iuſſit erogari. Pluuiales etiam abbatiæ Valliſumbroſæ oblatos, neceſſitatis tempore vendidit, & pretium pauperibus diſtribuit.

Pluuiales ſunt pallia ſacra, vulgo cappæ.

D

De miraculis eiuſdem.

§. IIII.

IN miraculis autem fuit copioſus. Multos enim languidos ſanitati reſtituit. Vnde cum quidam ægrotus nomine Florentinus filium haberet morti ex morbo vicinum, ad venerabilem patrem Ioannem, qui tunc in ſancto Saluio erat acceſſit ſalutem poſtulans filio ſuo. Cui ſanctus reſpondit non hæc opera **E** ſua eſſe, ſed apoſtolorum. Sed cum ille pulſando precibus perſeueraret, compaſſione deuictus cum fratribus pro illo orauit & ſtatim ſanatus eſt.

Quodam tempore cum fratres nimia egeſtate premerentur, adeo vt tantũ tres panes in monaſterio haberentur, beatus pater præcepit illos diuidi & cuilibet fruſtum dari, & nihilominus conſiderans, quia neceſſitas non habet legem, ordinauit cum cellerario vnum arietem occidi: & coctum fratribus dari: Hodie (inquiens) egemus. ſed cras abundabimus. **F** In prandio igitur ſedentes ad menſam quilibet paruum fruſtum panis ante ſe poſitum comedit. Carnes ante eos appoſitas ad comedendum omnes horruerunt, nec contingere voluerunt pro reuerentia regulæ obſeruandæ. Sequenti autem die iuxta beati Ioannis prophetiam venerunt quidam ad monaſterium ſancti Saluij cum animalibus pluribus frumento & farina onuſtis aſſerentes ſe directos à nobilibus perſonis, ſed qui illi fuerint, inueniri non potuit.

Regula S. Benedicti ca. 36. & 35.

Idem

A.C.1073. Idem accidit altera vice, cum enim deficiente fratribus pane carnes bubulas coctas mandaſſet apponi, & illi non auderent contingere orante ſancto Ioanne quidam ad ianuam monaſterij pulſauit, ad quem cellerarius pergens, inuenit illum afferentem panes multos in tobaliis, quos aſſumptos portauit ad menſam fratribus gratias Deo agentibus, qui dat eſcam in tempore opportuno. Et cum cellerarius reuerſus eſſet ad latorem, vt nomen mittentis inquireret, non eſt amplius inuen-
Pſal.144. tus. Ille enim piſtor miſerat, qui panem de cœlo
Ex.16. præſtitit Hebræis in deſerto.

Quidam planus inſania, cũ mitteretur Paſſignanũ vt cura ſibi adhiberetur, trãſiẽs flumen Arnum per nauiculam cum aliis cogente væſania in medium fluminis ſe proiecit, ſed virtute Dei & ſancti meritis ad ripam fluminis incolumis peruenit. Cum in monaſterio Valliſumbroſano quidam frater ægrotaſſet, vir Dei medicinam ei ordinatam manu ſua tradidit: quo facto ex cauſa alia emergente ad alium locum feſtinus acceſſit. Sed infirmus non ſe cautè cuſtodiens, aggrauatus poſt dies
Apices i. literę breues. paucos expirauit. Pro cuius memoria per totam congregationem, ſicut mos eſt agi, pro defunctis, eius obitum ſupprior per apices intimauit. Interea vir Dei rediens ad locum, audito fratris tranſitu, inquirens ſcire voluit cauſam mortis ſuæ. Cumque ſibi expoſita fuiſſet, mandauit per totam congregationem deleri memoriam eius, propter inobedientiam ſuam non cautè ſe cuſtodiendo. Quod cum obſeruaretur nullo pro eo orante, euoluto dierum ſpacio apparuit clara die defunctus alteri fratri, & ab eo percontatus declarauit ſe eſſe illum, qui migrauerat, interrogatus de ſtatu ſuo reſpondit. Excommunicatus ſum, & per patrem Ioannem à fidelium conſortio ſegregatus, quod intellige quo ad ſuffragia. Et ille. Quomodo te frater iuuare valemus? Qui ait. Si ſanctus Ioannes me reconciliauerit. Eo diſparente, frater ille, cui apparuerat, ſanctum Ioannem adiit, & quod viderat & audierat enarrauit. At pius pater ſeueritatem miſericordia temperans iuſſit in monaſterio, & per congregationem officium & eleemoſynas fieri. Quibus peractis poſt triginta dies iterum apparuit defunct⁹, cui prius, alacer & feſtiuus gratias agens Ioanni qui eum reconciliauerat & à pœnis liberatus ad cœtum ſanctorum tranſibat.

Quidam alius Forentius nomine vrbanæ eloquentiæ & ciuilis, ſimoniaca perfidia pro defenſione cuiuſdam epiſcopi valdè fuerat maculatus, cum grauiſſima teneretur infirmitate morti ſe proximum omnino aſſerebat. Sed inter graues luctus crebroſque ſingultus, per amicos ſuos à ſancto viro habitum ordinis poſtulauit. Cui ſine multa dilatione habitum probationis conceſſit. Quo ſuſcepto dum iam conualuiſſet clauſtraque monaſterij baculo ſuſtentante luſtraret, infirmitas priſtina eum repetiit: vt morti propinquus videretur. Quod cum vir ſanctus audiſſet, ad lectum infirmi cum pluribus fratribus acceſſit, eum, qui in proximo moriturus erat, Domino commendans. Infirmus autem cœpit vultum ſuum pallio, quo opertus erat, tegere. Et cum cauſam huius quæreret ſanctus reſpondit timens & tremens: Quia cerno diabolum prope adſiſtere, ex cuius ore miræ magnitudinis flamma & ex naribus ſulphureus fumus egreditur. Et ſanctus Ioannes ait. Vbi eſt? in qua parte? Et cum locum infirmus deſignaſſet: beatus Ioannes ablata cruce de manu tenentis fortiter diabolum ea percuſſit. Qui ſtatim vt fumus euanuit, vnde clamans ægrotus ait. Gratias Deo. Ecce fugit diabolus, ecce receſſit. Et ecce beata Maria, & ſanctus Petrus, & ſanctus Benedictus. Quibus dictis ſpiritum exhalauit.

De perſecutione maxima, quam paſſus eſt beatus Ioannes cum monachis ſuis, propter ſcelus ſimoniæ perpetratum ab epiſcopo Florentino, qui dicebatur Petrus, de Papia oriundus, & eam dignitatem per ſimoniam erat adeptus.

§. V.

CVm igitur beatus Ioannes Petrum epiſcopum Florentinum, non ſolùm ſimoniacum, ſed & hæreticum ex illo vitio cum ſuis fratribus aſſeueraret, & ideo ab eius ſacramentis abſtinendum, hinc oritur contentio prævalida in clero & populo Florentino aliis epiſcopũ defendentib. cæteris monachos commendantib. de libertate illud vitium deteſtandi. Et quia hincinde ſeditio inter homines ſæpè ſuper ea re fiebat, exiſtimauit Petr⁹ iniquus à ſe repellere talem notã contra ſe ortã, ſi monachos illos necari faceret, vt exemplo eorum cæteri ſibi contrarij terrerentur. Miſſa igitur nocturno tempore peditum & equitum multitudine armata ad monaſterium ſancti Saluij, vbi credebant beatum Ioannem reſidere, qui tamen die præcedenti inde receſſerat ad Vallem vmbroſam, ingrediuntur violenter locum miniſtri tenebrarum, & monachos aggrediuntur, quos reperierunt, eos crudeliter vulnerantes, in agnos inſilientes vulpi, nec murmur reſonat, non querimonia monachis: ſed patienter ferunt illatas iniurias, gratias agentes Deo, qui eos dignos fecerat pro eo pati: quia veritas eſt infallibilis. Nec his contenti ſatellites epiſcopi monaſterium ſpoliantes ignem ſuppoſuerunt.

Sed vnde inimicus victoriam & exaltationem ſui acquirere credidit, inde detrimentum & confuſionem inuenit. Nam multi, qui prius fautores erant epiſcopi ad eum defendendum, tantam videntes impietatem, monachorum facti ſunt adiutores. Sequenti igitur die diuulgato illorum maleficio, multi acceſſerunt ad locum, & videntes deſolationem loci multipliciter monachis prouiderũt. Beatus quoq; Ioãnes poſt relationẽ huius ſibi factã, & ipſe aduenit: videnſq; ſuos fratres, flagellatos, nudos & cæſos, inquit. Nũc verè monachi eſtis, ſed cur ſine me hæc pferre voluiſtis: video. n. dulco, q̃a coronę veſtrę particeps fieri nõ merui. Pergẽtes igit̃ Romã monachi cũ amicis eorũ: & cõſtãter Petrũ Florẽtinũ aſſtitẽ publice

here

A.C.1070 hæreticū & ſimoniacū proclamantes, offerunt ad hoc ſcelus probādū ſe ignē intraturos. Sed Alexander papa, qui tunc præſidebat in cathedra Petri, nec accuſatū deponere voluit: nec probationē per ignē à monachis ſumere, pars enim maxima epiſcoporū, qui ad ſynodū generale cōuenerant epiſcopo fauebat, monachis aduerſa. Hildebrādus tamē archidiaconus & poſtea papa Gregorius ſeptimus partibus Ioānnis fauebat, & defenſor extabat. Dux autē quidā Gutibifredus partes iuuabat epiſcopi, adeò vt & monachis mortē minaretur. Indeque hac controuerſia durante, qui Ioanni adhærebant tam laici quàm clerici, multas iniurias ab aduerſariis patiebantur. Inter quos fuit archipreſbyter maioris eccleſiæ, & prior Ioanni adhærens extra ciuitatem emiſſus.

[Papa ad probatio- nem per i- gnem non mult mo- nachos ad mittere.]

B

Demū monachi offerūt zelantib. pro epiſcopo ſuo ſe per ignē tranſituros, vt ſi illæſi euadant, prout cōfidunt, idē cū eis ſentiāt de ſimonia epiſcopi. Sin autem, & ipſi cū aliis venerabuntur epiſcopū, & immunē à ſimonia profitebuntur. Sermo omnib. placuit. Statuunt locus & dies, quo hæc fieri debeant, vt qui voluerīt aſpicere, valeant. Et locus determinatus ad huiuſmodi probationē fuit monaſteriū Septimi C quod tunc erat dicti ordinis, nūc autē Ciſtercienſiū. Dies præfixa eſt quarta feria primæ dominicæ quadrageſimæ. Modus autē probationis fuit vt ibi in publico loco duæ ſtrues lignorū altrinſecus iuxta ſe ponantur. Quarum longitudo ſit decē pedū, latitudo quinque, altitudo quatuor & dimidij. Et inter vtraſque lignorū pyras ſemita remaneat vnius brachij, ſtrata prunis ardentib. per quā vnus ex monachis tranſire debeat. Adueniente igitur die & hora ſtatuta, inuitatur epiſcopus à ſuis, vt accedat ad videndum experientiam tantæ rei, ne D tamdiu ciuitas laboret tanta altercatione. Quod ille omnino renuit, immo qui eum diligerent, illuc proficiſci prohibuit. Populus autem omnis, & ſexus vterque procedunt ad locum. & pars maxima cleri. Spondent adhærētes epiſcopo, ſi ſequatur effectus probationis oblatæ. vt tranſiens per ignem quis eorum euadat illæſus cum monachis tenere, & epiſcopū relinquere. Fiunt litaniæ à monachis & aliæ orationes, cantatur miſſa ſolenniter ab vno ex eis abbate coadiuuantibus clericis & monachis. Ad agnus Dei in miſſa cum peruenitur, E defert vnus ex monachis aquam benedictam ad aſpergendum, alter turibulum ad incenſandum: tertius faculas ad ligna incendēda, quartus imaginem Crucifixi. Inuocatur Dominus Ieſus Chriſtus, & mater eius à cunctis pleno ore vt veritatem facti oſtendant. Expleta igitur miſſa, & depoſita caſula, Crucem Chriſti portat in manu ſacerdos qui celebrauerat abbas vocatus Petrus. Litaniis dictis eligitur vnus ex abbatibus, qui voce ſonora populo cuncto exponat conditionem petitionis & promiſſionis. His expletis, ipſe præfatus Petrus monachus cum cruce in manu orante ſancto F Ioanne interea ibi adſtante, ingreditur per medios ignium globos flamma aſcendente in ſublime, calcans ardentes prunas, quæ erant in via inter ſtrues lignorum incenſæ. Ante tamen ingreſſum hanc orationem facit audientibus cunctis, Domine Ieſu Chriſte lux om-

[…ius p. … ignem vide … 15.]

A nium verarū te credentium, miſericordiam tuam peto, tuam clementiam exoro, vt ſi Petrus papienſis, qui epiſcopus dicitur Florentinus interueniu pecuniæ Florentinam arripuit ſedem, tuo ſiu fili æterni patris, tu ſalus mea in hoc tremendo iudicio ad adiuuandum me feſtina, & me illæſum ſine aliqua combuſtionis macula conſerua, ſicut olim tres pueros in camino ignis ardentis Babylonico, ſaluaſti illæſos. Tranſiens igitur ſine aliquo ſigno cumbuſtionis corporis & veſtium, cū ad extremum ignis ardentis peruenſſet, & vellet per eādē viam repedare, capitur à populo, ne B reuertatur vt apertè edocto de veritate propoſita, nec ſatiari poterāt præſentia eius aliis manus, aliis pedes, reliquis veſtes oſculantib. beatum ſe arbitrabatur qui vel fimbriam veſtimēti eius tangere poſſet. Sicque Simon Petrus magnis laudibus ſublimatur: Simon verò magus, vt ſtercus ab omnib. cōculcatur. Et Petrus non apoſtolus, ſed epiſcopus ſimoniacus ab omnib. prædicatur, & vt hæreticus euitatur. Per litteras ſolennes cōmunitas totā ſeriē facti ſummo pontifici Alexandro ſignificat humiliter ſupplicans, vt ſicut Simon Petrus Simonē C magum maledictione damnauit, ita epiſcopū Petrum Florentinum deponat à dignitate illa, & aliū concedere dignetur ſanctitas ſua. Quod & factum eſt ad ſcandalum tollendum iuſtitia exigente, & prouiſum eſt de altero epiſcopo ipſi ciuitati Florentinæ.

Dan 3.

Actor. 8.

Poſt hæc beatus pater ſenio confectus infirmatus eſt ad mortem. Et congregatis abbatibus ex diuerſis locis, prænuncians exitum ſuū de hoc ſæculo hortatus eſt omnes ad obſeruantiam regulæ & vnitatem, & dilectionem fraternam. Sumptis deuotè ſanctis ſacramentis ſpiritum D cœlo reddidit incontaminatum, anno dominicæ incarnationis 1073. quarto Idus Iulij. Tertio die ſepultus in eccleſia monaſterij de Paſignano. Poſt cuius tranſitum Deus omnipotens multa per eum miracula fecit.

Mors S. Ioannis Gualberti. colitur 12. Iulij.

De fundatione ordinis Ciſtercienſium per Stephanum quemdam qui alias dictus eſt Ardingus ex Vinc. lib. 25. cap. 64.

CAP. XVIII.

E ORdo Ciſtercienſium ſub regula beati Benedicti militans, ſed cum multis aliis conſtitutionibus additis approbatus ab eccleſia: & multum priuilegiatus & dilatatus per orbem initium habuit anno domini 1098 ſub quodā Stephano abbate. Sed paulò poſtea mirabiliter dilatatus per beatum Bernardum de quo dicetur diffuſè in alio titulo. Fuit ergo eius initium per hunc modum.

Inf. tit. 16. cap. 5.

Quidam deuoti viri venerabilis Hugonis Lugdunenſis eccleſiæ archiepiſcopi ſedis apoſtolicæ tum legati & religioſi viri Vualterij Cabillonenſis epiſcopi nec non & clariſſimi principis Odonis Burgundiæ ducis freti conF ſilio. & authoritate roborati inuentam eremū in abbatiam conſtruere cœperunt præfecto abbate Ruberto, ab illius diœceſis epiſcopo videlicet Cabillonenſis ſuſcipiente curam, virgamque paſtoralem, cæteriſque ſub ipſo in eodem loco firmantibus ſtabilitatem. At verò poſt non multum temporis fectum, vt idem

A.C.1010. abbas Robertus requirẽtibus eum monachis Moliſmenſibus papæ Vrbani ſecundi iuſſu cũ Vualterij Cabillonenſis epiſcopi licentia, & aſſenſu Moliſmum reduceretur, & Albericus vir religioſus & ſanctus in ipſius loco ſubſtitueretur hoc ſanè inter vtrãque eccleſiam ſequeſtræ pacis retento, gratia & apoſtolica authoritate firmato, vt ex eo iam tempore neutra illarũ vtriuſlibet monachum ad habitandũ ſine commendatione regulari ſuſciperet. Quo facto nouum monaſteriũ noui patris ſolicitudine & induſtria breui non mediocriter Deo cooperante in ſancta religione ac cõuerſatione profecit opinione clatuit, rebus neceſſariis creuit. [a] Tempore autem Guilielmi ſecundi regis Angliæ, vt ſcribit Vin. vbi ſ. cœpit religio Ciſterciẽſis. Pertinet autẽ ad gloriam Anglorum, quòd talem virũ genuit Anglia, qui huius religionis & author fuit, & mediator. Is autẽ fuit Ardingus nomine, qui aliàs Stephanus dicitur, à puero Sireburnæ monachus poſtea pannos illos peroſus in Scotiam mox & Franciam contendit, vbi aliquot annis ſtuduit, deinde Romã cũ clerico cõſorte profectus eſt. Qui eundo & redeundo quotidie totum pſalteriũ cantitabant. Deinde Burgondiã regreſſus in Moliſmo nouo & magno monaſterio ſe totondit. Ibi cũ ei quędã proponerentur obſeruanda, quæ non erant de regula, cœpit rationẽ eorum inquirere, & tamdiu de quibuſdam ſu-

a Ciſtertienſem ordinem quis primus inchoauerit. nõ ſatis apud ſcriptores conſtat: aliis Stephano cuidã Ardingo, aliis verò Roberto Moliſmenſi huius ſanctæ religionis inſtitutionẽ tribuentib. Porro ex MS. codicib. ex quib. D. Roberti Moliſmenſis vitam Surius euulgauit, hanc eſſe huius ordinis originem colligere poſſumus. S. Roberto in Moliſmenſi monaſterio cum omni ſanctitate præſidente monachi ipſi ſubiecti in religioſa conuerſatione & regularis obſeruantia diſciplina breui tempore multum profecerunt. Ex his quatuor viri nempe Albericus & Stephanus, atque alij duo, poſt cœnobitica exercitationis rudimenta ad eremi ſolitudines aſpirabant. Egreſſi ergo de cœnobio Moliſmenſi primo ad locum cui Vinicus nomen eſt, deinde Ciſtertium ſe contulerunt, vbi in honorem B. Virginis oratorio conſtructo ſpiritu feruentes die noctuq; Domino ſeruiebant. Audiens autem S. Robertus illorum cõuerſationem, aſſumptis ſecum viginti & duobus fratrib. perrexit ad eos, vt ſancti eorũ propoſiti eſſet particeps & adiutor. A quib. ſumma cũ deuotione ſuſceptus, eis aliquandiu paterna ſollicitudine præfuit, ſingulariter illorũ vitã & mores inſtituens. Cumq; eis iã aliquot annos magna cum laude præfuiſſet, ſummus Põtifex monachorũ Moliſmẽſiũ rogatu ad prius ſuum monaſterium eũ redire compulit, ſiq; vbi audiſſet nouellam Ciſtertienſium plãtationẽ in Chriſto firmiter radicatã, Cabillonenſi epiſcopo ſcripſit vt aliũ eis abbatem ordinaret. Itaque diſpoſitis à B. Roberto apud Ciſtertiũ omnib. quæ ad noua inſtitutionis obſeruantiam pertinebant Abbas Albericus, qui fuit vnus ex primis monachis eccleſiæ Moliſmẽſis, eis præfectus eſt quo defuncto poſt biennium ſucceſſit Stephanus, ſub quo B. Ber. qui mirabiliter hunc ordinẽ dilatauit, monachum eſt profeſſus. Hæc ibi. Ex quibus habes S. Robertum verum eſſe huius ſancti ordinis inſtitutorem, taliſq; in codem Sur. MS. nominatur & pro tali à Ciſtertienſibus colitur, quamuis Stephanus abbas eorum ſtatuta in ſcriptis redegiſſe dicatur. Vnde inſtitutoris huius ordinis nomen eſt adeptus. hunc autem ordinem Vrb. 2. primus cõfirmauit. A.C. 1098. Pl. Gen. Vide etiã Pol. Virg. emẽ. l. 7. de inuen. Rerum. c. 2. Sigeb. & alios.

Sur. tom. 2 ad 29. Aprilis.

A ſuperfluis cũ vno & alio diſputauit, vt abbatẽ ipſũ & alios 17. in ſuã ſentẽtiã induceret. Igitur Ciſtertiũ venere locũ prius ſalinoſũ, & ibi ſteterũt ſuffragio archiepiſcopi Vienẽſis, qui poſtea factus eſt papa. Abbas tandem qui cũ eis venerat à ſuis monachis requiſitus ad eos rediit quaſi coactus. Sed omnes, qui cũ eo venerant de Moliſmo cum illo egreſſi ſunt præter octo qui ſibi abbatem conſtituerunt Albericum quemdam de ſuis, priorem verò Ardinum, qui & Stephanus dicitur fecerunt. A.C.1010.

B Sed Vinc. vbi ſuprà de hoc aliqua plenius refert, videlicet quod ordo Ciſtertientium ſic cœpit. In epiſcopato Lingonenſi ſitum noſcitur eſſe cœnobium nomine Moliſmus, fama celeberrimum, religione conſpicuum. Hoc à ſui exordio magnis ſub breui tempore diuina clementia ſuæ gratiæ muneribus illuſtrauit, viris illuſtribus nobilitauit, nec minus amplum poſſeſſionibus, quam clarum reddidit. Cęterũ quia poſſeſſionibus & virtutibus diuturna nõ ſolet eſſe ſocietas, hoc quidam ex illa ſancta congregatione viri nimirum ſapientes altius intelligentes, elegerunt potius ſtudiis cœleſti- C bus occupari, quàm terrenis implicari negotiis. Vnde & mox virtutum amatores, de paupertate fœcunda virorum parente cœperunt cogitare, ſimulque aduertentes ibidem, & ſi ſanctè honeſtèque viueretur, minus tamẽ pro ſui deſiderio atque propoſito ipſam quam profeſſi fuerant regulam obſeruari, loquuntur ad alterutrum, quod ſingulos mouet, pariterque inter ſe tractant, qualiter illum verſiculum adimpleant. Reddam tibi vota mea, quę diſtinxerunt labia mea. Quid plura? viginti & vnus monachi vna cum patre ipſius monaſterij bea- D tę videlicet memorię Roberto egreſſi communi conſilio communi perficere nituntur aſſenſu, quod vno ſpiritu conceperunt. Igitur poſt multos labores, ac nimias difficultates, quas omnes in Chriſto piè viuere volentes pati neceſſe eſt, tandem deſiderio ſuo potiti Ciſtertium deuenerũt locũ ſcilicet horribilis tunc & vaſtæ ſolitudinis. Sed milites Chriſti loci aſperitatem ab arcto propoſito, quod iam animo conceperant, non diſſidere iudicantes, vt vere ſibi diuinitus præparatum iam gratum habuerunt locum, quam carum propoſitum.

Moliſ- ſes mo- chi c... m ic... cõferu...

E

De Charta caritatis à Ciſtertienſibus condita. Vinc. li. 26. cap. 1.

§. I.

ANno Henrici quinti imperatoris primo & ab incarnatione domini 1107. vt refert Vinc. ſpec. hiſt. lib. 27. ex dictis Sigeberti facta eſt charta caritatis à Stephano abbate Ciſtertienſi & viginti abbatibus authoritate ſigilli apoſtolici confirmata. Ab illo ergo tempore reiecerunt ab ordine floccos, & pelliceas, & ſtamina, & caputia, & femoralia, & pectinia, & coopertoria, & ſtramina lectorum. ac F diuerſa ciborum in refectorio fercula, & ſagimen, & omnia, quæ puritati regulæ aduerſabantur. Abdicauerunt etiam eccleſias, altaria, oblationes, & decimas, & ſepulturas aliorum hominum, & furnos, & molendina, & villas, & ruſticos: quia nec in vita ſancti Benedicti, nec in eius regula legebant eundem ſanctum huiuſmodi poſſediſſe, nec fœminas monaſterium eius intraſſe, nec mortuas ibidem ſepultas fuiſſe: excepta ſorore ſua ſancta Scholaſtica

dicen-

C.1010. dicentes, beatum Benedictum præcepiſſe, vt monachus à ſæcularibus actibus ſe faciat alienum. reg.c.4. Decimas quoque dicebant à ſanctis patribus in quatuor portiones diſtributas, vnam ſcilicet epiſcopo, alteram presbytero vel clerico, tertiã hoſpitibus ad eccleſiam venientibus, ſeu viduis, & infirmis ſeu pauperibus aliunde victum non habentibus, quartam reſtaurationi eccleſiæ. Et quia in hoc computo perſonam monachi, qui terras ſuas poſſidet, vnde & per ſe, & per pecora ſua laborando viuat, non reperiebant: idcirco hoc veluti aliorum ius iniuſtè ſibi vſurpare detrectabãt.

Erat autem dictus abbas Stephanus religioſis paupertatis & diſciplinæ regularis ardentiſſimus amator, & fideliſſimus æmulator, etiam antequam eſſet abbas. Vnde Helinandus lib.47. hiſt. ſuæ ait: Memini me audiſſe magiſtrum Petrum cantorem Pariſienſem, virum iuſtiſſimum & doctiſſimum, referentem de abbate Stephano Ciſterſienſi, quòd cum quadam die nunciatum eſſet à cellerario ſuo nihil haberi in monaſterio, vnde vel vna die fratrũ paupertas ſuſtentari poſſet, reſpondit Sternite nobis duos aſinos. Qui cum ſtrati fuiſſent, fecit ſecum aſcendere conuerſum ſuum, & iuſſit ei, vt in quodam vico panem mendicaret oſtiatim ad opus fratrum & ipſe ſimiliter faceret in altero vico. Et poſtquam ſic feciſſent, & ad vnum locum, quem deſignauerat conueniſſent factum eſt ita, vt in loco prędicto ſibi iam redeuntes obuiarent, cum ecce abbas videt ſacculum conuerſi multo pleniorem, quam ſuum, & ſubridẽdo ait. Vbi mendicaſti? Vt video in craſſiori palea collegiſti quam ego. Vbi obſecro collegiſti? Quis tibi plus donauit? Reſpondit cõuerſus. Presbyter ille, quem tu optimè noſti, ſacculum meum fere ſolus totum impleuit. Quod audiens abbas ingemuit, & ait: Vę nobis. quare inde aliquid accepiſti? Neſciebas, quod presbyter ille ſimoniacè ordinatus eſt, & quicquid accipit de eccleſia ſua eſt lepra & rapina? Viuit dominus, quia de omni eo, quod tibi dedit, nihil omnino guſtabimus, abſit enim, vt peccatum illius comedamus, & nobis incorporemus. Conuocatiſque paſtoribus [illegible], qui non longè erant, totum conuerſi ſacculum in ſinus eorum euacuauit.

Inde ad quindecim annos beatus Bernardus ingreſſus ordinem ipſum Ciſtercienſem mirabiliter exaltauit, & multiplicauit. vt centum ſexaginta monaſteria in vita ſua dicti ordinis ædificarentur. Sed de eo infrà in alio titulo dicetur.

De ordine Præmonſtratenſi. & fundatore eius Norberto. ex Vinc. li.26. cap.28. huius vitam à quodam eius æquale ſcriptam edidit Sur. tom.3. ex qua hæc ſunt deſumpta.

CAP. XIX.

ANno Domini milleſimo 120. ordo Præmonſtratenſium incepit, cuius ſcilicet & loci & ordinis fundator vir Dei Northertus extitit, vt Vinc. ſcribit in ſpec. hiſto. li.27. c.28. Hic quidem de

A partibus Lutharingiæ oriundus, genere, diuitiis, atque facundia etiam ipſis ſummis principibus familiaris atque notiſſimus, diuino feruore ſuccenſus, poſtpoſita ſęculi pompa, repente ad votum ſuum diaconus & presbyter ſimul ordinatus paupertatis Chriſti tunicam induit & verbo prædicationis feruentiſſimè inſtans, baiulãs ſibi crucẽm undi nudus ſequitur Chriſtum. Quorundum etiam religioſorum moribus exploratis arctioris vitæ propoſitum, & tunc temporis inauditam diſtrictionem arripuit, & per aliquantulum temporis A.C.1010
B nudis incedẽs pedib. etiã pruinali rigore verbũ Dei ſpargens, multos ab errore conuertit.

Denique Gelaſius papa cum in Gallias veniſſet, & in prouincia Sancti Ægidij cauſas ſynodales ageret ad hunc vir Dei Northertus nudis, vt erat, incedens pedibus acceſſit, animique ſui propoſitum pandens licentiam & authoritatem ſeminandi verbum Dei ab ęo accepit. Tãdem à papa Calixto Bartholomęo Laudunenſi epiſcopo ſpecialiter commendatus cum ei eccleſia beati Martini à prædicto epiſcopo auferretur, tum propter vrbis vici- Vide infrà tit.17. c.1. §.3.
C niam, tum quia eiuſdem eccleſię clerici propoſiti & vitæ eius auſteritatem exhorrebant, eã reliquit. Et ab epiſcopo diuerſis eiuſdem prouinciæ locis religium congruentibus ſibi oſtenſis tandem diuinitus inſpiratus in loco Præmonſtrati reſedit, ibique ſolitariam, & religioſam vitam agere cœpit. Tempore quadrageſimæ ad colligendos ſocios ſolus egreſſus ante paſcha cum tredecim ſociis rediit, & cum eis in Præmonſtrato loco ſecundum canonicæ inſtitutionis normam ad tenorem regulæ beati Auguſtini commilitare Deo cœpit.

D In Præmonſtratenſi autem eccleſia cuidam fratri altius de trinitate ineffabili (quæ Deus eſt) cogitanti in matutinis dæmon aſtitit & ei tria geſtans capita apparuit, trinitatem ſe eſſe conteſtans & ob fidei ſuæ meritum trinitatis viſione eum eſſe dignum affirmans. Sed frater inimici dolum agnoſcens conuiciando ei à ſe recedere compulit. Dæmonis nequitia.

Norberto apud Vincellam verbum Dei prædicante, & puellam dęmoniacam curam ſe adductam exorcizante: dęmon irridens cantica canticorum à principio vſque in finẽ per os puellæ edidit, & de verbo ad verbum in Romana deinde in Teutonica lingua interpretatur eſt.
E Sed Dei ſeruo arctius inſiſtente, tandẽ egreſſus eſt.

Norberto autem ad quærendas ſanctorũ reliquias Coloniam veniente, & ſuis indicto ieiunio orationibus inſtante: vna vndecim millium virginum nomen ſuum & locum, vbi iacebat ſpecialiter deſignans, in craſtino ſolenniter leuata, & cum aliis ſanctorũ reliquiis ad locum Præmonſtratum eſt ab eo tranſlata. Sequenti verò die apud ſanctum Gereonem in oratione pernoctans, mane facto in medio eccleſiæ vbi nullum apparebat ſepulturæ ve-
F ſtigium effodi pręcepit, & corpus ſancti Gereonis integrum abſque cerebro honorificè & diligenter collocatum inuenit ſicut de ipſo legitur, quòd pars capitis, & non totum abſciſſum fuit. Quod cum honore & reuerentia à clero & populo eleuatum eſt, inde pars viro

A.C.1100. Dei donatus eſt.

Inde Præmonſtratum rediens & quadraginta iam clericos ſecum habens cum multis laicis, profeſſionem eos facere ſecundum inſtitutionem apoſtolicam, & canonicam regulam beati Auguſtini docuit, & ad voluntariam paupertatem, cæteraque militiæ ſpiritualis inſtrumenta eoſdem diligenter inſtituit. Anno prænotato in eccleſia Vindelliacẽſi in vigilia tranſitus beatæ mariæ Magdalenæ, incertum quo iuſto Dei iudicio, innumerabiles promiſcui ſexus & ætatis atque ortus in ipſo crepuſculo noctis atque dicti eccleſia ſubitò conflagrante combuſti ſunt.

De ordine Templariorum militia.

CAPVT XX.

HOc etiam tempore, vt ſcribit Vincentius, ſcilicet anno 1120. ab incarnatione cœpit a ordo Templariorum militiæ, qui dicitur ſancti Ioannis Hieroſolymitani. Ii degunt ſub regula beati Aug. habentes habitum nigrum modo laicali, ſed cum cruce alba in pectore, & vulgariter frati

Templarii qui. *a Tam hoc loco, quàm infra tit. 17. cap. 1. §. 3. D. Anto. ordinem militia templi & hoſpitaliorum videtur confundere, cũ tamen Gulielmus Tyrius & alii duos hos diſtinctos faciant ordines. Templarij enim fuerunt quidam nobiles viri de equeſtri ordine religioſi & timentes Deum, qui in manu Domini patriarchæ Hieroſolymitani ſe Dei obſequio ſe mancipantes more canonicorum regularium in caſtitate & obedientia & ſine proprio viuere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt viri venerabiles Hugo de Paganis & Gaufredus de S. Aldemaro. Qui quoniam iuxta templum Domini in palatio regis Hieroſolymitani manſionem haberent, fratres militiæ templi dicti ſunt. Tyr. l. 12. de bel. ſacr. c. 7. ipſi denique à Clemente 5. an Gallia degentes penitus extincti & deleti ſunt vt tradit D. Anton. in 3 part. tit. 21. cap. 1. §. hoſpitalarij verò videntur eſſe antiquiores. Nondum enim S. Ciuitate à noſtris hominibus è manibus Saracenorum erepta, pii quidam homines & religioſi, qui ex Latio religionis ergo etiam Saracenis vrbem ſanctam tenentibus eo profecti fuerant, xenodochium virorum ad excipiẽdos peregrinos prope templum reſurrectionis Domini conſtruxerunt. Cuius xenodochij adminiſtratores, qui prius abbati monaſterij ibidem conſtructi ſubditi fuerant, ſenſim ſe ab illius obedientia ſubtrahentes & Hieroſolymitano primum deinde Romano Pontifici ſe ſubiicientes, nouum & ipſi ordinem inſtituerunt. hoſpitalariique dicti ſunt ab ea ſcilicet domo hoſpitali peregrinis excipiendis conſecrata. Ioannitæ etiam à templo in honorem vel D. Ioannis eleemoſynarij, vt vult Tyr. vel Ioannis Baptiſtæ conſecrato, quod prope hoſpitale conſtructum erat. Rhodij etiam equites dicti ſunt ab inſula Rhodo, quam è Turcorum manibus anno Ch. 1308. ceperunt, vt tradit D. Ant. t. 21 cap. 1. ante §. 1. Melitenſes denique noſtro tempore nominantur, eo quod Solimanus Turcorum tyrannus armis Rhodo pulſis, vequatq; an. 1523. ipſi Melitam inſulam obtinuerunt ex Tyrio lib. 18. c. 5. & 5. Polyd. virg. de inuent. rerũ li 7. ca. 5 & aliis. Originem certè Templariorum D. Ant. tit. 17. cap. 6. §. 6. ſcribit & hoſpitalariorum in 9. §. 2.*

A nuncupantur, & deputati ſunt ad pugnandum corporaliter contrà infideles, quorum locus principalis eſt Rhodus inſula. Cui ſubduntur, ſcilicet magno magiſtro Rhodi, omnia alia oratoria per orbem diſperſa, quæ multa ſunt & opulenta. Et quia pauci eorum ſunt clerici licet religioſi & gaudentes priuilegio perſonali & reali clericorũ, ideò communiter dicunt horas ſuas, ſeu officium ex oratione dominicali, i. pater noſter. Bernardus autem in ſermonib. ſuis commendans primo talem religionem, docet quales debeant mores habere, & à quibus abſtinere. Demum inuehitur contra eos ſtatuta eorum congruentia non ſeruantes. Sic enim dicit ad milites templi ſcribens. A.C.1120.

Nouum militiæ genus ortum nuper auditur in terris, & inexpertum omnibus ſeculis quia gemino pariter conflictu, infatigabiliter decertant, tum aduerſus carnem & ſanguinẽ tum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quid autem viuens vel moriens timeat, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum? Gaude fortis C athleta, ſi viuis & vincis in domino, ſed magis exulta & gloriare, ſi morieris & iungeris domino. Si beati qui in domino moriuntur, multo magis, qui pro domino moriuntur. O vita ſecura vbi pura conſcientia! O verè ſancta & tuta militia atque ab illo duplici periculo prorſus libera, quo id hominũ genus ſolet frequenter in militia ſeculi periclitari: vbi Chriſtus nõ eſt cauſa militandi. Quoties namque congrederis, qui militas militia ſæculari, timendum omnino ne aut occidas, hoſtẽ quidem in corpore, te autem in anima, aut tu fortè occidaris D ab illo in corpore ſimul & in anima. Ex cordis namque affectu non belli euentu penſatur vel periculum vel victoria Chriſtiani. et infra idẽ. Apoc

Verùm ad confuſionem militum non planè Deo, ſed diabolo militantium, dicamus breuiter vitam & mores equitum Chriſti: quo palã fiat quantum ab inuicem differant militia Dei, & militia ſæculi. Viuunt enim in communi ſub vnius obedientia abſque vxoribus & liberis, & abſque omni proprio. Nullo autem tempore aut otioſè ſedent, aut curioſè alicubi vagantur, ſed ſemper dum non procedunt, ne E gratis panem comedãt, armorum ſeu veſtimentorum vel ſciſſa reſarciunt, vel vetuſta reficiunt vel inordinata componunt, & quæcunque poſtremo facienda magiſtri eorum voluntas, & communis indicit neceſſitas. Perſona inter eos minimè acceptatur. Melior non nobiliori defertur, verbum inſolens, opus inutile riſus immoderatus, murmur vel tenue ſiue ſuſurrium nequaquam vbi deprehenditur, inemendatus relinquitur. Scacos & aleas deteſtantur. Abhorrent venationem, nec ludicra illa auium rapina, vt aſſolet, delectantur. Mimos & magos & fabulatores, ſcurrileſque cantilenas atque ludorum F ſpectacula tanquam vanitates & inſanias falſas reſpuunt & abominantur. Capillos tondẽt ſcientes iuxta apoſtolũ, ignominiã eſſe viro ſi comã nutriat. Nũquã cõpti, raro loti, magis aũt neglecto crine hiſpidi pul uere fœdi lorica & cauma te fuſci, porro imminente bello intus fide foris ferro non auro ſe muniunt quatenus armati, & non ornati hoſtibus metum incutiant, non auaritiam prouocent. Equos habere Cor.

eq-

A.C. 1050. cupiunt fortes & veloces, non tamen colora-
tos & phaleratos: pugnam quippe non pom-
pã, victoriã, ſed nõ vanã gloriã, cogitãtes, & ſtu
dẽtes magis eſſe formidini, quam admirationi.
At ibi ventum fuerit ad certamen, priſtina
138. lenitate depoſita tanquam ſibi dicerent: Non-
ne, qui oderant te Domine oderam [& ſuper
inimicos tuos tabeſcebam, perfecto odio ode
ram illos, quia inimici facti ſunt mihi] in ad-
uerſarios irruunt hoſtes velut oues reputant
Mac. 3. quia non de ſuis viribus præſumere nouerunt,
ſed de virtute dei ſabaoth victoriam ſperare
cui facilè eſſe confidunt, iuxta Machabei ſen-
tentiam concludere multos in manus pauco-
rum, quia non in multitudine exercitus vi-
ctoria belli, ſed de cœlo fiducia eſt. Ita miro &
ſingulari quodam modo cernuntur, & agnis
mitiores, & leonibus ferociores: quibus nec
deeſt monachi manſuetudo, nec militis forti-
117. tudo, de qua re, quid dicendum eſt: niſi quia
à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in
oculis noſtris. Tales enim elegit ſibi Deus, &
collegit a finibus terræ miniſtros ex fortiſſi-
mis Iſrael, qui veri lectulũ Salomonis. i. ſepul-
Caut. 3. chrũ vigilãter fideliterque cuſtodiãt, omnes te
nẽtes gladios in manib. & ad bella doctiſſimi.
Sed inuehitur idem Bernard. contra eos in
pompis eorum & cupiditatibus dicens. Quis
hic ô milites tam ſtupendus error & furor, tan
tis ſumptibus & laboribus militare, ſtipendiis
verò nullis, niſi aut mortis aut criminis? Ope-
ritis equos ſericis, & pendulos neſcio quos
panniculos loricis ſuperinduitis. depingitis
haſtas, clypeos, & ſellas, frena & calcaria auro
& argento circumornatis: & cum tanta pom-
pa pudendo furore, & impudenti ſtupore ad
mortem properatis. Militaria ſunt hæc inſi-
gnia, an potius muliebria ornamenta? Nunquid
fortè hoſtis mucro reuerebitur aurum? gem-
mis parcet? ſerica penetrare non poterit? Deni
que ipſi ſæpius certiuſque experimini tria eſſe
præcipuè neceſſaria prælianti, vt ſcilicet ſtre-
nuus induſtriuſque & circunſpectus ſit miles
ad ſe ſeruandum, & expeditus ad diſcurrendũ
& promptus ad feriendum. Vos per contra-
rium in oculorum grauamen more fœmineo
comam nutritis, longis ac profuſis camiſiis
propria vobis veſtimenta obuoluitis delica-
tas ac teneras manus amplis & circũfluẽtibus
manicis ſepelis. Nec aliud inter vos bella mo-
uet liteſque ſuſcitat niſi aut irrationalis iracũ-
dię motus aut inanis glorię appetitus, aut ter
renę qualiſcunque poſſeſſionis cupiditas. Tali
bus certè ex cauſis neque occidere neque oc-
cumbere tutum eſt.
At verò milites Chriſti ſecuri præliãtur prę
lio Domini ſui, nequaquã metuentes de ho-
ſtiũ cęde peccatũ, aut de ſua nece periculũ, quã
quidẽ mors pro Chriſto ferẽda ſit, vel inſerẽda.
*De Stephano Aruerno Grandimontenſis ordinis inſti-
tutore. Volat. l. 21. Gaguin. de Nang. Polid. virg. li. 7.
cap. 2. & Vinc. lib. 25. cap. 46.*

CAP. XXI.

ANno domini milleſimo 26. cœpit or-
do Grandimontẽſis ſub patre Stepha-
no, vt refert Vin. ſpe. hiſt. l. 26. c. 46. ex
geſtis eius. Hic filius Stephani nobiliſſimi
A viri de Aruerniæ partibus, à patre ſuo in pue- A.C. 1050
ritia ductus eſt Beneuentum: vbi à ſancto Mi-
lone archiepiſcopo duodecim annis educa-
tus, regulam benè viuendi didicit. Denique
diſcedens peragratis multis eremis, & de cano
nicorum & monachorum, & eremitarum vi-
ta, quæ imitanda ſunt memoriæ commendans
in Aquitania prope Lemouicas, ad montem
nemoroſum, qui Muretum dicitur, Chriſto
duce peruenit. vbi fontes reperit & rupes ter-
rã deſertã & inuiã, quę tota ſylueſtris & ſterilia
hominibus inſueta, ſed feris aſſueta, nouo ho-
B ſpiti ſuo potum frigidiſſimum, & domum ven
tis expoſitam offerens: afflictionem corporis
& requiẽ mentis manifeſtis indiciis promit-
tebat. Tunc gaudens Stephanus ibi Deo ſe
ſeruiturum omni tempore ſpopondit. Et cum
quendã annulo, quẽ de omni ſubſtantia mun-
di tantũ habebat ſemetipſũ caſtiſſimum virgi-
nem deſponſauit dicens: Ego Stephanus dia-
bolo abrenuncio, & omnibus pompis eius, &
offero me ac reddo Deo patri, & filio, & ſpi-
ritui ſancto. Scribenſque profeſſionem ſuam,
poſuit ſuper caput ſuum, fundens orationem
C ad Ieſum dominũ & ad matrem eius virginẽ.
Paruo deinde de virgultis compoſito tugu-
rio, anno ab incarnatione domini 1076. trigeſi
mum ætatis ſuæ annum agens, habitare cœ-
pit eremum in ieiuniis, vigiliis, & orationibus
continuis ſeruiẽs deo. Cibus eius panis & a-
qua, & interdum farinæ ſiligineæ ſorbitiuncu
la, quæ cæteris minus ſapida neceſſitati vti-
que ſeruit, non voluptati. Incedebat quoque Veſtitus
armatus lorica ferrea contra carnis tentamen eiuſdem.
ta, & mẽtis laſciuiam, quouſque toto corpore
exſiccato plenam de ſeipſo obtinuit victo-
D riam. Indumenta quibus ſuper loricã indueba
tur. nullo tempore augebantur. Sed hyeme &
æſtate ad repellendũ frigus & cauma ſemper
erant æqualia & eadem. Stratum, in quo poſt
nimiam corporis fatigationem ad quieſcendũ
ſe modicum cõferebat, adeò durũ erat, & quie
ti contrarium, quod in eo dormiẽs vexari po-
terat: non foueri. Erat enim ex tabulis ligneis
inſtar ſepulchri in terra cõfectis, omni ſtramẽ-
to omnilectiſternio carens præter illã tunicã
ferreã, quã ſẽper ad nudã carnẽ geſtabat viliſſi
mũ etiã habitũ, quo deſuper indutus erat, ſic-
que eo abſente nudũ erat eius ſtratũ & vacuũ
E eo præſente talibus culcitris & linteolis erat
ornatũ præter horas canonicas & regularia de
bita, genuflexiones innumerabiles terram de-
oſculando, & frõte naſoq́, percutiẽdo humili-
ter faciebat. Itaq; ex eorũ aſſiduitate in manib.
ac genib. in modum cameli callos cõtraherat,
& naſum in obliquũ curuauerat. Pſalmodiam
& orationes, ac diuinæ contẽplationis gratiã
intantũ amabat, vt horũ dulcedini intentus fre
quenter biduo vel triduo à corporali edulio
vacabat. & quia non potuit lucerna accẽſa la-
tere ſub modio, longe lateq; diuulgata eſt eius
F ſanctitatis opinio. Multiq; ad eũ veniebant &
monita ſalutis ab eo audiebãt, paucíq; ſe ei ſo
ciabãt, cæteris auſteritatem conuerſationis e-
ius formidantibus. Veruntamen diſcretionis
ſuæ regulam ipſe nemini imponebat. Sed ſibi
quidẽ aſper aliis pius erat, ac lõgè moderatior.

A.C. 1030. At poſtquam diſponente Deo, diſcipulorum eius numerus creuit in ſimul, non quaſi vnus ex illis factus eſt, ſed minoribus illis. Nã illis ad menſam ſedentibus & veſcentibus, ille humiliter reſidebat, paſſiones ſanctorum, & vitas patrum vel aliam ædificãtem ſcripturam legẽdo de ſalute eorum ſolicitus ipſos prudenter inſtruebat, & orationibus ſuis iuuabat quæ tantæ virtutis apud Deũ erant: vt ab ipſis dæmonũ faucib. & prauis machinationibus homines captos liberare poſſet. Nam quidam miles generoſus immenſi criminis reus cum inter alios, qui ad eum viſitandi gratia venerant, adſiſteret ait: Obſecro te ſerue Dei, noli pro me Deum deprecari. Nam quoddam peccatum intantum diligo, quod nullatenus illud vel odiſſe, vel relinquere volo. Quod ſi pro me rogaueris, ne hoc mihi contingat, timeo. Tuis ergo orationibus aliis auxiliare, mihi verò minimè. His dictis receſſit lætus, & vir ſanctus remãſit triſtis & anxius. Ingreſſuſque capitulum fratres congregat, & præ lachrymarum impetu vix loquens, tandem eos hortatur, vt pro ſtultiſſimo milite Deum cum eo deprecentur. Nec mora peccator rediit, & de ſtultitia ſua veniam poſtulans, iniquitati ſuæ corde & ore renunciauit.

Sed Deo miſerante reſipiſcit. Homo quidam diues victualia, quæ fidelis populus viro ſancto in eremo commoranti caritatiuè mittebat, ferre cõſueuerat. Sed quia longè ab eius cella manebat in itinere ſibi hoſpicium prouiderat, in quo vadens & rediens hoſpitaretur. Cuius hoſpicij dominus, quia diuitias illum habere cognouerat duobus latronibus eum tradidit, qui vt ad redemptionẽ illum cogerent in ſpeluncis & cauernis terræ cum eo latitabant, ligatum, eum tenentes & captum. Poſt aliquot dies nunciatum eſt ſeruo Dei, quod ille familiaris ſuus in via, qua ad eum veniebat, ab ignotis furtim captus fuerat hominibus, & quo neſciebatur abductus. Tunc fratribus ſuper hoc conquerentibus, & dolentibus, ait: Cur eſtis anxij? Scio cui manifeſtum eſt de homine, & vbi ſit, & quomodo ſe habeat. Nudatis ergo pedibus eamus in oratorium, & beatæ virginis matris Domini, in cuius obſequio captus eſt, imploremus auxilium. Quod cum feciſſent, ecce craſtina die diluculo proditor hoſpes in duobus latronibus & homine quem ceperant, ad cellæ ianuam pulſantes adſtiterunt. Homo verò, qui captus fuerat & ligatus, ſolutus & liber, fures & traditor vinculis erant ligati. Quod frater oſtiarius videns & gaudens, patri more ſolito diſcipulos inſtruenti manifeſtauit, & ille gaudium mentis vultu diſſimulans, verbum minimè, quod inceperat, prætermiſit, fratribus dans exemplum, vt non in miraculis, ſed in Deo ſolo gloriarentur. Deinde completo ſermone, fures & proditorem à vinculis, quibus erant ligati abſoluit, & Deo & beatæ Mariæ gratias agens tutos ac liberos eos abire permiſit.

Miri odoris fragrantiam cum eo loquentes, & adſtantes circa eum procedere ex eo ſentiebant, vt pote in quo ſuauitatis author quieſcebat.

A *Fratres de eius obitu mæſtos quomodo ſit conſolatus.* A.C.

§. I.

Porro in infirmitate conſtitutus, de qua deceſſit cum eos ardentiſſimè admoneret illi adſtantes vnanimiter dixerunt. Sanctiſſime pater quamdiu tecũ fuimus, nobis pro amore tuo neceſſaria præſtitit Deus, ſed poſt mortem tuam quomodo viuere poterimus. Ad hoc ille in fide firmiſſimus reſpondit. Deũ
B ſolum vobis relinquo, cuius ſunt vniuerſa: cuius etiam amore cuncta pariter & voſmetipſos reliquiſtis. Si amando paupertatem ei conſtanter adhæſeritis, ipſe prouidentia, qua gubernat omnia, vobis largietur, quod nouerit expedire. Si verò (quod abſit) amando temporalia ab eius amore receſſeritis nolo vobis vnde ad ipſum impugnandum exurgatis, relinquere. Sicq́ue poſt viaticum & extremam inunctionem migrauit ad dominum, anno ætatis ſuæ 80. in ordine diaconatus conſtitutus. Cuius tranſitus miraculoſè in multis partibus
C reuelatus eſt pluribus accedentibus poſtea ad locum, ac etiam ad gloriam patriç aſcenſus lætabundus.

Pro igitur parte orbati fratres, vnum de conuentu ſuo, ſcilicet Petrum Lemouicenſem in priorem ſibi elegerunt, Deo & hominibus carum & amabilem, ſub cuius regimine cum fratres proficerent monachi ſancti Auguſtini locum prędictum Mureti, in quo Deo ſeruiebant cœperunt calumniari prætendentes ad ius ſuum pertinere. Sed qui potius auferrent tunicam & pallium volebant dimittere, quã vt inde ad litigandi conſuetudinem traherentur
D habere locum alium perquirebant: vbi caput ſuæ religionis reſtituerent. Nulloq́ue idoneo reperto, tandem conſilium inierunt, vt prior humiliter & deuotè miſſam celebraret, & cum fratribus vniuerſis Deo ſupplicaret, vt quod poſtulabant indicare nõ differret. Cumque hoc facerent, & iam agnus Dei ter cantatum eſſet, vox cœleſtis audita eſt dicens. In Grandimonte, In Grandimonte, In Grandimonte. Quam prior & nonnulli ex fratribus audierunt. Finita igitur miſſa, venientes ad locum ſibi reuelatum, ſatis Mureto vicinum, eccleſiam & domos fecerunt ad habitandum.
E Quibus vtique vili ſchemate peractis redierunt Muretum. Et accipientes ſanctum corpus in Grandimontem tranſtulerunt. Paucisq́ue ſcientibus ſubter preſbyterium ante altare recondiderunt.

Illuc quidam miles depoſtratus, qui erat paralyticus, vt in orationibus fratrum reciperetur ante altare delatus, poſtquam ſuper lapides ſepulchri pedes ſuos tenuit, liberè exclamans, ait: Sinite me, quia modo factus ſum ſanus in loco hoc, in quo pedes teneo. Et dico
F vobis, quia iacet hic aliquis ſanctus tumulatus pro cuius merito & amore ſanitatem mihi contulit Deus. Cumq; prior eum increparet & vehemẽter, ne hoc diceret, prohiberet ille validiꝰ pręgaudio clamabat. Hic ſanus factꝰ ſũ.

Quidam etiam eius diſcipulus, qui lumen amiſerat, proſtratus ante ſepulchrum eius & orans viſum recepit.

Pãnus quoque in quo ſacræ eius reliquiæ inuo-

C.1080. inuolutæ fuerāt, ſemel atq; iterū & iterū proie- A
ctus in ignem, comburi non potuit. Quæ mira
cula Prior intuens, timuit ſibi & aliis quietem
minui, & internæ ſuauitatis dulcedinem tar-
dius experiri, ſi populorum turbæ locum, ad
quem veneeant, miraculorum gratiam frequē-
tarent, & veniens ad ſepulchrum ita locutus
eſt. Serue Dei, tu oſtendiſti nobis paupertatis
viā, & toto conamine docuiſti nos per eā ince-
dere. Nunc verò de arcta via ad latam & ſpa-
tioſam tuis nos vis miraculis reuocare, & qui
prædicaſti ſolitudinem, nunc in ſolitudine ſo
ros, & nūdinas vis congregare? Nō curioſitate B
ducimur, vt miracula videre velimus, ſanctitati
tuæ ſatis credimus. Caueas igitur, ne decætero
miracula facias ea, quæ tuam extollāt ſanctita-
tem, & noſtram deſtituant humilitatem. Non
ſic tuæ prouideas laudi, vt noſtræ ſis imme-
mor ſalutis: quòd ſi aliter feceris, tibi dicimus,
& per obedientiam, quam tibi promiſimus, cō
ſtanter aſſerimus, quòd oſſa tua hinc extrahe-
mus: & in flumen ſpargemus.

*De origine ordinis Carthuſienſis de quo Ioan. Ger. O-
puſ. 39. Dio. Carth. de laude ord. Carth.
Vinc. lib. 25. Volater. lib. 21, Palyd.
de inu. re. l. 7. c. 3.* C

CAPVT XXII.

ANno domini 1086. ſecun-
dum Vinc. in ſpe. hiſt. li. 26.
c. 82. (qui hoc refert ex di-
ctis & hiſtoria Sigeberti)
habuit initium ordo Car-
thuſienſium, dicit enim
Bruno natione Teutoni- D
cus, ex vrbe Colonia literis à primæua ætate
eruditus, Remenſis eccleſiæ canonicus & ſcho
larium magiſter, relicto ſæculo eremum Car-
thuſiæ fundat propoſitumq́ue monaſticæ con
uerſationis ſatis arduum inſtituit. Huius ſan-
cti propoſiti cooperator exiſtens beatæ memo
riæ Hugo Gratisnopolitanus epiſcopus, ab eo
dem Brunone habitum monaſticum ſumpſit
cunctiſque ibi habitantib. exemplum inſigne
præbuit.

De hoc Hugone ſic ſcribit Vinc. ſpe. hiſt. li.
28. c. 8. Huius ſancti viri Hugonis religioſam E
& ſanctam vitam conſcripſit Guigo prior Car
thuſiæ. Huius Hugonis mater cum eſſet de eo
prægnans, vt retulit aliis, viſa eſt ſibi per ſom-
nium elegantem puerum concepiſſe, quem
ſiſtendum Dei aſpectibus ſancti, in quib. erat
& beatus Petrus, deferebant in cœlum. Hinc
factum eſt, vt natus & puer factus addiſcēdis li-
teris applicaretur. Sperabatur enim nec fruſtra
ſingularis apud Deum gratiæ futurus & meri-
ti. Congeſſit enim in illum diuina gratia pluri
ma virtutum ornamenta, quæ per ſingulos di-
ſpertita, plures illuſtres facere poſſent ſufficiē-
ter, atque cōſpicuos. Si enim laudatur caſtitas, F
quis illo mundior? ſi ſermones veritas, quis in
loquendo cautior? ſi Dei caritas, quis feruen-
tior? ſi proximi, quis benignior? ſi humilitas,
Virtutum eius catalogus. quis deiectior? ſi eleemoſyna, quis largior? ſi o-
ratio, quis deuotior? ſi lachrymarum flumina,
quis effuſior? ſi cōtemplatio, quis ſublimior? ſi

tolerantia, quis in tribulatione fortior? ſi iuſti- A C.1080.
tia, quis diſtrictior? ſi prudentia, quis circum-
ſpectior? ſi temperantia, quis moderatior: Ex-
ceptis iis, quæ clero & plebi per eū bona per-
uenerunt, eremus Carthuſiæ, Caleſienſis abba
tia, Excubiarum eremus, canonicorum regula-
rium apud ſanctum Miſerennum & apud ſan-
ctum Georgium domus, ipſo annuente cœpe-
runt ipſóque ſpiritualiter & corporaliter fouē-
te profecerunt.

Hic (vt legitur) in ſolitudine Carthuſiæ Deū
ſuæ dignationi conſtruentem habitaculum vi
dit per ſomnium, ſtelláſque ſeptem ſibi præ-
ſtantes itineris ducatum. Et ecce ſanctitatis
eius odore tracti ad ipſum venerunt ſe-
ptem viri, qui omnes vno deſiderio ſuccenſi
locum eremiticæ vitæ congruum quærebant
necdum repererant. Horum primus (vt dictū
eſt) fuit magiſter Bruno vir religione & ſcien-
tia famoſiſſimus, aliíque quatuor literati, &
duo laici. Quos S. Hugo gratāter ſuſcepit, & vo
ti cōpotes fecit. Ipſo nàmque conſulente, iuuā-
te & comitante Carthuſiæ ſolitudinem intra-
uerunt atque extruxerunt. Sic cœpit ordo Car
thuſienſis puritate mentium ac Theoriæ ſtu-
dio ſingularis.

Hic ſanctus vir (vt refert Guigo præfatus)
quamuis eſſet multis virtutibus adornatus, & Petit abſolui ab epiſcopali functione.
eccleſiæ Dei multum proficeus: ſemper tamē
imperfectionem ſuam cogitans, epiſcopalem
ſarcinam omnino exuere, & quieti animæ va-
care deſiderauit. Quo deſiderio ab initio ſuæ
promotionis non caruit vſque ad mortem, vn-
de & ſuper hoc legationem ad Honorium pa-
pam miſit. Et cum poſtulata non impetraſſet
ipſe iter et quamuis morbis & ſenectute graua-
tus, eumdem papam adiit, rogans & obteſtans
dari ſenectuti ſuæ licentiam quieſcendi, ſed ob
tinere non potuit. Defuncto Honorio & ſucce
dente Innocentio ſecundo, cum Petrus leonis
cognatorum ſuffultus præſidiis, qui certè tam
ipſe quàm pater eius ſancto Hugoni multas
olim venerationes & obſequia præſtiterant, ad
uerſus Innocentium caput erexiſſent: idem ta-
men vir ſanctus Hugo nec amicitia flexus, nec
potentia territus, ſed Zelo Dei ductusq́, quāuis
morbis & ætate conſumptus: perrexit Aniciū,
vt eundem Petrum cum aliis epiſcopis excom
municaret ſchiſmaticum. Innocentio autem
eiuſdē Petri declinanti perſecutiones & Gallias
ingreſſo occurrit S. Hugo cū lachrymis, rogans
& obſecrans, quod ab anteceſſore ſuo petierat,
ſed nec quidem obtinuit. Credebatur enim, q
ſola authoritate & exemplo plus poſſet pro-
deſſe plebi ſubiectæ debilis & ægrotus quàm
quilibet alius ſanus & robuſtus. Ab hoc tem-
pore cœpit in dies magis deficere, & moleſtiis
cōcreſcentibus morti appropinquare. Aderāt
ei viri religioſi de Carthuſia, de Caleſienſi, &
excubiarū domib. ad ſeruiendum, nec vlla pror
ſus perſona ſæcularis ad ei' admittebatur obſe
quiū, ſi quid opus habebat, nō iubendo à quo-
q ſeruientium, vt dominus, ſed humiliter ro-
gando propter Deum poſcebat. Ridere autem
vel otioſis verbis vacare ſeruitores ſuos nequa
quam ſuſtinebat, ſed ſtatim per ſeipſum ſeue-
riſſima increpatione frænabat, aſſerens tempo-
ra fletibus debita: & ipſa lamentis occupanda,

A.C 1050. non cachinnis nec nugarum relationibus tecendi. Obiit autem anno domini 1132. ætatis Colitur 1. april. ſuæ ad minus octoguaſimo, cõſecrationis eius 52. qui & per Innocentium 2. ſanctorum catalogo eſt adnotanus.

Doctor mortuum ſe damnatum profitetur, faſciculus tempor. Franciſcus de Puteo, in vita S. Bruno. 10. 5. Sur. Dion. Car. de laude Carthuſ. ar. 1.

§. I.

HAbuit autem principium talis religio ex hoc ſtupendo euentu. Cùm in ciuitate Pariſiis floreret ſtudium abundans, tam multitudine ſcholarium ex variis regionibus, quàm copioſa caterua doctorum ſolennium in omni facultate inter cæteros, vnus erat ſingularis in eminentia ſcientiæ, & probitate vitæ maximæ famæ. Huic autem vita functo ſolemnes exequiæ paratæ ſunt in eccleſia, vbi erat ſepulturæ tradendus. Ad quem honorandum conuenerat magiſtrorum & ſtudentium vniuerſitas Pariſienſis & alij plurimi. Cũ ergo cadauer C feretro in eccleſiam ſecundum morem eſſet delatum, & officium celebraretur, ſurrexit qui iacebat mortuus, & in loculo reſidens voce magna audientibus cunctis clamauit. Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum, quo dicto, vt prius, iacuit. Ex qua voce omnes territi obſtupuerunt, decreuerúntque pro illa die non tradere illud ſepulturę ſed die ſequenti omnes iterum conuenire. Cúmque iſtud per ciuitatem diuulgatum eſſet, die ſequenti multo plures conuenerunt ad ſpectaculum illud. Officiũ autem peragentibus eis circa feretrum illius, iterum de- D functus reſedit in lectulo clamans. Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum. Ex qua re conſternati ſunt omnes, qui aderant, audientes. Et vt exitum huius rei noſſent, ordinauerunt, vt ad ſequentem diem differretur ſepultura eius. Die ergo tertia tota penè ciuitas confluit. Et in proſecutione officij pro anima illius, ſurrexit & iam tertio doctor ille defunctus, & clamauit dicens. Iuſto Dei iudicio damnatus ſum. Quod omnes præ admiratione quaſi exanimes reddidit. Sicque patefacta omnibus ſua damnatione, indignus iudicatus eccleſiaſtica E ſepultura: ſepultura aſini ſepultus eſt. Aderat ad hoc ſpectaculum Bruno de quo in principio capituli dictũ eſt, magiſter ſolemnis ſcholarium, qui his viſis ait ad ſocios & diſcipulos. Ecce chariſſimi iſte tantus doctor, & ſanctus ab omnibus reputatus, quomodo periit. Nunquid & nos perire volumus & non potius ſal- Luc. 23. uari? Non eſt nobis locus ſalutis, niſi mundum fugiamus. Si in viridi ligno hoc factum eſt, in arido quid fiet? Et multa alia huiuſmodi. Sicq; compuncti (vt dictum eſt) ſæculum dimiſerũt.

F

Carthuſienſi monacho miracula facere à Priore interdictum. Vide etiam Gerſonem ſuper hoc Opu. 39.

§. II.

COntigit autẽ circa annos domini 1175. hoc ſtupendum, & notabile in domo A principali Carthuſiæ. Quidam ex monachis A Cart... illis migrauit ad dominum qui talis fuerat vitæ, vt ſanctitatem eius plurima miracula notã facerent. Cùmque quotidie multiplicarentur & fama huius exiret in omnem regionem illã, cœpit multitudo maxima venire ad locum, alij quidem infirmi gratia curationis, quia plurimi ſanabãtur, alij ad videndũ mirabilia Dei, & ſancto ſe commendandum. Hæc autem frequentatio hominum cœpit multum moleſta eſſe prioribus & monachis propter quietem ſuam impeditam. Perpendens igitur prior Car- B thuſiæ ſacellinus magnæ ſanctitatis vir, & perſpicaxis ingenij quietem monachorum reſolui ex tanto concurſu, & multa ſcelera à laicis concurrentibus perpetrari, acceſſit ad tumulum viri Dei, & pias querelas faciẽs ait. Fili chariſſime, hæc eſt retributio, quam retribuiſti nobis? Tu ad gloriam perpetuò quieturus aſcendiſti, nobis autem tantæ inquietudinis bellum tuis miraculis indicis. Non ſic fili, non ſic erit, ſed eo pugione, quo aduerſarium deuiciſti, en te aggredi neceſſe eſt, ſcilicet obedientiæ. Tibi ergo in virtute ſanctę obedientiæ, fili mi, præ- C cipio, vt ſicut in vita mihi ſemper obediſti, ita & nunc facias, & nullum miraculum de cætero facere præſumas quod & factũ eſt miraculis non vltra peractis. Hæc legi in chron. ipſius ordinis.

Certè valdè venerabilis eſt ipſa religio: quæ vſque in præſentem diem ſeruat rigorem ſuarum obſeruantiarum per annos circiter. 400. Auſtera ſiquidem eſt in multis. In abſtinentia quidem, quia prolixa ieiunia: & ſextis omnib. feriis in pane & aqua, ab eſu carnium ſemper abſtinent, etiam in grauiſſima infirmitate: ita D vt ſi quis eis veſci voluerit, amplius in clauſura cum reliquis nõ valeat permanere. Quo ad veſtitum, quia ſemper cilicio induuntur ad carnẽ. Quo ad ſolitudinem, quia nunquam exeũt exceptis priore & procuratore. Et in cellis ſuis ſoli manent cũ arcto ſilentio. Vigilias magnas habent propter prolixitatẽ officij. Vnde Bern. qui epiſtolam ad eos ſcripſit, quæ dicitur ad fratres de monte Dei, multum cõmendat inter cætera dicens. Veſtrum eſt frui Deo. In fine tamen arguit de nimia ſumptuoſitate, & magnitudine ædificiorum.

E Ex hac religione aſſumptus ille vir venerabilis Nicolaus nomine bononien. ad epiſcopatum bononienſem inuitus, & poſtea ad cardinalatum à Martino papa 5. ſemper ſeruans rigorem ſuæ religionis, ſpeculum ſine macula omnibus curialibus, & præſidentibus, pater pauperum. Inter principes ſæculi diſſidentes, pacis reformator, ſchiſmatis impeditor. Demũ ſub Eugenio papa Senis migrauit ad Chriſtũ ex infirmitate calculi. Cui exenterato repertus eſt lapis groſſus ad modum oui in fundo veſicæ quaſi incarnatus.

F *De ordine humiliatorum. Hæc etiam tradit Poly. v rg. lib. 7. de inuent. c. 2.*

CAPVT XXIII.

ANno dñi 1017. ordo Humiliatorum, vt reperi, in ſcripturis, habuit primum ſui initium, qui tamen in proceſſu temporis tripliciter in modo

A.C.1100. modo viuendi fuit variatus vt patebit. A Sciendum igitur, quòd cum ſereniſſimus imperator Henricus tertius, anno prænotato ad partes deueniſſet Longobardiæ, ex certis relationib. & ſignis, habens quoſdam nobiles Longobardos ſuſpectos, ne fortè aliquid iniquum machinarentur, eos & præcipuè ex Mediolano oriundos in Alemanniam relegauit, ſeu exilio tradidit. Qui proficiſcētes, videntes ſe adeo humiliatos, humiliauerunt ſeipſos in conſpectu Dei, facientes de neceſſitate virtutem, eorumq́ue auditui vexatio tradidit intellectum. Cœperunt B námque terrena non immoderate diligere, viſia euitare, humili veſte incedere, ſcilicet de birretino panno.

Et licet in domibus ſuis ſinguli morarentur cum vxoribus & famulis ſuis, de laborib. manuum ſuarum victum ſibi procurantes, ex lanificij maximè exercitio, faciebant tamen quaſdam cōgregationes frequenter ſeinuicē exhortantes ad ea, quæ ſunt Dei, & profectum ſpiritus, ieiuniis, eleemoſynis, orationibus inſiſtentes, amore fraternitatis ſeinuicem diligentes. Cœpitque ordo piæ cōuerſationis eorum per regionem illam diffundi, & inde cōplures nu- C mero eorum congregari. Comperta autem fama humiliationis eorum dominus imperator ab eorum relegatione eos abſoluit, & ad proprium ſolum volentes redire permiſit.

Secundus modus. Reuerſi igitur ad partes Longobardiæ, cœperunt reſtrictius viuere, ac religioni complete magis appropinquare. Vnde ſeparati viri ab vxoribus ſuis de communi conſenſo, intelligentes, quia non eſt digna ponderatio animæ cōtinentis, & quia caſtitas præcipuè virginalis vel vidualis, ipſa eſt, quæ ſola poteſt animas noſtras Deo repræſentare, D decreuerunt ſeorſum habitare viri in vnum, & ſeorſum mulieres vt in cœnobiis, magiſq́ue inſtare orationibus, vigiliis, & abſtinentiis, habētes aliquos, & ſi paucos, in diuinis eis deſeruientes, ſub cura vnius eorum degentes, exercitia corporalia cōtinuantes, præcipuè in lanificio & textura pannorū. Et hic dictus eſt ab eis ſecundus modus viuendi eorum.

Tertius modus. Demum eis numero & merito multiplicatis, & maximè in clericis, vt complementum haberent religionis: ſecutus eſt tertius modus viuendi eorum, dignitate tamē & religione primus. E Et exercitium manuale diminuentes, lectionibus & diuinis officiis magis ſe applicarunt habitu vniformi indui, ſed humili, ſcilicet tonica, ſcapulari, & clamyde ſeu cappa deſuper albi coloris. Sumpſerúntque pro norma viuendi partem regulæ beati Benedicti, non totam. ſuperiores eorum, præpoſitos nominantes. Multiplicatíque valdè fabricauerunt ſibi multa monaſteria tam fratrum quàm monialium per partes Tuſciæ & Longobardiæ maximè Mediolani. Circa verò annum domini. 1200. approbatus talis ordo & modus viuendi ab ec- F cleſia, per Innocentium tertium eſt confirmatus. Et poſtmodum per ſucceſſores à diœceſanis exemptatus, & priuilegiis multis munitus: & ſub regimine vnius principalis & generalis præpoſiti conſtitutus. Ex conuentu autem omnium ſanctorum Florentiæ ſito dicti ordinis, floruit quidam venerabilis pater Lucas omine, ſacræ theologiæ profeſſor, fama celebri, A.C.1100. probitate & ſcientia clarus, qui epiſcopus factus Fæſulanus à Gregorio papa 12. vſque ad cardinalatum ab eodem promotus eſt. Mortuuſque eſt in ſenectute bona plenus dierum circa annos domini 1410.

D. Anton. de religionum lapſu pia querimonia.

§. I.

SEd omnes religiones ſupradictæ, ita hodie relaxatæ ſunt, & tepefactæ, vt aptè il- B lud dici poſſit Hieremiæ. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Tren. 4. Et quod ait Bern. contra Cluniacēſes monachos relaxatos videlicet. Vnde inter monachos tanta intemperantia in cibis, in potationibus, in veſtimentis, in lectiſterniis, in equitaturis, & conſtruendis ædificiis moleſcere potuit, quatenus vbi hæc ſtudioſius, voluptuoſius, atque effuſius fuerint, ibi ordo melius teneri dicatur, ibiq; maior putetur religio? Ecce enim parcitas putatur auaritia, ſobrietas auſteritas creditur, ſilentium triſtitia reputatur. Econtra remiſ- C ſio diſcretio dicitur, effuſio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas: mollities veſtimentorum & equorum faſtus, honeſtas, lectorū ſuperfluus cultus, munditia. Cū- q́ue hæc alterutrum impendimus, caritas appellatur. Iſta certè caritas deſtruit caritatem, hæc diſcretio diſcretionem confundit. Talis miſericordia crudelitate plena eſt: qua videlicet ita corpori ſeruitur, vt anima ingoletur. Sub hac tamen abuſione iam ferè vbique pro ordine iſta tenentur, ferè iam ab omnibus ſine querela, & irreprehenſibiliter obſeruantur, D quamquàm diſſimiliter. Nonnulli quippe his omnibus vtuntur, tanquā non vtantur, & ideo cum nulla offenſione aut minima, aliquāti quidem hæc agunt ex ſimplicitate, aliquanti ex caritate, aliquanti ex neceſſitate. Quidam nā- q́ue ſimpliciter iſta tenent, quoniam eis ita præcipitur, parati aliter agere, ſi aliter præciperetur. Quidam autem, ne diſcorditer ab eis viuāt, cum quibus habitant, ſectantes in his non ſuā libidinem, ſed aliorum pacem. Alij verò, quia reſiſtere non valent, multitudini contradicentium, qui hæc vtique tanquam pro or- E dine libera voce defendunt: & quoties iſti aliqua prout ratio dictat reſtringere, vel mutare incipiunt, illi mox tota eis authoritate reſiſtunt. Quis in principio cum ordo cœpit monaſticus, ad tantam crederet monachorum inertiam deuenire? O quātum diſtamus ab iis, qui diebus Antonij extitere monachi? Si quidē illi, cum ſe per tempus inuicem ex caritate reuiſerent, tanta abinuicem auiditate panem animarum percipiebant, vt corporis cibum penitus obliti, diem plerumque totum ieiuniis vē- Monachi à primis monachis diſcrepāt. tribus, ſed non mentibus tranſigerent. Et hic F erat rectus ordo, quando digniori parti prius inſeruiebatur. Hæc ſumma diſcretio, cum amplius ſumebat, quæ maior erat. Nobis autem conuenientibus in vnum, iam non eſt domini cam cœnam manducare. Nihil de ſcripturis agitur. Nihil de ſalute animarum, ſed nugæ & riſus, & verba proferuntur in ventum. Inter 1. Cor. 11 prandendū quantum fauces dapibus, tantum

aures

A.C. 1400. aures paſcuntur rumoribus. [Aiunt enim incolumes ac validos iuuenes conuentum ſolere deſerere: in domo infirmorum, qui non ſunt infirmi collocare] carnium eſu (qui via ægrotis duntaxat, & omnino debilibus ex regulæ diſcretione pro virium reparatione conceditur, Reg. c. 36. non quidē corporis infirmātis ruinas reficere pro incommodo, ſed carnis luxuriantis curam perficere in deſiderio, cum. ſ. datur vſus carnium iuuenibus, & aliis non egentibus, ridendas ne dixerim potius, quàm lugendas huiuſmodi ineptias. Sic Macarius vixit. Sic Antoni⁹ docuit? Sic Baſilius inſtituit? Sic patres in Ægypto conuerſati ſunt? Sic ſancti Odo? Maiolus? Odilo? Hugo? quos ſui ordinis principes & præceptores habere gloriantur Cluniacenſes: aut tenuerunt, aut teneri cenſuerunt.

Religiones collapſæ quomodo reparatæ ſint.

§. II.

OMnes autem præfatæ religiones monachales & regulares, quæ cum magno feruore, & vitæ ſanctimonia initium habuerunt minime negligentes traditionum paternarum, in proceſſu temporis paulatim defluxerunt, & examinitæ ſunt vſq; ad fundamenta in eis: vota ſcilicet ſubſtantialia, excepto ordine Carthuſienſium, qui adhuc in ſuo vigore perſeuerat. Sed miſeratione diuina a ſeptuaginta annis citra pullulantes refloruerunt, in paucis ſe refor- Luc. 1. mantibus ad vitam regularem, Deo conuertente corda patrum in filios, parare domino plebē, perfectam merito & numero multiplicatos, & flores apparuerunt in terra noſtra Florentina.

Nam canonici regulares, qui dicuntur principium habuiſſe à gemma doctorum, diuo Auguſtino, à regula ſua relaxati erant & deformati: ſed reformati adñō meridianis ib. duob. eximiis viris ſcientia & vita præclaris, & iam dilatati ſunt per Italiam in fratribus, & monaſteriis degentes in regulari obſeruantia. Et primus horum locus fuit, & eſt prope Lucam, dicitur Friſonaria. Vnde & congregatio illa, quæ ſub vno capite gubernatur dicitur de Friſonaria, & Cōgregatio Scopetinorum. abbatiam etiam Fæſulanam poſſident.

Et poſt eos quidam alij religioſi ordinis eremitarum, ſegregantes ſe ab ipſo ordine, vt reſtrictius viuerent, ſumpſerunt ſtatum & habitum canonicorum regularium regulę beati Auguſtini, addentes certas conſtitutiones approbatas à Gregorio 12. Et exemptati ab eo à diœceſanis exiſtunt. Initium autem habuerunt circa annos domini. 1410 ſub quodam venerabili viro Stephano nomine Senenſi. Quorum primus conuentus fuit propè Eugubium, ſecundus conuentus ſancti Donati de Scopeto, propè muros Florentinus. Exinde multiplicati ſunt in fratribus & conuentibus, in pluribus ciuitatibus Tuſciæ & Longobardiæ. Quę congregatio dicitur Scopetinorum à dicto loco, ſed magis propriè ſancti Saluatoris, ſicut etiam illi de Friſonaria conuenientius nuncupantur [Lateranenſes.]

Ciſtertienſes vtique fuerunt magna columna Eccleſiæ ſub beato Bernardo & poſtea per annus centum ſcientia decorati & ſanctitate,

A ſed & ipſi declinantes a veſtigiis patrum inutiles facti ſunt. Circa annos autem domini A.C. 1400. 1436. quidam ex monachis abbatiæ Florentinæ ſub Eugenio quarto trāſierunt ad ordinem Ciſtercienſium in obſeruantia regulari, collato eis monaſterio Septimi, propè Florentiam dicti ordinis per ipſum dominum Eugenium, hoc procurante reuerendiſſimo domino cardinale Firmano. Et ex puſillo grege non parum adauctus eſt.

Monachi nigri, cuiuſmodi creduntur Cluniacenſes, cum eſſent incraſſati, & impinguati, Monachi nigri reformantur. B dilatatiq; abbatiis innumeris vbique terrarū, vagātes ad libitū, reſtricti fuerūt aliqualiter p Cle. quia in nigro, nō ſolū in exterioribus ſed & interioribus nigri remanebant. Deus autem, qui inueterata renouat, & nigros carbones igne ſuccenſos lucidos facit, quoſdam nobiles ſecundum ſæculum, & mente nobiliores monachos inſpirauit ad Benedicti patris regulam ex integro adimplendam: cum quibuſdam cōſtitutionibus ad regulam adiunctis. Initium habuit circa annos domini. 1400. in abbatia, C quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ. Cuius congregationis, quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ, fautor, & multum ad eam affectus, & promotor fuit Eugenius quartus. Quibus in breui multiplicatis, dedit ipſe idem multa magna monaſteria, & inter cætera, Sancti Pauli extra vrbem, & abbatiam Florentiam. Eos etiam exemptauit à diœceſanis, & aliis prælatis, & magnis priuilegiis fulciuit. Ex qua etiam religione per ipſum pileatus eſt rubro venerabilis vir religionis Zelator, dominus Ioannes Siculus abbas S. Pauli.

D Monachi albi habitus ſub regula beati Benedicti militātes, cuiuſmodi ſunt Camaldulenſes: à patre ſuo Romualdo degenerantes, alienati ſunt retrorſum: pauciſſimis exceptis eorum monaſteriis & eremi recluſis. Sed circa annos domini. 1370. audiui à quibuſdam religioſis, vitam quaſi eremiticam tenentibus & laudabilem in diœceſi Aretina, ſed territorio Senenſi, epiſcopus Aretinus tunc temporis dedit habitum ſimilem, & regulam ipſius Benedicti. Ex quibus creſcentibus in gratia Dei E & numero, conſtitutus eſt ordo Montis oliuarum dictus, ab eccleſia & ipſe approbatus, & in monaſteriis per Italiam multiplicatus, & priuilegiatus, ac à diœceſanis exemptus fact⁹. Qui religioſi ſuper capita ſua ponunt generalem vnum ex eis abbatem, de triennio in triēnium.

Monachi griſei, quales ſunt Vallis Vmbroſani, & ipſi claudicauerunt à ſemitis Ioannis Gualberti eius ordinis primi inſtitutoris, ſub regula etiam Benedicti. vt vix eſſet, qui faceret bonum. Sub eodem habitu & regula quidam F Syluestrini dicti, eo quòd Sylueſter dictus eſt primus author eorum, qui talem ordinem inchoauit in monte Phano propè Fabrianum in marcia Anchonitana, multiplicati, plura monaſteria ſibi conſtruxerūt in diuerſis ciuitatib. & in Florentia eorum fuit conuentus ſancti Marci, ſed ab eis ablatum per Eugenium quartum propter diſſolutam eorum vitam oblatum fuit ordini Prædicatorum. Etiam quaſi ea toto defecit dicta religio ex carentia fratrum.

Sed

Sed nec fuit abbreuiata manus domini ad A reſarciendum griſeos mortificationem Crucis in habitu præferentes. Nam circa annos domini 1430. quibuſdam monachis nigris ex abbatia Florentina aſſumptis in abbatiam ſanctæ Floræ Aretinam, & poſtmodum dicta abbatia Aretina ad monaſterium ſancti Saluij per Eugenium 4. tranſlatis: per viam permutationis dicta religio Vallis vmbroſæ collapſa, cuius erat dictum monaſterium ſancti Saluij extra muros, ad vitam regularem reparata eſt additio eis per adnexionem conuentu ſancti Georgij Florentio, & monaſterio Paſignani per vnionẽ B multiplicato numero eorum.

A.C.1430.

Cùm viris religioſis deformatis concordabant & fœminæ moniales in relaxatione religionis prædictorum ordinum. Nam & Ciſtercienſes, & albæ Camaldulenſes, & nigræ in diuerſis monaſteriis, & griſeæ Vallis vmbroſæ, & Auguſtinenſes, per latam & ſpacioſam viam incedebant. Sed aliqua monaſteria in via arcta & anguſta vitæ regularis renouata ſunt & alia recentes erecta, vt monaſteriũ quod dicitur ſancti Donati in puluerosa, Monaſterium ſanctæ Monicæ ſub regula Auguſtini de nouo con- C ſtructum. Sed ſuper omnia alia monaſterium Annunciatæ, quod vulgariter dicitur Lemurase, diebus his in ædificiis perfectum ſub regula beati Benedicti & habitu nigro, miro fragrans ſanctitatis odore, degentibus in maxima paupertate. Et cùm ſint numero centum & vltra: nullas poſſeſſiones vel reditus habent, ſed de labore manuum victitant, & eleemoſynis eis miſſis non quæſtuatis in magna quiete & mutua caritate ſibinuicem ſeruientes. Et vltra horas canonicas deuotè perſolutas, ſemper die noctúque aliquibus earum in eccleſia con- D tionantibus ſine intermiſſione alternatis vicibus pſalterizant.

Religio S. Brigidæ de qua in 3. part. tit. 24. cap. 11. §. 4. & alij.

§. III.

SEd religio à ſancta Brigida inſtituta eſt diebus noſtris ſub regula beati Auguſtini & conſtitutionibus eiuſdem ſanctæ regulæ ſu- E peradditis, ſub monaſteriis duplicibus, id eſt, fratrum & monialium in vno monaſterio manentium, ſed ſeparatis omnino habitationibus cum magna clauſura, vt fratres ad ſorores non poſſint accedere: cuiuſmodi monaſteria duplicia licet à ſancto Baſilio fuerint primò inſtituta, tamen poſtmodũ ſeparata, & non permiſſa. Propter quod & cum diutina diſſentio & contentio in curia Romana facta fuerit ſub Martino quinto, aliquibus dicti ordinis procurantibus ſeparationem fratrum à ſororibus, aliis contradicentibus ob reuerentiam ſanctæ ſic F inſtituentis, & eccleſiæ, quæ iam approbauerat dictam religionem, demum per Eugenium decretum eſt religionem illam ſic permanſuram, vt à principio fuerat inſtituta. Et monaſterium dictæ religionis prope Florentiã dicitur El paradiſo. Sub cura ſunt dicti religioſi diœceſanorum. De religionibus ſancti Antonij, A quarum fratres ordinantur ad hoſpitalitatem vel ſancti ſpiritus, vel ſancti Iacobi de ſpatha, quæ ordinatur ad militiam, vel illorum de mercede, quæ ordinatur ad redimendum captiuos ab infidelibus, vel Cruciferorum, vel ſanctæ Mariæ Teutonicorum omitto. Et de religione etiam Pauli primi Eremitæ ſub regula Auguſtini, vel ſancti Ioannis ſub habitu griſeo. De mendicantibus autem comprehendendo in eis Prædicatores, Minores, Eremitanos, & Carmelitas & ſeruitas, & eorum ſanctis ac docto- B ribus, ac relaxatione, & renouatione, dicitur inferius plenè, & in alio titulo.

A.C.1430.

Multæ aliæ ſunt religiones quas D. Antoninus prætermiſit.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS.

TITVLVS SEQVENS

decimuſſextus continet geſta ſummorum Pontificum & Imperatorum, ac etiam doctorum: & ſanctiſsimorum virorum & contingentia mira ac exterminia in diuerſis mundi partibus per annos trecentos vel circa ſcilicet ab anno domini 813. vſque ad annum incarnationis domini milleſimum centeſimum. Intra quod ſpacium fuerunt ſummi pontifices, Leo papa 3. Stephanus 4. Paſcalis 1. Benedictus 3. Paſcalis 2. Eugenius 2. Valentinus, Gregorius 4. Sergius 2. Leo 4. Nicolaus 1. Hadrianus 2. Ioannes 8. Martinus 2. Stephanus 5. Formoſus. Bonifacius 6. Stephanus 6. Romanus papa. Theodorus. Ioannes 9. Benedictus 4. Leo 5. Sergius 3. Anaſtaſius 3. Landus, qui & Lando. Ioannes 10. Leo 6. Stephanus 7. Ioannes 11. Leo 7. Stephanus 8. Martinus 3. Agapitus 2. Ioannes 12. Leo 8. Ioannes 13. Benedictus 6. Bonifacius 7. Ioannes 14. Ioannes 15. Gregorius 5. Syluester 2. Ioãnes 16. Ioãnes 17. Benedictus 8. Ioãnes 18. Ioãnes 19. Benedictus 9. Gregorius 6. Clemẽs 2. Damaſus 2. intruſus. Leo 9. Victor 2. Stephanus 9. Benedictus 10. intruſus. Nicolaus 2. Alexander 2. Candullus (aliàs Cadolus) ſchiſmaticus. Gregorius 7. Clemens ſchiſmaticus. Greg. 8. Clemens ſchiſmaticus. Victor 3. Vrbanus 2.

Deinde de imperatoribus illorum temporum, ſcilicet Ludouico filio Caroli magni, Lothario filio eius, Ludouico 2. Carolo 2. Carolo 3. Carolo. 4. Arnulpho, Ludouico 3. Chunrado, Henrico primo. De tribus Othonibus ſucceſsiuè imperantibus. De Henrico 2. imperatore, qui primus factus eſt per electionem tunc ordinatum, à tribus archiepiſco-

A.C. 800. archiepiſcopis & quatuor principibus fiendam in poſterum. De Henrino 3. Imperatore, de origine Turcorũ, De Henrico 4 qui excommunicatus eſt à Gregorio 7. & poſtea ab Vrbano 2. De quibuſdam epiſcopis ſanctis Angliæ. De Petro Damiano & dictis eius De Hildeberto & dictis eius, De Lanfranco, de Anſelmo & dictis eius, de Petro Alfonſo contra Iudæos. De conqueſtu facto fidelium contra terram ſanctam, & quomodo capta eſt per Gotifredum.

De ſummis pontificibus à Leone 3. vſque ad Vrbanum 2. cum eorum decretis.

CAAPVT I.

A Proſecutione hiſtoriæ de ſummis pontificibus, imperatoribus, doctoribus & aliis digreſſi, per titulum præcedentem interpoſitum in quo diffusè actum eſt de ſanctiſſimis anachoritis, cænobitis, & fundatoribus diuerſarum religionum monachalium, qui in eccleſia effulſerunt ab anno domini 280. ſcilicet à tempore Diocletiani & Maximiani imperatorum, vſque ad annum domini milleſimum centeſimum, quo tempore imperauit Henricus, ipſam hiſtoriam reſumimus in loco, vbi dimiſſa eſt, ſcilicet de Leone 4. papa: & Ludouico primo imperatore filio Caroli magni.

De Leone 3 non Ro. vide ſuprà tit. 14 cap. 3. §. 8.

Ex hac igitur luce ſubtracto Carolo magno, & ſuccedente in imperio filio eius Ludouico qui Pius fuit cognominatus, præſulabatur in vrbe Leo 3. Qui malè & ignominiosè tractatus & eiectus, Romanus ipſe à ſua per ipſum Carolum magnum: poſtquam ſe purgauit coram eo, & conſilio congregato: repoſitus eſt honorificè in ſede ſua vt dictum eſt ſuprà. Aſſumptus autem fuit ad ſummi pontificatus apicem anno domini 793. & ipſum tenuit annis viginti, menſibus 5. & diebus ſexdecim. Hic coronauit Carolum magnum in imperio Romano. Fecit ipſe porticum eccleſiæ ſancti Petri in vrbe, quæ adhuc dicitur ciuitas Leonina, ab eo ſic dicta, & muro eam cinxit propter incurſum Saracenorum in refugium ab eorum diſcurſu. Litanias autem triduanas ante aſcenſionem domini ſic ordinauit, vt ſecunda feria ſummus pontifex cum clero & populo eccleſia Dei genitricis ad præſepe egrediens, pergat cum hymnis & canticis ad eccleſiam ſancti ſaluatoris, quæ dicitur Conſtantiniana. Feria verò tertia ab eccleſia ſanctæ Sabinæ ad eccleſiam ſancti Pauli. Feria autẽ quarta ab eccleſia Hieruſalem ad ſanctum Laurentium extra muros, vt habetur ex chronico Martiniano.

A Hic etiam ſic ſcribit Ludouico Auguſto, quem imperatorem coronauit, patre eius Carolo magno defuncto, cum à Saracenis Romani infeſtarentur, vt habetur. 23. q. 8. igitur. Igitur cùm ſæpè aduerſa a Saracenorum partibus peruenerint nũcia, quidam in Romanum portum Saracenos clam furtiueque venturos eſſe dicebant, pro quo noſtrum congregari præcepimus populum, maritimúmque ad littus deſcendere decreuimus: & egreſſi ſumus Romam. A.C. 816

Idem ad eundem. cap. ſeq. Scire vos oportet (B) q nunquam ab aliquib. noſtros homines ſinimus opprimi, ſed ſi neceſſitas vlla occurrerit præſentialiter vindicamus, quia noſtri gregis vltores in omnibus eſſe debemus, & præcipui adiutores.

Idem exercitui Francorum. cap. ſubſequen. ait. Omni timore ac terrore depoſito contra inimicos ſanctæ fidei, & aduerſarios omnium religionum viriliter agere ſtudete. Nouit enim omnipotens, ſi quilibet veſtrorum morietur quòd pro veritate fidei & ſaluatione patriæ, ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt & ideo (C) ab eo præmium cæleſte conſequetur: hæc omnia ibi.

C... eſte ... gno a ... conſeq... tur, qui ... pro C... ſtianor... detecto... moin... Pau. lib. cap 10.

Idem Leo 3. Ludouico & Lotharin Auguſtis diſt. 63. inter vos, ait: Inter vos & nos pacti ſerie ſtatutum eſt, & confirmatum, quòd electio & conſecratio futuri Romani pontificis non niſi iuſtè & canonicè fieri debeat.

Idem ex concilio huius Leonis 3. 12. q. 2. monemus. ſic dicitur. Monemus & irrefragabiliter affirmamus, vt nullus epiſcoporum vel ſacerdotum rem tituli ſui vſurpare præſumat. Sed neque ſalarium à Chriſtianis ſanctis locis (D) oblatum, cauſa amicitiæ vel timoris aut muneris pertentet auferre: ne eccleſia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præſumpſerit, epiſcopus vel ſacerdos, canonicam ſine dubio ſubeat vltionem, & quod iniuſtè ablatum eſt eccleſiæ reddere compellatur: ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigãdum vel poſſidendum poſſit habere. Demum poſt plurima ſancta opera quieuit in domino, ſepultus in eccleſia ſancti Petri.

Idem Leo 3. 26. q. 5. cap. ſortes epiſcopis Brittanniæ ſic ſcribit. Sortes quibus vos cuncta in (E) veſtris diſcriminatis prouinciis (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quàm diuinationes & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari: & vltra inter Chriſtianos nolumus nominari, & ne exerceãtur ſub anathematis interdicto prohibemus.

Leo papa. 24. q. 3. illud ſanè. Illud ſanè pluſimum mihi diſplicere ſignifico, quòd inter dilectionis tuæ clericos quidam eſſe dicuntur, qui aduerſariorum conniueant (aliàs conueniãt) prauitati, & vaſis miſericordiæ vaſa iræ miſceantur, quibus inueſtigandis atque ſeueritate (F) congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter inſiſtere. ita vt iis quibus non potuerit prodeſſe correctio, non parcat abſciſſio, ſecundum illud. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. Abiicienda prorſus peſtifera hæc à ſacerdotali vigore particula eſt: quæ ſibimet peccatis aliorum parcendo non parcit.

Abi... qui ... ſar... uentu... uitan... i. ep. 74 ... Anathem... lio p. 6... 239.

Rom 9 Math 5.

Stephanus

A.C. 816. *Stephanus 4. Onuph. 5. Pont. max. 99. ſed. m. 6. d. 23. A.C. 816. de quo Pont. Plat. Vinc. li. 24. c. 27. & alij.*

§. I.

LEone de hac luce ſubtracto, creatus eſt antiſtes in vrbe Stephanus 4. anno domini 816. qui natione Romanus ex patre Iulio, ſedit menſibus 7. exinde ad patres appoſitus, ſepultus eſt in eccleſia S. Petri: ceſſauitque papatus diebus 18. ſecundum Chron. Marti. Hic Stephanus ſecundum Ioan. de col. in hiſto. poſtquam pontificalem adeptus eſt dignitatem, eo ſcilicet anno, quo Ludouicus pius filius Caroli magni imperium ſuſcepit Romanum, vt vir ſanctiſſimus, Zelo fidei accenſus pro negotiis eccleſiæ ſuæ perſonaliter eſt profectus in Galliam ad ſereniſſimum imperatorem Ludouicum, à quo tanto honore & reuerentia ſuſceptus eſt, quantum vix lingua narrare poſſet. Et vir angelicus tantam inuenit gratiam in conſpectu principis, vt omnia, quæ petiit obtineret. Qui exemplum Saluatoris imitatus, cuius vices gerebat in terris, pro crucifixoribus exorantis, & pro perſecutoribus orare mandantis, omnes exules Romanos: qui in cauſa Leonis papæ delinquentes fuerãt, & propter hoc à Carolo magno illuc relegati fuerant, & alios, qui propter magna ſcelera, quæ in ſanctã Romanam eccleſiam perpetrarant, arctius in diuerſis ergaſtulis in Francia tenebantur, idem ſanctus petiit abſolui, ſecúmque Romam poſſe reduci: quod et totum conceſſum eſt, reuerſuſque ad vrbem in pace quieuit.

Hic autem ſic ſcribit Guidoni comiti vt habetur diſt. 63. lectis. Lectis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite, clerum & plebem eiuſdem elegiſſe ſibi futurum antiſtitem à nobis conſecrandum veſtro ſtudio directum eſſe, ne eccleſia ipſa diu ſine paſtore proprio cõſter, fatebãtur. Nos de prioris morte dolentes, nunc ipſum electum vnanimitate, & canonica ipſius eccleſiæ electione, vt mandaſtis tam citiſſimè ordinare omiſſimus, eo quòd imperialem nobis, vt mos eſt, abſolutionis minimè detulerit epiſtolã, pro qua, ſcilicet re nobis ambiguum eſt, ideo voluntati veſtræ parere diſtulimus, ne auguſtalis animus duriſſimè hoc quoquo modo perciperet. Sed ſcientes eccleſiam Dei diu ſine proprio paſtore non debere conſiſtere, gloriæ veſtræ mãdamus: quoniam nos aliter agere non debuimus, vt à veſtra ſolertia imperiali, vt priſca cõſuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quẽadmodum vos ſcire credimus, imperiali directa epiſtola, tunc voluntati veſtræ de hoc parebimus, cumdémque electum domino adiuuante conſecrabimus. Quod cariſſime fili moleſtè nullo modo ſuſcipias, hæc ibi. Forrè iſte erat curialis, & ideo expectabatur aſſenſus imperatoris.

Paſchalis Pont. max. 100. ſed. an. 7. m. 3. d. 17. A.C. 817. Pont. Plat. & alij.

§. II.

SVcceſſit Stephano in ſede Petri Paſchalis primus natione Romanus, ex patre Maximo (vel vt aiunt alij Bonoſo) anno dñi 816. Sedit autem annis. 7. dieb. 17. Hic vir ſanctus multa ſanctorum corpora requirens inuenit extra muros Romanæ ciuitatis, quæ diligenter colligens intra mœnia vrbis reuerendiſſimè in diuerſis baſilicis collocauit. Multas præterea eccleſias Romæ, aut nouas conſtruxit, aut longo confectas ſenio renouauit, inter quas fuit baſilica beatæ Cæciliæ virginis & martyris, quæ nimia quaſſata vetuſtate iam penè corruerat, ſed in eodem loco magnifico opere conſtruere cœpit eccleſiam. Dum igitur quadam die vt teſtatur Ioan. de col. in eccleſia ſancti Petri more ſolito vigilias celebraret, ſubito ſopore depreſſus, vidit quamdam puellam virginali aſpectu, angelicis veſtibus decoratam, dicentem ſibi. Multam tibi gratiam referimus, quia certamẽ, quod de me depoſueras, fruſtratoriis relationibus, promulgatis aures accommodãs reliquiſti: qui tam penes me fuiſti, vt proprio ore inuicem loqui valeremus. Hæc audiẽs beatus Pontifex, quæſiuit, quæ eſſet ipſa, quæ talia loqueretur. Cui illa. Cæcilia famula Chriſti vocor. Ad quam pontifex. Quomodo hoc credere poſſum, cum olim fama diuulgatum ſit quòd venerabilis Cæciliæ martyris corpus ab Aiſtulpho Longobardorum rege furtim ablatum ſit Romæ ipſo reſidente? At illa. Me vtique deſideranter, vt inuenirẽt, quæſierunt: ſed domini mei Ieſu Chriſti, & beatiſſimæ matris eius opitulante gratia, inuenire non potuerunt, neque aſportare. Et ſicut cœpiſti corpus meum cum diligentia, quærere non deſiſtas, quia illi pro cuius amore martyrium pertuli, placet vt tu me inuenias, & in eccleſia, quam nunc nouiter conſtruis, recondas. Et hoc dicẽs ſubtracta eſt ab oculis aſpicientis. Tũc beatus pontifex abſolutis matutinalibus pſalmis pro tã certæ & indubitabilis reuelationis indicio, cœpit ſollicitius quærere, vbi ſacratiſſimum corpus virginis iaceret humatum. Sed Deo tribuente, reperit extra portam Appiam, in cœmiterio, quod dicitur prætextati, aureis veſtimentis cum corpore ſponſi ſui Valeriani, & linteamina ſanguine ſuo cruentata. Quæ omnia ſuis perluſtrans manibus collegit, & cum ſũma veneratione in eccleſia, quã cõſtruxerat, condidit vna cum Valeriano ſponſo ſuo, & Tiburtio cognato eius, & Maximo. Qui videns in decapitatione eorum animas in cœlum cõſcendere, martyrio credens coronatus eſt, ac etiam cum Vrbano papa, & Lucio martyribus illáque omnia ſub ſacro altari collocauit.

S. Cæcilia Paſchali apparet.

Lothario à patre Ludouico imperatore in Italiam directo, & à Paſchale papa conſecrato in imperatorem, Romæ quidam nobilium perimuntur, pro eo quòd promtiores eſſe iuſto viderentur ad fidelitatem Lotharij imperatoris. Quod tamen cum in Paſchalem papam tale crimen retorqueretur, papa apud imperatorem ſe excuſat. Et de hoc crimine coram populo & legatis imperatoris Romæ, cum magno epiſcoporum numero ſe iureiurando expurgat. Hæc Vinc. in ſpe. hiſto. lib. 25.

Cognatus eſt fratermanu.

Cùm hoc Paſchale papa Ludouicus imperator filius Caroli magni tale pactum fecit quod habetur diſtinct. 63. Ego Ludouicus.

A.C. 817.

A.C. 817. Ego a Ludouicus Romanus imperator augustus, ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo domino Paſchali ſummo Pontifici, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis, ciuitatem Romanam cum ducatu ſuo, & ſuburbanis atque viculis omnibus, & territoriis eius, montania atq; maritimis littorib. & portub. ſeu cunctis ciuitatibus, oppidis caſtellis, & villis in Tuſciæ partibus. Item infra. Idem, Quando diuina vocatione huius ſacratiſſimæ ſedis pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutos, licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut priuatim eueniendi, vel electionem faciendi, nulloſque in ciuitatibus aut territoriis ad eccleſiæ beati Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentibus, aliquod malum facere propter hoc præſumat: ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine aliqua perturbatione honorificam ſuo pontifici exhibere ſepulturam, & eum, quem diuina inſpiratione, & beati Petri interceſſione omnes Romani conſilio vno, atque concordia, ſine qualibet promiſſione ad pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate, & contradictione more canonico conſecrare. Et dum conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros reges Francorum dirigantur, qui inter nos, & illum amicitiam, caritatem & pacem ſocient.

Electio Romanorum Pontificũ à Ludouico Romanis conceditur Anſ. l. 4. ca. 35. Iu. p. 5. cap. 51.

Deinde creatur Benedictus 3. & poſt Benedictum Paſchalis 2. qui Paſchalis Victori epiſcopo Bononienſi ſcribens ſic ait 16. q. j. peruenit. Peruenit ad nos, vnde valdè miramur, quod quidam monachi & abbates in parœcia veſtra, contra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura & officia ſibi arrogantur vendicant, videlicet pœnitentiam, remiſſionem peccatorũ, reconciliationem pœnitentium, decimas & eccleſias: cum abſque proprij epiſcopi licẽtia, vel Apoſtolicæ ſedis authoritate hoc nullatenus præſumere debeant, ſicut in Calchedonẽſi concilio cautum eſt. Mandamus itaque dilectioni tuæ, vt eos conuenias, & ne talia præſumant, omnino prohibeas.

Idem 16. q. 7. ſicut domini, ait: Sicut domini veſtimentum ſciſſum non eſt, ſed de eo ſorti ti ſunt, ita nec eccleſia ſcindi debet, quia in vnitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprij epiſcopi eccleſiæ reducantur & ab ipſo ſicut in ſacris canonibus ſtatutum eſt ordinentur, alioquin eccleſiæ ipſæ & clerici earumdẽ diuinis deſtituantur officiis. ſ. per interdictionem ſecundum gl.

Idẽ eo. ſi quis 3. Si quis clericus, abbas, vel monachus per laicos eccleſias obtinuerit, ſecundum Apoſtolorum canones, & Antiocheni capitulum cõcilij excõmunicationi ſubiaceat.

Idẽ eo. nullus 2. Nullus laicorum eccleſias vel eccleſiarum bona occupet, vel diſponat.

Idẽ 16. q. 1. decimas. Decimas à populo ſacerdotibus ac leuitis eſſe reddendas, diuinæ legis ſanxit authoritas. Cæterum à monachis ſeu clericis communiter viuentibus, nulla ratio ſinit, vt milites, aut epiſcopi, aut perſonæ quælibet decimas de laboribus, ſeu de nutrimentis ſuis propriis extorquere debeant. Demum eo defuncto, ceſſauit papatus dieb. 18.

Eccleſ. epiſc. poteſt. reducit. ... Excõmunicetur qui per laicos eccleſias obtinuerit ...

a Ex hoc capite facilè apparet Romam & alias Italiæ Ciuitates ditioni Romani pontificis fuiſſe longè ante ſubditas, & à Conſtantino magno eidem oblatas quæ poſtea longobardis ablata à Pipino, & Carolo magno & ipſo Ludouico ſunt ei reſtituta. Vide Geneb. lib. 4. Chronol. Cæterum in hoc §. multa à librariis errata commiſſa fuerunt. Nam in primis poſt hæc verba ſeu cunctis ciuitatibus oppidis & villis in partib. Tuſciæ interſerebantur iſta & Cathedram Petri tenuit annis ſexdecim, quæ tanquam falſa & aliena expunximus. Apparet enim ex ſuperioribus hunc Pontificem an. 7. tantum m. 3. & d. 17. ſediſſe, ſicut omnes tradunt hiſtoriographi. Quod autem poſtea in fine huius decreti dicitur. Deinde creatur Benedictum tertium, & poſt Benedictum Paſcalis ſecundus. Hoc etiam falſum eſt. Nam Paſchali 1. ſucceſſit Eugenius 2. vt §. ſequenti D. Anton. tradit. Benedictus verò 3. creatus eſt non poſt Ioannem Fœminam (quæ nunquam fuit) ſed poſt Leonem 4. de quo agitur. §. 8. huius cap. Paſchalis verò 2. longo poſt tempore ſucceſſit Vrbano 2. de quo diuus Antonin. tit. 17. cap. 1. ante §. 1. Quare hæc etiam à librariis inepte puto fuiſſe hoc loco repoſita, vel ſi D. Anton. hæc hic apponere voluit, intellexit profectò hos Pontifices alterum alteri poſt aliquos intermedios ſucceſſiſſe, quos ideo in hoc §. attexuit, vt duorum Paſchalium decreta ſimul compingeret, quod non rarò ſolet facere.

Eugenius 2. Pont. max. 101. ſed. a. 3. m. 6. d. 24. A. C. 824. de quo Pont. Plat. & alij.

§. III.

SVcceſſit Paſchali in ſede Petri Eugenius 2. natione Romanus ex patre Boemundo: anno domini 824. ſeditque annis 3. menſib. 2. Et ſecundum chron. Martini hic per Romanos laicos cæcatus eſt, & martyrio coronatus. Ipſe prius cardinalis fuit ſanctæ Sabinæ, quam eccleſiam ciboreo argenteo ſuper altare decorauit, & pictura ſolenni ornauit. Ab hoc Eugenio papa, vt refert Vinc. ſpec. hiſt. poſt Sigebertum, Hilduinus abbas ſancti Dionyſij, ſacrique palatij archicapellanus, Romam mittens, corpus beati Sebaſtiani accepit. Et apud vrbem Sueſſionenſem in baſilica ſancti Medardi collocauit: vbi dum adhuc inhumatum in loculo, in quo allatum eſt iaceret tanta ſignorum & virtutum gratia in nomine eiuſdem martyris emicuit, vt à nullo mortalium enumerari, vel enarrari poſſet. Quorum quædam tanti ſtuporis eſſe dicuntur, vt humanam fidem excedant, niſi certum eſſet Deum (pro quo idem paſſus eſt martyr) omnia facere poſſe.

Circa idem tempus corpora ſanctorum martyrum Marcellini & Petri de Roma ſublata in Franciam tranſlata ſunt, & multis ſignis clarifi-

A.C. 872. clarificata. Corpus etiam ſancti Gregorij papę ad vrbem Sueſſionenſem tranſlatum eſſe dicitur. Communius tamen in vrbe eſſe creditur.

Valentin⁹ pōt. max. 102. ſe. m. 1. d. 10. A.C. 827.

Eugenio ad dominum euocato, ſucceſſit Valentinus natione Romanus, patre Leōrio, qui ſedit dieb. 40. in papatu, & mortuus eſt. Ceſſauitque pontificatus dieb. trib. ſecūdum chron. Marti.

Gregorius 4. Pont. max. 103. ſed. a. 16. A.C. 828.

§. IIII.

POſt eum creatus eſt pōtifex ſummus Gregorius 4. natione Romanus ex patre Ioanne anno domini 827. Et cathedram Petri tenuit annis 16. Hic eccleſiam ſancti Martini in monte à fundamentis deſtructam nouis fabricis ædificauit.

B

Hoc Gregorio monente, ſecundum Vin. vbi ſuprà & omnibus epiſcopis aſſentientibus: Ludouicus imperator ſtatuit in Francia & Alemannia feſtum omnium ſanctorum Calendis Nouembris ſolemniter celebrari, quod à Bonifacio papa primo inſtitutum à Romanis celebrabatur. Huius tēpore, vt ait Marti. in chron. ſuis orta eſt magna tribulatio Chriſtianis. C Nā de Romanis quidam ſcelerati miſerunt ad Soldanum Babyloniæ, vt Romam veniens Italiā poſſideret, tantáque multitudo Saracenorum per portum Centumcellenſem intrans, repleuit faciem terræ, vt locuſtæ viderentur. Obſeſſaque Roma capitur ciuitas Leonina. Eccleſia ſancti Petri ſpoliatur, & equorum ſtabulum efficitur. & non ſolum ciuitas Romana, ſed & omnis Tuſcia in ſolitudinem redigitur. Tandem ad petitionē huius Gregorij, papæ Guido marchio cum Longobardis veniens, & poſtea rex Ludouicus cum Gallicis cū multa D ſanguinis effuſione Chriſtianorum Saracenos de Italia fugarunt. Quo tempore etiam Apuliam & Siciliam deuaſtauerunt.

Gregorij 4. laudes.

Fuit autem pontifex iſte, vt teſtatur Iaco. de coll. vir ſtrenuus, atque benignus, fide Catholicus, ac ſacrarum ſcripturarum ſolertiſſimus inquiſitor, amator pauperum, nil terrenum, nil tranſitorium concupiſcens, totus ad illa, quæ finem neſciunt, ſemper intentus. Diuini igitur amoris igne ſuccenſus hic B. Pontifex, corpus magni Gregorij papæ, per quem ſpiritusſancti gratia toto orbe terrarum inextinguibile lumē E ſapientiæ induxit, ex loco, vbi prius ſepultum erat, leuauit, atque in eccleſia B. Petri apoſtoli cum magna veneratione tranſtulit. Quo in loco oratorium ſuo nomini dedicauit, vbi in altari corpus ipſum, ac etiam Sebaſtiani poſita ſunt. Aſſerunt tamen quędā chronica in Galliā fuiſſe dicta corpora tranſlata, vt dictum eſt ſupra. Sed Romani credunt in eccleſia S. Petri eſſe. quod magis videtur proximum veritati. Hoc tempore reliquiæ Viti martyris à Pariſiis in Saxoniam transferuntur: vnde & ipſi Franci teſtati ſunt, q ab illo tempore Francorum glo- F ria ad Saxones ſit tranſlata.

Sergius ſecundus Pont. max. 104. ſed. a. 3. m. 2. d. 2. A.C. 844.

§. V.

SVſcepit poſt Gregorium quartum regendam eccleſiam Sergius ſecundus natione A Romanus ex patre Sergio anno dñi 844. Sediique annis trib. & mētib. duob. Et eo migrante ceſſauit papatus diebus 15. Hic vt ait Marti. in chron. ſua a dicebatur os porci, quod quia turpe nomen erat, vocatus eſt Sergius. Et exinde in poſterum ſtatutum eſt & ſeruatum vſque in hodiernum diem, vt cum creatur ſummus pontifex, dimittat nomen ſuum, quo vocabatur ante creationem, & vocatur nomine nouo quod ipſimet placet aſſumere ex corū nominibus, qui iam in ſede Petri fuerunt deſcripti & denominati. Et vltra iſtam rationem, ne, ſcili- B cet contingat papam aliquo nomine turpi vocari, addidit Archi. duas alias rationes, videlicet quia & Chriſtus mutauit nomen primi ſūmi pontificis Petri, cum prius vocaretur Simō, Tum etiam ad innuendum, vt totus debeat nouus homo exiſtere, & ſicut mutatur nomine primum relinquens, ſic mutetur moribus relictis omnibus paſſionibus & veterem hominē deponens nouum induat, qui ſecundum Deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

A.C. 844

Eph. 4. Coloſ. 3.

Sergij 2. laudes.

Hic autem pontifex, vt teſtatur Iacob. de coll. in hiſtoria ſua fuit origine inſignis, C fide durus, prædicatione liberior, Deo humilis: hominibus valdè amabilis, pauperum & indigentium conſolator. Ad huius autem electionem confirmandam, vel potius honorādam, Lotharius imperator miſit filium ſuum primogenitum cum multa comitiua principū & prælatorū. Qui à ſummo pōtifice cum magna gloria ſuſceptus eſt, atque ab illo in regē Longobardorum inunctus atque coronatus. Interfuerunt autem huic coronationi penè omnes epiſcopi Longobardiæ & Tuſciæ. Quo facto, poſtulauerunt principes ex perſona di- D cti Ludouici, vt Romani nobiles dicto Lodouico iurarent fidelitatem. Quod ſollicitiſſimus, & prudentiſſimus Pontifex conſtantiſſimè denegauit. Conceſſit autem ipſis petentibus, vt ſicut moris eſt imperatoribus Romanis facere, Romani principes. & primi ciuitatis Lothario, tanquam Romano imperatori fidelitatē promitterent, & iurarent.

a Quod hic D. Anton. ex Martino tradit, apud neminem veterum auctorum inueni, immo ex Anaſtaſio Bibliothecario. qui hoc tempore vixit contrarium magis elicitur, eum. ſcilicet etiam ante Pontificatum Sergium appellatum fuiſſe. Ioannem 12. ego primum inueni, qui priſtinum nomen papa creatus mutarit, cum ante Pontificatum Octauianus diceretur, Onuph. in Plat.

Leo 4. Pon. max. 105. ſed. a. 8. m. 3. d. 6. A.C. 847. de quo Pont. Plat. & alij.

§. VI.

AD dominum Sergio euocato, intronizatus eſt in ſede Petri de communi omnium aſſenſu. Leo 4. natione Romanus, patre Rodulpho anno domini. 847. qui ſedit annis F 8. menſib. 3. dieb. 5. Fuit vir iſte ſecundum Io. de col. valdè ſanctus, vigiliis & orationibus multum vacans, iuſtitiæ quoque conſeruandæ author valdè rigidus, diuinarum ſcripturarum peritiſſimus. Hic ab infantia ob literarum ſtudia inter monachos ſanctos nutritus eſt. Inter quos non ſolum literas didicit, verum etiam in ſtudio ſanctæ conuerſationis, nō quaſi puer,

A.C. 850. *Sic ergo poſt Leonem 4. non hæc chimæra, ſed Benedictus 3. Eccleſiæ præfuit. Præterea Leo nonus, qui ducentis plus minus annis poſt vixit, ſcribens ad Conſtantinopolitanum, patriarcham Michaelem Cerulanum, & Leonem Acridanum epiſcopos, eos grauiter reprehendit, quod fœminam & Eunuchos in ſua ſede collocaſſent, quod qua fronte facere auſus eſſet, ſi fœmina Romæ pontificatum [illegible] eſſet. Neque verò D. Anton. hic nos mouere quicquam debet auctoritas, nihil n. hic aſſerit: ſed omnem hanc fabulam totam illi, a quo ficta eſt, attribuit. vno verò cum Vincentium & Ioanne de Columna ſui ordinis homines nihil de hoc prodidiſſe aſſerit, eos ipſe potius ſe ſequi, & omnem hanc fabulam deſpicere oſtendit.*

dit anno domini. 850. in cathedra Petri annis 2. menſibus 3. diebus 6. Quo mortuo ceſſauit papatus menſe vno. Hic inquit Martinus, vt aſſeritur fœmina fuit, & in puellari ætate à quodam ſuo amaſio in habitu virili Athenas adducta, ſic in diuerſis ſcientiis profecit, vt nullus ſibi par inueniretur, adeo vt poſt Romæ, in triuiis legens magnos magiſtros diſcipulos, & auditores haberet. Et cum in vrbe, in ſcientia, & vita magnæ opinionis eſſet, in papam concorditer eligitur poſt Leonem. Sed in papatu per ſuum familiarem impregnatur. Verum tempus partus ignorans, cum de ſancto Petro in Lateranum tenderet anguſtiata partu inter eccleſiam ſancti Clementis & Colyſeum peperit in via. Et in partu mortua ibidem ſepulta dicitur. Et quia papa eamdem viam ſemper obliquat, cum Lateranum accedit, creditur à pleriſque, quòd ob deteſtationem facti hoc faciat, nec ponitur in catalogo ſummorum pontificum propter mulieris ſexum.

12. Verè valde mirandum & cum Paulo clamandum. O altitudo ſcientiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius, ſi verum fuit, quod vulgo dicitur, vt iſte refert. Et quoddam ſignum ſculpturæ marmoreæ, in via vbi hoc contigit ob huius rei memoriam poſitum dicitur: Vincen. tamen in ſpe. hi. & Io. de col. nil de hoc referunt. Sed & ſi fuit verum, nulli tamen ex hoc ſalutis præiudicium: quia nec eccleſia tunc fuit ſine capite, qui eſt Chriſtus: vnde influxum gratiæ percipit, nec vltimi effectus ſacramentorum, quæ illa conferebat, deficiebant eis, qui deuotè accipiebant ab ea, ſcilicet gratia. Licet illa, ſicut nec aliæ fœminæ ſint ſuſceptibiles caracteris alicuius ordinis, nec conficere eucharistiam, nec etiam de facto ordinare poſſint, nec abſoluere à peccatis, vnde ordinati ab ea erant iterum ordinandi, quia nihil ab ea acceperant, gratiam tamen ſacramentorum Chriſtus ſupplebat in recipientib. dignè, ignorantia facti inuiſibilis eos excuſante à culpa.

Benedictus 3. Pont max. 106. ſed. an. 2. m. 8. d. 16. A.C. 855. de quo Pont. Plat. & alij.

§. VIII.

EO per mortem ſubtracto: creatus eſt ſummus antiſtes Benedictus 3. natione Romanus ex patre Pattodo (aliàs Petro) anno domini 855. Seditque annis 2. menſib. 5. Quo mortuo ceſſauit papatus diebus 15. Hic, vt inquit Marti. conſtituit vt clerici ordinatè incederent & honeſtè viuerent. Hic inter alia bona, quæ fecit, porticum à porta ciuitatis vſque ad ſanctū Paulum & alium porticum à porta ciuitatis vſque ad ſanctum Laurentium inſtaurauit: qui mortuus ſepultus eſt apud ſanctum Petrum. A.C. 858.

De hoc Benedicto iſtud notabile refert Io. de col quòd cum eſſet ſancti Xiſti presbyter cardinalis, omnium conſenſu in papam electus, cum populo, & clero, necnon Romanis nobilibus vrgeretur, vt electioni de ſe factæ præberet aſſenſum, multis cum lachrymis genua flectens flebili voce dicebat. Rogo fratres non me in eam deducatis eccleſiam, quia tanti culminis non ſufficio ferre grauamen. Illi nihilominus cum ſic renitentem ad Lateranenſem eccleſiam deducentes, in pontificali ſolio collocarunt. In decre. diſt. 96. c. ſi imperator. Ioan. papa, ſic ait. Si imperator Catholicus eſt (quod ſalua pace eius dixerimus) filius eſt, non præſul eccleſiæ. Quod ad religionem cōpetit, diſcere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia poteſtatis ſuæ, quæ adminiſtrandis publicis legibus diuinitus conſecutus eſt. Et eius beneficiis non ingratus, contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nihil vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere: non ad ſæculi poteſtates, quas ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi ergo vendicet alienum ius & miniſterium, quòd alteri deputatum eſt, nec contra eum tendat obrumpi, à quo omnia conſtituta ſunt, ne contra illius beneficia pugnare videatur: à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à pontificibus & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos & ſacerdotes voluit ordinari & diſcuti, & recipi de errore remeantes. [Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus, non præferre.

Imperatores debe[nt] pontificib[us] ſubeſſe, non præeſſe. Vol[a]t. lib. 1. tit. 19. Anſel. l. 4. c. 16. [de] Ioanne 8.

Idem cap. ſeq. Am. l. 6. ca. 157. Concordat textus in lib. qui cum maior. §. pen. & fin. cum ibi notatis. D. de bon. li. Nunquam de pontificibus niſi eccleſiam iudicare debere. Non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam abſque eccleſiæ, principaliter conſtitutis pontificibus obſequi ſolere principes Chriſtianos, decretis eccleſiæ non ſuam præponere poteſtatem, epiſcopis caput ſubdere principes ſolitum eſt, non de eorum capitibus iudicare hæc ibi.

a Videtur etiam hic quadam librariorum oſcitantia factum, vt hoc Io. enim 8. teſte Anſelmo decretum, huic Benedicto 3. tribueretur. Solet enim D. Anton. cum aliquod caput Gratiani ex incerto aliquo Pontifice collectum adducit illi Pontifici attribuere, qui eiuſdem eſt nominis. Vt ſupra 6. 2. Pont ſic[u]t Paſchali attribuit quæ Gratianus non illi ſolum, ſed & ſecundo & quarto aſſignat.

A.C. 858. *Nicolaus magnus Pont. max. 107. ſed. a. 9. m. 6. d. 20. A.C. 858. de quo Pont. Plat. Reg. li. 2. & alij.*

§. IX.

DEcedente Benedicto tertio, aſſumptus eſt canonicè ad pontificatus apicem Nicolaus primus huius nominis, natione Romanus, anno domini 857. Sedémque Petri tenuit annis 9. menſib. 2. dieb. 20. Cuius pater Theodorus (aliàs Theodoſius) dictus eſt. Hic vt ait Marti. vir ſanctiſſimus fuit, poſt magnum B Gregorium papam via vllus in Romana ſede ei apparuit comparandus. Cuius ordinationem Ludouicus ſecundus imperator ſua præſentia roborauit. Hic vt ſcribit In. eol. ea Chron. pontificum fuit homo valdè ſanctus, qui mundi honores fugiens Deo ſoli vacare ſtudebat. Vnde audito, quòd in papam deberet aſſumi, fugiens latitauit. Sed inuentus, & violenter tractus de conſenſu omnium factus eſt papa. Erat autem aſpectu pulcher, doctus in verbo, loquela humilis, actu præclarus, ieiuniis, vigiliis, & ora- C tionibus valde intentus. Sub hoc pontifice Michael imperator Conſtantinopolitanus ſeu Græcorum legatos Romam miſit, per quos & munera prætioſiſſima eccleſiæ ſancti Petri deſtinauit. Inter quæ fuit calix aureus miri ponderis, & artificij, pretioſiſſimis lapidibus ornatus.

Nicolaus a Gregorio magno æquiparãdus.

Hic Nicolaus papa, vt vir intrepidus, & magnæ authoritatis, nec tamen à clementia alienus, poſtquam enim depoſuit Ioannem archiepiſcopum Rauennatem, quia vocatus ad curiã D venire contempſerat, eùm poſtea veniens Ioannes ad pedes Nicolai papę ſe humiliaſſet, recognoſcens errorem ſuum, ad preces Ludouici imperatoris ſuo officio reſtitutus eſt.

Nicolaus archiepiſcopum Rauennatem cur depoſuerit.

Idem etiam Lotharium regem fratrem Ludouici imperatoris excommunicauit, ex eo ꝗ Rheberga vxore ſua legitima repudiata Gualdradam pellicem ſuã ſibi coniunxiſſet. Et adeo Romana ſedes hoc enorme ſcelus adulterij ægrè tulit, & deteſtata eſt, ꝗ duo [a] archiepiſcopi, quorum authoritate præter iuris ordinem hoc diuortium celebrauerant, ſeu aſſenſerant, E fuerunt excommunicati, deinde à ſuo officio ſunt depoſiti. Vnde circa iſtam materiam & alia notabilia geſta, per eum habentur in decretis decreta per eum vnde diſt. 96. c. vbinã: imperatoribus ſcribens, ait: Vbinam legiſtis imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus con-A uentibus interfuiſſe: niſi forſitan in quibuſdam, vbi de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis eſt, quæ non ſolum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos? Idem di. ca. ſatis. ait. Satis euidenter oſtenditur à ſeculari poteſtate nec ſolui poſſe prorſus, nec ligari pontificem, quem conſtat à principe pio Conſtantino Deum appellatum nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum eſt. Sed & Theodoſius minor ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ primæ dixit. Deputatus eſt ergo Can- B didianus magnificentiſſimus comes ſtrenuorũ domeſticorum tranſire vſque ad ſanctiſſimam ſynodum veſtram, & in nullo quidem iis quæ facendæ ſunt de piis dogmatibus quæſtiones ſeu expoſitiones communicare. Illicitum namque eſt eum, qui non ſit in ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus. His itaque manifeſtè repertis apparet comminiſtrum noſtrum Ignatium per imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus expelli, in cuius damnatione, quia præſulum quoque aſſenſus eſt C ſubſecutus, apparet id cauſa patratum fuiſſe adulationis, non legitimæ ſanctionis.

Et loquitur Nicolaus papa de Ignatio Conſtãtinopolitano patriarcha, qui a ſuis ſuffraganeis fuerat depoſitus ad inſtantiam Michaelis imperatoris Gręcorum. Quod factum multum deteſtatur, & fieri non potuiſſe oſtendit diſt. 21. in multis c. & præciſe c. ſubmittitur vbi ait: Submittitur Ignatius minorũ inferiorum, & ſubiectorum deliberationibus, cum ſacris canonibus præcipientibus, & canonibus D ſanctorũ patrũ, ſemper, vbi eſt maior authoritas ſit eundum, & in omnibus controuerſiis ad potioris ſedis iudicia actio dirigitur: quod non ſolũ à Catholicis, verũ etiam ab ipſis obſeruatum eſſe conſtat hæreticis, alioquin acephalum liquet eſſe concilium, vbi de tanta perſona agitur, & maiorum non expectata ſententia. Idem in cap. ſeq. ait, Intantum hanc præſumptionem ſancti patres apud Calcedonem deteſtati ſunt, vt Dioſcorum Alexandrinum antiſtitem, inter cætera ideirco potiſſi- E mum ſine vlla reſtitutione damnauerint, quia ponens os ſuum in cœlum lingua eius tranſeunte ſuper terram excommunicationem in ſanctum Leonem papam dictauit. Et in c. nunc autem. di. ea. inducit ad idem exemplum beati Marcellini papæ & martyris, qui quamuis tẽpore Diocletiani thura ſuper prunas impoſuiſſet in venerationem idoli, collecto concilio epiſcoporum, confitente eo peccatum ſuũ, nullus fuit auſus in eum ſententiam ferre dicentibus omnibus. Prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Ex ore tuo iudica cauſam tuã. F Et cum Xiſtus papa 3. infamaretur ſuper quibuſdam in concilio epiſcoporum, vbi erat Valentianus imperator, ipſe ſurrexit, & poſuit in arbitrio ipſius Xiſti iudicare de cauſa ſua.

Idem de eodẽ. c. inferior. ait. Inferior ſedes ſuperiorem abſoluere nõ poteſt. Sola. n. potior inferiorem conuenienter abſoluit. Hinc liquidò peruidetur, quia quem nõ poteſt abſoluere non poteſt iudicio inferior potiorem ligare, vnde & propheta ait. Nunquid gloriabitur,

lecuris

[a] *Hi fuerunt Colonienſis & Treuirenſis, qui paulò poſt Guntherius & Thietgardus eodem nominantur. quos teſte Rheginone. Nicolaus papa Romam vocat, ac frustrà opem imperatoris implorantes omni eccleſiaſtica dignitate priuat. Lothario, ni pellice abdicatã vxorem reuocet anathema denunciat. Vnde vellet nollet Thietbergam reginam in matrimonium recipit. Hic manifeſtè apparuit. quàm neceſſarium ſit, non modo, vt vnus ſummus pontifex Eccleſiæ toti præſit, verum etiam vt is à Spiritu ſancto ita gubernetur, vt Eccleſiam in re quapiam grauiſſima errare non permittat. Alioquin partim vi & tyrannide, partim opibus & blanditiis principum iuſtitia penitus extingueretur. Sand. lib. 7. de viſib. Monar.*

A C.860. ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra, contra eum à quo trahitur? Idem Nicolaus ſcribens Ludouico imperatori Romanorum.d.96.c.in,ſcripturis.ait: In ſcripturis narratur Conſtantinum imperatorem dixiſſe. Verè ſi propriis oculis viderem ſacerdotem Dei aut aliquem eorum, qui in monachico habitu circumamicti ſunt, peccantem, clamydẽ meam explicarem, & cooperirem eum ne ab aliquo videretur. In quibus, deſideratiſſimè fili, neceſſariò commonemini, vt quemadmodũ fide & religione ac honoris paritate ei adæquari videmini, ita quoque humilitate ac deuotione æquiparari nihilominus anheletis, ita vt in nullo inferior eo, ſed potior inueniamini poſt illius [exẽpla qui talẽ ſe exhibuit ante alia prorſ' exẽpla] Sed hęc quidẽ diximus vobis, cautos vos reddere cupiẽtes, vt ſi de domini ſacerdotib. qui iure patres ſũt aliquid cõtigerit vos audite, quod confuſionem piis mentibus ingerat non infrunitum, ſed pudoratos filios Noe imitantes, de reliquo verecundiam contegaris, vt quemadmodum & illi benedictione repleri moderante domino mereamini.

Idem ad Lotharium regem fratrem Ludouici 11.q.3.præcipuè ſic ſcribit. Pręcipuè Gualdradę pellicis tuæ, & dudum à te repudiatæ communionem declina. Excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni contubernio Chriſtianorum ſequeſtrata. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, & pro vnius mulierculæ paſſione vinctus & obligatus ad perenne trahatis exitium. Detetius quippe in populis prælati delinquunt ac per hoc ipſi crudelius, quam cæteri puniuntur, vt Gre.ait: Scire pręlati debent, quia ſi peruerſa vnquã perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exẽpla tranſmittũt.

Idem Nicolaus contra Lotharium regem fratrem Ludouici imperatoris, quia repudiata vxore aliam duxit, ſic ſcribit epiſcopis & archiepiſcopis per Galliam & Germaniam & Italiam conſtitutis 2.q.1.c.vlt. Scelus, quod Lotharius rex, ſi tamen rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri tegimine corporis appetitus refrænat: ſed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit, in duabus fœminis Thieberga ſcilicet & Gualdrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. Sed & dudum epiſcopos Thietgadum & Guntotium in tali facto eos habuiſſe rurores atque fautores, penè totus orbis vndique ad limina ſeu ſedem apoſtolicam confluens referebat. Igitur decernente nobiſcum ſancta ſynodo in præſentia depoſiti, & ab officio ſacerdotali excommunicati atque à regimine epiſcopali alienati indubitanter exiſtunt. De ſententia lata contra hos maximos archiepiſcopos ſcilicet Thietgadum Treuirenſem, & Gunterium Colonienſem habetur plenius.11.q.3.Teugaldum.

Ad Lotharium autem ipſum regem adulterum ſic ſcribit 24.q.3.an non. An non diſtricta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſceris? Quod dominus noſter, niſi poſt ſeptuagintaſeptem generationes ſuo ſalutifero aduentu deleuit, cum Cain fratricidium

A ſeptima generatione, aquis abolitum ſit cataclyſmi.i.diluuij. A C.863.

Idem Nicolaus 27.q.2.ſcripſit.ait: Scripſit nobis Thieberga (aliàs Theoberga) regina, regia ſe velle dignitate, vel maritali copula exui, & ſola vita priuata eſſe contenta, deſiderate. Cui nos ſcripſimus hoc aliter fieri nõ poſſe, niſi eãdem vitam vir eius Lotharius elegerit. Nam licet ſit ſcriptum. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, [Deus tamẽ & non homo ſeparat] quãdo diuini amoris intuitu ex cõſenſu vtriuſq; cõiugis matrimonia diſſoluũtur ſcilicet quo B ad torum, non quo ad vinculum, & tunc Deus ſeparat non homo. Aliter autem fieri mutuam ſeparationem veſtram prohibemus.

Idem ad conſulta Bulgarorum, qui nouiter erãt ad fidẽ conuerſi. ſic ait, 15.q.8.ſciſcitantib. Sciſcitãtib. vobis, ſi à ſacerdote, q fuerit cõprehenſ' in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt debeatis communionem ſuſcipere necne Reſpondemus; Non poteſt aliquis quantumcunque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere quę purgatoria cunctarum contagio nũ exiſtũt nec poteſt ſolis radi' per cloacas & la C trinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde Qualiſcũq; ſacerdos ſit, quæ ſãcta ſunt coinquinari nõ poſsũt Idcirco ab eo vſquequo epiſcoporum iudicio reprobatur, communio percipienda eſt, quoniam mali bona miniſtrando ſe tantummodo lædunt. Et cerea fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, aliis verò lumen in tenebris adminiſtrat, & vnde aliis commodum exhibet inde ſibi diſpendium præſtat. Sumite ergo intrepidè ab omni ſacerdote Chriſti myſteria, quoniam omnia in fide Chriſti purgantur. Quod D intelligendum eſt, vt dicit gloſ. & benè, niſi talis ſacerdos ſit præciſus per ſententiam, vel niſi ſit notorius fornicator, aut ſimoniacus.

Idem circa materiam conſuetudinis ait, ſcilicet ſcribens Michaeli imperatori Græcorum d.11.c.conſequens. Conſequens eſt, vt quod ab huius ſedis ſcilicet apoſtolicæ rectoribus plena authoritate ſancitur, nullius conſuetudinis prępediẽte occaſione proprias tantũmodo ſequendo voluntates remoueatur, ſed firmius atque inconcuſſe teneatur. gloſ. ibi. Niſi eſſet talis conſuetudo, quæ poſſet iuri præiudicare.

Idem ad eundem diſt.12.ſcit ſancta. [a] Scit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſa-E luti credentium diuerſæ pro loco & rempore conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtat authoritas, pro qua eis obuiare debeamus, vnde nihil iudicamus eis debere vel poſſe reſiſtere, Idem ea.d.ridiculum.

Ridiculum eſt & ſatis abominabile dedecus, vt [temporibus noſtris vel falſo inſimulari Dei eccleſiam permittamus vel eas] traditiones, quas antiquitus à patribus ſuſcepimus, infringi patiamur.

Huius etiam tempore rex Bulgarorum ad Chriſtianiſmum cum ſua gente conuerſus eſt,

F

a Hoc caput partim ex lib. Leonis 9. aduerſus Michaelem Conſtantinopolitanum cap.29. partim ex ep.2. ad Photium, quæ incipit poſtquam Beato Petro ſumptum eſt. vide Annot. in decretum.

63. V . de miſſis ad eum à ſede apoſtolica miniſtris acceptis etiam à rege Ludouico ſubſidiis, adeò in fide ſolidatur, vt non multò poſt filio maiore in regno ordinato ipſe ſæculo renuncians monachus factus eſt. Sed inde filius eius iuueniliter agens ad gentilitatis cultum cum vellet redire mutatur cingulo & cultu regio reſumpto filium perſecutus cœpit, & oculis eius effoſſis in carcerem truſit, alioque minore in regnum collocato, habitum reſumpſit, & benè finiuit dies ſuos.

Idem Nicolaus ad conſulta Bulgarorum d. 28. conſulendum, ait: Licet ſacerdotes ſint valde reprehenſibiles, ſcilicet cùm mali & incontinentes, vos tamen Deum conuenit imitari qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, deiicere enim à vobis eos ideò nõ debetis quoniam nec Iudam dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, à numero diſcipulorum eiecit. Verùm de presbyteris vobis, qui laici eſtis nec iudicandum eſt, nec quicquam de vita eorum inueſtigandum, ſed epiſcoporum iudicio, quicquid eſt per omnia reſeruandum.

Idem de quodam, quem pater circa decimum ætatis ſuæ annum conſtitutum, indui fecit habitu monachali contra voluntatem ipſius pueri nec poſtea conſẽſit monachus eſſe, ſcribit vt liber dimittatur 20. q. 3. præſens. Sic dicens. Conſultè pſalmographi verba recolentes, quibus voluntariè ſe Deo ſacrificare pronunciat, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat, præſentem clericum nomine Lambertum minimè debere ca[illegible] ſtimauimus ſub tali violẽtia fieri monachum. Quod enim quis nõ eligit nec optat, profectò non diligit, quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum ergo bonum, niſi voluntarium. Idcirco & dominus non ferendam iniuria virgam, per quam violentia vlli inferatur præcepit. Quapropter conſultius agitur, ſi piis ſuaſionibus contemptum mundi & amorem Dei prædicando, quam violentiam inferendo ad cœleſtem amorem illum accenderitis.

Nullũ bonum niſi voluntariũ.

10. Idem ad conſulta Bulgarorum ait: 23. q. 8. ſi nulla. Si nulla vrget neceſſitas, nõ ſolù quadrageſimali tempore, ſed & omni tempore eſt à præliis abſtinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec quadrageſimæ tempore pro defenſione ſua & patriæ ſeu legum paternarum eſt bellorum proculdubio præparationi parcendum. Ne videlicet Deum homo tentare videatur, ſi habet, quod faciat, & ſuæ ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Idem ad Carolum regem 23. q. 8. reprehenſibile. Reprehenſibile valdè eſſe conſtat, quod ſubintulisti dicendo, maiorem partem omnium epiſcoporum, die noctúque, cum aliis fidelibus tuis contra pyratas maritimos inuigilare ob idque epiſcopi impediantur venire cum militem Chriſti ſit Chriſto ſeruire, milites verò ſæculi ſeruiant ſæculo, ſicut ſcriptum eſt. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, quod ſi milites ſæculi militiæ ſtudeant: quid ad epiſcopos & milites Chriſti niſi vt vacent orationibus?

2. Timo. 2.

Idem 24. q. 3. illi qui peregrinos. ait: Pax illa quam Treugam Dei dicimus, ſic obſeruetur ſicut ab archiepiſcopis & epiſcopis conſtituta eſt, vniuſcuiuſque prouinciæ. Qui autem eam fregerit, excommunicationi ſubdatur. A C 870.

Idem 2. q. 5. monomachiã ait: Monomachiã in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus quam licet iniſſe quoſdam legamus, ſicut ſanctum Dauid contra Goliat ſacra prodidit hiſtoria, nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſancxit authoritas cum hæc & huiuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tentare videantur. 1. Reg. 17.

Idem Vuifredo Morinenſi epiſcopo 7. q. 1. ſciſciatis. Sic ait: Sciſcitatis per Guldagarium presbyterum, vtrum cum à Normannis epiſcopatu depelleris, debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias, frater chariſſime, quia pernicioſum eſt puppim in tranquillitate nautem deſerere quantò magis in fluctibus? Vbi non dicimus, quod perſecutorum non fugiamus maximeque paganorum inſidias, cum ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuinitus aſſequuntur præſertim cum eis prodire vltro non debemus: & multos prophetas & apoſtolos, ipſum quoque dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius cõſtet: ſed quod præcipuè nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, immo qui & horum paſtores ſumus, Deo authore cum eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo conueniat. Et cum tranquillitas reddita diuina pietate fuerit, ſopitaque furentium infeſtatio, mox gregẽ perquirere, in vnum colligere, & eius animos cœleſtis patriæ pace ac potiſſimum ſecuritate prædicata ſurſum erigere debeamus. Et tamdiu ſuper eorum cautela nos oportet eſſe ſollicitos, vt ſi Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ vitæ ſperent ſe gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna. Idem 9. q. 3. patet. ait: Patet profectò ſedis apoſtolicæ, cuius authoritate maior non eſt, iudicium à nemine fore retractandum. Nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Iuxta quod Innocentius papa Ruffo, & cæteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens, ait: Nemo vnquam apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari. Et beatus papa Gelaſius. Nec de eius iudicio a. Romanæ eccleſiæ canones vnquam præceperunt iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt. Ioan. 10.

Idem di. 43. c. vlt. ait: Diſpenſatio eſt nobis cœleſtis ſeminis iniuncta, væ ſi non ſparſerimus, væ ſi tacuerimus. Quod cum vas electionis formidet & clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum eſt. Proinde ſi tunc [illegible] diſcrimen incumbit pontificibus ſiluiſſe quod congruit, itanis (quod abſit, non mediocre periculum eſt, qui cum debent parere, deſpiciunt.

Idem di. 10. lege. [illegible] non in omnibus eccleſiaſticis [illegible] vtendum

A.C.867. vtendum eſt, præſertim cum inueniatur euangelicæ ac canonicæ ſanctioni aliquoties obuiare. Lex imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ad quod oſtendẽdũ duorum heroum ſcilicet Innocentij & Gregorij ſufficiunt teſtimonia. Nam ſanctus Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrũ Antiochenum epiſcopum ait: Quod ſciſcitaris vtrum diuiſis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, ſi duo metropolitani debeant nominari: non viſum eſt nobis ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei eccleſiam mutari, honoreſque aut diuiſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit imperator. Beatus autem Grego. ſcribens ad Theotiſtam patriciam inter cętera ait: Si religionis cauſa debere diſſolui matrimonia dicantur, ſciendum eſt, quia & ſi hoc lex humana conceſſit lex tamen diuina prohibuit. Vbi dicit gloſ. quòd Iuſtinianus imperator, qui hoc ſtatuit errauit. Vel etiam dici poteſt, quòd hoc permiſit ad vitandum maius malum ſcilicet vxoricidium.

[Margin: …l. 9. / 9. / …in …th. col. / …u. 1. c. 5]

Idem di. 97. c. vlti. ait: Nobiliſſimus vir atque ſtrenuus veſtræ ſublimitatis legatus licet nullam epiſtolam iuxta conſuetudinem à vobis noſtro pontificio detuliſſet, licet nunquam apoſtolicæ ſedi modus fuerit abſque ſignatis apicibus vndecunque legationem ſuſcipere, nos tamen vos in illo honorantes, eiuſque grauitatem & eloquiorum eius, veridicas cognoſcentes aſſertiones, nihilominus eum ſicut decuit ſuſcepimus & ei ſicut honeſtum fuit credidimus. Et ibi nota. gl. quod ſine litteris non eſt adhibenda fides legatis. Et multa notabilia circa materiam literarum.

[Margin: …Cyrillus …lauorũ …poſto. …ciatur.]

Huius Nicolai tempore ſanctus Cyrillus penè omnium Sclauorum apoſtolus, quia eos conuertit, qui, vt credo, alibi dicuntur Bulgari corpus ſancti Clementis papæ quæſitum, vbi in mare proiectum fuerat & aquis maris opertum cum templo manebat: quia miraculum illud diu ceſſauerat ſcilicet de ſiccatione maris Cyrillo cum populo pro inuentione corporis exorante, ſiccatum eſt mare vſque ad locum, vbi in templo iacebat corpus illud. Quo ingrediens à Cherſona illud Romam aſportauit.

Adrianus 2. Pon. Rom. 108. ſed. a. 4. m. 11. d. 12. A.C. 867. de quo Pon. Plat. & aly.

§. X.

NIcolao in omni ſanctitate defuncto, factus eſt epiſcopus vrbis & orbis Adrianus ſecundus, natione Romanus ex patre Talaro epiſcopo, anno domini 867. in numero pontificum 109. cathedramque tenuit Petri annis 5. menſibus 11. Hic vt teſtatur Ioan. de col. fuit vir magnarum eleemoſynarum. Cum autem eſſet preſbyter cardinalis atque ſemel à Sergio papa 40. denarios percepiſſet conſuetudinaliter, aureos credo illos denarios vel argenteos, reuerſus domum multitudinem maximam peregrinorum ante domum ſuam reperit. Qui vocato diſpenſatore ſuo dixit illi. Recipe hanc pecuniam, & ſingulis peregrinis ternos denarios tribue. Cumque ille nec tertiæ

A partì ſufficere affirmaret poſſe peregrinorum illorum, cœpit ille per ſe ſingulis ternos denarios dare. Igitur cum miraretur diſpenſator, quòd datis ſingulis ternis denariis adhuc pecunia ſupereſſet, iterũ vir ſanctus cuiuſlibet ex familia ſua tres elargitus eſt. Et cum adhuc ſex ſupereſſent. Vides (inquit Adrianus) quam largus eſt Dominus Ieſus Chriſtus, qui ex illa quãtitate, quã dicebas impoſſibile poſſe ſufficere mihi quoque & tibi tres reſeruauit. Vinc. in ſpec. hiſto. hunc omittit forte nõ aduertens ſed Martin. chro. ponit. A.C.870.

B De hoc Adriano ſic dicitur di. 63. cum Adrian⁹. Cũ Adrianus ſecũdus ad Romanũ põtificatum ab eccleſia Dei genitricis Dominæ noſtrę, quę dicitur ad præſepe, traheretur ad Lateranenſe patriarchium certatim à populo, & clero, & procerib. deportatus eſt. Quod audiẽtes miſſi Ludouici imperatoris, ſcilicet ſecundi moleſtè tulerũt, & indignati ſunt, quòd dũ præſentes eſſent, non fuerunt inuitati, nec optatæ a ſe futuri pręſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione, quod non cauſa contemptus auguſti, ſed futuri temporis proſpectu hoc commiſſum fuerat, ne videlicet le-

C gatos principum in electione Romanorum præſulum mos expectandi per huiuſmodi fomitem inoleſceret: omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt.

De hoc etiam di. ea. c. 2. ex [a] octaua ſynodo ſic dicitur. Adrianus papa ſecũdus, quod Nicolaus prędeceſſor eius diſpoſuerat, miſſos ſuos Donatum ſcilicet Oſtienſem epiſcopum, & Stephanum Epheſinum (aliàs Nepeſinum) epiſcopum & Martinum (alias Marinum) diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ad Baſilium

D imperatorem ſcilicet Græcorum, & ad filios eius ſcilicet Conſtantinum & Leonem auguſtos Conſtantinopolim direxit. Cum quibus Anaſtaſius Romanæ eccleſię Bibliothecarius, id eſt cancellarius, vtriuſque linguæ peritus Gręcè ſcilicet & Latinæ perrexit. Et ſynodo congregata, quam octauam vniuerſalem ſynodum illud conuenientes appellauerunt exortum ſchiſma ex Ignatij depoſitione & Photij ordinatione ſedauerunt Photium anathematizantes & ignatium reſtituentes, in qua ſic ſtatutum eſt. Conſecrationes & promotiones epiſcoporum, concordans prioribus concilijs,

E clericorum electione, ac decreto epiſcoporum collegio fieri hæc ſancta & vniuerſalis ſynodus definiuit & ſtatuit, ac iure promulgauit, neminem laicorum principum vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchę, archiepiſcopi, vel metropolitani, aut epiſcopi cuiuſlibet, ne videlicet inordinata & incongrua hinc fiat contentio vel confuſio, præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quemquam poteſtatiuorum vel laicorum cæterorum habere conueniat: ſed ſilere, & attendere ſibi vſque quo regolariter à collegio eccleſiæ accipiat finem electio futuri pontificis. Hic canon eſt huius Synodi 22. tom. 3. conc.

F

[a] De hac Synodo octaua vide annot. Sur. in tom. 3. Concil. hac autem Synodus 8. vniuerſalis Conſtantinopolitana 4. appellatur, fuit autem 383. epiſcoporum celebrata. A.C. 869. ex Onuph.

Et

A.C. 872. Et in c.1.di.ea.per ipſum Adrianum papam fit interminatio anathematis in contrarium facientes. Ad hunc Adrianum, vt refert Marti. in chron.acceſſit Lotharius rex, quem Nicolaus papa pro adulterio excommunicauerat, vt dictum eſt ſ. Et Romam veniens, vt ſe excuſaret de dicto adulterio, dum pro oſtenſione innocentiæ ſuæ ad communionem corporis & ſanguinis Chriſti tam ipſe, quod optimates
Sup. §. 9. ſui à papa inuitati fuiſſent, quia indignè perceperant omnes intra annum mortui ſunt. Rex etiam Lotharius redeundo in via Placentiæ eſt mortuus.

Ioannes 8. Pōt. Max. 109. ſed. an. 10. d. 2. A.C. 872. de quo Guilhel. Biblioth. Plat. Onuph. & alij.

§. XI.

POſt tranſitum Adriani ſecundi ad ſummum præſulatum aſſumptus eſt Ioannes a 8. natione Romanus anno domini 872. Qui ſedit annis 10. & diebus 2. Hic vt dicit Marti. in chro. vnxit Carolum filium Ludouici regis, in imperatorem. Quo tempore Saraceni per Italiam diſcurrentes eccleſiam ſancti Benedicti in monte Caſſino deſtruxerunt. Ad hunc Ioannem papam Ioannes diaconus Romanæ eccleſię vitam beati Gregorij papæ in quatuor libros laudabiliter deſcripſit.

Hic iniuriam paſſus eſt à Romanis, ita vt in cuſtodia tentus eſſet eo quòd non fauebat Carolo, cum in Francia eſſet. Nam cum Ludouico Balbo ſibi contrario ferè per annum moratus eſt. Hic tradidit venerabili viro Senonenſi archiepiſcopo caput beati Grego. papæ, & brachium S. Leonis Papæ, quas in vrbe Senonenſi reliquias collocauit.

Sub hoc pontifice Ioanne claruit Romæ Anaſtaſius Romanæ eccleſiæ Biblioth. i. cancellarius, qui in Græca & Latina lingua valde doctus, eloquentia facundus, & in omni ſcientia valdè perfectus fuit. Et ſecundum Io. de col. hic octauam vniuerſalem ſynodum iubente Ioanne papa de Græco tranſtulit in latinum. Præterea tranſtulit & hierarchiam Dionifij Areopagitæ, quam ad Carolum imperatorem Ludouici filium dicauit. Inſuper & paſſionem Petri Alexandrini, & Acacij & ſociorum eius & ſancti Ioannis eleemoſynarij ex Græco tranſtulit in latinum, & plura opuſcula fecit. Hic
Quærimonias principes ſæculi audire debent. Ioannes octauus 23. q. 5. adminiſtratores, ſic ait: Adminiſtratores planè ſæcularium dignitatum qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum ad viduarum defenſionem rapacium que

Ansl. l. 3. c. 107.

a Melius longè D. Ant. quam Platina hunc Ioannem 8. quem nonum nominant, ſicq; in omnibus huius Pontificis hiſtoriis, bullis & inſtrumentis appellatur & ſic etiam in 3. parte tit. 22. c. 13. §. 10. nominatur. ſic etiam paſſim vocatur in corpore iuris canonici. Annonius in hiſt. Franc. l. 5. à c. 32. vſq. ad 37. de hoc Ioanne in Galliam profecto multa & maximè memoratu digna literarũ monumentis commendauit: huic ſoli Romanorum pontificum accidit, vt breui temporis ſpatio tres imperatores coronaret, Carolum Caluum, Ludouicum 3. Balbum, & Carolum 3. Craſſum. Annonius & Otho. fiſing. lib. hiſt. 6. cap. 7. & 8.

A refrænationem conſtituti eſſe proculdubio debent: quoties ab epiſcopis & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum quærimonias attentius audiant: & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent: & diligenti ſtudio corrigant. Quod ſi dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communione vſque ad cōdignam ſatiſfactionem priuatos .ſ. poſtquam fuerit lata ſententia contra eos. A.C. 8..

Idem 23. q. 8. præterea. Demago duci ſcribens ſic ait: Præterea deuotionis tuæ ſtudium
B exhortamur, vt contra marinos latrunculos: qui ſub prætextu tui nominis in Chriſticolas debacchantur tanto vehementius accendaris quanto illorum prauitate famam tui nominis fuiſſe obfuſcatam recognoſcis. Quoniam licet credi poſſit, quod te nolente illi nauigantibus inſidientur, tamen quia à te comprimi poſſe dicuntur, niſi eos compeſcueris, innoxius nō habeberis. Scriptum eſt enim: Qui crimina, quę poteſt emēdare non corrigit ipſe cōmittit, gloſ. hoc habet locum, quando quis eſt iudex talium tunc tenetur ad illud.

Idem 17. q. 4. quiſquis. Quiſquis inuentus fuerit reus ſacrilegij epiſcopis, vel abbatibus ſiue perſonis ad quas quærimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit triginta libras examinati argenti puriſſimi componat. Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit eccleſiam vel triginta eccleſiaſticos paſſus qui in circũitu eccleſię ſunt, vel domos, quæ intra prædictos paſſus ſunt, aliquid inde diripiendo vel auferendo; ſeu qui iniuriam vel ablationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus vel monachis, ſiue Deo deuotis, omnibusque eccleſia-
D ſticis perſonis. Idem ibidem. Si quis domum Dei violauerit, & aliqua ſine licentia eius, cui commiſſa eſſe dignoſcitur, inde abſtulerit, vel perſonis eccleſiaſticis iniuriam intulerit, donec in conuentu admonitus legitimè ſatiſfaciat, ſciat ſe communione priuatum. Idem. Si qui monaſteria, & loca Deo dicata, & eccleſias infringunt, & depoſita vel alia quælibet exinde abſtrahunt: damnum nouies componant, & immunitatem tripliciter, & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur.

Effringentes eccleſias vel incendentes & mo-
E naſteria hodie ſunt excommunicati, non autem auferentes inde res tantum.

Ioan. papa ſic ait: 16. q. 3. porro. Porro ſi de annorũ numero fortè quis cauſatur, ſciat quia inter Chriſtianos & eos, qui vnius fidei ſunt numerus certus annorum eſt ſcilicet præſcriptionis. Cęterum vbi paganorum & incredulorum furor in cauſa eſt, quantalibet prętereant tempora iuri non præiudicant eccleſiarum, quæ corporalia neſcientes arma, ſolum dominum & propugnatorem ſuum quando ei placuerit miſereri patienter expectant: Verum ſi annorum prolixitas in talibus impediat, deus ipſe
F reprehendendus eſt, qui poſt quadringentos & triginta annos filios Iſrael de duriſſima ſeruitute Pharaonis, & fornace ferrea liberauit. Sed ipſe per ſe redemptor noſter fuit, qui humanum genus poſt annorum millia de infer- Deut. 4.
ni clauſtris eripuit.

Idem

A.C. 878.

Idem Ioan. 8. regi Ludnuico ſcribens ait: 16. q. 3. c. vlt. Nemo de annorum numero reſultandi ſumat fomentum, quia ſanctę Romanę cui Deo authore ſeruimus eccleſię priuilegia, quæ in firma Petri ſtabilitatis petra ſuſcepit nullis temporibus anguſtantur, nullis regnorum partitionibus præiudicantur. Sed venerandę Romanorum leges diuinitus per ora principum promulgatæ, rerum eius præſcriptionem nõ niſi per centum annos aduertũt.

... eccl. ... niſi cẽ ... anno ... ū præ- ... ptione ... untur.

Martinus 2. Marinus Onuph. Pont. Max. 110. ſed. a. 1. m. 1. A.C. 882.

§. XII.

AD dominum migrante Ioanne 8. cathedram Petri aſcendit a Martinus natione Gallus patre Palumbo: anno domini 872. et ſedit anno vno menſibus duo.

Poſt quem Marti. in chron. ponit Adrianũ 3. patria Romanum patre Benedicto, qui poſtquam anno 1. menſibus 3. ſedit: tandem mortuus in baſilica Petri ſepelitur. Alij ponunt Agapitum, qui pontificatum tenuit anno vno menſibus tribus natione Romanus.

Circa hoc tẽpus Rollo, qui dux erat Nortmannorum baptiſma ſuſcepit, quem quia comes Pariſienſis de ſacro fonte ſuſcepit, vocatus Robertus, ideò poſtea Rollo dictus eſt Robertus. Et ſic Northmannis conuerſis ad fidẽ pax facta eſt inter eos & Gallicos, vbi prius Northmanni debacchantes per Gallias multa mala eis intulerant. Poſtquam autem Rollo, qui & Robertus, baptizatus eſt miro feruore ſe diuino ſeruitio mancipauit atque ſupra omnes ſui temporis principes iuſtitiam dilexit, fouit, atque in ſua terra ſeruari ſtuduit, adeò vt in magnis ac publicis viis armillas, & annulos iuberet ſuſpendi, quę viatorum auiditatem redirent, dum non eſſent qui raperent. Tantaque ſeueritate iniurias maiorum ſine cauſa in minores commiſſas vindicauit, vt tutius & liberius minores viuerent, quam maiores, vnde adhuc in regno Francorum quando alicui infertur iniuria, vel violentia irrogatur, clamare conſueuerunt in eorum lingua. Ah Rollo vtinam viueres. Ira ergo Dei in miſericordiam verſa eſt erga Gallos, qui à Nortmannis & Danis per 40. annos, & amplius fuerant depopulati, & quaſi ad nihilum redacti.

...rtmãni ...uertũ- ... ad ...riſtum ...nc. c. 53.

Conuerſis eis (vt dictum eſt) ad fidẽ & pace reddita per Franciam, corpus beati Martini, quod per timorem Barbarorum de Turonis fuerat deportatum Antiſiodorum, relatum eſt Turonos. In cuius reditu ſeu reportatione, tot & tanta miracula facta ſunt, vt quicunque qualicumque morbo vel incommodo tenerentur, etiam non portati, etiam non rogantes, immo & inuiti occurrentes ſanarentur. Vnde inter cæteros duo infirmi, qui ex ſua infirmitate quæſtuantes multas eleemoſynas recipiebant, audientes mira, quæ fiebant timentes ſanari, ne per hoc quæſtum ſolitum amitterent fugiabant ante illas ſacras corporis reliquias, ſed præter voluntatem eorum obuiantes, ſubitò ſanati ſunt. Sed & cum beati viri corpus fines parœciæ ſuę eſſet ingreſſum brumali tempore omnia fruteta & arbuſta frõdibus & floribus ſunt veſtita. Sed & cerei & lampades per eccleſias diuino lumine ſunt accenſę, & maximè in duabus baſilicis in eius nomine dedicatis. Cãpanæ etiam per ſeipſas nemine tangente pulſatæ ſunt, vnde & tota prouincia Turonenſis hoc feſtum annuatim ſolenniter celebrat.

A.C. 885.

a Pontifex hic quem Martinum 2. D. Ant. nominat, in eius diplomatibus & inſtrumentis ſuo tempore confectis, & in vetuſtis libris hiſtoriisq́; vt Leonis Oſtienſis, Gulielmi Bibliothecarij, Annonij & ſimilium Marinus vbique vocatur, non natione Gallus, ſed ex Galleſio faleriorum in Etruria oppido ortus. Onuph. in Plat.

Stephanus 5. & 6. Onuph. quem alij Baſilium vocant. Pont. max. 112. ſed. a. 6. d. 9. A.C. 885.

§. XIII.

VAcante demum apoſtolica ſede, creatus eſt pontifex vrbis Stephanus 5. natione Romanus 112. ex patre Adriano, de via lata. Fuitque vicarius Chriſti annis 6. diebus 8. Pręfuit autem anno Domini 885. aliqui ponunt Baſilium, ſed communiter illud nõ tenetur. In catalogo pontificum nullus Baſilius inuenitur. Hic ſic ſcribit epiſcopo Moguntino 2. q. 5. conſuluiſti de infantibus qui in vno lecto cũ parentibus dormientes mortui inueniuntur, vtrum ferro candente, vel aqua feruente, vel alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Mouendi namque ſunt, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in vno collocent lecto, ne negligentia qualibet proueniente ſuffocentur vel opprimantur, vnde ipſi homicidij rei inueniantur. Nam ferri cãdentis vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri à quolibet, ſacri non cenſent canones. Et quod ſanctorũ patrum documento ſancitum non eſt ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata, delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum.

Notandũ b etiam, quod quidã alij ponũt ante iſtum Stephanum immediatè Adrianum tertium ſedentem anno vno & menſibus 3. qui capta occaſione per abſentiam Caroli 3. qui contra Nortmannos res regebat primus retulit, ne in creando pontificem imperatoris conſenſus expectaretur, ſed communiter non tenetur, & ideò non ponitur in numero pontificum.

b D. Ant. ipſe §. præcedenti hunc Adrianum 3. in numerum Pontificum retulit quem magna pars hiſtoricorum, & omnes recentiores ſequuntur.

For-

A C. 891. *Formoſus Pont. Max. 113. ſed. a. 4. m. 6. d. 18. A.C. 891.*

§. XIIII.

DEficiente Stephano papa, efficitur Romanæ eccleſię præſul Formoſus 113. anno domini 891. ſedit annis 5. menſibus. 6. & dieb. 18. in pontificatu degens. Hic vt refert Ioan. de col. contra voluntatem quorundam nobilium Romanorum factus eſt papa, qui Sergio Romano fauentes, ipſum ſummo pontificio præeſſe volebant, & non præualentes quieuerunt. Hic Formoſus cum aliquando in ſiniſtrā ſuſpicionem veniſſet Ioanni papæ 8. de quo ſuprà, fugiens epiſcopatum Portuenſem dimiſit. at quia ab eodem reuocatus redire noluit, excommunicatus eſt. Tandem papa Ioanne pro negotiis eccleſiæ in Galliam proficiſcente ad eum Formoſus acceſſit. A quo vſque ad laicalem habitum degradatus, iurauit ſe non amplius Romam intraturum nec epiſcopatum ſuæ vrbis repetiturum inſuper in laicali communione perſeueraturum. Et hæc omnia ſcripto manus propriæ confirmauit. Poſtmodum autem à Martino ſucceſſore Ioannis contra iuramentum datum in epiſcopatum propriū reſtitutus non ſolum Romam intrauit, ſed in proceſſu temporis mortuo Stephano, qui Martino ſucceſſerat, Romanæ ſedis papatum ſuſcepit at propter hanc cauſam multa in Romana eccleſia ſecuta eſt controuerſia: quæ longo poſt tempore agitata, variè in cordibus multorum magnum ſcandalum generauit, vt patebit infrà.

Cum ergo Romani hunc Formoſum papā grauiter infeſtarent, nec eum eccleſiam regere ſinerent, coactus ad ſui adiutoriū Arnulphum tunc imperatorem Romanorum ex Francis vocauit. Qui raptim congregato exercitu Romam venit, ſed intra non admiſſus, ex ea parte, quæ Tuſciam reſpicit, eam obſedit. In cuius obſidione cum quidam lepuſculus ſubito à canibus inuentus, verſus vrbem fugeret, exercitus cum nimio clamore eum ſequitur. Romani autem, qui ex ea parte ad cuſtodiam ſtabant, exiſtimantes vrbem ex alia parte ab exercitu imperatoris captam, relictis mœnibus fugerunt. Quod videntes hoſtes ſcalis applicatis vrbem ingrediuntur, ac reſeratis portis imperator cum eo toto exercitu ſuo ingreditur. Et ſic primum Roma ab exercitu Germanorū capta eſt ſub imperatore Arnulpho. Ingreſſus autem imperator in vrbem à Formoſo papa, cum multo honore ſuſcipitur, poſtmodum imperiali benedictione ab eo ſuſcepta ſolenniter coronatur. His ritè completis omnes illos qui papæ Formoſo iniuriati fuerant ad ſe vocatos in exemplum aliorum decollari mandauit. Scandalum igitur & diſſenſio hinc exorta eſt circa Formoſum papam, aliis eius conſecrationem & ordinatorum ab eo irritam eſſe debere prædicantibus, aliis econtrario F qualiſcunque fuerit Formoſus, tum propter ſacerdotalis officij dignitatem, tum propter fidem eorum, qui ordinati fuerant omnes ordinationes ſeu conſecrationes ratas eſſe debere ſaniori conſilio iudicantibus præſertim cum

A cum ipſe Formoſus à Martino papa abſolutus fuerit à ſacramenti periurio. A. C. 896

Formoſo in papatu ſuccedit Boniſacius 6. natione Tuſcus, qui ſedit diebus tantum 25. at in numero pontificum deſcribitur 114. Boniſacius 6. Pont. Max. 114. ſed. d. 15. A. C. 895

Poſt Bonifacium ſuſcepit eccleſiam Dei regēdam Stephanus 6. numero pontificū 115. natione Romanus anno Domini 897. Qui ſecundum quoſdam ſedit anno vno, menſibus 3. ſecundum alios, vt Vinc. menſibus 4. Huius tempore, vt refert Io. de Col. lateranenſis eccleſia à porta, quæ ad orientem reſpicit, vſque ad B maius altare tota corruit. Hic Stephanus, licet à Formoſo papa fuerit plurimum dilectus, & ab eo epiſcopus Anagniæ ordinatus, attamen poſtquam factus eſt pontifex ſummus ipſum Formoſum perſecutus eſt, & omnes ordinationes eius irritas eſſe decreuit. Inſuper & alia nefāda dictu in eū exercuit. Legitur a .n. quod ipſe corpus Formoſi de ſepulchro eductum, atque in concilio, quod congregauerat apportatum, primo pontificali habitu exutum, laicali veſte indui fecit. Exinde duos digitos dextræ manus abſciſſos in Tyberim præcipitari man- C dauit.

Defuncto Stephano ſucceſſit Romanus nomine natione Hiſpanus: qui ſedit mēſib. paulò minus 4. Et fuit in numero pontificum 116.

Romano ex hac luce ſubtracto cathedram Petri aſcendit Theodorus 2. natione Romanus, qui ibi ſedit diebus 20. Hic contra Stephanum ſentiens, reconciliauit ordinatos à Formoſo papa, quos Stephanus, vt refert Vin. ſpe. hiſt. per vim intus Romæ, & non ſotis exordinauerat, nec tamen præſumpſerat eos iterum conſecrare. Is reconciliatis Theodorus D papa libros renunciationis reddidit, & igni cremari præcepit.

Vita functo Theodoro, vniuerſali eccleſiæ præſidet Ioannes, natione Tyburtinus 118. & ſedit annis 2. menſibus 3. b Hic antē ad confirmandam Formoſi ordinationē, quem Stephanus depoſuerat, ſynodum 74. epiſcoporum

a Quæ de Formoſi cadauere à ſucceſſoribus eruto dicuntur, proculdubio fabulæ magis quam vero ſimilia ſunt, quod ex illorum, qui hac ſcripſerunt diuerſitate & repugnantia facile liquet. Onuph. in Plat. certè D. ipſe Aut. qui Martinum hoc §. ſecutus hunc Stephanum ita in Formoſi cadauer deſæuiſſe perhibuit, i- E *dem §. ſequenti à Sergio fact ratum eſſe refert. Non videtur autem veroſimile duos pontifices vno eodemq́ modo in cadauer exanime, quod præſertim aliquot iā annos in terra iacuerat, potuiſſe deſæuire.*

b Hoc notatu dignum eſt illam non fuiſſe legitimam ſynodum, quæ à Stephano cōtra Formoſi ordinationes habita eſt verum ea demum cenſeri legitima concilia, in quibus epiſcoporum ſententiæ non per vim extorquentur (vt a Stephano factum erat) ſed liberè & more maiorū d cuntur. Pont. verò, qui vel minas vel blāditias in decernendo adhibet, non tam decernit in legitimo fratrum conuentu, quid iuſtum ſit, quam præiudicatæ opinioni ſuæ quodammodo ſatiſfacit. Nec vnquā vllus pontifex Romanus ita in facto publico errauit facti enim erat, & non iuris vt aliquid ſynodum reclamante velut ſynodicum decerneretur, quin mox alij pontifices Romani ſe velut muros oppoſuerint pro fidei veritate & domo Domini. Sand. l. 7. de viſib. monar.

præ

præſentibus Franeorũ archiepiſcopis,& rege apud Rauannam ſtatuit. Et coram eis combuſta eſt ſynodus id eſt geſta ſynodi, quã Stephanus in damnationem formoſi fecerat.

Eo defuncto Benedictus 4.ſucceſſit in papatu anno Domini 902.natione Romanus, qui ſedit annis. 3. vel ſecundum alios 4.menſibus 6.de quo nihil ſcribunt chronicarij.

Poſt Benedictum deſcribitur Leo.5. natione Aretinus.Hunc poſt 30.diem ſuæ ordinationis Chriſtophorus præſbyter eius cepit,atque in carcerem truſit,& ipſe poſt inuaſionem rapuit præſulatum.Sed poſt menſes ſeptẽ eiectus de papatu monachus factus eſt.

Sergius tertius Pon.max.122.ſed.an.7.m.3.d.16. A.C.903.

§. XV.

EXinde creat^a eſt põtifex ſummus. Sergius 3.natione Romanus patre Benedicto anno Dñi 906.ſedẽq; tenuit Petri an.7.menſibus 3.Hic baſilicam Lateranenſem,quæ tota corruerat tempore Stephani ſexti,vt dictum eſt,à ſolo reædificauit,& diuerſis donis & ornamentis ditauit,ſicut ex vtraque parte parietum literis exaratum legi poterat ante columnas illas æneas, quæ ante altare poſitæ erant,vſque ad tempus illud,quo ipſa eccleſia combuſta eſt. A. C. 903.

Iſte Sergius vt refert Vincen.ſpe.hiſt.& Marti.in chron. qui erat prius diaconus, propter Formoſum à papatu reprobatus quæ ab eodem formoſo factus eſt epiſcopus, ad Francos ſe contulit: & eorum auxilio Chriſtophorum inuaſorem papatus capiens,& in carcerem trudens(vt dictum eſt)latenter Romam ingreſſus, papatum inuaſit & Romanos minis & terroribus perpulit, vt omnes Formoſi ordinationes irritas haberent, & in vltionem ſuæ repulſæ (quod dictu nefas eſt) Formoſum de ſepulchro extractum, in ſede pontificatus ſacerdotaliter indutum decollari præcepit.Et inſuper tribus digitis abſciſſis in Tiberim iactari fecit.Et omnes,quos ille ordinauerat, iniuſtè exordinauit & iniuſtius reordinauit.Quod à piſcatoribus inuentum,& in baſilicam apoſtolorum principis cũ loculo deportatum:quędam ſanctorum imagines adoraſſe,& venerabiliter ſalutaſſe viſæ ſunt ab omnibus palam.

Poſt Sergium Romanã eccleſiam ſuſcepit regendã Anaſtaſius 3.patria Romanus anno.Domini 913. & ſedit annis 2. menſib.2.

Anaſtaſi^9 3.Põ.ma. 123.ſed. an.2 m.2. d 22 A.C 911.

Cui ſucceſſit Lando nomine,natione ſabinenſis, chatedram tenens menſibus 4.& diebus 22.& ceſſauit papatus diebus 30.

Lando Põ max. 124 ſed. m.6.d.22. A.C 913.

Landone ad Dominum euocato tenuit cathedram Petri Ioannes 10. anno Domini 917. & ſedit annis 13.menſibus 2.& fuit natione Romanus.Hic ſecundum Ioan.de col.& Mar.fuit Sergij papæ filius.

Ioannes 10.pont. ma. 125. ſed.a.14. m 2.d 15. A.C 914.

Huius conſilio Saraceni, qui Romanorum fines vaſtabant,bello victi ſunt. Cùm enim Saraceni,quaſi dominarentur in Italia primo prope vrbem deuicti ſunt.Demum papa Ioannes cum Alberico marchione intrans Apuliam contra Saracenos apud Garilianum & cum eis durum bellum agentes victores effecti ſunt & inde Romam ſimul reuerſi à populo Romano enim magno gaudio & honore recepti ſunt. Sed poſtea diſcordia interueniente marchio de vrbe expulſus eſt, & in horto caſtrum extruens ibi ſe recepit,& nuncios pro Vngaris vt terram Romanorum poſſiderent,miſit.Qui venientes totam Tuſciam depopulando mares& fœminas & quicquid tollere poterant in Vngariam deportauerunt, propter quod Romani commoti ipſum marchionem trucidauerunt. Vngari verò poſtea ſingulis annis per multa tempora fines Romanorum deuaſtare ſoliti erant. Ioannes verò papa poſtea à militibus Guidonis captus,& in carcerem miſſus,ſuper os ceruicali impoſito ſtrangulatus eſt.

Cuius a loco alter Ioãnes poſitus eſt in ſede

a Hoc decimum ſeculum hoc vno vel maximè infælix fuit:quod huius ſeculi pontifices à virtute maiorum defecerint.Tam ſceleris rei ſunt Germanici imperatores qui ita premebant Eccleſiam, vt ſublatis canonicis electionibus pro libidine & ſæpius pecunia & pactu,ſuimos darent pontifices, & recuſaret electus pontificatum ſuſcipere, priuſquam ab illis confirmaretur. Aliqui etiam vi aut largione ſedẽ inuadebãt.vnde minimè mirandum,ſi tam pauci temporib. tot extiterint.ac breui tempore ſemper vixerint,quando non per oſtium,ſed per poſt.cum,id eſt imperatorum tyrannidem ingrediebantur.Gene. Tunc etiam Pontifices Romani,hinc quidam eorum ambitione & gloria terrena elati, inde alij Zelo iuſtitia commoti, alij alios ita oppugnãt,vt planè videas nullum genus tentationis omiſſum eſſe quod in illam ſedem non irruerit. Nunc autem poſt omnium tentationum genera, Cathedra Petri non mota aliqua eſt. Verum etiam ſtat,floret,atque adeo regnat,cum interim Alexandrinæ,Antiochenæ, Hieroſolymitanæ atque Conſtantinopolitanæ patriarchæ ita taceant,vt in miſera captiuitate degant: vnde iſte honor cathedræ Petri? Nunquid ex meritis pontificum?Non puto.Illi enim licet per octingentos vel amplius annos quam optimi fuerint, tamen hoc ipſo tempore magna ex parte tam mali merint ſunt.vt ſi ad opera hominũ reſpiceretur illa Eccleſia in æternum obſcuranda videri poſſet:hoc tamen ſingulare diuinæ prouidẽtiæ in illam ſedem teſtimonium eſt,quod nulla hæreſi ſub his minus probatis pontificibus fuerit vnquam maculata. Porro cur in hæreſim aliquam non impegerit.nihil prorſus præter diuinam bonitatem afferri poteſt Sciant igitur hæretici,quòd quo plura & grauiora pontificum Romanorum peccata enumerant,eo fortius ſtabilitur fides noſtra. Nã prorſus fieri nõ poſſet,vt poſt a ſcelera pontificum.tamen pontificalis auctoritas per annos mille & quingentos eandem perpetuò doctrinam retineret,eandémque totam militantem Eccleſia communionem in ſeipſa colligeret, atque adunaret,niſi hoc immenſum beneficium à Chriſto effectum fuiſſet,qui eſt æternum Eccleſiæ ſuæ caput, quique per miniſterium pontificũ Eccleſiæ ſuæ corpus in vnitate doctrinæ ac fidei conſeruat atque confirmat Sanderus lib.7.de viſib.Mon.

a Ioanni papa 10.ſi Luithprando Ticinenſi horum temporum ſcriptori credere volumus Ioannes 11.

A.C.928. *Sergij papæ,& Marociæ nobiliſſimæ inter Romanas fœminæ filius matris,quæ tunc in vrbe potentiſſima erat, auctoritate & ſtudio ſucceſſit. Cæterum omnes quotquot de Romanis pontificibus ſcripſerũt,plures autem fuere, Ioannis huic,non alterum Ioannem,ſed Leonem 6.& illi Stephanum 7.ſubijciunt. Poſt quos Ioannem ipſum 11.Sergij Papæ filium,communi conſenſu referunt, quos magis ſequendos eſſe exiſtimo. Onuph. Conuenit igitur D.Ant.cum omnibus his ſcriptoribus. Nam & ipſe poſt Stephanum 7.Ioannem 12.refert.*

Leo 6. Pô. max. 126 ſed. m.6.d.11. A.C.928 Stephan' 7.Onup. 9.ſed.a.2. men.1. d.15.A.C. 928. Ioan. 11. Pô max. 128 ſed an.4.m. 10.d 15. A.C.910. Leo.7.Pô max.129 ſed a.3.m. 6 d.10. A.C.9 5. Steph 8. On.9.Pô. ma. 130. ſed.a 3. m 4 d.15. A C.939. Mar 3. On Max. 2.Pô. ma. 131.ſed a.1 m.6.d. 14.A.C. 942. Agape. 2. Pon ma. 132.ſed. a.9 m. 7. d.10.A. C.946.

B Petri & quia idem Ioannes malè intrauerat, ideo eiectus in numero pontificum non ponitur communiter.

Anno autem Domini 830.aſſumptus eſt in epiſcopum vrbis Leo 6.natione Romanus qui ſedit menſibus quaſi tribus.

Poſt tranſitum Leonis Stephanus 7.natione Romanus ſummus præſul eſt effectus qui ſedit annis 2.& menſe vno diebus 15.

Eo decedente creatus eſt papa Ioannes 11. natione Romanus,qui ſedit annis 4.menſibus 10.diebus.15.

C Huius anno primo,vt refert Mart. in chro. in ciuitate Genuenſi fons ſanguinem largiſſimè effluxit, forte præſagiens & portendens imminentem cladem eius. Nam eodem anno Saracenis ab Aphrica venientibus capta fuit, & rebus omnibus,& theſauris euacuata.

Huius ſequitur Leo 7.natione Romanus anno Domini 936. Et papatum tenuit annis 3. menſibus 6.diebus 10.

Poſt quem fuit Stephanus 8.natione Romanus annis.3. menſibus 6. diebus 10.qui à Romanis mutilatus fuit.

D Præfato ſucceſſit Mart. 3.natione Romanus qui ſedit annis 3.menſibus 6.diebus 14.

Ad Dominum illo migrante in Romana ſede collocatus fuit Agapetus 2.natione Romanus in qua reſedit annis 8.menſibus 6. diebus 10.De præfatis omnibus,quaſi nihil dicunt Chroniſtę vel hiſtoriagraphi. Cœpit autẽ præſidere eccleſiæ anno Domini 945.

Ioannes 12.Pont.Max.133.ſed.a.8.m.4.d. 6.A. C.956.Biblioth.& Plat.

§. XVI.

Appoſitus eſt deinde ad patres ſuos Agapetus papa quo euentu Albertus (aliàs Albericus)quidam ex nobilibus Romanis potentiſſimus tum precibus & muneribus tum etiam comminationibus ſatis egit cum clero vt filius eius in papam eligeretur. Qui quidem ante electionem ſuam Octauianus vocatus eſt, ſed poſtea Ioãnes nominatus in tali nomine 12. Erat iſte iuuenilis valde in moribus. Qui ſolũ curæ carnis deditus, venationibus & luxuriæ vacabat adeoque à ſe pudicitiam abiecerat, vt ad eum mulieres publicè ingrederentur, vt notant Ioan. de col. & Vincen. Sedit autem hoc monſtrum in moribus annis 9.menſibus 3.

Cùm autem primus Otho imperator intraſſet Italiam,vocatus à papa per legatos ſuos & à populis Italiæ, vt eam liberaret à tyrannide Berengarij, qui eam valdè infeſtabat; A.C. dictum Berengarium exilio tradidit, & cum magno cũ honore receptus eſt à clero & populo Romano & ab ipſo Ioanne papa ſolenniter coronatus. Suſcepta autem corona, aliquã diu manſit Romæ. Et pluries cum iſto miſerrimo papa Ioanne collocutus, ſuaſit ei a ſua immundiſſima vita reſipiſcere. Sed cù n minimè proficeret, mores eiusdetęſtatus ad partes Spoletanas imperator ſeceſſit.

Otho imperator Romę coronat. A.C.

B Albericum autẽ(alias Albertum)filium dicti Berengarij ad papam Ioannem venientem, promiſſionibus ipſe & muneribus ad ſe trahens, quærebat contra imperatorem aliquid tentare. Quo percepto à quibuſdam Romanis & cardinalibus, id ei ſcripſerunt, propter quod papa vni diacono cardinali tanquam huius facti conſiliario naſum abſcindi fecit, ſed ſubdiacono, qui literas ſcripſerat manum, vt refert Mart. in chron. Imperator itaque reuerſus eſt Romam. Sed Ioannes papa timens eius aduentum, fugit in Campaniam vbi in ſyluis & montibus, vt beſtia latitabat. Perueniens igitur imperator Romam, ab omnibus vrbis nobilibus obſides petiit, & accepit. Verebatur enim, ne in fauorem Ioannis papæ contra ſe machinarentur. Erat enim, ipſe miſerrimus papa ex nobilium Romanorum proſapia ortus.

Imperator autem de communi omnium conſenſu miſſa legatione Ioanni papę ſuadebat, vt timore depoſito ad ſedẽ ſuam rediret ſecutus. Quo redire nolente, omnes Romani, clerus & populus ſupplicant imperatori vt de digno pontifice eccleſiæ prouideret. Quibus imperator reſpondiſſe dicitur. Vosipſi, quirites, ad quos veſtri pontificis ſpectat electio, Deum præ oculis habentes eligite, qui ſit dignus, & ego quem elegeritis, libentiſſimè confirmabo. Quo audito vna voce, vno conſenſu, Leonem venerabilem virum, apoſtolicæ ſedis protoſcriniarium, natione Romanum, in ſummum pontificem Romani omnes coram imperatore elegerunt, qui ſolenniter ad eccleſiam Lateranenſem deductus, conſecratus eſt.

Leo 8. Pon. 134 an. 3 d. A.C.

E Vtrum [a] autem licitè hoc fieri potuerit, papa, etſi notorius peccator, vnde & ſcandalizans eccleſiam, potuerit deponi etiam à ſynodo, excepto vitio hæreſis, & alius eo viuente, & non renunciante ſponte creari magna quæſtio eſt, nec præſentis eſt operis definire, ſed tamen hiſtoriam texere.

[a] *Quam hoc loco inſolutam D.Anton.dimittit quæſtionem, cum ille in 3 parte ſummæ tit.22.ca. 4.§.3.in vtranque parte tractat, concluditq́; tam ex theologorum quàm Canoniſtarum ſententia, papam ob nullum crimen nullo modo deponi poſſe, niſi propter hæreſim, quod ſi etiam tunc vellet ſe corrigere nullo modo eſſe deponendum. Quare hic Ioannes 12. licet fuerit improbiſſimus, nullomodo deponi à populo, clerôque Romano potuit. Cæterum in hoc maxime Ioannis 12. facto diuina ſeſe oſtendit prouidentia, quam circa Diui Petri ſui vicarij ſedem exercere conſueuit. Nam cum maximi ſchiſmatis occaſio ſuborta videretur, eo quod alij legiti*

Com

A.C. 964. *mum pontificem licet improbiſſimum venerati erant, alij verò eundem tanquam ritè electum contemnerent, Deus qui ſolus ſummus iudicis index eſt Papam Ioannem ſubito in medijs ferè fluctibus ex hac vita ſubſtulit, eiuſque locum vacuum nouo pontifici reliquit. Præterea cum Benedictus à Romanis in locum Ioannis ſurrogatus eſſet Leone octauo iam prius ad eam dignitatem euecto, cumque & imperator & Synodus Leoni, Populus autem Romanus Benedicto ſtuderet: Deus etiam huic morbo duplicem medicinam fecit, vnam ex perſona ſumptam, quod Benedictus, qui ante conſenſerat in Leonem, ipſe electioni ſuæ præiudicaſſe videbatur, alteram ex rei natura petitam. quod idem Benedictus (authore Luitprando qui tūc vixit in fine lib. 6. cap. 11.) ſponte ceſſit iuri ſuo ad Dominum Leonem papam, ipſiuſque imperatoris pedes ſe abijciens, & pallium ſibi auferens, idque cum pontificali ferula, quam manu geſtabat, Domino Leoni Papæ in præſentia ſynodi reddens. Sand. lib. 7. de viſib. mona.*

Deus eſt index ſolus Papæ

a Hic incipit hiſtoricorum varietas in recenſendis huius nominis pontificibus. Nam aliqui ex hoc Ioanne 12. cum bis pontificatū tenuerit, duos faciunt. Quod arguit Ioannem Anglicum (vt qui nunquam in rerum natura fuerit) nunquam fuiſſe agmen inter Pontifices: alioqui ab ipſo vt pote. 8. diuerſitas oriri debuit.

Compoſitis autem in vrbe rebus imperator in Tuſciam iuit, vbi cùm eſſet, Romani aliqui inito conſilio Ioannem a papam, quem ſynodi, cleri, & populi conſilio & aſſenſo, propter ſcelera ſua imperator deiecerat à papatu, reuocauerunt: & in ſede ſua cum ſolennitate non modica repoſuerunt: quem (vt dictum eſt) imperator congregata ſynodo epiſcoporum ante electionem Leonis depoſuerat. Hoc cum perſenſiſſet Leo timens perſonæ ſuæ ab vrbe fugiens ad imperatorem ſe enutulit, & rei ſeriem enarrauit. Quod audiens imperator iratus Romam reuerti diſpoſuit. Sed illis diebus cum papa Ioannes miſerrimus cum vxore cuiuſdam impudiciſſimè oblectaretur in cubiculo à diabolo percuſſus, ſubitò ſine pœnitentia & viatico expirat.

964.

De iſto Ioanne papa & Othone primo ante coronationē eius loquitur, c. tibi domino. di. 63. vbi dicitur. Tibi domino Ioanni papæ ego rex Otho promittere & iurare facio per patrem, & filium & ſpiritum ſanctum, per hoc lignum viuificæ crucis, & per has reliquias ſanctorum: quod ſi permittente domino Romam venero, ſanctam Romanam eccleſiam, & te rectorem eius exaltabo ſecundum poſſe meum. Et nunquam vitam, aut membra, aut ipſum honorem, quem habes voluntate mea, aut meo conſenſu, aut conſilio meo: aut exhortatione perdes, & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad te, aut ad Romanos pertinent ſine tuo conſilio. Et quicquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatē venerit, tibi reddam, & cuicunque regnum Italicum cōmiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendam terram ſancti Petri ſecūdum ſuum poſſe. Et ex his patet quod hanc promiſſionē fecit, antequàm ipſe Otho Romam veniret.

Sic miſerabiliter Ioanne mortuo remanſit in ſede Petri Leo b. Et ſedit anno vno A mēſibus 4. anno Domini. 963. b Sed Romani, defuncto præfato Ioanne: quam citiſſimè elegerunt in papam Benedictum. 5. quendam Romanæ eccleſiæ cardinalem. Quo electo miſerunt nuncios ad Othonem ſuper hoc ſupplicantes, vt ipſum Benedictum de conſenſu ſuo approbaret, & ipſam electionem confirmaret, vt refert Ioan. de colum. Sed imperator ira repletus, & in multis eos accuſans, audire renuit. Et recedentibus talia reſpondit. Ite, & nunciate Romanis Tunc dimittam, vt Dominum Leonem papam in ſua ſede, de qua iniquè ab eis eiectus eſt non reſtituam, quando dimiſero enſem meum. A.C. 965.

B Imperator igitur tum pro expulſione Leonis, tum pro electione alterius ſcilicet Benedicti iratus, magnis cōtractis copijs Romā venit, atque ipſam vndique obſidione vallauit, & omnia, quæ extra mœnia erant, funditus diripiens ad tantam famis miſeriam Romanos adduxit, vt aſini & equi intra vrbem comederētur. Tum igitur malis feſſi Romani, & vltra ſuſtinere non valentes, portas ei aperiunt, atque Benedictum, quem ordinauerant, virum ſimplicem & innocentem imperatoris arbitrio tradunt, atque Leonē ſua in ſede cum ſolennitate reponunt. Quæ poſtquam omnia pro arbitrio principis completa eſſent, ad inſtantiam Leonis Romanis reconciliatur.

C Otho obſidet Romam & capit.

Remanſit itaque Otho primus Romæ aliquamdiu, vbi cum eſſet, adueniente dominicæ feſtiuitatis ſolennitate: Othonem filium ſuum à Leone pontifice coronari fecit. Illique Theophaniam filiam Conſtantinopolitani imperatoris matrimonio copulauit. Et inde recedens in Alemanniam, reuerſus eſt, ſecum ducens prędictum Benedictum, qui ſolum duobus menſibus papatum tenuerat. Et ſecundum aliquos illum in carcere ſtrangolari fecit.

OthoLeonis precibus Romanis cōciliatur.

D Otho. 2. corōatur Theophania filia Nicephori Græci imperatoris Othoni. 2. nubit. Blon.

Et vt dicit Mart. in chron. hic Leo propter malitiam Romanorum, ſtatuit, vt nullus fieret papa, niſi de aſſenſu imperatoris. Et hoc habetur diſt. 63. in ſynodo. vbi dicitur. In ſynodo congregata Romę in eccleſia ſancti Saluatoris ad exemplum beati Adriani apoſtolicæ ſedis antiſtitis, qui Domino Carolo victorioſiſſimo E regi Frācorum ac Longobardorum patriciatus dignitatem, & apoſtolicæ ſedis ordinationem, & epiſcoporum inueſtituram conceſſit: ego quoque Leo ſeruus ſeruorum Dei, epiſcopus cum toto clero ac Romano populo, conſtituimus, confirmamus, atque corroboramus, & per noſtram apoſtolicam authoritatem concedimus atque largimur domino Othoni primo regi Teutonicorum, eiuſque ſucceſſoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis apoſtolicæ pontificem ordinandi, ac F per hunc archiepiſcopos ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vnde debent, exceptis iis, quos imperator pontificibus & archiepiſcopis conceſſit.

Summi pōtificis eligendi iura imperatori conceſſa. Pānor. 8. c. 136.

b Hunc Benedictum appellant ab omnibus, & in eius numeri notatione habet. à ſequentibus pontificibus. qui illud nomen tulerunt, vt Leo, & id quod eius patrum accuratè factum fuiſſe ex ... nec ... ſchiſmaticus fuerit. contra Leonem 8. legitime creatum ... renunciatus. Onuph. ... vide quæ ſuprà diximus.

A.C. 995. cum ponit prædictum Ioannem 14. quem aſſerit cathedram Petri tenuiſſe menſibus 8. Et in caſtro ſancti Angeli per 4. menſes, afflictum fame, demum defeciſſe.

Et poſt iſtum ponit alium Ioannem 15. per menſes 4. in papatu reſidentem.

Poſt quem Ioannem 16. nauiculam Petri gubernaſſe annis. 10. menſibus 6. diebus 10.

Sed Ioan. de col. omiſſis duobus ſcilicet Benedicto 7. & Ioan. 16. deſcribit iſtum Ioannem 15. qui ſedit annis 10. & vltra. Qui ſecundum ipſum fuit natione Romanus, & valdè literatus, qui & libros multos cōpoſuit & in re militari fuit valdè expertus. Hūc Patritius eiusvrbis Creſcētius grauiter in multis perſequi cœpit adeo vt ſummus pōtifex, relicta vrbe in Tuſciā fugeret. Sed cū audiſſet Creſcētius quod papa in ſuū adiutoriū & eccleſię defenſionē Othonē tertium imperatorem euocaſſet, ipſe Creſcentius totúſque ſenatus timens imperatoris ſeueritatem, eius acceſſit ad pedes, atque venia humiliter poſtulata cum ipſo pacificatus eſt, reuerſusque eſt vrbem.

Arnulph' ſede depulſus à P... ice reſtituitur. Æ... 13 & ... li. 45

Eo tempore cum in Remenſi eccleſia Franciæ fuiſſet factus archiepiſcopus, vir honorabilis Arnulphus, de genealogia Caroli magni, qui iam in regno Franciæ ceſſauerat, propagatus: Hugo tunc rex Franciæ de alia proſapia ortus, odio eum habens, conuocatis epiſcopis allegans eum illegitimè factum deponi procurauit, Gilbertū monachum philoſophum, immo potius magnum necromanticum inſtituēdo. Quod audiens ſummus pontifex, legatū miſit Remos, qui cōuocato concilio Gilbertū depoſuit: & Arnulphū in ſuam ſedem reſtituit, Gilbertus autem depoſitus ad Othonem imperatorem ſe contulit, quem in ſcientia erudierat. Qui capta opportunitate archiepiſcopum Rauenatem eum fieri fecit, & poſtea vt dicetur infrà papa fuit.

Cùm Ioannes 15. diem clauſiſſet extremum aſcendit cathedrā Petri Greg. 5. natione Saxo parte Othone anno Dñi 992. qui ſedit annis 2. menſib. 5. Hic ante Bruno dictus: Cum eſſet cōſanguineus Othonis tertij imperatoris, ad inſtātiā eius factus eſt papa. Sed Creſcentius conſul in odiū imperatoris hūc à papatu depoſuit ac pecunia corruptus Ioannem 17. quemdam Placentinum epiſcopum per intruſionem, à cardinalibus & clero eligi procurauit in papam. Quo audito imperator ira ſuccēſus in Italiam, deinde ad vrbem venit, & Creſcentium in bello cum ſuis deuictum ante portam vrbis patibulo affixit, & illum Ioānem intruſum, qui 10. menſibus papatum ſibi vſurpauerat exoculauit. & deficiente Gregorio 5. imperator procurauit in papam aſſumi Gilbertum magnum de quo ſequitur.

Silneſter. 2. Pont. max. 144. ſed. a. 4. m. 6. d. 12. A.C. 998.

§. XVIII.

ANno Domini 1000. minus terno cum imperator Otho. 3. punito Creſcentio eum adhærentibus ſibi Romanis rebellantibus, de

A clero & populo Romano iam pro arbitrio ſuo diſponere poſſet, Gilbertum archiepiſcopum Rauennatem, ad quam dignitatem imperator ipſe fecerat eum promoueri, non dicam ſummum philoſophum, ſed peſſimum magum, in papā elegit, & conſecrari fecit, & Sylueſtrum 2. nominari natione Gallicū. Hic igitur Aquitanicus, vt teſtatur Ioannes de col. à pueritia in Floriacēſi cœnobio in diœceſi Aurelianēſi Monachus fuit. Demum inſtinctu dęmonum clanſtrum exiēs Hiſpaniam petiit, veniensq; Hiſpalim, quæ nūc Sibilia dicitur, ibidē diu manſit: B Hæc enim ciuitas tūc à Saracenis poſſeſſa tenebatur, qui ſolum diuinationibus & incantationibus vacabant. Diſcit ergo Gilbertus omnem aſtrologiæ & diuinationis artem, & necromantiæ. Quadriuiū etiam ita imbibit, vt illas artes, quas liberales vocant, iam dudum obſoletas in Galliam reuocaret.

Hæc Vin. c. 98. ſed magna ex parte omnia falſa ſunt.

Hoſpitabatur autem apud quemdam philoſophum Saracenum, qui vnum habebat codicem, in quo totius necromantiæ artis regulæ & characteres habebantur. Quem librum C Gilbertus nulla arte extorquere poterat à magiſtro. Tandem iuuante philoſophi filia, quam Gilbertus familiariter cognoſcebat, librum illum furatus eſt, fugienſque diabolo homagiū fecit, ſi magiſter, qui illum inſequebatur eum minimè inueniret. Itaque diabolo iuuante venit in Franciam, vbi publicas ſcholas profeſſus eſt. Habuitque comphiloſophos ac ſtudiorum ſocios Conſtantium abbatem ſancti Maximi, ad quem regulam de abbaco computi condidit, Adibolbum epiſcopum Vinziburgenſem, cuius inuenitur epiſtola ad eundem Gilber- D tum de quæſtione diametri ſuper Machrobiū. Habuitq; diſcipulos prędicādæ indolis, & no-

a Deceptus D. Anton. à Martino Ciſtertienſi, & additionibus Galfrid. in Chronicum Sigeberti magiæ crimen viro optimo & doctiſſimo Silneſtro 2. impegit, à quo tamen crimine eum liberat Onuph. in Plat. qui ex Anno. li. 5. de rebus geſtis Francorum c. 46. & Guilielmo Biblioth. & aliis aſtruit, hunc doctiſſimum fuiſ- E ſe mathematicum, & philoſophum egregium, qui propter inſignem doctrinam, primus Archiepiſcopus Remenſis, deinde Rauennas ab imperatore Othone 3. demum papa factus eſt verum quoniam rari admodum tunc in occidente erāt, qui philoſophiæ & mathematicis operam darent, ab imperito vulgo ſtatim & magus & necromanticus vocabatur. Idem etiam epitaphium eiuſdem à Sergio papa factum producens, quæ de hoc doctiſſimo pontifice ficta ſunt aperttiſſime redarguit. Quem etiam ſequitur Blondus lib. 3. dec. 3. ſcribens. Nullus ſcriptorum affirmare Dubitat Silneſtrum 2. literis moribuſque ornatiſſimū fuiſſe. Denique cum teſte F D. Anton. Otho tertius & Robertus Galliæ Rex principes optimi Silneſtrum 2. præceptorem in literis moribuſq; habuerint, quis credere poteſt, vel pios principes Othonem 2. & Hugonem Capetum filios ſuos hominis mago & hiſpali inter Saracenos edocto erudiendos voluiſſe tradere vel ipſos tam probos religioſoſque principes ex hominis magi & necromantici ſcola vnquā prodiiſſe: Multa alia ad hæc redarguenda afferre poſſem. ſed hæc ſufficiant, quæ non tam contra D. Anton. quam contra infames hominum rumuſculos obſeruanimus.

A.C.997. bilis proſapiæ Robertum, filium Hugonis Capet & Othonẽ tertiũ filium ſecundi Othonis.

Hugo autem vt ſuprà dictum eſt, fecit eum archiepiſcopum Remenſem. In qua eccleſia ipſe Gilbertus fecit arte mechanica horologium mirabile [& organa hydraulyca, quæ calefactæ aquæ violentia modulatus edebant ſonos.] Otho autem 3. poſtquã ſublimatus eſt ad imperium prius fecit eum archiepiſcopum Rauennatem & poſtea in proceſſu temporis fecit eum in papam eligi. Vigebat animo ipſe Gilbertus fortunas ſuas fauore diabolo, vt nihil, quod cogitaſſet, imperfectum relinquere vellet. Theſauros olim gentibus defoſſos arte necromantica inueniebat, inuentóſque cupiditatibus ſuis applicabat.

Erat autem eo tẽpore in campo Martis ſeu martio quędam ſtatua marmorea, quę indextro manus digito ſcriptum habebat. Hic percute. Quam ſuperioris æui homines, in eius capite theſaurum habere æſtimantes multis ictibus detruncauerant. Gilbertus autem ille ſole meridiano notans quo vmbra digiti ipſius ſtatuæ protendebatur, palum præfixit. Adueniente autem nocte cubiculario ſuo comite allociatus eò tendit. Ibi terram ſolitis artibus aperiens, latum patefecit ingreſſum, quo ingreſſi viderunt ibi gentem auream, aureos parietes, aurea lacunaria, ſtatuas aureas, ac vaſa aurea magni ponderis & pretij. In contrario angulo ſtabat puer extento neruo arcum tenens. Continuò autem, vt quis manum ad contingendum aptaret, videbantur omnes ex ſtatuæ ſuæ imagines proſilire, & impetum facere in præſumptorem. Quo timore abductus Gilbertus nihil tetigit. Cubicularius autem, qui cum eo erat, putans in tanta præda paruũ furtum facere, cultellum vnum accepit mirabilis operis, & pretij. Mox puer arcum tenens ſagittam iecit in carbunculum, qui ſuo ſplendore domum illam illuſtrabat, & tenebras induxit & niſi monitu Gilberti cultellum reponere acceleraſſet, grauem pœnã fortaſſe ſenſiſſent ambo. Hoc tamen non video, quomodo ſciri potuit, niſi ipſi qui ſoli ibi fuerunt manifeſtaſſent aliis.

Dubitat D. Anton. de huius hiſt. fide.

Factus ergo papa iſte magus maximus, fuit in ſede Petri anno vno, qui ſuæ ſalutis oblitus, à dæmone petiit, quem familiarem habebat, quantum deberet viuere, & papatus ſui honore. Reſpon. ei diabolus, quod tandiu eſſet victurus, quouſque miſſam celebraret in Hieruſalẽ. Gauiſus ergo Gilbertus ea reſponſo eſt: quia credebat miſer lõge ſe eſſe à ſuo fine, ſicut longè erat à voluntate vltra mare in Hieruſalem peregrinandi. Sed deceptus a diabolo in locutione ſua æquiuoca (vt ſui moris eſt) quam nõ intellexit. Nam Romę eſt eccleſia, quę vocatur ſanctæ crucis in Hieruſalem, in qua nunc reſident Carthuſienſes, in qua papa ter in Quadrageſima ſolitus erat celebrare, & intitulatur ſtatio ad ſanctã Hieruſalem. Cum ergo vna dierũ miſer ille illuc acceſſiſſet miſſam celebraturus, & iã miſſam inchoaret ſubitò graui febre corripitur, & poſt hoc ſtrepitum nimium dæmonũ ſenſit. Qui miratus ad mentẽ reductus, quòd eccleſia illa vocaretur Hieruſalẽ, & cognouit

A ſe à diabolo deceptũ. Creſcente autẽ [illegible] ne omnes cardinales ad ſe vocari fecit [illegible] quibus facinora ſua plorando expreſſit, & quã ois ſceleratiſſimus, tamen de miſericordia [illegible] non eſt diffiſus. Sed cum punctus, adhuc viuens præcepit, vt eo mortuo omnia membra ſua, quibus diabolo obſequium præſtiterat, minutatim præciderentur, & truncum ſuper currum poſitum ibi ſepeliri mandauit, vbi equi illi in currum trahentes per ſeipſos deſecerint. Qui diuino nutu in ſignum perfectæ contritionis [illegible]

B ius & quòd miſericors & piiſſimus D[illegible] illi pepercerat, illud ad Lateranenſem [illegible] detulerunt. Hic inter claros ſcientia [illegible] ſua ætate connumeratus eſſet, ſi ſe etiam ſuam arte diabolica non fœdaſſet: vnde quidam in numero pontificum eum non ponunt, quia Silueſter iſte non per oſtium intraſſe creditur, ſed eo omiſſo, quemdam Agapitum in catalogo deſcribunt. Inſuper & de morte eius quidam ſcribentes aſſerunt hunc à diabolo ſubitò percuſſum obiiſſe. Hæc ita diffuſa de iſto ponit Ioan. de col.

C Syluęſtro de hac luce ſubtracto [a] Mart. in chron. ponit Ioannem 18. qui ſedit menſibus 5. & diebus. 25.

Ioannes [illegible] an[illegible] 5 [illegible] 4 d [illegible]

Et poſt eum Ioannem 19. qui ſedit annis. 5. Et ceſſauit papatus menſe vno, poſt quem ponit Sergium. Sed Io. de col. de illis duobus qui dicti ſunt Ioannes nullam mentionẽ facit. Sed poſt Syluęſtrũ pręfatum ponit Sergiũ. 4. qui ſedem Petri tenuit annis 2. & mẽſibus. 7. qui fuit ſanctæ vitæ & honeſtæ conuerſationis.

C 100[illegible] Ioan[illegible] Pon[illegible] 14[illegible] an[illegible] 7.

Circa illud tempus ſecundum Vinc. ſpe. hiſt. 2. & Ioan. de col. & Mar. ſucceſſit in regno

D Franciæ Hugoni Capet filios eius Robertus, qui fuit princeps deuotiſſimus & religioſiſſimus, & diuino officio affectuoſiſſimus: ac in cãtu eccleſiaſtico non mediocriter edoctus. Nam & denotam illam ſequentiam compoſuit, quæ incipit. Sanctiſpiritus adſit nobis gratia, quæ cantatur in die pentecoſtes. Et reſponſorium illud. O Iuda & Hieruſalem. Fertur etiam: quòd cum in vigilia apoſtolorum Petri & Pauli poſtquam ad viſitanda limina apoſtolorum veniſſet, in miſſa aliquamdiu ante altare co-

E cum oraſſet, ſurgens ſuper altare quandam ſchedulam poſuit. Exiſtimantibus quibuſdam, quòd magnum aliquod munus obtuliſſet, inuenerunt miniſtri altaris dictam ſchedulam, in qua ſcriptum erat reſponſorium illud notatum cum ſuo verſu, Cornelius centurio, quod compoſuerat ipſe rex cum cantu ſuo. Tantæ deuotionis erga diuinum officium fuiſſe dicitur, quòd ſemper in magnis feſtiuitatibus in aliquo monaſterio eſſe volebat, & non ſolum cum monachis in choro cantabat, ſed & cappa ſericea indutus chorum re-

F gebat. Vnde cum ſemel quoddã caſtrũ quod

a Hos etiam Pontifices Platina & Onuph. & [illegible] recenſent. Cæterum D. Anton. Ioannis [illegible] qui cum [illegible] gorio in ſchiſmate ſedit, de quo ſuprà in fine §. [illegible] dentis dictũ eſt, in nota huius nominis rationem [illegible], quod nõ videtur debere fieri, vt notat Pla. in vit[illegible] Ioannis, eo quod ille legitimus Pontifex non fuerit [illegible] ſchiſmaticus, vt ſatis ipſe D. Anto. indicat. Quare [illegible] mur nos potius Onuph. & hunc Ioannem [illegible] & ſu[illegible] ceps nominabimus Pontifices, qui hoc Ioannis non [illegible] habuerunt.

A.C. 1011. ſibi rebellauerat, obſediſſet, relicto exercitu, propter feſtum ſancti Aniani, venit Aurelianum. Et cum eadem die, Agnus Dei, alta voce cantaret in miſſa, eodem momento muri illius caſtri, quod inexpugnabile videbatur, corruerũt. Quo tempore etiam fulſerunt in Francia Philibertus Carnotenſis epiſcopus, & Odilo abbas Cluniacenſis, de quo ſuprà. A

Poſt tranſitum Sergij inſulatus eſt ſummo põtificio Benedictus 8. natione Tuſculanus ex patre Gregorio, anno domini 1011. Qui vixit poſt ſui creationem annis 12. minus diebus 10. Et ceſſauit papatus anno 1. Hic eiectus fuit de papatu & alius factus: vnde ſecutum eſt magnum ſchiſma ſecũdum Marti. & Ioan. de col. B

Bened. 8. ... Max 148. ſed. a. 11. ... 11. 1012.

Hunc Benedictum Papam (vt refert Petrus Damianus) quidam epiſcopus ei notus vidit poſt mortem equo nigerrimo inſidentem. Cui dixit epiſcopus. Nonne tu es papa ille Benedictus, quem iam defunctu nouimus? Ego (inquit) ſum ille infelix Benedictus. Quomodo (inquit) eſt tibi pater? Grauiter (reſpondit) crucior. Sed ſi mihi adiutorium præbeatur, de ineffabili Dei miſericordia non deſpero. Vade ergo ad ſucceſſorem meum Ioannem papam, & dic, quod in tali arca certã pecuniæ ſummam inueniet, quam pauperibus diſtribuat, quia quicquid pro me antea datum fuit, nihil mihi profuit, quia de rapinis fuit. Quod epiſcopus fideliter impleuit ſibi commiſſum, & territus hac viſione, epiſcopatui cedens factus eſt monachus in quodam monaſterio, vbi vitam fœliciter conſummauit. C

Benedictus poſt ... cap. 3.

Benedicto ad patres appoſito, vocatus eſt ad apicem ſupremæ dignitatis Ioannes 20. natione Romanus, ex patre Gregorio epiſcopus Portuenſis anno domini 1022. Et in ea manſit annis 11. qui bellum habuit cum Romanis. D

Ioãnes 19. Pont. Max ... ſed. a. ... 9. d. 9. A.C. 1024.

Gens Vngarorum vſque ad illa tempora cultui idolorum dedita, per Gizillam Henrici primi imperatoris ſororem, quæ Vngarorum regi nupta erat, ad fidem perfectè conuerſa eſt. Hæc enim ſancta mulier ſua inſtantia ad hoc virum ſuum regem induxit, vt ſe & totam gentem ſuam ab imperatore Henrico baptizari peteret humiliter & deuotè. Qui rex in baptiſmo Stephanus eſt vocatus. Cuius merita vſque in hunc diem multa miracula commendant.

Vngari ad Chriſtũ cõuertuntur. Sigeb. ... 1 6 Bõ ... l. 1 de ... Nancl quita ... hoc ſub Benedicto 6. ... hibẽt.

Defuncto Ioan. ſucceſſit in eccleſiæ vniuerſalis regimine Benedictus 9. nepos ſupradicti Benedicti papæ, vnde & natione Tuſculanus patre Alberico. E

Qui de papatu eiectus eſt, factúſque alter ſcilicet epiſcopus Sabinenſis vocatus Syluester tertius, natione Romanus, patre Laurentio qui ſolum diebus. lvj. ſedit.

Et eo depoſito Benedictus eiectus ſedem ſuam recuperauit, & dignitatem ablatam. Hic ſedit in cathedra Petri annis. xiiij. Hic poſt mortem ſuam ſecundum Io. de col. & Mart. apparuit iuxta molendinum in ſpecie animalis cuius corporis cauda erat aſini, reliquum ſicut vrſus. Cúmque ille cui apparuit territus fugeret, clamauit monſtrum poſt illum dicens. Noli me expaueſcere. Scito me hominem fuiſſe, ſicut & tu, ſed Dei voluntate in tali ſpecie vagor propter peccata mea: quia non ſicut papa, ſed ſicut beſtia vixi. Io. de col. F

dicit, quòd poſtquam iſte Benedictus ſedem recuperauit, de qua eiectus fuerat, ad hoc fauentibus ei nonnullis ex maioribus & multis datis muneribus, quia idiota erat, & omnium pene literarum ignatus, ad vices eccleſiaſtici officij exercendas ſecum conſecrari fecit dictum Silueſtrum nominatum. Quod cum multis nõ placeret, tertius inducitur, qui ſolus vices duorum impleret, qui ante Gratianus (aliàs Ioannes) dicebatur, ſed dictus eſt in papatu Gregorius ſextus. A.C. 1045.

Gregorius 6. Põt. Max. 151. ſed. a. 1. m. 7. d. 29. A.C. 1045. de quo Greg. 7. multa ſcripſit. Hæc autem ex Guilielmo Saliſb. habet Vin. lib. 25. cap. 25.

§. XIX.

GRegorius ſextus poſt Benedictum 9. cathedram Petri glorioſus aſcendit: qui presbyter fuerat ſancti Ioannis ante portam latinam. In qua permanſit annis 2. menſibus 6. Hic Gregorius, vt diffuſè ſcribit de eo Ia. de col. Romani pontificatus ſtatum per anteceſſorum ſuorum incuriam valde diminutum inuenit, adeo vt præter pauca oppida vrbi vicina, & oblationes fidelium nihil haberet, quo ſe & ſuos cardinales ſuſtentaret. Nam ciuitatem & poſſeſſiones quæ ad ius Romanæ Eccleſiæ pertinebant, à tyrannis nobilibus tam Romanis, quam circumquaque poſitis ablatæ erant. Inſuper viæ publicæ & ſtratæ ferè per totam Italiam à latronibus & prædonibus obſeſſæ erant, adeo vt peregrini niſi magna turba adunati Romam ad viſitanda limina apoſtolorum abſque periculo venire non poſſent. Quare pene ceſſatum erat ab omni prouincia ad vrbem cauſa deuotionis accedere. In ipſa verò vrbe in medio foro ſicarij vagabantur. Principis apoſtolorum eccleſiam, quis videre cupiens, ſi in id hominum genus caſu incidebat, ſine ſubſtantiæ vel ſalutis ſuæ damno domum minimè reuertebatur.

His tantis malis Gregorius ſummus antiſtes primò leniter, vt decebat pontificem occurrere cœpit. Mandat ergo primò, vt à peregrinorum infeſtatione ceſſarent, & à rapina ſacrorum, vt permitterent oblationes fidelium in vſus tranſire miniſtrorum Chriſti promittens ſe aliquo modo eis prouiſurum, ſi egeſtate ad rapinas compellebantur. Quos autem cupiditas exagitabat, ipſi pro timore Dei & ſæculi honeſtate modũ ponerent, ſe ab huiuſmodi retrahentes. Inuaſores autem eccleſiaſtici patrimonij mandans & epiſtolis inuitans, vt aut ablata redderent, aut iure ſe illa tenere in ſenatu Romano probarent. Si neutrum facerent ſe membra eccleſiæ non eſſe cognoſcerent.

Pontifex leniter prædones in viam reuocare nititur.

Talia frequenter concionatus, nihil aut parum profecit. Tunc omnes excommunicauit, qui talia agerent, & qui eis in cõuiuio, aut colloquio participarẽt. Illi aũt excõmunicati ecõtra furere, minis aures territare ac muros Vrbis armis circũſonare cœperunt adeo vt papæ mortẽ intẽtarẽt. Tunc ſũmus ſacerdos ferro abſciſſiõis vtẽdũ iudicãs, arma & equos vndecũq;

A.C.1045. conquiſiuit milites & equites congregauit. Ac primum eccleſiam beati Petri occupans, rapto res oblationum vel extinxit, vel fugauit. Occiſis ſibi renitentibus, prædia & oppida multò tempore amiſſa, in antiquum ius reſtituit. Romani interea rapto viuere aſſueti, ſanguinarium illum vocabant, & indignum, qui deo ſacrificium offerret, tot cædium conſcius. Ipſi etiā cardinales idem videbantur ſentire, & calūnias inferre, adeò vt ex valetudine, qua defunctus eſt, decumbentem, conſilio inter ſe prius habito, auderent eum admonere ne ſe in eccleſia principis apoſtolorum cum cæteris pontificibus ſepeliri mandaret, qui tot hominum mortibus pontificale fœdaſſet officium. Quo audito ille recollecto ſpiritu toruiſque luminibus minax hanc ad illos orationem feciſſe dicitur.

Oratio papę ad cardinales habetur apud Vinc. c.23.

Si in vobis vel ſcintilla humanæ rationis eſſet, ſcientia diuinæ authoritatis, tam præcipiti ſuaſione non conueniretis pontificem veſtrum. Qui quamdiu vixit, & patrimonium meum in veſtra cōmoda effudi, & famam pro veſtra liberatione neglexi. Et ſi alij quæ prætenditis attexerent: par erat eis vos obſiſtere, & opiniones ſtultorum interpretationibus melioribus delinire. Cui quæſo theſaurizaui? Forſitan mihi? An theſauros anteceſſorum meorum habebam, qui cuiuslibet auaritiæ ſufficerent? Quibus ſalutē, quibus reſtitui libertatem, referetis quidem mihi. At adorabar à populo, & liberè, quæ volebam, actitabam. Applaudebatur mihi totis votis. Has laudes, hos applauſus abſtulit mihi veſtræ tenuitatis intuitus. Ad vos flexi animum, & ſeuerius agendum exiſtimaui. Fortuorum veſtrorum titulos impius prædo abliguriebat, vos inopem vitam agebatis. Illi de oblationibus veſtris precioſa ſibi ſerica mercabantur, os populari & diſſuto amictu oculos mouebatis meos. Itaque cum hoc nequirem pati, bellum illis indixi, vt damno ciuium emerem gloriam clericorum, ſed vt modo experior, in ingratos collata beneficia perdidi. Nam morientem patrem filij de ſepultura ſua exagitāt. Communē mortalium domū mihi negabitis? Non arcetur ab introitu eccleſiæ meretricula, non vſurarios, non latro, & vos papam ingredi prohibetis? Quapropter filij tam præruptæ audaciæ pœnitentiam agite. Stultè enim & amarè locuti eſtis, ſed ne ſola me vti authoritate putetis, & rationem accipite.

Mat. 6.

Omnis actus hominum ſecundum intentionem examinari debet, vt eo vergat facti iudicium, vnde proceſſit faciendi conſilium. Vt enim veritas dicit. Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidum erit, ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Crebro miſerabilis me tuter pellaxit egenus, vt eius leuarem inopiam. Ego ſororium inſcius non ſolum abnui, ſed multa pecunia onuſtum dimiſi. Diſcedens ille latronem offendit, qui videns eum pecuniam portantem, clauā, quam ferebat, percuſſum occidit. Nunquid inde iudicandus ſum, qui peregrino dederam, vnde mortē incurrit? In legib. eccleſiaſticis & forenſibus idem factum & laudatur, & punitur diuerſis reſpectibus. Animaduertitur in latrone, quòd hominem occidit in occulto, probatur in milite quod fodit hoſtē in bello, itaq; homicidiū in iſto laudabile in illo vituperabile. Laudatus eſt olim præceſſor noſter Hadrianus prædicandæ memoriæ quod inueſtituras eccleſiarum conceſſit Carolo magno, ita vt nullus electus conſecraretur ab epiſcopo, niſi prius à rege annulo & baculo inſigniretur. Erat enim Caroli animus inuictus ad auaritiā, nec facilè quis tunc inueniſſet aditū, niſi qui intraſſet per oſtiū. Præterea per tot terrarum interſtitia requiri nequibat ſedes apoſtolica, vt vnicuique electo aſſenſum accōmodaret, dum eſſet prope rex, qui nihil per auaritiā diſponeret: nunc omnia regū palatia luxus & ambitus occupauit. Quare meritò ſponſa Chriſti libertatem ſuā aſſeuerat, ne illam tyrannis ambitioſo vſurpatori proſtituat. Laudatur in noſtri ſæculi pōtificibus, quod has donationes principibus abſtulerunt. Certe non eſt epiſcopi officium, vt cōmitti prælium iubeat, cęterum, ſpectat ad munus epiſcopi, vt ſi naufragiū innocentiæ videat, manu occurrat & lingua. Ezechiel ſacerdotes accuſat, quòd non ſteterunt ex aduerſo, nec ſe oppoſuerunt murum vel clypeum pro domo Iſrael.

A.C.104 — Ez.

Duæ ſunt perſonæ in eccleſia ad reſecanda vitia conſtitutæ: vna quæ exacuat eloquium, altera quæ gladium portet. Ego vt vos mihi teſtes eſtis, non neglexi partes meas quo ad ſperaui perficere, armaui linguam, illum cui intereſt gladio rem agere imperatorem ſcilicet, nuncio certificaui. Occupatum ſe reſcripſit Vindelicorum bello, rogans vt meis laboribus & ſuis expenſis non grauarer latronum conciliabula deturbare. Si tenuiſſem, quam excuſationem Deo offerrem, cum imperator ſuas in me refudiſſet partes? Viderem cædes ciuium, damna peregrinorum, & dormitarem? Quiſquis parcit latroni, innocentem occidit. Sed obiicitur non eſſe ſacerdotis, vt ſe cuiuſquam cæde commaculet: verum eſt, ſed non ſe inquinat, qui ſontem premens inſontem liberat, immo beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Sacerdotes fuerunt ampliſſimæ laude famoſi, Phinees & Mathathias, qui in delinquentes manu ſua vlti ſunt. Nam alter amplexus venereos exercētes pugione confodit: alter idolis immolantem immolatitio cruori commiſcuit. Azarias ſacerdos thurificantem regem de templo expulit, & proculdubio non dubitaſſet occidere, niſi illum Deus cædere acceleraſſet: præuenit epiſcopalem manum plaga diuina, vt illius cadauer depaſceretur lepra, cuius animus vſurpaſſet illicita, deturbatur regis deuotio, & non deturbabitur latronis cupido? Parum eſt quod excuſo, etiam laudandum eſt quod egi ego. Contuli enim illis beneficium, quibus videor intuliſſe exitium: pœnam minui, dum mortem eis acceleraui.

Hæc habui, quæ pro me dicerem, vt veſtras aſſertiones euacuarem. Sed quoniam & meæ & veſtræ ratiocinationes falli poſſūt, diuino examini omnia committamus. Corpus meum anteceſſorum meorum more compoſitum, ante ianuas eccleſiæ ſiſtite, ianuæ autem ſeris & repagulis obfirmentur. Si deus voluerit, vt ingrediar, applaudatis miraculo, ſin minus de cadauere meo, quicquid placuerit agite, ſicque

factum

A.C.1047. factum eſt. * Mox enim mortui cadauer
ante ianuas eccleſiæ beati Petri ſeris clauſis
poſitum eſt. Quo facto turbo ingens emiſſus
diuinitus repagulorum obſtacula dirupit, &
ipſas valuas repentino impetu patefactas cum
magno fragore ad parietes impulit. Omnes
autem, qui aderant miraculo ſtupefacti cum
magna reuerentia corpus pontificis ſepulturę
tradiderunt.

Sepulto Gregorio 6. Clemens 2. Syndege-
rus antea vocatus, Bambergenſis epiſcopus an
nuente Henrico 2. quem poſtea imperiali dia- B
demate redimiuit, inuaſor per vim cepit
ſummum pontificatum vt refert Marti. in
chron. Sed parum eo functus eſt, menſibus ſci-
licet. xix. diebus 7. & vacauit papatus diebus
20.

Quo deficiente inthronizatur in ſede Petri
Damaſus 2. natione Bauarus, Stephanus antè
appellatus, cognomento Bagniarius vel (vt qui
dam volunt) Popon, cuius dolo (vt creditur)
Clemens 2. veneno ſublatus eſt, qui ſedit tantũ
diebus 24. & decedens ſepultus eſt cum patri-
bus ſuis. Hunc etiam inuaſorem apoſtolicæ ſe C
dis Marti. in chron. aſſerit. vnde & cito ſubla-
tus eſt.

Leo nonus. Poſt quẽ anno domini. 1052. Leo. 9. natione
Teutonicus eccleſiæ Romanæ præficitur, &
eam rexit annis 5. menſibus 2. & diebus 6. De
hoc autem ſic ſcribit Marti. in chron. quòd Ro
mani ex praua conſuetudine cum petiiſſent ab
Henrico imperatore pontificem ſibi dari, &
imperator nullum Teutonicorum ad hoc, vt
reciperet, poſſet inducere, epiſcopũ Tullẽſem
Brunonem nomine ad hoc inclinauit. b Qui
ad vrbem veniens, & de hoc conſcientiam ha D
bẽs, omnino reſignauit. Et poſtea à clero & po
pulo electus laudabilem vitam tenuit, ita vt in
eccleſia beati Petri tumulatus miraculis clare
ſceret. Sed Io. de col. plenius refert dicens ꝙ
hic vir ſanctiſſimus cũ ad capeſſendam apoſto
Hiere. 29. licam ſedem ad vrbem proficiſceretur, audiuit
voces angelorum in cœlo canentium. Dicit do
minus. Ego cogito cogitationes pacis & non
afflictionis. Hic vir literatus, & deuotus multis A.C.1049.
ſanctis cantus cõpoſuit, & multa ſcripſit, & fe
cit eccleſiæ vtilia. Præterea cũ in papatu ante
fores domus ſuæ leproſum inueniſſet, illum in
camerã inducens, in lectulo ſuo collocauit di
ligenter: quẽ poſt ea cum reſerato oſtio non re
periſſet, in paupere ſe Chriſtum recepiſſe ob-
ſtupuit.

Sub iſtius pontificatu, vt teſtatur idẽ Io. de Northmanni
col. Northmanni magnã Apuliæ partẽ occupa Apuliã oc-
tã tenebãt, nec Romanæ Eccleſiæ in aliquo re- cupaur.
B ſpondebant. Qua de re Leo papa multis preci Vin. ibid.
bus ab imperatore Henrico obtinuit, vt ad de & Blond.
pellendũ Northmannos de Apulia eccleſiam l. 3. dec. 2.
iuuaret. Qui eius votis annuens magnum ſuo- Herman.
rum exercitũ Romã ad papam miſit. Cum qui contra.
bus ſummus antiſtes in Apuliã contra North-
mannos profectus, in confinibus Samnij apud
vrbem Ciuitatẽ nomine bello conflixit, cum
dictis Northmannis, à quibus victus magnam
partẽ Teutonicorum ſuæ gentis amiſit, ipſeq́;
papa cum multis aliis captus eſt. Sed cum prin
ceps Northmannorũ eum relaxare vellet, pa-
C pa renuit, dicens ſine ſuis, quibus calamitatis
cauſa extitit, nũquã ſe ad propria eſſe reuerſu
rum: quo anno Vinifredus dux Northmanno
rum diem clauſit extremũ. Denique Leo poſt
multa ſancta opera ſpiritum domino commẽ-
dauit. Qui quamuis ſanctus eſſet (ait idem) &
pio animo hoc egiſſet, quia hoc ſui non erat
officij, vt armata manu perſonaliter ad bellũ
procederet, cum primo paſtori Petro dictũ fue Ioan. 18
rit: Mitte gladium tuum in vaginam, ideo di-
ſpenſante domino exercitus eius in conſpectu
ſuo cæſus eſt.

a Gregorium ſextum in concilio Sutrino ab impera-
Hildebrãdus quomodo Romam venerit. *tore Henrico 3. congregato abdicaſſe, & ad monaſte-* E
rium Cluniacenſe relegatum ibidem mortuum ac ſe-
pultum fuiſſe ſcribit Onuph. poſt Blondum lib. 3. dec.
2. & Hermannum Contractum, in quo itẽ concilio Cle
mens 2. Pont. max. 152. creatus, ſed. m. 7. d. 15. A.C. 1047.
quo mortuo Benedictus 9. iterum pontificatum tenuit
m. 8. d. 9. quo cedente Damaſus 2. Pont. max. 153. ſed. d.
23. A.C. 1048. quo mortuo Benedictus. 9. tertio pontifi-
catum adminiſtrauit. m. 6. Poſt quem Leo 9. Pont.
max. 154. ſed. a. 5. m. 2. d. A.C. 1049.

b Otto Friſing. lib. 6. c. 66. hoc ſic refert: Leo, inquiens
cum aſſumpta purpura pontificali per Gallias iter age F
ret, contigit eum Cluniacum venire, vbi tunc Hilde-
brandus erat. Is Leonem conſtanter redarguit. illici-
tum eſſe inquiens per manum laicam ſummum Ponti
ficem ad Eccleſiæ gubernationem violenter introire.
Inclinatus ille ad monitum eius, purpuram deponit &
peregrini habitum ſumens ducens ſecum Hildebran-
dum iter carpit. Igitur ad Vrbem vſque venientes con
ſilio Hildebrandi à Clero & populo Bruno in pontifi-
cem eligitur.

Victor 2. Pont. max. 155. ſed. a. 2. m. 3. 16. A.C. 1055.

§. XX.

POſt deceſſum Leonis poſitus eſt in ſede Pe *aliàs Ge
tri Victor. 2. nomine *Glebardus antea vo- bohardus
catus, genere Alemannus ex Bauaris, anno do
mini. 157. qui duobus annis menſibus 3. die-
bus 13. eccleſiæ præfuit. Hic tempore Henri-
ci 2. imperatoris papa efficitur, & ab eo glo-
E rioſe ſuſcipitur, propter negotia enim eccle-
ſiæ papa in Teutoniam profectus eſt, quo ibi
morante Henricus 2. imperator moritur. Hic
etiam papa apud Florentiam Tuſciæ ciuita-
tem præcipuam, concilium vniuerſale celebra
uit, in quo multos epiſcopos propter ſimo-
niam & fornicationem depoſuit. Iam enim ci-
uitas ipſa Florentiæ ſapientia. potentia, & diui
tiis florere cœperat & fama, vt primum, eius
nomen, ſcilicet Fluentia mutatum eſſet in flo-
rentiam, & talis foret, vt conſilium vniuerſa-
le ibi fieret.

F Eo tempore imperãte 3 Henrico, in Anglia Eduard⁹
regnare cœpit Eduardus nomine: qui erat a- Angliæ
deo manſuetus & lenis, vt nec viles homines rex ſancti
lædere poſſet, erat tamen apud eius dome- tate cla-
ſticos reuerentia ingens, apud extraneos ve- rus
hemens metus, nam fouebat eius ſimplicita- Vin. l. 25.
tem Deus, vt timeri poſſet, qui neſciret iraſci. c. 20. vi.
Hic rex ſpiritu propheriæ & miraculis claruit, de ur in
vt refert Vinc. ſpec. hiſto. & Io. de col. Nam die vit. ciul.
ſancto paſchæ ſedes ad menſam diademate to 1.
corona-

a C.ego. abiurauit errorẽ ſuũ, & hæreſim. Dicebat enim A corpus Chriſti in ſacramento altaris realiter ibi non eſſe, ſed tantum in ſigno, ſed eius circa hoc abiuratio ponitur de conſe. diſt. 2. c. ego Berengarius. Vbi ſic dicitur. Ego Berengarius indignus eccleſiæ ſancti Mauricij Andegauenſis diaconus cognoſcens veram & apoſtolicam & catholicam fidem, anathematizo omnem hæreſim: præcipuè eam de qua hactenus infamatus ſum, quæ adſtruere conatur panem & vinũ quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolum modo ſacramentum. i. ſignum ſacrum, & non verum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & non B poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari vel frangi aut fideliũ dẽtibus atteri: conſentio aũt ſanctæ Romanæ eccleſiæ & apoſtolicæ ſedi & ore & corde profiteor de ſacramẽtis dominicæ menſæ eamdem fidem me tenere, quam dominus & venerabilis papa Nicolaus, & hæc ſancta ſynodus authoritate euangelica & apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit, ſcilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam ve C rum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe. Et ſenſualiter non ſolum ſacramẽtum, ſed etiam verum corpus in veritate manibus ſacerdotum tractari: frangi, & fidelium dentibus atteri. gloſ. hoc vult dicere, nõ quòd corpus Chriſti in ſe frangatur, ſed quod ſub illis ſpeciebus panis & vini, quæ franguntur & tractãtur realiter eſt corp' Chriſti. Et ſequitur iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem & per hæc ſacroſancta euangelia.

Quam abiurationẽ factam, vt ibi dicitur, miſit papa Nicolaus per vrbes Italiæ Germaniæ D & Galliæ & ad quæcunque loca fama prauitatis eius peruenerat, vt eccleſiæ, quæ prius dolueram de eo peruerſo atque auerſo poſtea gauderent de Deo conuerſo & reuerſo.

Eccleſia Gallicana per Berengariũ valdè turbata eſt ex Sigeb. & Guil. ſel. Saiſl. Vin. cap. 30.

Per iſtum Berengarium Turonenſem turbata fuit eccleſia Gallicana. Nam cùm eſſet multũ peritus, multũ errauit, aſſerens, vt teſtantur Vin. ſpe. hiſt. & Io. de col. euchariſtiã, quam ſumimus in altari non eſſe verum corpus Chriſti & ſanguinem, ſed ſignũ eſſe corporis & ſanguinis Chriſti. Contra quem multũ & à multis E diſputatum eſt verbis & ſcriptis. Inter quos dominus Guido Abbas de cruce ſancti Leofredi, cõtra eum de corpore & ſanguine domini elegantem edidit librum. Et contra hunc Berengarium Leo papa 8. Vercellis congregauit concilium. Et Lanfrancus vir doctiſſimus archiepiſcopus Cantuarĩẽſis etiam cõtra eũ ſcripſit.

Fuit autem aliàs Berẽgarius iſte vir bonus, plenus eleemoſynis & humilitate, magnarum poſſeſſionum, qui omnia in vſus pauperum diſperſit. a Præterea nullam fœminam in B conſpectum ſuum patiebatur admitti. Qui quamuis errauerit in fide, vt dictum eſt, tamen ipſum errorem ſuum recognouit, & hæreſim illam coram Nicolao abiurauit. Quos tamen hac peſte infecerat reuocare non valuit.

Et vt refert Vin. ſpe. hiſt. de hoc Fulbertus Carnutenſis epiſcopus, cùm eſſet in extremis vitæ ſuæ & multi eum viſitarent, & ædium capacitas vix confluentibus capiendis ſufficeret, ille inter oppoſitas cateruas oculis longè rimatus Berengarium, niſu quo potuit expellendum cenſuit, proteſtatus immanem C dæmonem prope eum conſiſtere, multoſque ad eum ſequendum blandiente manu inuitare, & illicito anhelitu corrumpere. Sed & ipſe Berengarius nocte epiphaniæ moriens, recordatus quot miſeros quondam adoleſcens primo ſui erroris calore ſecta ſua infeciſſet, producto gemitu: Hodie (inquit) in die apparitionis ſuæ apparebit mihi dominus Ieſus Chriſtus propter pœnitentiam meam vt ſpero ad gloriam, vel propter alios vt timeo, ad pœnam. Vnde ipſe Guilelmus de ipſo narrans D ait. Adeo eſt peſſimum alios exemplo vel verbo à bono infirmare: quia fortaſſe te grauabit peccatum alienum, cùm deletum fuerit tuũ.

Fulbert' Carnutenſis in Berengariũ quid viderit Vin. 26.

Nicolao ſecundo de ſæculo tranſeunte, creatus eſt papa canonicè à cardinalibus Alexander ſecundus, Anſelmus antea dictus. qui tunc erat epiſcopus Lucenſis, natione verò Mediolanẽſis anno domini. 1063. Sedit autem annis 11. menſibus 6. diebus 25.

Alexãder 2. Pont. Max. 158. ſed. a. 11. m. 6 d. 22. A. C. 1061.

Contra hunc electus eſt ab omnibus Longobardiæ epiſcopis, quidam nomine Cadolus epiſcopus Parmenſis, vt dicitur volente & E conſentiente Henrico imperatore, aſſerentibus epiſcopis papam eligi non debere, niſi de paradiſo Italiæ. Qui Cadolus, vt ſcribunt Ioã. de col. & Marti. magno cum exercitu bis Romã veniens cum violentia ſibi papatum vſurpare ſatagebat, ſed à fautoribus Alexandri repulſus quod iniquè ſperauerat, obtinere non potuit.

Aleaander autem ad preces imperatoris in Longubardiam venit, & in ciuitate Mantua concilium celebrauit, atque pacificatis & ſedatis omnibus ad vrbem eſt reuerſus. Eo tempore pars Northmannorum, qui Apuliam oc F cupauerat, Cãpaniæ fines deuaſtare cœperat. Quos dux Spoletanus Gothifredus, & inclyta mulier comitiſſa Mathildis expulerũt. Hæc comitiſſa Mathildis, q̃ ſe filiã beati Petri vocari faciebat, adeo potens fuit vt etiam cum imperatore in fauorem Romanæ eccleſiæ cum ſua gente duriſſimo bello conflixerit: quæ cum maximis poſſeſſionibus abundaret, & filios nõ haberet

Conciliũ Mantuanũ A. C. 1065.

a Hac in re Berengariana hæreſeos in Gallia noſtro ſæculo buccinatores à ſui erroris duce Berengario longe diſſident. Sunt enim fœminarum amoribus, vt qui maximè irretiti, quas plurimi eorum vt liberè vxorum loco habere poſſint, nuncio ſacræ religioni. cui ſeſe votis obſtrinxerant, miſſo. Hanc hæreſim carnis ſuæ ad omnem impudicitiam frena laxantem profitentur. Quod maximè videre licuit in teterrimis illis duodecim impoſtoribus, qui in conuentu Poſſiaco Galliam noſtram faſcinare voluerunt ex quibus octo nouemue excucullati monachi fuerunt, qui ſecum fœdiſſimis ſuis amoribus in illam horrendam omnium ſcelerum & flagitiorum colluuiem Geneuã receperant: præter illorum anteſignanum Bezam qui per totam vitam diuitias & opes eccleſiaſticas in fœdiſſimas ſuas & igne expiandas libidines conſumpſerat: vide ſi potes & licet impuriſſima illius epigrammata Sancteſ. in Apolo. hiſtoriam tumultus ob religionem. A.C. 1061.

A.C.1061.

habeteт, rotum patrimonium ſuum ſuper altare beati Petri, obtulit. Vnde vſque hodie illud quod romanæ eccleſiæ contulit, patrimonium beati Petri dicitur.

Miniſtri Eccleſiæ abſq; vlla venalitate ordinātur. Alex. 2. in ep. quæ extat in Bibliot Vatic. ad clerū Lucēſis Eccl.

Hic Alexander contra vitium ſimoniæ ſic ſtatuit, vt habetur 1.q.3. ex multis, ſcribens Lucenſis eccleſiæ clero. Ex multis tēporibus hoc deteſtabile malum iuxta veſtram eccleſiam inoleuiſſe cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quamuis religioſo, quamuis ſcientia & moribus prædito, eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi ei qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet. Fiebátque eccleſia, & res eius ita venalis, velut terrena quædam & vilis merx à negotiatoribus ad vendendum expoſita. Et infrà, Qua propter ego Alexander ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis epiſcopus immo miniſter indignus, tot & tanta mala fieri in eccleſiis conſpiciens, ne ſanguis iniquorum à diſtricto iudice de manu noſtra requiratur, illa extirpare & penitus eradicare decreuimus.

Ezech. 3.

Cōſtituimus itaque & pſenti decreto firmamus, ſicut olim noſtri prædeceſſores feciſſe noſcūtur, vt nullus deinceps epiſcoporum beneficium eccleſiæ quod quidam canonicarum, vel præbendas ſeu etiā ordines vocant, pro aliquo precio vel munere audeat clericis vnquam conferre, ſed omnes miniſtros & ſeruitores eccleſiæ gratis & abſque vlla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligant in domo Dei qui maiores ſæculos pecuniæ conſectant: ſed qui moribus & diſciplina atque ſciētia diuites pro officio ſuo ipſam valeant eccleſiā ſuſtentare. Conſtituimus, & eodē modo firmamus, vt nullus cuiuſcunque gradus cleric' pro eccleſiæ beneficio audeat aliquid cōferre, aut fabricis eccleſiarū, vel in do nariis eccleſiæ tū ſeu etiā quod pauperibus ſit diſtribuendū. Demum ponit pœnam in contrariū facientes. Sed de hoc plenè in ſecunda parte.

In 2. par. ſum tit. 1. cap. 5.

Gregorius 7. Pōt. Max. 159. ſed. a. 12. m. 1. d. 2. A.C. 1073.

§. XXI.

ANno domini 1074. defuncto Alexandro electus eſt & inthronizatus in ſede Petri Gregorius 7. natione Tuſcus, de ciuitate Soana patre Bonicio, qui prius dictus eſt Hildebrandus. Qui ſedit annis 12. menſe vno diebus 3. Erat autem vir iſte timens Deum, iuſtitię & æquitatis amator, & in aduerſis conſtans in proſperis moderatus fuit & valdè cordatus, eccleſiæ iurium defenſor acerrimus, & qui præter Deum, in iis, quæ ad iuſtitiam pertinebant, nil timuiſſet efficere.

Gregorij 7. elogia ex Otto. Friſin. li. 6. c. 32. ex Tritth. in chron.

Hic vt refert Vin. ſpe. hiſt. cū eſſet in minoribus cōſtitutus, in Frācia legatus terribiliter [a] ſimoniacos inſequebatur, conuictos ſuper hoc vitio ab officiis deponens. Cum autem inter cæteros fuiſſet ſibi denūciatus quidam epiſcopus tali labe infectus, & ille in iudicio, vt aſtutus & ſagax conuinci non poſſet, & tamen infamia ſuper hoc laboraret, præfatus legat' Hildebrandus hoc miraculo eū conuincit. Mandauit enim ſibi legatus, vt pro ſui purgatione ab hac infamia diceret: Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Qui exiſtimans ex hoc probationis modo ſe euaſiſſe, cœpit dicere, & expeditè & promptè protulit. Gloria patri & filio vlterius autem ſcilicet ſpiritui ſancto, exprimere non valuit. Et iterum atque iterum exprimere volens, in prolatione ſpiritus ſancti ſemper deficiebat, non valens eum nominare, & meritò, quia per ſimoniam offenditur maximè ſpiritusſanctus eùm vendi videatur tamquam vilis ſeruus eùm venditur ſacramentum in quo confertur ſpiritusſanctus. Ex eo igitur conuictus depoſitus eſt.

Hunc creatum pontificem ſummū ob ſuas virtutes, vt ſcribit Marti. in chron. in nocte dominicæ natiuitatis cum miſſam primā cantaret in ſancta Maria maiori, Cincius quidam filius Stephani præfecti vrbis cū Gilberti Parmenſis archiepiſcopi Rauennatis ad pontificatum adſpirantis hortatu cepit, & in turrim ſuā depoſuit. Sed eadem nocte Romani turrim deſtruxerunt papam liberantes, Cincium extra vrbem mittentes.

Hic ſecundo anno ſui pontificatus id referente Iac. de col. concilium Romæ celebrauit ob reformationem morum. et inter alia, quæ ibi ſanctè & piè egit, quoſdam nobiles de familia imperatoris Henrici tertij, qui tunc Romæ erant, quorum conſilio eccleſiæ vendebantur, tamquam ſimoniacos & iurium eccleſiæ vſurpatores & detētatores excōmunicauit.

Tertiò verò anno pontificatus ſui idem Gregorius diuino ſpiritu accenſus, Sigifredū Moguntinum archiepiſcopū qui conatus eſt epiſcopos & abbates regni Teutonicorum à ſancta romana eccleſia ſpirituali matre ſua reſcindere atque ſeparare, ab officio ſuo ſuſpendit, & excommunicauit omnes, qui eius ſchiſmati conſentiendo ſe ſubſcripſerant, aut ſubſcriberent. Inſuper & Henricum regem, qui eidem Sigifredo ſauebat, ac obedientes eccleſiæ perſequebatur, vinculo anathematis alligauit. Hēricus aūt cum ſe excommunicatum audiſſet, vehementer eſt territus. Audiēnſq; dominū papā in Lōgobardiā deſcēdiſſe, & apud Canuſiū morā trahere, cū paucis ad ipſum cum magna humi

De Gregorio 7. Pontifice verè maximo.

a Simonia tunc erat, quando beneficia Eccleſiaſtica à laica recipiebantur. Cæterum hic pontifex verè maximus Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor & propugnator acerrimus omnibus fuit bonis gratiſſimus & ab optimis quibuſque laudatus ſcriptoribus, quāuis inuidi ei nonnulla crimina impegerint, quæ omnino falſa fuiſſe aliꝗ redarguūt. vide Sand. l. de viſib. mon. Geneb. in Chron. & Onuph. in Plat. qui maximè hos auctores pro hoc ſanctiſſimo Pontifice laudant Lambertum Scafnaburgenſem, Leonem Oſtienſem lib. 3. hiſtoria Caſſinenſis Othonem Friſing. li. 6. & 7. Hiſt. Gotfridum viterbienſem in Chron. par. 17. Anſelmum Cantuar. Bernardum Corbienſem. Marianum Scotum, Martinum Polonum, Gulielmum Tyrium lib. 1. de bello ſacro, Vincentium, Tritthemium, Platinā, Blondum, Sabellicū. Poſſumus nos etiam addere Petrum Damianum, qui ad hūc ſanctiſſimum Pontificem tot ſcripſit epiſtolas. Ioannem item monachum, qui ſcripſit vitam S. Odonis, vt ſup. tit. 15. ca. 16. ante §. 1. notauimus. & Hugonem item monachum qui ſcripſit vitam S. Hugonis Cluniac. ibid. §. 6. denique Blaſium Malaneſium in vita S. Ioannis Gualberti ſupra nt. eo. cap. 17. §. 6. qui item hunc ſummum pontificem rarè prædicat.

A.C.1074

humilitate venit, pro abſolutione quærenda. Per triduum autem ante portam dicti caſtri, omni regio cultu depoſito, inſuper diſcalceatus & laneis indutus, cum multis lachrymis & fletu perſiſtens, quæ ſummi præſulis miſericordiam & compaſsionem mouerent, apud pontificem inſtabat, orans, vt ab eo vinculo ſolueretur. Qui cum adhuc iuſta ſeueritate vinculũ tollere cunctaretur, omnes inſolitam eius duritiam mirabantur. Denique compunctionis eius inſtantia, ac humilitatis, necnon & omnium, qui aderant precibus ac ſupplicatione deuictus dominus Gregorius eum à vinculo excommunicationis abſoluit, prius ab eo iuramento recepto, quòd in omnibus mandatis eccleſiæ Romanæ obediret.

Grauiſsimo inter papam & imperatorem ſchiſmate quaſſatur eccleſia, Guyl. Tyr. lib. 1. de bello ſacro. c. 13. hæc ad verbum habet.

Cumque iam pax inter ſacerdotium & regnum videretur interueniſſe, rurſus ſuadente diabolo inter papam & imperatorem ſchiſma grauiſsimum ortum eſt. Cuius ſchiſmatis cauſa hæc fuiſſe videtur. Inoleuerat conſuetudo præcipue in imperio, quod defungentibus Eccleſiarum prælatis, annulus & baculus paſtoralis ad dominum imperatorem dirigebatur: vnde poſtmodum vnum quemlibet de familiaribus & capellanis ſuis ad eccleſiam vacantem dirigebat, vt ibi paſtoris fungeretur officio, nõ expectata cleri electione. Quod dominus papa contra omnem honeſtatem fieri conſiderans, & iura Eccleſiaſtica in eo facto conculcari perpẽdens, ſemel, ſecundo, & tertio imperatorem monuit, vt à tam deteſtabili præſumptione deſiſteret. Quem præceptis ſalutaribus commonitum, cum ille reuocare non poſſet, ob hanc cauſam Romæ concilium congregauit centum & decem epiſcoporum. In quo primo ipſum Henricum excommunicauit imperatorem tanquam periurum, & Eccleſiæ Dei perſecutorem & ſubuerſorem. Anathematizauit inſuper & omnes Eccleſiaſticas perſonas, quæ de manu alicuius ſæcularis perſonæ reciperent inueſtituram.

Inſuper in eo concilio omnes ſimoniacos anathematizauit, & vxoratos [a] ſacerdotes à diuino officio remouit, & laicis miſſas illorum audire prohibuit, & notorie in fornicatione iacentium. Quod factum eſt nouo exemplo, & vt multis viſum eſt, inconſiderato iudicio. Nam inde graue ortum eſt ſcandalum, ita vt nullius hæreſis tempore (ait Iaco. de col.) Eccleſia occidentalis grauiori ſchiſmate ſit diuiſa. Et hoc idẽ referunt Sigebertus & Vincen. ſpec. hiſto. poſt eum, lib. 26. addentes. His pro iuſtitia, aliis pro iniuſtitia agentibus. Aliis à ſimonia non declinantibus. Aliis notam auaritiæ honeſto nomine prætexentibus, dum hoc, quod ſe gratis dare iactant, ſub caritatis nomine vendunt. Et (vt de Montanis dicit Euſebius) ſub nomine oblationis artificioſius munera accipiunt. Porro continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam cauſa quæſtus ac iactantiæ ſimulantibus, multis incontinentiam periurio aut multiplici adulterio cumulantibus. Ad hoc hac importunitate laicis inſurgentibus contra ſacros ordines, & ſe ab omni eccleſiaſtica ſubiectione excutientibus, laici ſacra myſteria temerant, & de eis diſputant, infantes baptizant, ſordido humore auriũ pro ſacro oleo & chriſmate vtentes. In extremo vitæ viaticum dominicum, & vſitatum Eccleſiæ obſequium ſepulturæ, à presbyteris coniugatis accipere contemnunt, decimas presbyteris deputatas igni cremant. Et vt in vno cæteras perpendas, laici corpus domini à presbyteris coniugatis conſecratum ſæpe pedibus conculcauerunt, & ſanguinem Domini voluntarie effuderunt. Et multa alia contra ius & fas in Eccleſia geſta ſunt. Et hac occaſione multi pſeudomagiſtri exurgentes in Eccleſia, profanis nouitatibus plebem ab Eccleſiaſtica diſciplina auerterunt: [b] cum tamen ſit ſententia ſanctorum patrum ſcribentium ſacramenta, quæ in eccleſia fiunt, baptiſmum, chriſma, euchariſtiam ſiue per bonos, ſiue per malos diſpenſentur, vera eſſe ſacramenta ſpiritu ſancto eorum effectum latenter operante, & ideo non contemnanda.

Vinc. cap. 41. lib. 25.

Euſ. lib. 5. hiſt Eccl. cap. 18.

Hic Hildebrandus (vt ſcribit Guillielmus, hoc dixiſſe Hugonem abbatem Cluniacenſem

Gregori⁹ 7. cogitationes hominũ nouerat, ex Guil. Saliſb. Vinc. cap. 44.

A.C.1047

a Quàm inepte Magdeburgenſes centuriatores cent. 11. c. 7. hunc ſanctiſsimum pontificẽ traducunt, quaſi primus ſacerdotibus coniugia interdixerit, vel ex hoc Sigeberti loco perſpicitur. Nõ enim ipſe ſacerdotibus continentiam indixit, quã à tempore Apoſtolorum à ſacris Eccleſiæ miniſtris obſeruatam fuiſſe certiſsimum eſt, vt poſt doctiſsimos viros nos tradidimus tit. 9. c. 2. huius partis & c. 3. §. 1. & ti. 10. c. 6. §. 5. & ſæpe, aliàs. ſed à ſacris altaribus vxoratos ſacerdotes remouit, hoc eſt, interdixit ſacerdotibus cõcubinas habẽtibus ſacra facere, quod ante ipſum fecerat Alex. 2. vt habetur di. 32. præter hoc. idq́ ex decreto Cõcilij Romani: prohibuitq́ laicis, ſacerdotis quem ſciũt habere concubinã, miſſæ intereſſe. quòd & iã nõ nouo exemplo factum eſt. Nã Nicolaus 2. qui hunc Gregoriũ 7. idem prohibuerat, eadem diſt. cap. nullus. nullus Miſſam audiat preſbyteri, quẽ ſcit concubinam habere aut ſuperintroductam mulierem. Cuius rei rationem reddit D. Thom. in 3. par. q. 82. ar. 9. ad 3. Cæterum ſcandalum quod inde ſecutum eſt, non magis vitio verti debet ſanctiſsimo Pontifici, quàm Chriſto Domino noſtro mors ipſius & paſsio, quæ teſte Apoſtolo Paulo 1. Cor. 1. fuit & adhuc eſt Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitia: imo ipſe Chriſtus teſte Apoſt. Petro. 1. Pet. 2. lapis offenſionis & petra ſcandali. Denique ſcandalũ fuit non actiuum ſed paſsiuum, quod non curandum eſſe Chriſtus aperte tradit Mat. 15.

b Hæc Sigeberti verba videntur innuere Gregor. 7. ſenſiſſe ſacerdotes concubinarios ſacramẽta non conficere: Sed longe alienus fuit vir ille doctiſsimus & ſanctiſsimus ab hac ſentẽtia, vt probat Sand. auctoritate præſertim Anſelmi Cantuarenſis epiſcopi, qui decretum illud de miſſa ſacerdotis concubinarij non audienda explicans ait. Nempe nullatenus conuenit, vt ibi reuerenter adſtetur, vbi pertinaciter aperta & impudenti libidine fœtentes, Dei & ſanctorum prohibitionem cõtemnendo ſacris altaribus deſeruiunt, non quo quis ea quæ tractant contemnenda, ſed ipſos potius tractantes execrandos exiſtimet. vide plura apud eundem.

A.C.1080

ſanctum virum) cogitationes aliorum prophe- A tico mentis intuitu nunciabat. Quem ideo papa Alexander cancellarium apoſtolicorum præfecerat. Pro cuius officij intuitu Hildebrandus tanquam cancellarius prouincias circumibat, vt perperam acta corrigeret. Die autem quadā cum equitaret cum multa turba ſequentium, abbas Hugo, vt ſibi familiaris, in extremo agmine cum ſuis monachis proſequebatur. Viſoque eminus tanto honore viri, cœpit cogitare in animo ſuo, vnde eſſet homuncioni breuis ſta- B turæ tantus honor, deſpicabilis parentelæ, proculdubio ex ſuperbia hoc ei accidere, quod tot obambulatores haberet. Vix hoc mente verſarat, tunc archidiaconus Hildebrandus reflexit equum, & eo calcaribus incitato à longe clamans, & abbatem Hugonem aduocans: tu (inquit) male cogitaſti. Non mihi hanc gloriam (ſi gloria dici poteſt, quæ cito tranſit) vel imputo, vel ab aliis imputari volo: ſed beatis apoſtolis, quorum priuilegio hoc mihi exhibetur. Erubeſcens abbas hoc ſolum reſpondit. Quæſo domine quomodo noſti cogitatum meum? Ab ore C (inquit) tuo quaſi per fiſtulas ad aures meas deductus eſt.

Gregori' orans Chriſtū præſentē ſibi intuitus eſt.

Item Eccleſiam aliquando ſimul ingreſsi abbas præfatus & archidiaconus dictus, vt orarēt, continuatis & iunctis lateribus proſtrati diutius orauerunt. Tunc reſpexit archidiaconus abbatem turbulento actu infrendens. Abbas foras egreſſus caſum commotionis inquiſiuit. Cui ille. Si me amare vis, caue ne vlterius me hac iniuria oppugnes. Dominus enim meus Ieſus, ſpecioſus præ filiis hominum, poſtulationibus meis viſibiliter adſtabat, intendens dictis & ſe- D renis fauens oculis, ſed orationis tuæ abiectus violentia, me deſeruit ad te conuerſus. Puto eſſe genus iniuriæ amico ſubtrahere authorem ſalutis ſuæ. Præterea noueris mortalitatem hominum, & huic loco imminere excidium. Vidi enim angelum Dei ſtantem ſuper altare euaginato gladio, & etiam prouinciam iſtam ſpiſſus & nebuloſus aer circumuolat. Fugiamus ergo quamcitiſsime. His dictis, introeuntes in diuerſorium ad curam corporis aſſedere, continuoque dapibus appoſitis, exortus eſt in domo luctus pluribus ex familia ſubito extinctis, qua E peſte per vicinas ædes graſſante, mox aſcenſis mulis diffugerunt.

Henricus imperator in eccleſiā debacchatur. Vinc. cap. 45.& Tyr.lib.1. de bello ſac.ca. 13. Vrſperg. in Chro

De eodem Gregorio Henricus imperator, vt air Ioan. de col. poſt Vincen. poſtquam ſe publice excommunicatum comperit, nō iam clam neque in occulto, ſed aperte Romanam perſequi cœpit eccleſiam, & vt domino papæ Gregorio rixas multiplicaret & ſcandala, egit cum epiſcopis Longobardiæ pro maiori parte in reprobum ſenſum datis, vt ad petitionem imperatoris prædicti Guibertum Rauennatem archiepiſcopum in papam eligerent, virum vtique li- F teratum & locupletem, cui Clementis nomen impoſuerunt. Ad quem veniens ipſe Henricus illi idolo tanquam vero pontifici ſummo reuerentiam exhibuit. Qui infælix homo tanquam de fauore Henrici præſumens, & de multitudine diuitiarum confiſus, excluſo violenter venerabili Gregorio ſedem apoſtolicam inuaſit: ita delirus, & ab intellectus ſinceritate ex ambitione deficiens, vt id ſe eſſe crederet, quod falsò dicebatur.

Maximæ in Dei eccleſia tempeſtates.

Cúmque infælix mundus in maligno poſitus vias ſequeretur periculoſas, huius ſchiſmatis occaſione ad deteriora declinans, omnem Dei & hominum poſtergauerat reuerentiam, noxia ſequens, & declinans ſalutaria. Capiebantur pontifices, & quilibet eccleſiarum prælati, & tanquam homicidiorum rei mancipabantur, bonis illorum confiſcatis, quicunque imperatori in hac ſua peruerſitate non erant conſentientes, nec ſolum eis ad tempus irrogabantur iniuriæ, verùm excluſis in perpetuum, ſucceſſores intrudebantur. Papa etiam totis niſibus contra imperatorem verbis & factis vbique tranſmiſsis literis pugnat, & quoſcunque potuit, ab eo auertit.

Principes inſuper Theutoniæ à iuramento fidelitatis, quod illi præſtiterant abſoluit, atque ipſum ab imperio deponit. Hac de cauſa Saxones imperatori rebellant, atque aliquos ex Theutonicorum principibus poſt ſe trahentes, congregato concilio poſt multam deliberationem regem Burgundiæ Rodulphum contra Henricum imperatorem eligunt. Huic papa coronam auream miſit miro opere fabricatam, cui ſcriptum erat. Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. Hunc Rodulphum de mandato papæ Moguntinus archiepiſcopus ſolenniter coronauit, qui magnis ſuorum & Theutonicorum copiis congregatis, Alemanniam intrauit, & multis ſibi adhærentibus multo tempore cum Henrico de imperio decertauit. Ad poſtremum Deo ita permittente, in bello Rodulphus ab Henrico occiſus eſt, cum multis Saxonū principibus.

Rodulphus ab Henrico imperatore ſuperatur.

Henricus antè hac obtenta victoria, primo Saxones, qui caput rebellionis fuerant, multis calamitatibus afflixit. Deinde Sueuiam ingrediens, atque ciuitates, & caſtra demoliens, ad ſe redire compulit, ſed & alios, qui per totum imperium ab illo ex rerum deſperatione defecerant, tum minis, tum muneribus ad ſe reduxit. Itaque Rodulpho ab Henrico occiſo, quē valde formidauerat, atque Saxonibus multis præliis profligatis, pacifice iam videbatur imperiū poſsidere. Quare ſupra modum elatus rem eſt auſus attentare nefariam. Nam in feſto Pentecoſtes, magno principum ac pręlatorum Mogūtiæ congregato concilio, Hildebrandum, qui & Gregorius omnes qui Henrico adhęrebant, deponendum cenſent. Quo facto imperator cum magno exercitu in Italiam venit. Quo cum veniſſet, quidam ſe interponebant, vt ipſe cum ſummo pontifice ſimul conueniret, & de pace inuicem tractaretur. Cumque conueniſſent, poſt multos tractatus cum nullo modo de pace concordia fieri poſſet, multi Italiæ epiſcopi atque barones, qui primo papæ fauerant, illo relicto ſe ad imperatorem conuerterunt. Quorum fauore imperator animatus, Romam veniens ipſam obſedit. Militabat autem hoc in tempore Gothifredus inclytus ille dux Lotharingię. Qui poſtea primus ex latinis Hieroſolymis regnauit, de quo poſtea multa dicenda ſunt. Hic in ea obſidione effracta muri parte, quæ ſibi contigerat expugnanda, intra vrbem primus irrupit.

Henricus Romam obſidet & capit.

A.C.1083

pit. Qui ea die nimio labore fatigatus in grauem incurrit infirmitatem. Et cum morti ſe proximum cerneret, vouit, quod ſi Deus eum ad ſanitatem reduceret, terram ſanctam promiſsionis viſitaret perſonaliter. Quo voto emiſſo, ſtatim priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati.

Pontifex in caſtrũ S. Angeli ſe recipit.

Romani igitur, poſtquam ſenſerunt imperatoris exercitum fractis muris intra mœnia verſari, qui ante Henrico clam fauerant, iam non occulte, ſed palam relicto Papa ad imperatorẽ tranſeunt: atque ei introeunti cateruatim occurrentes, illi imperiales laudes acclamant, & modo imperiali recipiunt. Summus autem pōtifex videns ſe à populo Romano deſeri, in quo ſommè ſperabat, cum ad fugam via minime pateret, cum ſuis cardinalibus in caſtrum Creſcentij (quod ſancti Angeli dicitur) ſe recepit. Quod poſtquam ſenſere Romani, ſe tempus inueniſſe rati, quo gratiam imperatoris recuperaſſe ſe crederent, caſtrum, in quod pius ſe receperat pontifex, vndique obſederunt, adeo vt nulli ingreſſus vel egreſſus ſine periculo pateret. Imperator autem vrbem ingreſſus, Capitolium aſcendit. Theutonici vero more barbarico per vrbem ſe effundentes, multa mala ciuibus inferebant.

Cum autem imperator pro ſua voluntate vrbem tractaret, atque omnia pro arbitrio ſuo diſponeret, nuncius ad ipſum venit, aſſerens Robertum Guiſcardum ducem cum infinita tam equitum quàm peditum multitudine in Papæ venire ſuccurſum. Quo audito, imperator vehementer eſt territus. Diffidebat enim ſe duci Roberto intra vrbem poſſe reſiſtere. Vnde Romanum populum congregari præcipiens, de aduentu ducis nullam faciens mentionem, aſſeruit ſe Longobardiæ negotiis vrgeri, quàre oportebat eum illuc neceſſario ſub omni celeritate iter accelerare. Relicta igitur vrbe Henricus in Tuſciam, deinde in Longobardiam cum ſuis exercitibus (vt verius dicam) aufugit. Quo recedente non poſt multos dies pius dux ad papā liberandum Romam appropinquauit, ſuumque aduentum per occultos nuncios ſummo pontifici ſignificauit. Romani autem eius audito aduentu, ſe adinuicem adhortantes, cum multitudine armatorum illi obuiam exierunt, commiſſóque prælio ab ipſo victi & fugati ſunt.

Henricus ex vrbe cum ignominia recedit.

Romani quòd pōtificẽ deſeruerant dant pœnas.

Fugatis itaque Romanis, dux Robertus per portam Flaminiam hoſtiliter Romam ingreſſus eam partem ciuitatis, quæ circa ſanctum Laurentium in Lucina, & ſanctum Syluestrum reſpicit, hoſtiliter inuadens prædæ & incendio expoſuit. Deinde vbique profligatis Romanis ad caſtrum ſancti Angeli acceſsit, atque inde cū multa gloria dominum papam, cum cardinalibus atque nobilibus illis, qui eum ſecuti fuerāt educens, perque mediam vrbem deducens, & Lateranum adducens, aliquamdiu ibi manſit. Deinde papa deliberato ſuorum conſilio, cum ſe tutum cum Romanis remanere non crederet, & ducem domeſtica negotia reuocarent in Apuliam, relicta vrbe paucis eum ſequentibus cū duce profectus eſt ad vrbem Salernitanam, vbi aliquibus temporibus manſit Catholicus paſtor. Et poſt multas tribulationes pro eccleſiæ libertate toleratas, quieuit in domino.

Pontifex vrbem ſe liquit.

Vincen. ſpec. hiſto. lib. 36. ca. 82. poſt Sigebertum ſic ait. Hildebrandus papa, qui & Gregorius 7. apud Salernum exulans moritur. De hoc ita ſcriptum inueni. Volumus vos ſcire qui eccleſiaſticæ curæ ſolliciti eſtis, quod dominus apoſtolicus Hildebrandus, qui & Gregorius, nunc in extremis poſitus, ad ſe vocauit vnum de duodecim cardinalibus, quem præ cæteris diligebat, & confeſſus eſt Deo & ſancto Petro, & toti eccleſiæ ſe valde peccaſſe in paſtorali cura, quæ ei ad regendum erat commiſſa, ſeque ſuadente diabolo contra humanum genus iram & odium concitaſſe. Poſtea vero ſententiam, quæ in orbe terrarum effuſa eſt pro augmento Chriſtianitatis reuocaſſe dicebat. Tunc demum miſit prædictum confeſſorem ſuum ad imperatorem, & ad totam eccleſiam, vt optaret ei indulgentiam, quia finem vitæ ſuæ aſpiciebat, & iam cito induturus erat angelicam veſtem. Et dimiſit, & diſſoluit vincula omnium bannorum ſuorum imperatori, & omni populo Chriſtiano viuis & defunctis, laicis & clericis, & iuſsit ſuos abire de domo Theoderici, & amicos imperatoris aſcendere, hæc ibi.[a] Quæ tamen vera eſſe non credo multis de cauſis, nec Ioan. de col. ponit.

A.C. 1085.

Mors Gregorij 7.

De manu laici epiſcopatus vel abbatia ſuſcipi nō debet, lib. 6. Reg. eiuſ. Anſ. li. 6. cap. 71. Deuſdedit p. 1.

Nota aliquas conſtitutiones factas ab iſto Gregor. in decretis 16. q. 7. ſi quis 1. in generali concilio præſidens, inquit. Si quis deinceps epiſcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter epiſcopos, vel abbates habeatur, nec vlla ei, vt epiſcopo vel abbati audientia concedatur. Inſuper ei gratiam beati Petri, & Eccleſiæ introitum interdicimus, id eſt ſuſpendimus, quouſque locū, quē ſub crimine tam inobediētiæ quàm ambitionis (quod eſt ſcelus idololatriæ) cœpit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus dignitatibus conſtituimus.

Item ſi quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet ſæculariū poteſtatum, aut perſonarum, inueſtituram epiſcopatuum, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, eiuſdem ſententiæ vinculo ſe eſſe obſtrictum ſciat.

Simoniacis & concubinariis diuina interdicuntur.

Idem diſt. 32. cap. præter hoc autem. §. Verùm Gregorius Rodulpho & Bertulpho ducibus inter cætera ſcribit. Officium ſimoniacorum & in fornicatione iacentium, ſcilicet notoria, ſciēter nullo modo recipiatis: & quantum poteſtis tales à ſanctis miniſteriis vbi oportuerit prohibeatis.

Idem Gregor. 7. omnibus per regnum Italicum & Theutonicorum conſtitutis, di. 81. ſi qui, 1. ait. Si qui ſunt presbyteri, aut diaconi, aut ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei, & ſancti Petri authoritate Eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant & emendent. Si qui vero in peccato ſuo perſeuerare maluerint, nullus

a Cùm D. Anton. hæc vera non credat, non puto hæc aliter eſſe redarguenda, quàm vel hoc Platinæ teſtimonio. Pontifex Salerni non ita multo poſt moritur, vel Naucl. gener. 37. Porro Gregorius Salerni manens appropinquante vocationis ſuæ tempore dixiſſe fertur. Dilexi iuſtitiam & odiui iniquitatem, propterea morior in exilio.

A.C.1080 veſtrum eorum præſumat audire officium, quia benedictio eorum vetitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante domino per prophetam. Maledicam (inquit) benedictionibus veſtris. Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerint, idololatriæ peccatum incurrent. Samuele teſtante, & beato Gregor. inſtruente, quoniam peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ, nõ acquieſcere. Peccatum ergo paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit. hæc ibi. Et intelligẽdum eſt de notoriis fornicatoribus, qui ſunt ſuſpenſi quo adſe, & quo ad alios. Tamẽ verè cõficiunt & conferunt ſacramenta. Et dicitur eorum benedictio, id eſt officium verti in maledictionẽ, quia peccant & ipſi, & qui audiunt officia eorum ſcienter, cum faciant contra præceptum Eccleſiæ hoc præcipientis, ſcilicet non audiri eorum officia.

Mala. 2. — 1 Reg. 15. — Greg lib. 35. mor. c. 12.

a Idem dilectiſsimis ciuibus Romæ de conſe. diſt. 3. peruenit, ait. Peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines, inter vos aliqua ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita vt die ſabbati aliquid operati prohiberent, quos quid aliud niſi Antichriſti prædicatores dixerimus. Qui veniens diem ſabbatum, & dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi in veneratione vult diẽ dominicum. Et quia populum Iudaizare compellit, vt exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatũ. Addit etiam, quod ſi quis pro neceſsitate corporis vult lauari die Dominico, etiam nõ prohibetur. Si autem pro luxu & voluptate, nec dominico die, nec alia quacunque conceditur.

Idem 11. q. 3. quoniã multos. Quoniam multos peccatis noſtris exigentibus, pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorãtia, partim nimia ſimplicitate, partim timore, partim etiã neceſsitate: deuicti miſericordia, anathematis ſententiã ad tẽpus prout poſſumus tẽperamus, & tẽperatam eſſe oſtendimus. Ab anathematis ergo vinculo, (id eſt minoris excõmunicationis) hos ſubtrahimus, videlicet vxores, filios, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos & ſeruientes, necnon & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicant, ſiue illos, qui communicant cum illis, qui cum excommunicatis communicant. Quicunque autem orator, ſiue peregrinus, ſiue viator in terram excommunicatorum deuenerit, & ibi non poſsit emere, vel non habet vnde emat, ab excommunicatis licentiam accipiendi damus. Et ſi quis non in ſuſtentationem ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa excommunicatis aliquid dare voluerit, nõ prohibemus. vide ibi notabilem gloſ.

De his qui ſine culpa cũ excõmunicatis communicant.

Idem dicit oblationes fiendas ad altare, de conſec. diſt. 1. omnis. quod ſecundum gloſ. eſt

In ſynodo Romę habetur.

a Ex hoc decreto pontificio euidentiſsime demonſtratur Pontificem Romanum nequaquam Antichriſtum eſſe poſſe. cùm ea tam ſtudioſe prohibeat, quæ Antichriſtus obſeruanda curabit, vide Sand. lib. 8. de viſib. mon. cap. 18.

A conſilium. Et ibi dicit. Ad Deum primum confugiendum eſt, qui noſtræ poſsit curare animæ paſsiones. Verùm homines ordine præpoſtero ante ſibi opem ab hominibus accerſunt. At vbi defecerunt humana ſubſidia, tunc arbitrentur diuini poſtulandam gratiam fauoris. A.C.1080.

Victor tertius, pont. max. 16. ſed. an. 1. men. 6. die. 24.

§. XXII.

ANno domini 1088. defuncto Gregorio 7. Victor tertius creatus eſt à cardinalibus B papa, qui & prius dictus eſt Deſiderius, abbas Caſsinenſis, qui ſecundum Mart. in Chron. præfuit Eccleſiæ Dei anno vno, menſibus 4. & diebus 7. Sed ſecundum Ioan. de col. tantum menſibus 4. & diebus 7. Vixit in pontificatu religioſus vir & timens Deum, qui dum ſacrificat, veneno Henrici regis fraude in calicem miſſo extinctus dicitur. Eodẽ anno ſol eclipſim paſſus eſt, & fames intolerabilis fere per vniuerſum orbem fuit. Nimia etiam inundatio aquarum fuit multis locis damno & periculo. Nam C & in Italia illuuies tanta fuit, vt rupes liquefactæ plures villas ruina ſua deſtruerent. Domeſticæ aues, pauones, gallinæ, anſeres, à domibus ſe extrahentes omnes fiunt ſyluaticæ. Aug. in li. 3. de ciui. Dei ſimile portentum narrat contigiſſe, antequam ſe aduerſus Romam ſociale bellum Latinum commoueret, in ſignum magni mali.

Vinc. ex Sigeb. ca. 82.

Circa idem tempus vt ait Sigebertus Venetianis meditantibus auferre corpus beati Nicolai à Myra Lyciæ à Turcis deſolata, præoccupauerunt eos ciues Barenſes numero quadraginta D ſeptem ab Antiochia Myram aduenientes, qui à quatuor tantum monachis ibi inuentis extorſerunt ſibi oſtendi tumbam ſancti Nicolai. Qua effracta, oſſa ſancti Nicolai in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, & Barum cum gloria adduxerunt. Facta autem eſt hæc tranſlatio anno 745. à depoſitione ſeu morte eius, multique infirmi ſanati ſunt in huius tranſlatione. Cum autem quidam ex palatinis quendam dentem extraxiſſet de tumba, vt ex magna deuotione illum ſecum portaret, poſtea non inuenienti eum ſanctus Nicolaus reuelauit, quod reductus erat ad tumulum, E quia non permittebat partem etiam minimam à corpore ſeparari. Circa illud tempus dicitur habuiſſe initium ordo Ciſtertientium: de qua inſtitutione dictum eſt ſupra in præcedenti titulo.

Tránſlatio corporis beati Nicolai. Vinc. ca. 83.

ſup. ca. 18.

Vrbanus 2. Pont. max. 161. ſed. an. 11. men. 4. die. 18. An. Ch. 1088. Vinc. ex Sigeb. lib. 25. ca. 84.

F

§. XXIII.

VRbanus ſecundus poſt tranſitum Victoris papæ, cardinalibus in vnum conuenientibus vno animo electus eſt pontifex ſummus, qui prius erat monachus Cluniacenſis ordinis, Odo vocatus. Ad hanc ſummi præſulis dignitatem aſſumptus eſt anno domini 1089. ſecũdum Ioan. de col. Imperij autem Henrici tertij anno 32. qui

A.C.1088.

32. qui ſedit annis 12. menſibus 4. diebus 19. [a] Fuit autem hic vir ſtrenuus, & in diuinis ſcripturis valde eruditus. Hinc inter eccleſiam & imperium augeſcunt ſcandala, creſcúntque diſcordiæ, dum alter ab altero diſsidet, atque alter alterum excommunicat ex pontificibus, vero ſcilicet & legitimo Vrbano, & apoſtatico Clemente vocato, quem intruſerat imperator, ſed alter alterius excommunicationem, aut ex cauſæ aut ex perſonæ præiudicio contemnit.

A.C.1088.

Vrbanus 2. confugit in Franciam.

Poſt hæc Vrbanus papa prædicti Henrici imperatoris furorem declinans, cum in Romanis (& merito) minime confideret, locis munitioribus apud ſuos fideles delite ſcebat, nuſquã pene ſecurus. Cum autem ipſe papa celebraſſet concilium generale Placentiæ, prædicti imperatoris indignationem fugiens, relicta Italia regnum Francorum ingreſſus eſt. Qui & generale concilium apud Clarummontem Aruerniæ fecit conuocari. Quo in loco ex vniuerſis tranſalpinorum partibus Nouembri menſe archiepiſcoporum, epiſcoporum, & abbatum conuenit ſacer conuentus, præſentibus etiam nonnullis principibus illarum partium. Ibi autem dominus Apoſtolicus de prælatorum conſilio, in cõcilio illo multas conſtitutiones ordinauit, quæ ad erigendum labentem Eccleſiæ ſtatum reſpicere videbantur, vt infrà patebit. Et inter cætera ſtatutum eſt, vt horæ beatæ Mariæ dicantur: vnde & hoc in præcepto eſt, ſicut officium diei. Ac etiam ordiuatum fuit, vt in ſabbatis officiũ dominæ ſolenniter celebretur. Et quantum ad miſſam, cum vacat, ſatis obſeruatur, quo ad officium horarum ſcilicet, vt in ſabbato fiat totũ officium virginis, curia nõ obſeruat, ſed aliquæ eccleſiæ, vel religiones.

Vrbanus 2. ad ſacram militiã hortatur. Tyr. lib. 1 c. 15.

In eodem concilio excommunicauit papa Philippum regem Francorum, & Henricum imperatorem & antipapam. Nouiſsime ad populũ ſermonem habuit, exhortans illos, vt aſſumpta cruce terræ ſanctæ ſubuenirent. In cuius ſermonis fine ita concluſit. Nos de miſericordia Dei, & de beatorum Petri & Pauli authoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra paganos ciuitatem ſanctam, & alia loca venerabilia detinentes arma ſuſceperint, cunctas ſibi pro delictis ſuis pœnitentias relaxamus. Interim vero eos, qui ardore fidei ad expugnandos illos laborem iſtum aſſumpſerint, ſub eccleſiæ defenſione, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli protectione, tanquam veræ obedientiæ filios ſuſcipimus, & ab vniuerſis inquietationibus tam in perſonis, quàm in rebus ſtatuimus manere ſecuros.

De huius exhortationis fructu. ca. 16.

His verbis finem faciendo, dedit Deus gratiam fideli ſeruo ſuo euangelizãdi virtute multa. Et mandatum eius licet arduum nimis & difficile videretur, cum omni auiditate tam maiores quàm minores amplexi ſunt. Nec ſolum præſentes ex illius verbo ſuccenſos huius verbi feruor animauerat, verùm lõge latéque ſermo idem egrediens, abſentes etiam pari voto feruentes accendebat ad idem. Præterea epiſcopi, vt in mandatis acceperant, fideles ſe cooperatores exhibebant, plebes ſuas ad idipſum inuitantes. Et operante diuina gratia, nec vnus apex cadebat ſine fructu ſuper terram, ita vt vere dici poſſet illud domini verbum. Nõ veni pacem mittere ſuper terram, ſed gladium. Diuidebantur enim maritus ab vxore, patres à filiis. Nec erat tunc caritatis vinculum, quod huic feruori

Pontificũ illius ſeculi vndecimi commendatio.

a Ex his pontificibus, qui à Gregorio 6 Eccleſiæ præfuerunt, colligere facile potes, quam vtile ſit, imo vero neceſſarium pontificum maximorum, aliorumq́ue à principibus laicis non pendere electionem, neque cõfirmationem. Nam poſtquam hi ſummi põtifices iniuriam, quam toti Eccleſiæ, imo verò Chriſto ipſi facerent perpenderunt, & vel electionem vel confirmationem ſuam principum laicorum auctoritate fieri neglexerunt, ſtatim noua quadam Eccleſiæ facies apparuit, & pro intruſis quibuſdam pontificibus, nulla fere commendatione & laude dignis pontifices omnibus heroicis virtutibus exornatos, Eccleſia habere cœpit. Qualis fuit ipſe Gregorius 6. qui Cluniaci, quo fuerat ab Henrico imperatore relegatus, eſt mortuus & Leo 9. ipſe quo miraculis clarus, & ſupra alios omnes libertatis Eccleſiaſticæ à tyrannis vindicator auctor Gregorius 7. & Victor tertius vir digniſſimus Onulpho teſte, qui Gregorio ſeptimo ſuccederet. Denique Vrbanus eſte 2. qui præter tam multa alia ſuncte pieq́ue ordinata, fuit ſacra militia primus inuentor & expeditionis Hieroſolymitanæ promulgator, qua certe nulla vnquam nec ad gloriam Chriſti Domini noſtri promouendã fælicior nec ad Chriſtiani nominis dignitatem tuendã illuſtrior, nec ad hoſtium Chriſti audaciam deprimendam conuenientior vnquam fuit. In quo opere vellem ſane ſentire, quid poſsint noſtræ religionis & Romanorum pontificum aduerſarij calumniari. Tantámne rem, Dei plane nutu conſilioq́ue geſtam inficiabuntur, qui per ſuum vicarium voluit tantos támque inſignes principes ſacræ militia ſigna ſuſcipere? Erat plane Deus, erat qui per Vrbanum 2. hoc gerebat: tanta enim támque repentina hominum mutatio ſine diuino & quidem maximo afflatu fieri non potuit. Erat Deus in corde imprimis ipſius Vrbani, & ex eo ſeſe per os ipſius in corda aliorum quodammodo influebat, vt illi omnibus rebus huius mundi ſpretis pro Chriſto vellent vitam, & quicquid habebant prodigere. Adfuit quidem Deus omnibus pontificibus, cum eos (etſi aliqui morum improbitate laborarent) non paſſus eſt vnquam in errorem vllum incidere, ſed præ reliquis Vrbano 2. in hoc Concilio adfuit, dum eum ad tam arduam rem, imo plane impoſſibilem & incipiendam & perficiendam principes Chriſtianos fecit impellere. An verò Chriſti hoſtis, qualem hæretici fingunt eſſe Romanum pontificem, tunc maxime, hæc potuiſſe vel voluiſſe efficere, quæ Chriſti gloriam & nomen toto oriẽte plane obſcuratam, ita illuſtrarunt, vt nouum Chriſtianorum regnũ in illis partibus ſit erectum? Hoc certe nullus rationis intelligentiæq́ue particeps dicere poteſt. Agnoſcant igitur & venerentur omnes Chriſti vicarium fuiſſe Vrbanum 2. qui in hac præſtantiſsima ſua deliberatione multos ex ſuis ſucceſſoribus ſequaces habuit, tum noſtro ſæculo Pium 5. Pontificem maximum, cuius hortatu & conſilio ſacrum fœdus contra Turcas initũ eſt, & nobiliſsima de Turcis An. C. 1571. ſeptimo die Octobris reportata victoria.

A.C.1096.

poſſet præiudicium generare. Ite vt de clauſtris multi egrederentur monachi, de carceribus incluſi: in quibus ſe ſponte concluſerant propter dominum. Nec erat in regnis occidentalibus, qui aut ætatis, aut ſexus, aut conditionis, aut ſtatus vellet eſſe memor, aut aliquibus perſuaſionibus detentus ab incœpto deſiſteret. Sed omnes indifferenter manus dabant: videbatur enim ad literam illud impleri, quod ſcriptum eſt in Tobia. Hieruſalem ciuitas Dei, Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt in te dominum, & terram tuam in ſanctificatione habitabunt, nomen magnum inuocantes in te.

Sāctus zelus liberādi terram ſanctā ab infidelibus.

Tob.14.

De præſentibus igitur, qui in concilio præſentes fuerant in arram futuræ peregrinationis crucem ſuis humeris affixerunt. Primus dominus Ademarus Podienſis epiſcopus (aliàs Heimarus) qui poſtea Apoſtolicæ legationis authoritate functus in eadem expeditione præfuit, Dominus quoque Auraſionenſis epiſcopus. De vtroque itaque regno multi barones & principes crucem ſuis humeris affixerunt. videlicet dominus Hugo magnus regis Francorum Philippi frater, Robertus Flandrenſium comes, Itē C alius dominus Robertus dux Northmannorum domini Guilielmi ſenioris regis Anglorum filius, Stephanus Carnotenſis & Bleſenſis comes, Raimundus comes Toloſanus, & ſancti Egidij, vir quoque inſignis & ſtrenuus Gothifredus de Bullhone Lotharingiæ dux, & cum eo duo fratres, ſcilicet Balduinus & Euſtathius, Item Balduinus de burgo eorum cōſanguineus filius comitis de Royſcoſt. Burnerius comes de Gres. Balduinus comes Hannoniæ, Iſuardus comes Dienſis, Ramboldus comes Auraſicenſis. Guilielmus comes de Fores. Stephanus comes D de Albæ malla. Rotoldus comes Particæ, Hugo comes ſancti Pauli, multi & alij principes & barones, qui comites non erant ad id Deo placitum obſequium ſe obtulerunt.

Nomina principū qui de regno Francorum & Theutonicorum iter aſſūpſerunt. cap.17.

Citra Alpes vero dominus Boemundus Tarentinorum princeps, domini Roberti Guiſcardi Apuliæ ducis filius, Tancredus eius ex ſorore nepos, vir in armis exercitatus & ſtrenuus. Fuerunt quoque in ea expeditione ex Italiæ ciuitatibus, & præcipue ex vrbe Romana quidam ex nobilibus. Hi omnes tempus opportunum expectantes, alij marino, alij terreno itinere hāc E peregrinationis aggreſſi ſunt viam. Non enim poterant tanta tamque infinita populorum millia, in vna qualibet regione reperire neceſſaria. Vnde ſtudioſe procuratum eſt, vt ſinguli maiorum principum ſeorſum legiones ſuas ducerēt, & non eodem tramite proficiſcerentur. Non erat vſpiam in tot prouinciis, quot habet occidens domus otioſa vel vna, dum hinc paterfamilias, hinc filius, hinc tota domus ad migrandum ſe præpararet. Cum ſingultibus & ſuſpiriis diuidebantur ab inuicem carorum complexus, ſupremum ſibi dicentes vale. F

Itali tamē è Gallia oriūdi ſacra arma induunt.

Anno domini 1096. quidam nobilis Gualterus, vir prudens & in armis ſtrenuus, cum ingenti multitudine pedeſtrium turmarum pertranſiens, Theutonicorum regnum in Hungariam deſcendit. Qua tranſuerſa Bulgariam intrauit. Emerſiſque illius regionis ſyluis, Serdicā A Daciæ mediterraneæ metropolim egregiam peruenit, quo à duce illius ciuitatis acceptis vic conductoribus qui eis vſque ad vrbem præeſſent regiam, eò incolumis peruenit poſt aliquot dies. Quò perueniens in præſentiæ domini imperatoris introductus, ab eo obtinuit, vt vſque ad Petri eremitæ aduentum, de cuius mandato iter arripuerat, in locis ciuitati finitimis habitare permitteretur.

Gualter⁹ Senſauez. primus viam ingreſſus Conſtantinopolim peruenit c.18

A.C.1096.

Iſte Petrus eremita fuit excitator huius operis, & aggreſſus pro terra ſancta recuperanda, qui habita reuelatione ex Hieroſolymis venit B ad Vrbanum papam. Sed de iſta materia & bellis propter huiuſmodi, & adeptione terræ ſanctæ dicetur infra plene in ſequenti titulo.

De decretis huius ſecundi Vrbani. Vrbanus ſecundus in ſynodo apud Melphiam (rectius Melphim) ſic ait. diſt.32 nemo. Nemo ad ſacrū ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis. Et qui vſque ad ſubdiaconatum vnicam & virgineam vxorem habuerit.

Ad ſacros ordines nullus niſi vir... aut pro... tæ ... tis ... dat.e... Syn.Melphi. ... l.3.c.10.

Idem cap. præcedenti diſt. ea. ſcribens Dominico Grandenſi patriarchæ. Erubeſcant impij, C & aperte intelligant, iudicio Spiritus ſancti eos, qui in tribus ſacris gradibus presbyteratu, ſcilicet, diaconatu & ſubdiaconatu poſiti, mulierculas non abiecerint, & caſte non vixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate. De manifeſtis enim loquimur, ſecretorum autem cognitor & iudex eſt Deus.

Idem 1. quæſt. 1. ſi qui 3. Si qui à ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſunt, ſi quidem probare potuerint, ſe cum ordinarentur neſciſſe eos eſſe ſimoniacos, & tunc pro Catholicis habebantur in eccleſia, talium ordinationes ſuſtine- D mus miſericorditer, ſcilicet cum diſpenſatione: ſi tamen eos laudabilis vitæ commendet. Qui vero ſcienter ſe à ſimoniacis conſecrari immo execrari permiſerit, eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus, gloſ. hæc declarat.

Item 8. q. 3. Artaldus. ſic habetur. Artaldus * Arelatenſis epiſcopus, Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus, Romam conſecrandus ad dominū Vrbanum, ſcilicet ſecundum papam venit. Suus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionem ſuam propter bo E na eccleſiæ conſeruanda canonicis iurauerat. Conſecratus igitur eſt à domino Vrbano papa, ante purgatus de huiuſmodi iuramento, dicens ſe feciſſe dictum iuramentum poſt electionem, nullam autem conuentionem ante feciſſe, vt eligeretur. Et ideo vt dicit gloſ. non fuit promiſſio ſimoniaca. De ſimonia in dignitatibus idem Vrbanus 1. q. 3. ſaluator.

Poſt ... electionem ... ante li... ... iuramentum ... ſtare. * l. ... dem ... Electi... E... nant ... noui cretum

Idem diſt. 56. presbyterorum. ait. Presbyterorum filios à ſacris miniſteriis remouemus, niſi F aut in cœnobiis, aut in canonicis, ſcilicet regularibus fuerint religioſe conuerſati.

Idem ſcribens Turonenſi archiepiſcopo ait diſt. ea. cap. penult. Cænomanenſem electum, pro eo quod filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ virtutes in eo conueniunt, non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis eum patienter ſuſcepimus, non tamen vt pro regula in poſterum hoc aſſumatur, ſed ad tempus eccleſiæ periculo conſulitur.

A.C. 1099

ſulitur. Vnde ſecundum gloſ. cum hoc papa diſpenſat. Idem 9.q.1. cap. ordinationes, ait. Qui ab epiſcopis quondam catholice ordinatis, ſed in ſchiſmate à Romana Eccleſia ſeparatis conſecrati ſunt, eos nimirum cum ad Eccleſiæ vnitatem redierint, ſeruatis propriis ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus, ſi vita & ſcientia eos commẽdat. Amodo vero quicunque à prædictis ſchiſmaticis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ aduerſariis ſe ordinari permiſerit, nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnáque neceſsitate cogente, hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus, nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus, ſed obtineāt proprium robur. Et ceſſante neceſsitate, illud quoque ceſſet, quod factum eſt pro neceſsitate. Vbi enim multorum ſtrages iacet, ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt addatur amplius caritati.

Sententia paſtoris timenda, licet iniuſta. Vrba. 2. tom. 3. Conc. c. 5.

Idem 11.q.3. quibus epiſcopi. Quibus epiſcopi non communicant, nõ communicetis & vos, & quos eiecerint, ſcilicet per excommunicationem, non recipiatis. Valde enim timenda eſt ſententia epiſcopi, licet iniuſte liget. Idem 12. q. 1. cap. ſcimus, ait. Quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuā irritam faciat, ſed quod pollicitus eſt domino, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat, quoniam ſatius eſt non vouere, quàm votum prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui ſine voto, vel fide mortui ſunt, & tamen bona fecerunt.

Eccl. 5.

Ex concilio huius Vrbani 12.q.2. de laicis dicitur. De laicis quæſtio facta eſt, qui morientibus epiſcopis, ſiue aliis clericis, res defunctorũ innuaſas eccleſiæ pauperibuſque ſurripiunt. Cõtra quos cõmune totius concilij anathema prolatum eſt, ipſo papa huiuſmodi ſententiam promulgante. Si quis poſt præſentis interdicti cognitionem epiſcoporum aut presbyterorum aut aliorum clericorum res inuaſerit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.

Antequā reconcilientur fidelitatem excõmunicatis ſeruare nullus cogitur. Pſ. 2. c. 11. Act. 5.

Idem 15.q.6. iuratos, ſcribens epiſcopo Vapicenſi, ait. Iuratos milites Hugoni comiti, ne ipſi quamdiu excommunicatus eſt ſeruiant, prohibeto. Qui ſi ſacramenta prætenderint, moneantur oportere Deo magis ſeruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quam Chriſtiano principi iurarunt, Deo eiúſque ſanctis aduerſanti, & eorum præcepta calcanti, nulla cohibentur authoritate perſoluere.

Idem 16.quæſt.7. decimas 4. ait. Decimas, & eccleſias à laicis monachi non accipiāt, abſque conſenſu & voluntate epiſcoporum. Quod ſi aliter præſumptum fuerit, canonicæ vltioni ſubiaceant.

Idem 17.q.4. attendendum, ait. Attendendum eſt omnibus, ne prædia vſibus ſecretorum cæleſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio.

Inuito epiſcopo aliquis poteſt fieri monach. Vrb. 2. in c. 5 Ruff. Gal 5.

Idem 19.q.2. duæ, ait. Duę ſunt leges, vna publica, altera priuata. Publica lex eſt, quæ à ſanctis patribus ſcriptis eſt confirmata, vt eſt lex canonum, quæ quidem propter tranſgreſſores eſt tradita. Verbi gratia, decretum eſt in canonibus clericum non debere de ſuo epiſcopatu ad alium tranſire ſine commendatitiis literis ſui epiſcopi. Quod propter crimino ſos conſtitutum eſt, vt ne videlicet infames ab aliquo epiſcopo ſuſcipiantur perſonæ. Solebant enim officia ſua cum non poterant in ſuo epiſcopatu in alieno celebrare. Quod iure præceptis & ſcriptis deteſtatum eſt. Lex vero priuata eſt, quæ inſtinctu Spiritus ſancti in corde ſcribitur, ſicut dicit apoſtolus de quibuſdam. Cum gentes legem Dei ſcriptam non habeant, ſi naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. Si quis horum in eccleſia ſua ſub epiſcopo populum retinet, & ſæculariter viuit: ſi afflatus ſpiritu ſancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonia ſaluari voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt publica conſtringatur. Dignior eſt enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quippe Dei lex eſt, & qui ſpiritu Dei ducuntur, lege Dei ducũtur. Et quis eſt qui poſsit Spiritui ſancto reſiſtere digne? Quiſquis ergo hoc ſpiritu ducitur, etiam epiſcopo ſuo contradicente, eat liber noſtra authoritate.

Rom. 2.

Rom. 7.

1. Tim. 1.

Canonicus regularis ſine patris cõceſsione monach⁹ fieri non poteſt.

Idem 19.q.3. ſtatuimus. Statuimus, ne profeſſionis canonicę quiſpiam, poſtquam Dei vice ſupra caput ſibi hominem impoſuit, alicuius leuitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu, ex eodem clauſtro audeat ſine patris ac totius congregationis permiſsione recedere. Diſcedentem vero nullus abbatum, vel epiſcoporum, & nullus monachorum ſine communi literarum cautione ſuſcipiat.

Idem Vrbanus 18.q.2. ſeruitium, ait. Seruitiũ, quod monaſteria, aut eorum eccleſiæ à tempore Gregorij ſeptimi, vſque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus. vide ibi gloſ.

Item ex ſynodo Vrbani ſecundi habita Placentię diſt. 70. ſanctorum, ſic habetur. Sāctorum canonum inſtitutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur. Et in qua eccleſia quis titulatus eſt, in ea perpetuo perſeueret: omnino autem in duabus titulari aliquem non liceat.

Plura beneficia obtinere quomodo liceat.

Gloſ. ibi eſt notabilis, quæ demum poſt multa bene concludit, ſcilicet quòd circa plures eccleſias curam habentes animarum, vel dignitates ſolus papa diſpenſat. extra de præbendis de multa. Sed circa ſimplicia beneficia plura obtinenda epiſcopi poſſunt diſpenſare, ſed ſi ſine cauſa rationabili hoc facit, peccat grauiter, & diſpenſans & diſpenſatus.

Idem 23.q.8. tributum. Tributum in orē piſcis piſcante Petro inuentum eſt, quia de exterioribus ſuis, quæ palam cunctis apparent, tributum reddit eccleſia. Nõ autem totum piſcem dare iuſſus eſt, ſed tantum ſtaterem, qui in ore eius repertus eſt, quia non eccleſia imperatori dari debet, non pontificalis apex, qui in ore capitis eccleſiæ præeminet, ſubiici regibus poteſt. Sed ſane (vt dicimus) quod in ore piſcis inuētum eſt, pro Petro, & domino dari iubetur, quia

> A.C.1099.

de caterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum eſt antiquitus pro quiete & pace, qua nos tueri & defenſare deberent, imperatoribus perſoluendum eſt.

> Vir & vxor infantem de ſacro fonte non ſuſcipiant Vitali preſbytero Brixiæ.

Idem 30.q.4.quod autem, ait Brixienſi epiſcopo ſcribens. Quod autem vxor cum marito in baptiſmate ſimul non debeat ſuſcipere puerum, nulla authoritate reperitur prohibitum. Sed vt puritas paternitatis ſpiritualis ab omni labe & infamia conſeruetur immunis, dignum eſſe decernimus, vt vtrique ſimul minime ad hoc aſpirare præſumant.

Idem 24.q.3.paternarum, ait. Paternarum traditionum exemplis commoniti, paſtoralis officij debitum perſoluentes, eccleſias cum bonis ſuis tam perſonis quàm poſſeſsionibus, clericos videlicet ac monachos, eorúmque conuerſos, oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis contra hæc facere præſumpſerit, ſi non emendauerit, à liminibus Eccleſiæ arceatur. Idem q. ea. notandum, ait ea epiſtola ſua. Notandú eſt, quod quidam dicunt contra euangelicam parabolam noa facere, vbi de zizaniis non eradicâdis dominus præcepit, cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi ſubiicimus. Sed ipſe dominus, qui parabolice hoc narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet, dicens. Frater, qui corripitur ab eccleſia, & non obedit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Vnde apparet liquido aliud eſſe excommunicationem, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur, ad hoc excommunicatur, vt ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini.

> 2. Cor. 5.

Diſciplina eſt enim excommunicatio, non eradicatio, niſi forte ex excommunicati ſuperbia & contemptu proueniat. Sed & Aug. cuius verba inducunt ad propoſitum ſuum, cum ſanctis legatis Romanæ eccleſiæ & aliis ſanctis epiſcopis Pelagium & Cæleſtinum hæreticos excommunicauit. Sed & Donatiſtas excommunicatos habuit.

> Errâte eſt damnabilior qui defendit errorem. ead. qui aliorum.

Idem ea. qui aliorum. Qui aliorum errorem defendit, multo eſt damnabilior iis qui errant, quia non ſolum ille errat, ſed aliis offendicula erroris præparat & confirmat.

Ludouicus pius pop. Rom. in occidente 2. imperator imper. poſt mortem patris an. 26. men. 4. di. 24. An. Ch. 814. de quo Ann. lib. 4.

De Imperatoribus Ludouico, Lothario, Carolo, &c.

CAPVT II.

POſt hiſtoriam ſummorum pontificum à Leone quarto vſque ad Vrbanum ſecundum incluſiue, id eſt ab 813. anno domini vſque ad 1100. dicendum occurrit de imperatoribus, qui fuerunt illis temporibus, & aliis ſæcularibus principibus. Mortuo igitur Carolo magno, primo imperatore ex Francis, ſucceſsit in imperio Ludouicus filius eius, cognomento Pius: qui imperare cœpit anno domini 814. Sed à mundi initio 6024. ſecundum aliam opinionem 4777. & imperauit annis 27. Genuit autem tres filios ante imperium, ſcilicet Lotharium, Pipinum, & Ludouicum. Lotharium autẽ, vt referunt Vincen. & Iac. de Col. tanquam primogenitum fecit Cæſarem, & Italiam cum ipſa Roma ei regendam dimiſit. Secundum vero, ſcilicet Pipinum Aquitaniæ regem conſtituit. Ludouicum vero Germaniæ & Bauariæ regem declarauit.

> Abbas Vrſper. Sigeb. Blõ. lib. 2. dec. 2. Naud. ge. 28. Aemyl. & Vinc. lib. 24. c. 26.

Fuit autem hic Ludouicus ſemper præceptorum domini feruentiſsimus executor, ac catholicæ fidei ſtrenuiſsimus propagator, & quamuis in magnis eſſet in ſæculo ſublimitatibus conſtitutus, humilitate tamen altius eminebat.

Hic in exordio ſui imperij eccleſiarum ſtatum diligenti cura pertractans, legem conſtituit, vt Chriſti miniſtri non eſſent humanæ ſeruituti obnoxij. Statuit etiam, vt vnaquæque Eccleſia ſuos haberet ſumptus communiter viuẽdi, ne alicuius auaritia eccleſiaſtico miniſterio abuteretur ad quæſtum, nec propter inopiam cultus diuinus negligeretur. Similiter per ſingula cœnobia ſtipendia ſtatuit monachorum. Ob hanc igitur cauſam anno imperij ſui 6. apud Aquiſgranum iuſsit congregari ſynodum omniũ prælatorum, & abbatum & aliorum ſui imperij clericorum, propter ſtatum & vtilitatem fidei, præſidente papa Gregorio 4.

> Cultus in veſtitu clericorũ qualis eſſe debeat. c. 124. Conci. Aquiſgra.

Et inter cætera in illo concilio, quæ pie & ſancte ſtatuta ſunt, decretum eſt, vt epiſcopi & clerici, nec pretioſis, nec ſericeis veſtibus, neque baltheis aureis, & gemmatis viterentur. Monſtro namque ſimile eſſe dicitur, & impietatis crimen arguitur, ſi eccleſiaſticæ deputatus familiæ, adſpirare conetur ad huiuſmodi pompam gloriæ ſæcularis.

Cum autem eſſet præfatus Ludouicus imperator natura clementiſsimus, & iuxta morum ſuorum lenitatem rempublicam ſancte diſponeret, eius filij patris, vt ipſi dicebant, inertiam contemnentes, vt leues, dyſcoli, ac irreuerentes cum multis imperij & regni principibus, ac etiam prælatis, contra illum grauem ſeditionem concitauerunt. Huius autem coniurationis author & caput extitit Bernardus rex Italiæ, Pipini iunioris filius, & imperatoris nepos. Imperator autem conſiderans periculoſum fore, ſi tam periculoſam contra ſe conſpirationem exortam diſsimularet, magno animo contra illos, qui in eum conſpirauerant, inſurrexit. Et primo Bernardum Italiæ regem tanquam maieſtatis reum, primo regno, deinde oculis, ad extremum vita priuauit. Quo facto multi poſtmodum ab eo tã nobiles, quàm alij variis pœnis puniti ſunt. Nã alij exauthorati, alij exilio traditi, alij ſubſtantia priuati, aliqui etiam occiſi ſunt. Quam ob cauſam actius & filiorum odium contra ſe concitauit, & aliorum principum corda à ſe alienauit. Cumque vt tantorum malorum materia ſedaretur, prælati eccleſiarum ſe interponerent, de illorum conſilio imperator Ludouicus Iudith vxorem ſuam ſecundam, de qua Carolum filium iam ſuſceperat, quaſi omnium malorum originem à ſe abdicauit, ſed propter hoc filiorum & aliorum principum animos mitigare non potuit.

Ludouicus

A C. 833. Ludouic. imperio priuatur A. C. 833.

A Ludouicus autem cum in hac procella verſaretur, poſtremo in fauorem filiorum, qui proprium patrem perſequebantur, à ſuis proditus, in poteſtatem filiorum deuenit. A quibus detétus, in præſentia principum coactus eſt omnem imperialem deponere dignitatem, atque ad agendam pœnitentiam etiam iudicio prælatorū, dicitur fuiſſe clauſus Sueſsione in monaſterio ſancti Medardi. Sed Deo ita diſponéte, ſequēti anno, qui fuit viceſimus ſui imperij, relaxatus, arma & imperium & vxorem recepit, ac filium ſuum Lotharium, qui ex Italia cum exercitu copioſo venerat, redire in Italiam coegit. B Inſuper & Remenſis archiepiſcopus, qui in depoſitionem Ludouici conſpirauerat, ab archiepiſcopatu depoſitus exilio relegatur.

Anno decimo huius Ludouici principis, legati Michaelis imperatoris Conſtantinopolitani ad illum venerunt, qui inter cætera munera detulerunt eidem libros Dionyſij Areopagitæ de cœleſti hierarchia ab ipſo Dionyſio conſcriptos. Qui libri Pariſios in ipſo ſacri martyris feſto miſsi, cum ingenti gaudio in monaſterio ſuſcepti ſunt. Quod quidem gaudium virtus & meritum dicti martyris cumulauit. C Nam in ipſa nocte nouemdecim ægroti à diuerſis infirmitatibus ſunt ſanati.

Origo Northmannorū Vinc. ex chron. ca. 34. A.C. 844.

Anno 22. imperij dicti Ludouici gēs Northmannorum à finibus ſuis egreſſa Gallias cœpit infeſtare. Sunt autem Northmanni originaliter Dani, quod tantum ſonat lingua eorum barbara Northmanni, quantum homines ſeptentrionales, eo quod ab illa mundi parte venerunt.

Sub hoc etiam principe Arioldus rex Danorum cum vxore ſua & filijs, & magna parte Danorum nobilium Moguntiæ baptizatur, & ab imperatore muneribus, & parte Phryſiæ in beneficium ſibi data honoratur. D Anno 25. eiuſdem Ludouicus filio ſuo Lothario, qui in Italia regnabat, ſub fide ad ſe venienti reconciliatur. Illi tanquam primogenito imperij, & regni tribuit coronam.

Anno imperij eiuſdem octauo in Turingia, vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 25. poſt Hugo. cæſpes longitudine pedum quinquaginta, & latitudine 13. altitudine ſeſquipedali ſine manibus de terra præciſus & ſublatus eſt, & vltra pedes 25. tranſlatus eſt. In Saxonia tellus in modū aggeris in limite vnius leucæ intumuit. E Terræmotus quoque factus eſt, multæ villæ & domus cœleſti igne vaſtantur. Cum ipſa grandine veri lapides immenſi ponderis cadunt. Hæc prodigia grandinis hominum mortalitas ſecuta eſt.

Puellæ miraculum.

In territorio Tullenſi villa Commerciaco puella duodennis poſt ſacram communionem in paſcha ſuſceptam à ſacerdote, primum per decem menſes pane, deinde omni cibo & potu per triennium abſtinuit, & poſtea ad communem vitam rediit hominum. In Gallia ante ſolſtitium æſtiuale aere in tempeſtatem conuerſo, F repente ingens fragmentum glaciei cum grandine cecidit. Cuius longitudo pedes 15. latitudo ſex, groſsitudo duos pedes habebat. Sol & luna per eclipſim deficiunt anno 25. imperij Ludouici. Anno autem vltimo ſui imperij cometes in ſigno arietis apparet, & per aliquot dies plurimi inſtar ſtellarum, igniculi per cœlum A diſcurrere videntur. Anno autem imperij ſui 26. Ludouicus moritur. A.C. 833.

Lotharius 3. occidentis Rom. imperator impe. an. 15. men. 3. di. 10. An. Ch. 840. de quo Rhe. lib. 1. Anno lib. 4. ca. 103. Abbas Vrſ. Blon. Nauc. Aemyl. & Vinc. cap. 35.

§. I.

LVdouico primo defuncto, Lotharius primogenitus eius ſolus ſibi imperium vſurpans, imperauit annis 15. Cœpit autem imperare B anno domini 841. A mundi autem initio ſecundum minorem computationem 4094. Secūdum autem maiorem anno 6051. Cuius imperij anno primo, Carolus & Ludouicus filij imperatoris, dolentes ſe à fratre ſuo Lothario debita parte regni priuari, contra eum inſurgere parant. Anno imperij eius ſecundo, cometes in ſigno Aquarij apparuit. Tribus autem fratribus de partitione regni diſcordantibus, conſeritur inter eos pugna in pago Autiſiodorenſi, in villa quæ dicitur Fontanedum. Tāta cædes inter eos facta eſt, vt nulla ætas vnquam meminerit tantam C ſtragem fuiſſe factam in gente Francorum, & ita eorum vires ibi extenuatæ ſunt, vt iam nec ſuos terminos ab extraneis tueri valerent. Victoria tandem Ludouico & Carolo peruenit.

Deſcripto vero in tres partes regno, fratres ad vrbem Galliæ Virdunum conueniunt, & inter ſe pacificantur. Et datis & acceptis inter ſe inuicem ſacramentis, quiſque ad deſcriptas ſibi partes regni tuendas reuertuntur. Francici regni diuiſio. Carolus accepit occidētalia regna à Britannico Oceano vſque ad Moſam fluuium, in qua parte extunc & D modo nomen Franciæ remanſit. Ludouico oriētalia regna ceſſerunt, ſcilicet Germania vſque ad Rheni fluenta, & aliquæ trans Rhenum ciuitates, cum pagis adiacentibus propter vini copiam. Lotharius vero qui maior natu erat, & imperator appellabatur, omnia Italiæ regna tenuit cum ipſa Roma, necnon & Prouinciam, & mediam partem Franciæ inter Scaldem & Rhenum, quæ mutato nomine ab eo denominata eſt Lotharingia. Nomen Lotharingię accipit

Poſt factam ergo diuiſionem Carolus regnat in Francia annis 34. Ludouicus frater eius in Germania regnat annis 33. Ex chronicis habe- E tur, quòd hic Ludouicus quatuordecim duces Bohemorum cum ſuis populis baptizari fecit. Porro regnum Caroli fratris eius, cognomento Calui Northmanni grauiter impetunt, & vſque Pariſios nauigio veniunt. Cum Phryſonibus tribus prælijs confligunt, & in duobus primis victores exiſtunt.

Eo tempore ſanctus Radulphus Bituricenſis archiepiſcopus moritur, & in cœnobio ſancti Sulpitij ſepelitur. S. Radulphus moritur. Anno 12. imperij Lotharij, Ca- F rolus rex Francorum filios fratris ſui Pipini regis Pipinum & Carolum regnum inquietantes capit, & in monachos attonſos in monaſterium trudit, vt ſcribit Sigebertus & Vincen. ſpecu. hiſto. Eo tempore Burdegalis & Petragoricus & Sanctonicenſis & Lemouicenſis & Turonenſis & Aurelianenſis ciuitates à Northmannis paganis captę ſunt. Qui ex Dacia quidem,

vt dict

A.C. 850.

Northmâni vnde otiûdi §. præcedenti.

(vt dictum eſt) erupèrunt, ſed conuerſi tandem A. in ea Galliæ maritimæ parte, quæ ab eis dicitur Northmannia, reſederunt. Qui Northmanni per mare Britannicum oſtia Ligeris ingreſsi, vrbẽ in Nannetenſem inuadunt. Epiſcopum ſabbato ſancto baptiſmum conſecrantem trucidant, & clerum ac populum perimunt. Et inde Andegauos & poſtea Turonos occupant, & vt tempeſtas omnia diruunt. Templum etiam ſancti Martini incendunt. Anno 15. eiuſdem, terræmotus, aeris inſolita commotio, turbines, grandines, tempeſtates, fulmina multa, multimoda incom- B moda hominibus inferunt. Quidam etiam homo igne cœleſti conſumptus eſt veſte illæſa manente.

Circa [a] illa tempora ſecundum Vincen. poſt. chron. rex Anglorum Adulphus, qui primus totius Angliæ monarchiam tenuit, Romam perrexit, & coram Leone papa ſancto Petro tributum, quod vſque hodie in Anglia ſoluitur, id eſt de vnaquaque domo nummum argenteum per annum obtulit.

Lotharius fit monach' Vin. c. 27.

Demum Lotharius imperator partito inter filios regno abrenunciat ſæculo. Et in Prumia, C (aliàs Pruliaco) monaſterio habitu monachali ſuſcepto, non multo poſt dormiuit in domino, vt teſtatur Vincen. ſpec. hiſto. vbi §. De cuius anima, vt ipſe refert, cum inter angelos & dæmones altercatio fieret, angeli ſiquidem animã monachi, dæmones imperatoris animam quærebant, ſed orantibus fratribus fugati ſunt dæmones, qui corpus diſtrahebant. Dum autem imperaret dictus Lotharius, cũ papa Sergius creatus eſſet Romæ, miſit ipſe Lotharius filium ſuũ primogenitum Ludouicum cum multa comitiua principum, & prælatorum ad honorandum D Sergium in ſua electione & conſecratione: qui ſuſceptus à ſummo pontifice cum magna gloria, ab eo in regem Longobardorum inunctus, & coronatus eſt. Cuius coronationi interfuere pene omnes epiſcopi Tuſciæ & Longobardiæ.

Ludouic' Romã veniens coronationi Sergij interfuit. ſup. c. 1. §. 5. Blond. li. 2. dec. 2.

a Inas Occidentalium Anglorum rex circa An. Chr. 700. regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecit ſingulis argẽteis nummis, quos Petri Denarios vocãt, in ſingulas domos impoſitis. Polyd. Virg. li. 4. hiſt. Angl. Poſtea Edelphus rex Anglorum (quem D. Anton. Adulphum vocat) Romam voti cauſa petiuit, vbi à Leone 4. benigne acceptus, fecit Romano Pontifici eã quoque inſula par- E tẽ quã Egbertus pater (is eſt qui primus Angliæ vniuerſæ præfuit. Leſlæus li. 5. de rebus Scotorũ) ad regnum adiũxerat, vectigalem fecit. hoc etiam regnum Pontifici maximo multas alias ob cauſas eſt obnoxium, vt in 3. tit. 19. cap. 1. §. 3. oſtendemus. Hoc tamen tributum tam ſanctè religioſéque conceſſum & debitum Henricus 8. Angliæ rex cum à fidei Catholicæ integritate defeciſſet, Pontifice maximo perſoluere noſtra tem- F peſtate deſtitit, Angliq; Caluiniſtæ laicocephali illi hoc ſimul cum debita obedientia pernegant. quod verum eos deceat, qui tantopere ius diuinũ ſcriptum vrgent, ipſi viderint. Nam ſi hoc contra ius diuinum non eſt Mat. 22. reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & Rom. 13. Cui tributum tributum, cui vectigal, vectigal. nullum nobis iure diuino mandatum fateantur neceſſe eſt.

A.C. 850.

Rabanus etiam ex abbate archiepiſcopus factus Moguntinus, ex mandato Ludouici Germanorum regis, & fratris Lotharij imperatoris, epiſcoporum Germaniæ ſynodum Moguntiæ congregauit, in qua multa Eccleſiæ vtilia ordinata ſunt. De quo Rabano, & eius libris dictũ eſt ſupra. Imperante etiam dicto Lothario, nefanda illa gens Saracenorum nauibus vecta, circa littora maris Tuſci maxima damna quibuſdam ciuitatibus intulit, & maxime eccleſiã ſancti Petri violarunt, & omnia diripuerunt, quia tunc erat illa pars ſine muris, poſtea receſſerunt, vt dictum eſt in cap. præcedenti.

Saraceni Italiã diripiunt, ſup. c. 2. §. 4. Blon. & alij.

Ludouicus 2. occidentis pop. Rom. imp. 4. imp. an. 19. men. 10. di. :::: An. Ch. 855. de quo Anna. lib. 5. Regin. lib. Vincen. ca. 37. Blond. Aemyl. Nancl.

§. II.

Migrante ad dominum Lothario, ſucceſsit in imperio Ludouicus ſecũdus, filius eius, qui olim fuerat à Sergio papa in regem Longobardorum inunctus, anno autem domini 856. & ab initio mundi ſecundum minorem numerum 4919. Secundum autem opinionem maioris numeri 6066. cœpit imperare. Tenuitque imperium annis 21. Lotharius vero frater eius Lotharingiam tenuit. Anno autem tertio imperij ipſius Ludouici, Franci ſuper crudelitate Caroli regis ſui apud Ludouicum fratrem ſuum expoſtulant, & eum ad regnandum ſuper ſe cõtra Carolum inuitant: ſecundum Vincen. poſt Sigebertum. Hoc autem Ludouicus inconſulte aggreſſus, turpiter alienis exceſsit finibus.

Anno eius 8. Hubertus abbas, & dux, frater Thiethbergæ reginæ, vxoris Lotharij regis, cõtra ipſum Lotharium inſurgit, eo quòd repudiata Thiethberga vxore ſua, quamdam nomine Gualdradam ſuperinduxerat. Et quia huic repudiationi conſenſerant, & cooperati fuerant duo archiepiſcopi Moguntinus & Treuerenſis conuicti ſuper hoc, excommunicati ſunt à Nicolao papa primò & depoſiti. Ipſa etiam pellex Gualdrada à legato Apoſtolico excommunicata eſt. Videns autem Lotharius etiam ſibi excommunicationem intentari, Thiethbergã vxorem ſuam recepit, reiecta Gualdrada, ſed non multum id profuit, quia non multo poſt ea repudiata iterum in vxorem pellicem reaſſumpſit, nec vltra vllo correctionis modo ab ea ſeparari voluit.

Lotharij cum [...] te diuortium, [...] quo ſupra cap. 1. §. 9. & Vinc. c. 38. A.C. 862.

Anno 12. Saracenis Beneuentanam regionem incurſantibus, Ludouicus imperator viriliter occurrit. Ad cuius auxilium frater eius Lotharius properans, multa quidem prælia cum eo ſtrenue geſsit, ſed exercitu ſuo propter intemperiem aeris morbis, & morſibus aranearum nimis grauato, cum multo ſuorum diſpendiô rediit. Anno eiuſdem 13. Michael Græcorum imperator ſenſu diminutus adeo mente excedebat, vt familiares ſuos iuberet occidi, quos tamen ad ſe rediens, ſibi præſentari exigebat. Vnde anno ſequenti Baſilius, quem Michael imperator pauperem ex familia vnius abbatis ſibi adſciuerat, & cubicularium factum, ad tantos honores prouexerat, vt alter ab imperatore appella

Saracenis initat Ludouicus imperator. Vinc. c. 10. ex Euſeb. A.C. 866.

A.C. 875.

appellaretur, ſæpe ab imperatore per inſaniam occidi iuſſus, timens, ne tali occideretur occaſione, elegit ipſe magis imperatorem occidere, quàm ab eo interfici. Qui Baſilius imperauit in Græcia annis 17.

Baſilius Græcorũ imperator.

Anno autem 15. imperij Ludouici, Nicolao papa migrante, ad Adrianum eius ſucceſſorem Romam Lotharius rex acceſsit, ad ſe excuſandum. A quo dum pro comprobatione innocentiæ ſuæ ad examinationem & receptionem corporis & ſanguinis domini tam ipſe quàm optimates ſui fuiſſent inuitati, omnes, qui cum eo B communionem acceperunt, intra annum mortui ſunt, ipſo etiam in redeundo Placentiæ defuncto Lothario.

De regibus Angliæ Vin. ex Helin. c.40. circa an. Ch. 860.

Anno imperij prædicti Ludouici 17 vt refert Vincen. Erheldredus rex obiit, qui fuerat Etherenulphi filius. Poſt quẽ regnauit Elſredus frater Etherenulphi, qui à Leone quinto papa vnctionem regiam & coronam ſuſceperat. Hic regnauit annis 28. & menſibus 6. qui nouem continuis annis cum hoſtibus pugnauit. Hic, vt refert Vincen. poſt Helinandum, cum quadam die in Adelingia incluſus ſolus domi eſſet, ſociiſq; C per oram fluminis diſpertis ad piſcandum, corpus curis ægrum ſopori dediſſet, ecce ſanctus Cuthbertus Lindiſarnẽſis quondam epiſcopus, ſic dormientem alloquutur. Ego ſum Cuthbertus, ſi audiſti, Miſit me dominus, vt tibi proſpera nunciem. Anglia iamdudum peccatorum ſuorum pœnas luit, [a] modo tandem indigenarum ſanctorum meritis à domino reſpecta eſt, tu miſerabiliter regno extorris, poſt paucum tempus in ſolio glorioſe reponeris. Et hoc tibi ſignum. Venient hodie piſcatores tui, magnam multitudinem piſcium corbibus euehentes, quod mirũ D eſt, cùm congelata aqua fluminis nil tale ſperetur, ſed & tempus frigidum omnem artem piſcantium eludit. Tunc fortunæ tuæ ſecundæ compos, memento liberatoris tui, & eius nuncij: hoc idem viſum eſt per ſomnium matri ſuæ. Experrecti ambo ſomnia ſua referebant.

Anglia miro cõmẽto artis ioculatoriæ eluditur.

Et ecce piſcatores adueniunt cum magna piſcium copia. Non multo poſt ergaſtulum exire auſus, in quo à Danis tenebatur: magnæ aſtutiæ periculum fecit. Regis enim Danorum intrauit tentoria ſub ſpecie mimi, vnius tantum ſibi fideliſsimi conſilio fruens. Ibi tanquam artis ioculatoriæ profeſſor, etiam in ſecretiora tricli- E nij admiſſus, omnia arcana oculis & auribus percepit, pluréſque dies ibi moratus Adelingiã rediit, exponénſque ſociis omnia, irruit repente ſuper barbaros otioſos, quorum plurimis occiſis, reliqui cum rege ſuo dederunt obſides, quòd Chriſtiani fierent, & ab Anglia diſcederent, quod & factum eſt. Rex eorum Gudrum, quẽ

a Sic etiam noſtro ſæculo ſpes maxima omnium piorum animis inſita eſt, fore vt Deus ſanctorum F *indigenarum precibus exoratus, qui ſub ſchiſmaticis principibus Henrico 8. & Elizabetha grauiſsima quæque paſſi ſunt, (de quibus liber de perſecutione Anglicana, & Sand. lib. 8. de viſib. mon.) & adhuc pro fide Catholica ſuſtinent, pacem illi regno & Eccleſiæ Catholicæ communionem reddat, quod vt quamprimum præſtet, ſupplicitex eum pij omnes exorant.*

A noſtri Gurnundum vocant: cum triginta proceribus, & omni pene populo baptizatus eſt, & in filium ab Elſredo rege ſuſceptus eſt. Cæteri ex Danis, qui Chriſtiani eſſe noluerunt, cum Haſtingo mare transfretauerunt. A C 875.

Regia Francorũ clade filiorũ regiorũ affligitur. Vinc. 16. Aemyl li. 3.

Anno prænotato dicti imperatoris, vt dicit Vincentius poſt Sigebertum, Carolum regem Francorum & fratrem dicti Ludouici domeſtica calamitas in filiis ſuis afflixit. Siquidem Carolomannum in clericatu vſque ad diaconatus officium prouectum, ipſe pater cepit, & excæcauit, pro eo quòd ad apoſtaſiam conuerſus, & omni genere nocendi regnum perturbans, alter Iulianus apoſtata erat effectus. Porro alter filius eius Carolus dum inconſulte voluiſſet experiri expertam Albuini militis fortitudinem, & ſoli ſolus congreſſus fuiſſet, ab eodẽ Albuino ignorante quis eſſet, peremptus eſt.

Circa illud tempus ſecundum Vincen. ex chron. Danorum gens Angliam plurimum deſæuiens perturbauit. Regem quoque Chriſtianiſsimum & piiſsimum illius Eadmundum capitali ſententiã condemnauit. Huius ſancti caput abſciſſum (quod mirabile fuit) lupus ſæuus illæſum ſeruauit, & in ſyluam deferens diligẽtiſsime inter anteriorum pedum amplexus collocauit. Quod cum poſtmodum à pluribus quęreretur, vocem huiuſmodi fertur emiſiſſe. Her her her, quod interpretatum ſonat: hic hic hic. Poſtmodum huius regis manifeſtato martyrio, plebs Anglorum læta accurrit, vbi plurima miracula perpetrata ſunt.

Baſilius imperator Græcorum, inter cætera munera mittit Ludouico regi Germanorũ cryſtallum miræ magnitudinis, auro gemmiíſque ornatum, cum parte non modica ſanctæ crucis. Carolus iunior Ludouici regis Germanorum filius à dæmonio grauiter in præſentia patris & optimatum eius vexatur. Et in ipſa vexatione confitetur hoc ideo ſibi contigiſſe, quia contra patrem ſuum conſpirationem facere moliebatur.

Baſilius Ludouico munera mittit.

De mirabilibus quæ venerunt tempore huius Ludouici. Anno imperij ſui ſecundo Coloniæ orta tempeſtate populo in baſilicam ſancti Petri confugiente, ſubito fulmen inſtar ignei draconis, baſilicam ſcidit ac penetrauit, & tres homines diuerſis quidem locis, ſed vno ictu, in mortem deiecit: alios autem ſex eodem impetu ſemiuiuos reliquit. In parœchia Moguntina malignus ſpiritus euidens nequitiæ ſuæ dedit indicium. Nam primo lapides iaciendo, & parietes domorum quaſi malleis pulſando, inde manifeſte loquendo, furta etiam prodendo, diſcordias inter vicinos ſeminando homines inquietabat. Denique animos omnium contra vnum hominem commouit, quaſi propter eius peccata cæteri talia paterentur, cuius fruges in vnum coaceruatas incendit: qui vbicunque intraſſet, ſtatim illa domus exurebatur, vt iam niſi in agris nullus locus eſſet manendi: propter hoc presbyteris & litanias agentibus & aquam benedictam ſpargẽtibus, inimicus lapides iaciendo multis cruentatis tandem aliquamdiu quieuit. Presbyteris recedentibus inimicus flebiliter vlulans, tandem presbyterum quemdam nominatim exprimens, ſe quando aqua benedicta

Quæ contigerunt ea tempeſtate miracula Sigeb. Vin. cap. 31. Auct. lib. 4. Annal.

aſperge

A.C. 875. aſpergebatur, ſub cappa quaſi familiaris ſui latuiſſe profeſſus eſt, accuſans eum cum filia procuratoris concubuiſſe. Sic per triennium inſtitit, donec ibidem cuncta ædificia ignis incendio conſumeret.

Numeneus rex Britonũ à D Maurilione percutitur, Vin c. 38.

Circa illud tempus Numeneus rex Britonũ, dum inſtaret regnum Francorum depopulari, viſum eſt ei adſiſtere ſanctum Maurilionem Andegauenſis vrbis olim epiſcopum, à quo in capite baculo percuſſus, iram Dei morte perſenſit. Anno imperij prædicti Ludouici 19. vt refert Vincen. poſt Sigebertum in Italia Brixiæ tribus diebus & tribus noctibus ſanguis de cœlo pluiſſe narratur. Locuſtæ Galliam depopulãtur innumerabiles, cæteris locuſtis maiores, ſena B alarum tegmina (aliàs regimina) ſex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, vt caſtrorum acies turmatim volantes, duces cũ paucis itinere vnius diei præmittentes ad metanda loca vẽturæ multitudini, circa horam nonam ad locum præuiſum venientes, ibique ſolis ortum expectantes, per ſpacium vnius diei aerem velabant: ipſum ſolis radium obnubilantes, ore lato, extenſo, inteſtino omnia viridia in herbis & arboribus corrodentes, ſpacium diurni itineris quatuor aut quinque miliaribus extendentes. Hoc miſerabili ſpectaculo vſque ad mare Britanni- C cum peruenientes, tandem flatu ventorum in profundum maris demerſæ ſunt: ſed æſtu Oceani ad littus reiectę putredine ſua aere corrupto, multos perire fecerunt. Secuta etiam fames valida multos conſumpſit inedia, vt pene tertia pars hominum ſit conſumpta in Gallia.

A.C. 872. Anno ſequẽti hyems ſolito aſperior fuit & prolixior, ita vt nix & gelu à Cal. Nouembris vſque ad vernale æquinoctium in terra eſſent.

Lotharius imperator mortuus filio apparet.

Ludouico regi Germanorum apparuit in ſomnis genitor ſuus olim imperator, adiurans eum per nomen ſanctæ Trinitatis, vt eriperet D eum à tormentis, quibus detinebatur, vt tandem requiem ęternam habere mereretur. Ob hoc ad diuerſa monaſteria eleemoſynis deſtinatis, obnixe filius ſuccurrebat patri, vnde dabatur intelligi, quòd licet idem imperator multa Deo & hominibus placita feciſſet, plura tamen Deo contraria in regno ſuo fieri conſenſit. In quibus grauiora videbuntur, quòd hæreſi [a] Nicolaitarum non reſtitit, & monita Gabrielis archangeli duodecim capitulis comprehenſa: quæ Emarchus ei legenda & obſeruanda obtulit, ſeruare non ſtuduit.

Carolus Andegauis Northmannos expellit. Aemyl.

Northmanni vrbem Andega- E uenſem, quaſi in ea habitaturi cum ſuis omnibus occupant, ad quam expugnandam Carolus adſcito Salomone Britonum rege multis diebus eam obſedit, ſed cum Northmanni ad deſperationem deducti fuiſſent, rex inuito exercitu pecunia ab eis accepta egreſſum eis annuit, eiſque hoc pacto peiora faciendi locum dedit.

a Nicolaitas appellabant tunc eos, qui ſacri altaris miniſtros debere, vel poſſe liberè vti vxoribus ſentiebant, Geneb. in Chron. lib. 4. F

Carolus Caluus imperator in occidente 5. imp. an. 2. men. 3. An. Ch. 875. de quo Regino. & Anno. Sigeb. Vinc. cap. 42.

§. III.

A.C. ...

Mortuo igitur Ludouico ſecundo, anno imperij ſui 20. patruus eius Carolus rex Francorum Romam pergit. Et Ioanne papa & Romanis ſibi per munera conciliatis, creatur imperator anno domini 877. & imperauit annis 2. Sed ei ſtatim à Ludouico fratre ſuo bellum paratur, quia ſe inconſulto ſolus imperium fra truelis vſurpauerit. Cometes ſolito rutilantior apparuit. Subita & nimia aquarum inundatio facta eſt in Iunio: ita vt in Saxonia villa quædã longe à torrentibus & fluminibus remota in momento cum hominibus beſtiis & arboribus & ædificiis cum Eccleſia & altari penitus abſorpta ſit, vt nullum habitationis remanſerit veſtigium.

Britones rege ſuo Salomone mortuo, pro contentione regnandi inteſtino inter ſe bello colliduntur. Sicque inuiti ceſſant à Galliæ exterminio. Anno imperij Caroli primo, Ludouicus rex Germanorum frater eius obiit, relinquens tres filios, ſcilicet iuniorem Ludouicum & Carolum, qui non multo poſt imperauit, & Carolomannum patrem Arnulphi imperatoris. Porro Carolus de morte fratris ſui gauiſus, iniuſtitiam, quam contra fratrem conceperat, cõtra filios fratris perficere paratus, cum quinquaginta millibus hominũ & eo amplius, regnum eorum aggreſſus Coloniam vſque peruenit, Ludouici filiis aliis occupatis. Ludouicus autem iunior miſſa legatione ad patruum, rogabat ea quæ pacis ſunt. Quod cum impetrare non poſſet, ipſum bello viriliter excepit. Ipſumque victum cum nimio exercitus damno, ac dedecore multo fugere compulit.

Carolus imperator in Germaniam ducit. Aemyl.

Temporibus huius Caroli Calui comitatus Flandrenſis exordium ſumpſit. Non enim Flandria tunc erat tanti nominis & opulentiæ, ſicut nunc cernitur, ſed à regis Francorum foreſtariis regebatur. Quorum Lidericus & Ingerlannus & Audacrus, ſub Pipino & Carolomagno & Ludouico rectores Flandriæ fuerunt, nec tũc comites vocati ſunt. Balduinus autem filius Audacri rapuit Iudith filiam Caroli Calui, propter quod ab omni eccleſia conſenſu epiſcoporum excommunicatus eſt ex præcepto Caroli. Deinde ex epiſcoporum & optimatum ſuorum conſilio reconciliatus Carolus Balduino & Iudith, dedit eis Flandriam in comitatu perpetuo poſsidendam, & hæredibus eorum.

Ioannes Scotus vir doctiſsimus, ſed hęreticus & Berengarianæ hæreſeos primus auctor. Lãfrãcus in lib. de veritate Euchar.

Hoc tempore vt refert Vincen. ſpecu. hiſtoriæ, poſt Helinandum claruit Ioannes Scotus, vir perſpicacis ingenij, & mellitę facundię. Qui dudum concrepantibus vndique bellorum fragoribus in Franciam ad Carolum Caluum trãſierat. Cuius rogatu Hierarchiam Dionyſij Areopagitæ de Græco in latinum verbum è verbo tranſtulit. Compoſuit etiam librum, quem de naturæ diuiſione intitulauit, propter quæſtiones ſoluendas bene vtilem, ſi tamen ei ignoſcatur in aliquibus, in quibus à latinorum tramite deuiauit, dum in græcos oculos acriter intendit. Hic ſuccedentibus annis munificentia Elfredi allectus venit in Angliam, & apud monaſterium Melberienſe à pueris quos docebat, graphiis, vt fertur, perforatus, martyr exiſtimatus eſt.

A.C.877. tus eſt. Huius hoc epitaphium eſt:

Clauditur in tumulo ſanctus ſophiſta Ioannes:
Qui ditatus erat iam viuens dogmate miro:
Martyrio tandem Chriſti conſcendere regnũ
Qui meruit, ſanctis regnans per ſecula cunctis.

Scabri tamen ſunt hi verſus, & moderni temporis lima carentes. Et ſubdit Vincen. vbi ſuprà: quod hic Ioan. Scotus philoſophus, vt dicit Lãfrancus, in fide deſipuit, vnde liber eius de Euchariſtia lectus in ſynodo Vercellenſi celebrata ſub papa Leone nono, damnatus eſt: eodem anno quo & ſe Lanfrancus ab errore Berengarij purgauit. Idem Ioannes ſuper hierarchiam Dionyſij commentum fecit.

Carolus autem Caluus imperator, vt ſcribit Vincen. vbi ſuprà poſt Sigebertum, poſt adeptũ imperium vltra ſe elatus conſuetudines Francorum vilipendens, Græcas glorias & inſolitos habitus affectabat, & talari dalmatica indutus, & deſuper baltheo accinctus pendente vſque ad pedes, capite verò inuoluto velamine ſerico & diademate ſuperimpoſito incedebat. Et cum eſſet lepore timidior, & hoſtes fugere quàm fugare paratior, fratrem ſuum Ludouicum laceſſebat, minatus tantas copias ſe conducturum, vt ab equis flumine exhauſto, ipſe per aridum alueum Germaniæ regnum intraret.

Compendiũ à ſuo nomine Carolus vult Carolopolim nominare.

Iſte Carolus Caluus, vt dicit Helinandus in hiſtorijs ſuis, monaſterium ſancti Cornelij apud Compendium fundauit & perfecit. Hic cogitauerat caſtrum ipſum facere ad inſtar Conſtantinopolis, & de nomine ſuo nuncupare Carolopolim. Et quia in eccleſia ſancti Dionyſij multa rapuerat, quæ alij dederant, ſpineam coronam domini & vnum de clauis, & de ligno crucis, & quædam alia, ibi attulit. Sudarium autem apud Compendium reliquit, quod intelligo non de ſudario, quod Romæ oſtenditur, ſed quod remanſit in ſepulchro Chriſti ipſo reſuſcitato. Antequam iſtæ reliquiæ oſtenderentur populo, tanta fames ſolebat eſſe in Francia, vt aſinos & caballos comederent, quæ per Dei miſericordiam poſtea ceſſauit. Dicit autem Sigebertus hunc Carolum mortuum fuiſſe Mantuę, porrecta ei à Sedechia Iudæo eius medico venenata potione. Alibi legitur, quod Romã pergens mortuus eſt in itinere, & ſepultus eſt apud Lugdunum in monaſterio Antonay. Eũ tamen alij dicunt Verſellis in diui Euſebij templo ſepultum.

Sed poſt multum temporis apparuit ipſe Carolus in viſu noctis cuidam monacho ſancti Dionyſij nomine Erhengario (alias Archengerto) & in eadem nocte cuidam clerico ſancti Quintini, dicens vtrique ſe eſſe Carolum Caluum, & ex Dei iuſſu eis apparuiſſe, vt diceret eis, quod Deo & ſancto Dionyſio diſplicebat, quòd corpus eius non eſſet ſepultum in Eccleſia ſancti Dionyſij, cui tanta munera pro Dei amore contulerat. Mandauit ergo, vt irent, & dicerent Ludouico filio ſuo, & proceribus regni, vt corpus eius illuc ferrent: quod & factum eſt, & ſepultus eſt in eccleſia ſancti Dionyſij ante altare ſanctæ Trinitatis. De hoc autem Carolo dicit Sigebertus, quòd Romam ſecundo profectus Boſoni germano vxoris ſuæ, neptem ſuã filiam Ludouici imperatoris vxorem dedit, & data ei Prouincia in regem eum coronauit, vt etiam regibus imperare videretur. Qui audiens fratrueles ſuos Carolomannum & Carolum contra ſe exercitum adducere, pauore ſolutus reditum parat, & in redeundo à quodam Sedechia Iudæo male potionatus Mantuæ moritur. Filius eius Ludouicus cognomento Balbus, ſecundus poſt diuiſionem regnat in Francia annis duobus.

Ludouicus veneno interimitur. [margin, partly illegible]

Ludouicus Balbus imperator 6. A.C. 877. de quo ijdem.

§. IIII.

IVnior autem Carolus tertius, filius Ludouici Germanorum regis, imperium adeptus eſt, annuentibus ſibi quibuſdam nobilium Romanorum,[a] Ioanne autem papa ſatagente imperiũ transferre ad Ludouicum Balbum filium recẽs defuncti Caroli imperatoris. Cœpit autem imperare prædictus Carolus 3. anno domini 879. Ab initio autem mundi 4842. ſecundum Hierony. & Hebræos, quem ſequuntur Vincen. in ſpec. hiſt. & Ioan. de col. Sed ſecundum aliam computationem ſcilicet 70. quã ſequuntur Euſebius & Beda, ſexies milleſimo & ſecundo anno. Et quia papa Ioannes non ita fauebat Carolo prædicto imperatori, Romani ei iniuriati ſunt, ita vt in cuſtodia detinerent. Sed habita opportunitate à Roma diſcedens, ad Ludouicũ Balbum in Franciam acceſsit, per annum ibi moram trahens. Northmannorum autem pluſquam quinque millia à Francis in Gallia cæſa ſunt. Claruit eo tempore Milo monachus qui vitam ſancti Amandi metricè compoſuit. Et librum de ſobrietate ad Carolum Caluum ſcripſit. Sub hoc Milone adoleſcebat nepos eius Hubaldus, qui ſeptem artium liberalium peritia clarus, egregie præter cætera in muſica floruit, & de multis ſanctis cantus dulci, & regulari modulatione compoſuit.

Ioãnes 8. pontifex in Galliã venit. vide de eo. ca 25. 11.

Eo tempore, vt refert Vincen. ſpe. hiſto. poſt Helinandum, Haſtingus fugatus ab Anglia ab Elfredo rege, cum ſuis transfretauit mare, & in Pariſios, & Turonos, & aliàs vrbes euacuatis ciuibus vſque ad extremum mare graſſatus eſt: Hic Haſtingus Galliæ vaſtatis ſuperioribus partibus obſedit Turonum. Cuius murus cum crebro pulſaretur ariete, curritur ad corpus ſancti Martini, & deferunt illud ad locum debiliorem, mortuum pro viuis defenſorem facientes, vt inquit Vincen. poſt ſanctum Odonem. Mox fugerunt Dani, quos Turoni perſecuti ſunt vſque ad ſextum lapidem, vbi ædificata eſt eccleſia beati Martini in loco illo, vbi ſanctum corpus ſubſtiterat.

Haſtingus rex Danorũ Galliam depopulatur. Vinc. cap. 43.

Poſt tria luſtra fugæ Haſtingi, venit ab eiſdẽ finibus Rollo, qui victis Britonibus & Flandrenſibus, & vrbibus eorum & oppidis ſucceſſis, venit Cenomannum & obſedit ipſum. Et

[a] *Sic Onuph. horum Caroli 3. & Ludouici digerit imperium. A. C. 877. Ludouicus 3. Balbus Occidentis imperator 6. imper. an. 1. m. 6. d. 5. A. C. 879. Carolus 3. Craſſus Ludouici regis Germani filius in Occidente imperator imperauit an. 8. m. 7.*

A.C. 878

miſit præſides exercitus ſui ad Turonenſes. Sed A tunc Dei prouidentia Carus & Ligeris fluuij adeo inundauerant, vt ad Turonum accedere non poſſent.

Rollo Northmannus grauiter in Gallia ſæuit. hic fuit poſtea Chriſtianus. vide ſupra c. 1. §. 12.

Porro maius monaſterium non longe à Turonis funditus euerſum eſt. Centum ibi & ſexdecim monachi gladio percuſſi ſunt. Abbas & alij viginti quatuor in cauernis latitantes euaſerunt, qui ad hoc reſeruati ſunt, vt patroni ſui corpus proſequerentur. Abbas tamen Hebernus de latebris abſtractus, nullis tormentis cogi potuit, vel theſauros Eccleſiæ prodere, vel monachos latitantes. Horum nemo reſiduus B fuit, quem non Martinus eccleſiæ regimini præficeret. Tunc abbas & illi viginti quatuor recedentibus Danis à canonicis ſancti Martini cum reuerentia ſuſcepti ſunt, & adducti ad vrbem, ibi aliti ſunt. Tranſactis ſex menſibus Rollo Cenomannum cepit, & tunc tranſmiſſum eſt corpus ſancti Martini Aurelianum. Cuius cuſtodes fuerunt Hebernus abbas cum viginti quatuor monachis, & duodecim canonicis, & duodecim burgenſibus noui caſtri, qui illis in omnibus neceſſarijs prouidebant. Deinde propter bella in regione illa, ad diuerſa loca tranſtulerunt C corpus ſancti, & demum Antiſiodorum, vbi innumera miracula facta ſunt per eum in eccleſia ſancti Germani.

Corpus S. Martini portatur Aurelianũ & Altiſiodorũ

Et inter cætera hoc notabile, vt refert Guilielmus accidit. Cum aduentantes ad corpus illud ſancti pro remediorum gratia homines plurima conferrent, orta eſt lis inter Turonicos & Antiſiodorenſes pro partitione pecuniæ. Ad quam litem ſoluendam, ponitur leproſus inter duorum ſanctorum corpora, ſancti Martini & Germani. Arcetur tota nocte humana cuſtodia. Luceſcente aurora apparuit pars illa D leproſi, quæ proxima fuerat Martino tota curata, altera adhuc remanente leproſa. Regyratur corpus, & obuertunt Martino latus morbidum: alio mane repertus eſt totus curatus: cedente Germano honori hoſpitis ſui.

Elfredi regis vita, Vinc. cap. 46. hunc Geneb. Arfredum nominat.

De ſtudiis & actibus Elfredi regis Angliæ. Vinc. ſpec. hiſto. poſt Guilielmum.

§. V.

EOdem tempore Dani per annos tredecim Gallias infeſtarunt, donec tandem ab Arnulpho imperatore & Britannis multis prælijs victi in Angliam refugerunt. In quo ſpacio Elfredus rex totam inſulam, præter id quod Dani habebant, ſibi ſubdiderat, qui Londoniam caput regni Merciorum dedit cuidam primario cum filia ſua Agelfreda. Ex qua idem primarius nomine Egefredus, tulit liberos Echelmundam & Eduardum, qui poſt ſe regnauit. Hic Elfre- F dus iam duodenis expers omnis literaturę erat, ſed tunc à matre benigno ludo inoitatus, vt pro munere id quod in manibus tenebat, ſuſciperet ſi cito addiſceret, ioco literas ingreſſus, audita te ſiticuloſa combibit. Hos autem libros in anglicam linguam conuertit, Oroſium, Paſtorale ſancti Gregorij, geſta Anglorum Bedæ, Boethiũ

Elfredus quomodo literas didicerit.

A de conſolatione. Tempus vero diei ita diuidebat. Octo horas impendebat in legendo, ſcribendo, & orando, octo in cura corporis, & octo in expediendis regni negotiis. Eratque propter hoc candela in capella ſua viginti quatuor partium. Et per modum combuſtionis candelæ rex de ſingulis officiis admonebatur.

A.C. 878.

Elfredus reditus ſuos vt diſtribuerit.

Dimidiam portionem cenſuum ſuorum omnium iuſte duntaxat acquiſiturum monaſteriis delegauit, Cunctos præterea reditus in duas diuiſit partes. Et primam rurſus in tres. Quarum vnã dedit miniſtris ſuis curialibus, ſecũdam o- B peratoribus, quos iugiter in nouarum ædium conſtructionibus mirabili & ignoto Anglicis modo habebat: tertiam aduenis. Secunda pars redituum ita diuidebatur, vt prima daretur pauperibus regionis ſuæ, ſecunda monaſteriis, tertia ſcholaſticis, quarta tranſmarinis eccleſiis. ſemper in ſinu portabat libellum, in quo continebatur diurnus curſus pſalmorum, vt quando vacaret, arriperet & percurreret. Filiam ſuã Echelſiundam dedit vxorem Balduino comiti Flandriæ. Ex qua ipſe habuit Arnulphum, de quo ſunt Flandriæ comites, & Adulphum, qui C ſuſcepit à patre Boloniæ comitatum, non illius quæ in Longobardia eſt.

Iſte Elfredus, vt dicit Vincen. poſt Guilielmum, fuit vir literatiſſimus ſemper valetudinis aduerſæ. Et ſemper aut fico, aut aliquo intraneo morbo agitatus eſt. Quem eum à domino precibus exegiſſe aiunt, vt minus illecebras amplecteretur mundanas. Centurias & decurias inſtituit, & tantam patriæ pacem infudit, vt etiam per publicos aggeres, vbi ſemitæ per quadriuiũ funduntur, armillas aureas iuberet ſuſpendi, quæ viatorum auiditatem riderent, dum nõ eſ- D ſent, qui raperẽt. Romã, & ad ſanctũ Thomã in India multa munera miſit. Legatus ob hoc miſſus fuit quidã epiſcopus Sigelinus Sciteburnenſis. Qui penetrans Indiam multas gemmas & aromata inde retulit, & partem ligni dominici, quæ regi fuerat miſſa à papa Martino. Hic monaſterium vnum conſtruxit in Adelingia, vbi olim captiuus latuerat. Alterum in Vuindonia, vbi Gerbaldum abbatem inſtituit, vt literaturæ ſtudium iam pene in Anglia ſepultum, ſua induſtria ſuſcitaret. Tertium monaſterium fecit, quod ſanctimonialibus impleuit, vbi abbatiſ- E ſam conſtituit filiam ſuam Elfeginam.

Poſt hunc regnauit Eduardus cuius ſoror vel mater Echelfreda, experta primi partus difficultatem, perpetuo à viro abſtinuit, proteſtans non conuenire regis filiæ, vt tanto periculo ſe committeret. Eduardus iſte regnauit annis 25. Et dedit filiam ſuam Editham Carolo regi Francorum filio Ludouici balbi. Filias autem ſuas inſtituit primo literis erudiri, mox colo, & foſo, & acu exerceri. Filios quoque ſuos primo fecit literis imbui, deinde regni gubernacula F addiſcere. Sepultus eſt autem Elfredus Vuindoniæ in monaſterio ſuo, ad cuius officinas inſtruendas ſufficiens terræ ſpacium ab epiſcopo & canonicis nundinatus, ad vnumquemque pedem marcham pondere publico penſitauit.

De Rollone ſuprà cap. 1 §. 11. & infrà §. 8.

Rollo autem iſte de quo ſupra dictum eſt, nobilis quidem, ſed per vetuſtatem obſoleta proſapia Noricorum ortus, regis præcepto pa

tria

A.C. 879. tria pulſus, multos, quos vel æs alienum, vel A conſcientia ſcelerum exagitabat, magnis ſpebus ſolicitatos ſecum adduxit: pyraticam aggreſſus Carnoti adhæſit. Cuius ciues nec armis nec muris confiſi, beatę Mariæ ſupparum, id eſt camiſiam adorant, quam Carolus Caluus à Cóſtantinopoli cum alijs reliquijs aduehi fecerat. Hanc camiſiam in modum vexilli ſuper propugnacula cuſtodum trita pectoribus ventis exponunt, hoſtes viſam ridere cœperunt, & in eam ſagittas dirigere. Quorum oculis mox obtenebratis, nec retrocedere, nec antecedere valebant. Quod videntes oppidani multa eorum B ſe cæde ſatiarunt. Euaſit tamen Rollo, quem Deus ſuæ fidei reſeruauit. Nec multo poſt Rothomagum, & confines vrbes obtinuit.

Camiſia B. Virginis Carnutes tuetur.

Varij illius temporis euentus.

§. VI.

ANno præfato Caroli tertij imperatoris ſecundo, vt ſcribit Sigebertus, ſol hura diei nona ita obſcuratus eſt: vt ſtellæ in cœlo apparerent. Rex Francorum Ludouicus balbus moritur, vxorem ſuam ex ſe grauidam relinquens, C de regno eius Francis variè ſentientibus, alijs illud filiis Ludouici balbi ex concubina deberi iudicantibus, alijs Prouinciæ regulo Boſoni ad illud iniuſte inuadendum aſſentientibus, alijs regno Germaniæ reſociare illud volentibus. Naſcitur interim ex legitima vxore Ludouici balbi filius, qui ex nomine aui Carolus nominatus eſt. Filij tamen Ludouici balbi ex concubina, Ludouicus & Carolomannus dicti, interim regnum Franciæ inter ſe diuidentes, regnant annis quinque, & Boſonem ſemper perſecuti ſunt.

Ludouicus Francorū moritur A.C. 879.

Igitur, vt ait Vincen. vbi ſuprà ex chronic. D Carolus, fratre ſuo Carolomanno defuncto, & non multo poſt Ludouico altero fratre immatura morte prærepto, de inimicis triumphans Germaniæ regnum obtinuit. Poſtquam vero duobus annis imperauit, Romæ Ioanne papa imperator benedicitur, & imperat annis decé. In ſylua Franciæ carbonaria, vt refert Vincen. poſt Sigebertum, plus quã nouem millia Northmannorum à Francis cæduntur.

Carolus eandē imperio potitur. ibi.

Anno quarto Northmanni adiunctis ſibi Danis, Franciam & Lotharingiam peruagantes, E Ambianos, Atrebatum, Corbeiam, Cameracũ, Taruennam, Fines Nortcorum, Menapiorum, Bracarenſium, omnémque circa Scaldum flumen, terram & monaſteria ſanctorum Vualarici & Richarij ferro & igne deuaſtant.

Northmāni grauius Galliis inſeſtāt. Vinc. ibid.

Eodem anno Gothifredus & Sigifredus reges Northmannorum cum inæſtimabili multitudine iuxta Moſam in loco Haſlon conſidentes, Leodium, Traiectum, Tungaros, Coloniam Agrippinam, Hunnam cum adiacentibus caſtellis comburunt. Aquiſgrani in palatio equos ſta F bulantes, oppidum & palatium incendunt. Prętereà in monaſteria ſtabulantes in Almundarium, Nidam, Prumiam, ſacri ordinis miniſtri, & in vtroque ſexu Deo ſeruientes, vbi poterãt opportunius latebant, & ſanctorum corpora, & pignora locis tutioribus abſcondebant. Ad hæc mala Hugo filius Lotharij ex pellice Gueldrada

A in Lotharingia, & Boſo ſupra dictus in Burgundia tyrannizabant. A.C. 885.

Anno autem ſexto Carolus imperator & Gallis & Germanis ad auxilium regno vocatis, Northmannos obſidet. Cum quo Gothifredus rex facto fœdere, vt ſibi Phryſia prouincia, & Gilla filia Lotharij regis vxor daretur, baptizatus eſt, & ab imperatore de ſacro fonte ſuſceptus. Sigiſredo quoque rege nummis munerato, eos à regno ſuo recedere fecit. Qui mox Frãciam repetentes, poſt multas incurſiones, à Carolomanno rege Francorum duodecim millia B vncias argenti pro tributo exigunt. Et ſic in duodecim annis pacem promittentes mare repetunt.

Pax cum Northmannis cóficitur.

Hoc tempore Rodulphus quidam corpus ſancti Callixti papæ & martyris a Romana vrbe in Franciam transfert. Anno ſeptimo Carolomanno rege Francorum mortuo, cuius frater Ludouicus anno priori obierat, Northmanni Franciam repetunt, dicentes ſe cum rege Frãcorum tantum, non cum Francis pacis pepigiſſe pactum. Hinc compulſi Franci Carolum imperatorem ad auxiliandum ſibi inuitantes, Frãciam ei ſubiiciunt. Qui contra Northmannos C apud Louanium caſtrametatos, ſemel & bis exercitum miſit, ſed nihil profecit. Regnauit ergo Carolus etiam in Francia annis quinque. Et eius anno 7. præfuit Romanæ Eccleſiæ Martinus papa.

Martinus hic Onuphio eſt Marinus. A.C. 882.

Hugo filius Lotharij regis ex Gueldrada pellice, paternum Lotharingiæ regnum rebellãdo aſſequi ſperans, Gotifredo regi Northmannorũ, cui ſoror ſua Gilla nupſerat, medietate regni affectati promiſſa perſuadet, vt ab imperatore imperiales [a] fiſcos ad libitum ſuum ſibi addi D peteret, per hoc vtrinque imperatorem circumuenire putans. Nam ſi daret, Northmãni hoſtes regni in viſceribus immitterentur. Si negaret, iuſtam rebellandi cauſam habere videretur. Ad hoc tractandum iuſſu imperatoris Henrico duce & Gothifredo in Batuam ex condicto conuenientibus, inter agendum Gothifredus cum ſuis perimitur. Nec non multo poſt etiam Hugo ab Henrico excœcatur, & omiſsime in monachum Prumiæ attondetur.

Apud Conſtantinopolim Baſilio imperatore mortuo, Leo filius eius imperat annis ferè 18. Anno 9. Northmanni à Louanio exeuntes, Pariſios E obſident. Contra quos Henricus dux exercitũ ducens, dum incaute equitat, in foueam quam Northmanni factam quiſquiliis operuerãt, lapſus trucidatur. Anno 10. huius Caroli ipſe Carolus imperator cum Northmannos nequiret expellere, tandem inito fœdere conceſsit eis regiones, quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra ſe rebellabant. Quæ pars Franciæ à Northmannis Northmannia nuncupata eſt.

Galliæ pars Northmānis ad inhabitatione cōceſſa. Blō. l. 2. dec. 2. Guiliel. de Nãgia Sigeber.

F *a Imperiales fiſci ſunt bona principis quæ cum dignitate ſeu poteſtate vel eius ratione ei accedunt, vel debentur cum dignitate ſunt, quæ regni ſunt, ſeu imperio coniuncta, dicimus eſſe vnita coronæ, quæ ratione eius veniunt, iura alia ſunt, quæ non niſi ei, qui princeps eſt, vel ei qui ſuperiorē non habet debentur. Petrus Greg. in Syntag. Iur lib. 31. cap. 31.*

A.C. 885.

Carolus imperator quid per viſum viderit. Vincen. cap. 49.

§. VII.

HIc Carolus 4. rex Germanorum & Francorum, ac Romanorum imperator, vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. ex dictis Guilielmi, quadam dominica nocte cum ſopori ſe dediſſet, raptus in ſpiritu per quemdam candidiſſimum in ſpecie viri, ſcilicet angelum, ductus fuit ad loca pœnalia alterius ſæculi. Et primo ad valles profundiſsimas igneas, quæ plenæ erant puteis ardentibus pice & ſulphure, plumbo, cera & adipe, vbi inuenit pontifices patris ſui & auunculorum ſuorum. Quos cum interrogaret pauidus cur tam grauia paterentur tormenta, reſponderunt, nos fuimus epiſcopi patris tui & auunculorum tuorum. Et dum debuimus illos & populos illorum de pace & concordia admonere, ſeminauimus diſcordias, & fuimus incentores malorum, ideo nunc incendimur in iſtis tartareis ſupplicijs, & nos, & alij homicidiorum & rapinarum amatores. Huc etiam venient tui epiſcopi & ſatellites, qui ſimiliter amant talia facere. Et cum nigerrimi dæmones vncinis ferreis vellent ipſum Carolum ad ſe trahere, & in illos puteos immergere, angelus defendit eum, & liberauit de manibus illorum. Deinde aſcendens cum angelo ſuper montes igneos, vidit ex illis oriri flumina feruentia, & omnia metallorum genera bullientia, vbi reperit innumeras animas hominum & principũ patris ſui, & fratrum præcipitatas, alias vſque ad capillos, alias vſque ad mentum, alias vſque ad vmbilicum. Et clamabant ad eum eiulãdo. Dum viximus, tecum amauimus, & cum patre tuo, & fratribus tuis, & auunculis facere prædas, homicidia, & prælia pro cupiditate terrena, & ideo hîc torquemur. Audiuitque poſt ſe voces dicentes. Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Poſt hæc deſcendit in vnam vallem, quæ erat ex vna parte tenebroſa & ardens, vt clibanus ignis, ex altera parte amœniſsima & ſplendidiſsima. Vertíque me (ait) ad partem illam tenebroſam, vidíque ibi aliquos reges de genere meo, in illis magnis ſupplicijs & nimis anguſtiatos: putaui itaque me ſtatim in illis ſupplicijs demergendum à gigantibus nigerrimis, qui ipſam vallem conflammabant, diuerſis generibus ignium. E latere vallis vidi fontes fluere, vnus erat nimium calidus, alter tepidus & clarus. Erántque ibi duo dolia, & ſuper vnum vidi ſtare patrem meum Ludouicum in aqua vſque ad femora, & dum eſſem nimio dolore grauatus, dixit ad me Ludouicus pater meus. Carole noli timere: permiſit Deus te huc venire, vt videres, propter quæ peccata ego & omnes, quos vidiſti, talia toleramus tormenta, vna enim die ſum in iſto feruentis dolij balneo, & altera die tranſmutor in alio iſto ſuauiſsimo aquæ dolio. Et hoc fit precibus ſancti Petri, & ſancti Remigij, cuius patrociniis hactenus noſtrum regale genus regnauit. Sed ſi mihi ſubueneris cito, tu & mei epiſcopi, & abbates, & omnis eccleſiaſticus ordo, miſsis, & oblationibus, & orationibus, & vigilijs, & eleemoſynis, cito liberabor de iſto feruentis aquæ dolio. Nã frater meus Lotharius, & eius filius Ludouicus, ſancti Petri, & ſancti Remigij precibus iã ſunt eruti de pœnis iſtis & perducti in paradiſi gaudia. Dixítque ad me, Carole reſpice ad ſiniſtram partem. Quod cum feciſſet, vidit duo dolia bullientia altiſsima, & ait. Iſta ſunt tibi præparata, niſi te emendaueris, & pœnitentiam egeris, de tuis delictis nefandis. Qui cœpit ex hoc grauiter horrere. Deinde angelus duxit eum ad dexteram luculentiſsimæ vallis Paradiſi. Ibique vidit cum ingenti claritate & glorioſis regibus ſedere auunculum ſuum Lotharium, & filium eius Ludouicum coronatos diademate pretioſo. Qui dixit ei, Carole ſucceſſor meus, nunc tertius ſcilicet ſub hoc nomine, in imperio Romanorum, ſcito quia iam deſinet genealogia noſtra regnare & imperare, & cito tolletur poteſtas imperij de manu tua, & poſtea paucisſimo tempore viues. Dixítque ei Ludouicus. Imperiũ quod hactenus tenuiſti, iure hæreditario debet ſuſcipere Ludouicus filius filiæ meæ, ſicque videbatur ſibi reddere monarchiam omnem imperij ſui. Poſt hanc viſionem vix duobus annis ſuperuixit Carolus, vt ait Sigebertus.

Epiſcopi bellorum incentores quæ patiẽtur.

Militum prędę anhelantiũ tormẽta.

Sap. 6.

S. Petrus & Remigius regni Franciæ protectores.

Itaque Carolus zelatus vxorem ſuam pro eo, quòd plus iuſto familiariter ageret cum Luituualdo Vercellenſi epiſcopo, proteſtatur in concione ſe nunquam cum ea coiſſe. Illa vero virginem ſe eſſe gloriata, accepto repudio monaſterium petijt.

Caroli imperatoris ſimplicitas.

Arnulphus Francorum rex occidentis imper. 8. imper. an. 12. m. 1. d. 19. A.C. 887.

§. VIII.

ANno imperij ſui 10. Carolus iſte corpore & animo deficiens, ab optimatibus regni repudiatur. Et Arnulphus filius Carolomanni regis fratruelis eius, in regnum ſublimatur ſecũdum Vincen. & Sigebertum, anno domini 891 ab initio autem mundi 4853. Sed ſecundum aliã computationem maiorem 6014. anno. & regnauit annis 12. Hic Arnulphus patruo ſuo Carolo, ex imperatore etiam neceſſarijs egenti, fiſcos in Alemanniam delegauit. Qui ſequẽti anno obijt, & Romanum imperium & regnum Francorum miſere diſcerpitur. In Italia namque Berengarius, & Guido de regno contendunt. Franci vero neglecto Carolo, filio Ludouici Balbi, puero vix decenni, regem ſibi præficiunt Odonem filium Roberti regis, quem à Northmannis occiſum ſupra diximus. Rodulphus corona ſibi impoſita rex Burgundionum ſtatuitur, quod regnum multo tempore durauit.

Re... ſper. ber. cap. ...

Anno autẽ Arnulphi imperij primo, Northmanni Pariſios expugnare non valentes Burgũdiam aggrediuntur, vt ait Vincẽ. vbi ſuprà, poſt Sigebertum, & Senonenſem vrbem oppugnãt, ſed non expugnant. Deinde à Senonibus Pariſios repetunt, & inde expulſi per Matronam fluuium Trecas vrbem incendunt, & vſque ad Virdunum & Tullum vrbes cuncta depopulantur. Anno vno Stephanus Romanæ eccleſiæ præſidet. Northmanni Lotharingiam repetentes circa Leodium pugnant, & vincunt Chriſtianos. Sunderoldus Mogũtiæ archiepiſcopus à Northmannis VVormaciæ martyrizatur. Arnulphus audita

Northmãni ruſus debachantur. Vin. ca. 55.

A.C. 890. audita cæde ſuorum, à Baioaria contra Northmannos pugnaturus properat cum valido exercitu, quos ſupra fluuium qui Tilia dicitur, pedeſtri prælio adortus, tantam de eis ſtragem fecit, vt ex innumerabili multitudine vix ſupereſſet, qui de clade aduerſa nunciũ ferret. Northmannorum reſidui tranſuadato Moſa, Ribuariam & Arduennam vaſtando peruagantes trãs mare receſſerunt.

Remigi⁹ Altiſiod. & Berno Cluniacẽſem ordinem inſtituit. Trithem. de ſcript. Eccl. Northmãni fiũt Chriſtiani.

Claruit eo tempore Remigius Altiſiodorenſis, qui in exponendis ſcripturis diuinis & humanis fuit ſtudioſus. Claruit & eo tempore in Burgundia Berno, ex comite abbas Gigniacenſis cœnobij factus à ſe fundati, qui etiam ex dono auiæ comitiſſæ conſtruxit Cluniacum cœnobium. Demum ira Dei erga Franciam verſa eſt in miſericordiam. Northmanni ſiquidem, & Dani, qui regnum Francorum per quadraginta annos, & amplius pene ad nihilum redegerant, ita per Richardum Burgundiæ ducem, & Robertum Pariſienſem comitem, Odonis quõdam regis fratrem, ſunt deuicti, vt & ipſi Dei miſericordiam implorarent, & efficerentur Chriſtiani. Erántque duces Northmannorum tempore illo duo cognati, ſcilicet Rollo & Gillo. Conſilio igitur accepto, Carolus rex cum optimatibus ſuis Gillam filiam ſuam, & totam Neuſtriam dedit Rolloni accepta ſponſione baptiſmi recipiẽdi. Suſcepit autem Rollonem de fonte comes Pariſienſis Robertus. Et ex Rollone Robertus vocatus eſt ſecundum nomen illius. Et hic fuit primus dux Northmannorum, genuitq́ue Guilielmum, Guilielmus autem Richardum ſecundum, & ille Richardus Richardum tertium, eiúſque fratrem Robertum, qui Apuliam & Siciliam & Calabriam acquiſiuit, ac Venetos & Alexium imperatorem Græcorum deuicit. Hic eſt Robertus Guiſchardus, pater Guilielmi nothi, qui Haroldum regem Anglorũ interfecit in bello. Hi ſunt duces Northmannorum & reges Anglorum, qui ex Rollonis genere prodierunt. Gilloni vero eius cognato rex Carolus montem Bleſenſem tradidit, in quo caſtrum ædificans ibidem habitauit, acceptaque vxore nobili genuit Theobaldum vetulum. Theobaldus Odonem Campanienſem ex filia Chunradi imperatoris genuit, qui dictus eſt Campanienſis: eo quod in Campania natus eſt. Odo genuit Odonem, Odo Theobaldum & Stephanum. Stephanus Theobaldum comitem. Hæc eſt genealogia Bleſentium comitum ex progenie Gillonis Northmanni deſcendentium. Cum autem rex Franciæ Carolus gener Ednardi regis Angliæ Rollonem acceſſiuiſſet, & Chriſtianum effeciſſet, dedit ei Northmanniam cum filia ſua Gilla, vt eſſet vas pacis, ita vt ipſe Rollo teneret Northmanniam de rege Francorum, vt de domino ſuo. Tunc adſtantibus conſulentibus, vt pedem regis oſcularetur, dedignatus genibus regis aduolui, apprehẽſum pedem eius ad os ſuum ſtans attraxit. Quo reſupinato ſecutus eſt riſus Northmannorum, Francis reprehendentibus, excuſat Rollo factũ allegans talem prouinciæ ſuæ morem. Dedit etiam idem Carolus eidem Rolloni Northmãnicum comitatum & Britanniam, quæ ſunt appendices Northmanniæ.

Gillo comes Bleſenſis & eius ſoboles.

A.C. 890. Arnulphus autem, qui ſucceſſerat Carolo 3. in imperio, vt dictum eſt, inuitatus à Formoſo papa, de quo in capitulo præcedenti plura dicta ſunt, Romam venit, & ea obſeſſa & capta omnes Romanos, qui papæ iniuriati fuerant, decollari fecit, & ab ipſo Papa in imperatorem benedicitur. Anno ſequenti Guido rex Arnulphum imperatorem ſe vſquequaque perſequentem non ferens, quippe cui nec vrbes nec caſtra munita natura reſiſtere poterant, dum ſe fugiendo tutaretur, imperator vxorem eius obſedit. Quæ iam rebus ſuis diffidens, per vnum familiarem imperatoris multa pecunia corruptum, ei poculum mortiferum dedit. Quo hauſto per triduum excitari non potuit, apertis oculis, nil loqui, aut ſentire valens. Quæ res eum repedare coegit, eúmque recedentem Guido perſecutus, à Deo percuſſus obiit. Arnulphus iſte longa ęgritudine diſſolutus, vel (vt quidam ferunt) afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocant, adeo in corpore eius ſcaturientibus, vt à nullo medicorum minui poſſent, tandem moritur.

Arnulph⁹ Romã venit. vide ſuprà c. 8. §. 14. & coronatus A.C. 895.

Ludouicus 4. rex Germaniæ imperator 9. & de genere Caroli magni vltimus imperauit an. 12. An. Ch. 899. Rhegin. Abbas Vrſperg. Sigeb. Vinc. cap. 58.

§. IX.

Svcceſſit Arnulpho Ludouicus filius eius, anno domini 903. Ab initio vero mundi 4866. Sed ſecundum maiorem computationem 6026. & regnauit annis 10. De hoc Ludouico nil reperio, niſi quod propter tyrannorum in Italia inſolentiam, & multorũ malorum ingruẽtiam non meruit imperialem benedictionem. Et anno 10. regni ſui rex Germanię moritur. Ipſi autem Ludouico cum Adelbertus quidam de primoribus Auſtraſiorum per ſeptennium rebellis fuiſſet, dolo Hatonis archiepiſcopi Moguntini ad regem deductus decollatur.

Succeſſit autem Ludouico Chunradus anno domini 813. & regnauit annis 7. qui & ipſe claruit benedictione imperiali. Huius tempore ſanctus Odo claruit factus abbas Cluniacenſis, de quo dictum eſt ſuprà. Anno huius Chunradi 2. cum contra ipſum potentiores regni principes rebellionem meditati eſſent, tã ſapientia quàm fortitudine ipſius regis ad eius gratiam reducuntur. Solus Arnoldus de Baioaria cum vxore & filiis ad Vngaros fugiens, vſque ad mortem regis ibi permanſit.

Chunradus Germaniæ rex regnauit an. 7. m. 6 A.C. 911 iidem & Vinc. c. 59. Sū. ti. 15. cap. 18. §. 3.

A.C. 919. Anno eiuſdem imperatoris quarto, Saraceni Galliam exeuntes, Calabriam & Apuliam, Beneuentum, & Romanorum regnum occuparũt, & grauiſsime Italiam oppreſſerunt, ſed poſtea expulſi ſunt. Sollicitauit autem rex Chunradus Hatonem archiepiſcopum Moguntinum, cuius dolo Adelbertus perierat, contra Henricum Saxonum ducem propter potentiam eius ſibi ſuſpectam. Ad quod eum iam torquem auream archiepiſcopus fabricaſſet, quæ collo ducis ſeeum conuiuantis iniiceretur, dolo prodito fruſtratus eſt. Et poſt triduum morbo & languore, vel vt alij dicunt, fulminis ictu interiit. Complices etiam conſilij à duce patria eliminati

A.C. 919. ſunt. Miſſo autem exercitu à rege contra Henricum, tanta cæde Saxones debacchati ſunt in eos, vt à mimis declamaretur, Vbinam eſſet rātus ille infernus, qui tantam cæſorum multitudinem capere poſſet.

Ludouicus 4 ſine liberis mortuus eſt. Onuphius.

Anno ſequenti Chunradus rex moriens coram principibus regni, regem deſignat Henricum filium Othonis Saxonum ducis. Dicit autem Ioan. de col. quòd in iſto Ludouico patre Chunradi, fuit finis imperij in Francia, quātum ad Caroli magni poſteritatem. Et Itali iterum regnare cœperunt. Nam Francorum reges, qui tempore Caroli magni & Pipini patris eius in multis & arduis caſibus Eccleſiam iuuarūt Romanam, atque à tyrannorum infeſtationibus eripuerunt, iudicio & authoritate Eccleſiæ Romanum meruerunt imperium, quod apud Græcos erat, ad eorum transferri poſteritatem. Sed poſtquam huius Ludouici regis Francorum inertia, Franci reges Romanam eccleſiam nō iuuabant, cœpit imperium diuidi. Nam quidam in Alemannia, quidam in Italia imperabant, vſque ad tempus primi Othonis, qui in Alemannia & in Italia imperauit Teutonicus exiſtens.[a] Nam hoc Ludouico imperante, Berengarius quidam potens inter Italicos, Italicum inuaſit regnum: regnauitque 4. annis vir prudēs & in armis ſtrenuus. Quamuis autem Ludouicus iſte cum multo exercitu intrans Italiam fugaſſet Berengarium, tamen Verona capta ab eo, à ſuis proditus ipſe Ludouicus captus & exoculatus fuit, & Berengarius in regnum Italiæ reſtitutus. Sed nec Chunradus Ludouico ſuccedens, Italiam liberauit à tyrannis, nec Henricus primus ſuccedens in imperio Chunrado, vnde & neuter benedictionem habuit imperialem, ſeu coronam à papa. Sed Otho primus filius Henrici ex Saxonibus liberauit Italiam à tyrannis, Berengario & filiis eius, & coronam accepit imperialem à papa, vt patet infrà in ca. ſequenti.

Berengarius rex Italiæ A.C. 888

a Poſt mortem Caroli 3. in Italia Berēgarij dux Fori Iulij & Guido dux Spoletinus in ſchiſmate imperij iura inuaſerunt A.C. 888. In quo, cum Berengario exacto Guido præualuiſſet, imperij diadema & titulos à Romano Pontifice Stephano 6. dicto 5. ſuſcepit imperauitq́ annos 6. Mortuo Guidone Lambertus eius filius imperium contra Berengarium ſuſcepit, qui cum & ipſe à Formoſo papa coronatus fuiſſet, imperij anno 5. interfectus eſt. Poſt cuius mortem Ludouicus Boſoni regis Prouinciæ filius, in Italiam contra Berengarium vocatus, imperatórque Italiæ à Benedicto papa 4. inunctus imperij an. 5. Ch. 904. Veronæ à Berengario rege captus, imperioq́ ſe abdicare coactus eſt. Berengarius verò omnium ſibi aduerſantium ſuperſtes, Italiæ regnum multos annos obtinuit, & poſtremo à Sergio papa 3. imperator coronatus eſt. Nouiſsime cum ſub regis & imperatoris nomine, tum in ſchiſmate tum libere annis 36. Italiæ regno potitus eſſet Veronæ inſidijs Flamberti interfectus eſt. Onuph. ex hiſtoria Luitprandi Ticinenſis.

Henricus Auceps Germaniæ rex An. Ch. 919. regnauit an. 17. de quo Rhegino. Luithprandus, Abbas, Sigeb. & Vinc. ca. 63. A.C. 919.

§. X.

COepit autem Henricus primus regnare anno domini 920. A mundi vero initio quater milleſimo octingenteſimo 83. ſecundum aliam computationem 6042. Et imperauit annis 18. Anno tertio Henrici, Vngaris, Franciam, Alſatiam, Alemanniam, Saxoniam, depopulantibus, Henricus rex iuxta vrbem Meteſburgk cum eis congreſſus vouens Deo pro adipiſcenda victoria ſe hæreſim ſimoniacam de regno ſuo eradicaturum, inæſtimabili eos cæde vſque ad internecionem pene deleuit. Rex Henricus quoſcunque fures, aut latrones, aut ſicarios manu fortes & bellis aptos eſſe videbat, indulta eis venia, agros & arma dabat, & legionem ex illis faciens ad debellandos barbaros expunebat, edicens omnino, vt ciuibus parcerent tantummodo.

Henricus Hungaros ſuperat. Blondus. 2. lib. & Naucl. gen. 31.

Carolus[b] rex Francorum cum auxilio Lotharingenſium iuxta vrbem Sueſsionum pugnans contra Robertum fratrem Odonis regis, qui contra ſe regnum Francorum inuadebat, & eum cum multis perimit, & ſe & Franciam Hērico regi ſubmittit. Eique in pignus perpetui fœderis & amoris, mittit manum pretioſi martyris Dionyſij Pariſienſis, auro gemmíſque incluſam. Aphricani, qui totam Italiam laniabāt, per militiam Ioannis papæ, & per auxilium Romani imperatoris Græcorum, conſerta cum eis pugna ab eis atteruntur, vt nec vnus quidem ſuperfuerit, qui non aut caperetur, aut trucidaretur, multis teſtantibus Petrum & Paulum fuiſſe viſos in illo bello ad auxilium Chriſtianorum.

Anno ſequenti rex Henricus pacem cum Vngaris per 9. annos firmat. Carolus rex Francorum à comite Heriberto captus in cuſtodiam Peronæ truditur ob necem Roberti ducis ab eo perempti. Hic enim Heribertus, vt habetur ex chron. ſororem dicti Roberti iam in vxorem acceperat. Et ideo verbis doloſis Carolum decepit, vt in hoſpitium eius diuerteret apud Peronam, ſicque eum dolo captum retinuit in carcere, vbi tandem exul & martyr occiditur.

Carolus Simplex captus in cuſtodia moritur.

b Carolus hic Simplex eſt vocitatus rex Francorum 30. vt ait Aemyl. qui etiam addit. Mirum eſt robuſtiſsimorum hominum robuſtiſsimam ferè prolem eſſe: ſummorum virorum nobiliſsimorumq́ ingeniorum ſobolem tandem hebeſcere: vtq́ ſinguli moriturí naſcimur, ita indolem ſtirpium, ſanguinisq́ ac familiarum ſuos velut natales, incrementaq́ habere. Pectoris vigor fuit in Pipino Craſſo, ignea mens in Carolo Martello, numen prope ipſum in Pipino rege, animus orbis terrarum ac cœli capax in Carolo magno, eo rege Auguſtóque Franci in ſummo conſtitere. Ludouicus Pius paterna magnitudine multo fuit inferior. Caluus propior adhuc laudi quàm vituperationi. Balbi breuitate regni ac imperij eſt obſcura memoria, in Simplice conſenuit maiorum gloria ac noua nobilitas induſtria ſibi viam in ſoliū patefecit apud Francos.

Porro

A.C. 936. Porro vxor eius ad patrem ſuum regem Angliæ A fugit cum filio ſuo paruulo Ludouico.

Rodulphus Frãcorũ rex. A.C. 924.

Poſt Carolum vero Rodulphus Richardi ducis Burgundiæ filius, electus eſt in regem à Francis, & in Francia regnauit 13. annis Rodulphus rex Burguodionum, vt ait Sigebertus, ab Italicis ad regnandum vocatus contra Berengarium, qui ſe regem Italiæ nominabat, conſerta cum Berengario pugna, eóque victo & expulſo regnum Italiæ tribus annis tenuit. Ioannes papa captus a Guidonis militibus in cuſtodiam miſſus, peſsimè ſtrangulatus eſt, poſito ceruicali B ſuper os eius.

Zipteneus dux Bohemiæ ad fidem Chriſti conuerſus, iuſte & religioſe in Bohemia principatur. Et poſt eum Vuatiſlaus (aliàs Veneczlaus) filius eius iuſtitia & ſanctitate præclarus. Cui frater ſuus Boleſlaus (aliàs Boialaus) nimis aduerſabatur.

Simeon Bulgar Græcos atterit, vi de Zona. tom. 3.

Anno 7. Henrici vt refert Vinc. ſpecu. hiſto. lib. 25. poſt Sigebertum: Symeon Bulgar, qui ex philoſopho monachus, & ex monacho miles effectus, dominabatur Bulgaribus, Græcos grauiter atterit. Sed Romanus Græcorum imperator eius inſaniam facto fœdere mitigauit. C

Anno 10. eius lanceam mirandi operis & clauis Ieſu Chriſti Crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur fuiſſe primi & magni Conſtantini imperatoris, donatam Rodulpho regi Burgundionum & Italiæ à Samſone comite, rex Henricus precibus, minis, & muneribus, addita etiã parte prouinciæ Sueuorum, à Rodulpho comite extorquet. Et hanc ad inſigne & tutamen imperij poſteris reliquit.

Anno 15. regni Henrici, Otho filius præfati regis vxorem ducit filiam Eduardi regis Anglorum. D

Fons ſanguinis Genuæ erupit. ſup. § 25. A.C. 934

Anno 16. eiuſdem in Genuẽſi vrbe fons ſanguinis largiſsime effluxit, portendens forte ciuitatis ipſius ruinam, quæ eodẽ anno ab Aphricanis cum claſſe illuc venientibus capta, cũctis ciuibus exceptis paruulis & mulieribus captis & occiſis, etiam theſauris ſuis eſt euacuata.

Anno 17. eiuſdem Inger rex Ruſſorum ſciẽs exercitus Græcorum eſſe ductos contra Saracenos, & ad inſularum cuſtodias diſperſos ad expugnandum Conſtantinopolim cum mille & eo amplius nauibus venit, adeo de victoria iam E ſecurus, vt Græcos non occidi, ſed capi præcepiſſet. Quibus imperator Græcorum Romanus ſic ſcilicet nuncupatus, cum paucis viriliter occurrens, circumcirca Græco igne iniecto pene omnes cum nauibus exuſsit paucis euadentibus, omnéſque captiuos decollari iuſsit.

Prodigia illius temporis, A.C. 935.

Anno 18. apparuere prodigia. Nam ſol ſereno cœlo obſcuratur, per feneſtras vero domorum radios quaſi ſanguineos emittebat. Hominis cuiuſdam ſiniſtra manus ferro amputata, poſt annum pene ei dormienti reſtituta eſt ad integrum. Cui pro ſigno miraculi, quaſi ſanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Demum Henricus rex moritur, qui licet in vincendis inimicis fuerit glorioſus, quia tamen pacificus erat, nullam operam dedit, vt effugatis ab Italia tyrannis, qui quaſi conductitij mercenarij alter alteri ſuccedentes, imperium dilaniabant, benedictionem imperialem acceptſer. Mons vero vbi Henricus rex ſepultus eſt, A.C. 936. poſtea in multis locis flammas euomebat.

De Ethelſtano rege Angliæ, Vincen. cap. 64. An. Ch. 925.

§. XI.

DE Ethelſtano rege Angliæ, qui circa principium imperij Henrici regnare cœpit. Poſt Eduardum igitur, qui regnauerat in Anglia annis 23. regnauit filius Ethelſtanus annis 16. vt notat Vinc. vbi ſuprà, poſt Guilielmum, quem B ferunt ex concubina natum. Vix in tota Anglia fuit monaſterium vetuſtum, quod non vel ædificiis, vel ornamentis, vel libris, vel prædiis, decorauit. Vetuſta itaq; monaſteria faciebat quaſi ex profeſſo recentia. Sitrico regi Nordanimbrorum dedit vxorem vnam ex ſororibus ſuis, quo poſt annum mortuo, ſubiecit ſibi prouinciam illam. Vuidualium regem Vualliẽſium, & Conſtantinum regem Scotorum, ex ſuis regnis expulit: quos tamen poſtea miſeratione commotus in antiquum ſtatum ſubregnare permiſit.

Conſtantinus hic huius nominis 3. rex Scotorum fuit, 75. de quo Leſlæus l. 5. de rebus Scoticis.

C Poſtea illi bellum fuit cum Adulano filio Sitrici. Qui timens regem ſibi occurrentem cum exercitu, mimum ſeſe ſimulauit. Et aſſumpta in manu cithara ad tentorium regis Ethelſtani venit, cantitans præ foribus: vnde facile admiſſus eſt, inter pſallendum cantando omnia oculis ſcrutabatur. Poſt conuiuium abire iuſſus, pretiũ cantus accepit. Quod dedignatus aſportare, ſub ſe in terra defodit. Notatum hoc eſt à quodam, qui ei olim militauerat, & confeſtim Ethelſtano dictum. Qui hominem incuſans, quòd hoſtem præ oculis poſitum non prodidiſſet, hoc D reſponſum accepit. Idem ſacramentũ, quòd tibi nuper, ô rex feci, quondam Adulano feceram. Sed amoue hinc tentorium vſque dum partes relictæ veniant, vt mane inimicum petulanter exultantem modeſta cunctatione frangas. Adulanus ergo nocte veniens, epiſcopum quendam, qui veſpere ad exercitum venerat, cum omni familia occidit, vltráque progreſſus regem imparatum offendit, qui hoſtes nihil tale auſuros putauerat. Rex ergo ſtratis excuſſus, cum ſuos ad bellum acueret, gladius eis fortuitu è vagina E cecidit, inclamatóque Deo, & ſancto Adelino, qui erat eius ex antiqua ſtirpe conſanguineus, reducta ad vaginam manu, inuenit enſem, qui vſque hodie pro miraculo ſeruatur in theſauro regum, & eſt vna parte ſectilis, nec vnquam auri vel argẽti receptibilis. Hoc Dei dono fretus, tota die vſque ad veſperam indeſeſſus fugauit Adulanum cum exercitu. [a] Cecidit ibi rex Scotorum Conſtantinus perfidæ animoſitatis & viuacis ſenectæ homo, alij reges quinque & comites duodecim, & omnis pene turba barbarorum. Pauci qui remanſerunt, pro fide Chriſti F ſuſcipienda conſeruati ſunt.

Militare ſacramentum quale miles fecerit.

Hæc habet Vinc. cap. 65.

a Conſtantinus poſt tantam ſuorum cladem, in ſumma rerum pene omnium deſperatione, ſiue cæleſtis vitæ ſtudio incenſus, ſiue humanæ vitæ odio inflammatus regno ſe abdicauit, vitæq; monaſticæ reliquum ætatis ſuæ tempus in cœnobio D. Andreæ conſecrauit. Leſlæus li. 5. de rebus Scoticis.

A.C. 936.

Nortualeuſium, id eſt Aquilonarium Britonum reguli vectigalis nomine annuatim ei ſoluebant auri libras viginti, argenti trecentas, boues vigintiquinque, & quot liberet canes venaticos, & aues venaticas. Vrbem Exceſtrã Cornualenſibus abſtulit, quam turribus & muro muniuit ex quadratis lapidibus. Aroldus quidam rex Noricorum miſit ei nauem aurea roſtra habentem, & velum purpureum denſa teſtudine inauratorum clypeorum intrinſecus circum agitatam. Hunc Ethelſtanum patre defuncto, voluerunt in vrbe Vuindonia æmuli cœcare. Quorum princeps erat Elfredus quidam, qui deprehenſus miſſus eſt Romam, vt ibi ſe coram apoſtolico Ioanne iureiurando defenderet. Qui cum iuraſſet, ante altare ſancti Petri cecidit, & manibus famulorum ad Anglorum ſcholã deportatus, tertia die mortuus eſt. Miſit ad hunc Ethelſtanum Rabodus præpoſitus Samſonis archiepiſcopi, oſſa ſancti Senatoris, & ſancti Paterni, & ſancti Scubilionis, qui fuerat magiſter eiuſdem ſancti Paterni, & vno die, & eadẽ hora cum ſancto Paterno migrauit ad dominũ. Iſti ſancti de Britannia minori, & de Northmãnia tranſlati fuerant ad loca tutiora, ſed & aliæ reliquiæ multæ tunc Northmannis Gallias infeſtantibus tranſlatæ ſunt.

Tributa regi Ethelſtano ſoluta.

Hic Ethelſtanus de concubina natus fuiſſe dicitur hoc modo. Erat in quadam villa opilionis filia pulcherrima, hæc per nocturnam viſionem vidit lunam de ſuo ventre ſplendere, & totam Angliam ſuo lumine illuſtrare. Quod cũ illa ſodalibus retuliſſet, & illæ hoc idem villicę quæ filios regis nutriebat, enarraſſent, illa eam aſſumpſit, & loco filiæ habuit. Quam poſtea adamauit in domo eius Eduardus Elfredi regis filius, ex qua genuit Ethelſtanum. Ad hunc Ethelſtanum miſit Henricus Chunradi filius rex Teuthonicorum & imperator Romanorum, ſororem eius Othoni filio ſuo expoſtulans vxorem. Alteram ſororem eius habuit in vxorem Ludouicus Aquitanorum prioceps de genere Caroli magni ſuperſtes.

Otho magnus primus ex Germanis Romanorũ imperator imper. an. 36. men. 10. di. 6. A.C. 936. de quo Luitprandus lib. 6. Regin. li. 2. Abbas Vrſpergenſis, Sigeb.

De tribus Othonibus imperatoribus. De primo Othone imperatore.

CAP. III.

Defuncto igitur Henrico, ſucceſsit ei in imperio, vt refert Vincen. vbi ſuprà, filius eius Otho ex Matilda filia Theodorici regis Saxonum, qui Otho imperare cœpit anno domini 938. Ab initio autem mundi 4900. primo, ſecundum aliam computationem 6060. Imperauit autem annis 36. In iſto Othone primo tranſlatum eſt imperium à Fraocis in Alemannos. Et adhuc apud eos perſeuerat vſque in præſens, ſcilicet annum domini 1456.

A.C. 936.

Huius anno primo princeps Bohemiæ Vencellaus vir ſanctus à fratre ſuo Boleſlao occiditur ambitione præripiendi principatum ſeducto. In eius vltionem rex Otho bellum Boleſlao indixit, & longa inter eos concertatio per 14. annos pertracta eſt.

Eodem anno, vt habetur ex chronic. rex Francorum moritur apud Antiſiodorum, cuius corpus in eccleſia ſanctæ Columbæ apud Senones tumulatur. Poſt cuius mortem Franci coacto in vnum coocilio, Guilielmum Senonenſem archiepiſcopum in Angliam miſerunt, ad Edinam quondam reginam Francorum, vt filium ſuum Ludouicum remitteret ad regnum paternum. Quem obſidibus & ſacramentis adhibitis, Ludouicum prædictus antiſtes accepit, & in Franciam adduxit. Qui apud Laudunum vrbem vnctus & coronatus eſt in regem, & annis 19. regnauit.

Ludouicus rex 4. tranſmarinus dictus Francorũ rex. 32. Aemy.

Anno ſequenti, vt ait Sigebertus, Italiam vexabat hæreſis Anthropomorphitarum, id eſt Deum formam corpoream habere dicentium. Contra quam Racherius Veronenſium epiſcopus & verbis & ſcriptis reclamauit.

Anthropomorphitarum hæreſis repullulat. Sige. A.C. 938.

Anno tertio imperij ſui rex Otho Boleſlaum bello ſuperauit: At Boleſlaus pro victoria ſecuros circumueniens principem militiæ regis cum multis trucidauit. Rex vero Bohemiam deuaſtauit.

Eodem anno vt refert Vincentius poſt Guilielmum, regnauit Edimuodus frater Ethelſtani annorum octodecim, & regnauit annis ſex, cum dimidio. Hic Glaſconienſem eccleſiam magnis prædiis & honoribus dotauit, & confirmauit donationem ſuam per priuilegium aureis literis ſcriptum in libro euangeliorum eleganter compoſito, quem eidem Eccleſiæ dedit. Hic Edimundus latronem quendam nomine Leof, eliminauerat: qui poſt ſex annos regreſſus die ſancti Auguſtini Cantuarienſis archiepiſcopi inopinus apud Proteletherium, inter conuiuas regis aſſedit, quia ſcilicet tunc ſolebant Anglici feſtiue conuiuari ob memoriam prædicationis prædicti ſancti Auguſtini. Hic latro tunc forte iuxta ducem recumbebat, quem rex ipſe partibus de cœna dignatus fuerat. Qui cum à rege ſolo recognitus fuiſſet, cæteris in vina ſpumantibus, rex ira accenſus prædoni in capillos inuolauit, & ad terram elidit, qui latenter ſicam de vagina eductã in pectus regis infixit, qui mox exanimatus eſt. Latro vero currentibus ſatellitibus membratim diſcerptus eſt, nonnullos prius ſaucians. Præuiderat hunc regis finem beatus Dunſtanus tunc Glaſconienſis abbas, dæmonis ante ſe ſaltantis geſticulationibus & plauſibus edoctus ſcurrilibus, qui mox equum conſcendens, & ad curiam properans in medio itinere rei geſtæ nuncium accepit, ſepultus eſt autem in Glaſconienſi eccleſia.

Edimundus rex Angliæ A.C. 938.

His diebus contra regem Ludouicum rebellant Francorum proceres, ac ſuper omnes Hugo magnus Pariſienſis comes, qui fuit filius Roberti tyranni à Carolo rege in bello Sueſſionico perempti. Ludouicus itaque rex à ducibus ſuis circumuentus, à Northmannis capitur, & conſilio Hugonis Banchinum miſſus publicę

Ludouic. Francorũ rex ab Othone liberatur. Aemyl. li. 3.

[A. C. 945.] publicę cuſtodiæ traditur. Carolomannus verò filius eius maior à Northmannis adductus Rothomagi moritur. Hæc audiens imperator Otho cum 27. legionibus ad liberandum Ludouicum Franciam ingreditur, eiuſque metu Ludouicus à cuſtodia relaxatur. Porro contra Othonem imperatorem rebellauit Euerardus comes palatij, & Gilbertus dux Lotharingiæ, qui Gerbergam ſororem ipſius imperatoris habebat vxorem. Hi itaque duo Henricum fratrem imperatoris obſeſſum capiunt, eumque fallacia ſua ab imperatoris fidelitate ſeiunctum factioni ſuę applicant, ſuggerentes ei magis competere regnum in patris regno nato, quàm Othoni ante regnum nato.

[Euerard⁹ & Gilbertus cōtra imperatorē inſurgunt, idē.]

[A. C. 942.] Anno autem Othonis 5. Gilbertus & Euerardus cum præfato Henrico iuxta Rhenum contra imperatorem bellum parantes, milites imperatoris offendunt, & multi cum paucis congreſsione facta, interim imperatore in alio Rheni littore ante clauos domini lanceæ ſuæ infixos in oratione proſtrato, victi dedere terga, Henrico in brachio inſanabiliter vulnerato.

Eodem anno orta diſſenſione inter principes de varietate legis, vtrum debeant auis ſuperſtitibus filij filiorum poſt patres defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus, deberet hæreditas ad patruos redire, ex regis Othonis omniumque principum ſententia, cognitio veritatis commiſſa eſt gladiatorio iudicio, ceſsitque victoria iis, qui dicebant fratrum filios debere cum patribus hæreditare.

[Otho rex Briſagam obſidet, A. C. 943.] Anno ſequenti rex Otho obſedit Briſagam oppidum Alſaciæ, quod Ludouicus rex per milites Euerardi & Gilberti tenebat. In qua obſidione ſuaſu Friderici archiepiſcopi Moguntini, qui animo iam ab imperatore defecerat, multi ab imperatore defecerunt. Eaque re aliis territis, ſolus rex interritus manet. Interim fideles regis, Odon (aliàs Vdo) videlicet & Chunradus frater Hermanni Sueuorum ducis Euerardum & Gilbertum prædando regno ſecure intentos iuxta Rhenum inopinate aggreſsi acerrime debellant. Euerardo gladiis perempto, Gilberto autem Rheni vndis ſubmerſo: cæterorum vix aliquis fuit, qui non aut trucidaretur, aut caperetur. Hoc nuncio infideles regis corde franguntur, & Ludouicus ab Alſacia diſcedit, etiam rex & fideles eius cum ipſo gratulantur.

[Guilielmus dux Northmannorū occiditur. Vin. c. 70. Naucle. gen. 32.] Eodem anno, vt ſcribit Guilielmus & Vincentius, Guilielmus filius Rolonis dux Northmannorum, dolo in Francia occiſus eſt ab Alzone cognomento Curto. Clauis ad eius cingulum inuenta eſt ſeræ Familiaris ſcrinij, in quo inuenta ſunt indumenta monachalia, quæ ſemper inter bella meditabatur ſe geſtaturum apud Gimegium. Huius filius fuit Richardus.

[A. C. 944.] Anno Othonis ſeptimo, Stephanus & Conſtantinus filij imperatoris Græcorum, ſcilicet Romani dicti, ſecundum Sigebertum & Vincentium ægre ferentes ſe iuſta patris ſui ſeueritate à iuuenili ætate coerceri, diſpoſitis in palatio inſidiis, ignorante altero Conſtantino Leonis imperatoris filio, patrem de palatij ſolio deponunt, & tonſo ei, vt moris eſt capite, ad vicinam inſulam, in qua cœnobitæ philoſophabantur, tranſmittunt. Sol horribilem eclipſim paſſus eſt feria ſexta hora diei tertia. Quo die in Hiſpaniam Abdamaram (alias Addaram) rex Saracenorum, à Radamiro Chriſtianiſsimo rege Galliciæ in bello ſuperatus eſt. In Italia cometes miræ magnitudinis apparuit, protendens famem, quæ ſecuta eſt. Rex Otho corpus ſancti Innocentij martyris in vrbem Magdeburg transfert. [A. C. 945.] [Abdaram à rege Radamiro vincitur. Luithpr. Sigebert.]

Anno 8. Otho totam Lotharingiam ſibi ſubiugauit, reſiſtente ſibi ſolo Metenſium epiſcopo Adelberone fratre ducis Friderici. Stephanus & Conſtantinus filij Romani imperatoris, videntes poſt patris ſui depulſionem, Conſtantinum filium Leonis imperatoris ſibi præferri ab omnibus, & ſe iam in ſecundis vix haberi, cum deliberarent hoc, quod de patre fecerant, etiam de Conſtantino facere, publicato eorum conſilio per Diabolum incentorem huius conſilij conſcium, cum ad conuiuium ex condicto conſediſſent, & de prioratu ſedendi inter ſe conſultò decertarent, dato ſigno à viris Conſtantini, ambo fratres ſolio deturbantur, & tonſis capitibus, ad idem monaſterium, ad quod patrem tranſmiſerant, & ipſi ad philoſophandum cum monachis tranſmittuntur. Ita euacuato palatio aliusiuis imperatoribus, ipſe Conſtantinus & Romanus filius eius, ex filia Romani imperatoris, imperant annis ſexdecim. [A. C. 945. Romani liberi in cœnobiū retrudantur.] [Conſtantinus imperium Græcorū recuperat]

Quomodo peccatis exigentibus Perſæ regiones vſque ad Helleſpontum vniuerſas occupauerint, Guilel. Tyr. lib. 1. de bello ſa. cap. 9.

§. I.

DE ſecundo Romano imperatore Græcorum, & captura eius cum multis prouinciis facta per Belpher principem Perſarum (& Aſsyriorum infidelium. Scribit Ioannes de col. quod ea ætate, qua Chunradus in Germania imperaret, Romanus imperabat apud Grecos, qui cognominatus eſt Diogenes. Quo tempore cum ipſe cum omni proſperitate Conſtantinopolitanum adminiſtraret imperium, egreſſus eſt de vltimis orientalibus finibus Perſarum & Aſsyriorum princeps potentiſsimus Belpher nomine, infinitam infidelium nationum ſecum trahens multitudinem, quæ & numerum diceretur excedere, & vniuerſam terræ ſuperficiem operire. Aſcendénſque in curribus, & in equis & magnifico nimis apparatu, fines imperij Conſtantinopolitani ingreſſus eſt, cuncta ſibi ſubiiciens à ſuburbanis campeſtribus vſque ad vrbes munitas, & oppida muniiſsima. Non erat qui ei reſiſteret, quare omnia pro libito diripiebantur.

Interea nunciatur imperatori Græcorum gladius imminens. Qui pro republica ſollicitus expeditiones conuocat equitum, & peditum colligit copias, quantas imminens compellebat neceſsitas, & quantas vniuerſum poterat imperium miniſtrare. Quid plura? Congregatis legionibus

A.C. 950.

gionibus & copioſo equitatu, imperator hoſtibus obuiam procedit. Et imperij penetralia iam tenentibus in manu forti, ſed diuino deſtitutus auxilio occurrit. Commiſſo itaque prælio certatur vtrinque acerrime, & copiis pene paribus, ſed maioribus odiis qualia dolor ſacrilegij & zelus fidei ſolet ſuggerere. Quid multis immorer? Perit populus Chriſtianus, & Deo permittente fidelium acies proſternuntur. Quódque miſerabilius eſt, capitur imperator. Rediit, qui euaſerat particulatim exercitus, conſuſionem, quæ acciderat nuncians.

Belphet Imperatori Romano turpiſſime inſultat.

Interea vir infidelis, ſed magnificus princeps ille paganus, de tanta victoria elatus, imperatorem, quem captum diximus, ſibi pręſentari pręcepit, & in contumeliam nominis & fidei chriſtianæ, ſedens in throno regio, eum mādat ſuis pedibus ſubiici, & ſcabelli vice coram poſitis principibos aſcendens & deſcendens corpore veitur imperiali. Tandémque pro tanto obſequio eum reſtituens libertati eum paucis ſuis magnatibus, qui cum eo capti fuerāt, abire permiſit. Prænominatus autem princeps paganus, propoſito libere ſatisfaciens ſuo, vniuerſas à Laodicea Syriæ vſque ad Helleſpontum, (qui Conſtantinopolim præterlabitur) prouincias itinere dierum triginta in longitudinem, quindecim vero in latitudinem occupauit, vniuerſæ terræ populo captiuato, inter quas nobilis & eximia prouinciarum multarum moderatrix Antiochia, apoſtoli Petri prima ſedes, capta eſt, & facta eſt infidelibus ſub tributo. Sic igitur Cæloſyriam, vtramque Ciliciam, Iſauriam, Pāphiliam, Lyciam, Piſidiam, Lycaoniam, Sicioniam, Cappadociam, Galatiam, & vtrumque Pontum, Bithyniam, & Aſiæ minoris partem nobiles prouincias, & omni commoditate inſignes, plebibus reſertas fidelibus, infrà modicū tempus in ſuam iuriſdictionem recepit, captiuās popolos, & eccleſias deiiciens, & Chriſtianum cultum ſurore exterminato perſequens. Qui ſi copiam nauium habuiſſet, ipſam vrbem regiam Conſtantinopolim procul omni dubio occupaſſet. Principes autem Græcorum, redeunte imperatore Romano, alium ſibi præficiunt, indignum arbitrantes, vt qui tam indigna in proprio pertulerat corpore, auguſtali poteſtate fungeretur. Quare priuatum oculis, & ignominioſe tractatum, vitam vix indulſerunt agere priuatam.

Antiochia ab infidelib. capta, A. C. 1072.

Romanus cur hæc paſſus ſit.

Iuſto autem Dei iudicio hoc paſſus eſt iſte Romanus, qui in dominum & benefactorem ſuum Conſtantinum imperatorem inſurgens, ipſum ab imperij arce deiecit, qui opere manuum ſuam picturam exercēs, ſibi victum quærebat.[a] Notandum ad tollendum æquiuocationem huius nominis Romani, quòd duo fuerunt imperatores Græci, qui dicti ſunt Romani; vnus fuit pater Stephani & Conſtantini, qui claſſem regis Ruſſorum combuſit, & poſtea à filiis ſuis eiectus eſt de imperio, vt dictum eſt ſuprà poſt Vincentium & Sigebertum: alter fuit de quo nunc dictum eſt per Ioan. de col. qui fuit filius Conſtantini imperantis in Græcia poſt filios primi Romani: videtur tamen, quòd iſte fuerit potius tempore Othonis imperatoris quàm Chunradi.

a Onuph. quinque ex Zonara prodit imperatores qui nomen Romani habuerunt. Romanus videlicet Lecapenus imperator 5. A C. 921. Romanus iunior Lecapenus imperator 53. A. C. 929. Romanus 3. Porphyrogenitus imperator 56. A. C. 963. & Romanus 4. Argyropolus imperator 61, A. C. 1030 Denique Romanus 5. Diogenes dictus A. C. 1068. cuius imperij anno 4. Aſia minor à Turcis inuaſa & Antiochia capta eſt, ipſiq́; eſt abrogatum imperium, Onuph.

Henricus Othonis frater in cuſtodiam traditur, Ex Sigeb. Vinc. cap. 71. A. C. 946.

§. II.

Anno nono Othonis primi imperatoris, Henricus frater imperatoris in vrbe Meresburga à fratre obſeſſus, proiectis armis ad pedes eius procidens, & miſericordiam eius implorans in cuſtodia includitur. Fridericus etiam archiepiſcopus Moguntinus à ciuibus excluditur. Eodem anno vt teſtatur Guilielmus, regnauit Edredus tertius ex filiis Eduardi in Anglia, & regnauit annis 9. & dimidio. Cuius ægrotantis audito nuncio, beatus Dunſtanus cū illuc equum accelerarer, vocem deſuper ſonantem audiuit. Modo rex Edredus obdormiuit in domino.

Edredus rex Angliæ A. C. 946.

Anno Othonis 12. vt dicit Vincen. poſt Sigebertum, Taxis rex Vngarorum in Italiam veniens decem modios nummorum à Berengario pro reditu accepit.

Anno eiuſdem 13. per loca Galliæ & Germaniæ plurimi & magni terræmotus facti ſunt.

Anno eiuſdem 16. mortuo Vuiſredo Coloniensium præſule, archiepiſcopatum ſuſcepit vir glorioſus Bruno frater Othonis imperatoris. Qui, qualis, quantúſve fuerit apud Deum & homines, lector ediſcat ex vita eius, quam Rogerius luculenter deſcripſit. Huius ſtudio tranſlata ſunt à Roma Coloniam corpora ſanctorū Eliſij, Patrocli cum baculo ſancti Petri.

Anno eiuſdem 18. Ludouico rege Frācorum mortuo, Lotharius filius eius ex Geberta ſorore imperatoris, regnauit in Francia annis 31. Et ſub ipſo Lothario rege facto, Hugo magnus Francorum dux efficitur. Nec multo poſt, dicto Hugone decedente, & in eccleſia ſancti Dionyſij tumulato, ſucceſſerunt ei filij ſui Hugo & Otho & Henricus. Quorum tamen Hugo ducatum Francorum in loco patris ſortitus eſt. Quo etiam anno vt ſcribit Guilielmus, regnare cœpit Edwitius in Auidia, filius Edmundi regis, adoleſcens petulans & libidinoſus. Qui ſancto Dunſtano corripiente ſe, omnes monachos in tota Anglia exiliauit, & calamitatibus affecit, & ipſum Dunſtanum in Flandriam expulit, vt dicetur in capitulo ſequenti.

Lot. F. rex ... 954.

Anno eiuſdem 19. vt ſcribit Vincentius vbi ſuprà poſt Sigebertum, in Italia lapis miræ magnitudinis tonitruo & tempeſtate turbulenta de cœlo iactus ingens miraculum videntibus præbuit. Templa pleriſque in locis valida tempeſtate concuſſa ſunt. Vtriuſque ordinis ſacerdotes

Grauis tempeſtas, Vinc. ibi. A. C. 955.

A.C.962. dotes ictu fulminis interierunt, & plura borrenda dictu portenta monſtrata ſunt.

Anno 22. prodigioſa res multos terret, & à vitiis coercet, noctis Crucis in veſtibus plurimorum apparentibus, quorundam autem veſtibus quaſi lepra ſordentibus.

Otho cõtra Berengariũ in Italiã venit. ſup. c. 2. §. 16. A. C. 962.

Anno autem 24. Otho ipſe vocatus à papa Ioanne 12. & populis Italiæ per legatos, vt Italiam de manibus Berengarij liberaret, qui vt tyrannus & potens multipliciter eam infeſtabat, ingreſſus eſt Italiam, & Berengarium deuictum exilio tradidit. Receptuſque eſt Otho cum maximo honore à papa Ioanne, & omni clero, Romanóque populo. Et ab ipſo papa Ioanne ſolenniter coronatus eſt in imperatorem. Sed cum eſſet ſceleratus hic papa, & imperatorem & omnes ſcãdalizaret propter nefariam vitam ſuam, anno 26. ipſius Othonis collecto à tota Italia concilio epiſcoporum, cùm tertio eſſet vocatus ad reſpondendum de criminibus ſibi obiectis, & fugiens è Roma venire contemneret, eo à cunctis præiudicato, Leo electione omnium & conſenſu imperatoris papa ſubſtituitur. Qui Leo apoſtolicæ ſedi præſidens, fecit ea, quæ erant apoſtolica.

De Ioanne 12. papa vide ſup. ca. 2. §. 16.

Sed non multo poſt, vt ait Vincen. poſt Sigebertum, Romani alterata fide ab imperatore auxilio quorumdam, quia ipſe Ioannes papa erat de nobili proſapia, & adiutorio etiam Alberici filij Berengarij præfati, Ioannem reuocauerunt, & in ſede ſua repoſuerunt. Miſerrime autem vitam finiuit & impudiciſsime, vt patet ſuprà in capitulo præcedenti. Quo mortuo, cũ Leo papa receſsiſſet ab vrbe, repoſito Ioanne in papatu à Romanis, & acceſsiſſet ad imperatorem, Romani ipſi elegerunt quemdam in papam, quem Benedictum nominauerunt. Ex qua re ſuccẽſus imperator Otho ira, tum quia Leonem eiecerant, tum quia contra iuramentum venerant, cum ei iuraſſent ſe nunquam papam electuros ſine eius conſenſu & filij eius, ſubito cum copiis ſuis acceſsit ad vrbem. Quam obſeſſam cæde & fame adeo afflixit, vt Leonem præfatum promitterent ſe in papam recepturos, quod & fecerunt reiecto Benedicto, qui non ſolum à papatu, ſed etiã à ſacerdotio exordinatus fuit, & ſecundum aliquos in carcere ab Othone ſtrangulatus.

Imperator Pẽtecoſtes feſtum celebrat, A.C. 966.

Anno autem 28. imperij ſui feſtum Pentecoſtes Aquiſgrani celebrauit, concurrentibus illue à Francia ſororibus ſuis, Regina ſcilicet Francorum Geberta, matre Lotharij regis & Caroli ducis, & Haunide vxore Hugonis Pariſiorum comitis. Ibíque omnis illa regalis proſapia tanto adinuicem congratulationis iubilo affecta eſt, vt in omni eorum vita vix aliquid gaudij & lætitiæ huic æquiparari poſſet.

Anno huius Othonis primi trigeſimoſecundo, quidam comes Othuuis imperatoris, ei familiaris, Romæ ante oculos omnium à diabolo arreptus eſt, ita vt ſeipſum dentibus diſcerperet. Hic iuſſu imperatoris ad Ioannem papam decimumtertium qui Benni ſucceſſerat, adductus eſt, vt cathena ſancti Petri collo eius circumdaretur. Et dum à fallacibus clericis ſemel & bis, alia cathena furenti adhiberetur, an e quicquam remedij inde prouenirer, vbi nulla inerat virtus, tandem vera cathena ſancti Petri allata, qua ſcilicet fuerat ligatus ſub Nerone, & collo furentis circumdata, diabolus ſpumans & multum clamans abſceſsit. Qua cathena Theodericus Metenſis epiſcopus arrepta, cum diceret ſe eam, niſi manu abſciſſa non dimiſſurum, tandem imperator ſedato litigio à Papa Ioanne obtinuit, vt annulum huius cathenæ exectum epiſcopus ille mereretur. A.C. 962.

Otho imperator Romæ quid egerit. ſuprà ibid. A.C. 968.

Poſtquam autem Otho reconciliatus eſt Romanis, ad inſtantiam & preces Leonis papæ, aliquandiu moratus eſt Romæ imperator. Aduenieute autem feſto dominicæ natiuitatis, Otho fecit filium ſuum Othonem à Leone papa coronari. Illíque Theophaniam filiam Conſtantinopolitani imperatoris matrimonio copulauit. Quo facto in Theutoniam rediit. Sed mortuo Leone papa, Ioannes Narnienſis natione cum ſucceſsiſſet, & Romani aliqui cum incarceraſſent, hoc audito Otho iterum rediit in Italiam cum copiis, & liberato Ioanne à carcere, cum Romam intraſſet imperator, perdomuit eos, qui cauſa fuerant huius capturæ variis modis, vt ſuprà in capitulo de pontificibus patet. Ibid. §. 22.

Plurimæ ſanctorũ reliquiæ in Galliã deportatæ. Vin. ibid. A.C. 972.

Anno trigeſimo tertio Othonis, Theodericus Metenſium epiſcopus imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate cæteris deuinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa corpora & pignora ſanctorum de diuerſis Italiæ locis quocunque modo potuit collegit, vt dicit Vincen. vbi ſuprà. Primum à Marſia ſanctum Elpidium confeſſorem, cuius ſocium Euthychium epiſcopum iam ipſe imperator ſuſtulerat, ab Amiternis ſanctum Euthycem martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini ſociorum eius, à Fulginen Fælicianum epiſcopum & martyrem, à Peruſio Aſclepiodotum martyrem, à Spoleto Serenum martyrem, cum Gregorio Spoletano martyre, à Cordino pignora Vincentij martyris & leuitæ ab Hiſpania olim à duobus monachis Capuam, à Capua illuc deportata, à Meuania alterum Vincentium epiſcopum & martyrem, à Vincentia Leontium epiſcopum & martyrem, à Florentia Miniatem martyrem, ab vrbe Tudertina Fortunatum epiſcopum & confeſſorem, à Corphynio Luciam virginem Syracoſanam martyrem, à Faroaldo duce Spoletanorum olim à Syracuſis illoc tranſlatam, à Sabinis partes corporum Prothi & Hyacinthi martyrum. Hæc omnia cum parte cathenæ ſancti Petri, cum capillis eiuſdem, & ſanguine beati Stephani protomartyris, & parte craticulæ ſancti Laurentij, à papa Ioanne ſibi donatæ, cum multis aliis ſanctorum reliquiis Theodericus epiſcopus in Galliam tranſportauit, & in eccleſia ſancti Vincentij martyris à ſe in inſula vrbis constructa locauit. De præfatis autem reliquiis & aliis, cum multi multa dicant, & aduerſa, ſcilicet quòd ſint magis in vno loco, quàm in alio, & magis iſta quàm illa, quilibet eſt animo liber ad credendum, quòd ſint ipſæ vel non ſint, ſine præiudicio ſalutis. Pium tamen eſt credere, quod communiter dicitur.

Monaſteriũ S. Vincẽtij multis reliquiis ſanctorũ ditatum.

Demum

A.C. 973.

Demum Otho iſte primus obiit. Cuius vitam Vindichildus monachus ſcripſit, qui & hiſtoriam Saxonum vſque ad hunc deſcripſit. De iſtis tribus Othonibus, de quibus eſt verſus, Otho poſt Otho regnauit tertius Otho. Iacobus de Voragine in Chron. ſuo breui narrat iſta. De primo, quod cum in ſolennitate Paſchali dictus Otho principibus conuiuium prçparaſſet, antequam ſederent, cuiuſdam principis filius monitu pædagogi ferculum de menſa tulit, quem dapifer fuſte proſtrauit. Quod cernens pædagogus pueri ipſum dapiferum mox peremit. Quem cum ſine audientia Cęſar condemnare vellet, ille Cæſarem ad terram deiicit, & eum ſuffocare cœpit: qui cum de eius manibus fuiſſet ereptus, ipſum reſeruari fecit, ſe culpabilem clamans, quod feſto non detulit, vnde libere eum abire permiſit.

Otho primus quale mortis diſcrimē ſubierit.

De ſecundo narrat, quod cum Italici ſæpius pacem violaſſent, Romam venit, & omnibus proceribus & magnatibus & pōtificibus apud gradum Eccleſiæ conuiuiū grāde fecit. Quibus epulantibus latēter eos cingi fecit armatis. Deinde de violata pace querimoniā mouens, iubet in ſcriptis culpabiles recitari. Quos ſtatim ibi decollari faciebat, alios vero epulari ſatagebat.

De tertio legitur, quod habuit quandam vxorem, quæ cuidam comiti ſe proſtituere voluit. Sed cum ille nollet tantum facinus perpetrare, illa indignata prædictum comitem apud imperatorem adeo infamauit, quod eum imperator ſine audientia decollari fecit. Qui antequam decollaretur, rogauit vxorem ſuam, vt iudicio candentis ferri poſt mortem comprobaret innocentiam ſuam. Adeſt dies, in quo Cæſar pupillis & viduis ſe aſſerit iudicium facturum. Affuit & vidua mariti caput ſecum portans in vlnis. Tunc mulier quæſiuit ab imperatore, qua morte dignus eſſet, qui iniuſte aliquem occidiſſet. Qui cum priuatione capitis eum dignum aſſereret, illa ſubintulit. Tu es ille, ô imperator, qui maritum meum ad ſuggeſtionem vxoris tuæ innocentem occidiſti. Et vt me verum dicere comprobes, hoc iudicio candentis ferri comprobabo. Quod Cæſar videns obſtupuit, & in manus fœminæ puniendum ſe dedit. Interuentu tamen pontificum & procerum inducias decem dierum, deinde octo, poſtea ſeptem, demum ſex à vidua accepit. Tunc imperator examinata & cognita veritate, vxorem ſuam ream repertam, & cauſam tanti mali viuā concremari fecit. Et pro redemptione ſui quatuor caſtra viduæ dedit, quæ caſtra ſunt in epiſcopatu Lunenſi. Et vocantur ab induciis dierum: Decimum, Octauum, Septimum, & Sextum. Quod dictum eſt ſuprà de ſecundo Othone videtur magis veriſimile contigiſſe tempore tertij Othonis, qui pluries venit in Italiā.

Othonis 3. contra ſeipſum prolatum iudicium

Otho iunior 2. ex Germanis imperator imperauit poſt patrem an 10. men. 7. di. 2. An. Ch. 973. de quo Regino, Abbas Vrſper. Hermannus contractus. Sigeb. Vinc. ca. 89.

§. III.

ANno igitur ab incarnatione domini 974. A mundi vero initio 4933. Et ſecundum maioris numeri computationem, 6906. imperare cœpit Otho ſecundus filius primi. Et imperauit annis 10. A.C. 983.

Anno ſecundo imperij eius, gelu magnum fuit à Calendis Nouembris vſque ad æquinoctium vernale.

Anno tertio Othonis obiit ſanctus Vdalricus (aliàs Vualdricus) Auguſtanus epiſcopus, cuius vita qualis fuerit mox miraculorum gloria patefecit.

Anno 3. ſanctus Vuicthech Pragenſis epiſcopus, cognomento Adelbertus, ſanctitate & doctrina apud Vuinidos claret, qui apud Brutios martyrizatus multis miraculis glorificatur.

S. Vdalrici vita extat to. 4. Sur. col. 4. Iulij.

Anno quinto pacato vndique regno, quum Otho imperator Aquiſgrani moraretur, Lotharius rex Francorum ſubito ad inuadendum Lotharingiam venit: & cedente imperatore, quia ad pugnam imparatus erat, rex poſt multam vaſtationem repatriauit. Quem cum inæſtimabili exercitu imperator proſecutus, condicto die ſcilicet Calendis Octobris Franciam intrauit, quam vſque ad Calendas Decembris peruagatus, fines Remenſium, Laudunēſium, Sueſſionenſium, & Pariſienſium diuerſa cæde vaſtauit, eccleſiis tantum Dei omni immunitate conceſſa. In redeundo tamen circa Axonam fluuium partem expeditionum amiſit. De his quidam recluſus prædixit, quòd omnes huius mali incentores ante ſeptennium morerentur.

Anno ſexto igneæ acies in cœlo viſæ ſunt per totam noctem 5. Cal. Nouembris.

Anno 7. corpora ſanctorum Laudoaldi, Hadriani, Amantij, & aliorum ab Vuantreſbouo Haſbaniæ vico transferuntur Gandauum, cum multa miraculorum gloria.

Anno 7. Otho ſecundus imperator Apuliam & Calabriam Italiæ prouincias, ad ius regni Græcorum appendentes, ad imperium Romanum conatur transferre, maxime propter affinitatem, quam per vxorem ſuam Theophaniam cum imperatore Græcorum habebat. Anno 9. Græci infenſi, quòd imperator Otho prouincias Græcorum inuaderet, conducto ſibi Saracenorum auxilio, imperatori in Calabria bello congrediuntur. In quo bello omnes Romanorum copiæ vſque ad internecionem pene delectæ ſunt. Imperator narando nitens euadere, à nautis ignorantibus eum capitur, & à quodam eorum, qui erat negotiator Sclauorum agnitus, nec proditus, per illum re ad imperatricem delata, & Theodericum (aliàs Deodericum) Metenſium epiſcopum, qui in ciuitate Raſan (aliàs Rhoſan) rei euentum præſtolabantur difficulter per epiſcopum & Sclauum liberatur. Nautis quippe ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus, imperator aſcenſo equo vix euaſit. Omnibus pro infortunio reipublicę conſternatis animo, ſola imperatrix fœminea & Græca leuitate inſultabat eis, quòd ab exercitu ſuæ nationis victi eſſent Romani, ac per hoc cœpit primatibus exoſa haberi.

Græci maximi imperatoris exercitū profligāt

Anno 10. Otho imperator tædio & angore animi deficiens, vt ſcribit Vincen. poſt Sigebertum Romæ moritur. Et de imperatore ſubſtituendo inter primates diſſentitur, aliis filio Othonis ipſius imperium deberi certantibus. Aliis odio imperatricis à filio eius imperium transferre

Mors Othonis 2. A C. 989.

(983). tranſferre volentib. ad Henricum ducem filiũ Henrici, qui fuit frater primi Othonis. Hinc Henricus ipſum Othonem puerum factioſè raptum in cuſtodia tenet. Sed principes puerũ de manu Henrici extorquentes, in regno ſublimant & imperio.

[Tranſlatio Mederici abbatis c. 29.] Circa illud tempus leuatum eſt Pariſiis corpus ſancti Mederici abbatis ipſo die depoſitionis eius ſcilicet quarto Cal. Septẽbris. Hic vt refert Vin. ex geſtis eius Heduæ ciuitatis pago ortus, genere nobilis cum decimum tertiũ [S. Me] annum ætatis impleſſet, inuitis parentibus ad monaſterium ciuitatis eiuſdem abiit, & ingreſ- B ſus monaſterium tantæ abſtinentiæ fuit, vt in hebdomada non niſi bis edulij quicquam caperet, quod non niſi pane hordeaceo, vel quod vilius reperire poterat: & aqua modica faciebat. Corpus verò ſuum aſperrimo cilicio tegebat occultè, & deſuper aliis fratribus in veſtibus ſimilis erat. Tandem mortuo abbati ſucceſſit, vbi non honorem, ſed onus ſe accepiſſe [Miracula S. Mederici.] conſiderans, omnibus ſibi commiſſis pater verus inſtituit apparere. Ipſe tempore cum quidam monachus eiuſdem loci libidinis æſtu grauiter vreretur, & hoc pio patri indicaſſet C ille tunicam, qua induebatur, illi ad induendũ direxit. Qua induta illico diabolus incentor ipſius mali fugiendo delituit, vocibus magnis proclamans & dicens, Sancte Mederice, cur me incendis tuis precibus? Vaſculum quod diu poſſederam abſtuliſti, & me inextinguibili incendio mancipaſti. Tunc ſanctus diuina voce increpauit eum, & ille abſceſſit, & monachus poſtmodum in tanta ſanctitate permanſit, vt multæ poſtea per eum virtutes fierent.

Alius prædicti patris diſcipulus ita erat illuſione diabolica ſubactus, vt non poſſet operi diuino inſiſtere ſcilicet officij in eccleſia, fre- D quentérque ab eo admonitus, non tamen correctus eſt. Sed pater ſanctus panem accipiens, & illi porrigens, à dicta illuſione liberauit eum.

Cùm de diuerſis regionibus audita fama ſanctitatis eius ad eum homines properarent deſertum locum expetiit, & ſub ſtatu diu deſiderato ſeſe concluſit, vt quicquid cibo ſumendum eſſet, propriis manibus laboraret. Fratres verò de abſceſſu eius triſtes effecti, per vaſtam eremum eum longè latéque perquirunt, & tandem inuentum cùm eum reducere E non poſſent epiſcopum adeunt. Qui cum eis pergens ſanctum in eremo reperit, & excommunicationis vinculo eum alligans, ad monaſterium perduxit: vbi multa ſanctitate floruit, & multas infirmitates curauit. Tandem orationis cauſa Pariſios adire voluit. In quo itinere multa per eum dominus miracula fecit. Denique Pariſios veniens, in cellula, quæ ſub nomine Petri apoſtoli fuerat conſecrata, duobus annis & nouem menſibus do- [Colitur 29. aug.] mino militauit ac vocatis diſcipulis diem obitus ſui indicauit. In quo expletis omnibus F valedicens eis, inter verba orationis ad dominum migrauit.

A *Otho. 3. Occidentis 3. ex Germanis imperator, imp. a. 17. m. 1. d. 21. A.C. 983. de quo Herm. Contra, Lambertus. Otho Friſing. Abbas Sigeb. Vinc. 95.* A.C. 984.

§. IIII.

ANno domini 984. mortuo ſecundo Othóne: ſucceſſit ei filius eius in imperio Otho tertius: ab initio mundi quater 1967. ſed ſecundum maiorem computationem ſexies 1166. Et regnauit annis xix.

B Anno huius Othonis tertij quarto, Ludouico rege Francorum mortuo, Francis regnum [Hugo Capetus Francorum rex 35. Paul Aemyl. A.C. 986.] transferre volentibus ad ducem Carolum fratrem Lotharij regis patrem ſcilicet ipſius Ludouici dum ille rem ad cõſilium differret, regnum Francorum vſurpat a Hugo filius Hugonis comitis pariſienſis ex Hauuide ſorore primi Othonis imperatoris, & regnauit annis 9. Hic Hugo cognominatus eſt Capet, cuius genealogia ac poſteritas nunc apud Francos regnat: Sed Guilielmus dicit, vt refert Vin. hunc Hugonem duxiſſe vxorem filiam Eduar- C di regis Anglorum ſororem Ethelſtani regis qui longè ante hoc tempus regnauit tempore videlicet Henrici regis Teutonicorum patris Othonis primi. Qui Otho primus duxit vxorẽ vnã ſororem eiuſdem Ethelſtani, alteram ſororẽ duxit Ludouicus Aquitanorũ princeps, ter- [Regis Eduardi ad Hugonẽ munera.] tiã quę pulcherrima erat, duxit Hugo iſte. Miſitque patri pro ea munera ampliſſima aromata & gemmas pretioſas, & precipuè ſmaragdos equos curſarios plurimos cum phaleris, & vas quoddam ex onycino ita celatum, vt in eo & fluctuare ſegetes: & gemmare vites, & hominum moueri imagines viderentur, & ita lu- D cidum erat & politum, vt vice ſpeculi imagines intuentium redderet. Enſem quoque Conſtantini magni, in quo literis aureis nomen antiqui poſſeſſoris eius legebatur. In capulo quoque ſuper craſſas auri laminas clauus ferreus affixus erat, vnus ex quatuor, qui dominico corpori fuerant affixi. Lanceam quoque Caroli magni, quam imperator inuictiſſimus cõtra Saracenos exercitum ducens quoties in hoſtẽ vibrauit, victor rediit. Vexillum quoque beatiſſimi martyris Mauricij principis Thebeæ legionis, quo idem rex Carolus in bello hiſpani- E co quorumlibet conſertos inimicorũ cuneos diſrumpere & fugare conſueuerat. Diadema quoque ex auro multo & gemmis precinſis, quarũ ſplendor oculos intuentium tenebrabat. Particulam quoque ſanctæ crucis cryſtallo incluſam. Portiunculam quoque ſpineæ coronæ eo modo incluſam, vt videri poſſet. Princeps huius legationis fuit Adulphus filius Balduini comitis Flãdrię ex filia regis Eduardi.

a Mortuo Ludouico rege Francorum ſine herede regnum per Hugonem Capetum tranſit ad nouam & tertiam progeniem ſcilicet Comitum Pariſienſium: Nec F *tamen penitus deficit genus Carlingorum. Nam Hugo Capetus per muliebrem ſexum à Carolo magno deſcendebat. Habuit enim Hauuidam matrem filiã Henrici imperatoris ex Matilde filia Ludouici. 3. Iuniori imperatoris, quem diximus fuiſſe vltimum imperatorem ex familia Caroli magni, Chron. Franc. Geneb.*

A.C.989. Carolus dux lotharingiæ frã corum regno inhiat. Aemyl.lib. 3. A.C. 987.

Anno Othonis tertij quinto, Carolus dua regnum francorum debitum ex paterna & aui ta ſucceſſione ſibi, contra Hugonem nepotem ſuum repetit, cúmque bello perurgens vrbem Laudunũ capit. a Hugo Carolũ in Lauduno obſider, ſed ſecundo obſidionis menſe obſeſſi proſilientes caſtrum obſidentium incenderunt. Et rex ipſe Hugo plurimis ſuorum peſ̃pris vix fuga euaſit.

Varij rerũ euentus Vin c 95. A.C. 988.

Anno tertij Othonis ſexto, vt dicit Sigebertus & Vinc. inundatio aquarum frequens ac diutina vltra ſolitum, æſtaſque poſtea feruentiſſima, & plurimis pernicioſa fuit: vnde & fruges minoratæ ſunt. Carolus dux Montem acutum expugnat, Sueſſiones vſque vaſtando accedit, Remos inde aggreditur, & Laudunum cũ multa præda reuertitur. Siccitas magna vernalis fuit, vnde & ſatio primitiua impedita, & fames magna ſecuta eſt. Nix nimia decidit, & poſtea imber continuus, vt autumnalẽ ſationem omnino denegaret. Fertur annonam pluiſſe de cœlo in Albanio, alij etiam piſciculos paruulos de cœlo pluiſſe ferebant.

Anno 7. Carolus dux Remos occupat, archiepiſcopum, quẽ Hugo præfecerat, & quoſdam primates capit, & Laudunum relegat.

Anno 8. Carolus dux moritur, Otho filius eius ſucceſſit ei in ducatu Lotharingenſium.

Cõcilium Remenſe contra Arnulphũ Remorũ Archiepiſcopũ. Sigeb & Vinſt. A. C. 991.

Anno 9. Remis ſynodo totius Franciæ congregata Arnulphus nepos Caroli ducis, quem ipſe Carolus epiſcopum Remis ſubſtituerat, omnium iudicio ea ordinatus damnatur, & Adelgarius præſbyter, qui vrbem prodidit, & portas Carolo aperuit, inſolubiliter excommunicatur. Gilbertus verò ſubſtituitur epiſcopus, Sed quibuſdam cauſam ventilantibus, nõ potuiſſe degradari Arnulphum ſine ſcientia & authoritate papæ Romani. Gilbertus depoſitus ad Othonem tertium imperatorem ſe contulit. Quem imperator receptum primo Rauẽnæ archiepiſcopum, & poſtea conſtituit papã Romanum. Qui licet multum peritus eſſet in artibus liberalibus, fuit tamen arti magicæ deditus & incantator dæmonum. Cuius in ſcientia diſcipuli fuerant iſte Otho tertius, & Robertus rex Franciæ & ideo opere Othonis aſſũptus ad papatũ, & dictus Syluester, de quo plene ſuprà in capitulo de pontificibus.

Epiſcop⁹ ſine authoritate papæ deiici non pot.

Vide quæ in §.18 c 1. notauimus.

Robertus Francorũ rex 34. Aemilio. A.C 997. ſup.§.18

Hugone autem rege Francorum mortuo ſucceſſit ei in regno filius eius Robertus, qui & regnauit annis 34. multum deuotus, vt ſuprà dictum eſt.

Anno huius Othonis. 16. ab incarnatione autem domini milleſimo multa prodigia viſa ſunt ſecundum Vincen. ſpe. hiſto. lib. 25. c. 8. Terræ motus enim factus eſt maximus, Cometes apparuit. 19. Cal. Ian. Circa horã nonã aperto cœlo, quaſi facula ardens cum longo tractu fulguris inſtar illabitur terris, & cum tanto ſplendore, vt non modo, qui in agris erant, ſed in tectis etiam, irrupto fulmine ferirentur. Qua cœli ſciſſura ſenſim euaneſcente interim figura eſt viſa quaſi ſerpentis, capite quidem creſcente cum ceruleis pedibus.

Anno verò 18. huius Othonis cum Creſcẽs (aliàs Creſcentius) quidam patricius Romanus, habens quorundam Romanorum ſequelam Gregorium 5. natione Saxonem, conſanguineum imperatoris, & ad complacentiam eius creatum eiecilſet à papatu, & per pecuniã fieri feciſſet papam quemdam Ioannem epiſcopum Placentinum in odium imperatoris, hæc audiens Otho imperator ira ſuccenſus Italiam intrauit, & ad vrbem properans cum Creſcente, & eius ſequacibus bello cõgreſſus, eum deuicit. Qui fugiens ea fuga retractus capitur, viliq́ue iumento auerſe impoſitus circunducit, & paulatim membris truncatis, ad vltimum ante vrbem ſuſpenditur. Et illum Ioannem in papatu intruſum deponens excæculauit, & mortuo interim Gregorio 5. præfatum Gilbertum magnum papam fieri fecit.

Anno autem 19. Otho imperator degens Romæ dum cum Romanis ſe remiſſius agit, tractans qualiter iura regni & eccleſiæ ad antiquum ſtatum reformaret, Romani per hoc ad contemptum eius adducti contra eum conſpirant, & aliquot militum eius peremptis eum in pallatio obſident: vnde per induſtriam Henrici ducis Baioariæ, & Hugonis marchionis Italię ſimulato pacto pacis vix extractus, à Roma diſcedit cũ Syluestro papa eo ſcilicet, qui prius dictus eſt Gibertus. Et quia vxor Creſcentis imperatorem ſpe regnandi ad amorem ſui pellexerat, dolens de eius diſceſſu venenum ei miſit. Quo ille poculo aſſumpto, inter remeandum in Italia moritur. Milites autem tranſalpini corpus imperatoris defuncti cum inſignibus imperij ad Germaniam referentes, crebris Italorum incurſibus laceſſiti armis ſibi viam parant. Sed cum iam res in tuto eſſe putaretur, dux Baioariæ Henricus iniuriato Heriberto Colonienſium archiepiſcopo à cuius ore omnes pendebant, inſignia regni ab eo violenter extorſit, quaſi iure hæreditario ſibi competentia. Erat quippe filius Henrici ducis, qui fuit genitus de Henrico fratre primi Othonis imperatoris. Ioan. de col. aliter ponit finem huius Othonis. Dicit enim, quòd circa finem ſuum veniens Romam, cum ipſum vrbis aer plurimum delectaret, cogitauit ibidem ſuam (ſicut antiquitus olim fuerat) ponere ſedem. Cumque in loco, in quo hactenus fuerat palatium Iuliani apoſtatæ, incepiſſet nouum palatium ac nobile conſtruere, reclamantibus Romanis ab opere deſtitit, & poſt modicum in Saxoniam reuerſus in pace quieuit.

Henricus

a Ad Laudunum pugna commiſſa, fortuna, viribuſq́; & mortalium ſtudiis inferior Carolus, in oppidum propinquum ſe recepit. Cum abſeſſu eruptione cædium Hoſtium feciſſet, nouis copiis contra aduenientibus arctior facta obſidio. Noctu Aſcelini cuiuſdam epiſcopi proditione reſeratis portis intromiſſoque Capeto comprehenſus in cuſtodiam Aurelianum mittitur. Ita tertium ſtemma in ſolio locatur, haudquaquam Francis pænitedũ. Iã certus rex Capetus nihil prætereagrauius in Carolum ſtatuit, quàm vt perpetua eum diligentique aſſeruaret cuſtodia. Aemyl.

A.C.1002. *Henricus innuar. 4. Occidentis imperator erigi-tur & ab omnibus Germania principibus in imperatorem imperauit a.23.m.5.d.16. A.C.1002. de quo Hermam. Contráber. Otto. Friſin. Abb. Vſg. Vinc. l.25.c.4.*

eſt electus alle quidem ſtatim Romanorum regis & Cæſaris nomen accepit. Augusti verò & imperatoris titulum non prius adipiſcitur, quam à Pontifice Romano ſolenni Benedictione coronetur. Vnde iſte Henricus Romanorum rex.2. ab Onuph. dicitur: quia Henricus 1. Othonis primi pater regno Germaniæ præfuit, ſed imperator 1. nominatur quia primus fuit huius nominis, qui imperialem Benedictionem & coronationem eſt adeptus. Sic penès Romanum imperium a Romano Pontifice ſcribit Geruaſius ad Othonem 4. imperatorem: cuius eſt regna transferre & de ſua ſede deponere Aluarus li.1. de planctu Eccleſiæ. cap 41. A.C.1002.

Stephanus rex Hûgarorû primus de quo Carthuius to. 4. Sue Vogars ad fidem conuerſi.

CAPVT IIII.

OThone tertio defuncto, imperium Romanum aſſecutus eſt Henricus dux Saxoniæ Anno domini milleſimo tertio: ab initio verò mundi quater milleſimo 966. ſecundum autem aliam B computationem ſexies milleſimo 125. & imperauit annis 22. Hic igitur conciliatis ſibi animis quorumdam principum regni, inungitur in regem ab Vuiligiſo Moguntino archiepiſcopo ſecundum Vin. ſpe. hiſt. lib. 26. Et potentiores regni viros bella ſibi concitare volentes celeriter deuicit. Et reges gentilium in inferiori germania commorantes, qui dicuntur Vuinidi, tributarios ſibi fecit. Sed vt ſcribit Io. de col. Sciendum, quod non ſtatim poſt mortem tertij Othonis iſte Henricus fuit electus imperator. Nam mortuo Othone per C annum & amplius vacauit imperium, cùm de eligendo imperatore principes Alemanniæ non concordarent. Nam quamuis iſti tres præcedentes Othones per ſucceſſionem generis imperauerint, ª poſt mortem vltimi, vt dicit Martinus in chro inſtitutum fuit, vt imperator principum prouiſione eligeretur ſcilicet per officiales imperij. qui ſunt ſeptem, ſcilicet tres cancellarij archiepiſcopi. Moguntinus videlicet Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, & Colonienſis Italiæ. Marchio Brandeburgenſis, qui eſt camerarius imperatoris. Comes Pa D latinus, qui eſt dapifer, Dux Saxoniæ qui portat enſem ante imperatorem. Et pincerna rex Bohemiæ. Hi ſtatuunt dominum cunctis per ſæcula ſummum. Horum igitur animis ſibi conciliatis, hic Henricus ab eis eligitur imperator. Fuitque inter imperatores Teutonicorũ primus huius nominis imperator. ᵇ Nam ante eum fuit alius Henricus rex, de quo ſuprà qui fuit pater Othonis primi, ſed non recepit coronam ſeu benedictionem imperialem. Verum quia imperator dictus reſpectu huius, iſte de quo nunc agitur, dicitur Henricus ſecundus E

Sup. cap. 2. initio.

Fuit autem hic vir magnanimus, & in bellis fortunatus valdè. Nam quoſdam potentiores, qui in principio ſui imperij ſibi rebellauerant repreſſit, vt dictum eſt. Præterea gens Vngarorum, qui vſque ad illud tempus cultui idolorum dedita erat, per Gilſam huius Henrici ſororem, quæ regi Vngarorum nupta erat, ad fidem conuerſa eſt. Hæc enim ſancta mulier ſua inſtantia ad hoc virum ſuum regem adduxit, C vt ſe & totam ſuam gentem ab Henrico imperatore baptizari humiliter peteret. Qui in baptiſmo Stephanus eſt vocatus cuius merita vſque in hanc diem multa miraculorum genera commendant. Hic Henricus poſt multa bella in Italia & Germania proſperè geſta, cùm eſſet deuotiſſimus, volens Deo deuotè vacare Bambergenſe fundauit monaſterium, & multis prædiis dotauit, ac diuerſis ornamentis decorauit. Huius vxor Cunegundis, quæ & Sinegunda dicitur, ſanctiſſima fuit: adeo vt cùm eſſet iuuencula & pulcherrima, ad hoc virum D ſuum adduxit, vt communi voto inter ſe perpetuam conſeruarent virginitatem: ſic vſque in finem vitæ ſanctis operibus inhærendo in perpetua virginitate permanentes migrauerint ad dominum, atque in cœnobio quod ipſi à fundamentis ædificauerant ſunt ſepulti miraculis coruſcando. Quo tempore præſulabatur Sergius in vrbe Romana vir ſanctus & pius.

Henricus imperator & Cunegunda eius vxor miraculis clarent. & ideo inter diuos cēſeti Nam S. Henricus 20. Aug S. Chunegũdis verò 3. Mart colitur. Li. Hēr. & vitam ſcripſit Adelbod' epiſcopus Vltraiectē ſis, Chunegundis verò Innominat' tom. 3. Sur hiſtoria haud contemnenda. Vin e. 1a. Pſal 99.

Hic Henricus ſecundus cum ſemel venatum perrexiſſet, vt refert Ioan. de col. in quadam ſylua ſuis comitibus huc illucque diſper E ſis, ad quamdam deuenit eccleſiam. Quam cũ fuiſſet ingreſſus, reperit ſacerdotem, qui tunc volebat incipere miſſam. Incepta itaque miſſa imperator incepit curioſè inſpicere ſacerdotem, qui erat ſtatura puſillus, colore nigerrimus, membriſque deformis: adeo vt potius monſtrum quàm homo videretur. Quem poſtquam imperator diu aſpexit, cogitare cæpit mirari cœpit quomodo Deus, à quo cuncta formoſa procedunt, tam deforme monſtrum ſacra vel ſacramenta ſua conficere ſineret & attre- F ctare. Cúmque iſta in mente attentius reuolueret, ad illum ventum eſt verſum tractus. Scitote quoniam dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos & non ipſi nos. In quibus verbis cùm miniſter ſacerdotis diſcordaret, ſacerdos concitatori voce quaſi cogitanti imperatori reſpondens ait. quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Quo dicto re percuſſus impe-

ª Ferunt à Gregorio 5. ex Othonis 3 imperatoris aſſenſu ſeptem ex Germania principibus inſtitutos fuiſſe: qui imperatorem eligerent idque tradunt Blond. dec. 2. l. 3. Plat. in vita Greg. 5. Æneas Sylaius in epiſt. Blondi, Cromerus de reb. Polon & alij. Cæterũ Onuph. & in lib. de Comitiis Imperat. & in Plat. & in comment. in faſtos, hanc conſtitutionem fuiſſe factam ſub Gregorio 10. aſſerit: cum præſertim illius ſæculis antiqui ſcriptores Sigeb. Schonabur. Friſingen. Vrſtichundus & alij de re tanta ſiluerint, certúmque ſit aliquos imperatores qui poſt Gregorium 5. fuerunt non hac ſeptemuirali decreto: ſed in generali epiſcoporum & Comitum aliorũq; nobilium congregatione electos fuiſſe: Sandrus verò in 7. de viſib. Monar. Hanc de electione imperatoris communem opinionem contra Onuph. tuetur.

ᵇ Tum quia vel à Septemuiris imperij electoribus: vel

A.C.1004. tacitè, & illum propheticum virum existimans ipsum post ea familiariter cognitum fecit episcopum.

Tempore huius imperatoris Henrici Gerardus Cameracensis & Aldeboldus vltraiectensis episcopus magni habentur in ecclesia, & in palatio imperatoris.

Anno tertiò eiuſdem cometes horribiliter A.C.1005. apparuit, quæ videbatur huc atque illuc flammas diſpergere. Sequenti anno fames & mortalitas horribilis ſecuta eſt, adeoque per totũ inualuit orbem, vt ſepelientium tædio viui adhuc ſpiritum trahentes cum mortuis ſepelirentur. Cõſideraui frequenter, vt quoties ſydus illud quod cometes dicitur, apparet, inde fames, vel mortalitas, vel magnum aliquod detrimentum ſequitur, vel mors alicuius magni viri, cuius euentus illud eſt prognoſticum.

Hoc Henrico imperante accidit iſtud mirabile & prædicandum in villa Saxoniæ nomine Kalb in diœceſi Magdeburgenſi, vbi erat eccleſia ſancti Magni martyris. Quidam ſacerdos, vt refert Vinc. vbi ſuprà. & Ioan. de col. cum miſſam celebraret in vigilia natiuitatis domini 18. viri ſimul cum 15. mulieribus in cæmeterio eccleſiæ, vbi celebrabat, choreas ducendo alta voce cantabant, & ſacerdotem ipſum celebrantem impediebant. Mandat illis ſacerdos dicere, vt tacerent, aut inde recederent. Qui ſacerdotis verba deridentes, deſiſtere noluerunt. Ille amaricatus imprecando dixit. Placeat deo & ſancto Magno, vt ita cantantes permaneatis vſque ad annum, & ita factum eſt, vt toto illo anno ſine intermiſſione aliqua choreizando cantarent. Mirabile dictu. Toto illo tempore, nec ros nec pluuia ſuper illos cecidit. Sed nec laſſitudo, nec fames illus affecit, nec veſtimenta nec calceamẽta eorum toto illo tempore attrita ſunt. Anno autem reuoluto Herebertus archiepiſcopus in cuius diœceſi hoc mirabile contigit, ad locum veniens, à nodo quo ſacerdos illos ligauerat abſoluit, atque ante altare dictæ eccleſiæ reconciliauit (hunc imperator Henricus iniuſtè iniuſtis affectuſq à ſe expulit. Sed cùm natale domini apud Coloniam celebraret, ipſum humili ſatiſfactione placuit) filia presbyteri [vna ſcilicet ex his quæ longam illam choream duxerant cum duobus aliis continuo exanimata eſt. Cæteri continuis tribus noctibus proximis dormierunt, aliqui poſtea obierunt. Cæteri verò pœnam ſuam membrorum tremore perdiderunt Hoc ita ſcriptum reliquit Othobertus, qui fuit vnus ex eis.

Anno 22. imperij ſui, qui fuit vltimus, Henricus cùm ſe morti appropinquaturum cerneret ſuper ſubſtitutione ſucceſſoris conſentientibus principibus, ad quorum authoritatem ſpectabat electio Chunradum, virũ egregium de regali ſtirpe progenitum, regni pariter imperij deſignauit adhuc viuens ſucceſſorem.

Henricus ſucceſſorẽ ſibi deligit. A.C.1024.

Iſte Henricus & vxor eius Cunegundis ſanctæ vitæ fuerunt, & in virginitate vſque in finem permanentes. Sed quadam vice cum Henricus diabolo inſtigante, vxorem ſuam de quodã milite ſuſpectam haberet, ſuper candẽtes vomeres 15. paſſibus nudis pedibus eã incedere fecit. Qua aſcendente ait: Sicut me, ô Deus ab Henrico, & omnibus aliis intactam nouiſti, ita me adiuua. Cui vox audita eſt dicere: virgo Maria te virginem liberabit: totã itaque radentem maſſam illæſa percurrit. Cùm autem Cęſar Henricus morti appropinquaret, & multitudo maxima dæmonum cum magno ſtrepitu ante cellam cuiuſdam ſancti eremitæ tranſiret, aperta feneſtra eremita interrogauit vltimum dæmonem quidnam hoc eſſet: qui reſpondit. Legio dæmonum ſumus, qui ad mortem Cæſaris properamus: ſi forte aliquid ad nos pertinens reperire in eo valeamus. Ille autem adiurauit diabolum, vt ad ſe rediret. Inde ergo ad eum reuertens, ait eremitæ. Nihil profecimus, quia bona & mala eius in ſtatera poſita cum fuiſſent, aduſtus ille Laurentius ollam auream immenſi ponderis attulit, & dum ſuperaſſe videbamur: illa iactata in aliam partem ſtateræ plurimum ponderauit, in qua ſcilicet bona poſita erant. Tunc ego iratus vnam aurem ollæ prærupi. Appellauit autem diabolus ollam calicem, quem imperator eccleſiæ Merſburgenſi in honorem ſancti Laurentij fieri fecerat, cui propter magnitudinem duæ aures inerant. Repertúmque eſt & imperatorem Henricum tunc migraſſe & vnã autem calicis fractam fuiſſe.

A.C.1027. *Chunegũdis qua ratione ſe virginem oſtendit. Eremitæ viſum.*

Chunradus 2. rex 1. imperator Rom. 5. imp. an. 14. m. 10. d. 28. An. 1024. de quo Herm. Labm. Otho. Sigeb.

§. I.

Poſt Henricum ſecundum imperauit Chũradus ſecundus huius nominis. ſed primus poſt Othonem. Hic Romanum ſumpſit imperium anno domini milleſimo 25. Ab initio verò mundi quater milleſimo 987. ſecundum maiorem numerum ſexies milleſimo 147. Et imperauit annis 15. Fuit autem hic Chunradus ex parte matris ex primis regibus Francorum armis vtique ſtrenuus, conſilio prouidus ſapientia & ſcientia iuris maximè florens fuit & eccleſiæ catholicæ valdè deuotus, & pauperibus largus. Quia mortuo Henrico, quidam nomine Cono diu imperium ambiebat, tandem repudiatus. Quare electio huius Chunradi per biennium prorogator, licet illum Henricus imperij reliquit ſucceſſorem, vnde & biennio vacauit imperium tunc: à Ioanne autem papa coronam imperij accepit ipſe Chunradus.

Eo tempore dux Polonię Venceſlaus, cuius regnum Henricus ſecundus Romano imperio tributarium fecerat, abſque Chunradi requiſitione ſibi nomen regium impoſuit: dedignatus etiã alicui ſubdi cùm eſſet in armis valde ſtrenuus, & diuitiis prępotens, magna vi animorum cuncta turbans poſt mortem Henrici, quem valdè formidauerat, ad rebellionem áſpirabat. Sed morte præuentus implere non potuit. Cuius filius Miſo cum patris implere voluntatem in hoc diſponeret, quia fratrem vnicum ſibi in hoc obſtare credebat, à patria expulit eum. Qui ad imperatoris Chunradi auxilium fugiens,

Hic vocatur ab aliis Micius

A.C.1017. fugiens,in Alemanniam venit, à quo benignè A ſuſceptus theſauris & armis adiutus,cum magno Teutonicorum exercitu Poloniam intrauit. Quem Chunradus cum robore militum ſtatim ſecutus, omnia intra Poloniam armis miſcebat. Miſo autem videns ſe nulla ratione Chunrado poſſe reſiſtere, relicta Polonia ad Vlricum Bohemorum ducem hoſtem imperij fugit. Vlricus autem credens Chunradi imperatoris gratiam,quam amiſerat, recuperare, Polonorum ducem quem eaudem ac ſupplicem aduenientem ſuſceperat,tradere Chunrado imperatori ſtatuit, atque hoc eidem per ſecretum nuncium inſinuauit. Sed imperator B magnanimus illius deteſtatus perfidiam,oblationem proditoris contempſit, ac Miſoni ſalutem alibi,quàm in Bohemia quærere per ſecretum nuncium dici fecit. Qui imperatoris miratus bonitatem, clam relicta Bohemia ad ꝓpria remeauit,atq; abiectis regni inſignibus, q̃ pater aſſumpſerat,modica comitiua contritus ad imperatorem Chunradum vltrò acceſſit, atque eius voluntati ſe ſubiiciens, coronam quam ſibi pater ſuperbè impoſuerat,humiliter imperatori reſignauit. Et ab eo tempore Polonia Romano imperio tributaria eſt C effecta.

Polonia romano imperio tributaria.

Igitur pacata Germania Chunradus in Italiam ad ſuſcipiendam coronam deſcendere proponens filium ſuum Henricum in regem Alemaniæ eligi fecit. Quo facto magno ſuorũ in vnum contracto exercitu,potenter intrauit Italiam. vbi à populo Romano magno cum honore ſuſceptus,à ſummo pontifice inunctus & coronatus eſt. vbi cum eſſet auditum,Herneſtum ducem rebellaſſe, atque cum magno exercitu fideles imperij infeſtare. Hoc audito imperator illico in Germaniam remeauit, atque D omnibus imperij viribus Herneſtũ aggreſſus ad abdita ſyluarum fugere compulit, vbi non multò poſt ab imperatoris fidelibus eſt occiſus. Cuius ducatum frater eius Hermannus ſuſcepit.

Chunradus a papa Ioãne 19. Coronat' eſt A. C. 1027.

Chunradus autem cùm eſſet in Germania pars magna Longobardorum rebellauit. Coniurauerant enim omnes ferè Longobardiæ ſuperioris ciuitates in hoc vt libertatis ſuæ memores, nullum ſuper ſe regnare paterentur. Quo audito,imperator magno cum exercitu ſubitò in Italiam venit. Cuius inſperato aduen E to omnes quaſi territæ ciuitates imperatori ſe ſubdiderunt. Quibus ad mandatum ſuſceptis, diligenti inquiſitione præmiſſa, omnes huius rebellionis inuentores in vincula coniectos carceri mancipauit. Cœpit prætereà Mediolanenſem archiepiſcopum,qui totius coniurationis inuentor & author(vt dicebatur) extiterat, & eum carceri mancipauit. Mediolanúmque veniens obſedit, & ſuburbia incendit. Cumque ſecus ciuitatem in quadam parua eccleſia in die Pentecoſtes coronatus ſtaret ad miſſã,tam grauia tonitrua & fulgura F facta ſunt, vt aliqui mente excederent, aliqui etiam ſpiritum exhalarent. Aſſeruit autem Bruno Colonienſis archiepiſcopus, qui eo die miſſam ſolenniter celebrabat, vir ſanctiſſimus, ſe inter miſſarum ſolennia apertè vidiſſe ſanctum Ambroſium imperatori indi-

Lõgobardia a imperio deficit Vin. c.17. Biõ. 3. dec 2.

A.C.1031 gnanti vultu comminantem pro eo,quòd eius ſucceſſorem carceri mancipaſſet. Igitur imperator poſt aliquot dies recepta vrbe Mediolanenſi Cremonam iuit. Ibique Romanum pontificem obuium habuit, quo cum multo honore dimiſſo, aliquamdiu in Longobardia moram traxit compoſitiſque & rebus imperij ordinatis, cauſa orationis Romam perrexit. Inde in Apuliã vadens per mare Hadriaticum redire in Alemanniam diſpoſuit. Sed cum eſſet ibi: propter aeris intemperiem multos ex ſuis principibus amiſit,denique in Alemanniam eſt reuerſus.

Rodulphus rex Burgundiæ filium Chunradum regni hæredem teſtamento relinquit. Naucl.

§. II.

EO quoque tempore, quo Chunradus imperabat,prædictus Rodulphus rex Burgũdiæ moriens Henrico filio imperatoris Chunradi regnum ſuum in teſtamento reliquit. Sed C comes Celticus Otho aſſerens regnum Burgundiæ,ac Galliæ Lugdunenſis ad ſe pertinere, congregato exercitu illud inuaſit. Quare indignatus imperator cum magnis Teutonicorum copiis regnum illud intrauit,ac dictum Othonem multis bellis affectum ad deditionem coegit. Sic regnum Lugdunenſis Galliæ totum obtinuit. Eſt autem Gallia Lugdunenſis illa pars,prouinciæ, quæ eſt vltra Rhodanum ad orientem.

Imperante autem ipſo Chunrado anno 6. imperij eius,rex ille Francorum inclytus Robert' Hugonis filius moritur. Qui viuẽs adeo D clementiæ & miſericordiæ erat deditus. vt diebus feſtis cum indueret ſe vel exueret veſtibus regiis,ſi non aliud ad manus haberet,ipſas veſtes pauperibus diſtribueret: niſi induſtria veſtiarij egenos arceret. Quo defuncto Henricus filius eius regnauit in Francia annis 30.

Roberti Francorũ regis pietas Vinc. cap. 15.

Eo regnante quidam Gallorum, epiſcopus in eo concilio quod ab epiſcopis Gallorum celebratum eſt, aſſerebat quibuſdã cælitus ſibi delatas epiſtolas, quæ terris pacẽ renouandam doceret. Quam rem cæteris epiſcopis ſcripſit. Et hæc populis obſeruanda E mandauit. Arma nullus ferret, Ablata non repeteret. Sui ſanguinis vel cuiuſlibet proximi vltor minime exiſtens, percuſſoribus cogeretur indulgere. Ieiunium in pane & aqua omnis ſexta feria ſeruarent. In ſabbato à carnibus & pinguedine abſtinerent,ſoloque hoc contenti ieiunio in omnium peccatorum remiſſionem, nullam ſibi ſcirent aliam pœnitentiam adiiciendam,& ad omnia hæc ſeruanda ſe ſacramento obligarent. Quod qui nollet,chriſtianitate priuaretur, & morientem tanquam alienum à fide nullus viſitaret,nec corpus eius ſepulturæ traderetur.

Henricus 1 Francorum rex 458. aem. A.C.1031.

Hanc mandatorum nouitatem nouarum rerum multi cupidi libentius iuſto amplexi ſunt. Multi etiam contradixerunt,& maximè Gerardus Cameracenſis epiſcopus,qui aſſerebat ab initio genus humanum trifariam

Cælitus emiſſę literę confutantur.

A.C. 1036. eſſe diuiſum. In oratores, pugnatores, & agricultores. Et vnum duorum, & duos vnius auxilio egere, & ideo debere arma deſerre. Rapinas reddi per authoritatem legis gratiæ deberi. Vltorem percuſſi non exacerbari cogendum, ſed ſecundū euangelium ei reconciliari. Ieiunium ſextæ feriæ, vel ſabbato, nec omnibus vnum eſſe imponendum, quia non eſt vna omnibus poſſibilitas. Nec omnes hoc ieiunio contentos eſſe: quia non eſt vna omnium qualitas pœnitendi. Hoc ſacramento firmare, vel ſacramenti violationē periurio augere, nō eſſe vtile. His contradicentes excommunicari, infirmis viſitationem, mortuis ſepulturam negari, deteſtabile omnino eſſe. Sufficere autem ſanctorum patrum decreta, & ſuper his neglectis impoſitum congruenter pœnitentiæ modum.

Claruit præterea hoc tempore Guido Aretinus, inter muſicos ſummus, in hoc etiam philoſophis præferendus, quòd ignotos cantus inuenit. Reperit etiam regulam per quam pueri facilius, quam per vocem magiſtri, aut per cuiuſcūque inſtrumēti vſum cantus addiſcūt: Quæ regula hodie gamma dicitur.

Northmanni Apuliā ſibi vendicant A.C. 1037. Onuph. Bi.d ſed paulo aliter. Huius etiā Chunradi tēpore Drogo Northmannorum comes, vir armis egregius religione pius, ſed in agendo ſtrenuus atque famoſus cum quatuor ex fratribus ſuis magno cum ſuorum exercitu venit in Italiam. Emenſus Longobardiam atque Tuſciam, Apuliam ingreſſus eſt. Ter vno die cum Græcis, qui eam tenebant dimicauit, atque victor extitit, & fugatis Græcis maiorem partem Apuliæ obtinuit. Chunradus demum poſt multas victorias anno 15. imperij ſui diem clauſit extremum.

Henricus 3. rex. 2. imperator ex Germanis 6. imper. an 16. m. 4. d. 2. A.C. 1039. de quo Herman. Contr. Lamber. Orbe, Abbas Vrſper. Sigeb. Vinc. ex Gall. cap. 17.

§. III.

DEnique Chunrado ſecundo ex humanis aſſumpto, Henricus filius eius huius nominis tertius, in imperio ſuccedit, qui imperare cœpit anno domini 1040. à mundi autem initio quinquies. 1004. & imperauit annis 17. Hic adhuc patre viuente filiam regis Anglorum duxit vxorem, quæ erat puella pulcherrima, & ad ſponſum veniens multo tempore cum illo permanſit. Tandem de adulterio accuſata, cùm nullus timore viri auſus eſſet illam defendere puerum quemdam ſturni ſui alumnum, quem ſecum ex Anglia adduxerat, contra delatorem giganteæ molis hominem, ad ſingulare certamen oppoſuit. Igitur conſerto duello, puer diuino adiutorio fretus, victoria potitus, eum q dominā ſuam iniuſtè detulerat vicit, & eius ſucciſo poplite eneruauit. Guualdis autem (ſic enim puella vocabatur) poſt victoriam viro ſuo repudium dedit. Nec minis poſtea nec blandiens induci à quoquam potuit, vt cum illo remaneret, ſed ſanctæ religionis habitum ſumens in Dei ſeruitio vitam finiuit.

A.C. 10.. Fuit autem hic Henricus in omni virtute ſuo patri non diſſimilis. Qui poſtquam prima eius vxor illi repudium dedit, ducis Pictauenſis Gulielmi filiam duxit vxorem. Hoc tamen ſecundum communē legem fieri non potuit, ſi non fuit aliquod impedimentum dirimens. Cum autem imperiali more nuptiæ celebrarentur, omnes ioculatores, mimos, & hiſtriones, qui ad ſolēnitatē illam conuenerāt iuſſit expelli atque omnia, quæ illis more principum in veſtibus, equis, & pecunia danda erant pauperibus elargiri præcepit. Fuit præterea hic princeps natura valdè iucundus, & hominibus affabilis, omnibus humilis, hoſtibus terribilis, pauperibus pius, valdè & largus.

Nō licēt vxore viuente & nolente viro cohabitare alia ducere.

Hic cùm ſemel feſtum Pentecoſtes in Alemannia apud Moguntiam celebraret ſolenniter, & paulò ante miſſam loca, iuxta imperatorium ſolium pararentur, diabolo ſuadente, inter famulos archiepiſcopi Mogontini, & abbatis Fuldenſis cœnobij, vtrorum dominus iuxta imperatorem propius ſedere deberet, orta eſt diſcordia. Hic enim abbas tantæ potentiæ apud Theutonicos eſſe fertur in Saxonia, vt quadraginta millia armatorum contra hoſtes præbeat imperatori. Habet autem ex antiquo priuilegium, vt in magnis feſtiuitatibus ad dexteram imperatoris ſedeat. Itaque inter ipſos famulos illorum prælatorū poſt multa verba ventum eſt ad pugnam, atque furore Teutonico omnia commiſcente eccleſiæ pauimentum ſanguine repletur. Sed epiſcopis & aliis conuolantibus pax inter diſſidentes reformata eſt, templum purgatum, atque cum multa deuotione miſſa celebrata eſt. Sed cum ad illum verſum ſequentiæ ventum eſt. Hunc diem glorioſum feciſti, vox ab aere lapſa eſt dicens. Hunc diem bellicoſum ego feci. Quo audito rigentibus omnibus præ timore, imperator diligenter intendens lætitiam diaboli, qui hāc procurauerat turbationē. Tu (inquit) omnis malitiæ inuentor ſimul & incētor, diē bellicoſū & arrogātibus luctuoſū feciſti, ſed nos per Dei gratiā, qui illū glorioſum fecit, pauperibus & indigentibus gratioſum reddemus. Et mox reincepta ſequentia, ſolenni ploratu gratiam Dei innocabant. Completáque cum multa deuotione miſſa omnibus indigentibus & egenis per preconem vocatis omnia pretioſa cibaria, quæ ſibi & curialibus parata erant, in vſus illorum conſumpſit ipſe pius imperator cum cæteris prælatis, ac miniſtris propriis manibus illis ſeruiendo.

Idem ipſe Henricus cum adhuc eſſet puer, tempore vitæ patris ſui Chunradi, a quodam clerico fiſtulam argenteam accepit dono, qua ludentes pueri ſolent alter alteri aquam iaculare. Qua recepta ait. Cum ero imperator, pinguiſſimum epiſcopatum tibi dabo. Adultus verò factus petenti promiſſum, cum aſſumpſiſſet imperium impigrè dedit. Sed non multo poſt aſpero & graui morbo correptus decubuit, tribúſque diebus & noctibus quaſi exanimis manſit. Epiſcopi verò indicto triduano ieiunio, pro vita eius dño ſupplicabant. Poſtquam verò

Im... tor ... Simo... quo... do à ... mon... fuerit vexatus.

verò Deo volente de infirmitate conualuit, vocatum epiſcopũ quem pro fiſtula fecerat, omnium prælatorum conuocato concilio & ſententia depoſuit. Confeſſuſque eſt toto illo triduo dæmones ſibi infeſtos vidiſſe in ſe flammam ignis per fiſtulam iaculantes: flãmam dico adeo pertinacem, vt noſter ignis eius reſpectu iocus reputaretur & aura. Sed interim iuuenem ſemiuſtum vidit calicem aureum ferentem immenſæ magnitudinis aqua frigidiſſima plenum cuius viſione & aſperſione illatos ardores euaſerat. Hic erat beatus Laurentius martyr, cuius eccleſiæ tectum longa vetuſtate diſſolutum reparari fecerat imperator, & præter alia munera calice aureo honorauerat.

Hunc etiam Henricum ferunt, quod cùm hoſtes fugeret cerua quædam quaſi domeſticum animal, ſuis euectum humeris vltra inuadabilem fluuium tranſuexit.

Idem imperator Henricus habebat quemdam clericum, ſatis literatum & bonę vocis, ſed valem meretriculam amantem ardentius, cum qua nocte quadam ſolenni voluptatis cauſa dormiuit, mane verò ad miſsã imperatoris adſtabat. Imperator huius rei ſciẽtia diſſimulata, mandat ei, vt ſe ad legendum euangelium præparet, quia ſcilicet eius melodia delectaretur, erat enim diaconus. Renuit ille, vt malè ſibi conſcius, vrget imperator, vt probaret eius cõſtantiam. Ad extremum parere renuentem, iuberà patria exulare. Quam ſententiam amplexus continuo receſſit. Mittitur poſt eum, qui iam compilatis omnibus, & in ſarcinulas compoſitis iter arripuerat. Violenter ergo retractus ante imperatorem ſiſtitur. Qui lætus ſubridens ait. Probe (inquit) feciſti, & ego gratulor probitati tuæ ꝙ rem Dei pluris penderis quã patriam, plus irã Dei, quàm meã. Quapropter habeto epiſcopatum, qui primus in imperio vacauerit, tantum indecenti amori renuncies, ſcilicet illius fœminę hæc Helinandus.

Clericus meretriculę amore renunciaturus quid fecerit. Vi cap. 18.

Idem Henricus magnificus imperator cum omne imperium iam pacificè in Italia atque Germania poſſideret, nomen Chriſtianæ fidei, atque cultum dilatare deſiderans, Vindelicis, qui ſunt Sueuis contermini, idola ac ſimulachra colentibus bellum intulit. Hi enim populi, vt Guilielmus refert in chronico ſuo, fortunam adorabant. Cuius idolum in loco nominatiſſimo erigentes, cornu dextræ eius apponunt, plenum potu illo, quod ex aqua & melle confectum, græco vocabulo hydromely vocant, atque dimittunt. Vltimo verò die nouembris in eodem loco ſedentes guſtant. Et ſi poculum illud plenum inuenerint, magno ſtrepitu applaudunt: ex eo quod in futuro anno pleno cornu copia ſit reſponſura. Si contra contingat, gemunt: quaſi ea triſtiam futuram. Harum nationum reges Henricus imperator tributarios fecit. Sed cum ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam magnas immunitates promitteret, & flecti nõ poſſent, hoc illis regulis angariæ iniunxit, vt in omnibus ſolennitatibus, quibus imperator coronam portare conſueuit quatuor eorum reguli lebetem, quo carnes coquebantur in palo ſuſpenſos duo eorum viciſſim vectitarent.

Ab ipſo Henrico imperatore Leo papa, octauus huius nominis poſtulauit, vt Northmãni, qui tunc magnam partem Apulię occupatam tenebant, nec in aliquo Romanæ eccleſiæ reſpondebant, depellerentur de ſedib. illis. Cui annuens imperator, miſit exercitus ſuos Romã ad papam. Qui cũ eis perſonaliter procedens, contra Northmannos, bello conflixit, ſed victus eſt exercitus ille, & papa captus vt patet ſuprà in ca. de pontificibus.

a. C. 1057.

Infauſta põtificis in Northmannos expeditio. ſup. c. 2. §. 19.

Circa a idem tempus Vniſridus Northmãnorum comes diem clauſit extremũ. Cui Baiolardus (aliàs Balegardus) filius in ducatu ſucceſſit, vir animo fortis, & in bello ſtrenuus, ſed non diu dominio potitus. Nam Robertus dictus Guiſcardus Vniſridi frater, filius autem Tancredi illum ab honore deiiciens ducatum Northmannorum in Apulia obtinuit. Hic autem Tancredus Guiſchardi pater duodecim genuit filios, omnes viros prudentiſſimos, atque in armis ſtrenuos. Inter quos hic Guiſchardus, qui & Robertus dicitur ſeptimus in ordine fuit. Qui fuit vir prudens magnanim⁹, largus, & in armis exercitatiſſim⁹, ſed dominandi cupidus. vnde Apuliam, Calabriam, Cãpaniam, Siciliam ſuo dominio acquiſiuit. Militarem autem diſciplinam ſemper ſeueriſſimè & rigidiſſimè rexit. Hic vxorem habuit Sibelgaitam aliàs Viherandam filiam principis Sallernitani, quæ ſexu quidem mulier, ſed conſilio & prudentia homines exceſſit. Ex qua tres filios genuit ſcilicet Rogerium, Robertum & Guidonem & filias quinque. Ex alia verò vxore Alberta nomine quartum filium habuit nomine Boemundum, de quo infrà multa dicentur.

Infrà c. 13.

Eo tempore corpus Pallantis Euandri filij Romæ integrum, in quondam ſepulchro repertum eſt. Ad cuius caput lucerna accẽſa inuenta eſt. Huius ſepulchri epitaphium hoc erat.

Pallantis ſepulchrũ inuentũ. Martinus Chranicus. Nauc. & Vin. c. 34

Filius Euandri Pallas quem lancea Turni
Militis occidit, more ſuo iacet hic.

Quos verſus non tunc factos crediderim, quãuis Carmentis literas latinas inueniſſe dicatur. Sed vel ab Ennio vel ab aliquo antiquo poeta. Habebat hic cadauer in medio pectoris vuln⁹, cuius hiatus quatuor pedib. & ſemis menſuratus eſt. Lucerna autẽ ardens inuenta, nullius liquoris aſpergine. aut flatus violentia extingui poterat, ſed quidam ſubtilioris ingenij ſub flãmã ſtylo foramen fecit. Quo facto mox vt aer ſubintrauit, ignis euanuit. Corpus autem tantæ vaſtitatis erat, vt muro applicatum altitudine mentum vinceret. Sed diebus procedentibus

a Northmannorum vt ſuprà §. 7. D. Anton. indicauit. in Apulia prim. us comes fuit Drogo, qui præfuit an. 11. menſes ſex. & dies aliquot. ſecundus Vniſfri. us, qui mortuo Drogone fratre ſuo creatus eſt 3. Nonas Aug. A. C. 1050. præfuit annos 7. Tertius fuit Baiolardus Vniſfridi qui poſt aliquot menſes à patruo Roberto Guiſcardo expulſus fuit. 4 denique comes factus hic Robertus Guiſcardus factus an. C. 1057. qui cum Troiam in Apulia, & Regium in Calabria a Græcis vi cepiſſet primus ex Northmannis ſe Apuliæ & Calabriæ ducem appellauit A. C. 1060. vt cap ſequenti D. Anton. tradit ex quo & alia hæc accepit Onuph.

A.C. 1048.

ſtillicidiis infuſom cõmunem mortalium corruptionẽ agnouit, ſoluta cute neruiſq; fluẽtib.

Templum reſurrectionis Dominicæ reſtitutum. A.C.1048. Qui Aegyptij vrbem ſanctam occupant, Tyr. lib. 1. de bello ſa. c. 4.

§. IIII.

HVius autem Henrici tertij imperatoris anno octauo, vt ſcribit Ioan. de col. eccleſia dominicæ reſurrectionis in Hieruſalem quæ ab Arabibus deſtructa fuerat, reædificata eſt à fidelibus. Sed qualiter, & à quibus & quo tempore ab infidelibus deſtructa fuerit: quia à pluribus ignoratur: ideo neceſſarium exiſtimaui rei ordinem ſcribere. Sciendum eſt enim, quod poſt quàm Ægyptiorum potentia contra Perſas inualeſcere cœpit, ante Turcorũ aduentum, adeo increuit Ægyptiorum creuit Dominium, vt ab Aegypto vſque in Antiochiam prouincias & regiones occupauerit vniuerſas. Inter quas & vrbs ſancta Hieruſalem cum adiacẽ e regione in eorũ deuenit poteſtatem. Sub quo principatu (ſicuti captiuis quandoque ſolent tempora indulgentiora concedi) à ſuis anxietatibus cœpit fidelibus, qui in eadẽ vrbe habitabant eſſe remiſſius, quouſque eidem regno Aegyptiorum Calipha præfectus eſt. Hic & prædeceſſorum ſuorum & ſucceſſorũ pariter malitiã excedẽs factus eſt poſteris & eius inſaniã legentib. ſolennis fabula. Adeo. n. in omni impietate & nequitia ſingularis extitit, vt eius vita Deo & hominib. odibilis ſpecialẽ tractatũ exigat. Hic inter cætera, quæ perniciosè plurima præceperat: eccleſiam Dominicę reſurrectionis, quæ per venerabilem virum Maximum eiuſdem loci epiſcopum precipiente Conſtantino magno Auguſto ædificata fuerat, poſtea per Modeſtum tempore Heraclij imperatoris reædificata, funditus deijci mandauit. Diruta eſt autem illa venerabilis eccleſia anno ab incarnatione domini. 1017. Præerat autem eo tempore eidẽ eccleſię vir venerabilis Oreſtus nomine, eiuſdẽ nequiſſimi tyranni auunculus, matris eiuſdem frater. Hoc autẽ feciſſe dicitur, vt ſuæ perfidiæ populis infidelibus daret argumentum. Obijciebatur enim ſibi Chriſtianitatis titulus & quòd eſſet natus ex matre Chriſtiana. Quod quaſi crimen à ſe ille volens expellere, prædictum facinus auſus eſt perpetrare.

Hęguem Calipha templum reſurrectionis diruit. A.C. 1011. Onuph.

Ab eadem die cœpit fidelium in eadem ciuitate conditio eſſe deterior, tum ex dolore iuſtiſſimo, quem ex caſu eccleſiæ ſanctæ reſurrectionis receperãt, tum ex multiplicatis angarijs multiplicata moleſtia. Nam præter tributorum enormitatem, quę ab eis contra morem & priuilegia à ſuis prędeceſſoribus indulta exigebantur, ſolẽnitates etiam interdixerat (quas vſque in illum diem ſub alijs principibus & occultè & palam ſatis liberè celebrauerant) Affuit tamen diuina clementia [& afflictorum miſerta intulit] conſolationem non modicam rebus deſperatis.

Prædicto enim tyranno rebus humanis exempto, ceſſauit ex parte quaſſatio: filio eius Daher nomine regnum obtinẽte. Hic ſi quidẽ ad petitionẽ Domini Romani imperatoris Cõſtantinopolitani (qui cognominatus eſt Helioplytanus, cum quo etiam fœdus, quod pater eius violauerat, reſarciens, contraxerat amicitiam) prædictam eccleſiam reędificandi fidelib. conceſſit poteſtatem. Qua conceſſa cognoſcens plebs fidelium quæ Hieruſalem habitabat, quòd ad tantæ rei reſtaurationem, eorum non ſufficerent vires, miſſis nuncijs Conſtantinopolim ad imperatorem Dominum Conſtantinum Monomachũ precib. porrectis humiliter ſignificant, in quanta deſolatione poſt eccleſiam dirutam populus fidelium, conſediſſet. Orantque affectuoſiſſimè, vt ad reædificationem eccleſiæ imperialis munificentiæ liberalem porrigeret manum.

Procurabat autem eorum legationem quidam Ioannes cognomento Chariamentis Cõſtantinopolitanus natione, qui nobilis quidem ſecundum carnem videbatur, ſed moribus multo nobilior. Hic poſt poſita ſæculi dignitate Chriſtum ſecutus aſſumpto religionis habitu pauper Hieroſolymis pro Chriſto habitauit. Miſſus igitur, debita inſtantia & ſolicitudine non piger apud eundem Dominum imperatorem fideliter laborans, obtinuit vt ad opus dicti ædificij de proprio fiſco idem Deo amabilis imperator ſumptus neceſſarios & ſufficientes miniſtrari præciperet. Præerat autem dictæ eccleſiæ vir venerabilis Nicephorus patriarcha. Sic ergo obtenta licentia & de imperiali ærario ſumptibus miniſtratis, eam quæ nunc eſt Hieroſolymis ſanctæ reſurrectionis reædificarunt eccleſiam anno ab incarnatione Domini 1048. ante vrbis liberationem annis quinquaginta & vno, trigeſimo verò & ſeptimo poſtquam diruta fuerat.

A.C. 1048.

De Turcis: vnde habuerunt originem, & quomodo fuerunt tributarij Perſarum. idem c. 7.

§. V.

QVoniam de gente Turcorum multa infrà dicentur, ideo non eſt alienum à propoſito de ortu huius gentis & proceſſu, & quomodo ad hunc gradum, in quo iam multis annis ſteriſſe leguntur, & nunc in maiori ſunt, capta per eos Conſtantinopoli. occiſoque Græcorum imperatore cum magnatibus ſuis, aliqua in breui nunc referre.

Gens igitur Turcorum ſeu Turcomannorum ab initio ſeptemtrionalis fuit. Dicti autem ſunt Turci, prout ipſi aſſerunt, & idipſum in noſtris chronicis continetur, à quodam eorum duce nomine Turco, ſub quo poſt Troianorum excidium ad hyperboreas regiones ſe tranſtulerũt, vbi armorũ relicto vſu procurãdis gregib. & armentis operam dabant, gens inculta penitus, & certam non habens ſedem. Vagabantur enim, & paſſim circumferebantur paſcuorum commoditatem ſectantes, non habentes vrbes vel oppida. Volentes autem proficiſci, incedebant ſimul, qui erant ex eadem tribu, aliquem de maioribus ſuorum contribulem habentes quaſi principem ad quem vniuerſa, quæ in eadem tribu emergebant referebantur ſiue quæſtiones: ſiue aliquid aliud. Migrantes autem vniuerſam ſecum trahebant

ſub

ſubſtantiam equitia, greges, & armenta, ſeruos & ancillas: nam in his eorum omne conſiſtebat peculium. Nuſquam agriculturæ operam dantes, emptionum & venditionum ignorantes commercium, ſed ſolis permutationibus vitæ neceſſaria ſibi comparabant.

Accidit autem proceſſu temporis quòd illius populi maxima multitudo ab aliis ſeorſum incenderent, & Perſarum ingreſſi fines regionem inuenerunt acceptiſſimam. Datoque regi, qui erat pro tempore, ſecundum quod ab initio inter eos conuenerat, tributo per annos aliquot moram ibi habuerunt diuturniorem. Augebatur autem eorum populus in immenſum, & multiplicationis eorum non erat numerus, ita vt regi Perſarum & indigenis fieret ſuſpecta eorum multiplicatio. Vnde factum eſt, vt inter eos conſilio habito, violenter à regni finibus illos Perſæ expellere decernerent. Sed tandem mutato propoſito, viſum eſt eis expedientius, vt angariis multiplicatis illos fatigarent, vſquedum ſponte ſine coactione diſcederent. Cumque iam annis pluribus tributi pondus & tributorum enormitatem ſuſtinerent, & diutius tolerare nollent, rex miſſa voce præconis intra certum tempus ex vniuerſo regno eos iuſſit diſcedere.

Tranſeuntes igitur fluuium Chobar, qui regnum ex ea parte limitabat, ibi ſolito liberius ſuorum viderunt infinitam multitudinem. Nam prius ſeorſum habitantes ſui nec numerum nouerant, nec potentiam. Mirati ſunt itaque, quomodo tantus & tã mirabilis populus alicuius principum aliquando potuit tolerare ſuperbiam, & angariarum, & tributorum acerbitatem portare, viſumque eſt eis abſque dubio, quòd Perſarum populo, & cuilibet alteri nationi nec numero, nec viribus eſſent impares, nilque eis ad obtinendas violenter finitimas regiones aliud deeſſe, quàm id quòd more aliorum populorum ſibi regem non haberent.

Volentes igitur more aliorum ſibi regem creare, deſcribentes vniuerſam ſuorum multitudinem, reppererunt in eis centum familias cæteris ſplendidiores. Quarum quamlibet præceperunt ſagittam afferre vnam, & iuxta numerum familiarum centum ſagittarum ligauerunt manipulum. Quem operientes, vocauerunt quemdam puerulum innocentẽ, præcipiẽtes ei, vt immiſſa manu ſub velamẽto, quo prædictarum latebat manipulus ſagittarum, vnam educeret ſolam: ea conditione, vt de ipſa familia ſolum rex aſſumeretur, cuius ſorte ſagitta exiret. Factum eſt caſu, quòd puer præfatus eduxit ſagittam Seducorum familiæ, vnde conſtitit apud omnes ſicut prius ordinatum fuerat, quòd ex ea tribu princeps futurus crearetur. Præceptum eſt iterum, vt ex eadem tribu centum eligerentur viri, qui ætate moribus & virtute cæteros anteirent, vtque ſinguli ſingulas afferrent ſaggittas, offerẽtium habentes inſcripta nomina. Fractoque ex eis iterum manipulo, & ſicut prius diligenter cooperto, vocatus eſt iterum puer innocens, cui dictum eſt, vt vnam ex illis educeret. Eduxitque vnam cui[inſcriptũ] nomen erat Srlduch. Erat autem vir ille admodum ſpecioſus nobi-

[A] lis, & in ſua tribu præclarus prouectæ ætatis, ſed integer viribus, & in re militari multam habens experientiam. Quique tota corporis habitudine magni principis prætenderet elegantiam. Hunc ergo de communi decreto præficientes in throno ſublimauerunt regio, eam quę regibus debetur, exhibentes reuerentiam, & ad eius implenda imperia fœdere complacito, & præſtitis iuramentis corporaliter ſe obligant. Ille ſtatim collata ſibi ſatis pro imperio vtens poteſtate miſſa voce præconis edici publicè mandat, vt tranſito flumine [B] Perſarum fines, vnde prius exierant violenter occupent & adiacentia ſibi vendicent regna: ne de cętero compellantur regiones exteras errabundi circuire: & aliarum nationum faſtus intolerabiles ſuſtinere. A.C.1056.

Factumque eſt, vt intra paucos annos non ſolum Perſarum, verum etiam vniuerſa orientalium regna ſibi ſubiugarent, ſubacta Arabum aliarumque nationum violentia. Sicque populus vilis & abiectus ad tantum ſubitò culmen euolauit, quòd penè vniuerſum [C] occupauit orientem. Idque factum eſt, vix triginta aut quadraginta annis antequàm noſter occidentalis populus peregrinationis iter de quo in ſequentibus agetur ad terram ſanctam arriperet. Adde quod nunc anno 1453. ipſe rex Turcorum qui Mahumeth vocatur cum ſuis Conſtantinopolim obſeſſam demum cœpit, & regionem circumiacentem: vt dicetur infrà. Subactis itaque regnis orientalibus, adiecerunt etiam vt potentiſſimum Ægyptiorum regnum inuaderent, deſcendentesque in Syriam Hieroſolymam cum [D] quibuſdam aliis finitimis vrbibus violenter ſubiugarunt ſibi, fideles quos in ea repererunt habitatores durioribus ſolito aggrauantes moleſtiis, & angariarum multiplicitate fatigantes.

Turci perſarũ regnũ occupant.

in 3.par. tit 22.c 13 Turci Ægyptũ inuadunt.

Henricus 4. rex 3. imperator Occidentis ex Germanis 7. regnauit & imper. an. 49. m. 10 d. 3 A.C. 1056. de quo Sige. Abbas vrſper. Otho friſing. Lambertus Saſnabur. & alij.

[E]

CAPVT V.

HEntico tertio ea hac luce ſubtracto, eiuſdem nominis Hrnticos quartus filius eius Romanum ſortitur imperium. a Cœpit autem imperare, vt ſcribit Ioãnes de col. poſt Vincentium [F]

a Grauis ſanè & acerba pijs omnibus eſt huius Henrici memoria: eo quod Eccleſiæ Romanæ, quæ quidem ipſum à cunabulis aluerat & fouerat, grauiſſimã perſecutionem concitarit de qua ſup. c. 1. c. 21. veruntamen quoniam Magdeburgenſes vel quique proteſtantes laudibus eum ad cælum efferunt, qualis, quæſo, fuerit ex antiquorum monumentis inſpiciamus: Abbas vrſperg. cuius teſtimonium plurimi aduerſarij noſtri faciunt, de imperio Henrico ita ſcribit: Henricus

anno

A.C.1056. *rex adoleſcentia vſus libertate Saxonū ſolam ex omni Romano imperio cæpit inſolere, principes deſpicere, nobiles opprimere, inferiores ſubtollere, venatui, luſibus exercitijſque huiuſmodi exercitium pluſquam iuſtitiæ faciendæ operā dare, filias illuſtrium quibuſlibet obſcuræ nature coniugare priuata præſumptione (nimirū potentibus regni non ſatis fidens) inſtituere. Hinc diſcordia ſemina tribus contigitque plurimos inſidiatores tā regni quā vita ſua creſcere. Auentinus li.5. Annal. Henricū inquit ſtupris, amoribus, impudicitia & adulterij flagraſſe infamia, nec amici quidem negant. Marianus Scot. Grego. inquit, querimonijs & clamoribus Catholicorū iuſtè aduerſus Henrici & ſcelerū eius immanitatem auditis zelo Dei accenſus, iam dictum regem excommunicatum pronūciauit, maximè propter Simoniam. Quod factū Catholicis quidem viris maximè placuit, Simoniacis verò ac fautoribus regis nimirum diſplicuit. Chrantzius in Metropoli ſua c. 21. Henricus 4. cum iam alteram ſibi iunxiſſet vxorem, filium ſuum Conradum ad vxoris fertur inuitaſſe complexum. Cumque borreret infandum crimen iuuenis: Henricus, dixiſſe fertur ſe patrem illius non eſſe, & ideo torum ſuum non eſſe illi tantopere refugiendum, hinc iuuenis in Italiā concedens duce Mathilda ad Vrbanum Pontificem venit, qui deteſtatus ſcelera eius renouauit excommunicationem Vrſper. Item Vrbanus inquit, Papa ſuper Eccleſiaſticum hactenus hic manente commotione Concilia multa congregauit, inter quæ etiam conuocatum ad Placentiam ciuitatem ducentis ferè patribus Henricum imperatorem tam à ſe quàm à prædeceſſoribus iam communi decreto excommunicatum declarauit maximè regina Agnete (neſcio an rectius legeretur Praxede) ipſius imperatoris vxore adſtante, multaque nefanda in illū ad aures totius Synodi teſtificante, hæc & multa alia de hoc Henrico 4. recitata leguntur, quem cum Magdeburgenſes tantopere prædicant, Gregorium verò ſeptimum virum omnibus laudibus dignum, deteſtentur profectò non poterunt illam execrationem diuinam effugere, va qui dicitis malū bonum, & bonū malum.*

Eſa 5. *a a Ex Ioan. de Col. hæc item habet Nau. gen. 35.*

anno Domini 1067. Ab initio mūdi quinquies milleſimo 20. ſecundum computationem ſexies 1179. & imperauit annis 50. Fuit autem hic Henricus ore facūdus, ingenio acutus, eleemoſynis largus, in re militari fortunatiſſimus. Nam ſexageſies, vt legitur, collatis ſignis dimicauit. a Et licet malorum ductus conſilio fuerit ſanctæ Romanæ eccleſię perſecutor, fuit tamen tam longo tempore princeps valdè glorioſus & fortunatus quamuis circa finem imperij ſui iuſto Dei iudicio ob recompenſationem & punitionem atrocitatum & perſecutionum, quas clero intulerat: multas ipſe non ſolum à principibus imperij verum etiam à proprio filio pertulerit calamitates.

Hic Henricus poſt mortem patris ſui valdè paruus remanſit, qui matris Agnetis conſilio regebatur. Erat enim mulier prudentiſſima, & Deum timens. Quare dum ipſe matris monitis obtemperauit cum magna pace imperium gubernauit. Sed poſtmodum conſilio deceptus, ſpretis matris conſilijs ab ea totaliter alienatus eſt, ac per ſe cœpit negotia imperij tractare. Imperatrix autem mulier religioſa & prudens, cum filium non ſolum à ſe alienatum, verum prauorum quoque conſilio vſum aduerſus ſe machinari videret eum noller fluctibus turbationum inuolui, vitam religioſam elegit. Deinde cauſa orationis Romam pergens, deuotione ſanctorum locorū capta ibidem ſanctis operib. & eleemoſynis vacans ſancto fine quieuit. Cuius corpus in eccleſia beati Petri iuxta altare beatæ Petronillæ ſepultum eſt. Nec multò poſt tempore Chunradus eius filius ſecundò genitus, quem pater adhuc viuens Italiæ præfecerat, moritur, & Florentiæ honorificè ſepelitur. (*a C.1056.*)

Eo tempore inclytus dux Robertus Guiſcardus, à ciuibus Troianis vocatus, ipſam illorum vrbem volentibus & conſentientibus omnibus in ſuam ditionem ſuſcepit. Non autem multo poſt ſubitò cum exercitu in Calabriam profectus Regium ciuitatem expugnauit, & ex eo tempore dux vocatus eſt. Cum autem iam maiorem partem regionis obtinuiſſet, volens & ſuis poſteris perpetuare dominium Romam ad Nicolaum ſecundum papā, qui prius fuit epiſcopus Florentinus, ſed natione Burgundus, acceſſit, atque ea terris quas ipſe acquiſierat, quę ad ius Romanæ eccleſię pertinebant eius eccleſiæ vaſallus effectus eidem pontifici fidelitatem iurauit: promittens ſe Romanæ eccleſiæ fidem ſeruaturum, eidemque papę & ſucceſſoribus eius canonice intrantib. [quęcunque peterentur præſidia mittere, ac quando opus videretur cum omnibus copiis auxilium ferre ſpopondit.] Quo facto ſtatim ipſe Nicolaus papa de honore ducatus ſui per vexillum inueſtiuit eundem. Factum eſt autem hoc anno Domini 1060.

Mortuo autem Nicolao papa, ſuccedente canonicè ei in papatu Alexandro ſecundo ſchiſma ſecutum eſt facto in Lōgobardia antipapa Cadolo Parmenſi epiſcopo de voluntate imperatoris Henrici. Et cùm præualere non poſſet, Alexander papa ad preces imperatoris ad ſe reuertentis, concilium celebrauit generale Mantuę, vbi ſedata ſunt omnia. Et de his. 5. in c. de pontificibus. ibi & de Mathilde comitiſſa.

De Gulielmo nothoſeu Baſtardo, qui Cōqueſtor eſt cognominatus. Vin. l. 25. c. 30. ex Gul. Sab. de eo ite Aem. lib. 3. Poly. l. Virg. deſt. lib. 6. de rebus Scoticis. & alij ſcribunt. A.C.1066.

§. I.

DE Gulielmo duce Northmannorum, qui poſtea ſibi accepit regnum Angliæ. Anno decimo imperatoris Henrici quarti, Gulielmus magnificus dux Northmanniæ regnum Angliæ occupauit, vt ſcribit Ioannes de col. Poſt Vincent. Hic Gulielmus fuit filius Roberti, filij Ricardi ſecundi. Hic enim Robertus cum ſemel in quodam feſto vidiſſet puellam ſpecioſiſſimam ac nobilem cum alijs in quadam chorea honeſtè ſaltantem eius pulchritudine captus nocte ſequenti cum ea iacere voluit. Quam deinceps vnicè dilexit, & aliquandiu iuſtæ coniugij loco habuit, ex qua filium genuit nomine Gulielmum. Cuius futuram magnitudinem mater ſomnio præuidit. Nam dormiens inteſtina ſua per totam Northmanniam & Angliam extendi conſpexit. Præterea ipſa hora, qua puer natus humum primo accepit, ambas manus puluere, quo tegebatur pauimentum, impleuit. Sed & obſtetrix fauſto omine acclamauit eum regem futurum. Qui mox vt adoleuit, militia inſignia accepit, duxitque vxorem Mathildem Bal

A.C. 1066.

Balduini comitis Flandrenſis filiam. Hic vir & dux religioſus ac Deum timens ędificauit Cadoui monaſterium ſancti Stephani magnificeq́ue dotauit. In quo Lanfrancum abbatem inſtituit qui poſtea fuit archiepiſcopus Cantuarienſis vir antiquus, omni ſcientia & religione comparandus, de quo ſuprà.

Erat autem tantæ ſeueritatis, vt cum adhuc puer eſſet iſte Gulielmus, patruum ſuum Malgerium ab archiepiſcopatu Rothomagenſi remoueret, ex eo quòd non natalium, ſed profeſſionis oblitus, venationibus & auium certaminibus ſæpius intendēs, gazas eccleſiaſticas cōuiuiis & profuſionibus conſumebat. Cuius rei fama crebreſcente rotauita ſuauſu pallij caruit, quòd negaret ſedes apoſtolica honoris huius priuilegium ei, qui ſactum negligebat officiū. Gulielmus [a] autem vir inclytus poſtquam diu Northmannorum ducatum gubernauerat, magno tum Northmannorum, tum Gallorum exercitu congregato regnum Anglorum occupaturus intrauit. Qui in egreſſu nauis pede lapſus, à proximo milite ſibi acclamari audiuit. Tenes Angliam comes rex futurus.

Eo tempore Aroldus rex Angliæ à bello, quo regem Noricorum vicerat, reuertebatur. Qui audiens Gulielmum cum magno exercitu in Angliam applicuiſſe, exploratores miſit, qui explorarent eius caſtra. Ii intra caſtra deprehēſi, iuſſi ſunt à Gulielmo circum duci per tentoria, & omnia abſque occultatione loſtrare. Quo facto largè paſti incolumes ad dominum ſuum remiſſi ſunt. Regreſſi igitur nunciāt magnificam ducis confidētiam, aſſerentes omnes penè in illo exercitu presbyteros videri.

Northmānorum cōfidentia.

Gulielmus autem monachum quemdam legatum ad Aroldum miſit, tria ferentem. Aut vt Aroldus ſecundum conditiones regnum dimitteret, vel ſub eo regnaret, aut certè vtroq́ue ſpectante exercitu ipſi ſinguli prælio decertarent. Aroldus nec reſponſo dignatus turbido eum expulit vultu. Angliçi autem totam illam noctem, quę bellum præceſſit potibus, & ebrietati bus & cantilenis accantis, in ſomnem duxerūt. Northmanni autem confeſſioni peccatorū vacantes, mane dominico corpori & ſanguini cōmunicauerunt.

A.C. 1066.

Igitur indicto bello dux arma popoſcit, atque caſu loricā inuerſam induit. Miniſtris autem, qui illum armabant, tumultuantibus riſum illorum arguens dixit. Hodie comitatus meus vertetur in regnum. Commiſſo itaque prælio, acriter ab vtroque exercitu pugnatum eſt. Ad poſtremum Angli terga dantes fuga ſalutem quærunt, quorum fugæ ſocius factus Aroldus, dum equi velocitate ſe à prælio ſubtrahere niteretur, ictu à ſagitta in cerebro percuſſus occubuit. Iacentis autem femur etiam mortui vnus militum lancea latus eius transfodit, quem ignominia à Gulielmo notatum etiā militiæ balthæo priuauit. Eodem bello virtus Gulielmi enituit. Nam ea die pugnando, diſcurrendo, ſuos animando, tres equos fortiſſimos amiſit. Igitur obtenta victoria corpus Aroldi regis occiſi matri repetenti ſine pretio remiſit. Die autem natalis Domini Eboraci coronatus eſt. Vexillū regis Aroldi Romam ad papam Alexandrum miſit. Quod quidem vexillū in hominis pugnantis figuram diſpoſitum erat, auro & lapidibus arte ſumptuoſa erat contextum. Et ab eo tēpore [b] Northmanni in Anglia vſq; in hodiernum diem regnare cœperunt.

Anglorū & Northmānorum diuerſæ ad prælıū pręparatiōes.

Gulielm⁹ Nothus Anglię rex coronatur A.C. 1066.

a Cùm D. Anton. fileat, quo iure hic Gulielmus Angliæ regnum ceperit, id hoc loco annotare opera pretiū duxi. Eduardus Angliæ rex qui propter vitæ merita in numerū eſt diuorū relatus, de quo ſcripſit D. Ant. c. 1. §. 20. & c. 7. §. 3. huius tit.) à Suenone Danorū rege regno pulſus in Normanniam ſeſe recepit. Mortuo verò Suenone Hunnutóque eius filio, Ardehuntus ipſius ex patre frater ſucceſſit. Qui cum Eduardum ſanctum virum, è Northmannia in Societatem vocatum in Societatem regni aſciuiſſet obiit. Eduardus à diuturno exilio ad regnum profectus, tranquillam etiam reliquam vitam tranſegit, & quod apud Northmannos duces cultus educatuſq; fuiſſet, nec liberos ſuſtuliſſet, beneficiorum ac cognationis & conſuetudinis memor, Gulielmum Nothum regem hæredémque nuncupauit, in eiúſque verba proceres gentis iureiurando adegit. Aemyl. lib. 3 Cæterum Gulielmus nothus nonquàm, quam Rom. Pontifex in regnum Angliæ haberet poteſtatē, eo quod videlicet illius ſit vectigale, vt ſuprà cap. 2. §. 1. tradidit D. Anton. illud non prius adire voluit, quam ab eo eius adeūdi acciperet facultatem. Pontifex autem Alexander 2. audita cauſa Ioannis Vinc. li. 25. c. 41.) vexillum ei in omne Angliæ regnum miſit.

b Northmanni per annos ſeptuaginta nouem & tres menſes ſolùm Angliam tenuerunt. Nam A.C. 1136. mortuo ſine viri ſobole Henrico 1. Anglorum rege regnum Angliæ à Northmannis tranſlatum eſt ad francos per Stephanum francum illius nepotē ex Adela ſorore Bleſenſis comitis filium. Porro Gulielmus numeratim in Angliæ ſacris ædibus reperit quadraginta quinque millia & ſeptemdecim Parochialia templa. Ex Gene. Gulielmus non ſibi coronam regni impoſuit, ſed cū ſine liberis deceſſiſſet A. C. 1127. ducatum teſtamento reliquit Rogerio 3. filio Rogerij comitis Siciliæ qui cum Neapolim de imperatore Conſtantinopolitano cepiſſet A.C. 1130. 5. Cal. Octob. rex vtriuſq; Siciliæ appellatus eſt ab Anacleto Papa 2. apud Beneuentū die verò Natalis ſequentis ineuntis anni 1131. ab epiſcopis & archiepiſcopis regni ſui ſe iungi fecit. Onuph.

De Gregorio 7. viro ſancto & Henrico 3.

§. II.

ANno huius Henrici quarti 17. mortuo Alexandro ſecundo creatus eſt papa Gregorius 7 ſanctus vir qui facto concilio Romæ, ſecundo anno ſui pontificatus ad reformationem morum excommunicauit quoſdam nobiles de familia Henrici, quia eorum conſilio eccleſiæ vendebantur, & iura eccleſiæ vſurpabantur.

Poſtea anno ſequenti excommunicauit Sigifredum Archiepiſcopum Moguntinum, quia quærebat ſchiſma in eccleſia facere, deinde Henricum imperatorem, vt eius fautorem. Poſtea abſolutus fuit ab eo, & eccleſiæ reconciliatus. Sed non multò pòſt cum

dictus

A.C.1066.

dictus imperator iura eccleſiæ vſurpare non ceſſaret ſcilicet inueſtituras epiſcoporum faciendo per ſe,& admonitus pluries non deſiſteret congregato iterum concilio imperatorem ipſum excommunicauit. Propter quod Henricus ipſe perſecutioné fecit contra eccleſiam, & Gregorium,dans operam nouo ſchiſmati,faciens creari archiepiſcopum Rauennatem papá ſeu potius antipapam apoſtaticum. Propter quod aliqui ex Saxonibus Teutonicorũ principib.Henrico rebellarunt,&regẽ Burgundię Rodulphũ imperatorem elegerũt. Cui B coroná miſit Gregorius. Sed cum ipſe Rodulphus contra Henricum maximo exercitu bello dimicaret deuictus eſt Rodulphus & occiſus ab Henrico,qui poſtea omnes, qui ſibi rebellauerant, multipliciter puniuit. Et cum poſtea Henricus imperator Italiam intraſſet& Romam accedens obſediſſet, papa Gregorius cum cardinalibus ſuis in caſtrum ſancti angeli fugit, & Henricus ciuitate capta, obſedit caſtrum prædictum. Sed ad rogatum papæ Robertus Guiſcardus dux Apuliæ vocatus,ad vr- C bẽ quam citiſſimè cum maximo exercitu applicuit. Sed prius Henricus audito aduentu eius ab vrbe in Longobardiam fugit. Prædictus autem Robertus vrbe capta, papam cum ſuis cum multa gloria de caſtro ſancti angeli eduxit. Qui inde liberatus non confidens de Romanis, cum ipſo duce Roberto in Apuliam profectus eſt:& ibi demum defunctus. Sed de his plenius ſuprà in capitulo de pontificibus eodem titulo.

ca. 1. §. 5. Guiſcardi in Apulia & Sicilia res geſtæ Bio dec. 1.3. Onup. A.C.1060.

Per ipſa tẽpora Robertus dux inclytus Guiſcardus præfatus Apuliæ ciuitatem Pharum lõ D ga obſidione maceratam, in deditionem accepit. Cumque iam totam Apuliam & Calabriam in ſuam accepiſſet poteſtatem, ad Dominium Siciliæ adſpirare cepit. Itaque nauibus vndique congregatis relicto filio ſuo primogenito Rogerio in Apulia, ipſe cum magno exercitu in Siciliam nauigauit: atque nemine obſiſtente nobiliſſimam illam Siciliæ ciuitatem Panormum obſedit. Quadiu fame & frequentibus aggreſſionibus attrita tandem quibuſdã interuenientib. pactis, ciues ſe ei dediderunt. In E qua idem dux eccleſiam pulcherrimam ad honorem beatiſſimæ virginis conſtrui fecit. Rediens autem in Apuliam poſt occupatam inſulam in ſignũ victoriæ ſuæ portas æneas & marmoreas columnas ſecum detulit apud Troiam. Poſt reditum exinde ducem Salernitanũ cognatum ſuum perſequi cœpit quẽ apud Salernum terra mariq́ue obſedit, ſeptimo menſe ciuitatem cœpit, atque Giſulphum ducem captum carceri mancipauit. Poſt captam autem ciuitatem ibidem in honorem beati Matthæi apoſtoli eccleſiam pulcherrimam ædificauit. F

Michael Græcorum imperator in Apuliam venit. Blõ. hic Michael fuit imperator. 69. A.C.1071. Porro Conſentino hæc omnia ſunt tribuenda.

§. III.

EO tempore venit in Apuliam quidam forma conſpicuus, eloquentia clarus aſſerẽs A ſe Michaelem quondam imperatorem Conſtãtinopolitanum fuiſſe, conquerens ſe iniuſte imperio fuiſſe priuatũ quare ad recuperãdũ imperium obnixe auxilium ducis petebat. Et primò quidem obſtupuit dux. Sed cum vidiſſet in homine elegantiam morum ac in verbis prudentiam, illum apud ſe honeſtiſſimè tractatum retinuit. Itaque congregato concilio ſuo ad recuperandum, vel potius ad acquirendum imperium Conſtantinopolitanum, ſuum exercitum congregauit. Vndecunque ergo claſſe congregata: apud Hydruntem vna cum fi- B lio Beomundo atque vxore mare intrauit, & poſt duos dies Auellonem applicuit. Cuius aduentum poſtquam imperator Nicephorus audiuit, magno ſuorum exercitu adunato, Alexiũ cognomento [Bethomath & Megadomeſtici dignitate, quem nos maiorem Seneſcalum appellare cõſueuimus fungebatur officio] exercitui præfecit cui magnam partem ſui theſauri deſtinauit, mandans vt contra aduenientes latinos nõ ſolum chriſtianorum, ſed etiam turcorum, & gentilium copias congregaret. C Qui mandato imperatoris obediens, apud Adrianopolim veniens, ex omni natione magnum conflauit exercitum. Quem donis& muneribus alliciens, ſibi omnium animos conciliauit, adeo vt iam aliqui dicerent illum imperio digniſſimum.

Alexius autem poſtquam omnium hominum animos ad ſe inclinatos vidit (vt erat doloſiſſimus) rem nefariam cogitauit. Dicit enim inter milites ſe pecuniam non habere, ſed pluries imperatori ſcripſiſſe, vt ſibi pecunia ad alendum exercitum mitteretur. Et ſe velle perſo- D naliter imperatorem accedere, ne talis, & tam deuotus imperio exercitus inopia deperiret. Veniens ergo Conſtantinopolim poſtquam cum imperatore de multis quæ ad bellum gerendum neceſſaria videbãtur eſt locutus clam nocte de ciuitate inſcio imperatore egreſſus eſt, atque ad exercitum veniens dixit. Videte, commilitones, quam grata eſt erga vos qui imperio defendendo vires impenditis, imperialis maieſtas. Nã cum ab imperatore ſtipendia pro vobis tanquam benemeritis imperij pete- E rem, mihi mortem comminatus eſt: quare ad vos confugi, commilitones fidem veſtram imploraus. Sed ſi vir eritis & conſilia mea ſequi volueritis, omnes diuitiis & beneficiis cumulabo. Extorqueamus ergo ab hoc viro inutili, qui otio & inertia marcet imperium & ad quem voſipſi decreueritis, transferamus.

His auditis tanquam veris exercitus aures inclinans excitato tumultu Alexium imperatorem vna voce proclamant, atque purpura induto tanquam domino obediunt. Quo facto Alexius cum exercitu ipſo, quem ſibi impera- F tor ad obuiandum duci Roberto dederat, Cõſtatinopolim rediit. Huius autem audito aduẽtu Nicephorus imperator nimium ſtupefactus ciuitatem Conſtantinopolim, quantum temporis breuitas patiebatur communiuit, atque contra proditorem vndique militum copias præcepit congregari. Veniens igitur Alexius non longè à ciuitate caſtra poſuit. Sed cum ciuitatem tam benè munitam per violentiam obtinere diffideret ad dolus ſe & aſtutiam conuertit.

erat

A.C.1080.

Arzion cum venu Blou.

Erat enim tunc temporis Conſtantinopoli quidam ſtipendiarius imperatoris, natione Teutonicus, vir nobilis, & ob rei militaris experientiam imperatori Nicephoro valde charus Armo nomine. Hunc alterius pecunia corruptum & promiſſionibus, ad hoc induxit, vt ſibi eam partem ciuitatis proderet, quam ſibi imperator ad cuſtodiam delegauerat. Qui eius promiſſionibus attractus portam, quæ dicitur Bulgarorum, nocte ſibi aperuit: atque intra vrbem Alexium proditorem cum exercitu intromiſit. Ingreſſus itaque ciuitatem Alexius eam ſuo exercitui prædæ expoſuit, ipſa die, quæ cœna Domini dicitur. Erat enim exercitus eius ex diuerſis nationibus, Inter quos maxima erat Turcorum, & aliorum infidelium multitudo. Qui prędæ & rapinæ inhiantes, nulli ætati vel ſexui parcebant. Expoliabantur eccleſiæ atque monaſteria, conſtringebantur cruces & calices, ac Deo dicatis virginibus violentia inferebatur, ſed (quod nefas eſt dicere) ſacerdotes ipſis altaribus incubantes, truncabantur.

Conſtāti nopolis ab Alexio capta dura [...] A.C.1082

Imperator autem Nicephorus, videns hoſtes intra vrbem ingreſſos, ac ſe à ſuis proditum relicto palatio fugiens monachus eſt effectus. Alexius autem poſtquam omnia intra vrbem obtinuit, ipſa die reſurrectionis dominicæ ſe imperatorem fecit ſolenniter coronari. Qua die mandauit exercitui à rapinis, & præda de cætero abſtinere. Sed vt oſtenderet ſe nõ pro violentia, ſed pro iuſtitia imperium inuaſiſſe Nicephori imperatoris filium Michaelem dictum ſibi conſortem adſciuit imperij.

Interea Robertus dux ſupradictus, circa Dalmatiæ partes cum ſuo exercitu, omnia velut tempeſtas demoliebatur. Nam multis oppidis & municipibus captis, iam ad interiora penetrabat imperij. Alexius autem compoſitis intra vrbem rebus: vna cum filio Nicephori contra ducem properauit ad bellum, veniénſque cum innumerabili exercitu non longe à Duratio (aliàs Dyrrachio) caſtra muniuit. Cumque non longè ab eo loco eſſet latinorum exercitus, ordinatis hincinde aciebus pugna committitur. Aliquamdiu anceps durauit certamen, ad poſtremum terga vertentibus Græcis vincitur imperator, atque eius exercitus paſſim velut animalia toto campo proſternitur. Magna ibi Græcorum periit multitudo. inter quos & iuuenis imperator Nicephori filius Michael, quem ſolum ad hoc Alexius in fronte prælij poſuerat, gladiis confoſſus interiit. Habuit imperator Alexius in hoc prælio ſolum ex Græcia ſexaginta millia militum armatorum, & decem Turcorum mille cum arcubus & ſagittis: cum in exercitu ducis niſi eſſent ſeptingenti milites loricati. Fugiens igitur Alexius imperator cum iis, qui à bello euaſerant Conſtantinopolim rediit, vbi omnes quos ex imperiali ſtirpe reperit, aut oculis priuauit, aut exilio tradidit.

Nobilis [...] Græcis à Turcis [...] latinorū victoria.

Robertus autem dux poſt fugam Alexij Durarium (aliàs Dyrrachium) expugnauit, atque totam circumiacentem regionem in ſuam poteſtatem redegit. Sed cum audiſſet imperatorem Henricum papam Gregoriũ ſeptimum obſediſſe: vt dictum eſt, relicto filio Bohemun- A do ad cuſtodiam terrarum, quas occupauerat: ipſe cum vxore in Apuliam rediit, & papam liberauit. Bohemundus autem abſente patre bis cum imperatore Græcorum Alexio conflixit. at primo bello imperatorem cum ſuis ex campo fugauit magno hoſtium numero interfecto, ſecundo ab imperatore inſidiis circumuentus, victus eſt.

A.C.1083.

Boemundus Græcos vincit & vincitur A.C.1083.

Sequenti anno dux magnanimus collecto fortiſſimorum virorum exercitu mari tranſito Græcorum regiones inuadit. Quod poſtquàm B comperit imperator, viri eſt admiratus audaciam, qui cùm tam parua comitiua tantum imperium auſus eſſet inuadere. Congregata igitur multitudine nauium, vbi fuit & de Italia non modica multitudo, & maximè Venetorum, duci Roberto in Marinam mandauit occurri. Committitur igitur nauale certamen: & diu ab vtraque parte pugnatur. Tandem & ducis ſolertia, & ſuorum virtute, & pugnandi perſeuerantia, claſſis vincitur imperialis, atque illorum magna parte amiſſa fugatur. Multi eo bello capti, atque vinculis alligati ſunt. C Hac portus victoria dux, copias ſuas in terram exponit atque refectis nauibus exercitum auget. Cumque iam mari terraque victis Gręcis, exercitum verſus Conſtantinopolim ducere vellet, apud Caſſiopeiam inſulam, quæ eſt inter Theſſaliam, & inſulam Vallis compatrit, quæ nunc Hieruſalem dicitur magnanimus dux diė clauſit extremum anno Domini 1086. Ætatis ſuæ anno. 62.

Rogerius 5 Apulię comes 2. Calabriæ dux regnauit an. 24. m. 8. A.C. 185.

Fuit hic reuera ſtrenuus in bello & fortis, corpore inſignis, animo conſtans, moderatus, ciuilis, prouidus & aſtutus: morum corrector D & diſciplinæ militaris diligentiſſimus cuſtoditor, ſed vltra humanam ęſtimationem dominij appetitor. Huic in ducatu Rogerius filius eius ſucceſſit, qui poſt eius mortem ducatum prudentiſſimè rexit: & nobiliter ampliauit, ſed magis beneficiorum munificentia quam potentia auſteritate. Cuius ducatus anno ſecundo Bohemundus eius frater bellum intulit ipſi, atque commiſſo prælio non longè Beneuento Bohemundus à fratre ex cãpo fugatur, ſed Deo volente, nullus in illo prælio mortuus eſt vno E excepto, multi tamen capti ſunt, ſed interponentibus ſe amicis fratres adinuicẽ reconciliãtur, deditque Rogerius fratri ſuo Bohemundo ac eius hæredibus perpetuò poſſidendum principatum Tarentinum. Accepit autem hic Rogerius filiam Roberti Phryſonis comitis Flandrenſium, quæ fuerat regina Danorum. Ex qua genuit ſtatim duos filios, Ludouicum, ſcilicet & Guiſcardum, qui in ętate tenera deceſſerunt poſt quorum deceſſum genuit tertium filium Gulielmum, qui patri ſucceſſit in ducatu, ſed poſt modum ſibi coronam impoſuit. F

De Henrico & quibuſdam aliis.

§. IIII.

ANno Henrici quarti 32. qui fuit ab incarnatione Domini 1089. poſt Gregorium ſeptimum & Victorem, creatus eſt papa Vrbanus ſecundus. Hic etiam cum eſſet ſanctus vir religioſus & ſtrenuus, quia imperator permanebat in ſua contumacia vſurpando iura eccle-

A. C. 1055. ſiæ, vt inueſtituras prælatorum, etiam excōmunicauit ipſum imperatorem Henricum, propter quod eccleſiam perſequebatur, vt dictum eſt ſuprà in cap. de pontificibus. Hic Henricus bis obſedit Florentiam: quia ſummi pontificis partes tenebat, & hoc iuſtè & ſanctè: anno ſcilicet Domini 1080. tempore Gregorij 7. Et iterum anno 1088. pontificante Vrbano ſecundo, quia parti ipſius Vrbani fauebat, & ſequi non deſiſtebat. Parum autem vel nihil nocere valuit: Domino protegente & iuſtitia, quia Henricus vt tyrannus perſequebatur eccleſiam.

Gulielm⁹ Angliæ rex dict⁹ Ruffus rex ſcelerat⁹. Vinc. 85. A. C. 1087. In Anglia autem mortuo Gulielmo qui ſibi Angliam ſubiugarat, & ſe regem fecerat, ſucceſſit ei in regno filius eius eiuſdem nominis, ſcilicet Gulielmus. Qui fuit nequam & ſceleratus, patri valdè diſſimilis, nec Deū timens, nec homines verens. Et adeo prodigus fuit, vt intra breue tempus omnia conſumeret, quæ pater congregauerat. Tandem exhauſtis pecuniis ad rapinas animum conuertit. Impellebat autem eum ad hoc ſcelus quidam Ranulphus nomine, vir infimo ortus genere, qui ſibi adeo regis animum deuixerat: vt omnia, quæ in regno agenda eſſent, eius diſponerentur arbitrio. Quo authore ſacri eccleſiarū honores mortuis epiſcopis venundati ſunt. Nam audita morte epiſcopi vel abbatis, confeſtim clerus regis eo mittebatur, qui omnia inuenta ſcripto exciperet, vt omnes in poſterum redditus fiſco regio inferret. Subſtituebanturque in loco defuncti quilibet non pro morum, ſed pro nummorum experimento.

Pertinet autem ad illius temporis dedecus, quòd vir venerabilis Anſelmus, qui in archiepiſcopatu Cantuarienſi Lanfranco ſucceſſerat, cùm conatus eſſet illum corrigere, vbi ſe vidit ſuffraganeorum ſuorum ſocietate deſtitui, ſponte diſceſſit nequitiæ temporis cedens. Qui cum iam nauigaturus in portu expectaret tempus venturum, iuſſu regis vt prædo publicus expoliatus eſt. Præterea Iudæos, quos pater eius à Rothomago Londoniam tranſtulerat, cùm in quadam ſolennitate eum adirent munera offerentes, contra Chriſtianos ad conflictum animare auſus eſt per multum delyra pronuncians, quia ſi viciſſent in eorum ſectam tranſiret. Magno itaque timore epiſcoporum & clericorum res acta eſt, fidei Chriſtianæ pia ſolicitudine timentium, ſed Deo volente gens Iudæorum obſtinata nihil ex eo certamine niſi confuſionem reportarunt.

Terræmotus in Anglia. c. 86. Secundo anno eius regni terræ motus totam exterruit Angliam horrendo miraculo, vt ædificia omnia eminus reſilirent, & mox priſtino in ſtatu reſiderēt. Secuta eſt omnium fructuum inopia, tarda maturitas frugum, vt vix in feſto Andreæ meſſes reconderentur. Quarto anno regni eius fuit tumultus fulgurum, motus turbinum, ventorum vehementia, adeo vt multæ eccleſiæ deiicerentur. Fuit præterea eius tempore fames: & inaudita peſtilentia vbique. Fuit quoque eo tempore Fulco ſenior comes Andegauorum, qui iam ſenex peregrinus Hieroſolymam adiit. Ibique duobus ſeruis ſacramento coactis vt quod iuberet facerent, ordinauit vt torta ſine teſta collo eius iniecta, alter ipſum: vt erat nudus vſque ad ſepulchrum Domini traheret, alter terga eius flagris durisſimis Turcis ſpectantibus & mirantibus cædendo vrgeret. Inter hæc ille clamabat. Accipe domine, miſerum Fulconem periurum tuum, fugitiuum tuum. Domum tamen cōtra deſiderium ſuum hic pius princeps reuerſus eſt. *A. C. 1095.*

Poſt aliquot annos filius ei natus eſt Gaufridus nomine, cognomento Marcellus. Qui hoc nomen ſibi vſurpauerat à Marcello conſule Romano, quia videbatur omnes ſibi obſiſtentes, quadam fœlicitate contundere. Nam & dominum ſuum Pictauenſem, & numero ac viribus ſuperiorem, aperto bello vicit & accepit, ac ferreis vinculis innodatum ad ignobiles pacis conditiones coegit, vt ſcilicet Burdegala ciuitate, ac finibus eius cederet, & de cæteris terris annuum ſibi vectigal daret. Sed poſtquàm is victus inopia & ferri vinculis, & onere in carcere defunctus eſt, Gaufridus nouercam eius duxit vxorem, fratres in tutelam ſuſcipiens. Mox Theobaldi comitis Bleſenſis ingreſſus limites ipſum in ciuitate Turonica obſedit. Qua violenter effracta ipſum cœpit Theobaldum. Qui captus vrbem ſibi, & ſuis hæredibus in perpetuum adiurauit.

Iſte Gaufridus moriens Gaufrido ſororis ſuæ filio comitatū ſuum reliquit. Sed cum eſſet imbellis & ſimplex, Fulco ei comitatum ademit, & ipſum perpetua cuſtodia mācipauit. Hic Fulco vxorem habuit, quæ eo relicto, Phillippo regi Francorum nupſit. Qui amore eius ita capt⁹ eſt, vt illa ſibi in omnibus imperaret. Denique cum propter id factum eſſet omnium fabula ab omni Chriſtiano orbe ſe excommunicari propter eius libidinem paſſus eſt.

Vrbanus autem papa anno imperij Henrici quarti 43. poſt concilium, quod celebrauit apud Placentiam aliud celebrauit cum prælatis apud Clarūmōtē Aruerniæ. In quo poſt multas ſanctas ordinationes, vt dictum eſt ſuprà in c. de pontificibus, excommunicauit papa non ſolum Philippum præfatum regem Francorū ſed & qui eum dicerent Regem vel dominum ſuum, & illam maledictam coniugem de facto quouſque ſe emendarent, & alter diſcederet ab altero, ac etiam Gilbertum archiepiſcopum Rauennam, qui ſe papam nominabat, & Henricum, qui eum manutenebat, imperatorem. Et demum exhortatus eſt papa ad crucem ſumendam cunctos prælatos & principes in recuperationem terræ ſanctæ. Sed de hoc ſuprà plenius & infrà in alio titulo dicetur de peregrinatione ad terram ſanctam.

De S. Dunſtano, cuius vitam ſcripſit Oſbertus to. 3. Sur. & Guliel. Mal. ‹M›eſbur. ex quibus Vinc. lib. 24. cap. 72. hæc habet.

CAPVT VI.

De ſancto Dunſtano abbate, & poſtea archiepiſcopo Cantuarienſi, & quibuſdā regib. Angliæ. Hic ſanctus Dunſtanus cœpit clareſcere circa annos 940. tempore primi Othonis &

A.C.1095 & Angliæ partibus fuit oriundus parentibus genere, fide & moribus nobilibus. Maternis autem ſinubus intumeſcentibus ſacro puerperio, vt refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 25. ex geſtis eius, accidit eam cum viro & multitudine populi confluente ad eccleſiam beatæ Mariæ virginis in Glaſconia die purificationis eius aduenisse accenſiſque lampadibus miſſarum ſolennijs intereſſe. Iamque qualiter puerum Luc.2. Ieſum in templum inducerent, recitari cœperat, tunc repente maieſtas Domini apparuit, quæ omnia luminaria extinxit, & Domum totam caligine obtexit. Cumque omnes nimio pauore ſtarent ſenſu hærentes, & alternis obtutibus ſtuporem indicarent, ex templo lux cœlitus emiſſa in templo reſplenduit, & cereum quem puerpera, ſcilicet mater Dunſtani manu tenebat, accendit. Sicut autem populus de amiſſo lumine mirabatur, tunc maiori admiratione ſimul, & exultatione detinetur. Illucque ab omnibus perrectum eſt, & hinc omnibus lumen porrectum.

Infans autem natus ſcilicet Dunſtanus cùm iam loqui inciperet, ad eandem eccleſiam cum oblationibus eſt delatus. Illiſque ibi in oratione pernoctantibus, apparuit vir æthereos habens vultus, dicens non multò pòſt ſublimandum puerum ibi Deo derelinquendum, & beatum per ſæcula prædicandum. Cùm autem in tenello corpore acerrimo languore fatigaretur, & iam in limine mortis adeſſe putaretur, nocte intempeſta cœleſtis eum medicina reuiſit, quam ei per angelicum miniſterium Chriſtus exhibuit. Confeſtim de lectulo doloris ſurgens ad templum Deo gratias acturus cucurrit, iis, qui eius ægrotantis curam gerebant ſtupefactis, lentóq; pede veſtigia eius ſequentibus, & finem rei explorantibus. Necdum medium itineris confecerat, cùm malignus ſpiritus latrantium canum multitudine ſtipatus occurrit, viamque eunti intercludere contendit. Qui timore perterritus puer, Chriſtum exclamauit, eiuſque præſidio vallatus, virgam arripuit, quam in faciem obſiſtentis, ſimulacri vibrans, ipſum cum omni comitatu in fugam compulit, & ad templum veniens, eiuſque portam obſeratam reperiens Dei virtute intra templum ſe reperit.

Adoleſcens autem ſtudebat ſeruare pudiciciam, fugere laſciuiam: principium benè agēdi ſemper Deum habere, finem verò eidem commendare. Moribus quoque bonis acceſſit ſtudium ſacræ lectionis. Et cùm varijs artibus magnificè polleret, iam verò, qui muſicis inſtrumentis exercentur, ſpeciali quadam affectione vendicabat. Denique à patruo ſuo Athelmo archiepiſcopo Cantuarienſi regi Ethelſtano familiari conteſtatione commendatus, & ab eo grauiſſimè in palatio ſuſceptus, in cunctis ſapienter ſe agebat, nunc quidem ſurgens ad orandum Deum, nunc ſedens ad iudicandas cauſas hominum. Et cùm videret regem curis ſæcularis fatigatum, in cithara vel in aliquo muſico inſtrumento pſallebat, ſicque tam regis, quam principum corda exhilarabat.

Matronæ autem cuiuſdam frequenti rogatu compulſus vt ei ſtolam ſacerdotalem artificioſe præpingeret, quam poſtea ad diui- A nos cultus auri factoria mutatione figuraret, A.C.1095. aſſumpta cithara ad domum illius accedit, & citharam in pariete ſuſpendit, & opus ad quod venerat, diligenter inſtituit. Cumque manum operi, cor autem & labia Deo præpararet, apparuit in Domo gloria domini: cithara enim, quæ fuerat parieti affixa, abſque vllius hominis mouentis impulſu, huius antiphonæ melodiam diſcretiſſima modulatione perſonuit, Gaudent in cœlis animæ ſanctorum &c. Tunc puellæ obſtupeſcentes exiliunt, materfamilias B omniſque domus clientela, vociferans eum pluſquam expediat ſcire. Diabolus quoque inuidiæ ſtimulis quoſdam inflammat, qui confícto mendacio opinionem eius lædant, apud regem aſſerentes illum malis artibus imbutum, nec quicquàm diuino auxilio, ſed pleraque dæmonum operari præſtigio. Qui aduertens faciem regis non eſſe erga ſe ſicut prius palatio diſcedere parat, malens eum deſerere, quàm ab eo deſeri. Quo cōperto inſidus eius æmuli iter obſident, illum equo deijciunt ſupplicijs affligunt: tandem vinculis irretitum in ciſter- C nam, quæ iuxta erat deijciunt. donec ab aliquibus hominibus ibidem tranſeuntibus inuenitur, quorum pietate ad vicum fouendus transfertur. Hoc ergo principium certaminis eſſe intellexit: ad quod illum nuper diuinus citharedus præmonuit.

S. Dunſtanus ſuaſu Elphegi ad regionem adducitur.

§. I.

D PRofectus inde, Elphegum cognatum ſuū Vuentanæ eccleſiæ pontificem adiit. A quo frequenter rogatus, vt monachatum indueret, quatenus qui angelicæ conuerſationis initia haberet, perſeuerantiā in habitu demonſtraret, reſpondit eum excellentioris eſſe gratię, qui in ſæculo conſenuerat, & tamen quę digna ſunt monacho [illegible] eo, qui ſe monaſterio dedit, nec quicquam aliud præterquam quod ſibi ſtatutum eſt poſt hoc facere potuit. Alterum (inquit) neceſſitatis eſt, alte- E rum libertatis. Ad hoc epiſcopus omnibus ait communis neceſſitas eſt, vt qui ignem gehennæ effugere voluerit, ignem concupiſcentiæ ſtudeat extinguere, qui non multum extinguitur, ſi fomenta eius humanis ſenſibus non ſubtrahuntur. At hoc, quod in mundo præcipuè appetitur, libertas hominis eſt, hac enim omiſſa cætera nequeunt poſſideri. Vt ergo Deo des, quod maximè diligis, illam deſinas habere. Cumque huiuſmodi verbis quotidie epiſcopus inſiſteret, illum in am- F biguo poſitū, febris grauiſſima inuaſit, atq; ad deſperationē vitæ perduxit. Tandē ex inſperato reconualeſcens, hic, ait, legib. voluptatis renūcio, virginē me virginis filius hucuſq; ſeruauit virginē me regina virginum habebit. Mox accito epiſcopo poſtulat ſibi indilatę religionis benedictionē dari. Tunc epiſcopus lætitia perfuſus, monachali eum & ſacerdotali gratia promouit, eccleſiæ beatæ Mariæ virginis atriculās cui eū ab initio parētū ſuotū ſponſio dicauit.

Cūq; eū cōtra diaboli verſutias inſtruxiſſet,

A. C. 940. dimiſit eum pergentem ad generationis ſuæ principium. Ibi in eccleſia beatæ Mariæ virginis quæ ſitabat, operans ea quæ piæ notitia religionis exigebat. Qui etiam adhærentem cellam (ſiue alias ſpecum) proprijs laboribus ædificauit, quæ non tam humani habitaculi, quàm formam gerebat ſepulchri. Vt enim ego, qui vidi, exiſtimo, longitudo eius nõ amplius quam quinque pedũ, latitudo verò duorum & ſemis pedis habet ſpatium. Porro altitudo ſtaturam hominis exprimit, ſi quis in defoſſa terra conſtiterit: aliter enim neque ſtantis ad pectus porrigitur. Medium oſtioli feneſtella aperit, per quam lumen B operanti irradiauit.

Verum diabolus, quem ante habitare non ſinebat in palatio, nunc quoque depellere nititur è turgurio. Fallax ergo fallacem hominis adeptus imaginem, ſub obſcuro veſpere cellam adoleſcentis petit. Immiſſo capite feneſtræ incumbit, cernẽs illum fabrili opere occupatum poſtulat ſibi quippiam operis fabricari. Cuius ille calliditatem non aduertens, operi quod poſtulabatur, animum intendit. Interim cœpit hoſtis verba peruerſa cum poſitione facete, mu- C lierũ nomina inſerere, luxurias cõmemorare, deinde religionem oſtendere, & denuo eadem repetere. Tunc athleta Chriſti quis eſſet intelligens, tenaculas, quibus ferrum tenebat, cœpit fortiter ignire, & ſuppreſſis labiis Chriſtum inuocare. Deinde ſancto furore actus, celeriter ea candentia de igne rapit, larualem faciem includit, & totis viribus renitens monſtrum introrſus trahit. Iamque ſtando vires ſumebat, cum is qui tenebatur, auulſo pariete tenentis ſe manibus aufugerat tales immani rugitu fremens vlulatus. O quid fecit caluus iſte: tenui D námque, ſed fœminia cæſarie erat: & ideo talia de eo clamitabat. [En me miſerum, miſericordiæ opus ab eo petentem miſerè afflixit, & nihil mali de eo narrantem, ille malignitatis ſuæ longo cruciatu combuſſit] Mane autem congregata eſt ad eum propinqui populi multitudo, ſciſcitans, quis ille clamor fuiſſet, qui tanta eos vehementia dormi[illegible] terruiſſet. dæmonis (ait ille) furor fuit. Cauete vos ab illo agite, quia ſi vocem irati ferre non potuiſtis, ferocitatem E damnati quomodo ſuſtinebitis.

Poſt hæc ieiunio & oratione contra hoſtem pugnans, cum pudicitia corporis tantam obtinuit munditiam cordis, vt vix eum latere poſſet, quicquid ſiniſter ſpiritus molitus fuiſſet, famaque eius totam regionem percurrit, quæ ad viſendum eum omnium corda accendit. Defuncto autem rege Ethelſtano frater eius Edimundus regni monarchiam ſuſcepit. A quo Dunſtanus accepta poteſtate ſuper regiam manſionem, quæ Glaſconia vocabatur cœpit auguſtioris eccleſiæ fundamenta iacere: officinaſque conſtruere ſecũdum exemplar F olim ſibi oſtenſum ab angelo ipſam metiente fabricam, magnumque ibidem monachorum gregem congregare. Quibus ipſe primus abbas effectus ad tantam iuſtitiæ perfectionem eos adduxit, vt ad omnes circumquaque eccleſias ex eiſdem pontifices eligi & abbates aſſumi non ceſſarent. Cum autem vir Dei precibus regis deuictus Bathonienſem eccleſiam inuiſere perrexiſſet, ibi dum ſolitarius

Edimundus Angliæ rex. A. C. 940.

A oraret, repente ad ſuperna raptus anima cuiuſdam diſcipuli, à ſe nobiliter apud Glaſconiam educati, innumera Angelorum frequentia ſtipatam, immenſo lumine perfuſam ad cœlum prouehi conſpexit, & mox eam in manus diuinæ pietatis commendauit. Regreſſus autem, vt regem cupidiſſimum ſibi colloquendi adiret, diabolum ſcurræ ſimillimum coram equitantibus deprehendit ſaltantem, & quaſi de ſuo aliquo lucro gloriantem. Cuius præſentiam dum circumſtanti populo nunciaſſet, formanque omnibus horribilem ea imperio denudaſ- B ſet, requiſitus poſtea quid eiuſdem mõſtri tam petulans lætitia prætenderet, mortem regis regniq́ue mutationem proximam eſſe nunciauit. Cui mox prophetiæ rerum veritas reſpondit. Nam infra ſeptem dies occiſo rege, ſucceſſit in regnum iure fratris vir egregius Edredus pius & iuſtus. Proinde Dunſtanus quaſi rex, & regis imperator eſt effectus.

A. C. 940.

E[...] re[...] A. C. 94[...]

Vuintonienſem epiſcopatum recuſat.

§. II.

C ELphego autem Vuentano epiſcopo ad vitam ſpiritualis ſæculi diſpoſito, rex Dunſtanum aggrediens, rogat vt eccleſiam paſtorali ſolatio deſtitutam, ipſe paſtor ſuſcipiat. Sed videns ſe ei hoc perſuadere non poſſe, reginæ matri Edginæ, quæ valde illi dilecta erat, verbum impoſuit ſuadere. Quod cum illa ſuaderet: & ille recuſaret: illa adhuc rationibus inſiſtente motus aliquantiſper: Certiſſimum (inquit) habeo me in diebus filij tui pontificali infula non eſſe ſublimandum. D Inde fluctuantes animos gerens, cubiculo ſe dedit. Ibique ſecum multa voluentem ſomnus obrepſit. Et ecce adſunt Chriſti apoſtoli Petrus & Paulus & Andreas, à quibus glorioſiſſimè ſalutatus, Andream hilari vultu aſpicit conniuentem, & verbis placidis concinentem. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum. Tunc a beato Petro iuſſus læuam extendere, modicum ferulæ crepitãtis ictum excepit, hoc ab illo audiens. Hæc tibi ſit & pœna abiecti, & vlterius ſignum non E abiiciendi pontificatus. Ad cuius virgulæ tactum euigilans, gratias egit Deo, à quo ita conſpexit ſe honoratum.

Matth.

Cúmque regi, quod viderat, enarraſſet, ſigno diuinæ prænunciationis eſt glorificatus, & inſuper ipſius interpretatione regis pontifex Cantuariæ futurus deſignatus. Rex autem letali morbo poſtea correptus, ad eum accerſiendum nuncios miſit, vt eſſet confeſſionis eius auditor, & apud Deum fidelis interceſſor. Qui contriſtatus & ob inediam imbecillitatis ſuæ oblitus, cùm ad palatium velociter tende- F ret: & membra confecta ieiuniis infatigabiliter fatigaret non patiente Deo illum amplius affligi, vox de cœlo lapſa eſt. Ecce rex Eldredus obdormiuit in Domino. Cuius vocis emiſſione equus, cui inſidebat, perculſus interiit. Tremuerunt comitantes eum, tremorem quidem tonantis audientes, ſed quis intonaret non intelligentes. Quibus ipſe rem aperiens commendat animam regis defuncti in manus regis æterni. Ingreſſuſque palatium, ſepeliendi exſoluit officium.

Conſ[...] in m[...] arti[...] ſitata.

Eldred[...] gis mors diuinitus ei denunciatur.

Poſt

A.C. 950. Poſt hunc ſurrexit Eduinus filius regis Edimundi iuuenis inſipiens, nulla regnandi gratia pollens. Sed quaſi alter Roboam, ſpretis ſeniotibus puerorum conſilia ſectans, libidineq́ue inceſſanter ardẽs. His vir ſanctus grauiter offenſus, frequenter eum & acriter cœpit increpare, & ille increpantẽ ridere, multaq́; ei mala cõminari. Qui vbi induſtriam ſuam, nihil præualere vidit, ab eius colloquio penitus abſtinere decreuit. Illo igitur relicto ad monaſterium ſe contulit. Illic in loco turris erat, quam necdum vlla cacumine tectura claudebat. Cumque populus trabem pro totius operis ſuſtentatione ſummis muris applicare contenderet, B repente ruptis funibus ruere cœpit, clamante omni populo Dunſtanum vocibus iteratis, aduolat ocyor ſanctus ſignum crucis è regione machinæ depingit. Necdum manus ſancta digitos contraxerat: quum trabs nec vinculis adſtricta, nec machinis leuata, reuehi videbatur ad locum, de quo ruere cœperat.

Huic gloriæ præterea inuidens diabolus, in ſpeciem vrſi tranſlatus, hiante rictu orantem, aggreditur: iniectiſque virgulis paſtoralem virgam, quam manu tenebat, complectitur, & ad C (Baculo diabolũ verberat.) ſe trahere conatur. At ille ſpiritu Dei roboratus, retractum ad ſe baculum in ſublime erigit, ac fugientem beluam cædens, non prius deſtitit, quam flagellum in terga illius tribus partibus comminutum apparuit. Victus in ſe diabolus, in aliis victorem ſuum vincere quærit. Præfato enim rege Angliæ Eduino eodem, quo conſecratus fuerat die, in turpes concubitus publicè deuoluto, ac per hoc omni ſenatorio ordini offenſo communi omnium voto Dunſtanus eum compellat. Qui pergẽs cum D adultera regem à mœchali toro violenter abſtraxit, & ante ſummum pontificem, id eſt, Cantuarienſem archiepiſcopum Odonem nomine adduxit. Itaque Alginæ pellicis animum diabolus inſtigat, Regis iram pellex exaltat, & ambo Dunſtano exilium intentant. Cumq́ue veniſſet Glaſconiam, & vrgente regis edicto proſcriptus fuiſſet, inter lachrymas monachorum ſub eius manibus nutritorum, inter lamenta amicorum, inter gemitus pauperum à ſe recreatorum, audita eſt in atrio templi vox plaudẽtis E diaboli, quaſi iuuenculæ cachinnantis. Quem ſanctus ſeuera fronte ſuſpiciens: Nihil (ait) ſuper exilio meo graruleris, quia plus eſt, quod me redeunte doleas quam quicquid me exulante lætari vales. Hoc dicto malignus abſceſſit. Nec ſic ceſſauit mulieris furentis inſania, quin omnibus, qui virum Dei exulantem hoſpitio fouiſſent, perſcrutatis, proſcriptis damnatis, ipſiſq́ue oculis eruendis miniſtros tranſmitteret. At clementia Chriſti Anglorum populum reſpiciens tanto paſtore deſtitutum: ſuſcitauit corda eorum contra regem impium, conſtiq́ue in turbam ipſum cum adultera fugitante F armis perſecuti ſunt. Et ipſam quidem com- (Eduinus regno fugatur.) prehenſam ſubneruauerunt. Ipſumq́ue per diuerſa loca deuiantem vltra flumen Tamiſium compulerunt. Fratrémque eius Edgarum (Edgarus Angliæ rex A.C. 959.) (aliàs Egdrum) regem ſtatuerunt. Qui celebrato regni concilio, annihilatis omnibus, quæ iniquis legibus à fratre eius fuerant decreta, omnia quoque ab eo violenter ablata reſtituit, & virum Dei Dunſtanum, qui tunc abbas erat, in A.C. 960. magna gloria de exilio reuocauit.

Denique mortuo impiiſſimo rege Eduino, & in ſortem dæmonum tranſlato Dunſtanus neſciens quid de eo actum eſſet, in eccleſia, cui præerat, deuotis meditationibus inſeruiebat. Et ecce ſub eius aſpectu tartarea cohors exultando quaſi chorum ducebat. Perſcrutatus ſanctus cauſam lætitiæ, audiuit regem obiiſſe: animámque eius ſtatim tradendam gehennæ ſupplicio, ſed prius hoc ex diuino imperio Dunſtano nunciandum. Qui ſtatim pietate B motus, ſolóque proſtratus vberrim flens, non prius ab orãdo Deo quieſcit, quouſque regem liberatum agnoſcit. Breui autem morula peracta, redit legio triſtis infernalis in hos clamores erumpens. O hominem fide alienum & noſtris ſemper beneficiis ingratum: ad vlciſcendas iniurias tuas venimus, & ecce aduerſis increpationibus tuis confuſi redimus. Cumq́ue ille depromendæ veritatis præceptum dæmonibus indiceret: agnoſcit animam regis Angelica virtute illis ablatam eſſe, eámque in ſorC tem pœnitentium cedere. Tunc exultans in Domino, furores illorum tali ratiocinatione compeſcuit. Si peccauit (inquit) homo iſte in Chriſtum, peccauit & in me. Quod ergo Chriſtus & ego dignati ſumus indulgere, vos qua temeritate audetis improbè reprehẽdere? Qua ſententia tætri ſpiritus quaſi Parthica ſagitta percuſſi, muſcarum à vento raptarum modo diſſiliunt.

D *Dunſtanus Cantuarienſis archiepiſcopus conſecratur & Romam confirmationis ſuæ cauſa proficiſcitur.*

§. III.

POſt obitum ſancti Odonis Cãtuarienſis archiepiſcopi, Edgarus Dunſtanum precibus fatigatum, tandem ſui & omnium epiſcoporum importunitate ſuperatum primæ metropolis Anglorum, ſcilicet Cantuariæ primatem & patriarcham inſtituit. Quem ſtatim ob E robur authoritatis apoſtolicæ Romam, profectum papa Ioannes videre promeruit, eúmque pontificalibus decoratum, quaſi columnã lucis ad illuminandam terrã gẽtis Anglorum tranſmiſit. Cumque die aduentus ſui primo ſacris altaribus adſiſteret, & populo Dei panẽ viuificum diſtribuendo porrigeret, repente contecta nube domo, columba olim à Ioanne in Iordane viſa apparuit: quæ quouſque ſacrificium conſumptum eſſet ſuper illud manſit. (Ioan. 1. Matth. 3.)

Diabolus verò eccleſiæ gaudia turbare volẽs accendit animũ regis in amorẽ cuiuſdam Deo F ſacratæ virginis. Venit enim aliquando cũ eſſet adoleſcens in monaſterium, quod ſitum eſt (Regis Edgari intẽperantia.) Vuiltoniæ, ibique quædam puella de nobilib. Anglorum orta, inter ſanctimoniales in communi habitu nutriebatur, quam videns & concupiſcens miſit pro illa. Quæ timens honori ſuo, raptum velum à quadam ſanctimoniali capiti ſuo impoſuit, & ſic ad regem venit. Quam videns ille, quàm ſubito (inquit) ſanctimonialis effecta es? Et ablato velo,

A.C.960. vim intulit. Hnc perpetrato peccato & ad publicam pnpuli audientiam peclato, Dunſtanus hæc ſentiens magno dnlore afflictus eſt: & quē diabnlus deiicere nō pnterat conatus eſt per eū quē maximè diligebat, ſ. regē ita in crimen prolapsū, triſtitia deiiceret. Dūſtanus ergo ex hnc amaritudine affectus, de Dei nffenſa mox ad illū A

2. Reg. 2. redarguendum velut alterum Dauid alter Nathan adiit intrepidus. Cui adſurgens rex, cum manum extēderet, vt eum ad regium thronum deduceret, ille manum dare renuens, oculos ad illum cum indignatione torſit & ait. Tu pontificis manum audes contingere, quę virginem B deitatis artatam mnnere, non timuiſti præripere? Nolo ei eſſe amicus, cui Chriſtus fuerit inimicus. Territus rex verborum eius tonitruo, pedibus eius extemplo proſternitur, ſcelus flebiliter fatetur, veniam humiliter præcatur.

Edgari anglorū regis pœnitentia. Qund vt vidit pontifex expauit, perfuſumque lachrymis regem, lachrimis & ipſe madens à terra leuauit. deinde cum magnitudinem peccati per amplificationem expnſuiſſet, & paratum illum ad omnem ſatisfactionem reddidiſſet: ſeptennem ei pœnitentiam indixit: vt in toto hoc ſpatio coronam regni non C geſtaret. Ieiunium in hebdomoda biduale trāſigeret, pauperibus theſauros largè diſpergeret. Super hoc ſacrandis Deo virginibus monaſterium sienſconiæ fundaret, vt qui vnam per peccatum Deo abſtuliſſet, plures ei per cōgregationem religioni aggregaret. Aliaque plura ei iniunxit. Nihilque fuit, qund rex vel minus vel ſegnius impleret, quàm quòd ei à tanto te vitæ ſuæ præceptum fuiſſet.

Septimo autem anno cum tempus pœnitētiæ exactum fuiſſet, ſacer præſul accitis omni- D bus imperij Anglorum principibus, epiſcopis, & abbatibus, corā pnpuli multitudine regi coronā impoſuit, cunctis lętantib. & Deū in Dunſtano laudantibus, puerum quoque ex peccatrice progenitum ſacro fonte regeneratum, leuauit, & aptato illi nomine Eduardo in filium adoptauit.

Hic Edgarus ita in ſanctitate ſua ſeuer⁹ fuit, quòd ibi nullus fuit priuatus latro, nullus popularis prædo niſi qui mallet propriæ vitæ diſpendio infortunas alienas graſſari. Quin e- E tiam omnis generis feras ſanguinis auidas ex regno exterminare engirauit: Vnde Vuidualo regi Vuallienſium indixit, vt ſibi quotannis tributum trecentorum luporum ſolueret: qund cum tribus annis feciſſet, quarto deſtitit, nullum ſe amplius reperire profeſſus. Gracillimi corporis fuit, & virtutis ita immenſæ, vt ad congrediendum laceſſeret quemcunque audacem, hoc maximè timens, ne in tali colludio timeretur. Omni æſtate poſt paſcha naues per omnia litora coadunari præcipiebat ad occi- F dentalem inſulæ partem cum orientali claſſe, & illa remenſa cum occidentali ad borealem, inde cum boreali ad orientalem remigare conſuetus, vt exploraret, ne quid piratæ turbarent ſcilicet nauigationem. Hyeme & Vere per omnes prouinciales equitabat, iudicia potentiorū exquirebat, ne ius violarent.

Quodam tempore rex venatum perrexerat, & Dunſtanum, qui forte tunc ſecum erat, miſſam rogauit differre, quouſque rediret. Appropinquante hora tertia vir Dei ſacris indutus veſtibus, regē expectat, ſtans cubitis innixus altari, & lachrymis deditus, tunc ſubito ſopore leniter preſſus in cœlum rapitur, & immixtus angelis audiuit eos in laudem ſanctæ trinitatis modulatis vocibus canere. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Quorum cantum retinens ad ſe reuerſus eſt. Et inicę rogat, an rex aduenisset. Reſpondetur. Non. Item ergo orat, & iterum in cœlum rapitur, ac audit ibi altiſona voce dici. Ite miſſa eſt. Cūq; reſponderetur, Deo gratias, occurrūt clerici regis regem adeſſe dicentes. Quibus ille reſpondit, quòd iam miſſam audierat, nec aliam eo die auditurus vel celebraturus erat. Interrogatus quare, viſionem aperit. Et ſumpto ex hoc ſermone, prohibuit regi, ne vlterius in die dominica venatum pergeret. Kyrie eleyſon, quod in cœlo audierat clericos docuit, & in multis locis hodie per Angliam cantatur.

A.C.950.

De Edgaro rege Anglorum. Vin. li. 24. c. 84.

§. IIII.

Edgarus iſte rex Anglorum filius Edimundi & frater Eduini regnare cœpit, vt refert Vincen. vbi ſuprà poſt Gulielmum in Anglia circa annum domini milleſimum. Quo naſcente Dunſtanus fertur audiſſe vocem angelicam. Pax Angliæ, quàm diu puer iſte regnauerit, & Dunſtanus noſter vixerit. Regnauit autē annis 16. Nullum autem ferè annum regnauit, in quo non nouum monaſterium fundauerit. Regem [a] Scotorum Ciuadium, Cambrorum Mieolinum, Archipytatam Maſcelium, omneſque reges Vuallienſium quinque numero ad curiam enactos perpetuo ſacramento ſibi obligauit: quos apud vrbem Leginnum ſibi occurrentes, in pompam triumphi fluuium, deduxit vna naui impoſitos. In cuius prora ſedebat ipſe, & illi remigabant. Fama eius exciti venerunt Saxones cum videre, & Flandrenſes, & Dani: à quibus didicerunt tunc temporis Angli ſcilicet iucunditam animi ferocitatem à Saxonibus, à Flandrenſibus eneruem corporum mollitiem, à Danis potationem.

Florebat tunc in Anglia Dunſtanus monachus Glaſenniæ, poſtea factus abbas Glaſconiæ, poſtea factus epiſcopus Vuintoniæ mox archiepiſcopus Cantuariæ multæ in ſeculo potentiæ, magnæque apud Deum gratiæ, poſt regem Elfredum de ſuprà excitator mirificus artium liberalium & locorum regalium reparator magnificus: qui vt potationem eom patriotarum refrænaret, clauos aureos vel

Moreſpra ... qui ... uech. De ... do ... 5.c.2

[a] Hic rex Scotorum Lennethus quì Leſlao dicitur li. 5. de Reb. Scot. Qui etiam Malcolmu Duffi ducis Cambriæ meminit, quem rex Kennethus, vt eius regnum filio ſuo natu maxime Malcolmo item dicto cederet, dolo malo occidit. Cæterum hi reges Angliæ & Scotiæ n.n ad A.C. 1000. referuntur ab hiſtoricis, ſed ad A.C. 960. quod magis quadrat his quæ ſcribit D. Anton. §. 6. tam ait S. Dunſtanum A.C. 989. obiiſſe, quod arguit hos reges, qui obitum S. Dunſtani præceſſerunt. ad hoc quod notaui tempus eſſe referendos.

argen

A.C. 980. argenteos iuſſit vaſis affigi, vt dum metam ſuam quiſque cognoſceret, non plus ſubſequiente verecundia vel ipſe appeteret, vel alium appetere cogeret.

Aiheluoldus epiſcopus Vuintonienſis Canonicos incontinentes mutat in monachos. Oſber. in vit. S. Dunſt. Poly. vir. lib. 7. hiſt. An. Item Oſualdus idem Edgari viuo.

Huius diſcipulus fuit Aiheluoldus, ex monacho Glaſconienſi abbas Abbaudonienſis, & poſt epiſcopus Vuintonienſis. Qui tot & tanta fecit epiſcopus vnius vrbis, quot & quanta via poſſe facere videretur rex Angliæ totius. Hic clericos expulit de Vuintonia, & poſuit pro eis monachos. Floruit etiam tunc temporis Oſualdus nepos Odonis archiepiſcopi, qui ante Dunſtanum fuerat ex monacho Floriacenſi Vuintoniæ epiſcopus, poſtea Eboracēſia archiepiſcopus, qui monaſterium Rameſiæ in quodam paluſtri loco ædificauit. Clericos à Vingornia expulit, & poſuit pro eis monachos regulares.

B

Idem Edgarus rex Angliæ cùm quadā die in venatione eſſet feſſus, ſomno reſolutus iacebat ſub malo ſyluatica: tunc ecce canis feram inſequitur, prægnans verò fœmina venatica ſtata pedes illius accubans dormitantem excitauit. Nam ipſa tacente catuli aluo incluſi, multiformes & ſonoros latratus edidere. At continua rex oculos ad cacumen arboris intendit, & vidit poma, vnum & alterum delapſa in fluuium, quorum colliſione, bullis aquatilibus inter ſe criſpantibus vox articulata ſic intonuit: Vuelhiſte ideſt, benè eſt tibi. Nō multo poſt vndarum cum voluminibus vrgentibus vrceolus ſuper aquam apparuit, & poſt vrceolum vrceus eaundans aquam, nam alter prior vacuus erat. Et quamuis crebro gurgitis impulſu maior minorem vrgeret, vt ſcilicet aquas ſuas in illum influeret: nunquam tamen obtinere potuit, quin vrceolus vacuus recederet, iterúmque quaſi ſuperbo geſtu victor vrceum impeteret. Regreſſus eſt poſt hanc viſionem domum anxius, patefecit omnia matri ſuæ: cui tamquam ſanctæ fœminæ ſolebat Deus, multa reuelare. Hæc dicebatur Elfiga, quæ tam pia tam dulcis erat, vt etiam reus, quos iudicium damnauerat palam, occultè redimeret. Pretioſam quamlibet veſtem conſpecto paupere ſtatim dabat, corpore ſpecioſiſſima, & artificio manuum prudentiſſima, & omnibus bonis operibus intenta erat. Poſtero igitur mane dixit filio ſuo, Latratus catulorum, quem matre quieſcente dedere, ſignificat quòd poſt obitū tuum quieſcētibus illis, qui modo valent & viuunt, nondum nati nebulones contra Dei eccleſiam latrabunt. Quod autem vnum pomum ſecutum eſt alterum, ita vt colliſione ſecundi in primū videretur vox inſonuiſſe: Vuelhiſte: hoc innuit, quòd ex te, qui ad inſtar arboris magnæ totam inumbras Angliam duo procedēt filij, fautores ſecundi extinguent primum. Tunc diuerſæ partis incentores dicent pueris vtriſque Vuelhiſte, quia mortuus regnabit in cœlo, viuus in ſæculo. Quod autem vrceus maior minorem implere non poterat, ſignificat, q̄ gentes aquilonares, quæ numeroſiores ſunt Anglis, Angliā poſt mortē tuam impetent, & quāuis compatriotarum aduentu crebro ruinas ſuas impleant, nunquam tamen hunc angulum mundi poterunt implere, ſed Angli noſtricū maximè victi videbuntur, eas expellēt.

C

D

E

F

A

A.C. 990.

Edgari Anglorū regis corpus inuenitur incorruptū. Vinc. lib. 25. c. 31.

Anno Henrici 3. 12. incarnationis dominicæ 1050. corp' Edgari huius regis Angliæ Glaſconiæ ſepultum inuenit abbas Adilpardus incorruptum. Et quia locellus, quem parauerat erat magnitudine corporis anguſtior, vt refert Vin. vbi ſuprà regales cannias ferro auſus eſt temerare. vnde continuo ſanguis vndatim emicuit. Tunc regium corpus in ſcrinio, quod ipſe eccleſiæ contulerat, ſuper altare locatum eſt cum capite ſancti Apolinaris, & reliquiis ſancti Vinceutij, quas ille magno precio emerat. Abbatem verò temeratorem ſacri corporis mox animus reliquit. Nec multo poſt de eccleſia egreſſum mors inuenit. Sanatus eſt ibi ad corpus ſancti furioſus & cœcus. Nuſquam gentium (vt opinor) inuenies tot ſanctorum poſt mortem illibata corpora, vt in Anglia quæ futuræ incorruptionis ſpeciem prætendunt. Quod ideo factum exiſtimo diuinitus, vt natio pene extra orbem poſita, in ſpem reſurrectionis animetur ea conſideratione tot corporum, quæ incorrupta perdurant. Hæc autem ſunt ſancta Echeldreda & Viuburga virgines. Res Edimūdus, archiepiſcopus, Elphegus Cuthbertus antiquus pater. Omnes hi inuiolatis cute & carne, flexibili articulis, vitalibus quodam tepore ſpeciem dormientium tenent.

B

C

De conſtantia Dunſtani archiepiſcopi Cātuarienſis & ſeueritate iuſtitia.

§. V.

D

EO tempore quidam comes duxerat cognatam ſuam. Correptus à Dunſtano, parere noluit, vt eam relinqueret. Excommunicatur, ille adiit regem, conquerens de Dunſtano. Rex mandauit archiepiſcopo, vt eum abſolueret. Qui noluit, ſed eum grauius excommunicauit. Ille Romam cum multis muneribus miſit. Apoſtolicus mandauit Dunſtano, vt eum abſolueret. Abſit hoc (inquit Dunſtanus) vt cauſa alicuius mortalis hominis contemnam legē Dei mei. Quod videns comes pœnituit, & vxorem illā repudiauit. Nudiſque pedibus, laneis indutus, virgaſque in manu gerens, cecidit ad pedes Dunſtani generale concilium celebrantis. Et tunc primo abſolutus eſt.

E

Fabricatores ulterā monetam non vult impunitos diu manere.

Quodam tempore capti ſunt tres fabricatores falſæ monetæ. Qui mox adiudicati ſunt ad ſuſtinendam pœnam tali crimini promulgatam per Angliam, ſcilicet manuum abſciſſionem. Quod Dunſtanum non latuit. Die ergo Pentecoſtes celebraturus miſſam, percunctatus eſt vtrū lex illa impleta eſſet? Reſponſum eſt propter reuerentiā feſti Pentecoſtes, dilatā eſſe pœnam vſque in diem alterum. Nequaquam inquit. Ego hodie ad altare non accedā donec debitam ſuſtinuerint pœnam. Nā negotium ad me reſpicit. Ipſi enim viri in poteſtate eius erant. Hæc dicit, & pro eis, qui manus perdituri erāt, multum plorans, quia affectione hæc dixerat, patefecit. Quibus punitis aſcendit ad altare læta facie dicens. Nunc confido, quòd ſacrificium de manu mea ſuſcipiet dñs &c. In ea aūt miſſa dū diſceret: eccleſiam

F

A.C.990. tuam, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris, niuea columba ſuper eum multis videntibus deſcendit, & alis expanſis ſuper caput eius, ſic manſit in ſilentio: quouſque ſacrificium impleret. Quo cópleto diuertit ſuper tumulum Odonis præfati prædeceſſoris eius alis ſuis eum complexans, & roſtro deoſculans. vnde Dunſtanus, quoties ante ſepulchrū eius tranſiuit, ſēper genua flexit, & eū poſtea appellauit. Odonē Sodonē, ideſt Odonē bonum. Dū autem digrederetur ab altari miniſtris pro ſigno, quod acciderat in diuerſa euntibus, non fuit, qui caſulam eius ſuſciperet quæ pependit in aere, nec terram tetigit, ne ſeruum Dei à ſua intentione turbaret.

Dedicās Eccleſias quę mira cula fecerit.

Dedicabat aliquando eccleſiam cuiuſdam nobilis vbi cum aqua deficeret ad miniſterium, & ille nobilis turbaretur, vir Dei percuſſit baculo terram oratione præmiſſa, & fons erupit: qui vſque hodie manans nomen eius celebre facit.

Aliam quandam eccleſiam dedicabat, quam cum conſpiceret non eſſe conuerſam ad orientē: humero ſuo parū ſuppreſſit, & mox fertur eam ad orientem conuertiſſe.

S. Dunſtanus Edgaro opitulante reſiſtit cupiētibus ſacerdotū connubia introducere. Polyd. Verg. l. 6. Hiſt. Angl.

Interea clericalis ordo in quibuſdam locis tanta confuſione agebatur, vt non ſolum vita ſæcularium excellentius nil haberet, verum etiam improbis actibus longè inferior iaceret. Qua de re paſtores eccleſiarum turbati, Dunſtanum vt proprium primatem adeunt, res male geſtas exponunt. At ille in homines nefandos authoritatis ſuę protulit ſententiam aut canonicè eſſe viuendum: aut eccleſiis exeundum. Ex quo factum eſt, vt plurimi eccleſiarum clerici, dum contemnerent propoſita conditione corrigi, authoritate pontificis ſint expulſi. Qui cum eum iniuriæ accuſarent, virtutis amatores ſe eſſe fatentes, Dunſtanus coacto concilio Vuintoniam venit. Ibique ſententia totius concilij de aduerſariis victoriam cepit. Cúmque ex iure, nihil ſibi ſupereſſe conſpicerent, vſi regio auxilio & principum, ad preces ſe vertunt: quibus epiſcopū flagitāt, vt intromiſſæ perſonæ de eccleſiis expellantur, & expulſæ reſtituantur. Dubitāte itaque viro Dei nihilque ad rogata reſpōdente ecce dominici corporis forma, vexillo crucis infixa & in editiore domus parte locata humanos exprimens modos omnium voces compeſcuit dicēs. Abſit hoc, vt fiat, Abſit hoc, vt fiat. Ad quam vocē rex, & omnes maiores natu perterriti, clamore pariter & laude Dei aream impleuerunt. Et hæc quidem aduerſariis videntibus ceſſatū eſt à contentionibus, donec per ſucceſſionem diſcordia renouata eſt. Tunc abeuntes & iniquitatis ſuæ defenſorem quemdam Scotorum pōtificem ingenioſum & loquacem aſſumentes, ad hominē Dei tendunt, turgenti ſpiritu ſcandalū proponunt. At ille, qui longo ſenio, & laboribus eccleſię effractus, iam pręter orationē omnia poſtpoſuerat, hoc reſpōſionis iaculum in hoſtes vibrat. Quoniam (inquit) tanto tempore elapſo calumniæ cauſam non prætendiſtis, nunc autem ſeneſcentem me, & taciturnitati operam dantem, antiquis querelis compellitis deſeruire: fateor vincere vos nolo, cauſā eccleſiæ ſuæ iudici Christo committo. Qđ dixit, irati Dei cenſura firmauit. Mox, n. domus A.C.990. cócuſſa eſt. Cœnaculū ſub pedibus ſolutū, hoſtes ſolo præcipitati, ac ruentium trabium pondere oppreſſi ſunt. Vbi verò cum ſuis ſanctus accubitabat, ibi nulla ruinæ ſuffuſio fiebat.

De prophetia Dunſtani contra domum regiam: & occiſione regis: & tranſitu Dunſtani.

§. VI.

Rex autem Edgarus immatura morte præreptus Eduardum filium ſuum ſucceſſorem, & regni & morum reliquit. In cuius electionem dū quidā palatini principes acquieſcere nollent Dunſtanus arreptum crucis vexillum quod ex more ante ſe ferebatur, in medio conſtituit. Eduardum illis oſtendit, elegit, ſacrauit, patriſque ac magiſtri affectum, quoad vixit, ei impendit. Sed poſt triennium nouercali fraude occiſus eſt per hunc modum. Quia enim Dunſtanus regem fecerat, vt dictū eſt, Eduardum contra voluntatem nouercæ reginæ dictæ Elfridæ, quia volebat ipſa filium ſuum ex Edgaro habitum puerum, necdū ſeptēnē regem facere, vt ipſa pro eo regnaret. Irata propter hoc tractauit de morte ipſius Eduardi cū complicibus ſuis. vnde redeunti de venatione Edoardo, adhuc adoleſcenti, vna dierum diſperſis hincinde ſociis cū ſitiret valdè poculū ei quidam porrexit, & bibentem alius ſatelles à regina Elfrida inductus ſica tranſfodit. Cuius mortem innocentem & vitæ probitatem miracula proteſtata ſunt. Nam & ibi lumina de cœlo oſtenſa ſunt, & claudus greſſū, mutus verbum, cœcus viſum recuperauit. Cúmque illuc regina Elfrida veniſſet, equus eius ibidem ſtans nullis potuit ſtimulis moueri. Mutatur equus ſecundus quoque moueri non potuit.

Sacro autem corpore de ignobili loco leuato, & honorificæ ſepulturæ tradito, quidam clericus Elfetius nomine, qui contrarius ordinationibus ſancti Dunſtani, omnia pene monaſteria, quæ conſtruxerat Ethuoldus euerterat, & cum aliis clericis de eccleſiis ſuis expulſis propter diſſolutam eorū vitam à Dunſtano honeſtis & idoneis clericis ſubſtitutis, bella ſuſcitabat, regales inferias apud Sceſtoniam ſoluit, quaſi lætus de occiſione Eduardi. Sed poſt annum à vermibus quos pediculos vocāt conſumptus eſt. Hic autem Ethelredus filius Edgari & Elfridæ: qui occiſo fratre eius Eduardo, ſucceſſit ei in regno Angliæ, & regnauit annis 36. cum recenter natus baptizaretur: circunſtantibus epiſcopis in ſacro fonte cacauit, vt ait Vincen. poſt Guilielmum, & ſacramēta interpolauit, vnde Dunſtanus turbatus: Per Deum (inquit) ignauus erit homo iſte. Decennis autem factus, dum fratrem ſuum audiſſet necatum conclamari, fletu furentem matrem ſuam adeo commouit, vt quia flagellum ad manum non habebat, arreptis candelis innocentē cæderet, nec prius deſiſteret, quàm pene exanimem & ipſe lachrymas infunderet. Qua propter tota vita ſua ita cādelas exhorruit, vt nunquam ante ſe lumē earum pateretur inferri. Quæ res cū nota fuiſſet Dunſtano, & illi infeſtus propter tantū facinus, non tamen

Coæ 18. mar

Pœna ...

A. C. 990. rũ conſiliũ eius fuit reſiſtere, eo quod regis filius & primus tunc hæres videretur eſſe. Atiñ in die conſecrationis cũ adeſſet Dunſtanus, vt diadema eius capiti imponeret, ait corã omnibus circunſtantibus. Quia per mortẽ fratris tui aſpiraſti ad regnũ propterea audius verbũ dñi. Hæc dicit dñs deus. Non delebitur peccatum ignominioſæ matris tuæ, & peccatũ virorũ, qui interfuerunt cõſilio eius nequã niſi multo ſanguine miſerorũ prouincialiũ. Et venient ſuper gentẽ Anglorũ mala, qualia non eſt paſſa vſque ad præſens tẽpus. Prædicta iñ regina Elſrida poſtea in ſe reuerſa valdè pœnituit ſceleris perpetrati, & auſterã vitã in monaſterio tenuit, & deuotẽ de hac luce migrauit, confidentiã non male faciendi, ſed veniã impetrandi præſtans de perpetratis facinoribus iis, qui verè conuertuntur ad Deum.

Viſio viſa ante mortem S. Dunſtani. Demũ cũ inſtaret dies aſcenſionis dominicæ, peractis vigiliis ſanctus Dunſtanus remanſit in oratione ſolus in eccleſia. Et vidit, & ecce innumera candidatorũ multitudo coronas aureas in capite geſtantiũ, inæſtimabili fulgore micantiũ, & per eccleſiæ ianuã irrũpens, ante ipſum conglobata conſtitit, vna voce eũ ſalutans hoc modo. Salue Dunſtane noſter, ſalue. Mandat tibi, quẽ pie deſideras filius Dei quatenus ſi paratus es, venias. Et diẽ hanc ad cuius gaudiũ ſuſpiras, nobiſcũ celebres. Ad quod ille imperterritus manens, ſciſcitatus eſt qui eſſent: Cherubin (inquiunt) & Seraphin, ſumus. Reſponde quid velis. Qui reſpondit. Hodie eſt ſolenniſſimus dies, & incũbit mihi pane verbi Dei plebẽ reficere, & oſtendere illi, quomodo ad hoc gaudiũ poſſit peruenire. propter quod & multi conuenerũt, nec debeo eos decipere, & ideo venire non poſſũ. Qui dixerunt. Ita paratus eſto, vt die ſabbati præſto ſis hinc Romã nobiſcum venire, & coram ſummo pontifice ſanctus, ſanctus, ſanctus, æternaliter canere. Poſt hæc illi recedunt.

Populum veritatem corporis Chriſti doctrinis eius docet. Lecto igitur euangelio die illa ad miſſã, locutus eſt ad plebẽ, qualia nunquã locutus fuerat. Et reuerſus ad altare, celebrauit myſteria. Vbi aũt ventũ eſt ad benedictionẽ ſuper populũ, iterũ ab altari prædicaturus regreditur, ita vt non hominẽ, ſed angelũ loqui putares. Iterũ ad altare reuertitur. Et data benedictione, iterũ ad populũ redit ſtupentibus cunctis. Et mox, vt ad loquendũ os aperuit, tanta claritate vultus eius reſplenduit, vt nemo in eũ intendere poſſet, obitũque ſuũ illis inſtare prædixit, promittens illis ſe nũquã defuturũ, & tunc ad menſam dñi regreſſus eſt. Eadẽ die cũ à menſa ſumpto cibo ſurrexiſſet, oratoriũ petiit, & deſignauit locũ, in quo ſe voluit ſepeliri. Mox languor eũ inuaſit, ſexta feria lecto decubuit, omnẽſque aduentãtes ad conſequẽda Chriſti veſtigia incitabat. Sabbato iterũ cõmunicatus eſt. Et eũ horã ſuã expectaret ſubitò eum lecto, in quo iacebat, vſque ad ſuperiora leuatus eſt, & aſtantibus obſiſtentibus ne leuaretur altius, ad terrã leniter dimiſſus eſt, & trib. vicibus hoc factũ eſt. Tũc ait ad circunſtãtes. Vos videtis, quod vocor, meeũ vultis venire, ite via, qua inceſſi. Deus qui me vocat. ipſe dirigat corda & corpora veſtra ad ſuã voluntatẽ in pace. Et reſponſo ab omnibus Amen, tranſiuit ex hoc mundo ad patrẽ. Fuit aũt

A huius ſancti fœlix tranſitus anno dñi 989. patriarchatus ſui 34. ætatis ſuæ circiter. 60. Huius vitã deſcripſit Oſbertus Cantuariæ cãtor nulli noſtro tẽpore ſtilo ſecundus, & in muſica omniũ primus, vt refert Vin. poſt Guilielmũ. A. C. 990.

Miracula ab eo poſt mortẽ edita. Poſt mortẽ eius dominus ſanctũ ſuũ in pluribus prodigiis mirificauit. Nã quædã à natiuitate cæca lumẽ recepit, alter ab vtero claudus perfectè ſanatur. Quidã ab epiſcopo ſuo excõmunicatus propter voluptates, & propter hoc per ſeptẽ annos ſathanæ traditus, & inſanatus, ad tumulũ eius liberatus eſt. Paralyticus,
B qui ab eo fuerat ſanatus poſtea propter ingratitudinẽ ſuam, quia in conuiuio quaſi inſultãs dixit. Etiam ſi non fuiſſet Dunſtanus, ſanatus fuiſſẽ ſtatim: priſtino morbo correptus eſt, & clamans miſerabiliter mortuus. Moris erat in eodẽ monaſterio, vbi olim Dũſtanus fuerat abbas, & poſtea ibi ſepultus, omnes pueros in ſcholis verberari ante quintum diẽ natalis domini non pro culpis, ſed ex vſu tantũ. Fortè ex hac cauſa, vt aſſueſcerent etiã ſine cauſa rationabili patienter ferre vlta magiſtrorũ, & prælatorũ. Rogati ſunt magiſtri, vt condonarent
C eis illũ diẽ. Qui noluerunt, ſed omnes ſe ad virgas præparauerunt. Ea nocte adſtitit vni eorum in viſu ſanctus Dunſtanus dicẽs, Cur tã pauidi eſtis ô pueri? Quia (inquit) domine furor magiſtrorũ ſedari nequit. Ne timeatis, ait, Ego eos ſedabo. Ego ſum Dunſtanus pater huius monaſterij. Hoc tibi erit ſignum, quia liberabo vos. Vade & dic cuſtodi eccleſiæ vt auferat ab eccleſia corpus filij Aroldi quẽ gentilẽ odibilis quorundã adulatio iuxta me auſu temerario ſepeliuit. Quod ſi cito non fecerit, graue damnũ
D tota hæc eccleſia patietur. Iam aurora illuceſcebat hora pueris tremenda & magiſtri inſtabant armati corrigiis nodatis, expectantes pueros ante ſe tranſituros. Et ecce ſubito omnes magiſtri dormierunt, & pueros per mediũ tranſeuntes non fuit qui tangeret. Adoleſcens aũt detulit mandatũ cuſtodibus. Qui contempſerunt. Poſtea à quibuſdã monachis Dunſtanus à loco diſcedere viſus eſt. A quibus cũ detineretur, & cur recederet quæreretur. Reſpondit ſe fœtorẽ paganæ carnis, & quorundã illic viuentiũ iniquitates ferre non poſſe. Quæ res
E (inquit) ſi nõ fuerit emendata, tota hæc ciuitas & hæc eccleſia luet. Non multo poſt ciuitas combuſta eſt, & tota eccleſia cum officinis ſuis excepto dormitorio & refectorio cum clauſtris, quæ ibi appendebant. Colitur 19 Maij.

De S. Elphego Cantuarienſi archiepiſcopo de quo Oſbertus tom. 2. Sur. ex quo Vin. c. 1. l. 25.

CAPVT VII.

F Loruit in Anglia quidam alius archiepiſcopus Cantuarienſis nomine Elphegus, non ille qui fuerat, cognatus Dunſtani & epiſcopus [ſed alius ex abbate in epiſcopũ, &] ex epiſcopo in archiepiſcopũ, ſeu patriarcham Cantuarienſem tranſlatus, & demũ martyrio coronatus anno domini 1012. tẽpore ſecundi Henrici imperatoris. Hic, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. libr. 26. c. 1. ex geſtis eius quondam ſplendidiſſimis natalibus ortus, literis imbuendus traditur.

A.C. 990. traditur. Lectis autem & perlectis, quæ ſaluti ſufficientia videbantur, totum philoſophiæ ſtudium conuertit ad diligendum Deum. Cúmque arctioris vitæ ſemitam arripere vellet, peruenit ad locum qui Bathonia dicitur. Ibique habitaculum conſtruxit, & incluſum ſe mirabili rigore reſtrinxit. Nec mora, nobiliſſimus quiſque ad conſilium eius ſpirituale perquirendum confluit, pluréſque ſub eius diſciplina vitam ſimul & habitum imitaturi accedunt. Vbi autem ampliſſima manſione perfectam ſobrietatis legem ipſe diſcipulis indixiſſet, & moderati carnales paſſiones edocuiſſet, ipſe in anguſtiſſimam domunculam ſe contulit, delegato præpoſito: qui ei victualia ferret, ſummarum tamen negotiorum cauſæ ad illum deferebantur.

Vltio diuina in monachis improbum. Pletique autem diſcipulorum eius monita ſpernentes, profeſſionis immemores, nihilque commune in vitam habentes, mediis noctibus conſueuerant furtiuos cibos edere, ebrietati operam date, laſciuire, & prorſus inhoneſta, quantum ſinebat latens audacia perpetrare: ſed ira Dei illum, qui in hoc ſcelere capitalis erat, horrendo ſubitóque iudicio inuolueos C occidit. Nocte verò, quæ diei ſepulturæ eius ſucceſſerat, Elphego ſacras de more excubias celebrante, & ſe domino ſacrificium offerẽte, contigit intra ambitum monaſterij validas voces audiri, vnde concitè ad monaſterium tendit, attonitiſque auribus ſonum captans verba diſcernit, domũ intrans pt.... ...is, qui nuper obierat, miſerè afflictus ſolo iacebat, ſuper quẽ horrendi aſpectus homines ſtabant, qui nerius taureis, & ignitis ſerpentibus eum flagellabant. Illóque præ doloris anguſtia vlulante, hæc ei improperabant. Nec tu Deo [obediſti] D nec nos tibi, ...q; ſæpius repet... è loco captiuum extraxerunt. Tunc ſanctus recedens quod reliquũm erat noctis flens inſomne duxit. Orto autem ſole diſcipulos ſimul compulit, & quæ manifeſtante Deo nouerat, retulit, videns alios pallere, alios flere, omnéſque trepidare. At illi, quos mortui ſcelus ſodales habuerat, in medium proſiliunt, errorem fatentur, prauè geſta poſtulant vlciſci, ne diuinæ vltioni remanerent obnoxij. Requiſiti autem an cooperandi locum habuiſſent, illum etiam locum deſignant, in quo defuncti animam ſpiritus nequam cruciauerant. Sic pius Deus propter optima viri merita, dum vnius ſcelus noluit latere omnium mala voluit detegere. Et dum vni noluit parcere, omnium morbos voluit ſanare.

Fit epiſcopus Vuintonienſis. Interea mortuo Vuentano epiſcopo ſanctus Dunſtanus Cantuarienſis epiſcopus, qui in vniuerſis vrbibus in Anglia conſtitutis, nec non & in aliis regionibus Anglorum regno ſuppoſitis primas præſidebat, comperto quòd de Vuentano epiſcopo eligendo magna patrum diſſentio fieret, metuens hoc ſcandalo pluimorũ, & animarũ fieri detrimento orauit dñm, vt dignaretur oſtendere quis regẽdæ ecleſiæ deberet idoneus paſtur ſuccedere. Cúmque clerici & monachi litem, & ille multiplicaret ad dominum preces, ecce affuit Andreas apoſtolus tali oraculo vſus. Quid chariſſime contriſtaris, & tã lugubres queſtus lachrymando effatis? Surge, & Elphego abbati manũ imA pone, cúmque deſolatæ eccleſiæ ſacerdotẽ cóſtitue. Nec te prohibeat aliquorũ potẽtia, quia nó ab homine, ſed à Deo proceſſit hęc ſententia. Túc lętiſſimus effectus pontifex palatinis auribus hoc expoſuit. Factuq; cóuẽtu omnes in cá ſententiá iuerunt, clamátes ſe id velle, quod Deus vellet, quódque Dei pótifex deliberaret. A.C. 990.

S. Elphegi in epiſcopatu vita qualis.

§. I.

B FActus ergo pontifex Elphegus, iam ſtrenuè ſe in cunctis agebat, vt nemo dubitaret, quin is cordi eius moderator ſederet, cuius electione promotus fuiſſet. Ita ſe omniũ moribus conformauit, vt & omnibus charus eſſet: & nemo (quod rarũ eſt) eius gloriæ inuideret. Cúm quoque ſummæ miſericordiæ ac beneficentiæ in omnes eſſet: in ſe crudelis & impius apparebat. Nam hyberno tempore cùm terra glaciali frigore rigeret, & profundus cæteros ſomnus occuparet ipſe clam de ſtrato conſueuit ſurgere, & externum locum petens, ibi nudis pedi- C bus ac ſimplici veſte indutus in oratione pernoctare. Terã cum veluti pranſurus intraret: tã vacuus ferè à menſa ſurrexit: quam vacuus acceſſerat, vt nec ediſſe, nec non ediſſe à conſpicientibus argui poſſet. Omnibus pauperibus ita ſubuenit: vt nec parochialium quempiam publicè mendicare, nec extranei loci pauperẽ vacuum abire permitteret: horrendum nefas reputans, ſi quod natura commune conſtituit, hoc ſibi homo priuatum vſurpare velit. Vbi autem illa defeciſſent, quæ ex iure eccleſiæ miniſterio pauperum cópetere poſſent: theſauros D eccleſiæ, quos multiplices parauerat, iuſſit diſtribui: docens ad hoc ornatiſſima quæque eccleſias poſſidere, vt tẽpore fœlicitatis ſint honeſtati, tempore verò neceſſitatis ſint vtilitati.

Præfatus igitur defenſor iuſtitiæ Dunſtanus accepto rumore, quo beatus Elphegus in populo prædicabat, excelſas Deo laudes referens, eius miſericordiam poſtulauit, vt eum patriarchatus ſui hæredem poſt obitum ſuum, quem præſciuerat, relinquat. Cui ſtatim quod poſtulat promittitur, quamuis non ſtatim, ſed decurE ſo tempore adimpleretur. Nam quinquennio quo ſimul vixerunt pontifices Dunſtanus & Elphegus ſuperato, Dunſtano autem in gaudiũ domini ſui ingreſſo, tres ſibi poſt illum ex ordine ſucceſſerunt.

Anno igitur incarnatæ [a] deitatis 1006. Elphegus de Vuintonia Cantuariá tranſlatus, ibíque archiepiſcopus leuatus poſt paucos dies Romā pergit ad pallium petendum.

a Phraſis hæc aliquãtulum dura his D. Thomæ verbis in 3.p.q.3.ar.2 moderanda eſt. In verbo aſſumptionis, inquit, duo ſignificantur, ſcilicet principium actio- F nis & terminum eius. Eſſe autem aſſumptionis principiũ conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam, quia eius virtute aſſumptio facta eſt. ſed eſſe terminum aſſumptionis nõ conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam, ſed ratione perſonæ in qua conſideratur. Et ideo primò quidem & propriiſsimè perſona dicitur aſſumere, ſecundario autem poteſt dici, quòd etiam natura aſſumpſit naturam ad ſui perſonam & ſecundum hunc modum dicitur natura incarnata.

Romam

A.C.1010. Romam adire ſtatuit. Iámque Aſouiam ingreſſus eúm in quodam oppido ex itinere feſſus quieſceret, oppidani hominem incognitum habentes auaritiæ ſuæ conſulentes domū irrumpunt, res eius diripiunt, Ipſúmque omni ſupellectili priuatum verbis & verberibus exire compellunt. At ille contumelias ſuas leniter ferens, ſuorum verò mediocriter dolens, via qua venit redire cœpit. Sed necdum ab oppido longè receſſerat, & ecce horrendæ voces mœnia corripiunt, quæ cinerem ædificiis & ciuibus minantur iacturá. Ignîſque à Deo immiſſus B cœpit oppidū ac cuncta per præceps diſcurrere. Quod loci incolę cernentes, conſiderantes ne propter iniurias illatas homini Dei hoc eueniret eis, exterminium ſuum timentes compuncti oppidum egrediuntur, virum Dei requirunt, veniá petunt, omnia ſua reſtituêtes & propria eorum offerentes. Illo autem pro eis orante: ignis extra mœnia exiit illæſos dimittens, qui & admonuit eos proximis non nocere.

Dani Vaſtant Angliam.

Poſt hæc cum pyratæ peſſimū genus prædonum, cum duce Turcillo Danorum principe portus maris oberrarent, per omnem Angliam C gens illa ſpargitur, & quicquid obſtaret, tum cæde tum incendio comminuit. Deſeria igitur ab incolis terra ad vrbes vicinas confugitur. Iacuitq́ue terra prædonum furori obnoxia nullo cultore beata. Nam rex Anglorum Ethelredus, quia imbecillis & imbellis, monachum potius quam militem actione prætendebat. In tanto autem rerum diſcrimine Elphegus hoſtes adibat, verbum vitæ eis prædicabat, captiuos dato pretio redimebat. Et eos, quos D fames opprimebat, alebat. Tantúmque placendi hominibus diuina gratia ei conceſſit, vt nō ſolum à temporali, verum etiam captiuatores ab æterna ſeruitute liberaret, dum fidei expertes ad fidem reuocaret.

De conſtantia huius ſancti. & perſecutione Danorum & Anglorum.

§. II.

Dani ei necē moliuntur inferre.

PArs igitur Danorum non modica, infidelitatis errore detenta, ſociorum ſaluti inuidebat, authorémque ſalutis eorum occidere cogitabat metuens ne ſublatis iis, quibus auxiliariis bellare ſolebant, minorem nocendi licentiam, vel reſiſtendi potentiam haberent. Sed dum infidelium paucitatem ad iniuſtam iuſti hominis necem propter fidelium copiam diabolus non poſſet impellere, aliam patrandi ſceleris aggreditur viam. Nam Edricus totius regni præfectus, cuius fratrem nobilitas Cantuariorum eo quòd in pręſentia regis ei gratuito maledixiſſet, & bona quorundam inuaſiſſet aggreſſum interfecerat, & eius ædes ſuccenderat, vltionem ſanguinis eius à rege expoſtulat at rex poſtulata denegat, iure fratrem peremptum pronuncians, qui tantam nobilitatem in regali palatio impetere præſumpſiſſet. Præfectus colore mutatus palatium egreditur, Iunctiſque ſecum decem millibus viris armatis fratrem vlciſci conatur. Sed dū reſiſtētibus aduerſarius ſuis conatus ſuos parū ſibi profuiſſe A conſpiceret, elatus in irā Danorum conciliabula expetit, & auxilia perquirit regnum poſt victoriam æqua ſorte diuidendū promittit, ſe orientalibus Anglis principaturum, illos verò aquilone potiturum. Quid plura? Dexteras dāt & accipiunt, ſacramenta exigunt & porrigunt. Hoſtes pontifici præfectus nobilitati, omnes Cantuarij necem intentant. Cuius rei fama ciuitate valde permota, mox vniuerſa nobilitas quæ in legis violatorem vindictam exercuerat, lachrymabili queſtu pontificem circunB dat. Orat vt vrbem exeat, & vitæ ſuæ omnium in terra vitas excellenti conſulat. At ille. Alia (inquit) via mihi gradiendum puto. Neque enim ſceleratorum hominum maleficia commiſimus, vt hinc mortis ſupplicia timeamus. Cæterum mercenarius eſſe potero, ſi videns oues meas à lupis deuorari, incipiam fugam meditari, proinde quoque quibus inſpirauit Deus vt bona maláque perpeti velint, hic quæ præparata ſunt nobiſcū patienter expectent.

Tunc quibuſdam ad alia loca ſe transferentibus, aliis placandi gratia ad Danos accedentibus, Elphegus conuocatis pauperibus popu C li ſui hortabatur eos bono animo eſſe, Deum præ oculis habere, nihil præter eum formidare, exemplum humilitatis & patientiæ Chriſti ſumere. Qui cùm eſſet omnium dominus, non ſolum de inimicis ſe vlciſci noluit, ſed & ſæuientem Petri amorem ab vltione prohibuit. Ioan. 18. Proponebat quoque eis conſtantias martyrum, & victorias eorum. His eos ſermonibus inſtructos, ad quæcunque tormenta perſecutor impelleret, reddidit paratiſſimos. Deinde D epiſcopali benedictione ſuper eos effuſa: paciſque communione in oſculo ſancto libata cùm diuini epuli participes effeciſſet, omnium protectori eos domino commendauit.

Dani Cantuariam obſident.

Vrbe autem ab hoſtibus circūuallata, ciues pro muris conſiſtentes reſiſtendi audaciam non tam oſtendebant, quam ſimulabant. Iam verò exhauſto, quicquid ad vſum vitæ parauerāt, miſſus eſt à pontifice, qui Dano ſuggereret, vt ab incepto deſiſteret, & net iudicium pauerent. Sed Angli, qui ad impietatem procliuiores erant Danis, eo ferociores inſtabant, murum arie E tibus ferire, igneas faces in ciuitatem iacere. Inde feralia per cōtiguas domos ignis conceptus per omnia loca dilatando ſe ſpargitur. Tunc miſeranda inter ciues cunctatio, vtrum deſertis propugnaculis ad domos proprias conuolarent, an eis neglectis munitioni inſiſterent. Vicit dulcis filiorum recordatio, tuendæ familiæ Innata compaſſio. Currunt fore præcipites rapiunt è mediis ignibus coniuges, & caros liberos hoſtili ſtatim gladio trucidandos. Sed illis ad cineres ædificiorum at F tentius occupatis: effracta vrbe exercitus ingreditur. Alij iugulantur, alij flammis conſumuntur, plures verò ſuper muros præcipitea dantur. Matronæ nobiliores, dum theſauros, quos non habent prodere coguntur, capillis per plateas diſtractæ ad vltimum flammis iniectæ moriuntur. Paruuli à matrum vberibus auulſi, aut lanceis excipiuntur, aut ſuperacto plauſtro minutatim conteruntur.

Pontifex autem Elphegus non ferens tantā

a C. an 56. *rex adoleſcentia vſus libertate Saxonũ ſoiam ex om ni Romano imperio cœpit in olere. pria ipes deſpicere. nobiles opprimere inferiores ſuſtollere. venereis luſibus cæteriſq; huiuſmodi exercitiis pluſquam inſidet u facie du operã dare, filias illuſtriũ quibus libet obſcuris natis coniugare priuata praſiata (nimirũ potentibus regni non ſatis ſuen.) ſuſtinuere. hu diſcordia ſemina inter con tigit quam plurimos inſidiatores tã regni quã vita ſua creſcere. Auentinus li 5. Annal. Henricũ inquit ſtupru. amoribus, impudicitia & adulterij flagraſſe infamia. nec amici quidem negant. Marianus S. ot. Grego. inquit, quærimoniis & clamoribus Catholicorũ iuſtis aduerſus Henrici & ſcelerũ eius immanitatem auditis zelo Dei accenſus, iam dictum regem excommunicatum pronũ ciauit, maxime propter Simoniam. Quod factũ Catho licis quidem viris maxime placuit, Simoniacis verò ac fautoribus regis nimirum diſplicuit. Chrantzius in Metropoli ſua c. 21. Henricus 4. cum iam alteram ſi bi duxiſſet vxorem, filium ſuum Conradum ad vxo rẽ fertur inuitaſſe complexam. Cumque borreret infandum crimen iuuenis: Henricus, dixiſſe fer tur ſe patrem illius non eſſe. & ideo torum ſum a non eſſe illi tantopere refugiendum, tunc iuuenis in Italiã concedens dudum Mathildis ad Vrbanum Pontificem venit, qui deteſtatus ſcelera eius renouauit excommu nicationem Vrſper. Item Vrbanus 4. inquit, Papa ſuper Eccleſiarum hactenus heu manente commotione Concilia multa congregauit inter quæ etiam conuoca tam ad Placentiam ciuitatem ducentis ferè patribus Henr cũ imperat . cum tam a ſe quam à prædeceſſori bus ſuis communi decreto vnum declarauit maximè regina Agnete (neſcio an rectius legeretur Praxede) ip ſius imperatoris vxore adſtante, multaque nefanda in illũ adauctus totam Synodi teſtificante, hæc & multa a lia de hoc Henrico 4. vetere tradant, quem iam Mag deburgenſes tantopere prædicant, Gregorium verò ſep timum virum ſummis laudibus dignum. deteſtentur profectò non poterunt illam execrationem diuinam effugere, væ qui dicitis malũ bonum. & bonũ malum.*

Eſa 5. a a *Ex Ioan. de Col. hæc item habet Nau. gen. 36.*

anno Domini 1067. Ab initio mũdi quinquies milleſimo 20. ſecundum computationem ſe xies 1179. & imperauit annis 50. Fuit autem hic Henricus ore facũdus, ingenio acutus, elee moſynis largus, in re militari fortunatiſſimus. Nam ſexageſies, vt legitur, collatis ſignis dimi cauit. a Et licet malorum ductus conſilio fuerit ſanctæ Romanæ eccleſię perſecutor, fuit tamen tam longo tempore princeps valdè glo rioſus & fortunatus quamuis circa finem imperij ſui iuſto Dei iudicio ob recompenſa tionem & punitionem atrocitatum & perſecu tionum, quas clero intulerat: multas ipſe non ſolum à principibus imperij verum etiam à proprio filio pertulerit calamitates.

Hic Henricus poſt mortem patris ſui valdè paruus remanſit, qui matris Agnetis conſilio regebatur. Erat enim mulier prudentiſſima, & Deum timens. Quare dum ipſe matris monitis obtemperauit cum magna pace imperium gu bernauit. Sed poſtmodum conſilio deceptus, ſpretis matris conſilijs ab ea totaliter aliena tus eſt, ac per ſe cœpit negotia imperij tractare. Imperatrix autem mulier religioſa & prudens, cum filium non ſolum à ſe alienatum, verum prauorum quoque conſilio vſum aduerſus ſe machinari videret eum nollet fluctibus tur bationum inuolui, vitam religioſam elegit. Deinde cauſa orationis Romam pergens, de-

A uotione ſanctorum locorũ capta ibidem ſan ctis operib. & eleemoſynis vacans ſanctu fine quieuit. Cuius corpus in eccleſia beati Petri iu xta altare beatæ Petronillæ ſepultum eſt. Nec multò poſt tempore Chunradus eius filius ſe cundò genitus, quem pater adhuc viuens Ita liæ præfecerat, moritur, & Florentiæ honorifi cè ſepelitur. a C. ...

Eo tempore inclytus dux Robertus Guiſcar dus, à ciuibus Troianis vocatus ipſam illorum vrbem volentibus & conſentientibus omni bus in ſuam ditionem ſuſcepit. Non autem
B multo poſt ſubitò cum exercitu in Calabriam profectus Regium ciuitatem expugnauit, & ex eo tempore dux vocatus eſt. Cum autem iam maiorem partem regionis obtinuiſſet, vo lens & ſuis poſteris perpetuare dominium Ro mam ad Nicolaum ſecundum papã, qui prius fuit epiſcopus Florentinus, ſed natione Bur gundus, acceſſit, atque ea terris quas ipſe ac quiſierat, quę ad ius Romanæ eccleſię pertine bant eius eccleſiæ vaſallus effectus eidem pon tifici fidelitatem iurauit: promittens ſe Roma
C næ eccleſiæ fidem ſeruaturum, eidemque papę & ſucceſſoribus eius canonice intrantib. [quę cunque peterentur præſidia mittere, ac quan do opus videretur cum omnibus copijs auxi lium ferre ſpopondit.] Quo facto ſtatim ipſe Nicolaus papa de honore ducatus ſui per ve xillum inueſtiuit eundem. Factum eſt autem hoc anno Domini 1060.

Mortuo autem Nicolao papa, ſuccedente ca nonicè ei in papatu Alexandro ſecundo ſchiſ ma factum eſt facto in Lõgobardia antipapa Cadolo Parmenſi epiſcopo de voluntate im
D peratoris Henrici. Et cùm præualere non poſ ſet, Alexander papa ad preces imperatoris ad ſe reuertentis, concilium celebrauit generale Mantuę, vbi ſedata ſunt omnia. Et de his. 5. in c. de pontificibus. ibi & de Mathilde comitiſſa. Eccl. 5 ...

De Gulielmo nothoſeu Baſtardo, qui Cõqueſtor eſt co gnominatus. Vin. l. 25. c. 30. ex Gul. Salis. de eo ite Aem. lib. 3. Poly. l. Virg. leſl. lib. 6. de rebus Scoti cis. & alij ſcribunt. A. C. 1066.

§. I.

E DE Gulielmo duce Northmannorum, qui poſtea ſibi accepit regnum Angliæ. An no decimo imperatoris Henrici quarti, Guliel mus magnificus dux Northmanniæ regnum Angliæ occupauit, vt ſcribit Ioannes de col. Poſt Vincent. Hic Gulielmus fuit filius Ro berti, filij Ricardi ſecundi. Hic enim Ro bertus cum ſemel in quodam feſto vidiſſet puellam ſpecioſiſſimam ac nobilem cum alijs in quadam chorea honeſtè ſaltantem eius pul chritudine captus nocte ſequenti cum ea ia cere voluit. Quam deinceps vnicè dilexit, & aliquandiu iuſtæ coniugis loco habuit, ex qua Ob ta e
F filium genuit nomine Gulielmum. Cuius Gu futuram magnitudinem mater ſomnio præ Nota uidit. Nam dormiens inteſtina ſua per to gnoue tam Northmanniam & Angliam extendi iulie conſpexit. Præterea ipſa hora, qua puer na tus humum primo accepit, ambas manus pul uere, quo tegebatur pauimentum, impleuit. Sed & obſtetrix fauſto omine acclamauit eum regem futurum. Qui mox vt adoleuit, militiæ inſignia accepit, duxitque vxorem Mathildem

Bal

A.C.1066.

Balduini comitis Flandrenſis filiam. Hic vir & dux religioſus ac Deum timens ædificauit Cadoui monaſterium ſancti Stephani magnificéque dotauit. In quo Lanfrancum abbatem inſtituit qui poſtea fuit archiepiſcopus Cantuarienſis vir antiquus, omni ſcientia & religione comparandus, de quo ſuprà.

Erat autem tantæ ſeueritatis, vt cum adhuc puer eſſet iſte Gulielmus, patruum ſuum Malgerium ob archiepiſcopatu Rothomagenſi remoueret, ex eo quòd non natalium, ſed profeſſionis oblitus, venationibus & auium certaminibus ſæpius intendẽs, gazas eccleſiaſticas cõuiuiis & profuſionibus conſumebat. Cuius rei fama crebreſcente tota vita ſua vſu pallij caruit, quòd negaret ſedes apoſtolica honoris huius priuilegium ei, qui ſacrum negligebat officiũ. Gulielmus [a] autem vir inclytus poſtquam diu Northmannorum ducatum gubernauerat, magno tum Northmannorum, tum Gallorum exercitu congregato regnum Anglorum occupaturus intrauit. Qui in egreſſu nauis pede lapſus, à proximo milite ſibi acclamari audiuit. Tenes Angliam comes rex futurus.

Eo tempore Aroldus rex Angliæ à bello, quo regem Noricorum vicerat, reuertebatur. Qui audiens Gulielmum cum magno exercitu in Angliam applicuiſſe, exploratores miſit, qui explorarent eius caſtra. Ii intra caſtra deprehẽſi, iuſſi ſunt à Gulielmo circum duci per tentoria, & omnia abſque occultatione luſtrare. Quo factu largè paſti incolumes ad dominum ſuum remiſſi ſunt. Regreſſi igitur nunciãt magnificam ducis confidẽtiam, aſſerentes omnes penè in illo exercitu presbyteros videri. Gulielmus autem monachum quemdam legatum ad Aroldum miſit, tria ferentem. Aut vt Aroldus ſecundum conditiones regnum dimitteret, vel ſub eo regnaret, aut certè vtroq; ſpectante exercitu ipſi ſinguli prælio decertarent. Aroldus nec reſponſo dignatus turbido eum expulit vultu. Angliei autem totam illam noctem, quæ bellum præceſſit potibus, & ebrietati bus & cantilenis accantis, in ſomnem duxerũt. Northmanni autem confeſſioni peccatorũ vacantes, mane dominico corpori & ſanguini cõmunicauerunt.

Northmã num cõ tia.

Igitur indicto bello dux arma popoſcit, atque caſu loricã inuerſam induit. Miniſtris autem, qui illum armabant, tumultuantibus riſum illorum arguens dixit. Hodie comitatus meus vertetur in regnum. Commiſſo itaque prælio, acriter ab vtroque exercitu pugnatum eſt. Ad poſtremum Angli terga dantes fugæ ſalutem quærunt, quorum fugæ ſocius factus Aroldus, dum equi velocitate ſe à prælio ſubtrahere niteretur, ictu à ſagitta in cerebro percuſſus occubuit. Iacentis autem femor etiam mortui vnus militum lancea latus eius transfodit, quem ignominia à Gulielmo notatum etiã militiæ balthæo priuauit. Eodem bello virtus Gulielmi enituit. Nam ea die pugnando, diſcurrendo, ſuos animando, tres equos fortiſſimos amiſit. Igitur obtenta victoria corpus Aroldi regis occiſi matri repetenti ſine pretio remiſit. Die autem natalis Domini Eboraci coronatus eſt. Vexillũ regis Aroldi Romam ad papam Alexandrum miſit. Quod quidem vexillũ in hominis pugnantis figuram diſpoſitum erat, auro & lapidibus arte ſumptuoſa erat contextum. Et ab eo tẽpore [b] Northmanni in Anglia vſq; in hodiernum diem regnare cœperunt.

Anglorũ & Northmãnorum diuerſæ ad præliũ præparatiões.

Gulielm⁹ Nothus Angliæ rex coronatur A.C.1066.

[a] Cùm D. Anton. ſileat, quo iure hic Gulielmus Angliæ regnum ceperit, id hoc loco annotare opera pretiũ duxi. Eduardus Angliæ rex qui propter vitæ merita in numerũ eſt diuorũ relatus, de quo ſcripſit D. Ant. c. 1. §. 20. & c. 7. §. 3. huius tit.) à Suenone Danorũ rege regno pulſus in Normanniam ſeſe recepit. Mortuo verò Suenone Hunnutóque eius filio, Ardehuntus ipſius ex patre frater ſucceſſit. Qui cum Eduardum ſanctum virum, è Northmannia in Societatem vocatum in Societatem regni aſciuiſſet obiit. Eduardus à diuturno exilio ad regnum profectus, tranquillam etiam reliquam vitam tranſegit, & quod apud Northmannos duces cultus educatusq; fuiſſet, nec liberos ſuſtuliſſet, beneficiorum ac cognationis & conſuetudinis memor, Gulielmum Nothum regem hæredémque nuncupauit, in eiúſque verba proceres gentis iureiurando adegit. Aemyl. lib. 3 Cæterum Gulielmus nothus non ignarus. quam Rom. Pontifex in regnum Angliæ haberet poteſtatẽ, eo quod videlicet illius ſit vectigale, vt ſuprà cap. 2. §. 1. tradidit D. Anton. illud non prius adire voluit. quam ab eo eius adeũdi acciperet facultatem. Pontifex autem Alexander 2. audita cauſa Ioannis (ait Vinc. li. 25. c. 41.) vexillum ei in omne Angliæ regnum miſit.

[b] Northmanni per annos ſeptuaginta nouem & tres menſes ſolùm Angliam tenuerunt. Nam A.C. 1136. mortuo ſine virili ſobole Henrico 1. Anglorum rege regnum Angliæ à Northmannis tranſlatum eſt ad francos per Stephanum francum illius nepotẽ ex Adela ſorore Bleſenſis comitis filium. Porro Gulielmus numeratis in Angliæ ſacris ædibus reperit quadraginta quinque millia & ſeptemdecim Parochialia templa. Ex Gene. Gulielmus non ſibi coronam regni impoſuit, ſed cũ ſine liberis deceſſiſſet A. C. 1127. ducatum teſtamento reliquit Rogerio 3. filio Rogerij comiti Siciliæ qui cum Neapolim de imperatore Conſtantinopolitana cepiſſet A.C. 1130. 5. Cal. Octob. rex vtriuſq; Siciliæ appellatus eſt ab Anacleto Papa 2. apud Beneuentũ die verò Natalis ſequentis ineuntis anni 1131. ab epiſcopis & archiepiſcopis regni ſui ſe inungi fecit. Onuph.

De Gregorio 7. viro ſancto & Henrico 3.

§. II.

Anno huius Henrici quarti 17. mortuo Alexandro ſecundo creatus eſt papa Gregorius 7 ſanctus vir qui facto concilio Romæ, ſecundo anno ſui pontificatus ad reformationem morum excommunicauit quoſdam nobiles de familia Henrici, quia eorum conſilio eccleſiæ vendebantur, & iura eccleſiæ vſurpabantur.

Poſtea anno ſequenti excommunicauit Sigifredum Archiepiſcopum Moguntinum, quia quærebat ſchiſma in eccleſia facere, deinde Henricum imperatorem, vt eius fautorem. Poſtea abſolutus fuit ab eo, & eccleſiæ reconciliatus. Sed non multò pòſt cum dictus

A.C.1066. dictua imperator iura eccleſiæ vſurpare non A
ceſſaret ſcilicet inueſtituras epiſcoporum fa-
ciendo per ſe,& admonitus pluries non deſi-
ſteret congregato iterum concilio imperato-
rem ipſum excommunicauit. Propter quod
Henricus ipſe perſecutioné fecit contra eccle-
ſiam, & Gregorium,dans operam nouo ſchiſ-
mati,faciens creari archiepiſcopum Rauenna-
tem papá ſeu potius antipapam apoſtaticum.
Propter quod aliqui ex Saxonibus Teutonico
rũ principib. Henrico rebellarunt,&regẽ Bur-
gundię Rodulphũ imperatorem elegerũt. Cui B
coronã miſit Gregorius.Sed cum ipſe Rodul-
phus contra Henricum maximo exercitu bel
lo dimicaret deuictus eſt Rodulphus & occi-
ſus ab Henrico,qui poſtea omnes, qui ſibi re-
bellauerant, multipliciter puniuit. Et cum
poſtea Henricus imperator Italiam intraſſet&
Romam accedens obſediſſet, papa Gregorius
cum cardinalibus ſuis in caſtrum ſancti ange
li fugit, & Henricus ciuitate capta, obſedit
caſtrum prædictum.Sed ad rogatum papæ Ro
bertus Guiſcardus dux Apuliæ vocatus,ad vr- C
bẽ quam citiſſimè cum maximo exercitu appli
cuit. Sed prius Henricus audito aduentu e-
ius ab vrbe in Longobardiam fugit.Prædictus
autem Robertus vrbe capta, papam cum ſuis
cum multa gloria de caſtro ſancti angeli edu-
xit. Qui inde liberatus non confidens de Ro-
manis, cum ipſo duce Roberto in Apuliam
profectus eſt:& ibi demum defunctus. Sed de
his plenius ſuprà in capitulo de pontificibus
eodem titulo.

ca.1 §.2. Guiſcardi in Apulia & Sicilia res geſtæ Blo dec . . 2.3.Onups A.C.1060.

Per ipſa tẽpora Robertus dux inclytus Guiſ
cardus præfatus Apuliæ ciuitatem Pharum lõ D
ga obſidione maceratam, in deditionem ac-
cepit. Cumque iam totam Apuliam & Cala-
briam in ſuam accepiſſet poteſtatem,ad Domi-
nium Siciliæ adſpirare cepit. Itaque nauibus
vndique congregatis relicto filio ſuo primo-
genito Rogerio in Apulia, ipſe cum magno ex
ercitu in Siciliam nauigauit:atque nemine ob
ſiſtente nobiliſſimam illam Siciliæ ciuitatem
Panormum obſedit. Qua diu fame & frequen
tibus aggreſſionibus attrita tandem quibuſdã
interuenientib. pactis,ciues ſe ei dediderunt.In E
qua idem dux eccleſiam pulcherrimam ad ho
norem beatiſſimæ virginis conſtrui fecit. Re-
diens autem in Apuliam poſt occupatam inſu
lam in ſignũ victoriæ ſuæ portas æneas& mar
moreas columnas ſecum detulit apud Tro-
iam. Poſt reditum exinde ducem Salernitanũ
cognatum ſuum perſequi cœpit quẽ apud Sa-
lernum terra marique obſedit,ſeptimo menſe
ciuitatem cœpit, atque Giſulphum ducem ca-
ptum carceri mancipauit.Poſt captam autem
ciuitatem ibidem in honorem beati Matthæi
apoſtoli eccleſiam pulcherrimam ædificauit. F

Michael Græcorum imperator in Apuliam venit. Blõ. hic Michael fuit imperator.69.A.C.1071. Porro Conſtantino hæc omnia ſunt tribuenda.

§. III.

EO tempore venit in Apuliam quidam ſos
ma conſpicuus, eloquentia clarus aſſerẽs
ſe Michaelem quondam imperatorem Conſtã A.C.107[?]
tinopolitanum fuiſſe, conquerens ſe iniuſte
imperio fuiſſe priuatũ quare ad recuperãdũ im
perium obnixe auxilium ducis petebat. Et pri-
mò quidem obſtupuit dux. Sed cum vidiſſet in
homine elegantiam morum ac in verbis pru
dentiam, illum apud ſe honeſtiſſimè tracta-
tum retinuit. Itaque congregato concilio ſuo
ad recuperandum,vel potius ad acquirendum
imperium Conſtantinopolitanum, ſuum ex-
ercitum congregauit. Vndecunque ergo claſ-
ſe congregata: apud Hydruntem vna cum fi- B
lio Beomundo atque vxore mare intrauit, &
poſt duos dies Anclonem applicuit. Cuius
aduentum poſtquam imperator Nicephorus
audiuit,magno ſuorum exercitu adunato, A-
lexiũ cognomento[Bethomath & Megadom-
eſtici dignitate, quem nos maiorem Seneſca
lum appellare cõſueuimus fungebatur officio]
exercitui præfecit cui magnam partem ſui the
ſauri deſtinauit, mandans vt contra aduenien
tes latinos nõ ſolum chriſtianorum,ſed etiam
turcorum, & gentilium copias congregaret.
C Qui mandato imperatoris obediens, apud A-
drianopolim veniens, ea omni natione ma-
gnum conflauit exercitum. Quem donis& mu
neribus alliciens, ſibi omnium animos conci
liauit,adeo vt iam aliqui dicerent illum impe
rio digniſſimum.

Alexius autem poſtquam omnium homi-
num animos ad ſe inclinatos vidit (vt erat do
loſiſſimus) rem nefariam cogitauit. Dicit enim
inter milites ſe pecuniam non habere,ſed plu-
ries imperatori ſcripſiſſe,vt ſibi pecunia ad a-
lendum exercitum mitteretur. Et ſe velle perſo-
D naliter imperatorem accedere,ne tali, & tam
deuotus imperio exercitus inopia deperiret.
Veniens ergo Conſtantinopolim poſtquam
cum imperatore de multis quæ ad bellum ge
rendum neceſſaria videbãtur eſt locutus clam
nocte de ciuitate inſcio imperatore egreſſus
eſt,atque ad exercitum veniens dixit. Videte,
commilitones,quam grata eſt erga vos qui im
perio defendendo vires impendit is,imperialis
maieſtas. Nã cum ab imperatore ſtipendia pro
vobis tanquam benemeritis imperij pete-
E ſem, mihi mortem comminatus eſt:qua re ad
vos confugi, commilitones fidem veſtram
implorans. Sed ſi viri eritis & conſilia mea ſe-
qui volueritis,omnes diuitiis & beneficiis cu-
mulabo. Extorqueamus ergo ab hoc viro inu-
tili,qui otio & inertia marcet imperium & ad
quem vosipſi decreueritis,transferamus.

His auditis tanquam veris exercitus autem
inclinans excitato tumultu Alexium impera-
torem vna voce proclamant,atque purpura in
duto tanquam domino obediunt. Quo facto
Alexius cum exercitu ipſo,quem ſibi impera-
F tor ad obuiandum duci Roberto dederat,Cõ-
ſtantinopolim rediit. Huius autem audito aduẽ
tu Nicephorus imperator nimium ſtupefactus
ciuitatem Conſtantinopolim,quantum tem-
poris breuitas patiebatur communiuit, atque
contra proditorem vndique militum copias
præcepit congregari. Veniens igitur Alexius
non longè à ciuitate caſtra poſuit. Sed cum ci
uitatem tam benè munitam per violentiam
obtinere diffideret ad dolus ſe & aſtutiam con
uertit.

arat

A.C.1080. Erat enim tunc temporis Conſtantinopoli quidam ſtipendiarius imperatoris, natione Teutonicus, vir nobilis, & ob rei militaris experientiam imperatori Nicephoro valdè a- (Artion eum vocat Blon.) rus Armo nomine. Hunc alterius pecunia corruptum & promiſſionibus, ad hoc induxit, vt ſibi eam partem ciuitatis proderet, quam ſibi imperator ad cuſtodiam delegauerat. Qui eius promiſſionibus attractus portam, quæ dicitur Bulgarorum, nocte ſibi aperuit: atque intra vrbem Alexium proditorem cum exercitu intromiſit. Ingreſſus itaque ciuitatem Alexius eam ſuo exercitui prædæ expoſuit, ipſa die, quæ cœna Domini dicitur. Erat enim exercitus eius ex diuerſis nationibus, inter quos maxima erat Turcorum, & aliorum infidelium multitudo. Qui prædæ & rapinæ inhiantes, nulli ætati vel ſexui parcebant. Expoliabantur eccleſiæ atque monaſteria, confringebantur cruces & calices, ac Deo dicatis virginibus violentia inferebatur, ſed (quod nefas eſt dicere) ſacerdotes ipſis altaribus incubantes, truncabantur.

Conſtātinopolis ab Alexio capta diripitur. A.C.1082.

Imperator autem Nicephorus, videns hoſtes intra vrbem ingreſſos, ac ſe à ſuis proditum relicto palatio fugiens monachus eſt effectus. Alexius autem poſtquam omnia intra vrbem obtinuit, ipſa die reſurrectionis dominicæ ſe imperatorem fecit ſolenniter coronari. Qua die mandauit exercitui à rapinis, & præda de cætero abſtinere. Sed vt oſtenderet ſe nō pro violentia, ſed pro iuſtitia imperium inuaſiſſe Nicephori imperatoris filium Michaelem dictum ſibi conſortem adſciuit imperij.

Interea Robertus dux ſupradictus, circa Dalmatiæ partes cum ſuo exercitu, omnia velut tempeſtas demoliebatur. Nam multis oppidis & municipibus captis, iam ad interiora pene trabat imperij. Alexius autem compoſitis intra vrbem rebus: vna cum filio Nicephori contra ducem properauit ad bellum, venienſque cum innumerabili exercitu non longè à Duratio (aliàs Dyrrachio) caſtra muniuit. Cumque non longè ab eo loco eſſet latinorum exercitus, ordinatis hincinde aciebus pugna committitur. Aliquamdiu anceps durauit certamen, ad poſtremum terga vertentibus Græcis vincitur imperator, atque eius exercitus paſſim velut animalia toto campo proſternitur. Magna ibi Græcorum periit multitudo, inter quos & iuuenis imperator Nicephori filius Michael, quem ſolum ad hoc Alexius in fronte prælij poſuerat, gladiis confoſſus interiit. Habuit imperator Alexius in hoc prælio ſolum ex Græcia ſexaginta millia militum armatorum, & decem Turcorum mille cum arcubus & ſagittis: cum in exercitu ducis niſi eſſent ſeptingenti milites loricati. Fugiens igitur Alexius imperator cum iis, qui à bello euaſerant Conſtantinopolim rediit, vbi omnes quos ex imperiali ſtirpe reperit, aut oculis priuauit, aut exilio tradidit.

Nobilis de Græcis & Turcis latinorū victoria.

Robertus autem dux poſt fugam Alexij Durarium (aliàs Dyrrachium) expugnauit, atque totam circumiacentem regionem in ſuam poteſtatem redegit. Sed cum audiſſet imperatorem Henricum papam Gregoriū ſeptimum obſediſſe: vt dictum eſt, relicto filio Behemun-

A do ad cuſtodiam terrarum, quas occupauerat: ipſe cum vxore in Apuliam rediit, & papam liberauit. Bohemundus autem abſente patre bis cum imperatore Græcorum Alexio conflixit. et primo bello imperatorem cum ſuis ex campo fugauit magno hoſtium numero interfecto, ſecundo ab imperatore inſidiis circumuentus, victus eſt. A.C.1083.

Boemundus Græcos vincit & vincitur A.C.1085.

Sequenti anno dux magnanimus collecto fortiſſimorum virorum exercitu mari tranſito Græcorum regiones inuadit. Quod poſtquàm
B comperit imperator, viri eſt admiratus audaciam, qui cùm tam parua comitiua tantum imperium auſus eſſet inuadere. Congregata igitur multitudine nauium, vbi fuit & de Italia non modica multitudo, & maximè Venetorum, duci Roberto in Marinam mandauit occurri. Committitur igitur nauale certamen: & diu ab vtraque parte pugnatur. Tandem & ducis ſolertia, & ſuorum virtute, & pugnandi perſeuerantia, claſſis vincitur imperialis, atque illorum magna parte amiſſa fugatur. Multi eo bello capti, atque vinculis alligati ſunt.
C Hac potitus victoria dux, copias ſuas in terram exponit atque refectis nauibus exercitum auget. Cumque iam mari terraque victis Græcis, exercitum verſus Conſtantinopolim ducere vellet, apud Caſſiopeiam inſulam, quæ eſt inter Theſſaliam, & inſulam Vallis compatris, quæ nunc Hieruſalem dicitur magnanimus dux diē clauſit extremum anno Domini 1086. Ætatis ſuæ anno.62.

Fuit hic reuera ſtrenuus in bello & fortis, corpore inſignis, animo conſtans, moderatus, ciuilis, prouidus & aſtutus: morum corrector
D & diſciplinæ militaris diligentiſſimus cuſtoditor, ſed vltra humanam æſtimationem dominij appetitor. Huic in ducatu Rogerius filius eius ſucceſſit, qui poſt eius mortem ducatum prudentiſſimè rexit: & nobiliter ampliauit, ſed magis beneficiorum munificentia quam potentia auſteritate. Cuius ducatus anno ſecundo Bohemundus eius frater bellum intulit ipſi, atque commiſſo prælio non longè Beneuento Bohemundus à fratre ex cāpo fugatur, ſed Deo volente, nullus in illo prælio mortuus eſt vno
E excepto, multi tamen capti ſunt, ſed interponentibus ſe amicis fratres adinuicē reconciliātur, deditque Rogerius fratri ſuo Bohemundo ac eius hæredibus perpetuò poſſidendum principatum Tarentinum. Accepit autem hic Rogerius filiam Roberti Phryſonis comitis Flandrenſium, quæ fuerat regina Danorum. Ex qua genuit ſtatim duos filios, Ludouicum, ſcilicet & Guiſcardum, qui in ætate tenera deceſſerunt poſt quorum deceſſum genuit tertium filium Gulielmum, qui patri ſucceſſit in ducatu, ſed poſt modum ſibi coronam impoſuit.
F

Rogerius 5 Apuliæ comes 2. Calabriæ dux regnauit an.24.m.8.A.C.185.

De Henrico & quibuſdam aliis.

§. IIII.

Anno Henrici quarti 32. qui fuit ab incarnatione Domini 1089. poſt Gregorium ſeptimum & Victorem, creatus eſt papa Vrbanus ſecundus. Hic etiam cum eſſet ſanctus vir religioſus & ſtrennus, quia imperator permanebat in ſua contumacia vſurpando iura eccle-

A.C.1095. & Angliæ partibus fuit oriundus parentibus genere, fide & moribus nobilibus. Maternis autem ſinubus intumeſcentibus ſacro puerperio, vt refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 25. ex geſtis eius, accidit eam cum viro & multitudine populi confluente ad eccleſiam beatæ Mariæ virginis in Glaſconia die purificationis eius aduenisse accenſiſque lampadibus miſſarum ſolennijs intereſſe. Iamque qualiter puerum Luc.2. Ieſum in templum inducerent, recitari cœperat, tunc repente maieſtas Domini apparuit, quæ omnia luminaria extinxit, & Domum totam caligine obtexit. Cumque omnes nimio pauore ſtarent ſenſu hærentes, & alternis obtutibus ſtuporem indicarent, ex templo lux cœlitus emiſſa in templo reſplenduit, & cereum quem puerpera, ſcilicet mater Dunſtani manu tenebat, accendit. Sicut autem populus de amiſſo lumine mirabatur, tūc maiori admiratione ſimul, & exultatione deti netur. Illucque ab omnibus perrectum eſt, & hinc omnibus lumen porrectum.

Infans autem natus ſcilicet Dunſtanus cùm iam loqui inciperet, ad eandem eccleſiam cum oblationibus eſt delatus. Iliſque ibi in oratione pernoctantibus, apparuit vir æthereos habens vultus, dicens non multò pôſt ſublimandum puerum ibi Deo derelinquendum, & beatum per ſæcula prædicandum. Cùm autem in tenello corpore acerrimo languore fatigaretur, & iam in limine mors adeſſe putaretur, nocte intempeſta cœleſtis eum medicina reuiſit, quam ei per angelicum miniſterium Chriſtus exhibuit. Confeſtim de lectulo doloris ſurgens ad templum Deo gratias acturus cucurrit, iis, qui eius ægrotantis curam gerebant ſtupefactis, lentóq; pede veſtigia eius ſequentibus, & finem rei explorantibus. Nec dum medium itineris confecerat, cùm malignus ſpiritus latrantium canum multitudine ſtipatus occurrit, viamque eunti intercludere contendit. Qui timore perterritus puer, Chriſtum exclamauit, eiuſque præſidio vallatus, virgam arripuit, quam in faciem obſiſtentis, ſimulacri vibrans, ipſum cum omni comitatu in fugam compulit, & ad templum veniens, eiuſque portam obſeratam reperiens Dei virtute intra templum ſe reperit.

Adoleſcens autem ſtudebat ſeruare pudici iam, fugere laſciuiam: principium benè agēdi ſemper Deum habere, finem verò eidem commendare. Moribus quoque bonis acceſſit ſtudium ſacræ lectionis. Et cùm varijs artibus magnificè polleret, iam verò, qui muſicis inſtrumentis exercentur, ſpeciali quadam affectione vendicabat. Denique à patruo ſuo Athelmo archiepiſcopo Cantuarienſi regi Ethelſtano familiari conteſtatione commendatus, & ab eo gratiſſimè in palatio ſuſceptus, in cunctis ſapienter ſe agebat, nunc quidem ſurgens ad orandum Deum, nunc ſedens ad iudicandas cauſas hominum. Et cùm videret regem curis ſæcularis fatigatum, in cithara vel in aliquo muſico inſtrumento pſallebat, ſicque tam regis, quam principum corda exhilarabat.

Matronæ autem cuiuſdam frequenti rogatu compulſus vt ei ſtolam ſacerdotalem artificioſe præpingeret, quam poſtea ad diui- A nos cultus auri factoria mutatione figuraret, aſſumpta cithara ad domum illius accedit, & citharam in pariete ſuſpendit, & opus ad quod venerat, diligenter inſtituit. Cumque manum operi, cor autem & labia Deo præpararet, apparuit in Domo gloria domini: cithara enim, quæ fuerat parieti affixa, abſque vllius hominis mouentis impulſu, huius antiphonæ melodiam diſcretiſſima modulatione perſonuit, Gaudent in cœlis animæ ſanctorum &c. Tunc puellæ obſtupeſcentes exiliunt, materfamilias B omniſque domus clientela, vociferans eum pluſquam expediat ſcire. Diabolus quoque inuidiæ ſtimulis quoſdam inflammat, qui confictо mendacio opinionem eius lædant, apud regem aſſerentes illum malis artibus imbutum, nec quicquàm diuino auxilio, ſed pleraque dæmonum operari præſtigio. Qui aduertens faciem regis non eſſe erga ſe ſicut prius palatio diſcedere parat, malens eum deſerere, quàm ab eo deſeri. Quo cōperto inſidijs eius æmuli iter obſident, illum equo deijciunt ſuppliciis affligunt: tandem vinculis irretitum in ciſter- C nam, quæ iuxta erat deijciunt, donec ab aliquibus hominibus ibidem tranſeuntibus inuenitur, quorum pietate ad vicum fouendus transfertur. Hoc ergo principium certaminis eſſe intellexit: ad quod illum nuper diuinus citharedus præmonuit. A.C.1095.

S. Dunſtanus ſuaſu Elphegi ad regionem adducitur.

§. I.

D Profectus inde, Elphegum cognatum ſuū Vuentanæ eccleſiæ pontificem adijt. A quo frequenter rogatus, vt monachatum indueret, quatenus qui angelicæ conuerſationis initia haberet, perſeuerantiā in habitu demonſtraret, reſpondit eum excellentioris eſſe gratię, qui in ſæculo conſenuerat, & tamen quę digna ſunt monacho feceratеo, qui ſe monaſterio dedit, nec quicquam aliud præterquam quod ſibi ſtatutum eſt poſt hoc facere potuit. Alterum (inquit) neceſſitatis eſt, alte- E rum libertatis. Ad hoc epiſcopus omnibus ait communis neceſſitas eſt, vt qui ignem gehennæ effugere voluerit, ignem concupiſcentiæ ſtudeat extinguere, qui non multum extinguitur, ſi fomenta eius humanis ſenſibus non ſubtrahuntur. At hoc, quod in mundo præcipuè appetitur, libertas hominis eſt, hac enim omiſſa cætera nequeunt poſſideri. Vt ergo Deo des, quod maximè diligis, illam deſinas habere. Cumque huiuſmodi verbis quotidie epiſcopus inſiſteret, illum in am F biguo poſitū, febris grauiſſima inuaſit, atq; ad deſperationē vitæ perduxit. Tandē ex inſperato recōualeſcens, hic, ait, legib. voluptatis renūcio, virginē me virginis filius hucuſq; ſeruauit virginē me regina virginum habebit. Mox accito epiſcopo poſtulat ſibi indilatę religionis benedictionē dari. Tunc epiſcopus lætitia perfuſus, monachali eum & ſacerdotali gratia promouit, eccleſiæ beatæ Mariæ virginis attitulās cui eū ab initio parētū ſuorū ſponſio dicauit.

Cūq; eū cōtra diaboli verſutias inſtruxiſſet,

A.C. 950. Poſt hunc ſurrexit Eduinus filius regis Edimundi iuuenis inſipiens, nulla regnandi gratia pollens. Sed quaſi alter Roboam, ſpretis ſenioribus puerorum conſilia ſectans, libidinéque inceſſanter ardẽs. His vir ſanctus grauiter offenſus, frequenter eum & acriter cœpit increpare, & ille increpantẽ ridere, multáq; ei mala cõminari. Qui vbi induſtriam ſuam, nihil prę-ualere vidit, ab eius colloquio penitus abſtinere decreuit. Illo igitur relicto ad monaſterium ſe contulit. Illo in loco turris erat, quam necdum vlla cacumine tectura claudebat. Cumque populus trabem pro totius operis ſuſtentatione ſummis muris applicare contenderet, repente ruptis funibus ruere cœpit, clamante omni populo Dunſtanum vocibus iteratis, aduolat ocyor ſanctus ſignum crucis è regione machinæ depingit. Necdum manus ſancta digitos contraxerat: quum trabs nec vinculis adſtricta, nec machinis leuata, reuehi videbatur ad locum, de quo ruere cœperat.

Huic gloriæ præterea inuidens diabolus, in ſpeciem vrſi tranſlatus, hiante rictu orantem, aggreditur: iniectiſque virgulis paſtoralem virgam, quam manu tenebat, complectitur, & ad ſe trahere conatur. At ille ſpiritu Dei Roboratus, retractum ad ſe baculum in ſublime erigit, ac fugientem beluam cædens, non prius deſtitit, quam flagellum in terga illius tribus partibus comminutum apparuit. Victus in ſe diabolus, in aliis victorem ſuum vincere quęrit. Pręfato enim rege Angliæ Eduino eodem, quo conſecratus fuerat die, in turpes concubitus publicè deuoluto, ac per hoc omni ſenatorio ordini offenſo communi omnium voto Dunſtanus eum compellat. Qui pergẽs cum adultera regem à mœchali toro violenter abſtraxit, & ante ſummum pontificem, id eſt, Cantuarienſem archiepiſcopum Odonem nomine adduxit. Itaque Alginæ pellicis animum diabolus inſtigat, Regis iram pellex exaltat, & ambo Dunſtano exilium intentant. Cúmque veniſſet Glaſconiam, & vrgente regis edicto ꝓſcriptus fuiſſet, inter lachrymas monachorum ſub eius manibus nutritorum, inter lamenta amicorum, inter gemitus pauperum à ſe recreatorum, audita eſt in atrio templi vox plaudẽtis diaboli, quaſi iuuenculæ cachinnantis. Quem ſanctus ſeuera fróte ſuſpiciens: Nihil (ait) ſuper exilio meo graturleris, quia plus eſt, quod me redeunte doleas, quam quicquid me exultante lætari valeas. Hoc dicto malignus abſceſſit. Nec ſic ceſſauit mulieris furentis inſania, quin omnibus, qui virum Dei exulantem hoſpitio fouiſſent, perſcrutatis, proſcriptis damnatis, ipſiſque oculis eruendis miniſtros tranſmitteret. At clementia Chriſti Anglorum populum reſpiciens tanto paſtore deſtitutum: ſuſcitauit corda eorum contra regem impium, coactique in turbam ipſum cum adultera fugitante armis perſecuti ſunt. Et ipſam quidem comprehenſam ſubneruauerunt. Ipſumque per diuerſa loca deuiantem vltra flumen Tamiſium compulerunt. Fratrémque eius Edgarum aliàs Egdrum) regem ſtatuerunt. Qui celebrato regni concilio, annihilatis omnibus, quę iniquis legibus à fratre eius fuerant decreta, omnia quoque ab eo violenter ablata reſtituit, & virum Dei Dunſtanum, qui tunc abbas erat, in magna gloria de exilio reuocauit. A.C. 960.

Baculo diabolū verberat.

Eduinus regno fugatur. Edgarus Angliæ rex A.C. 959.

Denique mortuo impiiſſimo rege Eduino, & in ſortem dæmonum tranſlato Dunſtanus neſciens quid de eo actum eſſet, in eccleſia, cui præerat, deuotis meditationibus inſeruiebat. Et ecce ſub eius aſpectu tartarea cohors exultando quaſi chorum ducebat. Perſcrutatus ſanctus cauſam lætitiæ, audiuit regem obiiſſe: animámque eius ſtatim tradendam gehennæ ſupplicio, ſed prius hoc ex diuino imperio Dunſtano nunciandum. Qui ſtatim pietate B motus, ſolóque proſtratus vbertim flens, non prius ab orãdo Deo quieſcit, quouſque regem liberatum agnoſcit. Breui autem morula peracta, redit legio triſtis infernalis in hos clamores erumpens. O hominem fide alienum & noſtris ſemper beneficiis ingratum: ad vlſciſcendas iniurias tuas venimus, & ecce aduerſis increpationibus tuis confuſi redimus. Cumque ille depromendæ veritatis præceptum dæmonibus indiceret: agnoſcit animam regis Angelica virtute illis ablatam eſſe, eámque in ſor- C tem pœnitentium cedere. Tunc exultans in Domino, furores illorum tali ratiocinatione compeſcuit. Si peccauit (inquit) homo iſte in Chriſtum, peccauit & in me. Quod ergo Chriſtus & ego dignati ſumus indulgere, vos qua temeritate audetis improbè reprehẽdere? Qua ſententia tætri ſpiritus quaſi Parthica ſagitta percuſſi, muſcarum à vento raptarum modo diſſiliunt.

D *Dunſtanus Cantuarienſis archiepiſcopus conſecratur & Romam confirmationis ſuæ cauſa proficiſcitur.*

§. III.

POſt obitum ſancti Odonis Cãtuarienſis archiepiſcopi, Edgarus Dunſtanum precibus fatigatum, tandem ſui & omnium epiſcoporum importunitate ſuperatum primæ metropolis Anglorum, ſcilicet Cantuariæ primatem & patriarcham inſtituit. Quem ſtatim ob E robur authoritatis apoſtolicæ Romam, profectum papa Ioannes videre promeruit, eúmque pontificalibus decoratum, quaſi columnã lucis ad illuminandam terrã gẽtis Anglorum tranſmiſit. Cúmque die aduentus ſui primo ſacris altaribus adſiſteret, & populo Dei panẽ vinificum diſtribuendo porrigeret, repente contecta nube domo, columba olim à Ioanne in Iordane viſa apparuit: quæ quouſque ſacrificium conſumptum eſſet ſuper illud manſit. Ioan. 1 a Matth. 3

Diabolus verò eccleſię gaudia turbare volẽs accendit animũ regis in amorẽ cuiuſdam Deo F ſacratæ virginis. Venit enim aliquando cũ eſſet adoleſcens in monaſterium, quod ſitum eſt Vuintoniæ, ibique quędam puella de nobilib. Anglorum orta, inter ſanctimoniales in communi habitu nutriebatur, quam videns & concupiſcens miſit pro illa. Quæ timens honori ſuo, raptum velum à quadam ſanctimonia li capiti ſuo impoſuit, & ſic ad regem venit.

Regis Edgari intẽperantia.

Quam videns ille, quàm ſubito (inquit) ſanctimonialis effecta es? Et ablato velo,

A.C.960. vim intulit. Hoc perpetrato peccato & ad publicam populi audientiam perlato, Dunſtanus hæc ſentiens magno dolore afflictus eſt: & quẽ diabolus deiicere nõ poterat conatus eſt per eũ quẽ maximè diligebat, ſ. regẽ ita in crimen pro lapsũ, triſtitia deiiceret. Dũſtanus ergo ex hoc amaritudine affectus, de Dei offenſa mox ad illũ redarguendum velut alterum Dauid alter Nathan adiit intrepidus. Cui adſurgens rex, eum manum extẽderet, vt eum ad regium thronum deduceret, ille manum dare renuens, oculos ad illum cum indignatione torſit & ait. Tu pon-B tificis manum audes contingere, quę virginem deitatis attatam munere, non timuiſti præripere? Nolo ei eſſe amicus, cui Chriſtus fuerit inimicus. Territus rex verborum eius tonitruo, pedibus eius extemplo proſternitur, ſcelus flebiliter fatetur, veniam humiliter præcatur. Quod vt vidit pontifex expauit, perfuſumque lachrymis regem, lachrimis & ipſe madens à terra leuauit. deinde cum magnitudinem peccati per amplificationem expoſuiſſet, & paratum illum ad omnem ſatisfactionem C reddidiſſet: ſeptennem ei pœnitentiam indixit: vt in toto hoc ſpatio coronam regni non geſtaret. Ieiunium in hebdomoda biduale trãſigeret, pauperibus theſauros largè diſpergeret. Super hoc ſacrandis Deo virginibus monaſterium Sceſtoniæ fundaret, vt qui vnam per peccatum Deo abſtuliſſet, plures ei per cõgregationem religionis aggregaret. Aliaque plura ei iniunxit. Nihilq́ue fuit, quod rex vel minus vel ſegnius impleret, quàm quòd ei à rectore vitæ ſuæ præceptum fuiſſet.

2.Reg.12.

Edgari Anglorũ regis pœnitentia.

Septimo autem anno cum tempus pœnitẽ-D tiæ exactum fuiſſet, ſacer præſul accitis omnibus imperij Anglorum principibus, epiſcopis, & abbatibus, corã populi multitudine regi coronã impoſuit, cunctis lętantib. & Deũ in Dunſtano laudantibus, puerum quoque ex peccatrice progenitum ſacro fonte regeneratum, leuauit, & aptato illi nomine Eduardo in filium adoptauit.

Hic Edgarus ita in ſanctitate ſua ſeuer⁹ fuit, quòd ibi nullus fuit priuatus latro, nullus popularis prædo niſi qui mallet propriæ vitæ diſpendio infortunas alienas graſſari. Quin e-E tiam omnis generis feras ſanguinis auidas ex regno exterminare cogitauit: Vnde Vuidualo regi Vuallienſium indixit, vt ſibi quotannis tributum trecentorum luporum ſolueret: quod cum tribus annis feciſſet, quarto deſtitit, nullum ſe amplius reperire profeſſus. Gracillimi corporis fuit, & virtutis ita immenſæ, vt ad congrediendum laceſſeret quemcunque audacem, hoc maximè timens, ne in tali colludio timeretur. Omni æſtate poſt paſcha naues per omnia litora coadunari præcipiebat ad occi-F dentalem inſulæ partem cum orientali claſſe, & illa remenſa cum occidentali ad borealem, inde cum boreali ad orientalem remigare conſuetus, vt exploraret, ne quid piratæ turbarent ſcilicet nauigationem. Hyeme & Vere per omnes prouinciales equitabat, iudicia potentiorũ exquirebat, ne ius violarent.

Quodam tempore rex venatum pertraxerat, & Dunſtanum, qui forte tunc ſecum erat, miſſam rogauit differre, quouſque rediret. Appro-A pinquante hora tertia vir Dei ſacris indutus veſtibus, regẽ expectat, ſtans cubitis innixus altari, & lachrymis deditus, tunc ſubito ſopore leniter preſſus in cœlum rapitur, & nunciarus angelis audiuit eos in laudem ſanctæ trinitatis modulatis vocibus canere. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Quorum cantum retinens ad ſe reuerſus eſt. Et interrogat, an rex aduenisſet. Reſpondetur. Non. Itẽ ergo orat, & iterum in cœlum rapitur, ac audit ibi altiſona voce dici. Ite miſſa eſt. Cũq́; B reſponderetur, Deo gratias, occurrũt clerici regis regem adeſſe dicentes. Quibus ille reſpondit, quòd iam miſſam audierat, nec aliam eo die auditurus vel celebraturus erat. Interrogatus quare, viſionem aperit. Et ſumpto ex hoc ſermone, prohibuit regi, ne vlterius in die dominica venatum pergeret. Kyrie eleyſon, quod in cœlo audierat clericos docuit, & in multis locis hodie per Angliam cantatur.

A.C.980.

De Edgaro rege Anglorum. Vin. li. 24. c. 84.

C

§. IIII.

Edgarus iſte rex Anglorum filius Edimundi & frater Eduini regnare cœpit, vt refert Vincen. vbi ſuprà poſt Gulielmum in Anglia circa annum domini milleſimum. Quo naſcente Dunſtanus fertur audiſſe vocem angelicam. Pax Angliæ, quàm diu puer iſte regnauerit, & Dunſtanus veſter vixerit. Regnauit autẽ annis 16. Nullum autem ferè annum regnauit, D in quo non nouum monaſterium fundauerit. Regem [a] Scotorum Cinadium, Cambrorum Malcolinum, Archipyratam Maſceſium, omneſque reges Vuallienſium quinque numero ad curiam coactos perpetuo ſacramento ſibi obligauit: quos apud vrbem Legionum ſibi occurrentes, in pompam triumphi fluuio, deduxit vna naui impoſitos. In cuius prora ſedebat ipſe, & illi remigabant. Fama eius exciti venerunt Saxones eum videre, & Flandrenſes, & Dani: à quibus didicerunt tunc temporis Angli ſcilicet inconditam ani-E mi ferocitatem à Saxonibus, à Flandrenſibus eneruem corporum mollitiem, à Danis potationem.

Florebat tunc in Anglia Dunſtanus monachus Glaſconiæ, poſtea factus abbas Glaſconiæ, poſtea factus epiſcopus Vuintoniæ mox archiepiſcopus Cantuariæ multæ in ſæculo potentiæ, magnæque apud Deum gratiæ, poſt regem Elfredum de ſuprà excitator mirificus artium liberalium & locorum regalium reparator magnificus: qui vt potationem com-F patriotarum refrænaret, clauos aureos vel

Monaſt... [illegible]

[a] Hic rex Scotorum Kennethus qui Leſlæo dicitur li. 5. de Reb. Scot. Qui etiam Malcolmus Duffi ducis Cambria meminit, quem rex Kennethus, vt eius regnum filio ſuo natu maximo Malcolmo item dicto cederet, dolo malo occidit. Cæterum hi reges Angliæ & Scotiæ non ad A.C. 1000. referuntur ab hiſtoricis, ſed ad A.C. 960. quod magis quadrat his quæ ſcribit D. Anton. §. 6. cum ait S. Dunſtanum A.C. 989. obiiſſe, quod arguit hos reges, qui obitum S. Dunſtani præceſſerunt. ad hoc quod notaui tempus eſſe referendos.

A.C. 980. argenteos iuſſit vaſis affigi, vt dum metam ſuam quiſque cognoſceret, non ſplus ſubſeruiente verecundia vel ipſe appeteret, vel alium apperere cogeret.

Atheluoldus epiſcopus Vintonien ſis Canonicos incontinentes mutat in monachos Oſber. invit. S. Dunſt. roly vir. lib 7. hiſt. An. Item Oſualdus eiuſdem Edgari viſio.

Huius diſcipulus fuit Atheluoldus, ex monacho Glaſconienſi abbas Abbaudonienſis, & poſt epiſcopus Vuintonienſis. Qui tot & tanta fecit epiſcopus vnius vrbis, quot & quanta vix poſſe facere videretur rex Angliæ totius. Hic clericos expulit de Vuintonia, & poſuit pro eis monachos. Floruit etiam tunc temporis Oſualdus nepos Odonis archiepiſcopi, B qui ante Dunſtanum fuerat ex monacho Floriacenſi Vuintoniæ epiſcopus, poſtea Eboracẽſis archiepiſcopus, qui monaſterium Rameſiæ in quodam paluſtri loco ædificauit. Clericos à Vingornia expulit, & poſuit pro eis monachos regulares.

Idem Edgarus rex Angliæ cùm quadã die in venatione eſſet feſſus, ſomno reſolutus iacebar ſub malo ſyluatica: tunc ecce canis fetam inſequitur, prægnans verò fœmina venatica iuxta pedes illius accubans dormitantem excitauit. Nam ipſa tacente catuli aluo incluſi, multiformes & ſonoros latratus edidere. At C tonitus rex oculos ad cacumen arboris intendit, & vidit poma, vnum & alterum delapſa in fluuium, quorum colliſione, bullis aquatilibus inter ſe criſpantibus vox articulata ſic intonuit: Vuelhiſte id eſt, benè eſt tibi. Nõ multo poſt vndarum cum voluminibus vrgentibus vrceolus ſuper aquam apparuit, & poſt vrceolum vrceus exundans aquam, nam alter prior vacuus erat. Et quamuis crebro gurgitis impulſu maior minorem vrgeret, vt ſcilicet aquas ſuas in illum influeret: nunquam D tamen obtinere potuit, quin vrceolus vacuus recederet, iterúmque quaſi ſuperbo geſtu victor vrceum impeteret. Regreſſus eſt poſt hanc viſionem domum anxius, patefecit omnia matri ſuæ: cui tamquam ſanctæ fœminæ ſolebat Deus, multa reuelare. Hæc dicebatur Elfiga, quæ tam pia tam dulcis erat, vt etiam reos, quos iudicium damnauerat palam, occultè redimeret. Pretioſam quamlibet veſtem conſpecto paupere ſtatim dabat, corpore ſpecioſiſſima, & artificio manuum prudentiſſima, & omnibus bonis operibus inten E ta erat. Poſtero igitur mane dixit filio ſuo, Latratus catulorum, quem matre quieſcente dedere, ſignificat quòd poſt obitũ tuum quieſcẽtibus illis, qui modo valent & viuunt, nondum nati nebulones contra Dei eccleſiam latrabunt. Quod autem vnum pomum ſecutum eſt alterum, ita vt colliſione ſecundi inprimũ videretur vox inſonuiſſe: Vuelhiſte: hoc innuit, quòd ex te, qui ad inſtar arboris magnæ totam inumbras Angliam duo procedẽt filij, fautores ſecundi extinguent primum. Tunc diuerſæ partis incentores dicent pueris vtriſque F Vuelhiſte, quia mortuus regnabit in cœlo, viuus in ſæculo. Quod autem vrceus maior minorem implere non poterat, ſignificat, ꝙ gentes aquilonares, quæ numeroſiores ſunt Anglis, Angliã poſt mortẽ tuam impetent, & quãuis compatriotarum aduentu crebro ruinas ſuas impleant, nunquam tamen hunc angulum mundi poterunt implere, ſed Angli noA ſtri cũ maximè victi videbuntur, eas expellẽt. A.C. 990.

Edgari Anglorũ regis corpus inuenitur incorruptũ Vinc. lib. 25. c. 31.

Anno Henrici 3. 12. incarnationis dominicæ 1050. corpꝰ Edgari huius regis Angliæ Glaſconiæ ſepultum inuenit abbas Adilpardus incorruptum. Et quia locellus, quem parauerat erat magnitudine corporis anguſtior, vt refert Vin. vbi ſuprà regales exuuias ferro auſus eſt temerare. vnde continuo ſanguis vndatim emicuit. Tunc regium corpus in ſcrinio, quod ipſe eccleſiæ contulerat, ſuper altare locatum eſt cum capite ſancti Apolinaris, & reliquiis ſancti Vincentij, quas ille magno precio emerat. Abbatem verò temeratorem ſacri corporis mox animus reliquit. Nec multo poſt de eccleſia egreſſum mors inuenit. Sanatus eſt ibi ad corpus ſancti furioſus & cœcus. Nuſquam gentium (vt opinor) inuenies tot ſanctorum poſt mortem illibata corpora, vt in Anglia quæ futuræ incorruptionis ſpeciem prætendunt. Quod ideo factum exiſtimo diuinitus, vt natio pene extra orbem poſita, in ſpem reſurrectionis animetur ex conſideratione tot corporum, quæ incorrupta perdurant. Hæc autem ſunt ſancta Echeldreda & Viuburga virgines. Rex Edimũdus, archiepiſcopus, Elphegus Cuthbertus antiqnus pater. Omnes hi inuiolatis cute & carne, flexibili articulis, vitalibus quodam tepore ſpeciem dormientium tenent.

De conſtantia Dunſtani archiepiſcopi Cãtuarienſis & ſeueritate iuſtitiæ.

§. V.

EO tempore quidam comes duxerat cognatam ſuam. Correptus à Dunſtano, parere noluit, vt eam relinqueret. Excommunicatur, ille adiit regem, conquerens de Dunſtano. Rex mandauit archiepiſcopo, vt eum abſolueret. Qui noluit, ſed eum grauius excommunicauit. Ille Romam cum multis muneribus miſit. Apoſtolicus mandauit Dunſtano, vt eum abſolueret. Abſit hoc (inquit Dunſtanus) vt cauſa alicuius mortalis hominis contennam legẽ Dei mei. Quod videns comes pœnituit, & vxorem illã repudiauit. Nudiſque pedibus, laneis indutus, virgaſque in manu gerens, cecidit ad pedes Dunſtani generale concilium celebrantis. Et tunc primo abſolutus eſt.

…tes alienã …te monem non vult impunitos diu manere.

Quodam tempore capti ſunt tres fabricatores falſæ monetæ. Qui mox adiudicati ſunt ad ſuſtinendam pœnam tali crimini promulgatam per Angliam, ſcilicet manuum abſciſſionem. Quod Dunſtanum non latuit. Die ergo Pentecoſtes celebraturus miſſam, percunctatus eſt vtrũ lex illa impleta eſſet? Reſponſum eſt propter reuerentiã feſti Pentecoſtes, dilatã eſſe pœnam vſque in diem alterum. Nequaquam inquit. Ego hodie ad altare non accedã donec debitam ſuſtinuerint pœnam. Nã negotium ad me reſpicit. Ipſi enim viri in poteſtate eius erant. Hæc dicit, & pro eis, qui manus perdituri erãt, multum plorans, qua affectione hæc dixerat, patefecit. Quibus punitis aſcendit ad altare læta facie dicens. Nunc confido, quòd ſacrificium de manu mea ſuſcipiet dñs &c. In ea aũt miſſa dũ diſceret: eccleſiam

A.C. 990. tuam, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris, niuea columba ſuper eum multis videntibus deſcendit, & alis expanſis ſuper caput eius, ſic manſit in ſilentio: quouſque ſacrificium impleret. Quo cõpleto diuertit ſuper tumulum Odonis præfati prædeceſſoris eius alis ſuis eum complexans, & roſtro deoſculans. vnde Dunſtanus, quoties ante ſepulchrũ eius tranſiuit, ſẽper genua flexit, & eũ poſtea appellauit Odonẽ Sodonẽ, id eſt Odonẽ bonum. Dũ autem digrederetur ab altari miniſtris pro ſigno, quod accideratin diuerſa euntibus, non fuit, qui caſulam eius ſuſciperet B quæ pependit in aere, nec terram tetigit, ne ſer uum Dei à ſua intentione turbaret.

Dedicans Eccleſias quæ miracula fecerit.

Dedicabat aliquando eccleſiam cuiuſdam nobilis vbi cum aqua deficeret ad miniſterium, & ille nobilis turbaretur, vir Dei percuſſit baculo terram oratione præmiſſa, & fons erupit: qui vſque hodie manans nomen eius celebre facit.

Aliam quandam eccleſiam dedicabat, quam cum conſpiceret non eſſe conuerſam ad orientẽ: humero ſuo parũ ſuppreſſit, & mox fertur eam ad orientem conuertiſſe. C

S. Dunſtanus Edgaro opitulante reſiſtit curpẽtibus ſacerdotũ connubia introducere. Polyd. Verg. l. 6. Hiſt. Angl.

Interea clericalis ordo in quibuſdam locis tanta confuſione agebatur, vt non ſolum vita ſæcularium excellentius nil haberet, verum etiam improbis actibus longè inferior iaceret. Qua de re paſtores eccleſiarum turbati, Dunſtanum vt proprium primatem adeunt, res male geſtas exponunt. At ille in homines nefandos authoritatis ſuę protulit ſententiam aut canonicè eſſe viuendum: aut eccleſiis exeundum. Ex quo factum eſt, vt plurimi eccleſiarum clerici, dum contemnerent propoſita conditione corrigi, authoritate pontificis ſint D expulſi. Qui cum eum iniuriæ accuſarent, vitiorum amatores ſe eſſe fatentes, Dunſtanus coacto concilio Vuintoniam venit. Ibique ſententia totius concilij de aduerſariis victoriam cepit. Cúmque ex iure, nihil ſibi ſupereſſe conſpicerent, vſi regio auxilio & principum, ad præces ſe vertunt: quibus epiſcopũ flagitãt, vt intromiſſæ perſonæ de eccleſiis expellantur, & expulſæ reſtituantur. Obticẽte itaque viro Dei nihilque ad rogata reſpõdente ecce dominici corporis forma, vexillo crucis infixa & in edi- E tiore domus parte locata humanos exprimens modos omnium voces compeſcuit dicẽs. Abſit hoc, vt fiat, Abſit hoc, vt fiat. Ad quam vocẽ rex, & omnes maiores natu perterriti, clamore pariter & laude Dei aream impleuerunt. Et hæc quidem aduerſarius videntibus ceſſatũ eſt à contentionibus, donec per ſucceſſionem diſcordia renouata eſt. Tunc abeuntes & iniquitatis ſuæ defenſorem quemdam Scotorum põtificem ingenioſum & loquacem aſſumentes, ad hominẽ Dei tendunt, turgenti ſpiritu ſcandalũ proponunt. At ille, qui longo ſenio, & la- F boribus eccleſię effractus, iam pręter orationẽ omnia poſtpoſuerat, hoc reſpõſionis iaculum in hoſtes vibrat. Quoniam (inquit) tanto tempore elapſo calumniæ cauſam non prætendiſtis, nunc autem ſeneſcentem me, & taciturnitati operam dantem, antiquis querelis compellitis deſeruire: fateor vincere vos nolo, cauſã eccleſiæ ſuæ iudici Chriſto committo. Qđ

A dixit, irati Dei cenſura firmauit. Mox n. domus A.C. 990. cõcuſſa eſt. Cœnaculũ ſub pedibus ſolutũ, hoſtes ſolo præcipitati, ac ruentium trabium pondere oppreſſi ſunt. Vbi verò cum ſuis ſanctus accubitabat, ibi nulla ruinæ ſuffultio fiebat.

De prophetia Dunſtani contra dominam reginam: & occiſione regis: & tranſitu Dunſtani.

§. VI.

Rex autem Edgarus immatura morte præ- B reptus Eduardum filium ſuum ſucceſſorem, & regni & morum reliquit. In cuius electionem dũ quidã palatini principes acquieſcere nollent Dunſtanus arreptum crucis vexillum quod ex more ante ſe ferebatur, in medio conſtituit. Eduardum illis oſtendit, elegit, ſacrauit, patriſque ac magiſtri affectum, quo ad vixit, ei impendit. Sed poſt triennium nouercali fraude occiſus eſt per hunc modum. Quia enim Dunſtanus regem fecerat, vt dictũ eſt, Eduardum contra voluntatem nouercæ reginæ dictæ Elfridæ, quia volebat ipſa filium C ſuum ex Edgaro habitum puerum, necdũ ſeptẽnẽ regem facere, vt ipſa pro eo regnaret. Irata propter hoc tractauit de morte ipſius Eduardi cũ complicibus ſuis. vnde redeunti de venatione Eduardo, adhuc adoleſcenti, vna dierum diſperſis binc inde ſociis cũ ſitiret valde poculũ ei quidam porrexit, & bibentem alius ſ[illegible] elles à regina Elfrida inductus ſica tranſfodi[illegible]. Cuius mortem innocentem & vitæ probitatem miracula proteſtata ſunt. Nam & ibi lumina de cœlo oſtenſa ſunt, & claudus greſſu, mutus verbum, cæcus viſum recuperauit. Cũ ſ[illegible]nque il- D luc regina Elfrida veniſſet, equus eius ibidem ſtans nullis potuit ſtimulis moueri. Mutatur equus ſecundus quoque moueri non potuit.

Sacro autem corpore de ignobili loco leua- Corpus to, & honorificæ ſepulturæ tradito, quidam clericus Elferius nomine, qui contrarius ordinationibus ſancti Dunſtani, omnia pene monaſteria, quæ conſtruxerat Ethuoldus euerte- Petri rat, & cum aliis clericis de eccleſiis ſuis expul- Eduardi ſis propter diſſolutam eorũ vitam à Dunſtano ſepultura. honeſtis & idoneis clericis ſubſtitutis, bella ſuſcitabat, regales inferias apud Seeſtoniam ſol- E uit, quaſi lætus de occiſione Eduardi. Sed poſt annum à vermibus quos pediculus vocãt conſumptus eſt. Hic autem Ethelredus filius Edgari & Elfridæ: qui occiſo fratre eius Eduardo, ſucceſſit ei in regno Angliæ, & regnauit annis 36. cum recenter natus baptizaretur: circunſtantibus epiſcopis in ſacro fonte cacauit, vt ait Vincen. poſt Guilielmum, & ſacramẽta interpolauit, vnde Dunſtanus turbatus: Per Deum (inquit) ignauus erit homo iſte. Decennis autem factus, dum fratrem ſuum audiſſet necatum conclamari, fletu furen- F tem matrem ſuam adeo commouit, vt quia flagellum ad manum non habebat, arreptis candelis innocentẽ cæderet, nec prius deſiſteret, quàm pene exanimem & ipſe lachrymas infunderet. Quapropter tota vita ſua ita cãdelas exhorruit, vt nunquam ante ſe lumẽ ca[illegible]m pateretur inferri. Quæ res cũ nota fuiſſet Dunſtano, & illi inſectus propter tantũ facinus, non

tamen

A. C. 990. tũ conſiliũ eius fuit reſiſtere, eũ quod regis filius & primus tunc hæres videretur eſſe. Attñ in die conſecrationis cũ adeſſet Dunſtanus, vt diademia eius capiti imponeret, ait corá omnibus circunſtantibus. Quia per mortẽ fratris tui aſpiraſti ad regnũ propterea audi verbũ dñi. Hæc dicit dñs deus. Non delebitur peccatum ignominioſæ matris tuæ, & peccatũ virorũ, qui interfuerunt cõſilio eius nequá niſi multo ſanguine miſerorũ prouincialiũ. Et venient ſuper gentẽ Anglorũ mala, qualia non eſt paſſa vſque ad præſens tẽpus. Prædicta vero regina Elfrida poſtea in ſe reuerſa valdè pœnituit ſceleris perpetrati, & auſterá vitá in monaſterio tenuit, & deuotè de hac luce migrauit, confidentiá non male faciendi, ſed veniá impetrandi præſtans de perpetratis facinoribus iis, qui verè conuertuntur ad Deum.

Viſio in qua fama S. Dunſtani. Demũ cũ inſtaret dies aſcenſionis dominicæ, peractis vigiliis ſanctus Dunſtanus remanſit in oratione ſolus in eccleſia. Et vidit, & ecce innumera candidatorũ multitudo coronas aureas in capite geſtantiũ, inæſtimabili fulgore micantiũ, & per eccleſiæ ianuá irrũpens, ante ipſum conglobata conſtitit, vna voce eũ ſalutans hoc modo. Salue Dunſtane noſter, ſalue. Mandat tibi, quẽ piè deſideras filius dei quatenus ſi paratus es, venias. Et diẽ hanc ad cuius gaudiũ ſuſpiras, nobiſcũ celebres. Ad quod ille imperterritus manens, ſciſcitatus eſt qui eſſent: Cherubin (inquiunt) & Seraphin ſumus. Reſponde quid velis. Qui reſpondit. Hodie eſt ſolenniſſimus dies, & incũbit mihi pane verbi Dei plebẽ reficere, & oſtendere illi, quomodo ad hoc gaudiũ poſſit peruenire, propter quod & multi conuenerũt, nec debeo eos decipere, & ideo venire non poſſũ. Qui dixerunt. Ita paratus eſto, vt die ſabbati præſto ſis hinc Romã nobiſcum venire, & coram ſummo pontifice ſanctus, ſanctus, ſanctus, æternaliter canere. Poſt hæc illi recedunt.

Populum veritatem corporis Chriſti ſibi communicari docet. Lecto igitur euangelio die illa ad miſſã, locutus eſt ad plebẽ, qualia nunquã locutus fuerat. Et reuerſus ad altare, celebrauit myſteria. Vbi aũt ventũ eſt ad benedictionẽ ſuper populũ, iterũ ab altari prædicaturus regreditur, ita vt non hominẽ, ſed angelũ loqui putares. Iterũ ad altare reuertitur. Et data benedictione, iterũ ad populũ redit ſtupentibus cunctis. Et mox, vt ad loquendũ os aperuit, tanta claritate vultus eius reſplenduit, vt nemo in eũ intendere poſſet, obitũque ſuũ illis inſtare prædixit, promittens illis ſe nũquã defuturũ, & tunc ad menſam dñi regreſſus eſt. Eadẽ die cũ à menſa ſumpto cibo ſurrexiſſet, oratoriũ petiit, & deſignauit locũ, in quo ſe voluit ſepeliri. Mox languor eũ inuaſit, ſexta feria lecto decubuit, omnẽſque aduentãtes ad conſequẽda Chriſti veſtigia incitabat. Sabbato iterũ cõmunicatus eſt. Et cũ horã ſuã expectaret ſubitò cum lecto, in quo iacebat, vſque ad ſuperiora leuatus eſt, & trabibus obſiſtentibus ne leuaretur altius, ad terrã leniter demiſſus eſt, & trib. vicibus hoc factũ eſt. Tũc ait ad circunſtãtes. Vos videtis, quod vocor, mecũ vultis venire, ite via, qua inceſſi. Deus qui me vocat, ipſe dirigat corda & corpora veſtra ad ſuã voluntatẽ in pace. Et reſponſo ab omnibus Amen, tranſiuit ex hoc mundo ad patrẽ. Fuit aũt

A huius ſancti fœlix tranſitus anno dñi 989. patriarchatus ſui 34. ætatis ſuæ circiter 60. Huius vitã deſcripſit Oſbertus Cantuariæ cãtor nulli noſtro tẽpore ſtillo ſecundus, & in muſica omniũ primus, vt refert Vin. poſt Guilielmũ. A. C. 990.

Miracula ab eo poſt mortẽ edita. Poſt mortẽ eius dominus ſanctũ ſuũ in pluribus prodigiis mirificauit. Nã quædã à natiuitate cœca lumẽ recepit, alter ab vtero claudus perfectè ſanatur. Quidã ab epiſcopo ſuo excõmunicatus propter voluptates, & propter hoc per ſeptẽ annos ſathanæ traditus, & infatuatus, ad tumulũ eius liberatus eſt. Paralyticus, B qui ab eo fuerat ſanatus poſtea propter ingratitudinẽ ſuam, quia in conuiuio quaſi inſultãs dixit. Etiam ſi non fuiſſet Dunſtanus, ſanatus fuiſſẽ ſtatim: priſtino morbo correptus eſt, & clamans miſerabiliter mortuus. Mos erat in eodẽ monaſterio, vbi olim Dũſtanus fuerat abbas, & poſtea ibi ſepultus, omnes pueros in ſcholis verberari ante quintum diẽ natalis domini non pro culpis, ſed ex vſu tantũ. Fortè ex hac cauſa, vt aſſueſcerent etiã ſine cauſa rationabili pati iterum ſeuera magiſtrorũ, & prælatorũ. Rogati ſunt magiſtri, vt condonarent C eis illũ diẽ. Qui noluerunt, ſed omnes ſe ad virgas præparauerunt. Ea nocte adſtitit vni eorum in viſu ſanctus Dunſtanus dicẽs, Cur tã pauidi eſtis ô pueri? Quia (inquit) domine furor magiſtrorũ ſedari nequit. Ne timeatis, ait, ego eos ſedabo. Ego ſum Dunſtanus pater huius monaſterij. Hoc tibi erit ſignum, quia liberabo vos. Vade & dic cuſtodi eccleſiæ vt auferat ab eccleſia corpus filij Aroldi quẽ gentilẽ odibilis quorundã adulatio iuxta me auſu temerario ſepeliuit. Quod ſi cito non fecerit, graue damD nũ tota hæc eccleſia patietur. Iam autem illuceſcebat hora pueris tremenda & magiſtri inſtabant armati corrigiis nodatis, expectantes pueros ante ſe tranſituros. Et ecce ſubito omnes magiſtri dormierunt, & pueros per mediũ tranſeuntes non fuit qui tangeret. Adoleſcens aũt detulit mandatũ cuſtodibus. Qui contempſerunt. Poſtea à quibuſdã monachis Dunſtanus à loco diſcedere viſus eſt. A quibus eũ detineretur, & cur recederet quæreretur. Reſpondit ſe fœtorẽ paganæ carnis, & quorundã illic viuentiũ iniquitates ferre non poſſe. Quæ res E (inquit) ſi nõ fuerit emendata, tota hæc ciuitas & hæc eccleſia luet. Non multo poſt ciuitas combuſta eſt, & tota eccleſia cum officinis ſuis excepto dormitorio & refectorio cum clauſtris, quæ ibi appendebant. Colitur 19 Maij.

De S. Elphego Cantuarienſi archiepiſcopo de quo Oſbertus tom. 2. Sur. ex quo Vin. c. 1. l. 25.

CAPVT VII.

F FLoruit in Anglia quidam alius archiepiſcopus Cantuarienſis nomine Elphegus, non ille qui fuerat, cognatus Dunſtani & epiſcopus [ſed alius ex abbate in epiſcopũ, &] ex epiſcopo in archiepiſcopũ ſeu patriarcham Cantuarienſem tranſlatus, & demũ martyrio coronatus anno domini 1012. tẽpore ſecundi Henrici imperatoris. Hic, vt refert Vincen. ſpec. hiſto. libr. 26. c. 1. ex geſtis eius quondam ſplendidiſſimis natalibus ortus, literis imbuendus traditur.

A.C. 990.

traditur. Lectis autem & perlectis, quæ ſaluti ſufficientia videbantur, totum philoſophiæ ſtudium conuertit ad diligendum Deum. Cúmque arctioris vitæ ſemitam arripere vellet, peruenit ad locum qui Bathonia dicitur. Ibique habitaculum conſtruxit, & incluſum ſe mirabili rigore reſtrinxit. Nec mora, nobiliſſimus quiſque ad conſilium eius ſpirituale petendum confluit, pluréſque ſub eius diſciplina vitam ſimul & habitum imitaturi accedunt. Vbi autem ampliſſima manſione perfectam ſobrietatis legem ipſe diſcipulis indixiſſet, & moderari carnales paſſiones edocuiſſet, ipſe in anguſtiſſimam domunculam ſe contulit, delegato præpoſito: qui ei victualia ferret, ſummorum tamen negotiorum cauſæ ad illum deferebantur.

Vitio diuina in monachū improbum.

Plerique autem diſcipulorum eius monita ſpernentes, profeſſionis immemores, nihilque communem vitam habentes, mediis noctibus conſueuerant furtiuos cibos edere, ebrietati operam dare, laſciuire, & protſus inhoneſta, quantum ſinebat latens audacia perpetrare: ſed ira Dei illum, qui in hoc ſcelere capitalis erat, horrendo ſubitóque iudicio inuoluens occidit. Nocte verò, quæ diei ſepulturæ eius ſucceſſerat, Elphego ſacras de more excubias celebrante, & ſe domino ſacrificium offerēte, contigit intra ambitum monaſterij validas voces audiri, vnde concitè ad monaſterium tendit, attonitiſque auribus ſonum captans verba diſcernit, domū irrumpit. at ecce is, qui nuper obierat, miſerè afflictus ſolo iacebat, ſuper quē horrendi aſpectus homines ſtabant, qui neruis taureis, & ignitis ſerpentibus eum flagellabant. Illóque præ doloris anguſtia vlulante, hæc ei improperabant. Nec tu Deo [obediſti] nec nos tibi, eadém q; ſæpius repetentes è loco captiuum extraxerunt. Tunc ſanctus recedens quod reliquum erat noctis flens inſomne duxit. Orto autem ſole diſcipulos ſimul compulit, & quæ manifeſtante Deo nouerat, retulit, videns alios pallere, alios flere, omnéſque trepidare. At illi, quos mortui ſcelus ſodales habuerat, in medium proſiliunt, errorem fatentur, prauè geſta poſtulant vleiſci, ne diuinæ vltioni remanerent obnoxij. Requiſiti autem an conuiuandi locum habuiſſent, illum etiam locum deſignant, in quo defuncti animam ſpiritus nequam cruciauerant. Sic pius Deus propter optima viri merita, dum vnius ſcelus noluit latere omnium mala voluit detegere. Et dum vni noluit parcere, omnium morbos voluit ſanare.

Fit epiſcopus Vuintonienſis.

Interea mortuo Vuentano epiſcopo ſanctus Dunſtanus Cantuarienſis epiſcopus, qui in vniuerſis vrbibus in Anglia conſtitutis, necnon & in aliis regionibus Anglorum regno ſuppoſitis primas præſidebat, comperto quòd de Vuentano epiſcopo eligendo magna partium diſſenſio fieret, metuens hoc ſcandalo plurimorū, & animarū fieri detrimento orauit dñm, vt dignaretur oſtendere quis regēdæ eccleſiæ deberet idoneus paſtor ſuccedere. Cúmque clerici & monachi literi, & ille multiplicaret ad dominum preces, ecce affuit Andreas apoſtolus tali oraculo viſus. Quid chariſſime contriſtaris, & tā lugubres queſtus lachrymando effaris? Surge, & Elphego abbati manū impone, cúmque deſolatæ eccleſiæ ſacerdotē cōſtitue. Nec te prohibeat aliquorū potētia, quia nō ab homine, ſed à Deo proceſſit hęc ſententia. Tūc lętiſſimus effectus pontifex palatinis auribus hoc expoſuit. Factoq; cōuētu omnes in eā ſententiā iuērunt, clamātes ſe id velle, quod Deus vellet, quódque Dei pōtifex deliberaret.

A.C. 990.

S. Elphegi in epiſcopatu vita qualis.

§. I.

FActus ergo pontifex Elphegus, tam ſtrenuè ſe in cunctis agebat, vt nemo dubitaret, quin is cordi eius moderator ſederet, cuius electione promotus fuiſſet. Ita ſe omniū moribus conformauit, vt & omnibus charus eſſet: & nemo (quod rarū eſt) eius gloriæ inuideret. Cúmque ſummæ miſericordiæ ac beneficentiæ in omnes eſſet: in ſe crudelis & impius apparebat. Nam hyberno tempore cùm terra glaciali frigore rigeret, & profundus cæteros ſomnus occuparet ipſe clam de ſtrato conſueuit ſurgere, & externum locum petens, ibi nudis pedibus ac ſimplici veſte indutus in oratione pernoctare. Ieiā cum velut pranſurus intraret: tā vacuus ferè à menſa ſurrexit: quam vacuus acceſſit: ita vt nec ediſſe, nec non ediſſe à conſpicientibus argui poſſet. Omnibus pauperibus ita ſubuenit: vt nec parochialium quempiam publicè mendicare, nec extraneí loci pauperē vacuum abire permitteret: horrendum nefas reputans, ſi quod natura commune conſtituit, hoc ſibi homo priuatum vſurpare velit. Vbi autem illa defeciſſent, quæ ex iure eccleſiæ miniſterio pauperum cōpetere poſſent: theſauros eccleſiæ, quos multiplices parauerat, iuſſit diſtribui: docens ad hoc ornatiſſima quæque eccleſias poſſidere, vt tēpore fœlicitatis ſint honeſtati, tempore verò neceſſitatis ſint vtilitati.

Præfatus igitur defenſor iuſtitiæ Dunſtanus accepto rumore, quo beatus Elphegus in populo prædicabat, excelſar Deo laudes referens, eius miſericordiam poſtulauit, vt eum patriarchatus ſui hæredem poſt obitum ſuum, quem præſciuerat, relinquat. Cui ſtatim quod poſtulat promittitur, quamuis non ſtatim, ſed decurſo tempore adimpleretur. Nam quinquennio quo ſimul vixerunt pontifices Dunſtanus & Elphegus ſuperato, Dunſtano autem in gaudiū domini ſui ingreſſo, tres ſibi poſt illum ex ordine ſucceſſerunt.

Anno igitur incarnatæ [a] deitatis 1006. Elphegus de Vuintonia Cantuariā tranſlatus, ibique archiepiſcopus leuatus poſt paucos dies

Romā ... ad ... lium tendum.

a Phraſis hæc aliquātulum dura his D. Thomæ verbis in 3.p.q.3.ar.2. moderanda eſt. In verbo aſſumptionis, inquit, duo ſignificantur, ſcilicet principium actionis & terminus eius. Eſſe autem aſſumptionis principiū conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam, quia eius virtute aſſumptio facta eſt, ſed eſſe terminum aſſumptionis nō conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam, ſed ratione perſonæ in qua conſideratur. Et ideo primò quidem & propriiſsime perſona dicitur aſſumere, ſecundariò autem poteſt dici, quòd etiam natura aſſumpſit naturam ad ſui perſonam & ſecundum hunc modum dicitur natura incarnata.

Rumam

A.C.1010. Romam adire ſtatuit. Iámque Auſoniam ingreſſus cùm in quodam oppido ex itinere feſſus quieſceret, oppidani hominem incognitum habentes auaritiæ ſuæ conſulentes domũ irrumpunt, res eius diripiunt, Ipſúmque omni ſuppellectili priuatum verbis & verberibus exire compellunt. At ille contumelias ſuas leniter ferens, ſuorum verò mediocriter dolens, via qua venit redire cœpit. Sed necdum ab oppido longè receſſerat, & ecce horrendæ voces mœnia corripiunt, quæ cinerem ædificiis & ciuibus minantur iacturã. Igniſque à Deo immiſſus cœpit oppidũ ac cuncta per præceps diſcurrere. Quod loci incolę cernentes, conſiderantes ne propter iniurias illatas homini Dei hoc eueniret eis, exterminium ſuum timentes compuncti oppidum egrediuntur, virum Dei requirunt, veniã petunt, omnia ſua reſtituẽtes & propria eorum offerentes. Illo autem pro cis orante: ignis extra mœnia exiit illæſos dimittens, qui & admonuit eos proximis non nocere.

Dani Vaſtant Angliam. Poſt hæc cum pyratæ peſſimũ genus prædonum, cum duce Turcillo Danorum principe portus maris oberrarent, per omnem Angliam gens illa ſpargitur, & quicquid obſtaret, tum cæde tum incendio comminuit. Deſerta igitur ab incolis terra ad vrbes vicinas confugerat. Iacuitque terra prædonum furori obnoxia nullo cultore beata. Nam rex Anglorum Ethelredus, quia imbecillis & imbellis, monachum potius quam militem actione prætendebat. In tanto autem rerum diſcrimine Elphegus hoſtes adibat, verbum vitæ eis prædicabat, captiuos dato pretio redimebat. Et eos, quos fames opprimebat, alebat. Tantúmque placendi hominibus diuina gratia ei conceſſit, vt nõ ſolum à temporali, verum etiam captiuatores ab æterna ſeruitute liberaret, dum fidei expertes ad fidem reuocaret.

De conſtantia huius ſancti, & perſecutione Danorum & Anglorum.

§. II.

Dani ei necẽ moliuntur inferre. PArs igitur Danorum non modica, infidelitatis errore detenta, ſociorum ſaluti inuidebat, authorémque ſalutis eorum occidere cogitabat metuens ne ſublatis iis, quibus auxiliariis bellare ſolebant, minorem nocendi licentiam, vel reſiſtendi potentiam haberent. Sed dum infidelium paucitatem ad iniuſtam iuſti hominis necem propter fidelium copiam diabolus non poſſet impellere, aliam patrandi ſceleris aggreditur viam. Nam Edricus totius regni præfectus, cuius fratrem nobilitas Cantuariorum eo quòd in pręſentia regis ei gratuito maledixiſſet, & bona quorundam inuaſiſſet aggreſſum interfecerat, & eius ædes ſuccenderat, vltionem ſanguinis eius à rege expoſtulat at rex poſtulata denegat, iure fratrem peremptum pronuncians, qui tantam nobilitatem in regali palatio impetere præſumpſiſſet. Præfectus colore mutatus palatium egreditur, iunctiſque ſecum decem millibus viris armatis fratrem vlciſci conatur. Sed dũ reſiſtẽtibus aduerſariis ſuis conatus ſuos parũ ſibi profuiſſe conſpiceret, elatus in irã Danorum conciliabula expetit, & auxilia perquirit regnum poſt victoriam æqua ſorte diuidendũ promittit, ſe orientalibus Anglis principaturum, Illos verò aquilone potituros. Quid plura? Dexteras dãt & accipiunt, ſacramenta exigunt & porrigunt. Hoſtes pontifici præfectus nobilitatis, omnes Cantuarij necem intentant. Cuius rei fama ciuitate valde permota, mox vniuerſa nobilitas quæ in legis violatorem vindictam exercuerat, lachrymabili queſtu pontificem circundat. Orat vt vrbem exeat, & vitæ ſuæ omnium in terra viuas excellenti conſulat. At ille. Alia (inquit) via mihi gradiendum puto. Neque enim ſceleratorum hominum maleficia commiſimus, vt hinc mortis ſupplicia timeamus. Cæterum mercenarius eſſe potero, ſi videns oues meas à lupis deuorari, incipiam fugam meditari, proinde quoque quibus inſpirauit Deus vt bona maláque perpeti velint, hic quæ præparata ſunt nobiſcũ patienter expectent.

A.C.1012. Tunc quibuſdam ad alia loca ſe transferentibus, aliis placandi gratia ad Danos accedentibus, Elphegus conuocatis pauperibus populi ſui hortabatur eos bono animo eſſe, Deum præ oculis habere, nihil præter eum formidare, exemplum humilitatis & patientiæ Chriſti ſumere. Qui cùm eſſet omnium dominus, non ſolum de inimicis ſe vlciſci noluit, ſed & ſæuientem Petri amorem ab vltione prohibuit. Ioan. 18. Proponebat quoque eis conſtantias martyrum, & victorias eorum. His eos ſermonibus inſtructos, ad quæcunque tormenta perſecutor impelleret, reddidit paratiſſimos. Deinde epiſcopali benedictione ſuper eos effuſa: paciſque communione in oſculo ſancto libata cùm diuini epuli participes effeciſſet, omnium protectori eos domino commendauit. Dani Cantuariam obſident. Vrbe autem ab hoſtibus circũuallata, ciues pro muris conſiſtentes reſiſtendi audaciam non tam oſtendebant, quam ſimulabant. Iam verò exhauſto, quicquid ad vſum vitæ parauerãt, miſſus eſt à pontifice, qui Dano ſuggereret, vt ab incepto deſiſteret, & Dei iudicium pauerent. Sed Angli, qui ad impietatem procliuiores erant Danis, eo ferociores inſtabant, murum arietibus ferire, igneas faces in ciuitatem iacere. Inde feralis per cõtiguas domos ignis conceptus per omnia loca dilatando ſe ſpargitur. Tunc miſeranda inter ciues cunctatio, vtrum deſertis propugnaculis ad domos proprias conuolarent, an eis neglectis munitioni inſiſterent. Vicit dulcis filiorum recordatio, tuendæ familiæ Innata compaſſio. Currunt fore præcipites rapiunt è mediis ignibus coniuges, & caros liberos hoſtili ſtatim gladio trucidandos. Sed illis ad cineres ædificiorum attentius occupatis: effracta vrbe exercitus ingreditur. Alij iugulantur, alij flammis conſumuntur, plures verò ſuper muros præcipites dantur. Matronæ nobiliores, dum theſauros, quos non habent prodere coguntur, capillis per plateas diſtractæ ad vltimum flammis iniectæ moriuntur. Paruuli à matrum vberibus auulſi, aut lanceis excipiuntur, aut ſuperacto plauſtro minutatim conteruntur.

Pontifex autem Elphegus non ferens tantã

ſuorum

A.C.1010. ſuorum depopulationem, ad locum cadaueribus plenum currit, inter denſiſſimos hoſtium cuneos ſe ingerit, clamãs. Parcite, parcite, ſi viros vos eſſe cognoſcitis innocentẽ ætatẽ perſequi deſinite, non eſt iſta victoria, qua lactentium perimitur infantia. En me, qui vt Chriſtianum populum augerem, multo vos milite ſpoliaui, En me qui veſtra crimina ſemper damnaui libero ore: qui captiuos paui, veſtiui, redemi. Si gratis malos eſſe delectat, in me præcipuè ira veſtra deſæuiat, quem tot modis vos offendiſſe cõſtat. Protinus in numeris manibus athleta Dei capitur, & intercepto gutture vox loquẽtis præpeditur. Palmæ vinculis innectuntur, genæ vnguibus diſſecantur, pugnis & calcibus latera tunduntur. Inter hæc ſeruus Dei muto ſimilis impiorum manibus ad atrium templi impulſus, flagitij noui ſpectator cogitur adſiſtere: vt mortem ante mortem videret, nullúmque genus mortis exiſteret, quod eum ſiue patientem, ſiue ſuis condolentem, præteriret. Accedunt igitur miniſtri diaboli, & cuppas deſuper poſitas inflammant, vt tectum inde comburant. Iámque plumbum ab igne reſolutum cœpit introrſus defluere cum ſancta monachorum plebs caput pallio coopertа lachrymis facie rigata egreditur datura pro ſaluatore, quod ille pro omnibus dignatus eſt impendere: ad quam ferro excipiendam trux carniſeа occurrens miſerabili cæde deuaſtat.

Igitur ex omni numero, q ad octo millia hominum protendebatur quatuor ſolum monaſticæ profeſſionis & nongẽtos inferioris ordinis viros remanſiſſe accepimus, quos verberibus acriter excruciatos: aut pecuniaria redemptione dignos iudicauerũt, aut ſeruilibus operibus mancipando, ſecum adduxerunt.

Miſerabilis ſtrages Contuariorum. Iam populo cæſo, & vrbe flammata, templo violato, perſcrutato, ſpoliato, dũ ſanctus toto corpore vinctus ad partã ſeptemtrionis traheret, ecce ij quos ex ruina ſuperfuiſſe dixi, pedes trabibus inſerti, ſub militari cuſtodia tenebantur. Qui viſo pontifice, & quod contra eum agebatur, eleuatis in cœlum manibus cum rugitu exclamant, Deum tantæ crudelitatis inſpectorem fore poſtulantes. Pontifex autem ſubſiſtens, vt fractos eorum animos oratione firmaret, repente ab impellentibus ſe graui per humeros vulnere ſauciatur, adeo vt profluente ſanguinis vnda, humerus à corpore diuiſus appareret. exhorrent facinus compediti, exhorrent etiam Dani, ducitur ſanctus ad carcerem quem fœdebat horror tenebrarum, anguſtia parietum, importunitas ranarum. Ibi enim eũ ſeptem menſibus ſeruauerunt, rati illum eccleſiam patrimonio ſpoliaturum, & pro ſui liberatione eis daturum. Interea cœpit ira Dei in populum homicidam adeo deſæuire, vt paruo tempore duobus eorum millibus per diros internorum cruciatus proſtratis, cætera quoque multitudo ſimili morbo percuſſa ſimile expectaret exitium. Tandem omnes ad eum currunt, eius ſupplicationem ad Deum petunt. Tunc eorum manibus ad publicum honorificè delatus, & in cella geſtatoria poſitus ait. Et ſi veſtra inceſſabilis crudelitas nullum ſibi promerendæ veniæ locum relinquat, noſtri ta-A men intereſt officij, non tam, quod vos pati conueniat, quam quod nos agere deceat, intueri. Inuocato ergo mundi authore Chriſto, datóque eis pane a ſe benedicto omnes de ea mortali, clade liberauit. Legant autem, id eſt, mittunt præfati hoſtes principes quatuor, qui põtifice adito ſcilicet Elphego, primũ quidẽ pro beneficio impenſo gratias agant, deinde conditionem proponant, vt ſi velit libertate & vita potiri ſexaginta argenti talenta perſoluat, ſingulis talentis quinquaginta librarum pondere appenſis. Quibus ſic ille reſpondiſſe fertur. Si ad explendam cupiditatem veſtram exi-B ſtimatis me eccleſiaſticas poſſeſſiones ſpoliaturum, fallimini: quia chriſtiani non eſt chriſtianorum carnes paganis dentibus conterendas dare. Quod ſi beatus Laurentius, quos acceperat, theſauros laudabiliter occuluit, ego quos accepi, crudeliter exquiram, Crudelius prodam. Tunc ad hæc verba hoſtes furibundi cœperunt clamorem dentium ſtridore attollere. Fuitque miſerabilis rerum conditio, vt qua die omnia mundi elemẽta de reſurrectione domini lætabantur, ea beatus vir inauditis tor-C mentorum quæſtionibus puniretur. Sed ille propter ſpem, quam habebat in Deo, omnibus his malis quaſi epulis delectabatur. Denique à carnificũ turba magnis verberibus afficitur, & crebro violato ſemianimis ergaſtulo clauditur, vbi accenſo foco, quicquid fœtidiſſimum eſſet iniecto, ianuas claudunt. Sed cœpit horrifica domus cœleſtis gratiæ participium ſuſcipere æternæ vitæ odoramenta ſpirare, hymnos mellifluos ſanctorum vocibus modulatos perſonare. Quos ſanctus intuitus, inter cæteros recognoſcit ſanctum Dunſtanum archiepiſcopum olim, glorioſum adſiſtentem, D atque dixit. Ad te Chriſti miles venimus noſtro honorandum obſequio, miſſi ab eo, qui tibi victoriam dedit, & coronam in cœlo præparauit. Inter hæc laxantur nodi vinculorum, ſtringuntur hiantia vulnera, & abſoluta deteguntur omni corporis plaga, Elphegus pſallens cum pſallentibus exultat. Quod ſentientes cuſtodes carceris exterriti facti ſunt. Tandem Elphegus iumento impoſitus ad concilium furoris cum ingenti planctu fidelium ducitur. Lapidatur, & martyr efficitur. Cuius ſanguine ſtillante lignum aridum mox reuixit. Et E tunc corpus eius pro tanto miraculo permiſerunt Dani portari Londoniam, vbi ſepultum eſt, & poſt annos incorruptum repertum vſque ad hoc tempus durat, & recens ſanguis, & corporis illibata integritas.

A.C.1012.

Benedictio panis Danos ſanat.

De Ethelredo rege Angliæ de quo ſuprà & quibuſdam alijs. Vin. l. 25. c. 5. A.C. 978.

§. III.

EO tempore, vt refert Vin. vbi ſuprà Ethelredus (alias Eteldredus) rex Angliæ Danos fugiens venit in Northmanniam ad Richardum fratrẽ vxoris ſuæ Emmæ filiũ Richardi ducis.

Qui cœnobium Fiſcanenſe, quod pater inchoauerat perfecit. Hic noctibus cuſtodias famulorum fallens, ad matutinas monachorum ibat, frequenter genua flectens in oratione vſq, ad lucẽ. Quadã nocte ſic faciens, oſtiũ monaſterij inuenit obſeratum. Qui excuſſo violẽter

pellulo

A.C.1013. peſſulo, ſoporem ſacriſtæ turbauit. Qui ſurgẽs à ſomno, & videns eum plebeio veſtium amictu, capillos arripit, & multos ei colaphos dedit. Ille incredibili patientia nec reſponſum dedit. Poſtero die in capitulo querelam depoſuit, & monachum illum ad vicum Argentias ſibi præcepit occurrere, minitans ſe ſic vindicaturum, quod tota Gallia de hoc loqueretur. Die dicto monachus à iudicibus adiudicatus eſt. Quem ille mox abſoluit, & vicum eumdẽ qui optimi vini ferax eſt, officio ſacriſtæ addixit, pronuncians eum optimum eſſe monachũ qui benè cuſtodiens munus iniunctum, nec etiam iratus ſilentium fregit. Iſte Richardus poſt 28. annos ducatus ſui mortuus eſt. Iuſſitque ſepeliri corpus ſuum ante oſtium eccleſiæ vt ab omnibus conculcaretur, & ſuper ſe plueret. Quem poſtea Guilielmus abbas tulit inde & ante altare locauit. Huius frater Robertus archiepiſcopus Rothomagi fuit. Qui honore abuſus, multa flagitia commiſit. Sed poſtea in ſenium vergens, quędam eleemoſynis deleuit. Quo ſcilicet ad ſatiſfactionem & verè pœnituit.

Richardus iſte filium habuit ſui nominis qui dux fuit vno anno, & dicitur fuiſſe venenatus à fratre ſuo Roberto: a vnde ipſe Robertus poſt annos octo Hieroſolymam petiit. Qui domum reuerſus apud Nicenam vrbem Bithyniæ veneno interfectus eſt. Cui Roberto ſucceſſit Guilielmus puer.

Anno prænotato Durandus fit Leodienſiũ epiſcopus. Quod (vt ait Sigebertus) quaſi fabula in theatro mundi fuit, quod vir ex humillimo & pauperrimo & ſeruilis conditionis genere dominis ſuis carnalibus dominabatur.

Aquiſgrani circa ea tempora conuentu generali & ſynodali per aliquot dies celebrato, tanta ſiccitas & intemperies aeris excanduit vt multi præ nimio ardore deficerent, multa etiã animalia interirent, ſubito pauim ẽtro & marmoreis columnis tanto ſudore madentib. vt aqua crederetur eſſe reſperſa à neſcientibus.

Florebat circa illud tempus eccleſiaſtica religio per abbates nominabiles. In Francia quidem & in Burgundia per Odilonem Cluniacenſem, de quo in precedenti titulo, pietate inſignem per Gulielmum Diuionenſem ſeueritate reuerendum. In Lotharingia per Richardum Virdunenſem, pia grauitate & graui pietate diſcretum [in Germania] per Popunẽ Stabulenſem, per Heliam colonienſem, per Olbertum & Stephanum Leodienſes, Bernonem Augienſem. b

Anno autem domini milleſimo 25. regnauit in Anglia fuit nomine Cunto, qui Romã profectus & exinde nauigio in Angliam rediens, mox Malcolinum regem Scotorum rebellantem ſubegit. Erat autem in Anglia vir ſapientiſſimus Egeuoldus archiepiſcopus Cantuarienſis ſecundus poſt Lanningum, ſed poſt Alphegũ martyrem, de quo in precedenti §. dictum eſt tertius, ex decano aſſumptus in epiſcopũ. Qui corpus ſãcti Elphegi à Londonia reuexit Cãtuariam. Qui de Roma veniens apud Papiam, brachium ſancti Auguſtini doctoris magni centum talentis argenti, & vno talento auri comparatum apud Cantuariam miſit. Huius etiam monitu rex Cunto ad tranſmarinas eccleſias miſit pecunias, & maximè ad eccleſiam Carnutenſem, vbi tunc florebat Fulbertus epiſcopus ſanctitate & prophetia nominatiſſimus. Qui fundamenta eccleſiæ ſanctæ Dei genitricis iecit, & eam perfecit miro lapideo tabulatu. Qui etiam à beata Dei genitrice viſitatus in infirmitate ſua dicitur: & eiuſdem ſanctiſſimo lacte refectus. Hæc duo ſanè intellige lector. Reliquias enim ſanctorum vendere, vel emere non licet, quia ſimoniacum. Sed gratis oblatis licet ob gratitudinem aliqua donantibus condonare liberaliter, vel etiam vaſa, ipſa aurea vel argentea emere. Quod ſubditur de lacte virginis, non eſt intelligendum de vero & naturali lacte, cùm corpus mortuum lac non habeat, & reſuſcitatum glorioſum (vt communiter tenetur de virgine) incorruptibile permaneat. Sed fuit quidam liquor miraculoſè procuratus. Reliquias ſanctorũ vẽdere eſt ſimoniacum.

Poſt Præfatũ regẽ Angliæ Cuntonẽ nomine, regnauit in Anglia circa annum Domini milleſimum 43. Eduardus Ethelredi filius, de quo Athelredo dictum eſt §. Hic Eduardus die ſancto Paſchæ apud Londoniam magna pompa coronatus eſt ab Adiſio archiepiſcopo. Et Egitham filiam Godouini in vxorem duxit, in quam omnes penè liberales artes confluxerãt. Quæ viuo & mortuo marito probri ſuſpicione non caruit. Sed moriens tempore Guilielmi vltimo iureiurãdo de integritate ſatiſfecit. Rex autem ita eam tractauit, vt nec toro amoueret, nec virili more cognoſceret.

Goduinus iſte aliquando ſedens ad menſam iuxta regem, orto ſermone de Elfredo fratre regis. Tu (inquit) ô rex, ad omnem memoriam fratris tui rugato, vt video, vultu me aſpicis. Sed non patiatur Deus, vt iſtam offam trãſgluttiam, ſi fui conſcius alicuius rei, quæ ſpectaret ad eius periculum, vel tuum incommodũ. hoc dicto offa, quam in os miſerat ſuffocatus, oculos inuertit ad mortem. Inde à filio eius Araldo, qui regi aſſtabat, à menſa ſubtractus eſt. Hic Goduinus habuit prius vxorem ſororem Cũtonis, ex qua puerum genuit: qui dum equo puerili iactantia ſuperbiret, ab eodem portatus in Tamiſem fluuium, ſuffocatus interiit, Mater quoque eius ictu fulminis exanimata eſt. Hęc dicebatur agmina mancipiorum in Angliam coẽpta, Danemarchiam ſolere mittere, maximè puellas pulchras. Rex autem iſte Eduardus ſanctus vir miraculis & ſpiritu prophetiæ claruit. De quo dictum eſt ſuprà in cap. de pontificibus, quòd vidit in ſpiritu ſeptem dormientes verti ad aliud latus.

a Addit Aemil. Sed multò facilius parricidium perpetratur, quoque expiatur. In Aſiam iuit terrámque ſanctam peragrauit, magno comitatu faſtuque, qui ſolus alerent animus poſſet, ne labore tam longinqui itineris maximum ſcelus condonaretur.

b Inter Ethelredum regem & hunc Cuntonem vel vt alij vocant Chnutum interſeritur a chronologis Anglis S. Edmundus martyr, de quo ſuprà ca. 2. §. 2. & infra §. 5. qui regnauit a. 2. circa A.C. 1016. Cnutus verò regnat A.C. 1018 cui ſucceſſit Haroldus circa an. C. 1040 poſt quem Eduardus A.C. 1043. de quo paulò poſt agitur.

A.C.1036 *Quædam mira de feminis quibusdam maleficis.*

§. IIII.

IN Anglia inſuper alio tempore apud Beherchiam villam quædam mulier, augurattix & malefica, cùm prout ordinauerat moriens, ſepulta fuiſſet in eccleſia, & in ſepulchro lapideo poſita fortiter clauſo & catenis colligato dæmones in nocte venientes clauſam eccleſiam aperuerunt, & fractis omnibus vincolis & clauſuris corpus inde eductum illius maleficæ & equo nigerrimo impoſitum verberantes ab oculis hominum diſparuerunt.

Iuuenis quidã qua ratione, Venerem deſponſauerit. Vinc. l. 25 ca. 29.

Romæ, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. li. 26. temporibus Henrici tertij imperatoris, erat iuuenis quidam locuples & nobilis, qui vxorem noui ter duxerat & ſodalibus ſuis conuiuium frequens fecerat. Poſt cibum iturus in campum vt luderet, tea conuiuij & ludi ſignifer pilam popoſcit. Interim annulum ſponſalitium digito extento ſtatuæ Veneris æreæ, quæ proximè adſtabat compoſuit, & eum penè omnes eum ſolum impeterent, ſuſpirioſus eaus incaleſcentibus primos ſe à luſu remouit. Repoſcenſque annulum inuenit ſtatuę digitum vſque ad volam curuatum, diuque ibi luctatus nec annulum eruere potuit, nec digitum frangere. Taciturſque diſcedens, rem celauit ſodalibus. Nocte intempeſta cum famulo rediens digitum iouenit extenſum, & annolum ſubreptum. Diſſimulato itaque damno ad nuptam rediit. Cumque ſe in lecto iuxta eam collocaſſet, ſenſit quiddam nebuloſum & denſum inter ſe, & illam volotari. Quod ſentiri quidem, ſed videri non poterat. Hoc obſtaculo ab amplexu prohibetur. Audiuit & vocem dicentem: meeum cõcumbe, quia hodie me deſponſaſti. Ego ſum Venus, cuius digito impoſuiſti annulum illum, nec reddam. Territus ille tanto prodigio, nihil referre auſos eſt vel potuit. Inſomnem duxit noctem illam, multum ſecum deliberans. Sic factum eſt per multum tempus, vt quacunque hora cum ſponſa concombere vellet, illud idem ſentiret & audiret. Erat ſanè aliàs valens, & domi aptus & militiæ. Tandem vxoris querelis commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito conſilio Palumbo cuidam presbytero ſuburbano rem pandunt. Is autem erat necromanticus, & in maleficiis potens. Il lectus ergo promiſſis multis compoſitam epiſtolam dedit iuueni dicens. Vade illa hora noctis ad compitum, vbi quatuor viæ conueniũt: & ſtans tacitè conſidera. Tranſient ibi figuræ hominum vtriuſque ſexus, omniſque ætatis & conditionis, equites & pedites quidam læti, quidam triſtes. Quicquid audieris, non loquaris. Sequetur illam turbam quędam ſtatuta procerior, forma corpulentior, curru ſedens, huic tacitus epiſtolam trades legendam, ſtatimque fiet quod poſtulas. Ille autem iuuenis totum impleuit, prout edoctus erat, viditque inter cæteros tranſeuntes ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inequitantem, crine ſoluto per humeros iactato, vitta aurea ſuperius constricto, auream virgam gerentem in manibus, qua mulam regebat, præ tenuitate veſtium pe A ne nuda apparebat, geſtus exequens impudicos. Vltimus Dominus turbæ terribiles in iuuenem oculos exacuens, ab axe ſuperbę ſmaragdis & vnionibus compoſito, cauſas viæ ab eo exquirit. Nihil ille contra. Sed protenta manu epiſtolam porrigit ei. Demum notum ſigillum non audens contemnere, legit ſcriptum. Moxque brachiis in cœlum elatis. Deus (inquit) omnipotens, quamdiu patieris nequitias Palumbi preſbyteri? Nec mora ſatellites ſuos à latere mittit. Qui annulum extorquerẽt à Venere. Illa multum tergiuerſata vix tandem reddidit. Ita iuuenis voti compos ſine obſtaculo potiB tus eſt diu ſuſpiratis amoribus. Palumbus autem, vbi dæmonia clamorem ad Deum audiuit de ſe, intellexit ſibi præſignari finem dierum. Quocirca omnibus membris vltro truncatis miſerabili pœna defunctuſq; eſt, confeſſus coram populo Romano inaudita flagitia.

Eo tempore duæ aniculæ in ſtrata, qua Romam itur, vno intugurio commorantes, vno imbutę maleficio [comprehẽſæ ſunt] Quæ hoſpitem ſiquando ſolus ſuperueniebat, in equũ, aut aſinum, aut ſuem mutabant. Et hoc lector ſanè intellige, quia a mutatio iſta non ſecunC dum naturam erat, ſed ſecundum apparentiam phantaſia hęc patientiũ ſic alterata, & oculis aſpicientium ſic præſtigiatis, vt ſibi & aliis ſic eſſe videretur.

a Hac D. Ant. ſententia veriſſima eſt, ad quam confirmandam D. Au. teſtimonium in 18. lib. Ciuit. c. 18. adducendum putant. Firmiſſimè, inquit ille credendũ eſt omnipotentem Deum omnia poſſe facere, quæ voluerit, ſiue iudicando ſiue præſtando: nec dæmones aliquid operari ſecundum naturæ ſuæ potentiam: quia & ipſa angelica eſt natura, licet proprio ſit vitio maligna niſi quod ille permiſerit cuius iudicia occulta ſunt D *multa, iniuſta nulla. Nec ſanè dæmones naturas creãt, ſi aliquid tale faciunt, de qualibus factis iſta vertitur quæſtio, ſed ſpecie tenus, quæ à vero Deo ſunt creata, commutant. Non ita ſolum animum, ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonum arte vel poteſtate in membra vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe conuerti: ſed phantaſticum hominis, quod etiam cogitando ſiue ſomniando per rerum innumerabilis genera variatur, & cum corpus non ſit, corporum tamẽ ſimiles mira celeritate formas capit, ſopitis aut oppreſſis corporeis ſenſibus, ad aliorum ſenſum neſcio quo ineffabili modo figura corporea poſſe perduci: ita vt* E *corpora ipſa hominum alicubi iaceant viuentia quidem, ſed multo grauius atque vehementius, quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis. Phantaſticum autem illud veluti corporatum, in alicuius animalis effigie appareat ſenſibus alienis taliſq; homo ſibi eſſe videatur ſicut talis videri poſſet in ſomnis, & portare onera, quæ onera ſi vera ſunt corpora, portantur à dæmonibus vt illudatur hominibus, partim vera corpora onerum, partim iumentorum falſa cernentibus. Hæc ille D. Anto. etiam in 1. part. tit. 2. c. 2. §. 3. idem ſup. retulit.*

De S. Chenolmo puero martyre, de quo Vſuar. in mar. Vinc. cap. 30.

F

§. V.

CIrca idem tempus Renelphus rex Merciorum, Chenelmum filium ſeptennem Quẽdtidæ ſororis fidei alendum commiſerat. Illa falſo ſibi regnum præſagiens, infantulum tollendum

A C.1036 tollendum è medio ſatellitis, qui alumnus pueri erat, mandauit. Qui puerum venatum ducens inter fruteta obtruncauit. Quod celatum in Anglia ſtatim Romæ innotuit diuinitus. Nam membrana ſuper altare beati Petri supernè delapſa, clementis Anglicis ſcripta, columba deſcendente & necem & ſepultum per ordinem prodidit. Quæ à quodam Anglo interpretata eſt. Et mox epiſtola papæ regibus Angliæ compatriotam martyrem indicauit. Vnde frequenti cultu corpus leuatum eſt innocentis cum magna ſolennitate. Cumque deferretur Vincelcombam, clericorum cantu & laicorum plauſu excitata. Quendrida parricidalis fœmina è feneſtra cœnaculi, in quo ſtabat caput extulit, & fortè pſalterium habens præ manibus, continuatione lectionis peruenerat ad pſalmum, Deus laudem meam ne tacueris. Quæ à fine neſcio quo præſtigio retrogradè dicens, nitebatur cantium lætitiam infirmare. Tunc verò vi diuina oculi veneficæ à cauis orbibus euulſi cruore polluerunt verſum illum. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud dominũ. Extãt vſq; hodie cruoris ſigna immanitatẽ mulieris, & vltionẽ Dei ſpirantia.

. 107. Iulij.

In Selceſienſi cœnobio peſtis exorta multos interemit. Indictum eſt triduanum ieiunium, ſecunda ieiunij die puero eadem valetudine decumbenti apparuerunt Petrus & Paulus apoſtoli, dicentes nõ eum debere metuere mortẽ quæ & languoris eſt exitus, & vitæ perennis introitus. Cæterum neminẽ de illo monaſterio moriturum ea peſtilentia amplius. Quod Deus præfati regis Oſualdi conceſſerat meritis, pro compatriotis eadẽ die ſupplicãtis. Hunc enim eſſe diẽ, quo idem rex à perfidis occiſus aulam cœli intrauit. Quæſitus eſt dies mortis eius & ita inuentus. Et extunc inter martyres connumeratus eſt.

num duces Danorum Hynguar & Vbba orientalium Anglorum depopulabãtur prouinciam, horum primus regem Edmundum non reſiſtentem, ſed proiectis armis ſolo proſtratum & orantem, poſt aliqua tormenta decapitauit. Caput à lictore inter dumeta proiectum eſt. Quod cum ciues quærerent, audierunt vocem capitis omnes ad ſe inuitantis: quod lupus lacertis circumplexus cuſtodiebat, qui & baiulos poſt tergum vſque ad tumulum inſecutus eſt neminem lædens, & à nemine læſus. Super corpus eius primò erecta eſt capella lignea, quam cum fures expoliare vellent inuiſibilibus loris in ipſis conatibus eos irretiuit. Caput eius corpori relicto compaginatum ſignum martyrij coccineam cicatricem prætendit. Eiuſdem ſancti crines & vngues ſenſim pullulant, quos Oſuen quædam ſancta mulier quotannis tondere & reſecare conſueuerat, ſacra veneratione poſteris profuturos. Huius ſancti corpus, cùm ſibi minacites oſtendi præciperet Leoſtanus adoleſcens, famæ vt dicebat, incertum oculorum fide explorare deſiderans, mox vt vidit amẽs effectus eſt, & poſt modicum vermibus ſcaturiens mortuus eſt.

Etheldrita, vt Beda teſtatur, duobus viris nupta virgo permanſit, pater eius fuit Anna rex orientalium Anglorum. Habuit quoque & alias duas filias Etelburgam & Sexburgam.

A Quarum prima in monaſterio Galliæ, quod dicitur Brigis ſanctimonialis primum, poſt abbatiſſa, fuit incorrupta ante mortem & poſt mortem, ſicut & ſoror ſua. Altera Excõberto regi Cantuariotum vxor data eſt, ex qua genuit duas filias: Ercongotam, de qua Beda multa ſcripſit, & Hermenildã, quę Vulſio regi Merciorũ in coniugem data eſt, ex qua habuit filiam Vueburgam virginem. Mater apud Elinum, poſt matrem Sexburgam abbatiſſa fuit. Filia apud ciuitatẽ Legionũ pauſat, q̃ maximè orationes fœminarũ & puerorũ exaudire creditur. A C.1036

B Fuit quoq; in Anglia Edgari regis filia, Egitha dicta, virgo ſancta q̃ in Vultunẽſi cœnobio iacet. Beatus Dũſtanus dũ cõſecraret eccleſiam ſancti Dionyſij, quã ipſe amore martyris ædificauerat in Anglia, vidit iſtam iuuenculam pollicẽ dextrũ frequenter ꝓtendere, & ſignũ crucis frõti ſuo imprimere. Quo ſigno delectatus epiſcopus ait ad eam. Nũquã putreſcat hic digitus. Continuoque inter miſſarum ſolẽnia flere cepit, requiſitusq; cauſã ait: Cito hæc florida roſa marceſcet, cito auis dilecta Deo auolabit. Sic factum eſt, mortua nempe illa die prę-

C dicta poſt ſex ſcilicet ab illa die ſeptimanas, cũ eſſet annorum 23. Non multò pòſt idem Dunſtanus vidit per ſomnium ſanctum Dionyſiũ manu tenentem eãdẽ virginem, & ex oraculo diuino conſtanter iubentem, vt à famulis Dei honorificaretur in terris, ſicut à ſponſo & domino honorabatur in cœlis. Colitur 16. Septẽ. Hæc etiam in profeſſione ſanctimoniali auratis veſtibus vtebatur, vnde palam increpata eſt à ſancto Etheluodo epiſcopo. Quæ reſpondit. Verax & irrefragabile iudicium nec ſola mortalium opertus conſcientia. Nã & in ſordibus luctuoſis poteſt

D eſſe iactantia. quapropter puto: q tam incorrupta mens poteſt eſſe ſub iſtis veſtib. quam ſub tuis diſciſſis pellibus. Huius corpus virgineum cũ leuaretur altius, inuentum eſt totum in cineres reſolutũ præter pollicem, & aluum & aluo ſubiecta. Vnde diſputantibus nonnullis, de iis, quæ viderant, vni ex iis dormienti virgo ipſa adſtitit dicens. Non mirum ſi illæ partes corporis mei putruerunt. Non vſus habet corpora mortua ſic defluere, & ipſa vt pote puella membris illis peccaui. Sed iuſtè venter corruptus non eſt, quem libido non tetigit immunis fuit à crapula, & carnali copula.

E *De quibuſdam mirabilibus illius temporis.*

§. VI.

VT refert Vinc. vbi s. Paderbrunna Germaniæ combuſta eſt cum maiori eccleſia. In monaſterio autem monachorum Scotus quidam monachus, Paternus nomine multo tempore incluſus hoc incendium ſæpè prædixerat: qui propter propoſitum recluſionis exire nolens, ſe cõburi paſſus eſt. Paderbrũna ciuitas combuſta Vinc.c.35. Quod Petrus Damianus plenius referens ſic ait: In quadam vrbe Teutonica erat quidam ſeruus Dei

F iuxta monaſterium in cellula manens recluſus hinc reuelatum eſt, quia niſi populus per pœnitentiam Deum cito placaret, intra 30. dies tota ciuitas incendio periret, promulgata eſt viſio, ſed noluerunt conuerti. Ille autem pretioſa monaſterij iuſſit auferri, vt

A.C. 1050.

ſalua eſſent. Tandem à ſeptem vrbis regionibus ignis ſubitò exoritur, peruenitque vſque ad cellam viri Dei. Cumque rogarent homines eum inde exire noluit, ſed omnia iudicio Dei committens combuſtus eſt cum cella ſua.

Colubri inter ſe pugnantes.

In pago Bracatenſi, vt ſcribit Sigeſbertus, iuxta Tornacum multitudines colubrorum altrinſecus congregatæ prodigioſo prælio inter ſe concurrunt, & multis vtriuſque partis occiſis, victa pars fugiens in cauo arboris ſe abſcondit. Altera pars vincentium more inſequēs cum ſibilo circunſtrepebat. Donec circuniecto ab hominibus igne omnes crematæ ſunt. Non multò pòſt cometes longos & flammeos crines per mane ducens, vt dicit Helinandus, apparuit, de quo quidam monachus Malmabetiæ Elmerus nomine: Veniſti (inquit) veniſti multis martyribus lugende. Dudum eſt, quòd te vidi, ſed nunc multò terribiliorē te intueor patriæ huius excidium minantem. Is erat litteris benè imbutus æuo maturus, qui immanem audaciam in prima iuuentute conatus fuerat. Nam pennas manibus ſuis, & pedibus neſcio qua arte innexuit, vt Dædali more volaret: fabulam pro vero amplexus. Collectaque è ſummo turris aura ſpacio ſtadij vnius & plus volauit. Sed venti & turbinis violentia ſimul & temerarij facti conſcientia tremulus cecidit, poſt hæc perpetuò debilis crura effectus. Ipſe verò ferebat cauſam fuiſſe ſuæ ruinæ, quòd caudam ſuam in poſteriori parte oblitus fuerat aptare.

Circa quod tempus claruit Marianus chronographus. Qui à Scotia in Galliam veniens, Coloniæ factus monachus primo apud Fuldā poſtea apud Mogontiam recluſus eſt.

Circa ea tempora vt refert Vinc. poſt Guilielmum, in confinio Normanniæ, & Britanniæ portentum viſum eſt in vna vel duabus mulieribus. Duo erāt huius capita, & quatuor brachia, cætera gemina omnia vſque ad vmbilicum. Inferius ſingula omnia. Ridebat, comedebat, loquebatur vna: flebat, eſuriebat, tacebat altera. Ore gemino mādùcabatur, ſed vno meatu digerebatur. Vna defuncta ſuperuixit altera penè triennio mortuam portans, donec & pondere molis, & nidore cadaueris defecit. Putatum eſt à quibuſdam & litteris traditum quòd hæ mulieres Normanniam & Angliam ſignificarent, quæ licet diuiſæ fuerint: tamen ſub vno domino vnitæ ſunt. Hæ quicquid pecuniarum auidis faucibus abſorbuerāt, in vnā lacunā defluxit, quæ eſt vel principum auaritia, vel circumpoſitarum gentium ferocia. Mortuam & penè exhauſtam Normanniam ingēs pecuniis ſuſtentat Anglia, donec & ipſa fortaſſis exactorum violentia ſuccumbat. Non multò pòſt, referente Sigeſberto: multi fideles ad ſeptem millia orandi voto Hieroſolymam petentes, ab Arabibus in paraſceue in quodā caſtellu obſeſſi ſunt, & tot occiſi, & vulnerati vt de ſeptem & eo amplius millibus vix duo millia reuerſi ſint.

Multi ūde ler ab Arabib. trucidantur.

Poſt annos tres cometes apparuit tota paſchali hebdomada. Harinuth (aliàs Harnuic) Nordanimbrorum rex cum mille penè nauibus venit in Angliā regnaturus. Et in vrbe Eboraco plus quam mille laicos & centum preſbyteros de Anglis occidit. Quem Aroldus rex Anglorum cum ſeptem legionibus ſuperueniens cum multis occidit. Sed poſt Guilielmus comes Northmannorum cum Francis in Angliam intrat & conſerto cum Anglis prælio Aroldum cum multis milibus perimit. Et in Anglia regnauit, vt dictum eſt ſuprà. Malgerius Rothomagenſis archiepiſcopus crebro conuentus quòd officium ſuum negligeret, expoſtulante hoc nepote ſuo aduerſus eum, & eo nihilominus irreuerentius agente: cogente vltima neceſſitate degradatus eſt. Sed ferunt quidam, vt ſcribit Vinc. poſt Guilielmum arcanam cauſam fuiſſe, quòd idem Malgerius nepotem ſuum cum vxore Matilde excommunicauerat, quia conſanguinitate iuncti erant. Et ideò nepotem excogitaſſe depoſitionis occaſiones in perſecutorem flagitiorum ſuorum. Pro cuius ſceleris expiatione idem Guilielmus ædificauit poſtea monaſteriū ſācti Stephani Cadonii, & illa monaſteriū ſanctæ trinitatis.

A.C. 1068.

De Petro Damiano & ſcriptis eius. de quo item Trit. in lib. de ſcrip. Eccl.

CAP. VIII.

ANno Domini milleſimo 68. Petrus Damianus vita & ſcientia inſignis habetur in Italia, Hic edidit multos ſermones eleganti ſtylo de diuerſis materiis. Epiſcopatui verò, quo infulatus fuerat, renunciauit vt Deo liberius vacaret. Scripſit & plura opuſcola, videlicet librum vnum de perfectione monachorum, item alium qui intitulatur Gratiſſimus ſeu probatiſſimus & contra ſimoniacos. Item librum de contemptu ſæculi. Item libellum qui intitulatur. Dominus vobiſcum. Ad Leonem papam, librum de conſuetudinibus eccleſiæ. Item ſcripſit regulam eremiticam, & de ordine vitæ eremiticæ. Item librum per modum dialogi contra Iudæos. Item libellum narrationum. a Item librum de diremptione nuptiarum. Item librū de diſputatione de canonicis horis. Item inuectiuam contra quemdam epiſcopum, qui monachos ad ſæculum reuocabat. Narrat etiam plura exempla eorum, quæ contigerunt temporibus ſuis in diuerſis locis multum notabilia, de quibus in iſto ca. aliqua ponuntur.

In apologia .i. excuſatione ſua ſuper epiſcopatu dimiſſo, Helinandus, ſic ait de eo. Hic Petrus ad papam Hildebrandum, qui fuit Gre. 7. ſcripſit, rationem reddens, quare epiſcopatum dimiſerat. Erat enim vir ſapientia & religione nominatiſſimus. Quia (inquit) refutaui eccleſiaſticum regimen centum annorum mihi pœnitentia iniuncta eſt ſecundum remedia monaſticæ regulæ. Fortè de talibus remediis loquitur hic, de quib. ibi dicit. Dominicus (ait) lorica ferrea veſtitus erat ad carnem duobuſque ferreis circulis cinctus in corpore, & duobus per armos brachiorum. Hic armata

a Hunc librum eſſe arbitror, quem de vxoribus ſacerdotum inſcriptum eſſe Trit. eſt au tor. Nam tales nuptiæ imo verò fœdiſſimæ ſcortationes ſunt diremendæ.

ſcopis

A.C.1050. ſcopis vtraque manu duodecim pſalteria veſtibus exutus, totam noctem ducens peruigilem [pſallere ac ſe verberare non ceſſabat, donec die altera decurſis ex more duodecim pſalteriis, de tertio decimo vſque ad, Beati quorum, eructauit] Huius viri exemplo mos inoleuit in illis partibus, vt non ſolùm viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorij genus inhianter arriperent: nam relicta E. cehaldi, mulier magni generis & magnæ dignitatis, retulit mihi ſe per præfixam huius regulæ diſciplinam pœnitentiam centum annorum peregiſſe tribus diſciplinarum millibus pro vno computatis anno. Talis igitur centum annorum pœnitentia ſibi iniuncta eſt, quia epiſcopatum dimiſerat amore religionis ad monaſterium receſſus, cum tamen eſſet valdè idoneus eccleſiæ regimini.

Sed ipſe rationem reddens multos ſanctos ante ſe hoc idem dicit feciſſe. Valerius (inquit) Hipponenſis Auguſtinum ſibi ſucceſſorem conſtituit. Lucidus Citoclenſis imminente obitu ad cœnobium cõuolauit, cui, vt ait Gre. in regiſtro, beatus Andreas apparuit & horam obitus nunciauit Aldebertus Betuenſis epiſcopus monachum induens, martyrij palmam inuenire promeruit. Item quidam ſanctus pœnitens epiſcopatu dimiſſo, tandem ab angelo viſitatur, & iubetur ad epiſcopatū redire. Sed noluit, donec admonente angelo eodem beatus Remigius celeriter aduenit, qui hoc ei imperauit, & tunc primo obediuit. Et infra. Melius eſt pondus abiicere, quam cum detrimento domini, cuius ego ſeruus ſum, fractis

Luc. 19. v. 23. ceruicibus interire. Vnde ſcriptum eſt. Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam: & ego veniẽs cum vſuris vtique exegiſſem, quod meum eſt, inquit Hiero. depoſuiſſes ad altare, quod ferre nõ poteras. Dum enim tu ignauus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupaſti. Nõne apud quoſdam epiſcopos regales epulæ quotidie, quotidie apparatus, quotidie conuiuium nuptiale? Et vnde refrigerari debuerant indigentes, recreantur milites & ad eorum menſam delicijs affluentibus alieni tractant cū illi quorum eſt tota ſubſtantia, excluſi foris, famis inopia contabeſcant Et (quod diabolicam videtur æquare malitiam) prædijs in militiam profligatis, omniq́ue poſſeſſione terrarum. Inſuper & decimæ & plebes adduntur in beneficium ſæcularibus, quæ liberalitas peſſima & egentibus adimit vnde viuant & diœceſanos deterret, vt decimas non perſoluant, illos occidens in anima, iſtos in corpore. Florentinæ ciuitatis epiſcopus ludo ſcacorum præfuit, quem ego increpans adhuc epiſcopos iniunxi ei vt percurreret tria pſalteria, & duodecim pauperum pedes lauaret, & ſingulos reficeret, ac ſingulis ſingulos denarios daret vt manibus ablueret, quod manibus pollueerat.

De quibuſdam mirabilibus caſibus, quos idem Petrus narrat in diuerſis opuſculis ſuis.

§. I.

IN monaſterio ſancti Vinc. non procul à monaſterio, quod dicitur Petra pertuſa, conſtitutæ regulare cõſtitutionis edictum vt in quadrageſima per triduum non niſi modicum panis

A cū aqua omnes ſumerent, nulla verba proferrent, nec orationū nec lectionum in audientia nudis pedibus inſederent, expleto pſalterio mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent. Hanc regulā quidam frater edendo violauit, qui peritus erat ſcribendi, notandi, tornandi, fabricandi (vt hoc illi quodammodo congrue te videretur) Augu, a chœnobates, medic', magus, omnia norat. Media quadrageſima ille craſſus, & nitidus, & obeſus, repente infirmatus eſt. Audierā autē illum pro peccatis ſuis a miſſarum celebratione ſequeſtratum. Super qua re eum admonui, ſed ipſe negauit illud. Se

B cunda die corpus domini cum ſedens in lecto anxius a me flagitabat. Cumq́ue abbas eum ſuper hoc corriperet, qui præſens nobiſcum adſtabat, pro eo.ſ. quòd nulla ſigna mortis in eo apparerent, ille nihilominus perſtitit. Et iam ſacerdote cum ſacramento adſtante, applicauit ad ſe vnū de fratribus neſcio quod graue peccatum ei inſuſurrauit in aurem. Qui attonitus, & neſciens quam ei pœnitentiam iniungeret: tandem quindecim annos ei pœnitentię iniū- Confeſſio peccatorum auricularis xit. Moxq́ue vt ille corpus dominicum ſuſcepit, animam cum felle ſimul euomuit, quod

C fel vſque ad ſepulturam fluere non ceſſauit.

In præfato monaſterio ſtatutum erat, & iam per triennium ſeruatum, vt cum horis canonicis Beatę Marię officia dicerentur ſemper de quo cœpit murmurare monachus quidam nomine Gazo reprobæ vitæ, ſed dicacis & accuratæ facundiæ, & obtinuit per quæſtiones ſuas, vt horæ beatæ virginis non amplius dicerentur. Mox innumeræ aduerſitates aduerſus idem monaſterium exortę ſunt deprędationes, rapinæ, conflagrationes, ſeruorum familiarum eiuſdem loci trucidatio. Itur ad imperatorem

D Theutonicum, ſed fruſtrà. Venitur ad me, dico eis hoc accidiſſe, quia imperatorem ſeu imperatricem pacis à ſe abiecerant. Et mox in terram proſtrati, nunc dicunt, ſe nunquam de cætero laudes beatę virginis omiſſuros. Et hoc ſeruantes in breui pacem recuperauerunt.

Fauentinæ ciuitatis cuidam presbytero angelus Domini ex conſuetudine aduentebat, & ſacramentum Dominici corporis Deo offerentis manibus aſſumebat vidente principe. Tandem idem presbyter in luxuriam incidit, & ecce angelus domini eo offerente, vt conſueue-

E rat venit: & inſpectante principe ſpongiam impleram aqua ſuper caput eius expreſſit, omnesq́ue ſordes ac ſqualores, quos de corpore eius ante contraxerat, membris eius omnibus iterum ſuperfudit. Obſtupeſcens princeps ſecretè presbyterum admonuit. Qui primò negans, poſtea confeſſus eſt, ſe præterita nocte in quādam cubicularium eius corruiſſe.

Quidam presbyter Salernitanus cum quadam die proſpexiſſet de monte Veſuuio flammas erumpere protinus ait: Proculdubio alicuius ſceleratus diues in proximo moriturus eſt, & in infernū deſcenſurus. Eſt. n. talis conſuetudo in illis partibus, vt imminente morte

F alicuius diuitis reprobi, mons ille flammas Ducis Salernitani mors horrenda ep. 5 cap. 13. euomat piceas & ſulphureas. His dictis ſuperueniente proxima nocte dum idem princeps

a χειροβάτης græcis eſt qui per extentū funē ambulat, quē Ter. funambulū latinè vocat, à nomine χεὶρ et quod ſunium ſignificat & βαίνω incedo.

A.C. 1050. Salernitanus cũ meretrice ſecurus cõcuberet, expirauit. Quẽ illa vt poſtea referebat, quid cõtigiſſet ignorãs, diutius pertulit vix tandem à ſe non hominem, ſed cadauer proiecit. A

Quidã presbyter Neapolitan⁹ volẽs certius, ꝙ non licat, addiſcere, illuc vbi gehennale baratrũ feruentius eructabat, ꝓpinquare pſumpſit. Poſt miſſarũ ſolẽnia inſulatus quaſi armatus ꝓcedẽs dũ vltra q̃ ſolebãt homines, temerari⁹ ſcrutator acceſſit, redire nõ valẽs poſtmodũ nõ cõparuit. Alius presbyter conuerſionem promittens & differens, in paruo fluuio de equo cecidit & ſubmerſus eſt. B

Fur porci quid pertulerit.

§. II.

IOannes quidam, vt idem Petrus refert, porcum viduæ abſtulit. Quæ plorans in repetendo non eſt exaudita. Sed cùm porcum comederet, eſt percuſſus in gutture. Quod vulnus dum vixit à medicis ſanari non potuit. Tunc ergo cõuerſus eſt ad religionẽ, q̃ multo ante ꝓmiſerat, & implere nolebat. Diu tñ poſtea in cõuerſione vixit tãta laborãs gutturis moleſtia, vt cum magna difficultate alimenta perciperet. C

Vir quidã Arduinus certa deuotione mihi ſpoponderat, ꝙ ſi non poſſet ante, ſaltẽ expleto decennio, tranſiret ad religionem in monaſterio ſancti Vinc. quod in Vrbinati ſolo ſitum eſt. Expleto termino tergiuerſari cœpit. & abbas eiuſdem monaſterij votis eius fauebat, & diſſuadebat conuerti: cuius nimirum penecellitatis ſuſtentabatur auxiliis. Interea languore correptus confeſſus eſt & pauperibus & eccleſiis multa largiens, quaſi cunctis benè diſpoſitis ſecurus, adſiſtentes ſibi cognatos, & affines ſub hac obteſtatione conſtrinxit. Obſecro vos (inquit) per caritatem, q̃ Deus eſt, vt nemo me huic mortali vitæ reddi depoſcat: ne me imparatum (quod abſit) mors improuiſa reperiat. Mortuus eſt ergo. & aliquanto tempore poſt mortem ſuam abbati illi apparuit. Nocte enim quadã per viſũ videbat, & ecce in ſpacioſa cãpi planitie imperator, vel quælibet excelſa poteſtas cũ totius regni copioſo veniebat exercitu. Cumque ille ſtupefactus huc illucq; oculos deduceret, ecce Arduin⁹ à quibuſdã cuſtodib. celeriter ducebatur. Heu (inquit abbas) ſiſte gradum parumper. Mihi non loqueris Arduine? Eia frater, quid tibi eſt? Lætaris, an pateris? In pœna es, an in gloria? Tunc ille triſtis & flebilis, quid, me (inquit) interrogas de gloria, qui iugibus pœnis afficior? A quo abbas. Quid ergo tibi fecit beatus Vincentius? Sanctus inquit ideo me fecit ſperare colloquium. Sed quia dudum fatigatus hoc obtinere non merui, ſpem hanc iam omnino fruſtratus amiſi. Sic planè ꝓmiſſionib. fruſtrabatur ab eo, quẽ ſimiliter ꝓmittẽdo fruſtrauerat. D E

Secur⁹ in morte nemo eſſe debet.

Deſiderius Caſſinenſis abbas, qui poſtea fuit papa narrauit mihi inquit Pet. Dam. Seruus Neapolitanæ regionis in prærupta rupe iuxta viam publicam ſolitarius habitabat: qui dum nocturno tempore pſalleret, & feneſtram cellulę boratum exploraturus reperiret, vidit multos Æthiopes iter carpere, & longo tractu onuſtos fœno ſarcinarios comminare. Cumque eos inquireret qui eſſẽt, & cuius rei gratia hęc F

iumentorum pabula vectitarent. Maligni (inquiunt) ſpiritus ſumus. Hęc autem paramus non pabula pecoribus alendis, ſed fomenta potius ignium hominibus comburendis. Præſtolamur enim in proximo principem Capuæ qui iam decumbit, & Ioannẽ magiſtrũ militũ Neapolitanæ ciuitatis, qui adhuc viuit incolumis. Illico vir Dei Ioanne feſtinus adiit, & quæ viderat & audierat, enarrauit. Per idem tempus Otho ſecundus ibat in Calabriam cõtra Saracenos. His auditis Ioannes ait: Modo habeo neceſſe imperatori occurrere, & de ſtatu terræ huius diligenter tractare. Poſt eius abſceſſum ſpondeo, quia ſeculum deſeram, & monachus fiam. Vt autem probaret, vtrum verum eſſet, quod ille narrabat, nuncium direxit Capuam qui Pandulphum iam mortuum inuenit. Ipſe quoque magiſter militum Ioannes antequam imperator ad illas partes attingeret, vix diebus quindecim ſuperuiuens mortuus & ipſe eſt. A.C. 1050. B

Martinus, qui in Camaldulenſi eremo commorabatur, vir multarum virtutum, & præcipuè in gratia lachrymarum narrauit. Monachus erat maritimi territorij, in cœnobio, quod ad pinum dicitur multa peccatorum nexibus inuolutus. Cui cũ magna & longa pœnitentia fuiſſet iniuncta, ille à quodam familiari ſuo auxilium petiit ad comportandum pondus pœnitentiæ. Quod onus ille deuotè ſuſcipiens, præcepit eum ſecurum manere de tanta parte ſoluenda. Qui ſic obligatus non multò pòſt obiit. Erat autem inter fratres vir ę irreprehenſibilis, & opinionis honeſtę. Non multis poſt diebus pœnitenti monacho in ſomnis apparuit. Qui inquiſitus, quomodo ſe haberet. Malè (inquit) & durè, ſed propter te. Nam liber à propriis, quia tuis me vinculis innodaui, & alienam cautionem non perſolui, flagellis duris atteror. Sed quæſo te, vt vigiles pro te, & liberes me. Vade ergo & deprecare conuentum vt quod ſpopondi, perſoluant, & me eruant. Quod cũ factum eſſet, ille rurſus præfato monacho apparuit vultu ſereno & feſtiuo dicens ſe per orationes fratrum à pœnis erutum, & ſanctis coniunctum. C D

Monach qui pœnitẽtias pro alio ſuſcipit nec impleuerat mori quæ. ep. 6.

Abbas quidam, quomodo quemdam principem ſuperarit. E

§. III.

IN partibus Galliarum inter abbatem & quemdam ſęculi potentem orta eſt magna contentio de poſſeſſione quadam, ita vt vtriuſque partis fautores poſt longa iurgia ad arma concurrerent. Potens ille ſecularis turmis armatorum ſtipatus campum præliaturus ingreditur. Abbas autem cunctis, qui pro ſe dimicare venerant, ſuum prohibuit comitatum. Solos monachos ſuos equis impoſuit, capita cucullis operire præcepit, & ſic armatus ad locũ certaminis venit. Protinus aduerſarij tãto horrore perculſi ſunt, vt mox equis deſilirent arma ꝓiicerẽt, ſe terræ humiliter ꝓſternerẽt & indulgẽtiã flagitarẽt. Si obiciatur Leonẽ papã bellum geſſiſſe, reſpondeo nõ ideò Petri ſacrũ F

eſſe

A.C.1090. eſſe Apoſtolorum principé, quia negauit, nec Dauid ideo prophetam, quia mœcharus eſt. bona verò vel mala non de meritis habentiũ, ſed de proprijs qualitatibus debent æſtimari. Gregorius multas rapinas & violentias à Longobardis paſſus eſt. Ambroſius ab Arianis, vterq; ſola patientia dimicauit.

Duſinus epiſcopus in capite ieiunij quarta feria fecit ſibi & militib. ſumptuoſum conniuiũ & balneũ præparari, cuius vultũ repẽte paralyſis corripuit, & cũ tali morbo diu poſtea vixit. Quidã epiſcopus valdè ſitiens, ſibi vinum afferri præcepit. Cumq; pincerna totum, quod erat in vaſculo exhauſiſſet in poculũ. & epiſcopo detuliſſet, ecce pauper importun° illud ſibi dari popoſcit, dicens, ꝙ ſi ſtatim nõ biberet protinus expiraret. Præcepit epiſcopus illud pauperi dari. Cũq; amplius ſitiret epiſcopus, q̃ antè, iuſſit iterum in vas vinarium inſpici ſi fortè aliquid ſupereſſet, & repertum eſt plenum.

Paterfamilias qui nummum dedit 20. ſolidos accipit. ibid.

Quidã paterfamilias vnum ſolum nummũ habebat in loculo ad emendum aliquid, quod cum pane comederet. Interim pauper aduenit & miſericordiam poſtulauit. Dat ei nummum illum, & tendit domum. Et ecce vir quidã ignotus, & quem nunquam ante viderat, feſtinus & anxius 20. ſolidos in linteo ligatos in manus eius poſuit, dicens ei à domino ſuo miſſos, & tanquam, qui expectaretur, mox receſſit.

De mirabilib quibuſdã Apuliæ auiculis. c. 5. c. 9.

Fertur in regione Puteolorum in Apulia inter aquas nigras & fœtidas ſaxoſum eſſe promontorium & ſcrupeum. Ex quib. aquis exhalantib. conſueto more tæterrimæ videntur auiculæ repente conſurgere, & à veſpertina ſabbati hora vſq; ad ortum ſecundæ feriæ humanis aſpectib. apparere, & velut ſolutę à vinculis liberis ſpatiari. alas extendere, plumas depectere. Nec vnquã videntur veſci, nec quolibet aucupis ingenio poſſunt capi. In matutino ſecundæ feriæ ingens coruus inſtar vulturis eas perſequitur, & poſt illas crocitat, quæ protinus aquis immerguntur. nec vlterius apparent vſq; ad veſperam ſequentis ſabbati. Has verò nõnulli perhibent eſſe animas hominum gehennæ deputatas, ſed dominico die cum adiacentibus noctibus pro gloria dñicæ reſurrectionis refrigerio potiri.
Cuius aſſertioni
Prudentius in hymno aſſentit dicens.

Sũt & ſpiritibus ſæpè nocentibus
Pœnarum celebres ſub Styge feriæ.
Illa nocte ſacra, qua redijt Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.

Sed deſiderius Caſſinenſis abbas rem ſe ſic habere funditus abnegabat. Vmbertus tamen archiepiſcopus p̃ſente Deſiderio retulit ſe hoc audiſſe ab accolis Apulię. Nota lector primum eſſe nõ poſſe, q̃a in inferno nulla eſt redẽptio, non ſolũ liberationis, ſed nec interpolationis, nec diminutionis, nec refrigerationis ab illis, aut in illis pœnis ſecundũ Tho. & alios. Vtrũ aũt illud ſic ſe habeat, & q̃d cauſę ſit nouit De°.

Retulit Vmbertus archiepiſcopus, ꝙ in monaſterio ſãcti Syluestri in territorio Vrbinati, quidã monachus obiit, & ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo vſque ad ſecundam diei horam cadauer exanime fratribus circumquaque pſallentibus iacuit. Cumq; ad miſſam Agnus Dei, pro eo diceretur, ecce ſubitò mortuus ſurrexit. Cumq; attoniti fratres propius acceſſiſſent, vt ab ore eius verba audirent, ille maledicta & blaſphemias in Deum cœpit euomere, & crucem oblatam, vt oſcularetur ore ſacrilego conſpuere, & intemeratam Dei genitricem ignominioſis opprobriis lacerare. Et dicebat. Quare pro me pſallitis, vel ſacrificia offertis? Ego in ipſa flamma tartari fui, ibique meus eiuſdémque & dominus lucifer coronã ſuã inextinguibili ſemper ardore cãdẽtẽ, mihi in capite poſuit eiuſdẽque metalli chlamyde, qua induebatur, me veſtituit. Erat aũt chlamys tã longa, vt talo tenus flueret, tam feruenter ſignita vt liquefacta guttas emittere videretur. Cumque fratres, vt pœnitentiam ageret admonerent, ille anathematizabat, & omnia redemptoris noſtri ore ſacrilego contemnebat miſteria. Tunc monachi toto corde pro illo orantes exutis veſtibus ſe verberantes, & pugnis pectora tundentes omnibus, quibus valebant precũ generibus inſudabant. Et ecce deſperatus ille ad ſe redit, ſaluatoris omnipotentiam laudat. ſathanæ ludificationibus abrenunciat, crucem adorat, pœnitentiam flagitat. Confeſſus eſt autem, quia poſt abrenunciationem ſæculi in fornicationem inciderat. Quod eatenus celauerat laudanſque & benedicens Deum vſque ad diẽ alteram vixit, & in ſancta cõfeſſione migrauit.

In partibus Babyloniæ habebat poſſeſſionẽ ſedes Apoſtolica. vnde tantum Balſami reditũ annuatim capiebat, quòd ſufficiebat illuminãdæ lampadi ante altare beati Petri appenſæ, & ſemper ardenti. Hanc poſſeſſionem accepta pecunia papa diſtraxit, & canonem aromatis, quẽ accipere ſolebat amiſit. Aliquanto poſt cum idem papa ante ſanctum altare quaſi deuotus adſtaret, orans, ecce grandæuus & terribilis ſenex, in cuius etiam facie barbiſium videbatur, elato brachio colaphum ei vehementer incuſſit, & ait. Tu extinxiſti lucernam meã ante me, & ego extinguo lucernam tuam ante Deum. Moxque diſparuit. Qui corruens paulò pòſt obiit.

Quidam inſtitutores Venetiæ, cum applicuiſſent, viderunt leonem ſpiris draconis non procul à litore inuolutum trahi violenter à dracone in ſpeluncam. Pandotes autem, qui repente huic ſpectaculo conuenerant, audacter draconem inuadunt, & leonem liberant. Qui non ingratus per aliquot dies, quibus illic Pandotes morati ſunt, pellem vnam animalis à ſe capti aduexit.

Ruſticus qui ſociũ quem potuit à morte non eripuit, reus mortis cẽſetur. ep. 2. ad Greg. 7.

Quidam cum conuicaneo ſuo ad ligna cædenda pergebat, & ecce ſerpens trabis magnitudinis duobus attollens colla capitibus, in eos impetum fecit. Vnus autem eorum, qui tenebat ſecurim, vnũ caput ei' abſcidit, & mox ei ſecuris ad terram cecidit. Quem ſerpens iratus mox altero capite mordicus apprehendit & ſpiris ſuis eum inuoluens in ſpeluncam ſuã traxit. Qui cum traheretur clamabat ad ſociũ vt eum defenderet, vel ei ſecurim, quam tenebat in manibus daret. Qui timens noluit, ſed fugit. Et idcirco à ſacerdotibus, tanquam reus mortis exilium ſubire coactus eſt.

Leo ſacerdotẽ vnũ inuadit & arripit.

Quidam cum ab Hieroſolyma redirent,

A.C. 1090. & defeſſi ſecus viam nocte quieſcerent, leo terribilis dormientibus ſuperuenit, cæteroſque præteriens ſolum preſbyterum inuaſit, cæteriſque leonibus prædam aduexit. Quem mox deuorauerunt ſociis audientibus mugientẽ. Hæc de dictis Petri Damiani. Qui etiam deſcripſit vitam ſancti Romualdi & Odilonis.

De Hildeberto Cenomannenſi epiſcopo ex Hel. n. 108 & Trit. in li. de ſcriptor. Eccl.

CAPVT IX.

FLorebat circa hunc tempus ſcilicet anno domini milleſimo centeſimo. Hildebertus Cenomanenſis epiſcopus Berengarij Turonenſis diſcipulus, verſificator & dictator egregius, qui epitaphium eiuſdem Berengarij magnifice ſcripſit in verſibus. 52. vt ſcribit Helinãdus.

Idem Hildebertus tribulationes & vincula pro Chriſto ſuſtinuit. Nã vt ipſe refert in quadam epiſtola generali ad omnes eccleſię filios, hoc ſcribente Vinc. ſpe. hi. li. 26. Cùm in turri Cœnomannenſi comes Rotrocus in vinculis teneretur, ad eũ metu mortis trepidum epiſcopus ipſe vocatus acceſſit. Cui confeſſus comes, domui ſuæ diſpoſuit, teſtamentum fecit, & eccleſiæ diſtribuit. Quod vt illibatum permaneret, ab epiſcopo precibus impetrauit, quatenus matrem eius adiret, & de teſtamento teſtimonium perhiberet, inhibens, ne quiſquam illud imminuere præſumeret, neue quis annullare tentaret. Pergentem igitur epiſcopum mater comitis in pace ſuſcepit, teſtamento applauſit, gratias agens, quòd gratia comitis acceſſiſſet. Eadem die initum eſt aduerſus eum cõcilium & in craſtinum ſunt manus iniectæ in eum. Sicque contumelioſe captus eſt, & in cuſtodia publica poſitus. Diuiſerunt etiam ſibi veſtimenta eius, equis etiam diſtributis inter eos, qui gratis ad facinus diſcurrebant.

(Margin: addo ex Trit. ſed Bereng. erroris ſecutor. Hoc habet Hilde. ep. 19.)

Erat tunc in caſtello, quo hęc facta ſunt, venerandus Carnutenſis epiſcopus, qui Vbertũ etiam in ſpiritu contrito, ſcilicet illorum ſceleratorum principem, primo quidem conuenit, ſed beſtia rationem non admiſit. Dehinc illum ſacrilegij liberè arguit, & poſtremo tradidit eum ſathanæ in carnis interitum anathematis vinculo, quo debuit alligatum. Religioſi quoque abbates, & anachoretæ cõſummati nominis, ad eum conueniunt, ſed eum vt lapidem durum inuenerunt. Et in omnibus his nõ eſt verſus furor eius. Hic quidem primo fuit Cœnomanenſis epiſcopus, poſtea Turonenſis archiepiſcopus. Iam verò præfatus epiſcopus in vinculis poſitus nonnullas epiſtolas ſcripſit, ſed & quoſdam verſus elegantes de exilio ſuo compoſuit. Librum quoque pulchrum de tædio huius vitæ, querimoniam ſui ipſius de ſeipſo ad ſeipſum, partim metricè partim proſaicè continentem, & orationem pulcherrimam ad ſanctam Trinitatem, & verſus quoſdam de euchariſtia. Ex quib. excerpta ſunt aliqua, quæ ſequuntur. Sed prius quiddam circa aliud eiuſdem temporis notandum.

(Margin: Scripta Hildeberti.)

In cœnobio Fuldenſi cartialis lues graſſata, prius abbatẽ corripuit, mox multos monachorum extinxit. Superſtites primo ſibi quiſque timere, orationes & eleemoſynas largiores facere: ſed proceſſu temporis (vt eſt natura hominum) pedetentim dempto metu omittere cœperunt. Præſertim cellerarius, qui palam clamitabat non poſſe penum tot expenſis ſufficere ſe ſemper aliquod alleuamentum pro tot elationibus funerum ſperaſſe, nihil vita ſpei eſſe ſi quod viui nequiſſent, mortui conſumerent. Itaque cum quadam nocte propter neceſſaria diu ſoporem diſtuliſſet, tandem elaquearis monarum nexib. in dormitoriũ pergebat. Et ecce vidit in capitulo abbatẽ & omnes qui obierãt illo anno, eo quo deceſſerãt ordine ſedere. Tremẽs ille, & effugere geſtiẽs, vi retractus, increpatus & more monaſtico flagellatus, audiuit verba abbatis in hanc ſententiam. Stultum eſt de morte alterius emolumentis inhiare, cum ſors cuiuſque ſub eodem pendeat fato. Et impium eſt cùm monachus omnem vitã ſuam in monaſterij conſumpſit obſequio, vt careat ſaltem poſt mortem ſuam vnius anni ſtipendio. Scito ergo te citiſſimè obiturum, ſed quicquid pro te fiet, ad aliorum quibus abſtuliſti commodum conuertetur, immo & alios corrige exemplo, quos corrupiſti verbo. Abiit ille, & nihil ſe vanum vidiſſe iam recentibus plagis, quam morte proxima demonſtrauit.

Nihil in rebus humanis firmum & conſtans Hildeb. in li. de exilio ſuo.

§. I.

DIcta prædicti Hildeberti in verſibus.

Nuper eram locuples, multiſq; beatus amicis,
Et riſere diu proſpera fata mihi.
Sæpe mihi dixi, quid ſunt tam proſpera rerum?
Quid ſibi vult tantus, tam citus agger opum.
Heu mihi, nulla fides, nulla eſt conſtantia rebus,
Res ipſa quid ſint, mobilitate docent.
Res hominũ, atque homines leuis aura verſat in horas
Et venit a ſummo ſumma ruina gradu.
Cuncta ſub ancipiti pendent mortalia caſu,
Et ſpondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie, cras te fortaſſe relinquet,
Aut modo dum loqueris, deſinit eſſe tuum.
Has ludit fortuna vices, regeſq; ſuperbos: (Margin: Fortunæ varietas.)
Aut ſeruos humiles non ſinit eſſe diu.
Illa doloſa comes, ſola leuitate fidelis,
Non impune fauet, aut ſine fine premit.
Illa mihi quondam vultu blandita ſereno,
Mutauit vultus nubila facta ſuos.
Acceſſit damnis nouus ille, grauiſq; tyrannus.
Quo Cœnomannorum conſule iura perit.
Cuius auos pudeat ſcelerum genuiſſe patronum.
Fortunæq; parem mobilitate, dolis.
Ille pudor patriæ, me non impune tuentem,
Iuſtitiæ leges, expulit à patria,
Inde ratem ſcando, vitam committo procellis:
Vela tument gemina cymba iuuatur ope.
In fragilem pinum totus prope conſerit ira
Mundus, & eſt hoſtis quicquid obeſſe poteſt.
Ecce rapax turbo tollens ad ſydera fluctus:
Impulit ad litus non ſine puppe ratem.
Sic miſer exſulex, quaſſa rate, rebus ademptis

Eu. iſt

A C. 1090 Euaſi ventos, equora, ſaxa, Iouem.
Ecce quid eſt hominis, quid iure vocare paternum,
Qua miſer ille ſibi plaudere dote poteſt?
Hoc eſt hic hominis ſemper cum tempore labi,
Humanæ miſeriæ de ſcriptio. Et ſemper quadam conditione mori.
Eſt hominis naſci nudumq; reuerti
Ad matrem, nec opes tollere poſſe ſuas.
Eſt hominis putrere ſolo, ſanieiq; fateri.
Et miſeris gradibus in cinerem redigi.
Illius eſt hæres homo proprietatis, & illum.
Cetera hic dominum præmia nulla manent.
Res & opes præſtantur, & hinc famulantur ad horam:
Et locuples manè, veſper e pauper erit.
Nemo poteſt rebus ius aſſignare manendi,
Quæ nutum hominis non didicere ſequi.
Res omnes nutu Dei aguntur. Ius illis Deus adſcripſit, ſtatuitq; teneri
Legibus & nutu ſtare vel ire ſuo.
Ille ſemel ſimul, & ſolus præuidit & egit
Cuncta: nec illa aliter vidit, agitq; aliter.
Ve vid t facienda, facit, regit abſque labore.
Diſtinguit formis tempore, fine, loco.
Creſcendi ſtadium rebus metitur, & illas
Decernit, verſat legibus ipſe manens.
Ipſe manens dum cuncta mouet, mortalibus ægris
Conſulit, & quo ſit ſpes ſtatuenda, docet
Ille potens, nutu, tenor & concordia rerum,
Quicquid vult, ni me deſerat, tuus ero.

Animæ de ſuo ſtatu in corpore querimonia. Idem in querimonia ſua ad ſeipſum, de ſe loquitur anima.

Anguſta fragiliſq; domus, ſemiruinaq; ruentis
Hoſpita, ſeruili conditione premor.
Triſte iugum ceruice gero, grauibuſq; catenis
Proh dolor, ad mortem non moritura trahor.
Heu mihi quàm docilis fallì, quam prompta ſubire
Turpia, quàm velox ad mea damna fui?
Hoſpitium ſponſus mira fabricauerat arte,
Quo ſuſcepta breui tempore caſta fui.
Nam mihi verſutus, ſed origine clarus adulter
Illuſit, famula ſubreſerante fores.
Carnis blanditiæ. Muſſitat, obloquitur, præſentibus imperat vti
Deliciis, opibus, nomine lactat heram.
His peruerſa modis cœptum peruertit honeſtum
Et miſeram, quo vult, imperioſa trahit.
Hoſpitiiq; lex iſta mei eſt, hic exul ad horam
Obligor, hoc fœdus ſoluet amara dies.
Egrediar, ſed neſcio quo, ſed neſcio quando,
Et fortaſſe dies iſte ſupremus erit.
Eſt igitur ponenda domus, qua libera triſti
Carcere perpetuo iure carere queam.
Heu quàm turpe nefas, quàm reprimendum,
Quàm diſcors anima, quamq; nefandum.
Mundi cura mouens pectoris æſtum
Infeſtare docet ius & honeſtum.
Res abiecta nimis, parq; pudori,
Virtus eſt oneri, crimen honori.
Virtus vilis apex, dos ſine fructu.
Tu venale bonum valdè onéroſa
Tu tantum ſuperis ambitioſa,
Depono facilis, dura reſumi.
Vaneſcis veluti virgula fumi.
Non eſt cui placeas ſimplice voto,
Qui laſam doleat teſte remoto.
Qui ægrum amet, vel tueatur.
Qui patrocinium polliceatur.
Laus, ſublimis opes, crimen, egeſtas.

A Præpollet facinus, ſordet honeſtas. A C. 1090
Ah nunc innocui iura minantur.
Ac ſic flagitium ſceptra lucrantur.
Ah quàm ſollicito quiſque labore:
Occurrit medico, carnis amore.
De morbis animæ nulla querela.
Ægram quam ſequitur tarda medela.
Multa duces Latij pro libertate tulere.
Exilio ſobolem, gladio caput expoſuere.
Fœlix et ſi triſte iugum ſic excuteretur,
Nec miſeros quiſquam miſerabilius ſequeretur.
Sed graue ſeruitium male libera colla premebat.
B Et dominos centum ſua crimina quiſque ferebat.
Viuere ſi verè ſub libertate placeret,
Non hominis, ſed peccato ſeruire puderet.
Illud enim tranſit, & ſaltem morte leuatur,
Hoc eſt æternum, nec finem fine lucratur.

De ſeptem actibus animæ idem ſic ait.

§. II.

Vis animæ ſeptem proprio, ſibi vendicat actus.
Viuificat, ſentit, varias amplectitur artes,
C Corrigit exceſſus virtutibus inſtat, in ipſam
Dirigit intuitum Deitatem, gaudet in illa,
Semimbus quoque primus ineſt, animalia bruta
Participant alium, duo noſtra proprietatis.
Tres ſunt & ſuperum, ſuperi tamen anteferuntur.
Ex actu primo vegetantur corpora, creſcunt,
Prouenit inde vigor, nexus, complexio, motus,
Et ſtatus, & ſpecies, & conuenientia quædam,
Ex alio tangit, videt, audit, guſtat odorat,
Odit, amat, petit apta ſibi, contraria vitat.
Soluitur in ſomnos in ſomnis mente vagatur.
Præterea meminit venturis inſtat, agitq;
D Plurima quæ ſenſu quippe & ratione geruntur.
Tertius in gemmas, aliaſq; perambulat artes,
Quaſq; vel ingenium vel diſciplina miniſtrat,
Colligit, & vario profectu mentibus hæret.
Quartus ab illicitis reuocat, reſideſq; reatus
Abiurare docet, & tunc cognoſcere ſeſe
Incipit, inq; nouum niti ac tranſire decorem. Quid ex odio vitiorum.
Decimus ex quinto naturæ lege teneri,
Res inconceſſas virtutis amore cauere,
Conceſſis aliquot etiam ſine teſte carere.
Sextus in aſpectum ſolis, lucíſq; ſuperna
Pene parem ſuperis animam rapit immaculatam,
E Septimus aſtringit, ſtabiliq; ſubarrat amore,
Collateratq; Deo, quam dotem iam ſpeculetur,
Quos thalamos, quos cultus & quæ feſta ferentur.
Quis dicat ſpecioſa veni, dixere beata,
Maioreſq; animæ, nec eas tamen, aut ea vertus,
Aut ea lingua fuit, quibus hic aperire liceret,
Excedit ſenſum, meritumq; recondita merces.

Primus itaque noſter actus eſt viuificatio, ſecundus ſenſus, tertius ars, quartus correctio quintus virtus, ſextus contemplatio, ſeptimus quies. Hos actus ſi carnis deſiderijs, impedire
F negas, profectò vel penitus infra hominem defeciſti, vel ſupra hominem profeciſti, qui ſolus tam liberè beatus es, vt eam concupiſcentiam neſcias: qua aduerſus præfatos actus & innumero militat exercitu: & diuerſo triumphat effectu. Neque enim in omnes animas par ei licentia eſt. Ipſi quoque actus nec eodem tempore omnes, nec eadem infeſtantur moleſtia.

Alij

A.C.1090. Alij quippè in ortum, quaſi ſeges in gramine præfocant. Alij iam prouecti velut in ſpicis grana, quæ feruor nimius exurit, inaneſcunt. Eſt etiam aliud, quod illos intrinſecus impingoet, aliud quod illos extrinſecus euacuet. Horum primus quanto carni gratior eſt: tanto à carnis inquietudine ſecurior.

Caro viuificationis officium amat. Caro enim viuificationis officium amat, tantamque cum eo pacem pepigit, vt ſi quid ei contrarium nouerit & implacabili odio abhorreat, & curioſa ſollicitudine auerſetur. Hinc eſt, quòd illi quoque, qui cum Paulo clamat,

Philipp.2. Mat.26. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: mortem tamen formidant, quia caro hoc animæ lætatur officio. Chriſtus mori venerat, & tamē

Luc.22. dicebat. Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. Qui & ad ſudorem ſanguinis vſque anxietate turbatus eſt paſſionis. In quibus verbis nihil aliud intelligendum eſt, quàm quædam cōuiuificatio carnis, quæ ſic inerat ei lege naturę: vt tamen bonum non impediret obedientiæ.

Quæ cum ita ſint, tantum tamen amorem támque germanum fœdus plerumque ſuperuenientes irrumpunt moleſtiæ, quibus excitata caro ad viuificationis odiū ſpirituum ſollicitat ad conſenſum: quia ſicut illecebrarum deſiderio, ſic & pernicioſè commouetur anxietate

Quō deſideriū mortis in nobis generetur. ſollicitudinum: quibus dum vexatrix illa deliciarum diu ſubeſſe diuque fatigari formidat, paulatim incipit tædere vitæ. Placetque viuificationis gratiam abiurare, cuius obſequia permixtis incommodis amareſcunt. Naſcitur inde turpis ac ridiculoſus mortis appetitus, nequam, ſcilicet progenies, & quæ more vipereo ſuo plerumque ſuffocat & extinguit genitores. Nonnullos etenim tua quoque tempora habuerunt, quos vel in aquas, vel ad laqueum egit dolor amiſſæ pecuniæ. Non recolis te idem atteſtatum verſiculis, ſcilicet.

Cum placeat carni, quòd viuificatur, ametq́,
Hoc anima obſequium tamen euenit, vt diuturnis
Fracta malis, vitam faſtidiat abdicet annos,
Malit obire ſemel, quàm ſæpius, atque ſuprema
Morte rapi, quàm tot pereuntibus eſſe ſuperſtes.
Sed licet his inſtet non eſt homicida voluntas,
Donec declinet, faueatq́, vxoribus illi
Spiritus hoc ſtimulis, & blanda lite ſubacto
Gignitur exceſſus: quia dum caro clamat, eamq́,
Spiritus exaudit, conſenſu culpa creatur.
Inq́, creando nefas, caro fit vir ſpiritus vxor.

Ad Deum Patrem, quæ ſumpta ſunt ex 1. Confeſſ. c. 3. & 4. verſus Trochaici Rhithmici.

§. III.

Alpha & ω magne Deus
Heli Heli, Deus meus
Cuius virtus totum poſſe
Cuius ſenſus totum noſſe
Cuius eſſe ſummum bonum
Cuius opus quicquid bonum,
Super cuncta, ſubter cuncta,
Extra cuncta, intra cuncta,
Subter cuncta nec ſubſtratus,
Super cuncta nec elatus.
Intra cuncta nec incluſus,
Extra cuncta nec excluſus.
Super totus præſidendo,
Subter totus ſuſtinendo. A.C.1090.
Extra totus complectendo,
Intra totus in complendo.
Intra nunquam coarctaris,
Extra nuſquam dilataris.
Subter nullo fatigaris,
Super nullo ſuſtentaris.
Mundum mouens non moueris,
Locum tenens non teneris.
Tempus mutans non mutaris,
Vaga firmans non vagaris.
Vis externa vel neceſſe
Non alternat tuum eſſe.
Heri noſtrum, cras, & pridem
Semper tibi nunc & idem.
Tuum Deus hodiernum
Indiuiſum ſempiternum.
In hoc totum prævidiſti,
Totum ſimul perfeciſti.
Ad exemplar ſummæ mentis
Formam præſtans elementis. Ad Deum filium.
Nate patri coæqualis
Patri conſubſtantialis.
Patris ſplendor & figura
Factor factus creatura
Carnem noſtram induiſti
Carnem noſtram ſuſcepiſti.
Sempiternus temporalis
Moriturus immortalis.
Verus homo verus Deus
Impermixtus homo Deus.
Non conuerſus hic in carnem
Nec minutus propter carnem.
Hic aſſumptus eſt in Deum
Nec conſumptus propter Deum.
Patri compar deitate
Minor carnis veritate. Deus pater tantum Dei
Virgo mater ſed & Dei.
In tam noua ligatura
Sic vtraque ſtat natura.
Vt conſeruet quicquid erat
Facta quiddam, quod non erat.
Noſter iſte mediator
Iſte noſter legiſlator,
Circunciſus, baptizatus,
Crucifixus, tumulatus,
Obdormiuit & deſcendit,
Reſurrexit & aſcendit,
Sic ad cœlos eleuatus
Iudicabit iudicatus. Ad Deum Spiritum ſanctum.
Paracletus increatus
Nec ſit factus, neque natus.
Patri conſors genitoq́,
Sic procedit ab vtroque. Ne ſit minor poteſtate,
Vel diſcretus qualitate.
Quantus ille, tantus iſte, In ſanctiſſima Trinitate tres perſonæ & vna deitas
Qualis ille, talis iſte ex tunc iſto
Ex quo ille
Quantum ille, tantum iſte.
Pater alter, ſed gignendo,
Natus alter, ſed naſcendo,
Flamen ab his procedendo,
Tres ſunt vnum ſubſiſtendo,
Quiſque trium plenus Deus,
Non tres tamen dij, ſed vnus.
In hoc Deo Deo vero
Tres & vnum aſſeuero. οὐσία, i. eſſentia.
Dans vſia vnitatem

&

A.C. 1060 *& perſonis trinitatem.*
In perſonis nulla prior,
Nulla minor, nulla maior.
Vnaquaeque ſemper ipſa,
Sic eſt conſtans atque fixa.
Vt nec in ſe varietur,
Nec in vllam transfinuetur.
Haec eſt fides orthodoxa,
Non hic error ſiue noxa.
Sicut dico, ſic & credo,
Nec in prauam partem cedo.
Inde venis bone Deus,
Ne deſperem quamuis reus.
Reus mortis non deſpero,
Sed in morte vitam quaero.
Quo te placem nil praetendo,
Niſi fidem, quam defendo.
Fidem vides hac imploro,
Leua faſcem qua laboro,
Per hoc ſacrum cataplaſma
Conualeſcat aegrum plaſma.

Chriſtum orat vt eum à morte ſpiritali ad vitam reuocet.

§. IIII.

ORatio eius ad Chriſtum.
Extra portam iam delatum,
Iam foetentem tumulatum.
Vitta ligat, lapis vrget,
Sed, ſi iubes, hic reſurget.
Ioan. 11. *Iube, lapis reuoluetur,*
Iube vitta dirumpetur.
Exiturus neſcit moras,
Poſtquam clamas, Exi foras.
In hoc ſalo mea ratis
Infeſtatur à pyratis.
Hinc aſſultus inde fluctus,
Hinc & inde mors & luctus.
Matt. 14. *Sed tu bone nauta veni,*
Preme ventos mare leni.
Fac abſcedant hi pyratae,
Luc. 14 *Duc ad portum ſalua rate.*
Infoecunda mea ficus,
Cuius ramus ramus ſiccus,
Incidetur, incendetur,
Si promulgas quod meretur,
Sed hoc anno dimittatur,
Stercoretur, fodiatur.
Quod ſi necdum reſpondebit,
Flens hac loquor, tunc ardebit.
Vetus hoſtis in me furit,
Aquis merſat, flammis vrit.
Inde languens & afflictus,
Tibi ſoli ſum relictus.
Vt hic hoſtis euaneſcat,
Vt infirmus conualeſcat,
Tu virtutem ieiunandi,
Des inſinuo, des orandi.
Per haec duo Chriſto teſte,
Liberabor ab hac peſte.
Solue quaeſo meam mentem,
Fac deuotum poenitentem.
Mat. 9. *Da timorem, quo protecto,*
De ſalute nil coniecto,
Da ſpem, fidem, caritatem
Da diſcretam pietatem.
Da contemptum terrenorum,
Appetitum ſupernorum.

A *Totum Deus in te ſpero,*
Deus ex te totum quaero.
Tu laus mea, meum bonum,
Mea cuncta tuum donum,
Tu ſolamen in labore,
Medicamen in dolore.
Tu in luctu mea lyra,
Tu lenimen es in ira.
Tu in arcto liberator:
Tu in lapſu releuator.
Metum praeſtas in profectu,
Spem conſeruas in defectu,
B *Si quis laedit, tu rependis,*
Si minatur, tu defendis.
Quod eſt anceps, tu diſſoluis,
Quod tegendum, tu inuoluis.
Tu intrare me non ſinas,
Infernales officinas.
Vbi moeror, vbi metus,
Vbi languor, vbi fletus,
Vbi probra deteguntur,
Vbi rei confunduntur,
Vbi tortor ſemper caedens,
Vbi vermis ſemper edens,
C *Vbi totum hoc perenne,*
Quia ibi mors gehenna,
Me receptet Sion illa:
Sion Dauid vrbs tranquilla.
Cuius faber author lucis,
Cuius porta lignum crucis.
Cuius claues lingua Petri,
Cuius ciues ſemper laeti,
Cuius murus lapis viuus.
Cuius cuſtos rex feſtiuus.
In hac vrbe lux ſolennis.
Ver aeternum, Pax perennis,
D *In hac odor implens caelos.*
In hac feſtum ſemper melos.
Non eſt ibi corruptela.
Non defectus non querela.
Non minuti non deformes,
Omnes Chriſto ſunt conformes.
Vrbs coeleſtis vrbs beata,
Supra petram collocata.
Vrbs in portu ſatis tuto,
De longinquo te ſaluto.
Te ſaluto, te ſuſpiro,
Te affecto, te requiro.
E *Quantum tui gratulentur,*
Quis affectus eos ſtringat,
Quàm feſtiuè conuiuentur.
Aut quae gemma muros pingat.
Quis chalcedon, quis hyacinthus,
Norunt illi, qui ſunt intus.
In plateis huius vrbis,
Sociatus piis turbis,
Cùm Moyſe & Helya
Pium cantem Alleluia. Amen.

Beatitudinis aeternae deſcriptio.

De Lanfranco epiſcopo Cantuarienſi ex Vinc. lib. 25. ca. 31. De eo item ſcribunt Tritt. in lib. de ſcript.
F *Eccleſ. & Six. Sen. in 4. Biblioth.*
Infrà cap. 11.

CAPVT X.

ANno dominicae incarnatiõis 1057. imperij Henrici quarti primo anno claruit Lanfrancus monaſterij Beccenſis prior. Ad cuius eximiam doctrinam

A.C 1060 doctrinam de Burgundia conuolauit Anſelmus, vir poſtmodum (vt infrà dicetur) multa virtute & ſcientia adornatus, & ei in prioratu ſucceſſit ſub viro egregio Herluino abbate primo, qui ipſum monaſterium Beccõſe de proprio fundauit.

Hic Lanfrancus, vt refert Vin.ſpe.hi.li.26.c.36. ex geſtis eius, Papia ciuitate Italiæ oriundus fuit, omni ſcientia ſæculari perfectè imbutus. Alpes tranſgreſſus in Northmanniam venit, & in Ambricacenſi (aliàs Ambricenſi) ciuitate aliquandiu docuit. Deinde mortalium auram captare vanitatem eſſe conſiderans, conſilium ſalutis arripuit, & ſtatuit, vt omnia propter illum relinqueret, qui omnia fecit. Cumque vellet ire Rothomagum, veſpere in ſylua vltra fluuium Rillam incidit in latrones: qui cuncta, quæ habebat, tollentes, ligatis à tergo manibus, & caputio cappæ ante oculos eius admoto, abduxerunt eum de via, & inter condenſa ſaltus frutêta dimiſerunt. Talibus anguſtiis comprehenſus, neſciens quid ageret, infortunium ſuum lamentabatur. Tandem nocturno ſilentio in ſe reuerſus, & ad Deum conuerſus, ait: Domine Deus tantum tempus in diſcẽdo expendi, & corpus animumque in ſtudiis literarum attriui, & adhuc, quomodo te debeã laudare & orare non didici, libera me de hac tribulatione, & ego ſic vitam corrigere & inſtituere curabo, vt tibi ſeruire valeam & ſciã. Surgẽte aurora, audiuit viatores inter carpẽtes, & cœpit ab eis vociferando auxiliũ petere. Qui accedentes, & eum ſoluentes reduxerunt ad viam. Rogauit autem, vt vilius & pauperius cœnobium, quod in regione noſſent, ſibi demonſtrarent. Nolebat enim adire locum, vbi literati eſſent, qui eum honori & reuerentiæ haberent.

Oratio Lãfranci.

Ergo de conſilio eorum monaſterium Beccenſe adiit, vbi venerabilis abbas Herluinus eiuſdem cœnobij fundator, ac nuper ex grandæuo milite in clericum promotus, eum cum gaudio ſuſcepit. Qui monachus effectus in diſcendis officiis curam maximam impendebat, vt ſciret laudes Deo perſoluere, ſicut vouerat. Sic per tres annos vixit ſolitarius, gaudens, quòd neſciebatur, ferè ab omnibus ignotus, omni vilitate & extremitate in cœnobio contentus. Et (vt fertur) lectionem nolebat, in eccleſia legere, niſi prius eam cantor audiſſet. Quadam etiam die dum ad menſam omnes diſcumberent, quidam inter legendum dixit, ſicut dicere debuit: quod præſidenti non placuit, & aliter dicere iuſſit, velut ſi dixiſſet docere media producta, vt eſt, & præſidens iuberet eam abbreuiari: non enim prior ille literatus erat, ſed vir ſapiens, ſciens magis obediendum eſſe Chriſto, quàm Donato, dimiſit, quod benè pronunciauerat, & dixit, quòd non rectè dicere videbatur. Cùm autem rumor & fama longè lateque percrebruiſſet, clerici accurrũt, illo de licentia abbatis ſui ſcholam tenente, laici quoque potentes & nobiles, multa pro eius amore illi eccleſiæ contulerunt.

In Archiepiſcopatu quid fecerit. A.C 1060.

§. I.

HIc poſt ex abbate Cadomenſi factus Cãtuarienſis archiepiſcopus, multa bona in eccleſiis Angliæ fecit. Quadam die cum miſſam celebraret, & ventum eſſet ad horam, qua corpus domini manibus accepit, diaconus qui ſibi miniſtrabat à dæmone peruaſus arripuit eum manibus per ſcapulas. Venerabilis autem antiſtes in nullo turbatus, reflexa manu dextera per capillos eum tenuit, & ante pedes ſuos adduxit. Percelebrata autem miſſa, in domum infirmorum illum induci iuſſit, vbi per aliquot dies in inſania permanſit. Dicebat autem de quibuſdam eiuſdem loci fratribus quędam nefanda. Tunc nominauerunt quemdam, dicentes, quòd de eo non haberet, quid deferret. At ille cœpit affirmare, quòd nunquam auderet ille in præſentiam ſuam venire. Quod cum frater audiret, timuit, ne aliquid ſibi perperam geſtum improperaret. Tunc ſapientes fratres conſiliũ ei dederunt, vt cũ archiepiſcopo loquẽs, purã cõfeſſionẽ faceret, & ſic fiducialiter cum eius abſolutione & benedictiõe ad dæmoniacũ iret. Quod cùm feciſſet, dicebant dæmoniaco, qui aderant. Ecce adeſt, cui minabaris, dic ſi quid de eo noſti. At ille in eum toruo oculo reſpectans, ac cachinnans ait. Quis te ſic rebulliuit & candidauit? nihilque amplius dixit. a Vnde datum eſt intelligi, quòd virtus confeſſionis & abſolutionis aufert diabolo memoriam peccati, aut certè poteſtatem accuſandi. Poſt aliquot autẽ dies Deo Miſerante à beato Lãfranco eum fratrum orationib. adiuuante, liberatus eſt ab illa peſte.

Virtus confeſſionis quanta.

Cùm autem ipſi Lanfranco relatum eſſet, ꝙ abbas Anſelmus vna nocte poſt matutinas ad lectum ſuum veniens annulum in eo aureum inueniſſet, referenti ſibi reſpondit. Certiſſime ſcias illum poſt me futurum archiepiſcopum & ita factum eſt. Adhunc Lanfrancum miſit literas Berengarius Turonenſis, qui aſſerebat Euchariſtiam, quam in Altari ſumimus, non eſſe re vera corpus & ſanguinem Chriſti, ſed tantũ in ſigno. Harũ literarum portitor cũ non inueniſſet eum in Northmannia, quibuſdam clericis eas tradidit: vnde de ipſo Lãfrãco orta eſt ſuſpicio, quaſi foueret & faueret iis, quæ à Berengario dicerentur. Igitur cũ à quodã Remẽſi epiſcopo Romam perlatas recitator legeret, Leone papa ſynodo præſidẽte intellecto, quòd Ioannem Scotum Berengarius extolleret, Paſchaſium verò damnaret, & communi de Euchariſtia fidei aduerſa ſentiret promulgata eſt in eum damnationis ſententia, priuans eum communione eccleſiæ: & præcepto papæ fidẽ ſuã corã omnib. Lanfrancus expoſuit, prauiq; rumoris à ſe maculam extersit. Deinde contra eundem Berengarium ſcripſit in modum dialogi de corpore & ſanguine domini, oſtendens

a Hoc item compertum noſtro ſæculo A.C.1565. in Nicolea Dæmoniaca, quæ Lauduni præſentibus decem hominum millibus ab epiſcopo Laudunenſi curata eſt. vide hiſtoriam gallicam de victoria corporis Chriſti ſuper Beelzebub.

A.C.1061. ibi non tantam eſſe figuram vel ſignum, ſed etiam veritatem corporis & ſanguinis Chriſti.

Lanfrancus Romam venit, hic Alexander. 2. fuit Pont. A.C. 1061.

§. II.

VEniente Lanfranco archiepiſco Cantuarienſi Romam, qui tunc papa erat ſcilicet Alexander ei dignanter adſurrexit, profeſſus ſe illud inſignis reuerentiæ detuliſſe non honori archiepiſcopi, ſed amori magiſtri.

Ad huius Lanfranci miſſam quidam iuuenis monachus legerat Euangelium, qui cùm patenam pontifici poſt, pater noſter, offerret vidit coram ſe quoſdam vultus tæterrimos malignorum ſpirituum, ad quorum aſpectus perterritus, pontificem inter manus ſacra tenentem vtriſque brachiis ſtrictum amplectitur, horribiliter clamans & dicens. Chriſtus vincit Chriſtus imperat, Chriſtus regnat. Conterriti ſunt omnes, qui aderant, & portatus eſt ille à militibus poſt miſſam in cameram pontificis. Conuenitur in capitulo, adducitur ille plenus dæmonio fortiter ligatus. Sermonem facit Lanfrancus de illo, & iubet communiter orationem fieri pro eo. Mox vt videbatur, ſanus effectus eſt, & pro agendis gratiis ad ſepulchrum ſancti Dunſtani, præſentatus.

Cùmque completorium cantaretur, ille raptus de ſtallo ſuo cucurrit ad priorem Henricum, quem ille ſtatim apprehendens duxit in dormitorium, & noctem inſomnem ante illum duxit, media nocte exclamans omnes inquietauit. Ductus eſt ad ſepulchrum ſancti Dunſtani, plurimum renitens, quo cum veniſſet, furere cœpit, & in Dunſtanum, & in Chriſtũ infinitas blaſphemias vſque ad diẽ euomuit. Mane refertur ad domum infirmorũ, vbi per multos dies cruciatus eſt. Quicunque ad eum accedebant, ſi crimen aliquod habebant, de quo nondum confeſſi erant, publicè detegebat, & dicebat illos in pœnis perpetuis ſibi ſociandos, vnde nonnulli erubeſcentes purè confeſſi ſunt. Qui cum illi ſe iterum præſentarent, quærebat qui eſſent, & vnde venirent, & quomodo tam ſubitò loti eſſent, & ſuam ſocietatem amiſiſſent. Poſt hæc cum poſitus eſſet in medio ſanctarum reliquiarum, exiliens cum lecto, in quo iacebat, volebat fugere ſanctos. Cùmque illic retineretur, dæmon per ventrem eius tanquam catus paruulus currebat, nunc verſus os, nunc verſus inferiora quærens exitum. Cùmque fratres ſe reficerent, frater qui relictus erat ad cuſtodiendum eũ multum deuotus erga ſanctum Dunſtanum, confiſus de Dei adiutorio, accepit crucem, quam ſanctus Dunſtanus ſolebat facere ante ſe portari more archiepiſcoporum, & poſuit eam ſuper dæmoniacum clamans cum lachrymis. Sãcte Dunſtane ſuccurre, mox dæmon exiit, túc æger leuatis oculis in cœlum cum profuſis lachrymis ait. Gratias tibi ago ſancte pater Dunſtane, & tibi frater dulciſſime: quia tuis meritis ſancte domine, & tua caritatiua prece frater cariſſime liberatus ſum ab hoſte.

Dæmõ abſ fert ſancto rum reliquias.

Poſt hoc Baiocatenſis epiſcopus, qui erat comes Cantiæ, mouit quaſdam calumnias contra Lanfrancum ſuper terras & conſuetudines eccleſiæ Cantuarienſis. Cúmque adeſſet dies placiti Lanfrancus ſollicitè inuocauit ſanctum Dunſtanum. Ea autem nocte adſtitit ei ſanctus Dunſtanus in viſu dicens. Lãfrance ne turberis, ego tibi adero. Et ſi illos non viceris, ſcias me non eſſe, qui tecum loquor. Sicque factum eſt vt omnia, quæ obiiciebantur Lanfrãco, in craſtinum adnihilata fuerint ſtupentib. omnibus.

A.C.1063. S. Dũſtanus quo in lite Lanfranco adfuerit.

De S. Anſelmo, cuius vitam Eadmerus Anglus ſcripſit, quam edidit Sur. Tom. 2. huius meminerunt Tritth. in lib. de ſcrip. Eccl. & Sixt. Bibl. li. 4. Vinc. li. 25. cap. 67.

CAPVT XI.

DE ſancto Anſelmo archiepiſcopo Cantuarienſi, & geſtis eius atque libris ab eo editis, qui floruit anno domini 1061. Hic, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. lib. 26. c. 66. ex confinio Lungobardię & Burgundię oriundus, literis traditus eas didicit, & in breui multum profecit. Necdum vigeſimum ætatis ſuæ annum attigerat, cum tam qualiter vitam ſuam ſecundum Deum inſtitueret poſſet melius mente tractabat. Expleto autem aliquo tempore patriam egreſſus, cum in tranſcenſu montis cuiuſdam fatigatus corpore deficeret, vires ſuas niuem mandendo reparare tentabat. Neque enim tunc aliud quo veſceretur, præſto erat. Quod miniſter eius aduertens doluit, & an forte quid edendum in ſacculo eorum haberetur diligenter inueſtigare cœpit, & mox contra ſpem in eo nitidiſſimum panem inuenit. Quo ille refectus & recreatus eſt, & vix incolumis redonatus. Exactis itaque tribus annis partim in Burgundia partim in Francia, Northmanniam pergit.

Deſcedit à patria.

Et cùm fama magiſtri Lanfranci vſque quaque percrebreſceret, de quo. ſ. & nobiliſſimos clericorum ad eundem ex cunctis mundi partibus venientes doceret, Beccum venit, & eius magiſterio ſe ſubdidit. Cumque propter ſtudia corpus vigiliis, & inedia, & frigore fatigaret, venit ei in mentem, quod ſi monachus fieret, artiora, quam patiebatur, eum pati non oporteret: nec tunc laboris ſui meritum perderet, quod tunc neſciebat, vtrum ſibi maneret. Hoc ergo mente concepto, ita ſecum mente tractabat. Ecce monachus fiam, ſed vbi: Si Cluniaci vel Becci, totum tempus, quod in diſcendis literis poſui, perdidi. Nam & Cluniaci diſtrictio ordinis, & Becci ſupereminens Lanfranci prudentia me aut nulli prodeſſe, aut nihil valere comprobabit. Itaque in tali loco perficiam, quod diſpono, in quo & ſcire meum puſſim oſtendere: & multis prodeſſe. Nondum enim vt ipſemet referre ſolebat, in eo vigebat mundi contemptus, ſed poſtmodum in ſe reuerſus. Quid (inquit) eſt eſſe me monachum? hoc eſt, velle aliis præponi, aliis præhonorari, & magnificari: Non. Illuc igitur depoſita contumacia monachus deueni, vbi ſicut æquum eſt, propter Deum cuncta

ſup. c. 10.

A.C. 1080. poſtponatis, cunctis abiectior habearis. A Et quidem Becci nullius ponderis ero, quando quidē ibi ille eſt, qui præeminentis ſapientiæ luce conſpicuus, cunctis ſufficiens, cunctis eſt honorabilis, & acceptus. Illic ergo monachus factus, ſic religioni per omnia ſeruiebat, vt quiſquis in tota congregatione religioſe viuere vellet, in eius vita ſatis, quod imitaretur, inueniret.

Lanfranco autem in Cadomenſis cœnobij regimine aſſumpto, ipſe prioris officio functus eſt. Contigit autem, quadam nocte ante vigilias nocturnas in lecto iacens, vt ſecum rimari B conaretur, quomodo prophetæ præterita ſimul & futura quaſi præſentia olim agnouerūt, & indubitanter ea dicto vel ſcriptu protulerunt. Et cùm in his totus eſſet, & hoc noſſe deſideraret, defixis oculorum ſuorum radiis; vidit per medias macerias oratorij & dormitorij monachos, quorum hoc officium erat, pro apparatu matutinatum altaria, & alia loca eccleſiæ circumeuntes, luminaria accendentes, & vnum eorum ſumpta chorda ſcillam pulſantem, ad cuius ſonitum conuentu fratrum de lecto ſurgente mirabatur de re, quæ acciderat. Concepit ergo apud C ſe Deo eſſe leuiſſimum prophetis in ſpiritu futura monſtrare, cum ſibi conceſſerit, quæ fiebant, per tot obſtacula corporea oculis poſſe videre.

Dæmonis in iuuene caſtiſſimo illuſio.

Quidam iuuenum in conuentu hoc apud ſe propoſuerat, vt nulla vnquam occaſione manum ſuam membris genitalibus apponeret. Cuius propoſito inuidens diabulus, tantum in eiſdem membris dolorem & anguſtiam fecit eum ſentire, vt iuuenis ſe non poſſet ferre. Sentiebatur enim caro ipſa tanti ponderis eſſe, ac ſi plumbi grauiſſima moles in illa penderet corporis parte. Cumq́ue anxietatem iam diſſimulare non poſſet, requiſitus ab Anſelmo, D quid haberet, rem ipſam iam celare nō potuit. Admonitus ergo, vt modum ægritudinis admota manu probaret, verecundatus recuſauit timens ne propoſitum violaret. Tunc Anſelmus aſſumpto ſecum grandæuo fratre & religioſo, iuuenem languidum in ſecretiorem locum ducit, vt modum infirmitatis illius agniturus, & auxilium pro poſſibilitate laturus. Quid amplius? Caro ſaniſſima reperitur. E veſtigio quippè omnis illa diabolica vexatio cedit, nec fangat vlterius iuuenem, quē ſimplex E Anſelmi aſpectus à tāta clade fecit immunem.

De aliquibus notabilibus geſtis per Anſelmum.

§. I.

Frater ei infeſtus in ſummo verſatur periculo. ex vita eiuſdē Vin. cap. 60.

QVidam quoque ex antiquioribus fratrib. vt refert Vinc. vbi ſuprà qui veteri odio plurimum erat infeſtus Anſelmo, nec poterat vllatenus ſuper eum reſpicere ſimplici oculo, infirmitate preſſus ad extrema eſt deductus. Cúmque fratres in meridie in lectis ex more quieſcerent, ipſe in domo infirmorum iacens cœpit miſerandas voces emittere, & quaſi A quorumdā horrendorum aſpectus ſubterfugere geſtiret, pallens & tremens vultum ſuum deliteſcendo hincinde commutare. Territi fratres, qui aderant, quid haberet quærebant. At ille Geminos immanes lupos inter brachia ſua me tenere compreſſum, & meum impreſſis dentibus iamiam ſuffocare videtis, & quid mihi ſit quæritis? Quo audito, quidā ex eis ad Anſelmum, qui in clauſtro emendādis libris intendebat, concitus perrexit, & ei extra clauſtrum educto: quid circa infirmum fratrem ageretur patefecit. Tunc ille in ſecretiorem locum ſe- B cedens, & poſt modicum domum, in qua iacebat infirmus ingrediens, leuata manu ſignum Crucis edidit dicens. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ad quod factum ſtatim æger conquieuit, & exhilarato vultu intimo cordis affectu Deo gratias agere cœpit: dicens, quòd Anſelmo oſtium ingrediente, & extenſa manu ſignum Crucis edente, vidit ex ore eius flammam ignis ad modum lanceæ procedentem quæ in lupos iaculata eos deterruit, & celeri fuga dilapſos procul abegit. Tunc Anſelmus fratrem de ſalute animæ ſuæ ſecretius allo- C quens, ad pœnitentiam & confeſſionem [omnium, in quibus ſe Deum offendiſſe recordari valebat] cor eius inclinauit. Paterna demum authoritate abſolutum, dixit hora qua fratres ad nonam ſurgerent, præſenti vita deceſſurum. Quod & factum eſt.

Confeſſio peccatorum.

Birulbus eiuſdem monaſterij ſecretarius, quadam nocte dum hora, qua fratres ad vigilias excitaret, per clauſtrum iens obſeruaret Anſelmum, quem ea hora ſopori potius exiſtimabat, quam orationi occupatum, in capitulo vidit in oratione ſtantem ingenti ſplendentis D flammæ globo circumcinctum.

Quadam die cum eſſet in via, occurrente ſibi quodam monacho Becci, quid conſilij de hoſpitiu ſibi ferret, eum interrogauit. Qui reſpondit. Habemus non longè hoſpitium, ſed non eſt, quod nobis, & fratribus apponatur præter panem & caſeum. At ille ſubridens ait. Ne timeas vir bone, ſed cito præcede, & miſſo rete in vicinum amnem ſtatim inuenies piſcē qui ſufficiet omnibus nobis. Ille mandato accepto præuolans nunciat piſcatori. Qui ridendum potius, quàm attentandum, quod dicebat, fore pronuncians: tandem à fratre coactus E contra ſpem rete iecit, & illico trutam inſolitæ magnitudinis cum alio quodam piſciculo cepit.

Alis vice quidam vir eum per terram ſuam tranſeuntem ad prandium detinuit: ſed cum de penuria piſcium quereretur, quod ei & monachis eius apponeret, niſi vilia quædam non habens, alludens dicit ei Anſelmus: En ſturio vnus tibi defertur, & animus tuus de deliciarum inopia quæritur, & ita factum eſt.

F Cùm autem abbas quidam, qui admodum religioſus habebatur, ſecum de iis quæ monaſticæ religionis erant, loqueretur, & inter alia de pueris in clauſtro nutritis verba conferret adiecit. Quid obſecro fiet de iſtis? Non ceſſamus die ac nocte eos verberare, & ſemper fiunt deteriores, hebetes enim ſunt, & beſtiales. Ad quem miratus Anſelmus ait.

Prædictura.

A.C. 1080. ait. Quam benè nutrimentum veſtrum expenditis, qui de hominibus beſtias nutriuiſtis? Dic mihi quæſo abba, ſi plantulam in horto tuo plantares alicuius arboris, & mox illam ex omni parte concluderes, vt ramos ſuos ea nulla parte extendere poſſet, qualis arbor inde prodiret? Profectò inutilis, incuruis ramis, & perplexis, certè hoc facitis de pueris veſtris. Plantati ſunt per oblationem in horto eccleſiæ, vt creſcant & fructificent Deo. Vos autem in tantum eos terroribus, minis, & verberibus vndique coarctatis, vt nulla penitus libertate vti liceat: vnde fit vt quia nihil amoris, pietatis, vel dulcedinis circa ſe in vobis ſentiunt: nec illi alicuius boni in vobis poſtea fidem habeant, ſed omnia veſtra ex odio & inuidia contra ſe procedere credant. Contingitque modo miſerabili, vt ſicut deinceps corpore creſcunt: ſic in eis odium & ſuſpicio omnis mali creſcat, ſempérque proni ſint & curui ad vitia. Cúmque à nullo fuerint in vera caritate nutriti, nullum niſi depreſſis ſuperciliis oculóve obliquo valeant intueri.

Similitudo elegans auicula & peccatoris. cap. 189.

§. II.

NArrat idem Anſelmus in libro de ſimilitudinibus, quòd cum ſemel iam factus archiepiſcopus Cantuarienſis, cum decenti comitiua iter peragerét, obuiam habuerunt quemdam puerum habentem vnum paſſerem, ligatum filo tenui, & ludentem ſic cum eo. Nam aliquando puer dimittebat filum, & paſſer volare incipiebat, vt liber à detentione: ſed puer quàm citiſſimè reſumebat filum & paſſer cadebat in terram. Puer autem in hoc gaudebat, & ridebat, de paſſere deiecto. Et poſt aliquam morulam iterum puer dimittebat filum, paſſer autẽ volatum inchoabat, vt fugeret: ſed puer præſto per filum reſumptum deiiciebat in terram ſuper hoc gaudẽs. Anſelmus itaque firmans ſe ad huiuſmodi ſpectaculum, poſt plures vices huius actus pueri, mandat vni ex ſuis, vt frangat filum. Quo facto paſſer auolauit, nec vltra puer potuit capere. Ex quo te cepit multum dolere, & flere de amiſſione paſſeris. Anſelmus autem ridere cœpit. Cùm autem ſocij eius mirarentur de tanto viro in huiuſmodi facto, ait ille reflectẽs illud ad moralitatem.

Applicatio similitudinis. Puer iſte ſignat diabolum, puerum ſtultitia centum annorum experientia, & longa malitia. Paſſer autem peccator eſt. Anima noſtra ſicut paſſer. ait Pſal. Filum longum eſt conſuetudo peccati, quia detinet diabolus peccatorem (Psal. 128.) ligatum ſub ſuo dominio. Sed aliquando contingit, vt peccator aliquid boni incipiat, quaſi que liberatus velit de manibus diaboli exire. Diabolus autem filo malo & antiquitate conſuetudinis eum deiicit in terram iterando peccata. Et hoc non ſemel, ſed pluries contigit: vnde puer diabolus gaudet de recidiuo peccatoris. Peccator autem triſtatur remordente conſcientia poſt peccatum. Demũ aliquando ope alicuius orationis vel admonitionis ſancti viri rumpitur conſuetudo mali in peccatore, vt non recidiuet, ſed plenè euolet ad cœlum per virtutum opera. Quod cernẽs puer diabolus, dolet & triſtatur de amiſſione peccatoris, quòd ſit erutus de manibus eius, ſed ſancti viri gaudent & exultant. A.C. 1080.

Liber de similitudinib. D. Anſelmi pulcherrimus. In ipſo libro de ſimilitudinibus ponit Anſelmus multa pulchra exempla ſeu ſimilitudines circa ſpiritualia in diuerſis materiis. Et in hac materia ſimilitudinum in libris ſuis videtur excedere alios doctores ita pulchras ponit. Scribit Anſelmus proſologion, ideſt, alloquium de Deo, Quod opus quidam incipiens refellere geſtiens, quoddam ſcriptum contra illud cõpoſuit. Quod cũ ſibi à quodã amico ſuo tranſmiſſum Anſelmus conſideraſſet, ſuam ad hoc reſponſionem edidit lib. vno. Scripſit & monologion, ideſt ſoliloquium de ſancta trinitate li. 1. De veritate lib. 1. De proceſſione ſpiritusſancti lib. 1. De concordia liberi arbitrij & præſcientiæ diuinæ atque prædeſtinationis: necnon & gratiæ lib. 1. De caſu diaboli lib. 1. De peccato originali lib. 1. De incarnatione verbi lib. 1. De ſacramento altaris lib. 1. De azymo lib. 1. Cur Deus homo lib. 1. Meditationum vel orationum lib. 1. De grammatico lib. 1. De parabolis ſeu prouerbia Anſelmi lib. 1. Super canticum canticorum lib. 1. Epiſtolarum eius ad diuerſas perſonas lib. 1. Ex quibus libris aliqua excerpta hic ponuntur. Colitur 21. april.

Excitatio mentis ad contemplandum Deum. cap. 1.

§. III.

ANſelmus in proſologio exhortantur ad ſecretum contemplationis ſic dicẽs. Eia nunc homuncio abſconde te modicum à tumultuoſis cogitationibus tuis. Abiice nunc oneroſas curas. Exclude omnia præter Deum, & quæ te iuuent ad quærendum eum, & clauſo oſtio quære eum. Eia ergo tu domine Deus meus doce cor meum, vbi & quomodo te quærat, vbi & quomodo te inueniat. Domine ſi hic non es, vbi te quæram abſentem? Si autem vbique es, cur non te video præſentem? Sed certè inhabitas lucem inacceſſibilem. Et vbi eſt (1. Tim 6.) lux inacceſſibilis? aut quomodo accedam ad lucem inacceſſibilem? Quid faciet ſeruus tuus anxius amore tui longè proiectus à facie tua? Inuenire te cupit, & neſcit locum tuũ. Quærere te affectat, & ignorat vultum tuum. Tu me feciſti & refeciſti, & omnia mea bona tu mihi contuliſti, & nondum noui te. Denique ad te videndum factus ſum, & nondum feci, propter quod factus ſum. O miſera ſors hominis, cum hoc perdidit ad quod factus eſt. O durus & dirus caſus ille! Heu quid perdidit, & quid inuenit! Quid abſceſſit, & quid remanſit! Perdidit beatitudinem ad quam factus eſt, & inuenit miſeriam, propter quam factus non eſt. Abſceſſit ſine quo nihil felix eſt. & remanſit, quod per ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat tunc homo panem Angelorum, quem nunc eſurit. Manducat nunc panem dolorum, quem tunc neſciuit.

A.C.1080. Heu publicus luctus hominum, vniuerſalis plāctus filiorū Adę. Ille ructabat ſaturitate, nos ſuſpiramus eſurie. Ille abundabat, nos mendicamus. Ille fœliciter tenebat & miſerè deſeruit, nos infœliciter egemus, & miſerabiliter deſideramus, & heu vacui remanemus. Cur non nobis cuſtodiuit, cum facilè poſſet quo iam grauiter caremus? Graue damnum, grauis dolor, graue totum. Sed heu me miſerum, vnum de aliis miſeris filiis Euæ elongatis à Deo quid incepi, quid effeci? Tendebam in Deum, & offendi in memetipſum. Requiem quærebam in ſecrero meo, & tribulationem, & laborem B inueni in intimis meis. Psal. 33. Volebam ridere à gaudio mentis meæ, & cogor rugire à gemitu cordis mei. Sperabatur lætitia, & ecce vnde denſantur ſuſpiria. Et ô tu domine vſquequo, vſquequo domine obliuiſceris nos, Psal 6 vſquequo auertis faciem tuā à nobis? Reſtitue te nobis vt Psal. 12. benè ſit nobis, ſine quo tā malè eſt nobis. Miſerere labores & conatus noſtros ad te, qui nihil valemus ſine te. Inuitas nos, adiuua nos. Obſecro dn̄e ne deſperem ſuſpirando, ſed reſpirem ſperando. Amaricatum eſt cor meum ſua deſolatione, indulcora illud tua conſolatione. C Eſuriens incepi quærere te, ne deſinam ieiunus de te. Famelicus acceſſi, ne recedam impaſtus. Iob. 3. Pauper veni ad diuitem, miſer ad miſericordem, ne redeam vacuus, ſed contentus. Et ſi antequā comedam ſuſpiro, dabis poſt ſuſpiria, quod comedam. Doce me quærere te, & oſtende te quærenti, quia nec quærere te poſſum, niſi tu doceas, nec inuenire niſi tu oſtendas. Quæram te deſiderando, deſiderem quærendo, inueniā amando. Amem te inueniendo. Fateor domine, & gratias ago quia creaſti in me hanc imaginem tuam, D vt tui memor te cogitem, te amē. Sed ſic eſt abolita attritione vitiorum, ſic etiā obfuſcata fumo peccatorum, vt non poſſit facere, ad quod facta eſt, niſi tu renoues & reformes eam.

Deus cognoſci non poteſt niſi per fidem. ibid.

§. IIII.

DE inquiſitione diuinæ potentiæ, miſericordiæ, & iuſtitiæ. Anſelmus. Non tento domine penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus E comparo illi intellectum meum: ſed deſidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit & amat cor meum. Neque enim quæro intelligere vt credam, ſed credo, vt intelligam. Nam & hoc credo, quia niſi credidero, non intelligam.

Ergo domine, qui das fidei intellectum, da mihi, vt quantum ſcis expedire intelligā, quia es, ſicut credimus, & hoc es, quod credimus. Equidem te credimus eſſe aliquid, quo nihil maius poſſit cogitari.

Sed omnipotens quomodo es, ſi omnia nō F potes? Vel ſi non potes corrumpi, nec mētiri, nec facere verum eſſe falſum, vt quod factum eſt non eſſe factum, & plura ſimilia quomodo potes omnia? At hoc poſſe nō eſt potentia, ſed impotētia. Nā qui hæc poteſt, quod ſibi nō expedit, & quod nō debet, poteſt, q̄ quāto magis poteſt tāto magis, aduerſitas & peruerſitas poſſunt in illū, & ipſe min⁹ cōtra eas. A.C.1080. Qui ergo poteſt ſic, non potentia poteſt: ſed impotentia. Ergo domine Deus, inde verius es omnipotens, quia nihil potes per impotentiam, & nihil potes contra te.

Sed & miſericors ſimul & impaſſibilis quomodo es? Nam ſi es impaſſibilis, non comPateris. Si non comPateris, non eſt tibi miſerum cor ex compaſſione miſeri, quod eſt eſſe miſericordem. Domine miſericors es ſecundū nos, quia miſeros ſaluas, & peccatoribus parcis, & non ſecundum te, quia non compateris. Non B enim eſt tibi cor miſerum ex compaſſione miſeri. Miſericors es, non quia tu ſentis affectum, ſed nos effectum.

Verum malis quomodo tu parcis, ſi totus & ſumme iuſtus es. Sed cum punis malos iuſtum eſt, quia illorum meritis conuenit. Et cū parcis malis, iuſtum eſt, quia bonitati tuæ condecens eſt. Parcendo igitur malis, iuſtus es. Sic igitur ſine repugnantia & iuſte punis, & iuſtę parcis.

Deus vita viuens. Quicquid autem es: non per aliud es quàm per teipſum. Tu es ipſa vita, qua viuis, & ſapien C tia, qua ſapis, & bonitas ipſa qua bonis & malis bonus es, & ita de ſimilibus.

An inueniſti anima mea, quod quærebas? Quærebas Deum & inueniſti eum eſſe quoddam ſummum omnium, quo nihil melius cogitari poteſt.

Quomodo videtur & non videtur Deus. ibid.

§. V.

D DE inquiſitiōe bonitatis, veritatis & æternitatis diuinæ. Anſelmus. Domine Deus meus formator & reformator meus, dic deſideranti animæ meæ quid aliud es, quam quod vidit, vt purè videat, quod deſiderat. Intendit ſe, vt plus videat, & nihil videt vltra id, quod vidit, niſi tenebras, immo non videt tenebras quæ nullæ ſunt in te, ſed videt ſe non plus poſſe videre propter tenebras ſuas. Cur hoc domine? Cur hoc tenebratur oculus eius infirmitate ſua, aut reuerberatur fulgore tuo? Sed certè & in ſe tenebratur, & à te reuerberatur: tenebratur vtique & obſcuratur ſua breuitate, & E obruitur tua immenſitate, verè & contrahitur anguſtia ſua, & vincitur amplitudine tua. Quanta namque eſt lux illa de qua micat omne verum, quod rationali menti lucet? Quam ampla eſt illa veritas, in qua eſt omne quod verum eſt, & extra quam non niſi nihil, & falſum eſt? Quam immenſa eſt, quæ vno intuitu videt omnia, quæ facta ſunt, & à quo, & per quam, & quomodo de nihilo facta ſunt? Quid puritatis, quid ſimplicitatis, quid certitudinis & ſplēdoris ibi eſt? Certè plus quam à creatura valeat intelligi.

F Ergo domine non ſolum es, quo maius cogitari nequit, ſed es quiddam maius, quam cogitari poſſit.

Verè domine hæc eſt lux inacceſſibilis, in qua habitas, ideo hanc non video, quia nimia eſt mihi. Et tamen quicquid video, per illam video. Nimis fulget, non capit illam nec

ſuffert

A.C.1080 ſuffert oculus animæ meæ diu ita in illam intendere. Reuerberatur fulgore, vincitur amplitudine, obruitur immenſitate, confunditur capacitate. O ſumma & inacceſſibilis lux. O tota & beata veritas, quàm longè es à me, qui tam prope tibi ſum? Quam remota es à conſpectu meo, qui ſic præſens ſum cõſpectui tuo? Vbiq; es tota præſens, & non te video. In te moueor & in te ſum, & ad te non poſſum accedere, intra me & circa me es & non te ſentio. Act.17.

Adhuc lates domine animam meam in luce & beatitudine tua, & idcirco verſatur adhuc in tenebris & miſeria ſua. Sperabat iam ſacietatẽ, B & iterum obruitur egeſtate. Affectabam iam comedere, & ecce magis eſurire contingit. Conabar aſſurgere ad lucem Dei, & recidi in tenebras meas. Quæſiui vultum tuum, vultum tuũ domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Reuela me de me ad te, ſana, acue, illumina oculum mentis meæ, vt intueatur te. Recolligat vires ſuas anima mea, vt toto intellectu intẽdat iterũ ad te domine [quid es, quid te intelliget cor meũ? certè vita es, ſapientia es, veritas es, bonitas es, beatitudo es, & omne verũ bonum es. Quomodo ergo Domine es omnia C hæc? Au ſunt partes tui, aut potius vnumquodque horum totum eſt quod es?] Psal.26.

Tu ergo imples & complecteris omnia. Tu es ante, & vltra omnia. Equidem ante omnia tu es, quia ante quàm fierent tu es, vltra verò omnia quomodo es, an quia illa cogitari poſſunt habere finem, tu verò nequaquam? Nam ſic illa ſine te finem habent quodammodo, tu verò nullo modo.

Tu ſolus domine es, quod es, & tu es, qui es. Tu tibi ſufficiens omnino, nullo indigens, quo omnia indigent vt ſint, & vt benè ſint.

Quod ſolus ſit quod eſt & qui eſt. c.27. — Hoc bonum es tu Deus pater. Hoc eſt verbum tuũ, ideſt, filius tuus. Etenim non poteſt D aliud quàm quod es, aut aliquid maius vel minus te eſſe in verbo, quo teipſum dicis, quoniã verbum tuum ſic eſt verum, quo modo tu verax. Et idcirco eſt ipſa veritas ſicut tu, non alia quàm tu. Et ſic es tu ſimplex, vt de te non poſſit naſci aliud, quàm quod tu es. Hoc ipſum eſt amor vnus, & communis tibi, & filio tuo, ideſt, ſpiritus ſanctus ab vtroque procedens. Nã idẽ amor non eſt impar tibi, aut filio tuo, quia tantum amas te & illum, & ille te & ſeipſum quãtus es tu & ille, nec eſt aliud à te, & ab illo, E quod non eſt diſpar tibi & illi. Nec de ſumma ſimplicitate poteſt procedere aliud, quã quod eſt, de quo procedit. Porrò hoc eſt illud vnum neceſſarium, in quo eſt omne bonum, immo quod eſt omne & vnum & totum & ſolum bonum. ...10.

Contemplatio quale & quantum ſit hoc bonum. c. 24.

§. VI.

F

DE inquiſitione ſummi boni in quo ſunt omnia bona: & de pleno gaudio. Anſelmus. Excita nunc anima mea (inquit) & erige totum intellectum tuum, & cogita quantum potes, quale & quantum ſit illud bonum. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt, cogita intentè, A quàm delectabile ſit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, &, non qualem in rebus creatis experti ſumus, ſed tantum differentem quantum differt creator à creatura. A C.1080

Qui hoc bono fruetur, quid illi erit, & quid non erit? Certè quicquid volet erit, & quicquid nolet non erit. Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & bona corporis tui? Ama vnum bonum, in quo ſunt omnia bona, & ſufficit tibi. Quid enim amas caro mea? Quid deſideras anima mea? Ibi B eſt quicquid amatis, quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis, cui nihil obſiſtere poſſit, erunt ſimiles angelis Dei. Si longa & ſalubris vita, ibi eſt ſana æternitas, & æterna ſanitas. Si ſatietas, ſatiabuntur cum apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angelorum chori concinunt. Si ſapientia, ipſa Dei ſapientia oſtendet ei ſeipſam. Si amicitia, diligẽt Deum pluſquam ſeipſos, & inuicem tanquam C ſeipſos, & Deus illos plus quàm illi ſeipſos, quia illi illum, & ſe inuicem per illum, & ille ſe & illos per ſeipſum. Si poteſtas, omnipotentes erunt ſuæ voluntatis, vt & Deus ſuæ. Nam ſicut poterit Deus quod volet per ſeipſum, poterunt ita illi, quod volent per illum. Si honor & diuitiæ, Deus ſeruos ſuos bonos & fideles ſuprà multa conſtituet, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Si vera ſecuritas: certi erunt nunquam, & nullatenus iſta, vel potius iſtud bonum ſibi defuturum. Gaudium verò quale & quantum eſt, vbi tale & tantum bonum eſt? D Cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, immo obrutum ærumnis, quantum gauderes, ſi his omnibus abundares? Interroga intima tua an capere poſſint gaudium ſuum de iſta beatitudine ſua. Sed certè, ſi quis alius, quem omnino ſicut teipſum diligeres, eandẽ beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minus gauderes pro eo, quàm pro teipſo. Si autem duo, vel tres, vel multo plures idipſum haberent, tantum de ſingulis quantum pro teipſo gauderes: ſi ſingulos eorum tã quam teipſum amares. Ergo in illa perfectiſſi- E ma caritate innumerabilium Angelorum beatorum & hominum, vbi nullus minus diliget alium: quàm ſeipſum, non aliter gaudebit quiſquam pro ſingulis aliis, quàm pro ſeipſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo bono vix capiet gaudiũ ſuum, quomodo capax erit, tot & tantorum gaudiorum? Et vtique quia quantum diligit quis aliquem, tantum de bono eius gaudet, ſicut in illa perfecta fœlicitate vnuſquiſque plus amabit ſine comparatione Deum, quàm ſe, & omnes alios ſecum, ita etiam plus gaude- F bit ſine æſtimatione de fœlicitate Dei, quàm de ſua & omnium aliorum ſecum. Mat.13. Mat.22. Psal.36. Psal.16. Mat.25. Rom. 8.

Deus meus, & dominus meus, ſpes mea & gaudium cordis mei, dic animæ meæ, an hoc eſt gaudium, de quo nobis dicis per filium tuum. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. Inueni enim quoddam gaudium plenum, & plus quã plenũ, pleno enim corde plena mente, plena anima, pleno toto homine

AC.1020. illo gaudio, adhuc ſupra modum illud ſupercrit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium. Isa 64. Sed gaudium illud nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis 1 Cor. 2. aſcendit. Nondum ergo dixi, aut cogitaui dñe, quantũ gaudebũt illi beati tui, vtiq; tantũ gaudebunt, quantũ amabunt, tãtũ amabũt quantum cognoſcent. Oro Deus cognoſcam te, amem te, vt gaudeam de te. Proficiat hic in me notitia tui, & ibi fiat plena. Creſcat amor tuus, & ibi fiat plenus, vt hic ſit gaudium meum in ſpe magnum, & ibi ſit in re plenum. B Meditetur inde interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, ſermocinetur illud os meum, Eſuriat illud anima mea, ſitiat caro mea, deſideret tota ſubſtantia mea, donec intrem in gaudium domini.

Quam miſera ſit hominum vita, liber hic inſcribitur de miſeria hominis.

§. VII.

C DE deploratione miſeriæ præſentis & futuræ. Anſelmus in lib. meditationum. Terret me (ait) vita mea. Námque diligenter diſcuſſa, apparet mihi aut peccatum, aut ſterilitas ferè tota vita mea. Et ſi quid fructus in ea videtur, ſic eſt aut ſimulatum, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptũ, vt poſſit aut non placere, aut diſplicere Deo. Ergo ô peccator vita tua tota aut in peccato & damnabilis, aut infructuoſa & contemptibilis. Sed quid ſeparo infructuoſam à damnabili. D Vtique ſi eſt infructuoſa, eſt damnabilis. Mat. 3. Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem Job. 10. mittetur. Tędet animam meam vitæ meæ. Viuere erubeſco, mori pertimeſco. Quid ergo reſtat tibi ô peccator, niſi vt in tota vita tua deplores totam vitã tuã, vt ipſa tota ploret ſe totam? Sed in hoc quoque eſt miſerabiliter miſerabilis vita mea, quia non tantum dolet, quantum ſe noſcit, ſed ſic ſecura torpet, velut quid patiatur, ignoret. Quid dormitas anima, anima tepida, & digna euomi? Arbor digna ſecuri, & igne, digna ſuccidi & accendi. E Qui ſunt fructus tui? Vtique ſpinæ pungentes & amara, peccata, quæ vtinam ſic te pœnitendo pungerent, vt conſurgerent: Sic amareſcerent, vt euaneſcerent.

O lignum aridum & inutile, æternis ignib. dignum, quid reſpondebis in illa die cum exigetur à te vſque ad ictum oculi omne tempus viuendi tibi impenſum, qualiter à te fuerit expenſum. Tunc quippe condemnabitur, quicquid inuentum fuerit in te operis vel otioſi ſermonis & ſilentij vſque ad minimam cogitationem, etiã quod vixiſti, ſi non fuerit ad Dei F voluntatem directũ. Væ quot peccata prorũpẽt ibi ex improuiſo, quaſi ex inſidiis, quæ modo non vides, quæque mala non eſſe putas, quæque nunc eſſe bona credis. Nudata facie apparebunt tibi nigerrima peccata tunc cum iam pœnitentia nõ recipietur: cũ emendatio nõ permittetur. Væ mirabilis duritia, ad quã cõterendã leues ſunt tã graues mallei! O inſenſibilis torpor, ad quem concitandum ſunt obtuſi tam acuti aculei! A.C.1040. O lethalis ſopor, ad quem excitandum raucum eſt tam terrificum tonitruum. Si enim dixero, quicquid potero excogitare, nondum ad id, quod res eſt potero peruenire. Adde errorem ſuper terrorem, vlulatũ ſuper vlulatum. Nam ille te iudicabit, ad cuius contumeliã ſpectat, quicquid inobediens Deo vel præuaricator peccat, qui nunc patientiſſimus, tunc diſtrictiſſimus.

Væ væ ita per te irruas ſup me, nõ eſt quod B poſſit conſolari in toto me. O anguſtiæ hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia. Subtus patens horridũ chaos inferni, deſuper iratus iudex. Intus conſcientia vrẽs, foris mundus ardens. Vix iuſtus ſaluabitur, peccator ſic deprehenſus, in quam partem ſe premet? Conſtrictus vbi latebo, quomodo apparebo? Latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Illud deſiderabo, & nuſquam erit, iſtud execrabor & vbique erit. Quis eruet me de manibus Dei? vnde mihi conſiliũ? vnde ſalus. Quis eſt, qui dicitur magni conſilij angelus? Is. 11. Ipſe eſt Ieſus, idẽ C eſt iudex, inter cuius manus tremo. Reſpira ô peccator, reſpira, ne deſperes, ſpera in eo, quem times, affuge ad eũ à quo aufugiſti. Inuoca importunè, quem ſuperbè prouocaſti.

Ieſu Chriſte propter hoc nomen tuum, fac mihi ſecundum hoc nomen tuum. Obliuiſcere ſuperbum prouocantem, reſpice miſerum inuocantem. Nomen dulce, nomen delectabile, nomen conſortans peccatorem, & beatę ſpei. Ergo Ieſu, eſto mihi Ieſus, propter nomen tuum, qui me creaſti tua bonitate, ne pereat opus tuũ mea iniquitate. Recognoſce benigniſſimè D quod tuum eſt, & abſterge quod eſt alienum. Ieſu Ieſu miſerere dum tempus eſt miſerendi, ne damnes in tempore iudicandi. Quæ nãmq; vtilitas tibi in ſanguine meo, ſi deſcendero in æternam corruptionem? Psal. Neque enim mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcẽdunt in infernum. Si me admiſeris intra latiſſimum ſinum miſericordiæ tuæ, non erit anguſtior propter me domine. Admitte ergo, ô deſideratiſſime Ieſu, admitte me intra numerum electorum tuorum, vt cum illis te laudem, te perfruar, & glorier in te inter omnes qui diligunt nomen tuum. E

De inuocatione filij Dei, & memoria paſſionis eius.

§. VIII.

ANſelmus in oratione inquit. Domine Ieſu Chriſte redemptio mea, miſericordia mea, ſalus mea, te laudo, tibi gratias ago, quamuis valdè impares tuis beneficiis, quamuis multũ expertes dignæ deuotionis, ſed ſicut poteſt conari tibi perſoluit anima mea. Spes cordis mei, virtus animæ meæ, auxilium infirmitatis meæ, compleat tua benignitas potentiſſima quod conatur mea tepidiſſima imbecillitas. Vita mea, finis intentionis meæ, etſi nondum merui te tantum, quantum debitor ſum amare, vtique ſaltem deſidero te tantum

A.C.1058. tum quantum debeo amare. Si bonum eſt, Domine quod inſpirat,imo quia bonum eſt vt quòd te velim amare, da quod me facis velle,da vt quantum iubes,tantum te amare merear.Laudes & gratias ago pro deſiderio,quod inſpiraſti. Laudes & preces tibi offero ne ſit mihi donum tuum infructuoſum, quod tua ſponte dediſti. Conuertere miſericordiſſime meum teporem in feruentiſſimum tui amorem.

A

Ad hoc clementiſſime tendit hæc oratio mea.hæc meditatio & memoria beneficiorum tuorum.vt accendat in me amorem tuum.Tua me domine bonitas creauit, tua miſericordia creatum ab originali peccato mundauit, tua patientia poſt illam emundationem baptiſmi in aliis peccatorum ſordibus volutatum hactenus tolerauit,nutriuit,expectauit. Domine deus creator meus, & nutritor meus.eſto adiutor meus.Te eſurio,te ſitio,te deſidero te ſuſpiro,te concupiſco.et ſicut pupill' benigniſſimi patris orbatus præſentia:qẽtũ queu memor paſſionis tuæ, memor alaparum tuarum, memor flagellorum tuorum, memor crucis: memor etiam vulnerum tuorum,et alij mei eenm nas defleo, ſpero tui aduentus ſolam conſolationem, ardeo tui vultus glorioſam contemplationem.Heu, quia videre non potui dominum angelorum humiliatum ad conuerſationem hominum, vt homines exaltet ad conuerſationem angelorum.Cùm Deus offenſus ſponte moriebatur, vt peccator viueret.

B

C

Cur ô anima mea te præſentem non tranſfixit gladius doloris acutiſſimi, cum ferre non poſſes lancea vulnerari latus tui ſaluatoris, cum videre nequiret violari clauis manus & pedes tui ſaluatoris vel plaſmatoris? Cur non es inebriata lachrymarum amaritudine, cùm ille potaretur amaritudine fellis? Cur non es compaſſa caſtiſſimę virgini digniſſimæ matri eius,benigniſſimæ Dominæ tuæ?Domina mea miſericordiſſima, quos fontes dicam erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis,cũ attẽderes vnicũ filium tuum innocentẽ corã te flagellari ligari mactari,& carnem de carne tua ab impiis crudeliter diſſecari. Quibus ſingultibus æſtimabo puriſſimum pectus vexatum eſſe, cúm tu

D

Ioan. 19. audires.Mulier ecce filius tuus. et ad diſcipulus. ecce mater tua? Vtinam cum fœlice Ioſeph Dominum meum de cruce depoſuiſſem, aromatibus conduxiſſem in ſepulchro collocaſſẽ, vel ſaltem proſecutus eſſem, vt tanto funeri non deeſſet aliquid obſequij mei. Vtinam cum beatis mulieribus coruſca viſione angelorum eſſem territus, & audiſſem nuncium dominicę reſurrectionis,nuncium meę conſolationis,

E

Luc 5. nuncium tam expectatum,nuncium iam deſideratum.

Pſal.72. Benigniſſime,ſuauiſſime, quando reſtaurabis mihi, quia non vidi illam carnis tuæ incorruptionem, quia non ſum deoſculatus loca

Pſalm 76. vulnerum,fixuras clauorum. Non enim capitur in me dolor meus quamdiu ſum peregri-

Pſalm.72. nus à domino meo. Vbi, vel quando eum inueniam?quem rogabo?quis nunciabit dilecto quia amore langueo?Defecit caro mea,& cor meum deus cordis mei, & pars mea. Deus in æternum. Renuit conſolari anima mea, niſi

F

A de te dulcedo mea. Quid enim mihi eſt in cælo:& à te quid volui ſuper terram?Te volo,te ſpero,te quęro.Tibi dixit cor meum, quæſiui vultum tuum,vultum tuum domine requiram Pſal. 26.
ne auertas faciem tuam à me. Amator hominum benigniſſimè,tibi derelictus eſt pauper et Pſal. 9.
orphano eris adiutor.Mi aduocate tutiſſime miſerere orphani derelicti. Sitiuit in te anima Pſalm.26.
mea, quam multipliciter tibi caro mea.O ſi quando videbo gaudium meum,quod deſidero!O ſi ſatiabor, cum apparuerit gloria tua!Si Pſalm.36.
B potabis me torrente voluptatis tuæ quem ſitio! Sint mihi domine interim lachrymæ Pſalm.16.
meæ panes die ac nocte, donec dicatur mihi: Pſalm.42.
ecce dominus tuus donec audiat anima mea. Ecce ſponſus tuus.Paſce me interim ſingultibus meis,pota me interim fletib. meis: Veniet fortaſſe interea redemptor meus,quia bonus eſt,nec tardabit,quia pius eſt.

Amariſſimè deflet ſe in carnis peccatum corruiſſe.

C

§. IX.

DE planctu proprij lapſus & pœnæ futuræ,Anſelmus.Reduc ad cor anima mea ærumnoſa enorme delictum,& produc de corde immanem rugitum.Tu(inquam)quæ quondam candidata cœleſti lauacro, dotata ſpiritu ſancto in Chriſtiana profeſſione iurata virgo fuiſti deſponſata.Heu memoria perditę iucunditatis,cur ſic ſuperaggrauas preſſuram poſſidentis infœlicitatis?Quam miſera ſors flagitioſi hominis in illis bonum & malum pariter ſunt in tormentum. Torquet enim me mala conſcientia & cruciatus eius, in quibus timeo me arſurum. Torquet me bonæ conſcientiæ & præmiorum eius memoria quæ ſcio me perdidiſſe,nec amplius recuperaturum. Væ miſerum perdere,dolendum perdere,id perdere irrecuperabiliter,quod ſeruari debet interminabiliter. O virginitas iam non dilecta mea, ſed perdita mea, iam non iucunda mea,ſed deſperata mea, quò decidiſti, in quam fœtido,in

D

E quam amaro cœno me dereliquiſti? Hinc eſt damnum inconſolabile, hinc tormentum intolerabile.Tu namque anima mea perfida Deo periura Dei, adultera Chriſti. Libenter de ſublimitate virginitatis mirabiliter es demerſa in barathrũ fornicationis. Tu illa olim deſponſata regi cælorum,ardenter facta es ſcortum tortoris Tartarorum. O miſerrima & plus quam miſerrimè commutatio.Heu quam de ſublimi cecidiſti in quam profundum corruiſti! Vę quam benignum contempſiſti!quam maligno te coniunxiſti. Quid feciſti,ô mentis amentia

F amens ſpurcitia, ſpurca nequitia?Quid feciſti in cœno?dereliquiſti caſtum amorem tuum & internum, ſecuta es odioſum corruptorem tuum,& in baratro paraſti non thalamum, ſed proſtibulum tuum. Præcipitare miſer homuncio in tenebroſum profundum immoderatæ mœſtitiæ, qui ſponte præcipitatus es in baratrum horrenda nequitiæ. Obruere infelix mole doloris terribilis

A C. 1080 qui corruiſti libens in cœnum infernalis fœtoris. Volutare in gurgite amaritudinis, qui delectatus es in volutabro turpitudinis.

Terror horribilis, dolor terribilis, mœror inconſolabilis, aggregate vos ſuper me, irruite, obruite, perturbate, obuoluite, poſſidete; iuſtū eſt, iuſtum eſt. Impudenti audacia contempſi vos, & pudenti delectatione prouocaui vos, immo meum non vos, ideò nunc pœnitentia miſerabili deſidero vos. Torquete reum, vindicate Deum, præſentiat fornicator infernalia tormenta, quæ meruit: prægustet, quod præparauit, aſſueſcat paſſurus. Reuoluete & reuolue te in eundem turbinem amaritudinum, qui toties reuolutus es in eandem vertiginem libidinum. Conſolatio, ſecuritas, lætitia nolo vos, renuo vos, niſi peccati venia reduxerit vos.

Conſideratio æternis ſupplicij. Iob, 10.

Procul eſtote, procul ante mortem, ſi fortè indulgentia reuocet vos mihi vel poſt mortem. Sit continua pœnitentia amara comes ætatis meę. Sit acutus dolor inſatiabilis tortor vitæ meæ. Si enim non ſum dignus oculos orando ad cœlum leuare, certè non ſum indignus eos vel plorando cæcare. Si timet exhibetur anima mea ante conſpectum Dei ſui, iuſtum eſt, vt habeat ante conſpectum ſuum tormenta ſceleris ſui. Cogitet igitur & recogitet cor meū, quid fecit, quid meruit. deſcendat (inquam) deſcendat ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine mea mens intendat & contempletur, videat & conturbetur.

Quid eſt de: quid eſt, quòd animaduerto in terra miſeriæ, & tenebrarum? Heu confuſio vlulantium tumultus dentiū ſtridentium, inordinata multitudo gemituū. Væ væ quot, & quot, & quot, væ vę. Ignis ſulphureus flāma tartarea caliginoſa volumina, quam terrifico rugitu video vos rotari. Vermes in igne viuentes, quæ mira auiditas rodendi ſic vos accendit, quos ille ignis non incendit, dæmones coardentes frementes ardore, frēdentes furore. Hæccine ſunt magne Deus, quæ parata ſunt fornicatoribus & contemptoribus tui. Anima mea expaueſce, mens mea defice, cor meum ſcindere quò me tradis Deus meus? Si feci vt eſſē reus tuus, nunquid potui facere, vt non eſſem creatus tuus? Si mihi caſtitatem meam ademi, nunquid tibi miſericordiam tuá peremi? Domine domine, ſi ego admiſi vnde damnare potes, tu ne dimiſiſti vnde me ſaluare ſoles? Noli Domine, noli ſic attendere malum meum, vt obliuiſcaris bonum tuum. Ne memineris itæ aduerſus reum, ſed memor eſto miſerationis aduerſus miſerum. Verum eſt, quia conſcientia mea meruit damnationem, & pœnitentia mea non ſufficit ad ſatiſfactionem, ſed certum eſt quod miſericordia tua ſuperat omnem offenſionem. hæc Anſelmus.

De petro Alphonſo ex iudaiſmo conuerſo & de erroribus iudæorum. a

CAP. XII.

Circa annum Domini milleſimum centeſimum claruit Petrus Alphonſus. Hic quondam Iudæus fuerat, & Moyſes appellatus, vt refert Vinc. in ſpec. hiſtor. lib. 26. Qui relinquēs

a Cùm grauiores infeſtioreſq́, religionis noſtra hoſtes ab ipſis eius exordio, vix habuerimus quàm Iudaos poſt apoſtolos multi Christiana fidei defenſionem contra Iudaos ſuſceperunt præſertim autem illa eccleſia antiqua lumina Iuſtinus mar. in dialogo contra Tryp. & Cyprian. li. 1. & 2. teſtimoniorum aduerſus Iudaos ad Quirinum & Tertul. lib. aduerſus Iudaos. eiſdem poſtea multi ſeſe oppoſuerunt & hi præſertim qui ex Iudaiſmo ad Christi fidem peruenerunt. vt Nicolaus de lyra. victor Dercarbem & hic Petrus Alphonſus. Noſtro etiam ſæculo contra Iudaos ſcripſerunt Petrus Galatinus li. 10. de arcanis theol. verit. & Lud. viues in l. 3. de veritate fide. Christi ana, & Genebrardus & non nulli alij.

A C. 1100

Iudæos contra Saracenos egregiè diſputauit, B ſed prius modum ſuę conuerſionis expoſuit: Omnipotens Deus (inquit Petrus Alphonſus) ſuo me ſpiritu inſpirauit, & ad rectam ſemitā direxit, tenuem prius albuginem oculorum remouens, & poſt graue animi corrupti velamen. Tūc nobis prophetiarum clauſtra patuerunt, & earum arcana reuelata ſunt, vnde perpendimus, & quod eſt intelligendum, & quod vnde credendum. Cùm itaque perueniſſem ad tam excelſum huius fidei gradum inſtinctu diuinæ miſerationis exui pallium falſitatis, & indutus ſum tunica veritatis, & baptizatus ſum C in æde Oſtienſis ciuitatis. In nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, manibus glorioſi Stephani eiuſdem vrbis epiſcopi anno 1106. à natiuitate Domini, die natalis apoſtolorum Petri & Pauli. vnde & ob venerationem & memoriam eius diei & apoſtoli, nomen mihi impoſuit, quod eſt Petrus.

Fuit autem meus pater ſpiritualis Alphonſus imperator Hiſpaniæ glorioſus, qui me de ſacro fonte ſuſcepit. Et ob hoc eius nomen prę ſato nomini meo ſuum apponens mihi nomē impoſuit Petrus Alphonſus. Cumq́ue innotuiſſet Iudæis, qui me ante nouerant, & peritū D in libris prophetarum, dictiſq́ue doctorum probauerant, quod legem Christianorum accepiſſem, & vnus ex illis eſſem arbitrati ſunt quidam quod hoc non feceram, niſi quia verecundiam omnem abiecceram, & quod legem, & Deum contempſeram. Alij verò dicebant, quod hoc feciſſem, eo quod prophetarum & legis verba non intellexiſſem rectè. Alij hoc ipſum vanæ gloriæ imputabant, & hoc me feciſſe calumniabantur ad ſęculi honorem, eo quod Christianorū gentē cęteris omnibus ſuperiorē eſſe conſpicerem. E Nunc ergo libellum cōpoſui, vt omnes & meam cognoſcant intentionē & audiāt rationē in quo videlicet omniū aliarū gentiū credulitatis deſtructionē propoſui. Poſtea verò Christianā legē omnib. pręſtātiorē eſſe concluſi. Ad vltimū etiā omnes cuiuſlibet Christianæ legis aduerſarij poſui obiectiones, poſitaſq́; pro meo ſapere cum ratione & authoritate deſtruxi. Librum autē totū diſtinxi per dialogū. vt animus lectoris promptior ſit ad intelligendū. In tuendis etiā Christianorū rationib. nomē, quod modo Christianus habeo. ſ. Petri. potui in rationibus autē aduerſarij cōfutādis, non ē F quod ante baptiſmum habuerē. ſcilicet Moyſi.

Iudæi contra Alphonſi conuerſionē maliguè ſiniſtrè interpretantur.

Pe. Reuera concedo etiā nunc Moyſē fuiſſe Amtā verū prophetā Iſraelitici populi à Deo. ac verè miſſū fuiſſe, & quicquid ex Dei noie prophetauit fideliter enūtiaſſe. oēs quoq; poſt Moyſen prophetas pro eius lege confirmanda veniſſe.

Nam

A. C. 1100. Nam & eadem lex à noſtris quondam quibus fidem adhibemus, doctoribus eſt tranſlata & apud nos habetur ſcripta. Et nunc quidem recto ſenſu prout debeo completam eius fidem conſeruo, ac per rectiſſimas eiuſdem ſemitas recto greſſu procedo. Video autem Iudæos legis cultores ſolam eius ſuperficiem attendere, literamque non ſpiritualiter, ſed carnaliter exponere, & ideo ab eius recta intentione alienos exiſtere, maximoque decepti ſunt errore in eius explanatione. Non reminiſcetis ô Moyſes doctorum veſtrorum, a qui doctrinam veſtram cui toto lex veſtra ſecundum vos innititur, ſcripſerunt, quomodo Deum habere corpus & formam aſſeuerant, eiuſque ineffabili maieſtati talia applicant, quę nefas eſt credere, & abſurdum audire, quoniá nulla conſtant ratione. Et de ipſo etiam tales protulerunt ſententias, quæ non aliud niſi verba videntur iocantium in ſcholis puerorum, vel nentium in plateis mulierum.

Item ſecundum intellectus veſtri capacitatem dum legem explanatis, vos eo modo, quo fieri nequit, captiuitatem euaſuros ſperatis. Item inuſitatum à Deo vobis fieri ſperatis miraculum in captiuitatis euaſione, vt veſtros Deus mortuos ſuſcitet, qui terras denuo ſicut prius, incipiant inhabitare. Præterea vos exiſtentes in captiuitate, de omnibus legis veſtræ præceptis etiam ſecundum explanationem veſtram, niſi minimum quid conſueor agere. Idipſum autem quod agitis, Deo placere & acceptabile eſſe creditis. De hoc autem, quod prætermittitis, eum nequaquam vos culpaturum eſſe confunditis, quod euidenter obtinet maximum locum erroris.

Talmudi... Deum cũ ... ngis or ... tract. ... diſt. 5.

v Hac doctrina eſt illa ingens fabularum Iudaicarum & impiorum deliramentorum farrago quam illi הלכה *i. diſciplinationem ſeu doctrinale vocant. de quo opere præter Hebreos Pet. Galat li. 1. de Arcanis Cath. verit. c. 5. & Sixtus Sen. li. 2. Biblioth. ſancta verbo, traditiones ſeniorum, qui ex innumeris ſtultitiis blaſphemiis & impietatibus, quibus thalmudicum hoc opus refertum eſt, aliquot errores collegit non ſolum aduerſus Chriſtum Dominum noſtrum, ſed etiam aduerſus Moſaicam legem, aduerſus natura legem, & contra diuina celſitudinis maieſtatem.*

Deo quibuſdam corrigiis & pixide, qua Iudæi ridiculè De attribuunt in Thalmud ordine 4. tract. 8. diſt. 5.

§. I.

ECCE doctores veſtri in prima parte doctrinæ veſtræ, cui vocabulum eſt, Benedictionis, dixerunt Deum caput & brachia habere, & in cæſarie pixidem corrigia ligatam geſtare ipſiuſque corrigiæ nodum à poſtera capitis parte ſub cerebro firmatum. Intra pixidem verò quatuor eſſe chartas continentes laudes Iudæorum. In ſummo autem ſiniſtri brachij geſtare aliam pixidem ſimili modo corrigia ligatã, ibique chartam eſſe, laudes omnes quæ in quatuor prædictis ſcriptæ dicuntur continentem. Et de pixide, quidem, quam geſtat in Cæſarie, ac de nodo corrigiæ, ſibi attrabunt authoritatem ab eo loco, vbi ait Dominus ad Moyſem. Videbis poſteriora mea, faciem autem meam non videbis. Tunc enim (vt audiunt) Moyſes videbat nodum regię Nodum autem ipſius neceſſarium eſt alicuius pixidis eſſe. De illa autem quã geſtat in brachio, inducunt authoritatem Eſaiæ dicentis. Iurauit dominus in dextera ſua in brachio fortitudinis ſuæ. Per brachium fortitudinis ſiniſtrum intelligi volunt, in quo eſt virtus illa pixidis. A. C. 1.0r

Et ego quidem reminiſcor illum me perlegiſſe locum, ſed authoritas illa nullum eis confert patrocinium. Cum enim lex perhibet Deũ Moyſi dixiſſe poſteriora ſua ſe viſurum, & quia eum mentiri non poſſe conſtat, ita poſtea, licet ſcriptura tacente, non dubitemus factum, nuſquam tamen lex meminit, quod Moyſes in poſterioribus eius aliquid viderit. Qualiter igitur eum ibi nodum corrigiæ (quod ſine riſu vix dici poteſt) doceretis vidiſſe? Item cum per poſteriora non ſolum ceruix, ſed & quælibet pars corporis conuenienter intelligi poſſit, hoc quod vos ceruicem eius eum vidiſſe aſſeritis non ratione vel legis authoritate, ſed ſolum voluntate probatis. Et vt Deum ceruicem (quod ſanè ſapienti nefas eſt videri) habere concedã fieri tamen potuit, vt Moyſes nihil in eo præter ceruicem viderit, aut ſi quid aliud eum fingamus vidiſſe potuit videre pileum ſiue nodum corrigiæ, ſcilicet in eius corona quã vos dicitis angelum mittatum capiti Dei ſingulis diebus imponere. Iſa. 62.

Vt autem vtar ratione naturæ vos Deum caput & brachia, totamque corporis formam contenditis vel conceditis habere. Quod ſi eſt, igitur Deum longitudinis, latitudinis, & altitudinis dimenſionibus conſtare neceſſe eſt. Si verò & his tribus dimenſionibus clauditur, corporeis partibus terminatur. Quod euidenter inconueniens eſſe probatur. De corrigia verò quam eum in capite habere dicitis, duo nunc propono vobis. Illa namque corrigia aut eſt, de ipſo, aut eſt aliunde. Si de ipſo eſt, iam Deus à ſe diuiſus eſt Si aliũde, aut creator, aut creatura eſt. Si creator, ergo duo ſunt creatores. Si creatura eſt, iam quædã creatura maior eſt quadam parte creatoris quod inconueniens eſt. Deus non eſt corporeus. Corrigiatum vanitas redarguitur.

Pręterea quæro à vobis, virũ hoc quod eum in capite vel in brachio geſtare dicitis, aliqua geſter neceſſitate, an ſine neceſſitate. Si neceſſitate, iam creator creatura indiget quòd inconueniẽs eſt. Si verò ſine neceſſitate ergo Deus aliquid ſuperfluum geſtat in ſe, quod aliud inconueniens eſt.

Pręterea veſtri doctores in libro doctrinarũ aiunt quòd Deus eſt in occidente tantum, authoritate ſcilicet Eſdræ hoc confirmantes dicentis. Exercitus cœli ſupplicat tibi, ſic illud exponentes. Cùm omnes ſtellæ in occidentem decidunt, tunc exercitus cœli ſupplicat Deo, quoniam hæc ſtellarum ſupplicatio fit in occidente, idcirco Deum in occidente aſſerunt eſſe. 2. Eſd. 9.

Iterum veſtri doctores in tertio doctrinæ libro Deum aſſerunt eſſe in loco ex partibus determinato affirmantes hoc Danielis teſtimonio, qui ait. Dum egrederer, ecce princeps Græcorum

A C. 1000. corum ingreſſus. Ex hoc enim concipiunt, quòd in tali loco ſit Deus, vbi introitus ſit & exitus. Quod ſi ita eſt, patet ergo, quod in loco cum ſiſtat ſex partibus terminato. Sed ſi determinato circumſcribitur loco, tunc aliquis locus eſt vacuus à Deo. Quod ſi ita eſt quomodo ſcit, quid in alio fit, vbi ipſe non eſt loco, aut quomodo operatur in eo? Sed dicitis, quod talem ſapientiam & voluntatem habere poteſt, vt per ſapientiam norit, & per voluntatem operetur, quod alibi eſt. Volo igitur, vt mihi reſpondeatis, vtrum illa ſapientia & voluntas in eo ſint, & ſemper cum illo, an extra illum, & ſic quandoque ſine ipſo. Nam ſi dicatis, quòd non extra illum ſint, ſed in eo, de his idem prouenict, quod de ipſo, quia in omni erit loco. Quomodo ergo ſcire potent, aut operari, quod alibi ſit? Si verò dicatis illa extra eſſe & omnem locum implere tunc ab illo ſunt diuiſæ. Sciunt enim aliquid, quod neſcit ille, & operantur per ſe, quod non operatur ipſe. Ipſæ ergo ſunt creatrices, & mundus, Deo non indiget. Sed dicitis. Poſſunt quidem in eo eſſe & in omnem locum ſciendo & operando emicare: ſicut ſol, cùm in vno conſiſtat loco, radios tamen vſquequaque calefaciendo diffundit & illuminando. Si ita eſt, ſequitur ergo, quod illa ſapientia & voluntas non vbique conſiſtant æqualiter. Quicquid enim diffunditur hoc modo, non eandem vim habet in vltimo, quam in ſui principio, quod minime conuenit Deo.

Hęc fatuitas redarguitur.

Accidentia quoque corporis Deo adſcribitis cum ſpiritus tamen ſit. Nam dicitis eum iraſci ſingulis diebus, afferentes in medium teſtimonium, quod dicitis. Fortis iraſcitur quotidie. Prima etiam diei hora eum iraſci dicitis, huius iræ cauſam aſſerentes eſſe, quod in hora illa reges iniquitatis exurgentes diademata ſibi imponunt & ſolem adorant. Videtis nunc, quam abſurdus ſit ſermo iſte, & quam fatui, qui hoc obruerunt cùm iræ definitionem ignorent. Et quam ſi noſſent, non hoc de illo ſentirent. Ira enim eſt cum audito aliquo, quod diſplicet, verbo, fel cholera rubea feruet, & ſuper hepar diffunditur, & ſanguini commiſcetur. Inde ſiquidem homo caleſcit, & in facie palleſcit. Hoc autem nulli conuenit rei niſi quæ ex quatuor elementis componitur, Deus autem talibus nō ſubiacet lineamentis. Non minus etiam illud abhorrendum eſt, quòd dicunt de tali re iraſci, de qua ſe non poſſit vlciſci. Quod ſi poſſet, ira eius profectò quieſceret. Aiunt præterea quod ipſius horæ, qua iraſcitur punctum, nemo nouerit vnquam, niſi Balaam filius Beor in quo vobiſipſis contrarij eſtis cum ex vna parte Moyſes vocet eum ariolum, vos etiam vocetis iniquum. Ex altera verò parte illum prudentiorem de Deo Moyſe eſſe ſignificatis, quia punctū horæ nouit, quod Moyſem latuit.

Num. 22.

Nec hoc ſufficit eis de Deo dicere, ſed ipsū etiam quotidie ſemel in die plorare, & ab eius oculis duas procedentes lachrymas in mare magnum dicunt decidere. Et has illum fulgorem affirmant eſſe, qui tempore nocturno de ſtellis videtur cadere. Hæc autem ratio Deū ex quatuor elementis oſtendit eſſe compoſitum. Non enim fiunt lachrymæ niſi ex humiditatis abundantia deſcendentis à capite. Si autem eſt ita, ergo elementa ſunt Dei materia. Omnis autem materia prior eſt ac ſimplicior omni forma, ergo & iſta priora ſunt Deo & ſimpliciora, quod vtique nefas eſt credere. Cùm autem Deus (vt dicitis) nec cibo nec potu fruatur, & duas lachrymas quotidie ex ſe emittat, neceſſe eſt Deum decreſcere, niſi forte de aquis, quæ ſuper cœlos ſunt iugiter bibat, quod ſtultum eſt dicere. Denique ex verbis eorum intueor eos ignorare, quid ſit ille f[illegible] gor. Eſt enim non quod dicunt, ſed fumoſus quidam vapor nimium ſiccus, qui de terra [illegible] ſurgit: vnde & ſicca nubium tranſit perueniens ad locum, vbi non eſt calor multus, quoniam à motu firmamenti eſt remotus. Quo cum peruenerit, & in vno loco multum coierit, ipſius loci calore paulatim crematur, & crematus euaneſcit. Et hoc eſſe dicimus, quod per aerem diſcurſitare videmus.

A C. 10[illegible]

Fletus etiam, quem Deo indignè adſcribunt Iudæorum captiuitatem eſſe dicunt cauſam, quin etiam propter dolorem ipſum ter in die quaſi leonem rugire aſſerunt, & ob hoc cœlū pulſare pedibus more calcantium in torculari ferunt, more quoque columbæ quēdam ſuſurri ſonitum dare, & aliquando caput mouere, ac dolentis vice dicere. Heu mihi, heu mihi, vt quid domum meam in deſertum redegi & templum meum crem aui, & filius meos in gentes tranſtuli? Et quòd quotidie ſecundum aliquos Deum orat, vt miſericordia eius ſit in populo ſuo ſuper iram eius. Sed omnia ſunt non ſolum errores & hæreſes, ſed etiam fatuitates, cùm oſtendant Deum corporeum & paſſionibus humanis affectum, & orare, vnde & egentem auxilio alterius, ad quem orat, & a[illegible] quid euenire, quod nolit, & non valeat [illegible]od auferre, & multa alia abſurda & ſtulta.

Sed dicet mihi aliquis Cum Iudęi dicta ſua prophetarum authoritate confirment, cur tam grauiter contra eos inueheris & in prophetas nihil dicis? An neſcis prophetas dixiſſe. Caput & oculos, & nares, & manus, & brachia, & vniuerſa corporis lineamenta Deum habere, dicunt etiam Deum iraſci & rugire iuxta i[illegible] pſ. Iratus eſt dominus furore in populum [illegible] et propheta. Dominus de Syon rugiet, & al[illegible] multa huiuſmodi. Cui reſpondetur, quod obſcura ſunt prophetarum dicta nec omnibus ſatis aperta. Propter hoc cum in eis talia inuenimus, quæ ſecundum litteram accipientes à tramite rationis exorbitant, allegoricè illa interpretanda ſunt, non ſecundum ſuperficiem litteræ & ad rectitudinis ſemitam reducenda. Neceſſitas hoc cogit agere: quoniam aliter nō litterę ratio ſtaret. Si autem vis ſcire, quod quędam verba ſcripturarum ad litteram, id eſt ſecundum corticem expoſita, ſtare non poſſunt, vide quid in libro Numeri de Datham & Abiron ſcriptum eſt. Aperiens terra ōs ſuum, deuorauit eos. Nunquid terra habet os? Et Dauid ait: Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt. Et iterum. Flumina plaudent manu montes exultabunt à conſpectu domini. Nunquid camporum eſt gaudere, fluminum manus habere, vel montes poſſunt exultare? et Abachuc propheta. Lapis clamabat de pariete. Et multa talia. Deniq; corporea, quæ Deo adſcribit[illegible], non

Pſal. 95. Pſa. 97. Abac.

A.C.1100. non niſi corporeæ ſubſtantiæ & rei congruunt imaginariæ, Deum autem eſſe huiuſmodi indecens eſt credere. Conuenit ergo, quæ de illo tanquam corporeo dicunt ſcripturæ, non litteraliter ſed tropicè intelligi.

Nam ſi Deum imaginem aut ſimilitudinem vllam habere dicimus, multis prophetarum authoritatibus contrahimus. Verbi gratia. Moyſes ait filiis Iſrael. Cuſtodite ſolicitè animas veſtras. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem, in die, qua locutus eſt Dominus in Oreb. de medio ignis ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſculi aut fœminæ ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium, quæ ſub terra morantur in aquis. Cumque prohibuiſſet eis, ne Deum compoſitis corporibus aſſimilarent, veritus etiam ne fortè corporib. eum ſimplicibus conformarent, adiunxit. Ne fortè eleuatis ad cœlum oculis, videns ſolem & lunam, & omnia cœli aſtra errore deceptus adores ea. Nec putes, quod hæc Moyſes populo iubere timuiſſet, ne prædictorum corporum figuras vel imagines adorarent, cum iam creaturas eſſe non dubitarent. Sed hoc potius timuit, ne Deum imaginem alicuius horum habere crederent, & ideò pro illo huiuſmodi factas ſimilitudines adorarent, Eſaias quoque propheta ait. Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Dauid etiam verba Deum non eſſe localem comprobāt, vt per hoc etiam conſequēter eum non eſſe corporeum innuāt. Ait enim: Quò ibo à ſpiritu tuo & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es: ſi deſcendero in infernum ades. &c. Et Salomon. Si cœlum & cœli cœlorum te capere non poſ-
Eſa. 40. ſunt quantomagis domus hęc, quam ędificaui? Et Hieremias, Nunquid non cœlum & terram
Pſal. 133. ego impleo: Si ergo ſcripturas dicentes Deum corpus habere & omnia corporis membra ſuperfice tenus exponamus, omnibus prædictis teſtimoniis contraimus.

Rationes de Deo philoſophicæ. Vinc. cap. 125.

§. II.

NVnc in magno palatio rationis accubituri, ſolum ex quibuſdam ſententiarum floribus ſternamus: vt poſtea delectabilius in eo ratiocinaturi ſedeamus. Illæque ſententiæ nobis erunt quidam gradus ad comprobandum, quòd Deus ſit, & ad cognoſcendum quid ſit. Prius enim probare debemus Deum eſſe, & poſtea oſtendere nihil ei ſimile eſſe. Quædam enim pars hominum, & Deum eſſe negant, & mundum ab æterno, & ſine creatore fuiſſe affirmant. Quare nos neceſſitas cogit, vt etiam rationibus phyſicis prius Deum eſſe monſtremus, qui mundum creauit. Si enim mundum cum omnibus, quæ in eo ſunt creatum eſſe oſtendam: tunc Deum eius creatorem neceſſariò eſſe concludam. Cumque mundi creatorem eſſe probauerimus Deum, conſequenti ipſum nullam habere ſimilitudinem oſtendimus ratione. A C.1100

Itaque ferè in hoc omnes philoſophi conſentiunt [a] quòd perfecta ſapientia principium eſt omnium rerum, lumen præclarum, ſubſtantia ſubſtantiarum, argumentum rerum vniuerſarum, poſt hanc eſt anima, poſtea verò materia quæ ſcilicet duo ſimplicia ſunt, & omnium creaturarum prima principia, totiuſque rei compoſitæ origo & cauſa de quibus gradatim factum eſt firmamentum, cum omnium quæ poſſidet varietate imaginum atque formarum. Nam firmamentum quidem cum omnibus, quæ continet, eſt re vera compoſitum, licet eorum reſpectu, quæ circulo lunaria ſubiacent, dicatur ſimplum. Sic enim eſt in omnibus rebus, vt aliquid reſpectu illius, de quo factum eſt, dicatur compoſitum reſpectu verò illius quod de eo fit, dicatur ſimplum. Et quoniam omnis materia eo, quod de illa factum eſt, ſimplicior eſt, nec in ſe ſui compoſiti formam vel imaginē habet: patet firmamenti materiam nullam in ſe corpoream formam habere, & ideò omnino ſimplam eſſe. Quod ſi dicamus in ea aliquid compoſitum eſt, aliam quoque materiam neceſſe eſſe, de qua compoſita ſit, quę & illa ſimplicior ſit. Sed & illam dicentes compoſitam, aliam quoque fatebimur ſimpliciorem eſſe materiam. Et ſic in infinitum procedemus. Quod vt vitemus, eſt neceſſe vt illam materiam ſcilicet firmamenti ſimplam eſſe fateamur. Materia eſt forma rum omnium expers.

Et quoniam materia ipſa varias in ſe, quas nunquam habuerat, nouiter in ſe formas ſuſcepit, conſtat, quòd eas non in ſe, ſed alterius rei adiunctione, quæ & ſimplicior ſit & potentior habuit, quæ ſcilicet in ſe diuerſas formas & imagines fecit, maximè cū m nulla ſibi neceſſitas eſſet, vt tales in ea fierent formæ vel imagines. Hoc magis ex animæ deſiderio factum eſt, quòd tali rei voluerit commiſceri, cui nunquam fuerat commixta: vt in ea ſua pareret potentia. Hæc igitur poſtquam illi rei commixta eſt pariter & conglutinata ex noua commixtione nouis eſt materia formis informata.

Quoniam ergo firmamentum cum omnibus, quæ poſſidet, ſecundum philoſophos compoſitum eſſe non dubitatur, neceſſe eſt, vt principium habere credatur. Etenim compoſitum omne neceſſe eſt compoſitorem habere. Quia nec aliquid poteſt ſeipſum creare. Creatorem ergo mundi, qui eſt Deus neceſſe eſt eſſe. Quem ſcilicet nec creatum eſſe, nec nouatum, ſed æternum neceſſario credere conuenit. Alioquin creatorum vel nouatorum numerus ſine carebit. Deus eſt compoſitor & creator.

Nec compoſitum, ſed ſimplicem oportet eum intelligi, quia omnis compoſitio motus

a Tria iuxta Platonem rerum omnium facit principia νοῦν .i. mentem & ſapientiam ψυχὴν .i. animam mundi ſcilicet & ὕλην i. materiam, de quibus præter Platonem videndus eſt Alcinoru lib. de doctrina Plat. c. 7. & 8. & Eugub. lib. 2. de perenni Philoſophi. cap. 8.

eſt

A Creato. eſt & actus ſimplicis Dei. Prætcrea quod primum eſt, principium habere non poteſt. Omnis autem cōpoſitio principiū aliquod habet.

Itaque neque corporeus eſt, quia omne corpus omne compoſitum eſt. Item neque mobilis eſt, quia omne quod mouetur partibus conſtat, & omne tale, compoſitum eſt.

Rurſus nec variatur nec corrumpitur, quia vtrumque mortalium eſt, principium autem omnium immortale eſt. Item nec creſcit per ſe nec augetur aliunde. Nam omne quod incrementum recipit, vel augmentum, proculdubio compoſitum eſt. Item nec decreſcere probatur B quia quod decreſcit corrumpitur. Rurſus nullius creaturæ ſimilitudinem in aliquo habet quia ſimilitudo qualitatis eſt, ipſe verò nulli qualitatis ſubiacet ergo nec ſimilitudini. Præterea duorum aliquorum ſimilitudo vnum participat alteri ei verò ſcilicet Deo nihil poteſt in aliquo participari. Denique cum materia, quæ creata eſt nullam habeat in ſe formam vel imaginē, multo minus ipſius naturæ creator Deus qui ſimplicioris & ſubtilioris eſt naturæ nullam putandus eſt habere ſimilitudinem. Ecce rationibus phyſicis iis, qui non credunt ſcri- C pturis probauimus Deum omnium eſſe factorem nullamque habere alicuius creaturæ ſimilitudinem.

Porro iuxta eoſdem philoſophos ex coniunctione vniuerſalis animæ cum materia gradatim facta ſunt omnia. Dicunt enim, quod quando materiæ anima coniuncta & conglutinata, fuit primo omnium formatum eſt, & compoſitum maius firmamentum, in quo nulla ſunt ſydera. i. primum mobile, quod omnes circulos mouere facit. Poſt illud formatus eſt ſignifer circulus, in quo duodecim emicant ſi- D gna. Tertio loco factus eſt ſyderum circulus, qui ſemper ſitum ſuum ſeruantia in locis perdorant fixa. Quarto loco Saturni factus eſt circulus, Quinto Iouis eſt orbis locatus.

Sextū porro locū Martis ſibi vindicat enſis.

Septimo Solis circulus lucet. Octauū Veneris globus poſſidet. Nonum Mercurius ſortitus eſt.

Dat Lunæ partes decimus locus inferiores.

His verò circulis omnibus completis, ac cæteris quæ ſunt in eis tunc cœpit motus iſte rotundus qui dicitur ſimplex atque perfectus. E Et motus ille in materiam, calorem, qui effuſus eſt per eam genuit, ipſaque eum recepit. Et inde facta ſunt quatuor elementa, videlicet ignis, aër, aqua & terra. Quę verò virtute aliqua & motu ab aliquo procedunt quanto proximiora ſunt illa, quæ prodeunt iis, à quibus procedunt: tanto maiorem inde vim & fortitudinem accipiūt. Igitur calor ille firmamenti à motu procedens, in locis vicinioribus multò plus incaluit. Factuſque eſt ignis calidæ naturæ videlicet & ſiccæ. Quia verò paulisper calor ille longius à firmamento receſſit, vim ſuā modicè iam amittens, aliquantulum tepuit. F ac debilior fuit, ſed etiam ſeſe hac illacque commouit. Vnde facta eſt aeris natura calida videlicet & humida. Omnis enim calor quādiu fortiſſimus exiſtit, deſiccat & comburit. Ex quo verò tepeſcit molleſcere ac liqueſcere facit.

Creatio quatuor elementorum.

A Quoniā autem adhuc longius à firmamento receſſit radice procul exiſtente vigorem amiſit, ideoque natura profſus frigida, factaque eſt liquida & ponderoſa, videlicet aqua. Et quia lōgius adhuc quod ſupererat à firmamento receſſit, ipſa frigiditatis natura propter pœnitentiam remotionem fortior ac ſpiſſior congelatior & durior extitit, factaque eſt frigida & ſicca, & ipſa eſt terra.

Completa igitur hoc modo elementorum creatura, mouit eam natura & vis firmamenti ad faciendam voluntatem & iuſſionem Dei. B Cumque vis firmamenti ſic adinuicem mouiſſet, cuncta commixta ſunt inter ſe pariter & coniuncta & ex ipſa eorum commixtione genita ſunt alia minuta corpora, ſcilicet inanimata & animata. Inanimata, vt lapides & metalla cæteraque, quæ continentur in terra, nec creſcunt, vt argentum viuum: ſulphur, & alia huiuſmodi. Animata verò, vt herbę & arbores. Animalia quoque irrationabilia, vt bruta. Et rationale, vt homo qui factus eſt poſt omnia.

Hæc autem omnia licet diuerſa, ita potentia reſtringit, diuina vt in nullo penitus repu- C gnantia ſibi videantur, aut diſſona. Sed vnumquodque inferius reſpectu ſuperioris ſimplu, reſpectu verò inferioris dicitur compoſitum. Humanum autem corpus quod omnibus eſt inferius, quia ſub eo nihil eſt in ordine rerum non immerito dicitur compoſitum. Factuſque eſt homo ex ſimplici omnino, ideſt anima, & corpore omnino compoſito. Dicunt autem philoſophi, quod anima rationalis procedit de vniuerſali. Iudæi verò omnes animas in principio mundi ſimul aſſerunt eſſe creatas, & in vno loco repoſitas & quouſque incorporen- D tur omnes non eſſe venturum diem iudicij, ex quo autem incorporabuntur ſtatim prouenturum finem mundi. Porro Chriſtiani quotidie nouas adſtruunt animas procreari, formaſque nouis corporibus infundi. Quicquid autem de anima quiſque credidit, proculdubio qui rationem dedit, omnia fecit, & omnium cauſa exiſtit. Ipſe igitur hominem perfudit & illuſtrauit ſuæ celſitudinis ſapientia, per quam cognoſceret, & diſcerneret omnia. Facta e[...] tur ſpecies hominis inter ſpecies animal[...] melior & elegantior, & in omnibus præſta[...] tior: vnde & iuſtè vocatur μικρόκοσμος, ideſt mi- E nor mundus. Dicit etiam quòd in creatur[...] mundi, non alia de cauſa tot dierum tranſiit mora niſi quia quædam earum tardiores fuerunt in ſuſcipienda forma, & non hoc fuit ex impotentia creantis.

Attende diligenter lector, quia ea quę dicit iſte Petrus Alfonſus ex ſententia philoſophorum fortè Iudæorum non aſſerendo ponit ſed referendo opiniones illorum. Quibus etiam præſuppoſitis, ex eis probat intentum ſuum principale, ſcilicet Deum non eſſe corporeum nec aliquam ſimilitudinem creaturæ ei conue- F nire. Continent tamen dictæ ſententiæ multos errores contra fidem: nam nec materia prima habet animam neque cœli cum planetis creati ſunt ſucceſſiuè aut elementa per modum prædictum aut clemētata nec animas creatas ab initio: nec ex diſpoſitione rerum creatarum

A.C.1100. rum fuiſſe aliqua tardius facta credendum eſt. A Sed vt dicit Salomó: a Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul:ſaltem quo ad materiam, & formas ſubſtantiales rerum, præcipuè cœlorum & elementorum. Sed quia rudis populus, cui Moyſes loquebatur non erat capax ad intelligendum Deũ ſubitò omnia ex nihilo creaſſe, ad ſimilitudinem hominis operantis, qui diuerſis temporibus plura & diuerſa operatur, locutus de Deo eſt. Vel ſi ponatur in ipſis ſex diebus ad litteram illa creata, vel (vt quidam ex ſanctis ponunt) ſeptem tamen fuit opere B Dei omnipotentis, & non modo prædicto philoſophorum.

Multas alias fabulas, vel potius fatuitates refert ipſe Petrus ex libro Thalmuht, quem librum Iudæi multum venerantur vt veriſſimum, quas cauſa breuitatis omitto. Vt quòd Deus cum fecit firmamentum, illud perficere non valens, cuiuſdam magni foraminis ſpacium in parte ſeptemtrionali dimiſit, vt ſi quis aliquando exurgens æqualem ſe ei opponeret, reſponderet ei. Si tu ſicut ego Deus es, locum illum quem reliqui apertum, claude, ſi C potes.

Item quod cùm filij Iacob deferrent ad ſepulchrum corpus Iacob, occurrentibus eis filiis Eſau, qui etiam portabat patrem ſuum ad ſepulchrum maximo cum comitatu, & contendentibus de ſepulchro Dan, aſcendens in montem tantę magnitudinis lapidem præcidit, & impoſuit capiti ſuo, quod ſufficiens eſſet ad proſternendum maximum illum comitatum vno ictu. Sed cum inuenit eos iam placatos, proiecit illum in mare, cuius magnitudine aqua maris excedens duas ciuitates ſui effuſione ſubuertit. D

Idem dicunt, quòd Moyſes propter legem ſuſcipiendam in cœlum aſcendit. et tunc angeli altercati ſunt cum eo, dicentes prius oportere ipſam eos habere. Sed reſpondente Moyſe, quòd lex illa contineret præcepta regendorum corporum, & ideò cum ipſi angeli non habeant corpora non conuenire eis, ſicque eis hac ratione victis Angelis à Moyſe Deum dicunt riſiſſe.

Item quòd cum Moyſes duceret populum Iſrael per deſertum, Chore vnus ſcilicet ex tribu Leui habebat trecentos camelos onuſtos nil aliud ferentes, niſi ſolas theſauri dicti populi claues, factas de corio vaccarum. De clauib. Chore fabula. E

Item quod angelus cum apparuiſſet cuidam nomine Ioſue de tribu Leui, & dixiſſet, quia moriturus erat, & ideo venerat, vt animã ſuam ſuſciperet, & ille reſpondiſſet ſe nequaquam hoc velle niſi prius oſtendiſſet ſibi paradiſum, angelus in alis ſuis in paradiſum eum tulit. Et cùm ille ad mandatum angeli poſtea nollet de paradiſó exire, vt moreretur, angelus poſuit querelam de hoc coram Deo. Sed nec ad mandatum Dei voluit exire. et angelo dixit Deus, F quòd examinata tota vita eius per omne tempus, ſi inueniát eum ſemel peierasse omnino

a Creationem omnium rerum ſimul fuiſſe factam videtur aſſerere D. Aug. in lib. 4. ſuper Gen. ad litt. ca. 22. & 34. tom. 3. item in 11. de ciuit. c. 9. & ad Oroſ. cap. 26. vide D. Thom. in 1. pa. q. 74. a. 2.

oportebat eum egredi de paradiſo, ſin autem ibi remaneret incolumis. Sicque hoc non inuento, remanſit ibi. A.C.1100.

Item dicunt de Og rege Baſan, quod cùm populus Iſrael tranſiret per fines terræ ſuæ accepit molem inauditæ magnitudinis in capite ſuo, vt proiiciens illam ſuper populum tranſeuntem omnes illa proſterneret. Sed auis vpupa volans ſuper dictam molem, roſtro ſuo in medio eius fecit tam magnum foramen quod in collum decidiſſet, niſi quia dentes eius ſubito ita ſunt adaucti, quòd eam ſuſtinuerunt. ſed Moyſes eam virga percutiente expirauit Et multa talia ponunt riſu digna, & apertè falſa & fatua. De Og rege Baſan fabula.

Captiuitatis Iudaica cauſam Christi eſſe mortem omnia clamant. Tert. lib. aduerſus Iudæos. Aug. in 18. ciuit. c. 46. Gal. lib. 4. c. 22. & 23. & 24. & Ge. in 2. l. Chr.

§. III.

QVod cauſa captiuitatis vltimæ factæ per Titum. & diſperſionis ipſorum Iudæorum per orbem non fuit eadem cum cauſa captiuitatis Babylonicæ: ſed paſſio Chriſto Ieſu illata ab eis, & perſeuerantia in ſua illa perfidia, ſcilicet quòd Chriſtus non fuerit meſſias, & verus Deus eſt, cauſa durationis ſuæ captiuitatis & ſeruitutis. Prioris ſiquidem captiuitatis videlicet Babylonicæ quæ protracta eſt tantum per ſeptuaginta cauſa fuit idololatria, vſura, falſa teſtimonia, homicidia, adulteria, & alia peccata, quæ longum eſſet narrare. Quæ tunc intantum creuerant, vt à domino audiret propheta. Circumite in viis Hieruſalem, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero eis. Hanc verò eſſe rationem huius veſtræ extremę captiuitatis & cauſam, quæ iam Hiere. durauit per annos mille & vltra ſcilicet tempore huius Petri, nunc autem mille 470. & vltra nulla vos Iudæi poteritis authoritate firmare, quia trecentis annis ante ſubuerſionem Hieruſalem nullus in vobis propheta fuit, qui hoc prędixerit, vel ſcripſerit. Non igitur ea omnia, quæ fuerunt cauſa prioris captiuitatis, fuerunt cauſa vltimæ. Et quamuis dicant multi aliquos tunc fuiſſe qui præter vſum vel naturam noua faciebant miracula, tamen aliquos talium nominantes, nil horum probare poſſunt. et in prima quidem captiuitate cum aliorum more captiuorum in Babylonem ducti ſunt, nullam ibi pœnam præter ſeruitutem ſuſtinuerunt. Agros enim colebant, vineas plantabant, domos ædificabant & cum vxoribus & filiis ſecurè viuebant. In ſecunda verò tot & tanta eis opprobria hoſtes intulerunt, quibus ſimilia, vel æqualia nec audita nec viſa ſunt. Occiſi quippe ſunt, & cremati, & captiuorũ more venditi, adeoque increuit venditio illa donec pro vno argento captiui darentur 30. a Nec

a Hoc ſic Egeſippus l. 5. explicat. Nec Romani multa cæde iam feſſi abnuebant indulgentiam, & ſtudio captiua mancipia vendendi promptiores erant ad reſeruãdam ſalutem. Plurimi venales, ſed pauci emptores: quia Romani Iudæos habere in ſeruitutem dedignabantur, nec Iudæi ſupererant: qui redimerent ſuos, cum ſe euaſiſſe vnuſquiſque vel inopem gratularetur.

A.C. 1100. tamen inueniebantur emptores, ſicut ante prædixerat Moyſes. Vendetis inimicis tuis in ſeruos & ancillas. Nec erit qui te emat. Naues etiã illis impletæ ſont, & ſine vllo remige vel gubernaculo vagari per pelagus dimiſſę ſunt.

Præterea poſtquam in hanc captiuitatem deiecti fuiſtis intolerabilia vobis dabantur mandata, videlicet a ne legem veſtram legeretis, nec filios eam veſtros doceretis. Quod ſi quis hoc faciens inueniretur, aut cremabatur: aut pectinibus ferreis acutiſſimis pectebatur. Et ſimiliter, qui inuentus fuiſſet ſabbata, vel paſcha celebrare vel circuncidere acerrimè puniebatur. Et multa alia grauiſſima per B ſucceſſiones temporum. acce ergo pluſquam per mille & 4 0. nunc annos in captiuitate fuiſtis. Et adhuc quanto debeat durare tempore nullo ſcripto certum habetis.

Iuſtitia quidem forenſis exigit, vt punitis aut mortuis iis, qui facinus aliquod commiſere ſucceſſores eorum à captiuitate debeant liberi eſſe. Sic enim murmurantibus exploratoribus terræ promiſſionis cum reliquo populo quadraginta annis morati ſunt in deſerto.

Num. 14. Et in hoc ſpacio omnes illi præuaricatores obierunt & filij eorum, qui à paterno erant in C ſontes crimine, terram illam partibus promiſſam introierunt. Similiter in Babylonica captiuitate mortuis illis, quorum peccata fuere cauſa illius captiuitatis, filij eorum de iugo illo liberati ſunt. In hac autem captiuitate, quę à

Ezec. 18. Tito eſt facta, innumerabiles tranſierunt generationes: nec adhuc finem habent. Quod enim dicitur: filij non portabunt iniquitatem patrum ſic intelligitur. Si filij non fecerint ſeu imitari fuerint iniquitates eorũ. Nam & alibi dicuntur filij patrum ſcelera portare, ſcilicet cum ſunt imitatores eorum dicen D

Ex. 20. te domino Moyſi. Ego ſum dominus fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios, in tertiam & quartam generationem iis, qui oderunt me. Omnes ergo ſequacium generationes ideirco in captiuitate patrum detinentur, quia illarum quantum poſſunt opera exequuntur. Quod ſi patrum opera dimitterent & iam de captiuitate exirent.

Itaque ô Iudæi maiores veſtri peccauerunt in filium Dei, dicentes eum magum, & de ſeocto natum fuiſſe, totamque veſtram gentem in errorem induxerunt. Hæc & his ſimilia prote E ſtati ſunt donec totam plebem ſuæ prauę voluntatis efficientes conſortem virum iuſtum ad iniuſtum valdè iudicium adduxerunt, crucifixerunt, & occiderunt. Tanti ergo ſceleris magnitudo, tam longinquæ captiuitatis extitit cauſa & origo. Dumque vos in paterna tàm voluntate quàm fide ſeu potius perfidia manſeritis: tam diu procuIdubio remanebitis in eadem tribulatione damnationis. Noſſe quippe debetis, quia poſt Chriſti mortem expletis annis quadraginta Hieruſalem à Tito

A fuit deſtructa & quòd quadraginta annis an- A.C. 1100. tequam deſtrueretur, ſicut etiam doctrinæ veſtræ libri reſtantur, in eadem ſigna viſa ſunt, & portenta liquido indicantia, quòd hæc templi & vrbis deſtructio eſſet futura. Sed & hæc Ioſephus cum aliis doctoribus veſtris intellexit quòd ipſa mors Chriſti extitit cauſa captiuitatis huiuſmodi veſtræ. Nec tamẽ hanc, ſed maleuolentiam hominum & inuidiam tantæ captiuitatis cauſam eſſe dixerunt, & veram ipſius cauſam tacuerunt. Inuidia quippe Iudæorum, & malitia mortis Chriſti cauſa fuit, mors autem Chriſti cauſa captiuitatis extitit.

B Sed fortaſſe aliquis veſtrum dicet. Si hominem illum talem, vt dicis, filium Dei eſſe conſtaret eiuſque mors tribulationis noſtræ cauſa fuiſſet nullus ex nobis viuere dignus eſſet. Tale enim peccatum maius eſt quam negare Deum, vnde non immeritò ſcelus hoc ſint maius, quam quod commiſerunt Iudæi in deſerto adorantes vitulum pro deo. Sed Deus tunc voluit delere populum illum totum pro tanto ſcelere, niſi Moyſes auertiſſet iram eius oratione & ieiunio, ne diſperderet eos. Si ergo hoc facinus præſumpſiſſet populus ille, quod mul C to maius eſt illo nec fuerit qui pro eo interceſſerit, nullus eorum ex hoc viuere debuiſſet. Nunc autem Deus & nos viuere permittit, & quotidie quantum amet oſtendit, cùm nobis in conſpectu inimicorum gratiam pręſtat opibus nos locupletat, honoribuſque exaltat ſicut per os Moyſi prædixerat inquiens: Attamen cum eſſent in terra hoſtili, non eos penitus abieci. Quibus ego conſtanter reſpondeo. Nequaquam ô Iudæi reliquias patitur viuere Deus de populo veſtro, quòd ſibi complaceat in eo. Sed ideo tantum. vt omnibus gentibus ſeruia- D tis, & omnium oculis improperium & fabula & maledictio ſitis ſicut Moyſes legiſlator promiſit dicens. Eeris in prouerbium & fabulam omnibus populis, ad quos vos dominus introduxerit. Quod ſi eo tempore quo peccatum illud à vobis commiſſum eſt, totam Iudaicam progeniem funditus deleuiſſet multis temporum curriculis tranſactis culpa illa iam o[illegible] uione deleta, nulli mortalium cognita eſſet, iuxta illud Pſal. Deus oſtendit mihi de inimicis meis, ne occides eos, ne quando obliuiſcantur populi. Eſt & alia cauſa, propter quam Deus noluit perire totam gentem Iudaicam & deficere. E Videbat enim quoſdam ex illo genere aliquando ad ſalutem credituros in ſe, & ideò propter eos noluit totum illud genus delere. Quod autem promiſſum Moyſi de libro legis protuliſtis, patet: quòd non ad præſentem, ſed ad præteritam Babylonis captiuitatem reſpiciat, de qua vos educturus erat, vt patet ex ſuperioribus ad prędictam authoritatem.

Iudæorum error de nouiſſima reſurrectione, Vin. c. 153.

§. IIII.

F QVod articulum reſurrectionis vltimæ Iudæi malè intelligunt. Per. Alfon. Quod autem poſt captiuitatis euaſionem inſpiratum vobis miraculũ creditis fieri, ſcilicet mortuos, qui terras denuò inhabitent à Deo reſuſcitari errorem

a Quomodo legis obſeruatio per Romanos Iudæis prohibita ſit docet ex lib. Thalmud. Galat. lib. 11. cap. 13 ibidem item traditur quomodo damonis cuiuſdam arte Iudæis iterum legis conceſſa fuerit obſeruatio quod etiam habetur D. ad legem Corneliam de Sicariis l. circuncidere, & C. de Iudæis l. Iuda.

A.C.1100. errorem iudico vos credere, quod nulla poteſtis authoritate probare. Nam ſi vultis huic innîti ſcripturę teſtimonio. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego ſanabo: hoc Deus ad oſtendendam omnipotentiam ſuam edixit, non quod ipſe mortuos ſuſcitaturus ſit modo, quo dicitis. Ipſum tamen reſuſcitare mortuos poſſe non nego, quoniam omnes homines in die iudicij ab eo reſuſcitandos confiteor & credo, ſed quod additis, illos ſcilicet terras inhabitaturos eſſe, non credo. Nullus enim prophetarum, qui fuerunt ante Chriſtũ hoc prædixit eſſe futurum. Sed veſtri doctores hunc errorem adinuenere, vt gens Iudæorum in ſua perſiſteret infidelitate. B

Nam quod ait Eſaias. Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent, nequaquam oſtendit mortuos veſtros ad inhabitandum terram reſuſcitari. Isa. 26. Si enim quod ibi dicitur, diligenter attendimus, nec mortuorum reſurrectionem Isa. ibid. ibi penitus ſignatam inuenimus. Alioquin ſibimet propheta videbitur eſſe contrarius, cùm dixerit paulò ſuperius. Morientes non viuant, gigantes non reſurgant. Quod igitur ab vſu naturæ diſſentit, & ſenſui prophetæ contrarietatem ingerit, nequaquam ita debet exponi cùm aliqualiter ſano ſenſu poſſit intelligi. C

Veruntamen illud verbum prophetæ duobus modis poſſumus intelligere, videlicet vt vel de iudicij extremi ſuſcitatione hoc dixerit vel vt reſurrectionis vocabulo captiuitatis euaſionem figurauerit. Hic autem poſterior ſenſus magis ad litteram pertinere videtur, cùm paulò ſuperius propheta ſuæ gentis captiuitatem defleuerit, ſtatimque diuinæ promiſſionis ac pietatis ſolatium intulerit dicens. Mortui tui viuent: reſurgent mei interfecti: Nec hanc D euaſionem quolibet incerto tempore: ſed poſt modicum tempus euenturam inſinuat dicens: Vade populus meus intra in cubicula tua claude hoſtia tua ſuper te abſconde modicum ad momentum donec pertranſeat indignatio. Quæ videlicet verba congruenter ad captiuitatem intelliguntur relata. Cæterum in Ezechiele legimus, quòd cum ipſe plures mortuos diuina virtute ſuſcitaſſet, de futuris etiam his verbis vaticinatus eſt dicens. Ezec. 37. Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aperiam tumulos veſtros [& educam vos de ſepulchris veſtris populus meus]& inducam vos in terram Iſrael.] E

Et veſtri quidem doctores nituntur aſſerere quòd non per ſomnium, ſed vigilans fecit eos exurgere. Sed veram illis ac perfectam reſurrectionem nequaquam reddidit. Spiritus enim qui à quatuor ventis iubetur venire nequaquam eſt rationalis anima, ſed ſpiritus ille, qui ex quatuor elementorum fit coniunctione. Eſt enim corpus leuiſſimum & ſubtiliſſimum, quod in hominis corde ex quatuor elementis (vt dictum eſt) efficitur, & ex eo loco in omnes venas ſpargitur: ipſique corpori tribuit vitam & actum & arteriis pulſum aſſiduum: F naturalem homini faciens motum. Anima verò rationalis nequaquam ex elementorum prodit copula, ſed eſt per ſe ſubſiſtens ſubſtantia. Si enim ex illorum naſceretur con-

A functione, deficiente corporis robore deberet A.C.1100. animæ virtus deficere, & incipiente corporei vigoris diſſolutione pariter diſſolueretur & virtus animæ. Quod ſi concedatur, corrupto corpore, anima quoque corrumpi concluditur. Nunc autem econtrario accidere probatur oculorum fide. Frequenter enim contingit, vt quanto magis corpus debilitatur, & morti appropiat tantò magis anima conualeat, & in ipſo momento, quo melius anima viget, homo intereat, quo ſcilicet ad aliquos Inuenimus etiam ſenes pleroſque cum iam nulla ſit in eis corporea fortitudo, tunc pollere magis eorum B animas concilio & omni ſapientia.

Corporibus igitur, quæ animam habent, procreatis omnibus quidem adhæſit anima vegetabilis, ſuaque in eis exercuit officia, ſcilicet creſcendo, nutriendo, & generando. Subtilioribus verò beſtialis iuncta eſt anima, vt in eis ſua poſſet exhibere officia, præſtando ſcilicet eis ſenſum & motum de loco ad locum. Quod autem ex eis ſubtiliſſimum & leuiſſimum fuit ac temperatiſſimum, & ad ſuſcipiendam rationem aptiſſimum, illi ſe rationalis anima ſociauit. Ibique ſua libenter officia exhi- C buit ſcilicet meditando, memorando, diſcernendo & huiuſmodi. Ezec. 37. Spiritum ergo, quem Ezechiel à quatuor mundi partibus ex Dei iuſſu venire præcepit ſpiritum corporalem intelligi debere cognoſcite: qui à quibuſdam dicitur eſſe quaſi ſanguis ſubtiliſſimus. Et de mortuis tunc ſuſcitatis, quòd animam rationalem receperunt, licet ſic à multis creditur, nullam authoritatem reperio. Ipſam tamen quocunque modo facta fuerit reſurrectionem ſignum fuiſſe futuræ reſurrectionis & dico, & credo, quòd Deus ſanctus veſtros quoque mortuos quan- D doque reſuſcitaturus ſit, quemadmodum ibidem propheta oſtendit dicens: Et ſcietis quia ego dominus cùm aperuero ſepulchra veſtra, Ezec. ibid. & educam vos de ſepulchris populus meus, & introducam vos in terram Iſrael, & dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram. In hoc autem quod dicit. Requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram ſic accipi poteſt, vt animam in corpore requieſcere ſignificet, quod non immerito terræ nomine appellatur, cum de ea ſumptum eſt. Quoniam ergo explanatio E veſtra de mortuis veſtris ſuſcitandis, ac terras inhabitaturis mundi, tam ſcripturæ quam rationi inuenitur eſſe contraria, æquitatis iudicio eſt repellenda. Vnde & Salomon in eccleſiaſte. Mortui nihil nouerunt amplius nec habent partem in hoc ſæculo, & in opere, quod Ecclesi. 9. ſub ſole geritur, ve ſcilicet faciant, quæ hic viuentes faciebant.

Quod etiam à ratione veſtra diſſentiat expoſitio, multis argumentationibus cõſtat. Creditis enim, ſicut dixerunt doctores veſtri, quòd adueniente puncto veſtræ huius reſurrectionis Adam, Seth, Mathuſalem, Abraham, F Iſaac, Iacob, & Aaron, cæteriſque patriarchæ & prophetæ, & omnes iuſti, qui ante eius aduentum obierunt pariter ſint cum eis reſurrecturi, & omnia officia humani generis auctori priſtinoſque ritus rerum colentes, terras denuo ſint inhabitaturi, & Aaron, & fi-

A §. 1 lij eius à Moyſe ſacerdotalibus veſtibus induendi, & ſacrificia oblaturi, vt prius. a Sed quis rogo tunc erit maximus pontifex? Erunt ne ſimul tempore vno Aaron, & Eleazar, & Phinees, & alij ſuccedentes? Si dixeritis Aaron viuente, cæteros ſummo ſacerdotio fungi non poſſe, tunc plus erit aliis ſummis pontificibus ad dedecus & incommodum reſurrectio ipſa, quam ad decus & gloriam. Si in ſummo ſacerdotio conceſſeritis omnes æquales eſſe, iam honorem ſuum cuilibet ademimus, quia nullus inter complures æquales excellentem poteſt habere honorem.

Præterea & multis pontificibus multa ſunt neceſſaria & templa, & huiuſmodi, & ſic erit deſtructio legis quæ mandat vnum templum Deut. 12 tantum eſſe.

Præterea nunquid plures, an vnum tantum regem habituri eſtis? Reſpondebitis, quia vnũ Ezechiele dicente. Vnum paſtorem omnes habebunt. Nam ſi plures, non poſſent eſſe concordes, regnique pacem deſtruerent, vnus Ezech. 37. ergo erit. Sed quiſnam erit ille rex? Vnctus (inquiunt) in cuius aduentu captiuitatem euaſuri ſumus. Noſtrique mortui reſuſcitandi eius debent habere moderamen imperij. Benè quidem, ô Iudæi, quod dicitis eſſe poſſet, ſi vnctus ille deus, & homo eſſet. Si verò, vt creditis, homo tantum futurus eſt, quid tunc de Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſe, & aliis prophetis erit? Nonne cum iſti tales ac tanti viri vnius vncti ſubiecti fuerint, melius fuiſſet eis non reſuſcitari?

Cæterum hoc etiam habet fides veſtra, vt quemadmodum cætera humanitatis officia, ſic & generandi habituri ſint naturam, adeo vt mulierem quotidie concepturam & parituram credatis, quod vix humanæ aures poſſunt audire. Nam ſi hoc eſſet, profectò hos non poſſet capere terra, etiam ſi duplo maior eſſet, aut pontus, etiam ſi terra fieret, adeoque loci coarctarentur anguſtia, quod non haberent, qui eniere poſſent arua.

Item ſi omnes, qui mortui ſunt reſuſcitabuntur nunquid omnes redibunt ad vxores ſuas? Si ſic, quid ergo de illis qui habuerunt plures vxores? & illa, quæ habuit plures maritos cuius erit vxor.

Item cum poſtquam tales fuerint reſuſcitati, & tot poſtea ab eis fuerint nati, nunquid immortales an mortales erunt hi? Profectò hoc habet fides veſtra, quia comedendi, & bibendi, & generandi naturam habebunt & vſum, & A §. 1 poſt mille annorum tranſacta curricula in perpetuæ beatitudinis regnum ſine morte aliqua ſunt transferendi. Si immortales dicitis eos futuros ad priſtinum inconueniens recidistis. Nam intra mille annos in tantum propagabitur eorum multitudo, vt intra ambitũ terræ includi non poſſint.

Denique cum homo comederit & biberit & genuerit: neceſſe eſt vt ex quatuor elementis ſit compoſitus. Quicquid autem taliter compoſitum eſt, id etiam corrumpi neceſſe eſt. Cum ergo taliter compoſiti ſint, neceſſe eſt eos corruptioni & morti ſubiacere. Si verò illos morituros eſſe conceditis, quæro an illa reſurrectio ſit eis ad pœnam an ad coronam. Ad honorem (inquiunt) & gloriam, vt vncti ſui regnum & gloriam conſpiciant.

Nunc ergo de ſtatu interim bonorum defunctorum donec reſurgant audire volo à vobis, quid ſentiatis, vtrùm ſcilicet in pœnis, an in quiete permaneant. Dicitis, quod eos quietis beatitudine cùm Deo perfrui certiſſimum eſt. Ex quo ſequitur, quòd reſurrectio illa futura eis erit ad pœnam potius, quam ad coronã & gloriam. Cum enim nunc vitæ æternæ munere glorientur, cur iterum in corporum ergaſtulis includentur, niſi vt fame & ſiti variiſque & innumeris denuo cruciatibus agitentur? Quin etiam ſecundum prædictam ſententiam veſtram ſecundæ mortis pœnam ... nebunt, & timorem habebunt, ſed & parentes eorum de morte illorum etiam p... m habebunt.

Sed fortè dicitis, quòd boni defuncti, & nunc in quiete & deliciis viuunt de q... ad corporum anguſtias redituri ſunt, in reſurrectione tamen tanta erit eis exultatio ex præſentia vncti ſui. i. Chriſti & cum cernere & Hieroſolymis, vt olim habitare & in templo ritu præterito ſacrificare, vt corporum pœna ſit eis nulla. Et quam nunc habent requiem, in alia vita ſit poſtea eis pro minima. Verùm hoc a veritatis exorbitat ſemita. Nullus enim mundi præſentis honor vel gloria æternæ vitæ deliciis & quieti comparatione aliqua conue... quia nec vno momento quiſquam huius mundi deliciis vti ſine labore & pœna poterit. Illius autem beatæ vitæ gloria, nulla intercedente moleſtia permanet perpes atque continua, præcipuè cum & doctores veſtri teſtentur omnem huius mundi honorem & gloriam id eſſe ad illius vitæ delicias, quod eſt vnum ad quadraginta. Patet inſuper cuilibet, niſi totius rationis ſit expers, incomparabiliter eſſe maius gaudium cernere Deum: quam talem, qualem vos dicitis vnctum veſtrum hominem terrenum. Videtis ergo ſi perpenditis, quod vobis vndique rationis ac diffugij ſemita clauſa ſit, vt nullatenus eo modo quo dicitis, reſurrectio mortuorum fienda ſit.

Iudæi legem non obſeruant.

§. V.

QVod autem dixi vos de mandatis legis nec minimum quid obſeruare nec authoritas

a Hoc argumentum æquè impugnet conſuſ. m & nul lo ordine diſtinctam hæreticorum Eccleſiam, ac illam phantaſticam Iudæorum reſurrectionem. In hoc enim hæreticorum conuentus cum illa Iudæorum ficta ſocietate conuenit, quod ſicut illi multos ſummos pontifices in illa imaginaria reſurrectione futuros credunt: ita & hæretici verbi miniſtros eadem plane auctoritate poteſtatéque præditos inter ſe aſtruunt. Probat autem Romanæ eccleſiæ & Catholicæ ſtatum rationi eſſe conſentaneum, in qua cum a minoribus ordinibus ad maiores ſemper ſit progreſſus, tunc in vno ſupremo capite ſiſtitur, qui eſt Romanus Pontifex vere maximus, qui vnus tantum eſt pro tempore in Eccleſia Dei.

A.C.1100. A thoritatis nec rationis, cū liquido pateat, probatione indiget. Nam neque agni victimam mane & veſpere immolatis, nec ſabbatorum neomeniarum, & ceremoniarum holocauſta celebratis, nec alia ſacrificia, & ceremonias ſeruatis. Sed dicitis. De legis præceptis, quæ minime obſeruamus, ſed arguendi non ſumus cū patria noſtra exules ſimus, temploque ac legitimis ſacerdotibus careamus. Nam quia deliquimus in conſpectu eius, iratus eiecit nos de terra, vbi non poſſumus eius ſeruare præcepta. B Itaque impoſſibilitas noſtra non erit nobis imputanda ſeu inculpanda denec veniat tempus, quo ad terram noſtram redeamus, & tunc præcepta eius complebimus, & erunt Domino accepta ſacrificia noſtra.

Reſpondeo. Certè ſi ſacrificia veſtra fuiſſent Deo accepta, non eieciſſet vos de terra vt quę iuſſerat vos facere, non poſſetis implere. Sed impletum eſt, quod dominus prædixit per multos prophetas ſuos, videlicet iſta legalia ſeu ceremonialia veſtra ceſſatura eſſe, ſcilicet in aduentu Chriſti, quem expectatis adhuc venturum, ſed iam ſunt 1484. anni, quòd iam ve- C nit, quem creditis futurum purum hominem. at ſcriptura dicit. Ecce veniet Deus & homo, Sed in vobis implebitur, quod ipſe dominus Ieſus verus Deus homo vobis prædixit, prædicans vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non me accepiſtis, ſcilicet vt veſtrum meſſiam & Chriſtum, Alius veniet in nomine ſuo, ſcilicet Antichriſtus, quærens gloriam propriā illum recipietis, ſcilicet in Chriſtum.

Deo Iudæorum ſacrificia non ſunt grata.

Errant ergo Iudæi in multis. Nam & Deum corporeum fingunt, & trinitatem perſonarum negant, & Chriſtum, quem dicunt non veniſſe, ſed venturum purum hominem futurum D prędicāt: & Ieſum Chriſtum dominum noſtrū ex ſemine Ioſeph & Maria natum: purgatorium nō ponunt nec peccatum originale contrahi, ſed ſolum in ſignum diſtinctionis illius populi & cæteris fuiſſe circunciſionem datam, & ſuum meſſiam libertatem eis collaturum & terram promiſſionis eis redditurum. Reſurrectionem etiam corporum futuram ad delicias corporis & vſque ad mille annos duraturam. De viſuris capiendis ab iis, quibus mutuant, nullam conſcientiam faciunt, ſortilegiis multi eo E rum intendunt, de peccatis cogitationum conſcientiam non ſibi faciunt. Obſeruando autem ceremonias ſuas, vt quia in lege mandatas. Iudaizant, vnde & mortaliter peccant. Poſtquam enim Chriſtus verus Deus & homo, meſſias in lege eis promiſſus aduenit qui prophetarum arcana reuelauit, legiſq́ue ſublato velamine ſpiritualem qui latebat ſenſum aperuit, ea tunc legalia debuerūt inſtituta ſeruari, non ſecundum literam occidentem, ſed ſecundum ſpiritum viuificantem, quoniam idem, qui eam dederat, melius eam intelligebat F quam illi, qui fuerunt auditores: intelligebant quod quia neglexerant facere, Deus antiquas obſeruationes renuit ſuſcipere. Ipſi gratias ago quia me de horum liberauit errore. Quare autem ipſe Pe. Alfun. dimiſſa lege Iudaiſmi non potius accepit legem Machometi, quam

Iudæi obſeruando ſua cæremonias mortaliter peccant. D. Thom. in 1. 2. q. 103. a. 4.

A.C.1100. A Chriſti, cum fuerit conuerſatus & nutritus inter eos, & ſciret linguam eorum & legem, reſpondet, quòd ideò non illi adheſit, quia lex illa epicurea eſt, & inuentor eius Machumetus homo non propheta, ſed ſceleratiſſimus, qui adiutus ad illam condendam, à quibuſdam fuit hęreticis ſcilicet Georgianis & Iacobitis, qui circumciſionem ſeruant: ideò in ipſa circumciſionem mandat. Luxurioſiſſimus fuit, & plenus deceptionibus nec prophetia claruit nec miraculis, ſed quædam falſo confinxit. Et B illi quibus primo dedit, ſcilicet de Arabia, ruſtici erant, & corporalibus vitiis dediti, & idololatriæ ideò plures vxores permiſit. Et vt videretur aliquid habere religionis ieiunia aliqua & orationes fieri impoſuit & à vini potu abſtinere. Summariæ præcepta legis illius ponit & irrationabilia eſſe oſtendit. Paradiſum obſeruantibus legem illam promittit, ſed rerum corporalium & voluptatibus plenum. Nec tamen dicit aliquem cogendum ad illam legem capiendam. Et quia de his ſuprà in alio titulo dictum eſt, ideò nunc nihil vlterius C dico.

Quædam breuis totius belli ſacri ſumma.

CAP. XIII.

ANno a domini milleſimo nonageſimo nono capta eſt Hieruſalē à Chriſticolis, & eruta de manibus D Turcorum, qui eam ceperant, & tenuerant per annos centum, vel circa. at hoc Gothifredo duce exercitus mirabiliter, & infatigabiliter pugnante contra Turcos cum fratribus ſuis Balduino & Euſtathio. Qui Gothifredus propter ſuas virtutes magnas quas in huiuſmodi bello operatus eſt, de voluntate omnium primus eſt factus rex Hieruſalem, in quo regno ſucceſſiuè fuerunt ſeptem reges vnus poſt alium. Demum multis prælijs & deuaſtationibus vexati fide- E les, qui in illis partibus morabantur, & tam Hieroſolima quam aliis ciuitatibus

a Hoc bellum omnium quæ vnquam toto orbe geſta ſunt maxime memorabile iudico, de quo Fulcherius Carnotenſis in ſacra illa expeditione Balduini Capellanus, & Guilielmus Tyrius Vinc. li. 25. c. 90. & ſequentibus, Blon. l. 3. dec. 2. Nauc. Gen. 37. & Paul. Aemyl. & multi alij ſcripſerunt ex quibus ſi quæ nos D. Ant. addiderimus, quæ forte ille ſtudioſe prætermiſit precor F *amore id noſtro, quo præſtantiſſimos illos Chriſtianæ reipublicæ Heroas proſequimur venerationemq; tribuere. Quamuis enim D. Ant. ſatis copioſe hanc hiſtoriam proſecutus ſit, tamen nunquam ſatis multa de his neque is, neque quiſquam alius dixiſſe viſus eſt præ ea laude quam illi clariſſimi viri iure meruerunt.*

A.C.1099.

captæ à fidelibus[a], & deficientibus auxiliis ex parte occidentalium poſt annos 88. quibus eam tenuerunt fideles, iterum à Turcis capta eſt, & à Saracenis nũc vſque poſſeſſa cum aliis ciuitatibus illarum regionum, quas fideles ex toto deſeruerunt.

Facta eſt præparatio fidelium ad capiendũ terras illas per tres annos. Poſtquam enim quidam Petrus eremita ex deuotione viſitans terram ſanctam, vidit & intellexit oppreſſionem fidelium inibi, inde reuerſus ſignificauit domino papæ Vrbano.

Qui in concilio celebrato apud Claromontem exhortatus eſt prælatos & principes ibi exiſtentes ad præſtandum ſubſidium pro recuperatione terræ ſanctæ. Et extunc multi ſumpſerunt crucem, vt dictum eſt ſuprà quos etiam animabat ille Petrus eremita ac etiam populos.

Anno igitur domini 1096. vt refert Vinc. poſt Sigebertum, occidentales populi dolentes loca ſancta à gentibus profanari, Turcos etiam terminos Chriſtianorum iam multa ex parte inuaſiſſe, quaſi innumerabiles vna inſpiratione moti, & multis ſignis ſibi oſtenſis, alij ab aliis animati duces, comites, potentes, nobiles, & ignobiles, diuites, & pauperes, liberi, & ſerui, epiſcopi, monachi, clerici, ſenes, & iuuenes, pueri, & puellæ, omnes vno animo nullũ vllo angariãte vndique concurrunt, ab Hiſpania, à Prouincia, ab Aquitania, & Britannia, à Scotia, ab Anglia, à Nortmannia, à Francia. à Lhotaringia, & Burgundia, à Germania, à Lõgobardia, ab Apulia, & aliis regnis virtute & ſigno crucis ſignati, & armati, vltum ire parãt iniurias Dei in hoſtes Chriſtiani nominis. Et quantum quiſque hactenus ad exercendam mundi malitiam erat pronior, tanto nunc ad exercendum vltro Dei militiam fit promptior firmiſſima pace interim vbique compoſita.

Sacrorum militũ in Iudæos feruor.

At primo Iudæos in vrbibus, in quibus erãt, aggreſſi, eos ad credendum in Chriſtum compellunt. Credere nolentes bonis priuant trucidant, vrbibus eliminant. Aliqui Iudæorum zelo tenendæ patriæ legis ducti ſe mutuo trucidant. Alij ad tempus ſe credere ſimulantes poſtea ad Iudaiſmum reuertuntur.

Eminebant autem in hoc Dei hoſtico exercitu Gothifredus dux Lotharingiæ, & fratres eius Euſtathius & Balduinus Anſelmus de Ribemmonte, Balduinus comes Montenſis, Robertus comes Flandrenſis, Stephanus comes Bleſenſis, Hugo magnus frater Philippi regis Francorum, Robertus comes Nortmannorum, Raymundus comes ſancti Ægidij, Boemondus dux Apuliæ, & Tancredus nepos eius, & plures alij comites.

Horum omniũ curam apoſtolica authoritate ſuſcepit vir eximius Haimarus Podienſis epiſcopus, eiſque conſilio & doctrina vſque ad captam Antiochiam plurimum proficuus fuit. Huius etiam viæ incitator fuit præfatus Petrus eremita, qui vſque ad captam Hieruſalem in multis vtilis cum exercitu Dei perſeuerauit. Et vt ait Guil. nunquam tot gentes in vnam coiſſe ſententiam viſæ ſunt. Opinionem hominũm vincebat numerus, quamuis exiſtimaretur ſexageſies centummillium, qui omnes Hieruſalem pergebant.

A.C.1099

Hi omnes tẽpus opportunum expectantes, alij per mare, alij terreno itinere hanc peregrinationis aggreſſi ſunt viam. Non enim poterant tot tamq́ue infinita populorum millia in vna qualibet regione reperire neceſſaria, vnde ſtudioſè procuratum eſt, vt ſinguli maiorum principum ſeorſum legiones ſuas ducerent, & non eodem tramite proficiſcerentur. Non erat vſpiam in tot prouinciis quot habet occidens domus otioſa vel vna dum hinc paterfamilias, hinc filios, illinc tota domus ad migrandum ſe præpararet [dirigebantur frequẽtes epiſtolæ quibus qui ſimul profecturi erant ſe mutuo excitabant, attentius moram increpantes vocantibuſq́ue cæteris, hi qui turmarum erant duces deſignati] Cùm ſingulis tib. & ſu ſpiritis diuidebantur ab inuicem, carorum complexus & ſupremum ſibi dicentes Vale [ſeparabantur in oſculis. Mater filium, parentem filia, ſoror fratrem, vxor maritum, in vlnis deportantes paruulos & ſugentes vbera, cum lachrymis & eiulatu comitabantur abeuntes & dicto vale, quos greſſu non poterant, defixis proſequebantur obtutibus.]

Diuerſis itineribus milites ſacri proficiſcuntur. Tyr. ca. 18

Anno igitur ab incarnatione domini 1096. quidam nobilis Galterus nomine vir prudens & in armis ſtrenuus cum ingenti multitudine pedeſtrium turmarum pertranſiens Teutonicorum regnum in Vngariam deſcendit. Qua tranſcurſa Bulgariam intrauit. Emenſiſq́ue regionis illius ſyluis Strntiam Daciæ mediterraneæ metropolim egregiam peruenit. Vbi acceptis à duce prædictæ ciuitatis viæ conductoribus poſt aliquot dies incolumis ad Conſtantinopolim peruenit. Quo perueniens in præſentia domini imperatoris introductus, ab eo obtinuit vt vſque ad Petri eremitæ aduentum, de cuius mãdato iter arripuerat ſibi in locis ciuitati finitimis hyemare permitteretur.

At Petrus [a] eremita poſt hunc non multo temporis interuallo aduentauit, cum innumerabili exercitu, quem ex multis collegerat nationibus, quorum numerus vſque ad quadraginta millia armatorum eſſe dicebatur, qui propter inobedientiam populi, atque ceruicoſitatem multa incommoda eo itinere paſſus fuerat. Nam in Bulgaria enim propter rapinas & deprædationes, & alia enormia, quæ committebant [milites quidam & maximè Theutonici]is populus incolis factus eſſet intolerabilis, ad fere decem millia occiſi ſunt. Amiſit præterea Petrus totam pecuniam, quam de fidelium principum largitione, vt inde pauperibus & egenis in itinere neceſſaria miniſtraret, collegerat.

Hoc accepto incommodo maturato itinere Conſtantinopolim peruenerunt. Vbi reperto

a Ne fortè hunc Petrum Eremitam ſubitò militum ducem, & quidem ſolertiſſimum factum mireris, audi quid de eo ſcribat Aemil. Petrus ex nobilitate Ambianenſi puer literis imbutus, vbi ætas patiens laborum fuit rei militari deditus, vir effectus rebus humanis ſpretis eremo ſe indicauit. Artem igitur militarẽ, quã iuuenis exercuerat, in hoc ſacro bello ad Dei obſequium reſumere matura ætate non erubuit.

Gal

A.C. 1096.

Galtero de mandato Imperatoris exercitus cõiungentes, maiores principes expectauerunt: vbi cùm per dies aliquot refocillari victualibus quieuiſſent, de mandato imperatoris Conſtantinopolitani, paratis nauibus tranſito Helleſponto in Bithyniam, quæ eſt prima de Aſia na diœceſi prouincia tranſierunt. Vbi non longè à mari caſtrametati ſunt, in loco, qui Ciuinto dicebatur.

Erat autem prædictus locus in hoſtium cõfinio poſitus. Quo in loco in multarũ opulentia rerum quaſi duobus menſibus peregrinorum cum ſediſſet exercitus, non defecit eis rerum venalium copia: quæ ex ciuitate Conſtantinopolitana eis quotidie deferebantur. Qua rerum vbertate ſimul & otio reſolutus, cœpit inuitis magiſtratibus ſeorſum turmas agere, & ad decem vel amplius milliaria perluſtrare regionem ſeges & armenta ſecum trahens.

Cúmque ſæpius & hoc proſperè egiſſent, ad poſtremum cum ad tria millia Theutonicorum, & duo millia equitum hac de cauſa caſtra fuiſſent egreſſi à Solimanno, qui in eadem regione Turcis dominabatur, inſidiis circumuẽti ad vnum omnes occiſi ſunt. Quod poſtquam in caſtris auditum eſt, omnibus ad arma currentibus, omnes vnanimiter tam equites quã pedites interfectorum fratrum ſanguinem vindicare procedunt. Quo facto maiores exercitus, & qui maiorem habebant experientiam, cũ illos vellẽt reprimere, & furent, in populi indiſcretum mitigare furorem, ſurrexit plebs indomita aduerſus eos timidati adſcribentes nõ prudentiæ, quòd fratrum interfectores vltore gladio non perſequerentur.

[Solimãni altera de noſtris victoria. cap. 25.]

Ordinatis ergo aciebus, quaſi ad viginti quinque millia peditum & optimè loricati equites quaſi quingenti verſus partes illas intendunt. Vixque ad tria perceſſerant milliaria, cùm ecce prædictus Solimannus cum innumerabili Turcorum multitudine aduenit. Quo aduenieente, inde ſe mutuo cohortantes noſtri aduenientes Turcos viriliter gladiis excipiunt. Ad poſtremum noſtrates multitudine hoſtium oppreſſi, diſſolutis agminibus in fugam cõuerſi ſunt. Quos vſque ad illorum caſtra Turci inſecuti, penè omnes occiderunt. Inter quos & Gualterus prædictus occiſus eſt. Sic ergo ceruicoſus populus & intractabilis, dum monitis nequit acquieſcere melioribus, ſuo impetu lapſus deſcendit in interitum, gladiis hoſtium deputatus.

Poſt hæc cùm Gondeſcalcus quidam ſacerdos natione Theutonicus, cùm quindecim millib. armatorum iter aggreſſus, fines Vngariæ ingreſſus eſſet, cùm de mandato regis exercitui eius abundantiſſimè venalia exhiberentur, alimentorum abutentes opulentia, & ebrietati vacantes, ad inferendas enormes indigenis iniurias ſe contulerunt, ita vt prædas exercerent. Quod poſtquam domino regi innotuit, iuſta ira ſuccenſus, conuocatis militaribus copiis in vltionem tantarum iniuriarum ſuper illos irruens ſtragem immaniſſimam exercuit, non diſtinguens iuſtum ab impio. Euaſerunt tamen aliqui commune periculum. Et per diuina domini miſericordia Vngarorum gladios declinantes, ad propria ſunt reuerſi.

A.C. 1096.

Per idem tempus modico interiecto temporis interuallo, conuenerant eodem ſtudio ex occidentis finibus turbæ innumerabiles, abſque duce & rectore paſſim & imprudenter incedentes. Erant tamen inter eos nonnulli nobiles viri [Thomas de feria, Clarenbaldus de Veodeloſio, Guilielmus Carpentarius & alij] quibus in nullo diſciplinæ impatiẽs ſubiiciebatur populus. Sed neglecta doctrina prudentium, paſſim & ſine delectu per omnia illicita liberè diſcurrebant, vnde factum eſt, vt cum in timore domini iter debuiſſent inceptum peragere, conuerterint ſe ad inſaniam, & Iudæorum populum in ciuitatibus & oppidis, per quæ erat eis tranſitus o:l tale ſibi venientem crudeliter obtruncabant. [Hoc autem maximè factum eſt in vrbibus Colonia & Moguntia, vbi etiam vir potens & nobilis comes Emico eorum cætibus cum multo ſe adiunxit comitatu.] Hi omnes tranſcurſa Alemannia ad fines peruenerunt Vngarorum. Et cum ad locum qui dicitur Moſburg peruenisſent, clauſum reperientes aditum citra pontem caſtrametati ſunt. Erat enim is locus præſidium munitum valdè fluminibus maximis, Danubio & Liutace, & prætetea profundis circumſeptus paludibus. Mandauerat enim rex Vngariæ trãſire volentibus aditum prohiberi, timens ne iniuriarum, quas nuper Gondeſcalli legionibus intulerat, memores intra regnum intromiſſi armati contra eum inciperent.

[Peregrini caſtrum obſidẽtes diuinitus in fugam conuerſi cæduntur, cap. 30.]

Igitur cum ſe ab introitu regni excluſos viderent, de eorum multitudine præſumentes correptis armis ac ſupra fluuium facto ponte præſidium vndique aggrediuntur. In quos ex pugnatione dum deſudarent attentius, & iam muros oppidi in locis plurimis perforaſſent, ita vt peregrinis pateret introitus, repente eorum exigentibus demeritis terrore diuinitus immiſſo, relicto aſſultu in fugam verſi ſunt, fugæ cauſam penitus ignorantes. Nec aliud in cauſa dicitur extitiſſe, niſi quòd peccatis multiplicibus Deum ad iracundiam prouocauerant. Fugit enim impius (iuxta ſapientiæ verbum) nemine perſequẽte. Vngari autem videntes hoſtium cuneos terga dediſſe, illos inſecuti magnam ex illis ſtragem fecerunt. Fuerat enim illorum numerus: vt ſcribitur, ad ducenta millia peditum, equitum verò tria millia. Quorum maior pars de itinere deſperantes ad propria ſunt reuerſi. Cæteri verò per Carinthium declinantes ac peruenientes in Apuliam: deinde in Græciam nauigio peruenerunt, ſeque in Dyrrachio quibuſdam principibus, qui eodem iam peruenerant, & ſuas copias commiſerunt.

[Prou. 28.]

Gothifredus dux cum ſociis iter per Vngariam arripit. cap. 1. lib. 2. A.C. 1096. die 20. Septemb.

§. I.

EOdem anno menſe Auguſto die 15. vir magnificus dominus Gothifredus

A.C.1096 a Lotharingiæ dux, iter aggreſſus eſt. Fuerũt autẽ qui eius caſtris ſe coniunxerunt viri nobiles, dñs Balduin⁹ eius frater, Ieccriu⁹ Comes Hannoniæ, Comes S. Pauli, Comes de Grees, Comes Tullenſis, Balduinus de Burgo. Multi prætereà eius caſtra ſunt ſecuti nobiles & barones. Hi omnes vno & indiuiduo comitatu pariter incedentes ad fines Vngariæ peruenerunt.

Cuius cùm difficultate imperrato introitu, ſicut erant viri prudentes, & Deum habentes præ oculis, cùm omni quiete ipſa tranſcurſa per Bulgariam habuerunt tranſitũ, ac clauſtris exuperatis, quæ vulgò ſancti Baſilij vocantur Philippopolim peruenerunt.

Vbi cognitu, quòd dominus b Hugo magnus regis Francorum frater, qui princeps cùm multis viris nobilibus alios præceſſerat, ab imperatore Conſtantinopolitano per inſidias captus, tenebatur in vinculis, cum omni celeritate miſſis nunciis diligentius obſecrant imperatorem, vt eoſdem nobiles, quos abſque culpa tenebat in vinculis, abire permitteret. Quod cùm eis præciſe à prædicto imperatore negaretur, meritò indignati de communi omnium conſilio vniuerſam illam regionem exercitibus ſuis exponunt ad prædam. Quod audiens imperator, timens ne talis & tam fortis exercitus ad imperij intima penetraret, dictos nobiles viros liberè abire ad ſuos permiſit.

Igitur appropinquantes Cõſtantinopolim, dux Gotfriedus, qui exercitui peregrinorum præerat, ſæpè ab imperatore vocatus, ad ipſum noluit accedere, meritò enim eius habebat ſuſpectam perfidiam. Quare indignationẽ plurimam concipiens imperator, forum rerum venalium populo, qui cùm duce aduenerat, interdixit. Principes autem videntes populi indigentiam, rurſum de communi conſilio per ſuburbana longè latéque diſcurrentes, alimentorum omnimodam in caſtra deferunt opulentiam. Quare imperator iterum commercium reſtitui præcepit.

Poſt hæc cùm imperator ſuſpectam ſatisfactionem haberet latinorum, in imperio ſuo congregari multitudinem fecit, cum tamen no- A ſtri nihil ſibi cauerent, ſubitoque immiſſis legionum ſuarum exercitibus, noſtros aggreſſus eſt. In principio aliqui vulnerati ſunt, nonnulli etiam interfecti. Demum peregrinis ad arma currentibus, multis ex illis interfectis, ac vinculis mancipatis, cæteros intra vrbem fugere compulerunt. Cùmque iam conflato hello hincinde quotidie, inſultus fierent, atque ſemper Græci tanquam homines imbelles confuſi fugarentur, meritò timuit imperator, maximè cum de die in diem peregrinorum multiplicaretur numerus, & multorum principum in B proximo nunciaretur aduentus, vnde miſſis ad eos fidelibus ac ſolennibus nunciis, illos de pace fecit requiri.

Aliquot noſtri cũ Græcis prœlia.

Fidelis autem peregrinorum populus, quãuis minimè dubitaret, quin iuſto zelo aduerſus Græcos arma commouiſſet; Dei tamen timorem habentes præ oculis, & eorum conſiderãtes propoſitum arma, quæ contra infideles ſuſtulerant, in populum Chriſtianum conuertere formidabant: vnde quæ pacis erant audientes, in plenam cum imperatore concordiam redierunt.

C Quo facto imperator apertis theſauris ſuis tam domino duci, quàm cæteris principibus dona ingentia in auro & gemmis, & aliis iocalibus pretioſis contulit: ita vt vſque ad ſupremum muneribus cumulati imperatoris admirarentur munificentiam.

Dux ... un... re c... tus. ...

Sed reuera, quòd principibus quaſi liberaliter conferebat, nec liberalitatis erat nec gratiæ, ſed timoris & fraudulentæ verſutiæ. Noſtris autem in ſimplicitate ſpiritus, & ſincera fide ambulantibus, vix perſuaderi poterat Græcorum malitia, & nequam illorum principis fraus: ma- D ximè cùm erga eos tanta liberalitate & ſimulata gratia redundaret.

Audiens verò dux a cæterorum principum aduentum ſuggerente imperatore parato nauigio cùm ſuo exercitu tranſito Helleſpõto in Bithyniam transfretauit, atque in pago Chalcedonenſi caſtrametatus eſt. Erat autem is locus Conſtantinopoli valdè proximus, qui ſola Boſphori (quod nos brachiũ ſancti Georgij dicimus) interpoſitione diſtabat. Vnde qui negotiis vrgentibus cogebantur ter vel quater in die ire ad vrbem regiam & in caſtra redi- E re, ſine difficultate poterant. Quod autem imperator maturius exercitum peregrinorum

Boſphor⁹

a Omnium oculos in ſe conuertit Gothifredus Euſtathij Bononia Belgica comitis filius Lotharingia dux heres inſtitutus ab auuncula Gothifreda duce. Is Spetta Eburonum epiſcopo ducatum Bull onu ſatu magna vi auri vendidit. Tantum rerum humanarum contemptum animo mortalium afferre vera religio, ac numinis fiducia. Erat autem non atru modo militaris imperatoriaq; peritiſſimus, ſed religione praſtans, ſpecie corporis eximia, ſtatura ſublimi, inceſſu graui ſermone breui ſed ſententiis admirabili, vultu maieſtate Auguſta. Fratres eius huiuſmodi et miles illos rebus gerendis ſummos duces, alia epiſcopos naſcentis Eccleſia prædicaret. AEmyl.

F

b Prædictus enim vir illuſtris quaſi primus omnium iter aggreſſus, tranſcurſis Alpibus in Italiam deſcenderat, & inde in Apuliam perueniens cum exiguo comitatu mare tranſiens, apud Dorrachium ſubſiſterat. Vbi à præſide regionis vinctus & cathenatus imperatori traditus eſt. Tyr. ibid.

a Hi principes fuerunt Bohemundus cum multis aliis nobilibus, qui mare Adriaticum tranſiens traſh..., Macedonia & vniuerſa Illyrico tandem multis ab imperatore precibus inuitatus, Conſtantinopolim venit, de quo Tyr. lib. eod. cap. 13. 14. & 15. Deinde Robertus Flandrenſium comes, qui eodem fere itinere ad regiã vrbem acceſſit id c. 16. Poſtea epiſcopus Podienſis & Comes Toloſanus & multi alij, qui in Italiam deſcendentes iuxta Aquileiam tranſeuntes Maſnam in Dalmatiam primo, deinde Durachium, & Teſſalonicam, poſtea demum Conſtantinopolim peruenerunt de quibus cap 17. 18. 19. 20. & 21. Demum Robertus Normannorum comes, Stephanus Bloſenſium & alij quamplurimi, qui eodem itinere ſimul tam illam peregrinationem confecerunt, de quib. c. 22.

tran-

A.C.1097. transfretare perſuaſionibus maturius compulerat, non de fidei ſinceritate proceſſit. Sed ſolita fraude vſus ducem circumuenit: ne aliis principibus aduenientibus eius copiæ poſſent admiſceri. Nam & reliquos, qui poſtea ſubſecuti ſunt, eadem arte ſigillatim tranſire compulit, ita vt nunquam duo ſimul ante Conſtantinopolitanam vrbem peregrinorum fuerint exercitus.

Sacri milites in vnum omnes conueniunt. Tyr. lib. 2. c. 23. A.C. 1097.

§. II.

POſtquam igitur omnes exercitus peregrinorum Helleſponto in Bityniam peruenientes in vnum conuenerunt, factus eſt vnus Dei viuentis exercitus, a vbi recenſito legionum numero inuenti ſunt habere peditum ſexcenta millia equitum verò loricatorum centū millia.

[Nicæa ... capi ... & ... ob.] Hi mouentes vno animo Nicæam vrbem populoſiſſimam obſidentes expugnauerunt. Cuius vrbis ſicut & regionis totius & adiacentium ſimul prouinciarum, dominus erat quidam Turcorum potentiſſimus ſatrapa, Solimannus nomine, homo vafer, & ſtrenuus in armis. Hic à Tharſo Ciliciæ vſque ad Helleſpontum vniuerſas prouincias poſſidebat. Et audito noſtrorum aduentu, ex vniuerſo orientali tractu magnas Turcorum collegerat copias, ſperās, quòd illorum fretus auxilio, ab imminentibus periculis vrbem prædictam, & regionem vniuerſam poſſet eripere. Sed antè vrbis Nicææ expugnationem pugna à peregrinis commiſſa victus atque fugatus eſt. Capta eſt autem vrbs Nicea anno ab incarnatione domini. 1097. menſe Iunij die 20.

[... circui ... proſe ... ao oc ... Soli ... nus. c.] Et de mandato principum continuantes iter, verſus Antiochiam procedebant. In quo itinere cùm dominus Bohemundus, & Northmannorum comes Robertus, atque Stephanus Bleſenſium, vnà cum domino Tancredo, & comite ſancti Pauli cæteras copias præceſſiſſet, vix à maioribus caſtris duobus ſe elongauerāt milliaribus, cùm ecce Solimannus, qui memor iniuriarum [& ad animum reuocans] quomodo vrbem egregiam, vxorem, & filios amiſiſſet, qui in expugnatione illius vrbis capti fuerāt, ad id totis viribus anhelabat, vt eis vicem rependeret ſubitò ſuper eos irruens, iam penè

A multis interfectis noſtros in fugam verterat, cùm ecce dominus Gothifredus cum cætero exercitu, qui per nuncios de periculo ſociorū certificatus accelerauerat, fulmineus aduolans, irruitque cum ſuis in hoſtes fidei, non ſine illorum ſtrage in fugam vertit a. Cecidiſſe autem illa die dicuntur de hoſtium numero viri potētes & inclyti ad tria millia. De noſtris verò popularibus & plebe nimia promiſcui ſexus quatuor millia. Fuit autē hoc prælium die Calendarum Iuliarum. A.C.1097. Solimān in fugam vertitur. c. 15.

B Recedentes autem inde, ac viam inceptam continuantes, tranſcurſa vniuerſa Bithynia Piſidiam ingreſſi ſunt, vbi in quamdam ipſius regionem deſcendentes, magnam aquarum penuriam paſſi ſunt, adeo vt præ ſitis anxietate multi deficerent. Tandem verò opitulante domino ab his erepti periculis, in regionem copioſam & vberem deſcenderunt, iuxta Antiochiam minorem, quæ eſt metropolis Piſidiæ. Piſidiam ingreſſi ſiti laborat exercitus. cap. 16.

Hi primum quidam de principibus, ab exercitu ſtudioſè ſeparati ſunt, ſeorſum trahentes agmina. Quorum primus dominus Balduinus C ducis Gothifredi frater cum ſeptem millibus loricatis. Secundus fuit dominus Tancredus, cùm equitum millibus quinque & peditib. non multis Qui in Ciliciam deſcendens, Tharſum eiuſdem prouinciæ metropolim obſedit.

Hanc vrbem dicitur fundaſſe Tarſus ſecundus filiorum Iauan, filij Iaphet, filij Noë, quamuis Solinus alter de huius vrbis conditione ſentiat, aſſerens à Perſe ædificatam. Cúmque iam ciues ad deditionē compuliſſent, adueniēs dominus Balduinus cum maioribus copiis expulſo domino Tancredo vrbem ſibi vendica- D uit, expulſis inde Turcis, qui in ea dominabantur. Ciues autem, qui eam incolebant fideles erant, ſed vſu armorum relicto, ſolum agriculturæ & mercatoribus operam dabant, Turcis tributarij. Tharſus à noſtris capitur. c. 19. Solin. cap. 51 lib. de memorab.

At verò Tancredus à Tharſo recedens Mamiſtram nobilem eiuſdem prouinciæ vrbem expulſis ex ea Turcis expugnauit, totamque adiacentem regionem ſuæ ſubiecit ditioni.

Dominus autem Balduinus inſuper poſtquā Tharſum in ſuam poteſtatem redegiſſet, & du- E ce quodam Armeno, Pancratio nomine fugatis atque occiſis Turcis, ciuitates & caſtra eiuſdem regionis expugnaret, & nomen eius iam magnificum eſſet, vocatus à ciuibus Ediſſanis, eorum eſt factus dominus & gubernator.

Eſt autem Ediſſa ciuitas nobilis Meſopotamiæ, quæ alio nomine Rages Medorum appellatur. Hæc enim ciuitas ciuibus referta fidelibus qui fidem, quam ab apoſtolorum temporibus receperāt, vſque ad id tempus tenuerant, ſed infidelium iugū catenus quotidie patiebātur. Qui dominio vrbis potitus, expugnatis ac F fugatis circumquaque infidelibus cunctam regionem ſuo dominio ſubiugauit.

a Paul. Aemyl. Auctores propè omnes hunc numerum militum ſacrorum tradere ſcribit addens inſuper viros & quoſdam etiam ſummos. ſua ſequebantur vxores, qui ſemel ſacram militiam profeſſi. diſerere ſigna infame nefariumq; exiſtimabant. nec ſuſtinebant repellere à ſacro comitatu ſuas ætate form. aq; præſtantes, qua diuelli à maritis non poterant. Nulla vulgato corpore mulier bis caſtris recepta. nullus flagitioſus admiſſus. Nō caſtra, ſed teplū crediſſes. Sacerdotib. operātib. altari myſteriis miles aderat Media nocte hymnis in Deum ſuperosq; concinebantur. Vſſertimo cultu cæleſtium ope implorabāt vt mirū nō ſit tā ſanctis armis numen aſſuiſſe Cæterum ex bo loco corri eu numputarē Guil. ... Malmeſburienſis dictū. à D. Antonio ... ap. ante §. 1 prolatum, ſexcentes centum millium numerum milatum exiſtimatum fuiſſe. & legendum, ſecies.

a In ſequentis diei ſol ortus victorem oſtendit. Deſerti montes fuga hoſtium. Noſtri caſtrum hoſtium ſpolia legere, ad duo millia noſtrorum deſiderata, in quibus Guilielmus Tancredi frater, ac Robertus Pariſienſis. parua pro tanta victoria hoſtiū quadraginta ferè millia cecidere. Aemyl. cui ferè Blon. conſentit.

Antio-

A.C.1097. *Antiochiam noſtri obſident. cap. 8.* A

§. III.

INterea dum circa Edeſſanam regionem dominus Balduinus deſudat, maior exercitus omnibus in via expugnatis ciuitatibus, Turcisque fugatis, Antiochiam peruenerunt.

Eſt autem Antiochia ciuitas glorioſa & nobilis, a tertium vel ſecundum poſt Romanam dignitatis gradum ſortita, omnium prouinciarum, quas tractus continet orientalis, princeps & moderatrix. Hæc priſcis temporibus dicta eſt Reblata, ad quam Sedechias rex Iuda ductus eſt, & ante eius conſpectum iuſſu Nabuchodonoſor in eius præſentia filij eius crudeliter occiſi ſunt. Hanc poſt mortem Alexandri magni Macedonis Antiochus, qui poſt eius mortem partem regni eius obtinuit, vt ſupradictum eſt, turrib. & muro validiſſimo circumdatam de nomine ſuo vocari præcepit Antiochiam, regni ſui eam caput conſtituens. In hac Apoſtolorum princeps beatus Petrus cathedram tenuit ſacerdotalem. In hac primus fidelium habitus eſt conuentus, in quo etiam & Chriſtianorum nomen dedicatum eſt. Prius C enim qui Chriſti ſectabantur doctrinam, Nazareni vel diſcipuli dicebantur. Poſtmodum verò à Chriſto deducto nomine, autoritate illius ſynodi vniuerſi fideles, dicti ſunt Chriſtiani. Eiuſdem verò ciuitatis patriarcha viginti prouincias in ſua iuriſdictione habere dicitur.

Antiochię laus. ca. v.

4. Reg. 25. B

In 1. part. tit. 4. cap. 4. §. a.

Sita eſt autem Antiochia in prouincia, quæ Cęloſyria dicitur, commodiſſimam & amœniſſimam habens poſitionem. Eſt enim fontibus & riuis tota penè irrigua. Clauduntur etiam intra ciuitatis ambitum montes duo miræ celſitudinis, in quorum alterius vertice, qui vi D detur eminentior, ſitum eſt præſidium muniſſimũ. Qui duo montes valle profundiſſima, ſed anguſta ſeparãtur, per quã torrens dimiſſus per mediam influit ciuitatem: Longitudinem autem ciuitati quidam duo, quidã tria milliaria aſſerunt. Diſtat autem à mari decem vel duodecim milliaribus.

In qua prouincia ſita ſit. ca. 10.

Huius tam egregiæ ciuitatis dñs erat quidam Accianus nomine, natione Turcus, qui de familia magni & potentiſſimi fuerat principis Soldani Perſarum, qui vniuerſas illas prouincias violenter ſuo imperio ſubiugauerat, vt ſu- E perius diximus. Volẽs tamen redire ad propria nepotib. ſuis ac vernaculis vniuerſas, quas ſibi vendicauerat diſtribuit regiones. In qua diſtri-

a *Antiochena Eccleſia, quæ omnium Orientis Eccleſiarum metropolis eſt, vt ait D. Hiero. ep. 62. to. 2. Romanam Eccleſiam excipias ſecundum, Romana vero, Eccleſia annumerata, tertiam locum à temporibus Apoſtolorum obtinuit. cuius rei teſtis imprimis eſt D. Anacletus epiſt. 3 tertia inquit ſedes apud Antiochiam B. petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis, hinc etiã* F *Leo magnus in epiſt. 51. Antiochena Eccleſia, in qua primum prædicante Apoſtolo Petro Chriſtianum nomen exortum eſt, in paterna conſtitutionis ordine perſiſteret, & in gradu tertio collocata, nunquã ſe fiat inferior. Deniq; can. 6. Conc. Nicæni conſtitutum eſt vt Romana ſedes primum, ſecundum Alexandrina, tertium autem Antiochena locum obtinerent. Vide Sand. de viſib. Monar. Onuph. in Plat.*

A butione Solimanno ſuo nepoti Nicæam ciuitatem cum eius pertinentiis contulit. Cuidam autem eius nepoti Ducath, nomine vrbem contulit Damaſcenam. Cuidam verò ſeruo eius Aſſaugur nomine famoſiſſimã ciuitatem contulit Alapiam. Huic quoque de quo ſermo eſt, Acciano vrbem conceſſit Antiochenam cum modicis finibus. Nã vſque ad Laodicæam Syriæ Calipha Ægyptius vniuerſas poſſidebat regiones. A.C.1097.

Venientes itaque noſtri hanc munitiſſimã ciuitatem octo eam continuis obſederunt mẽ- Acceſſus noſtrorum ad vrbem. cap. 1.
B ſibus. Sed quia ciuitas in circuitu magno amplitu protẽdebatur, vndique illã vallare nequiuerunt, licet ipſorum, qui gladium poterant educere, ad trecentorum millium numerus eſſe diceretur.

Referre igitur caſus ſingulos, quos in tanta obſidione & tam continuato tẽpore diebus penè ſingulis pertulerunt, longum [& hiſtoriæ compendio quod quærimus valde contrarium] eſſet. Nam ferè fame periclitatus eſt noſter exercitus. Inſuper & ciues frequenti eruptione facta multa noſtris damna intulerunt. Quo- ſti- ſunt mo- modo 17.

C Sed nihilominus cùm omnes vno animo ad impugnandam vrbem totis viribus inſiſterent, rumor intonuit, quòd Perſarum quidam princeps potentiſſimus, ad Antiochenorum inſtantiam ex vniuerſo imperio ſuo in eorum ſubſidium innumerabiles copias dirigebat, & tam pro certò habebatur, ꝙ in vicino erant conſtituti.

Conuenientes igitur adinuicem noſtri principes, cæperunt deliberare, quid in tanta neceſſitate fieri oporteret. Conſulebant quidam, ꝙ aduenienti multitudini relicta vrbe procede- D rent obuiam, ac belli fortunam experirentur. Aliis autem videbatur, vt maior pars ad obuiã dũ illis egrederetur, reliqui verò obſidionem continuarent. Buhemundus verò Tarentinorum princeps vir ſtrennus, & in talibus valdè expertus, vtramque ſuas rationes allegans, reprobat viam, dicẽs. Siue omnes egrediamur, vt volunt aliqui, ſiue in Caſtris pars aliqua remaneat, demus operam, & ſtudium, & expenſas per longa tempora inutiliter expendiſſe. Nam egredientibus vniuerſis ſoluetur obſidio, & ciues qui intra mœnia ſunt pro voluntatis arbitrio E hoſtibus adiungentur, aut aduenientes intra mœnia introducent. Si verò pars exercitus in caſtris remanſerit, quomodo poterit pars vna ciues intra vrbem coercere, cum omnes ſimul vix illos cohibere poſſimus? Vnde mihi videtur, patres, quòd illic omnis noſtra debeat intentio feſtinare vt ante illorum exercituum aduentum, ciuitas in noſtram prius deſcenderet ditionem. Quod ſi modum quæritis, in promptu eſt. Amicum habeo in ciuitate fidelem. Hic habet turrim in ſua poteſtate muni- F tiſſimam, quam ſub certis conditionibus paratus eſt mihi tradere, pro quo negotio multam ſum illi pactus dare pecuniam. Si ergo veſtræ videtur amplitudini, vt noſtra ſollicitudine & ſtudio capta ciuitas in noſtram iure hæreditario poſſidenda tranſeat poteſtatem, paratus ſum cum dicto amico meo pacta complere ſin autem, elaboret veſtrum quilibet, & quocunque ſtudio vrbem poterit obtinere

quan-

A.C.1098.

quantum mea intereſt illi concedo. His audi- tis principes gauiſi ſunt gaudio magno, & pe- ritioni eius grato animo concurrentes, exce- pto comite Toloſano, vrbem cum ſuis perti- nentiis iure hæreditario poſſidendam Bohe- mundo in perpetuum cōceſſerunt. Erant tunc temporis inter cæteros fideles in eadem ciui- tate duo vterini ſratres, quorum maior Emirfe- rius vir potens plurimum, & domino ciuitatis erat valdè familiaris. Hic audiens, quòd domi- nus Bohemundus princeps magnificus eſſet, ſtatim poſt vrbem obſeſſam per fideles nun- cios eius ſibi gratiam conciliauit ita vt diebus penè ſingulis de ſtatu ciuitatis eum redderet doctiorem.

Principes Bohemūdo vrbē tradūt. c. 17.

Igitur Bohemundus ſoluto conſilio, ſicut erat vir ſollicitus, hunc amicum ſuum per nun cios conuenit, vt quòd adinuicem condixerāt, impleretur.

Quo audito lætus Emirferius ſtatrem, quem habebat vnicum, cùm non poſſet tan- tum negotium abſque eo ad optatum deduce re finem, & vſque ad eam diem id negotium ab eo occultaſſet, tentare voluit, an in eo nego tio ſecum vellet concurrere. Quod cum à lon- gè & per quædam verba leuia primo illi, inci- peret mySterium reuelare, reperit eum ſatis ab hoc pio propoſito abhorrentem: immo noſtro rum opera execrantem. Sic ergo, qui prius du- bitabat, an ſratri communicaret propoſitum nunc quaſi peſtem declinans illum in ſua con- ſcientia execratur, & ne Chriſti obſequium per eum impedirent, de eius morte tractare cœ- pit, caritati fraternæ publicam fidelium præpo nens ſalutem.

Ea autem nocte cum ciuitas ſopori ſe dediſ ſet, videns vir prædictus horam rebus agendis ſe obtuliſſe opportunam, domino Bohemun- do per nuncium ſignificauit, vt cum viris ele- ctis feſtinus adueniret. Quo audito, dominus Bohemundus conuocatis clam aliis princi- pibus, cum ſuo domeſtico comitatu ſubito ante turrim adſtiterunt. Interea vir ille ſæpè di ctus turrim eamdem ingreſſus, fratrem ſuum, cuius mentem alienam à ſuo propoſito noue- rat, in ſtrato ſuo dormientem occidit. Quo fa- cto, ſune demiſſo principes in Dei nomine a- ſcendere cœperunt. Primuſque fuit dominus Bohæmundus, poſt eum ſuit comes Flandren- ſis & Tancredus. Poſt quos cæteri aſcende- runt.

Qui virtute induti ex alto duce prædicto viro, qui illos introduxerat, decem turres ſine interpellatione occiſis earum cuſtodibus oc- cupauerunt. Quo facto deſcendentes ad por- tam, eam violenter effringunt, admittentes eos, qui deforis expectabant. Cognoſcentes au tem, quòd aurora iam eſſet, buccina dato ſigno ad vrbis ingreſſum cæteros, qui in caſtris re- manſerant, intromittunt, qui per vrbem diſcur rentes, ac effringentes domos, ſtragem non modicam ediderunt. Ciues autem audito tu- multu ex ſtragis ſurgunt, & videntes eorum ſtragem quæ paſſim per vicos fiebat, rem prout erat arbitrati ſunt accidiſſe. Ergo relictis domibus fugere tentabant, ſed in cuneos ar- matorum incidentes obtruncabantur. Multi tamen per portas egreſſi, aut per murum de- miſſi, ad montana conſcendentes vitæ conſu- luerunt.

A.C.1098.

Inter quos & Accianus ciuitatis dominus ciuitatem egreſſus, dum fugeret à quibuſdam Armeniis iuuentus occiſus eſt. Noſtri autem potiti ciuitate, nihil prorſus alimentorum in vrbe repererunt, nec mirum, cum iam pene no nem menſibus ciuitas obſidione fuiſſet valla- ta. Sed tamen in auro & argento atque lapidi- bus prætioſis tot & tantæ diuitiæ repertæ ſunt: vt qui prius mendicabat eſuriens, nunc factus locupletior omnibus abundaret. Capta eſt igitur Antiochia anno ab incarnatione dñi 1098. tertia die Iunij menſis.

Accianus fugiens occiditur. cap. 23.

Die igitur tertia ab vrbis expugnatione, ſæ- pè dictus princeps potentiſſimus, cum maiori bus, quàm diceretur, copiis adueniens cū ſuis vndique ciuitatem concluſit.

Noſtri intra vrbem obſidētur. lib. 6. ca. 3.

Sic populus Chriſtianus, qui paucis ante diebus eamdem obſederat, & obſeſſam ſibi ven dicauerat violenter, verſa vice, ſicut rerū ſolet eſſe viciſſitudo, obſidionem ſuſtinens, graui ſupra modum inedia moleſtabatur.

Populus inedia laborat. c. 5.

Fame inualeſcente populus ad immundos conuertitur cibos. cap. 7.

§. IIII.

VRbe igitur ſic ex omni parte ab Infide- li populo circumdata, cum iam populo fideli egredi vel ingredi non liceret, facta eſt noſtrorum conditio longè deterior. Nam cum nihil inferretur alimentorum, exorta eſt in ci- uitate fames ſolito vehementior, ita vt præde- fectu victualium & famis acerbitate plebs ad turpia declinaret, non erat in eſcis etiam apud delicatos differentia, nec erat mundorum ab immundis legalis illa diſtinctio [ſed quod ca- ſus offerebat, ſiue gratis ſiue cum pretio, id in cibum vertebatur: inde venter ſamelicus, ſi ta- men ad hoc ſufficiebat quod aſſumptum fue- rat, implebatur. Non erat rubor nobilibus, nō ingenuis verecundia, menſis alienis ſe conui- uas ingerere, fugerat à matronis pudor, à vir- ginibus verecundia, & ſuorum oblitæ nata- lium, paſſim victum quæritabant.] Erat itaque intueri (miſerabile) viros robuſtiores; virtutis præcipuæ innixos p̄ nimia debilitate baculis, deiecto vultu per plateas & vicos mendican- do diſcurrere, vix erat in tanto populo, qui ſibi ſufficerent. Quid plura? Camelos, aſinos, bo- ues, equos, mulos, & immunda quælibet quo- ties dabatur ex his habere: pro ſummis repu- tabant deliciis. Referre quid ſingulis accide- rit maioribus & quanta egeſtate pro Chri- ſto pius laborauerit populus longè eſſet ab hiſtoriæ compendio: & ſpeciales exigeret tra- ctatus. Sed vt in ſumma dicatur: vix aliqua cō- tinet hiſtoria tantos principes, tantum exerci- tum, tantas alibi ſine defectu & tam patienter pertuliſſe moleſtias.

Interea Guilhelmus de Grataineſnil vir no- bilis, & alij, qui cum eo in principio obſidio- nis aufugerant, Alexandriam minorem per- uenientes, aſcenſis nauibus, Finiminis per- ueniunt, quo in loco imperator Conſtan- tino-

A.C.1098. tinopolitanus cum ſuis copiis erat, atque noſtris principibus in auxilium properabat, exceptis autem exercitibus, quos ipſe ex vniuerſis nationib. collegerat, erant & adiuncti quaſi ad quadraginta millia latinorum, qui ab exercitibus, qui præceſſerant quibuſdam vrgentibus cauſis per terras imperatoris fuerant relicti.

De ſtatu Antiochiæ multa mẽtiuntur. c. 11. Quo peruenientes cum de ſtatu noſtrorum principum ac exercituum ab eis imperator exquireret, vt ſuam fugam & perpetuam infamiam tegerent, mentientes multa confinxerunt, aſſerentes, quòd capta Antiochia, tanta fames attriuerat exercitum fidelium quòd valde pauci ex tanto exercitu ſupereſſent. Inſuper Corbagath Perſarum princeps potentiſſimus, cum infinitis orientalium copiis eamdem vrbem obſidione vallauerat. Noſter autem populus (inquiebant) intus fame & frigore ac cædibus ita diminutus erat, vt vix ad tuitionem vrbis ſufficere videatur. vnde nos videntes fratrum negotia non poſſe ad votum procedere, eos, ſæpè conuenimus, vt ſibi conſulerent, & rem impoſſibilem apprehendere velle deſiſterent. Quos cùm à ſuo non poſſemus reuocare propoſito, ne nos paribus calamitatibus inuolueremur, noſtræ ſaluti prouidere curauimus. Et nunc ſi placet deſiſtere procedere, ne tuæ legiones paribus periculis inuoluantur. B C

Imperator ab itinere ſuo retrocedit. c. 12. His auditis imperator cum ſuis communicato conſilio retro redeundum putauit. Sicque factum eſt, vt per opera ſupradicti nequam viri, ſubſidium, quod ex compromiſſo da re paratus erat Chriſtianus imperator, eo plurimum indigens non haberet exercitus. Conſiderantibus tamen interius, & rem perſcrutantibus, diligenter hoc ad gloriam noſtrorum laboriorum principum redundauit. Nam qui portauerant pondus diei & æſtus, dignum erat vt gloriam ſuis laboribus reportarent. Sed imperator ſi cum copiis adfuiſſet, ob præcipuam ſui autoritatem, ſibi meritò palmam victoriæ competere contendiſſet, vnde creditur à domino procuratum, vt qui fideliter & deuotè & cũ innumerabilibus deſudauerant periculis, laboris fructum & victoriæ titulum reportarent. D

Mat. 20.

Noſtri exercitus deſperatio. cap. 13. E

§. V.

AT verò Corbagath, qui aduentum imperatoris non immeritò formidabat, audito eius receſſu, quaſi de victoria iam ſecurus, noſtros intra vrbẽ animoſius comprimebat, vnde noſtri in tantum deſperationis barathrum inciderunt, vt iam nec ſalutis ſpes ſupereſſe videretur. Quare dicitur, quòd etiam principes de ſalute deſperantes, habito inter ſe familiari F conſilio, occultè decreuerant, vt relicto populo ipſi de nocte clam aufugerent ad mare. Quod poſtquam duci Godefredo innotuit, & venerabili viro domino epiſcopo Podienſi, vocantes illos ad ſe, iuſtis in eos increpationibus inuecti ſunt.

Dum igitur ſic affligeretur Dei populus, re- A ſpexit eum dominus à ſede maieſtatis ſuæ ei A.C.1098. conſolationem immittens. Apparuit enim cuidam clerico de prouincia Prouinciæ beatus Andreas, cui plurimum erat deuotus, commonens quatenus principibus nunciaret, vt lanceam qua domini noſtri Ieſu Chriſti latus Ioan. 19. fuerat perforatum, in eccleſia beati Petri repoſitam perquirerent, eique locum certis deſignauit indiciis. Quod cum feciſſet, & ipſi ad eius ſuggeſtionem ad locum eumdem perducti eſſent, effoſſa aliquantulum in altum terra lanceam ſicut illis fuerat à clerico, prædictum B reperiunt. Quod audiens populus, tanquam immiſſa ei cœlitus conſolatione: cœperuntque quodammodo à ſuis anxietatibus releuari. Iterúmque voto concepto ſe iuramentis corporaliter præſtitis obligauerunt. quòd ipſi abinuicem non diſcederent, quouſque authore domino vrbem ſanctam priſtinæ reſtituerent libertati.

Cùm enim diebus viginti ſex continuis ac tam mirabili afflictione laboraſſent, cœpit iterum populus ad cor rediens fortitudine lum- No[...] corr[...] 15. bos ſuos accingere ita vt omnes vnanimiter à C maiore vſque ad minimũ his moleſtiis finem eſſe imponendum conſonarent, & cum hoſtibus pugnandum, vt ſubitò per diuinæ virtutis auxilium eos de ſuis viribus præſumentes hoſtes à ſe poſſent repellere. & vrbem, quam eis contulerat Dominus, liberam vendicare.

Igitur indicta die pugnæ, præcedenti nocte dum arma exerunt: equos præparant, ſomno locus non datur. a Manè autem facto circa diei crepuſculum ſacerdotes & miniſtri domini per eccleſias diuina celebrantes [ſacrificia conſummantes] populum ante quàm ad D prælium egrederetur de peccatis ſuis prius cum humilitate confeſſum, corpore & ſanguine domini muniuerunt. Quo facto tanta eis diuinitus infuſa eſt gratia, vt qui heri & nudius tertius, quaſi ſegnes & abiecti vix lumina attollere poterant; nunc in publicum prodeuntes, ſibi inuicem palmam victoriæ promitterent. Epiſcopi verò & alij nihilominus ſacerdotes ſacris induti veſtibus, populum ad prælium proficiſcentem benedicebant.

Conuenientes autem ſummo diluculo quarto Calendas Iulij inuocantes de ſupernis auxilium duodecim acies inſtruxerunt, quarum E vltimam, quæ erat cæteris efferttior, conducebat illuſtris princeps dominus Bohemundus.

Accidit autem in exitu noſtrorum ex vrbe quiddam memoria valdè dignum. Nam cos

a Hoc caput apertè indicat illos milites, qui expeditioni tam ſanctæ & glorioſæ interfuerant, cõfeſſionem peccatorum ſacerdoti conſueuiſſe facere. Euchariſtiam quoque eſſe verum Chriſti corpus agnouiſſe multaque alia, quæ Romana obſeruat eccleſia. vt ſanctorũ Patrocinium, crucis venerationem religioſè, coluiſſe ex quib. profectò liquet Romanã fidẽ & religione Catholicam eſſe, quam videlicet religioſiſſimi principes & milites ex omni Chriſtianorum regione collecti illo ſeculo fideliſſimè tenuerunt, quemq; Deus eximiis ſignis & prodigiis ſibi gratiſſimam eſſe declarauit.

quidam

A.C. 1098. quidam ſuauiſſimus, immiſſus de ſupernis, A modicus, ſed gratiſſimus, ſuper noſtrum deſcendit exercitum, ita placidus, vt quaſi in eo benedictionem & gratiam ſuam videretur dominus infudiſſe. Quicumque enim eo imbre conſperſus eſt, ita plenam mentis & corporis ſuſcepit hilaritatem, vt nihil laboris, nihil moleſtiæ in tota illa expeditione eſſe videretur. Nec ſolum hominibus, verumtiam equis vigor priſtinus adeo reſtitutus eſt, vt qui per multos ante dies non niſi folia & arborū cortices habuerant pro pabulo hoſtium equos hordeo paſtos & palea tota die illa celeritate & patientia laboris vicerint.

Interea princeps hoſtium intellecto noſtrorum ab vrbe egreſſu, & ipſe acies ſuas inſtruit. Noſtri verò gradatim verſus eos procedunt, primæ tres acies viriliter in eos irruunt, ſequentéſque aliæ non inferiori impetu hoſtes aggrediuntur. Pugnatur itaque ab vtraque parte acerrimè. Cúmque iā diu pari marte pugnaſſent, adueniens nouiſſima acies, in qua præerat dominus Boemundus, tanto impetu in hoſtes irruit, vt diſſolutis eorum cuneis vterentur in fugam.

[margin: …ſui Tur… cæ… …at.c.20.]

Corb. gath autem vidēs ſuas diſſolutas acies & ipſe fuga lapſus ſaluti ſuæ conſuluit. Noſtri autem cædēdo diu hoſtes fu… runt perſecuti, tamen equorum timentes defectum non vltra inſequi præſumpſerunt. excepto domino Tancredo, qui cum quibuſdam aliis vſque ad ſolis occaſum hoſtes ſternendo perſecutus eſt.

[margin: …ceps …nſiū fu… …c. 21.]

Conſummato autem prælio, noſtri ad caſtra hoſtium redeunt, vbi tantam rerum neceſſariarum reperiunt opulentiam, tantas orientalium diuitiarum copias, vt iam auri, argenti, gemmarum & pretioſarum veſtium, neque numerus eſſet neque menſura. Equorum etiam & armentorum, annonæ quoque & victualium tanta reperta eſt abundantia, vt iam neſcirent quid eligerēt, etiam qui ſumma prius laborauerant inopia. Potiti autem ſunt hac victoria principes noſtri anno incarnationis domini 1098. menſis Iunij 28.

Lues grauiſſima in populo oritur lib.6.cap.1.

§. VI.

REbus igitur in vrbe compoſitis, aliquamdiu in ciuitate manſit populus chriſtianus vbi ex cauſis occultis ſuſcitata eſt magna clades in populo: vt vix aliqua præteriret dies, in qua triginta vel quadraginta non efferentur funera. Sexus quoque fœmineus ibi pene totus deperiit, ita vt intra paucos dies quinquaginta millia deficerent. Mortuus eſt etiam vir venerabilis dominus epiſcopus Podienſis Ademarus.

Diſperſi igitur hoc medio tempore noſtri principes, ſeorſum copias tranſeunt, multas circa Antiochiam vrbes occupauerunt, alias verò tributarias ſibi fecerunt.

In Calendis verò Nouembris ſicut inter eos erat concluſum in vnum redeuntes iter verſus Hieruſalē aggrediuntur, trāſcurſiſq; multis regionibus multiſque ciuitatibus expugnatis, ad vrbē Tripolim peruenerunt, erat enim vrbs A magna atque populoſa. Qui noſtrorum audiētes aduentum, in bellum illis obuiam exierūt. Sed diuinitus victi atque fugati ſunt. Et cùm aliquamdiu vrbem obſediſſent, cœpit murmurare populus atque clamare, vt illa obſidione relicta verſus Hieroſolymam iter arriperent. Principes autem volentes populo ſatiſfacere, ſoluta obſidione iter arripiunt, & ſequentes maritimam oram die tertia ante vrbem Berytenſium deſcenderunt. Deinde Sidonem & Tyrum tranſeuntes, in planiciem, quæ eſt non longè ab Achon, peruenerunt. Inde verò progreſſi, Galilæam à læua deſerentes, & tranſeuntes A.C. 1099

B Cæſaream, poſt diem tertium in planitie, quæ non longè eſt ab Ioppe caſtrametati ſunt. Cōpertum autem habentes, quòd in vicino erat Ramula ciuitas nobilis, illuc cum quingentis equitibus dominum comitem Flandrenſem præmiſerunt: qui vrbem reperientes vacuam nullo contradicente ingreſſi ſunt ciuitatem. Nocte autem præcedente ciues noſtrorum præcognito aduentu, cum tota familia relinquentes vrbem fugerant ad montana. Noſtri verò ad vrbem accedentes in omni commoditate C vini, olei, & frumenti ibidem triduum exegerunt.

Interea Hieroſolimitæ de chriſtianorum aduentu facti certiores, atque ſcientes pro certo, quòd omnis, quæ aduenire dicebatur multitudo, ſpeciale & præcipuum propoſitum haberet, ciuitatem illam obtinendi, quanta poſſunt ſolicitudine vrbem communiunt, victui neceſſaria ac armorum genera comportantes. Sed & princeps Ægyptius, qui multo labore eodem anno expulſo Turcorum præſidio vrbem receperat præfatam comperto quòd ab Antiochia noſter diſceſſerat exercitus, quanto D potuit ſtudio mœnia reparari præceperat ciuitatis. Præterea omnes conuenientes adinuicem decreuerunt interfectis vniuerſis fidelibus, qui Hieruſalē habitabant, eccleſiam dominicæ reſurrectionis deiicere funditus, & ſepulchrum domini ab eadem radicitus conuellere ne illorum occaſione aut orationis gratia populus fidelium deinceps accedere, & vrbem frequētare proponeret. Sed tandem cognito, quòd per hoc maiora noſtrorum populorum in ſe conflarent odia, mutato conſilio deſtiterunt. Verum expoliatis fidelibus, qui in vrbe E habitabant, omnes cum domino patriarcha ab vrbe expulerunt. Qui vſque ad noſtrorum aduentum in viculis ſuburbanis ſe occultantes, de die in diem mortem expectabant.

Noſtri autem triduo apud Ramulam conſummato iter arripientes ciuitati appropinquare cœperunt. Scientes autem loca venerabilia, pro quibus tot pertulerant labores, iam eſſe in proximo, præ feruore deuotionis lachrymas cohibere non valentes pronos in terram F ſe dederunt, adorantes & glorificantes Deum, de cuius munere venit, vt ſibi à fidelibus ſuis dignè & laudabiliter ſeruiatur. Vnde cum nō multum proceſſiſſent, è vicino vrbem ſanctam conſpexerunt. Qui præ ſpirituali gaudio fuſis lachrymis Deum glorificauerunt, qui populi ſui vota benignè exaudire dignatus eſſet, vt iuxta eorum deſideria ad loca optata meruerint peruenire. Videbatur autem impletum

Noſtri ad Hieroſolyma perueniunt c.25

A.C.1099. eſſe, quod per prophetam prædictum fuerat vaticinium. Leua Hieruſalem in circumitu ocolos tuos, & vide potentiam regis, Ecce ſaluator tuus venit ſoluere te à vinculo. (Iſ.49.&60.)

Deſcriptio vrbis ſanctæ. Tyr. lib. 8. cap. 1. Vide Ioſeph. lib. 6. de bello Iud. c. 6.

§. VII.

VRbem ſanctam, ac Deo amabilem Hieroſolymam in ſublimibus montibus eſſe ſitam certum eſt, in tribu Beniamin poſitam vt veterum tradit authoritas. Habet autem ab occidente tribum Smeon & Philiſtinam regionem, & mare mediterraneum. Ab oriente verò Iordanis fluenta, & ei adiacentem ſolitudinem. Ab auſtro verò habet ſortem Iuda, in qua eſt Bethleem familiare domini reclinatorium, & fœlix natiuitatis dominicæ cunarum locus. A Septentrione vrbem habet Gabaon, Ioſue filij Num, inſignem victoria & defixi ſolis miraculo præclaram tribum quoque Effraim. (Mat. 2. Luc. 2. Ioſ. 9.) Eſt Hieruſalem Iudææ metropolis, in loco riuis, ſyluis, fontibus & paſcuis penitus carente ſita.

Hæc iuxta veterum hiſtorias, primo dicta eſt Salem, & poſtea Hiebus ex Hiebuſæo. [eius habitatore. Poſtmodum tempore Dauid, qui eam amplauit & regni ſolum conſtituit] dicta eſt Hieruſalem. Poſtea verò regnante filio eius Salomone rege, dicta eſt Hieroſolyma quaſi Hieruſalem Salomonis eſt autē ciuitas & minor maximis, & mediocribus maior. Forma quidem oblonga, & parte altera longiore, tetragona.

Sita eſt autem in montibus duobus, quorum faſtigia infra muri ambitum ex parte plurima continet modica valle diſtincta, quæ etiam vrbem per medium diuidit. Horum alter qui ab occidente eſt, mons Sion appellatur. Alter verò qui ab oriente eſt, mons Moria dicitur, vbi Abraam voluit Iſaac immolare, in quo iuxta id quod ſacra continet hiſtoria Salomō templum domino ædificauit. (Gen. 22. 2. Paral. 3.)

Anno autem ab incarnatione domini 1099. ſeptima die mēſis Iunij chriſtianorū exercitus ante vrbē caſtrametatus eſt, diciturque fuiſſe aduenientiū numerus quadraginta millia noſtrorum inter quos expeditorum vix erant viginti millia peditum, equitum verò 1500.] reliqui autem omnes aut inerme vulgus, aut valetudinarij & debiles] In vrbe autem dicebantur eſſe virorum fortium & optimè armatorum quadraginta millia.

Quinta aūt die poſtquam ad vrbem noſter peruenit exercitus, ad oppugnandam vrbem omnes vnanimiter accinguntur. Cúmque iam per quatuor hebdomadas circa id vniuerſus deſudaret exercitus: die vndecima Iulij menſis vno animo vrbem aggrediuntur. (Datur ſignū diuini|tus, & noſtri ad pugnam redeunt. ca. 6.)

Et cum vſque ad horam diei ſeptimam ſine certa victoria anceps & dubium ſatis certamē eſſet, noſtri iam multo labore fatigati cœperunt inſtare remiſſius: & [iam diffidens] inſultantibus hoſtibus paulatim dilabebatur populus, ſed ecce virtus diuina fuit, quæ fidelium rebus iam deſperatis [neceſſariam, & pro votis intulit conſolationem. Nam de monte oliueti miles quidam armis accinctus refulgentibus qui poſtmodum non comparuit, ſignum dabat noſtris legionibus: vt redirent [in idipſum] & inſultum denuo iterarent. Quo ſigno viſo, exhilaratur noſter exercitus: ac maiori animo ad oppugnationem vrbis redit tanto feruore animorum, vt qui feſſi aut læſi vulneribus opera ſubtraxerant, nunc receptis animis vltro ſe offerentes inſtarent animoſius. Tantáque erat in caſtris noſtrorum lætitia, vt iam quaſi certi de victoria infra vnius horæ ſpacium vallo complanato, & effracto ante murali, quoddam caſtellum quod ex lignis contexuerant, muro applicauerunt. Ciues autem proceræ magnitudinis, & immenſæ ſoliditatis arbores a muro ſuſpenderant vt machinarum ictus illuderent. Quarum duas noſtri, qui erant in prædicto caſtello, præciſis funibus, quibus erant ligatæ: deiecerunt ad terram. (A.C.109[9].)

Quo cognito dux Gothifredus, qui in ea parte vrbem oppugnabat, ſurſum in caſtellum dictas trabes ferri præcepit. Quibus ex vna parte in machina, & altera ſuper murum locatis [latus caſtelli, quod moueri poterat, deponi præcepit: quo ſuper trabes prædictas collocato] vicem pontis præbuit. Ponte igitur ſic ordinato primus omnium vir illuſtris dux Gothifredus cum fratre ſuo Euſtathio ingreſſus eſt vrbem. Poſt quem multi alij ſecuti ſunt. Hoſtes autem ſuper muros videntes noſtros, turres & mœnia deſerunt. [Ingreſſi autem poſt ducem ſunt Flandrenſium comes & dux Normanorum, & per omnia commendabilis Dominus Tancredus, Hugo ſenior comes de Sancto Paulo, Balduinus de Borgo, Gaſto de Beart, Gaſtus de B[..]dert, Geraldus de Roſſellon, Thomas de feria, Conanus Brito, comes Raimbold' de ciuitate Oringi[..], Ludouicus de Munſon, Conon de monte ac[u]to, & Lambertus filius eius, & alij plur[es]. Erat autem feria ſexta & hora nona, vide[licet] que procurarum diuinitus, vt qua die & q[ua] hora pro mundi ſalute in eadem vrbe paſſ[us] eſt Dominus, eadem & pro Saluatoris gloria decertans populus deſiderij ſui fœlicem impetraret conſummationem] Noſtri autem qui vrbem iam intrauerant, de mandato ducis ad portam ſeptentrionalem quæ ſancti Stephani dicitur, accedentes, illa reſerata expectantem populum introduxerunt.

Qui per vicos ciuitatis diſcurrentes ſtrictis gladiis ætati non parcentes aut ſexui, in ore gladij proſternebant omnia.

Confugerunt porrò in atrium templi maxima paganorum multitudo. Ad quem veniens dominus Tancredus, omnes quos ibidem reperit detruncauit: qui fuerunt fere decem millia. (Ciues a num[...] ... lut ...)

Peregrini

1099. *Peregrini pia vrbis loca deuotè obeunt. c. 21.*

§. VIII.

SVbiugata igitur penitus ciuitate, populus fidelium depoſitis armis in ſpiritu humilitatis cum gemitu & lachrymis loca venerabilia, quæ ſaluator noſter Dei filius propria voluit ſanctificare præſentia ceperunt cum omni deuotione circumire [& cum intimis deoſculari ſuſpiriis: ſpecialiter autem dominicæ paſſionis & reſurrectionis Eccleſiam: vbi clerus & populus fidelium, de reſtituta libertate redemptori gratias exhibentes, cum Crucibus & ſanctorum patrociniis principibus occurrentes eos in prædictam cum Hymnis & canticis ſpiritualibus introduxerunt Eccleſiam] Nam intueri erat amœniſſimum, & ſpirituali plenum iocunditate quanta deuotione ad loca ſancta fidelis accederet populus. Nam vbique lachrymæ, vbique ſuſpiria [non qualia mœror & anxietas ſolet extorquere, ſed qualia feruens deuotio & interioris hominis conſummata lætitia ſolet dominum in holocauſtum incendere.]

C Die autem captionis ciuitas dominus Ademarus vir venerabilis, Podienſis epiſcopus domini papæ legatus, qui (vt prædiximus) apud Antiochiam vita deceſſerat, à multis in ſancta viſus eſt ciuitate. Ita vt multi viri venerabiles, & fide digni eum ſuper ciuitatis murum primum omnium aſcendiſſe, & cæteros ad ingreſſum vrbis animaſſe oculis corporeis ſe vidiſſe aſſererent. Multique alij, qui in dicta via in dei obſequio diuerſis caſibus occubuerant, in dicta ciuitate apparuerunt cum aliis loca venerabilia viſitantes. In quo D manifeſte dabatur intelligi, quia & ſi vita deceſſerant corporali, ad æternam tamen vocati beatitudinem non ſunt fraudati à deſiderio ſuo, ſed quod pio expetierant ſtudio pleno ſunt effectu conſecuti.

Episcopus Aniciensis & multi alii visi. ca. 22. sup. § 6.

Capta eſt autem prædicta ciuitatis anno ab incarnatione domini 1099. die 15. menſis Iulij feria 6. hora 9. anno tertio, ex quo chriſtianorum populus tantæ peregrinationis onus aſſumpſerat. præſidente Romanæ eccleſiæ domino Vrbano ſecundo Romanorum E imperatore domino Henrico 4. In Francia verò regnante domino Philippo.

Dies & annus vrbis sanctæ captæ c. 24.

Sancta igitur ciuitate per chriſtianorum populum libertati priſtinæ reſtituta, octaua die conuenerunt principes, vt aliquem de ſuo collegio eligerent, qui regimini præeſſet, & regiam ſolicitudinem impenderet prouinciæ acquiſitæ.

Inuocatáque ſpiritus ſancti gratia conſonantes adinuicem dominum Gothifredum Lotharingiæ ducem vnanimiter elegerunt in regem.

F Fuit autem hic Gothifredus de regno Francorum prouincia Remenſi, ciuitate Bolonia. Cuius pater fuit dominus Euſtathius ſenior illius regionis comes, Mater verò Ida nomine, ſoror ducis Lotharingiæ Gothifredi, qui cognominatus eſt Struma. Qui poſtmodum cum eſſet ſine liberis, hunc nepotem ſuum Gothifredum in ſuum filium adoptauit. vnde

A eodem defuncto illi in ducatu Lotharingiæ A.C. 1100. ſucceſſit. Huic autem fuerunt tres ex vtroque parente fratres, dominus videlicet Balduinus comes Edeſſanus, Euſtathius comes Bolonienſis, qui poſt patrem obtinuit comitatum Bolonienſem Tertius fuit Guilielmus, qui duobus fratribus ſuis Hieroſolymam proficiſcentibus cum patre domi remanſit. Fuit hic dux præclariſſimus vir religioſus, clemens, iuſtus, ſerius in verbo & ſtabilis, ſæculi contemnens vanitatem quod in illa ætate præſertim in militari profeſſione rarum eſt: fuit præterea in oraB tionibus iugis, in operibus pietatis aſſiduus. erat etiam affabilitate inſignis liberalitate gratioſus fuit autem corpore pulcher & magnus, robuſtus, facie venuſta, capillo & barba flauis. In vſu armorum & exercitio militari omnium iudicio quaſi ſingularis, cuius opera ſemper fuerunt magnifica & admiratione digna quæ vſque in præſentem diem pro celebri narrantur hiſtoria.

Poſtquam igitur Deo deuotus princeps regnum obtinuit, ſicut vir religioſus erat, ſtatim regni ſui domino cœpit offerre primitias. C Nam protinus in eccleſia dominici ſepulchri, & templi domini canonicos inſtituit regulares, eiſque ampla beneficia aſſignauit. Adduxerat etiam ſecum vir Deo amabilis, de clauſtris monachos diſciplinatos, qui toto itinere horis diurnis pariter & nocturnis [Eccleſiaſtico more] diuina illi miniſtrabant officia. [Quod poſtquam regnum adeptus eſt iuxta eorum poſtulationem, in valle Ioſaphath locauit ampliſſimúmque loco, eorum gratia contulit patrimonium.]

Pia eius in sanctæ vrbis Ecclesias liberalitas. c. 9.

Quibus diebus inuenta eſt in parte ſanctæ D reſurrectionis eccleſiæ ſeorſum portio vna dominicæ crucis quam ob metum gentilium fideles occultauerant. Quæ res magnam fidelibus attulit conſolationem.

Sileri non debet huius principis piiſſimum factum. Nam promotus in regnum corona aurea more regum in ſancta ciuitate noluit inſigniri, in qua humani generis reparator, vſque ad crucis patibulum pro noſtra ſalute ſpineam coronam deportauit vnde quidam etiã illum in catalogo regum Hieroſolymorum E Latinorum non connumerat. Mihi autem non ſolum rex, ſed regum optimus, lumen & ſpeculum videtur aliorum. Non enim conſecrationis munus ſpreuiſſe credendus eſt, ſed pompam ſæculi perituram humiliter declinaſſe, vt coronam immarceſſibilem alibi conſequeretur.

Calipha Aegyptius in noſtros expeditionem dirigit. cap. 10.

§. IX.

F SVb manu igitur inclyti viri Gothifredi regnum conualeſcere cœpit. Cúmque per idẽ tempus principes chriſtianiſſimi, nondum adhuc abinuicem eſſent diuiſi, princeps Ægyptius, qui Calipha dicitur, inter orientales potentiſſimus, exercitus collegerat infinitos. Vocatóque ad ſe principe militiæ ſuę Elephdalio mandauit eidem, vt cum vniuerſis regni ſui

A.C. 1100. viribus in Syriam deſcendat, & populum illum A barbarum qui de multis occidentalium finium partibus aduenerat, deleat de terra. Qui mandato domini ſui obediens: cum innumerabilibus copiis deſcendit in Syriam.

Principes ſe ad prælium præparant ca. 11 & 12.

Quo audito, congregati ſunt adinuicem noſtri principes, ac completis ante ſepulchrum domini de more orationibus, collectis eorum copiis contra hoſtes progreſſi ſunt. Erant autem illi equites in vniuerſum mille ducenti, peditum verò nouem millia. Igitur aciebus inſtructis rei exitum domino commẽdantes, ac de ſupernis inuocato auxilio, viriliter hoſtibus B aduenientibus occurrunt. Quorum primum impetum hoſtes ſuſtinere non valentes in fugam verſi ſunt, quos noſtri inſequentes magnum ex illis numerum occiderunt. Reuerſique illorum caſtra diripientes, multarum diuitiarum referta generibus, vſque ad nauſeam ſatiati ſunt.

His ita geſtis dei amabiles principes Northmannorum & Flandrenſium comites ad propria redierunt. Sed Northmannorum comes, rediens regem Angliæ fratrem ſuum, qui cognominatus eſt Ruffus reperit abſque liberis C eſſe defunctum. Et cum illi tanquam antiquiori ius ſucceſſionis competeret, frater eius Henricus natu poſterior, perſuadens regni principibus, quòd frater eius Hieroſolymis rex conſtitutus eſſet, rede undique animum non haberet hac fraude regnum obtinuit. Reuerſus ergo frater ab eo cœpit regnum repetere. Sed cùm ille id penitus negaret, parata claſſe in Angliam violenter ingreſſus eſt. Sed intercedentibus pacis mediatoribus, his conditionibus pax inter illos reformata eſt, ſcilicet D quòd rex fratri ſuo primogenito certam pecuniæ ſummam ſingulis annis cenſus nomine daret. Poſtmodum verò non obſtantibus pactis rex cum exercitu in Northmanniam nauigans fratrem bello victum cepit, atque perpetuo carceri mancipauit, quo defuncto rex in omnibus illi ſucceſſit.

Recedentibus autem his principibus, dominus rex Gothifredus, retento ſibi domino Tancredo, & comite Garnerio de grees cum quibuſdam aliis nobilibus regnum prudenter & ſtrenuè gubernabat.

Bohemundus & Balduinus Hieroſolymã adeunt. ca. 14.

E Quibus diebus dominus Bohemundus Antiochenus princeps, & dominus Balduinus comes Edeſſanus, audientes, quòd noſtri vrbẽ ſanctã ſibi vẽdicauerant, cum viginti quinque millibus armatorũ verſus Hieroſolymam iter arripuerunt, atque victis Turcis, qui illis in via inſidias parauerant, ſani & incolumes Hieroſolymam peruenerunt.

Sane cum vſque ad illos dies Hieroſolymitana vacaſſet eccleſia de communi omnium voluntate dominum Dabertum virum venerabilem Piſanum archiepiſcopum, qui poſt captionem ciuitatis in terram ſanctam cum mul- F tis de Italia nauigio venerat, in ſedem collocauerunt patriarchalẽ. Quo facto hi duo principes hic Antiochiam, ille Edeſſam redierunt.

Bohemundus aũt poſtquam rediit cum cauſa capiendi quamdã vrbem quam citiſſimè acceſſiſſet: à Turcis multis ſuorũ amiſſis captus eſt. Quo quidẽ anno qui fuit ab incarnatione A domini 1100. rex Gothifredus infirmatus eſt, qui ſentiens ſibi mortem imminere, A.C. 1103. aſſumpto ſibi ſalutis noſtræ viatico tamquam verus Chriſti confeſſor, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Quo anno etiam rex Anglorũ Guilhelmus, vir omniũ nequiſſimus eſt extinctus anno regni ſui 13. vitæ verò ſuæ 44. nonis Auguſti.

Denique ſubtracto ab hac luce domino Gothifredo, ſucceſſit illi in regnum dominus Balduinus frater eius, comes Edeſſanus. Vir ſiquidem ſtrenuus fuit, liberalibus diſciplinis con- B uenienter imbutus. Erat præterea promptus ad arma impiger, ſollicitus, quoties eum regni vocabant negotia.

Porro magnificentiam animoſitatem & diſciplinæ militaris experientiam, & cæteras illius animi dotes, ſuperfluũ videtur in eo commendare. Fuit autem naſo aquilino, grauis in inceſſu, & in verbo ſerius chlamidem ſemper portans ab humeris, ita vt ignotis magis epiſcopus, quã ſæcularis princeps videretur. Hic Turcos atque cæteras infideles nationes multis prælis afflixit, & multas illorum ciuitates C expugnauit.

De … eius … 17 c. 6. 5.

Noua chriſtianorum in Turcos expeditio. Tyr. l. 10. c. 12. A.C. 1103.

§. X.

EOdem tempore audientes occidentales principes mirabilia magna, quæ per ſeruos ſuos dominus contra infideles in oriente operatus fuerat, & quomodo ante faciem eorũ ſubuerterat gentes, firmiter concipiunt expedi- D tionẽ aliã renouare, atque in orientem proficiſci. Horum maximus erat vir illuſtris dominus Guilhelmus comes Pictauenſis, idẽmque Aquitaniæ dux Hugo magnus regis Francorum frater: qui etiam in prima fuerat expeditione, ſed rei familiaris inopia coactus fuerat ad propria redire, Dominus quoque Stephanus Carnutenſium, & Bleſenſium comes, qui capta Antiochia futurũ prælium reformidans, turpi fuga perpetuam infamiã accepit. Hic quærens … rem ignominiam redimere: idem iter arripuit. Dominus quoque Stephanus Burgundiæ co- E mes, & multi alij nobiles. Hi omnes iter arripiẽtes Conſtantinopolim peruenerũt. Inde cũ ſuis legionibus tranſito Helleſponto, Niceam peruenerunt.

Imperator autem Conſtantinopolitanus Alexius vetuſto Græcorum more, Latinorum ſucceſſibus inuidens, occultè per nuncios in eorum perniciem hoſtes fidei ſolicitabat. Qui ſiue ex induſtria, ſiue caſu diuiſi ab inuicem dati ſunt in manus hoſtium, ita quòd vna die promiſcui ſexus ceciderunt vltra quinquaginta millia. Quibus autem conceſſum fuit diuinitus hoſtes effugere, amiſſis ferè omnibus F Tharſum Ciliciæ peruenerunt. Quo in loco Hugo magnus vita defunctus eſt. Poſtmodum tracti deuotione videndi loca ſancta, verſus Hieruſalem iter arripientes, Torioſam ciuitatem maritimam obſeſſam violenter effractam in ſuam redegerunt poteſtatem.

Noſter … bo… dinat

In

A. C. 1103.

In quodam autem ciuitatis eiuſdem oraculo repertum eſt vas coloris viridiſſimi in modum paropſidis formatum, quod Genuenſes ſmaragdum reputantes, pro multa ſumma pecuniæ in ſortem prædæ eis à rege promiſſæ recipientes, eccleſiæ ſuæ Genuenſi ſe dantes pro multo obtulerunt ornatu. Quod quidem vas hodie in dicta ciuitate Genuenſi oſtenditur pro miraculo. Dicebant autem prædicti Genuenſes vere eſſe ſmaragdum, & illud vas ſiue catinum, in quo Ieſus dei filius Chriſtus in cœna cum diſcipulis ſuis comedit.

Cœnæ dominicæ catinus reperitur c. 56

ca. 83.

Ordinatis autem iis ciuitatibus, quas rex de manu infidelium eripuerat, in regnum eo cedente inſonuit rumor, quòd Calipha Ægyptius iterum copias infinitas contra fideles in Syriam dirigebat. In quorum exercitu dicebantur eſſe equitum quindecim millia, peditum verò viginti millia. Poſtquam verò rex illorum aduentum habuit pro comperto: cum equitibus ducentis ſexaginta peditibus verò nongentis innixus de ſuperis auxilio viriliter illis occurrit. Commiſſo igitur prælio nos cooperante gratia illos fugauit, quos noſtri inſequentes de eis ſtragem mirabilem fecerūt eorum principe interfecto.

Eodem anno, qui fuit ab incarnatione domini. 1103 cum rex Balduinus eſſet in Ioppe, Aſcalonitæ infideles congregata infinita ſuorum multitudine, fines regni aggreſſi ſunt. Quod rex audiens acceptis copiis impetuoſe nimis ad illos egrediens, nec illorum multitudinem veritus, manus conſeruit. Sed cum aliquamdiu noſtri viriliter pugnaſſent, ad poſtremum à multitudine obruti poſt multam ſtragem hoſtium in fugam verſi ſunt. Tanta nobilium virorum ſtrages vſque ad illum diē in regno Hieroſolymitano fuiſſe non legitur. Inter quos ceciderunt dominus Stephanus Burgundiæ comes, & dominus Stephanus comes Bleſenſis & Carnutenſis.

Rex ... cū ... certā ...

Rex tamen euadens ad montana aufugit, & cum mortuus crederetur, Ioppen redit. Tandem hoſtes propter victoriam hincinde diſcurrentes aggreſſus, vicitur. multiſque interfectis atque captis cæteros in fugam vertit.

A. C. 1104.

Anno autem regni eius 3. idem rex cū ſtolo Genuenſiū quæ eodem vere in Ioppes portū applicuerat, Achonenſem ciuitatem maritimā per viginti continuos dies obſeſſam, expulſis inde infidelibus cepit. Hic primum per mare terram ſanctam viſitantibus patuit ſecura tranquillitas.

Eodem anno dominus Bohemundus Antiochiæ princeps, vnà cum domino Tancredo & domino Balduino de Burgo, qui in comitatu Edeſſano domino regi ſucceſſerat, conuenientes adinuicem cum multa nobilium & aliorum tam equitum quàm peditum comitiua vrbem Carram ciuitati Edeſſanę vicinam obſederunt. Et cum multa pugnandi inſtantia ciues infideles ad deditionem compuliſſent, inuidia ſtimulante effuſa eſt inter principes contentio, cuius vexillum prius introducatur in vrbem.

Cū itaque contenderent, ſubitò affuit infinita Turcorum multitudo, quæ ad ſoluendam obſidionem de vniuerſo oriente properauerant. Qui noſtros diuino auxilio deſtitutos, aggreſſi in fugā verterunt: quibus pro magna parte occiſis dominus comes Edeſſanus, & dominus Ioncelinus eius conſanguineus capti ſunt. Dominus verò Bohemundus & dominus Tancredus Edeſſam fugerunt. Porro nec prius nec poſtmodum in vniuerſo oriente tempore Latinorum vſpiam legitur tam periculoſum fuiſſe prælium: tantáque ſtrages virorum fortium gentis noſtræ.

A. C. 1103

Sequenti anno dominus Tancredus, cui Bohemundus in occidentem nauigans, Antiochenum commendauerat principatum, Rodoan Turcorum potentiſſimum ſatrapam, qui fines Antiochenorum cum multo ſuorum comitatu hoſtiliter intrauerat, multis ſuorum occiſis bello victum fugauit. Sed & dominus Balduinus rex Ægyptios in regnum denuò irrumpentes, magna cæde proſtrauit, quatuor millibus ex illis occiſis. Sed & claſſis illorum in Ægyptum rediens orta ſæuiſſima tempeſtate pene tota periit.

Tancredus Rodoan Turcorū ſatrapam ſuperat l. 11. cap. 2. A. C. 1105.

Breuis regni Hieroſolymitani hiſtoria, quam fuſius tit. 17. D. Anton. perſequitur.

§. XI.

ANno domini 1100. poſt multas & magnas victorias contra Saracenos habitas, inclytus rex primus Hieruſalem, poſtquam capta eſt, Gothifredus moritur.

Gothifredus Hieroſolymarum rex moritur 1. A. C. 1099.

Cui ſucceſſit in illo regno Balduinus prædictus frater eius, vbi regnauit annis 18. in quibus ter Ægyptios bello ſuperauit, & Caliphā eorum regem occidit.

Poſt mortem Balduini primi regnauit Hieroſolymis Balduinus ſecundus ex noſtris annis 13. Hic Gazim regem Perſarum prælio victum interemit, & Damaſcenorum Aſcalonitarúmque reges proſtrauit. Cœpit autem regnare anno domini 1119. Ipſe autem Balduinus deficientibus ſedulo Chriſtianis ex Europa transfretatis, multos Chriſti fideles etiam trans Iordanem habitantes conuocauit, quos ſimul cum ſuis Hieruſalē inhabitare fecit. Et anno 1124. chriſtiani cœperunt Tyrū florentiſſimā Phœnicum vrbem. Et inde ad annos 4. ipſam Tyrum ciuitatem cum maxima populi ſtrage terræ motus ſubuertit.

Quartus rex regnauit Fulco nomine poſt mortē pdicti Balduini cuius gener fuit. Qui regnare cœpit anno dñi 1131. & regnauit annis 11. Intra qđ tēpus Ægyptij ſub variis ducibus chriſtianos Hieruſalē tenentes infeſtār, & pluribus locis p eorū vrbes irrumpunt: ppter qđ redintegrať bellū, in quo noſtri nonnullas vrbes ceperūt, & aliquas ſibi tributarias fecerūt. Et anno dñi. 1139. Aſcalona maritima Iudææ vrbs à Chriſtianis capitur. Demum præfatus Fulco rex Hieruſalem dum leporem inſequitur, caſu equi corruens moritur.

Et ſucceſſit rex quintus Balduinus 3. huius nominis filius dicti Fulconis. Qui regnare cœpit anno dñi 1142. & regnauit annis 24. Et inde ad duos annos, quo regnare cœpit, Meſopotamiæ populi ad Chriſti fidem maiori ſuorum hominum numero conuertuntur.

Balduinus 3. Hieroſol. rex 5. A. C. 1142. de quo in ſiā tit 17. ca. 8. § 2.

Anno autem domini 1147. Ludouicus rex Franciæ Chunradum imperatorem mouit, &

A C.1156. ingenti multitudine ad expugnationem ſacratiſſimæ terræ in chriſtianorum ſubſidium, qui ſedulo ibi defecerant tandem tranſiere. Verum cùm per Syriam temerè diſcurrerent, fame oppreſſi eodem anno redierunt vacui. Veneti quoque ſubſidiariam claſſem in chriſtianorum fauorem miſerunt. A

Anno autem domini 1151. præfatus Balduinus rex Hieroſolymorum Ægyptios atque Babylonios ſuperat, quinque millibus & ſuprà eorum interfectis. Poſt hæc Ferdinandus rex Hiſpaniæ in Arabia pro Chriſti nomine bellando interiit. B

Anno 1166. mortuo Balduino regnare cœpit in Hieruſalem rex Almaricus nomine 6 frater præfati Balduini, & regnauit annis 12. Primò autem anno regni ſui Dragonem Ægyptiorum ducem in prælio diuinitus ſuperauit. Circa illa tempora Salaadinus Caliphá Ægyptium dominum interemit, & regno eius potitur.

Balduin' 4. Hier rex 7. A. C 1178. infra ib §. 10. Hieroſolymorum rex ſeptimus fuit Balduinus 4. filius Almarici, & regnauit annis 6. Cœpit autem regnare anno domini 11 8. Hic Salahadinum regem Ægyptiorum non longè ab C Aſcaluna ſuperauit, & in fugam vertit. Qui poſtea lepra infectus vxorem non duxit. Sed videns ſibi mortem imminere, filium ſororis ſuę Sibyllæ nomine Balduinum adhuc puerum ſub tutela Tripolitani comitis regnare iuſſit. Sed mortuis tam ſeniori quam iuniori Balduino, Sibylla mater iunioris tranſiens ad ſecundas nuptias, Guidonem virum ſuum regnare procurauit.

Guido Hieroſolymorum rex C. A C 118, infra ib §. 13. & ſequentibus. Guidone igitur regnum adepto, inter eum & Tripolitanum comitem perniciosa diſſentio D oritur. In qua comes Salahadino adhærēs maximum detrimentum noſtris comparauit. Demum anno domini 1187. Salahadinus propter noſtrorum diſcordias, vires adeptus, poſt maximam chriſtianorum ſtragem tandem ciuitatem Hieroſolymam recepit. Quam glorioſam vrbem poſt Gothifredum chriſtiani reges per octoginta octo annos nobiliter poſſederant.

Duorum clericorum pactum mirabile, Vin. l. 26. c. 89. E

CAPVT XIIII.

Irca annum domini milleſimum 90. vt refert Vin. ſpec. hiſto. lib. 26. in ciuitate Nannetenſi, duo clerici nondum paribus annis preſbyteri, literis affati inſtru[illegible] inter ſe multum amici, hoc pactum inierant inter ſe, vt qui prior eorum moreretur alteri vel vigilanti vel dor- F mienti appareret intra triginta dies. Data acceptáque corporali fide, non multo poſt tēpore vnus eorum obiit. Trigeſimo autem die adſtitit alteri vigilanti, & neſcio quid operis molienti mortuus, vultu exangui & pallido. Qui prior viuum compellans, Agnoſcis me inquit? Agnoſco, reſpondit ille. Et miror, quòd ita tardè apparueris. Ille prius moram excuſans. Tandem veni, inquit, & aduentus A meus, ſi volueris, tibi fiet commodus, mihi autem omnino infructuoſus: nam ſemptiternis A.C.109 datus ſum ſuppliciis. Ego (ait alter) iuuabo te orationibus multis, ieiuniis, & eleemoſynis. At ille reſpondit. Sine pœnitentia ſunt iudicia Dei in inferno. Dum rotat aſtra polus, dum pulſat littora pontus, pro criminibus meis puniar. Si totus mundus mihi remedia exquireret, æterna tamen & innumera pœnarum genera patiar. Et vt aliquam ex meis rationalibus pœnis cognoſcas. En vna (protendit manum ſanioſo vlcere ſtillantem) B videtur ne tibi (ait ille) leuis? Cúmque ille leuem ſibi videri referret, ipſe mortuus curuatis in volam digitis, tres guttas defluentis tabe ſuper eum iaculatus eſt. Quarum duo tempora, tertia frontem contingentes, cutē ſicut ignita iacula penetrauerunt: foramen nucis capax efficientes. Illo magnam pœnam eſſe doloris clamore proteſtante, hoc (inquit mortuus) erit tibi, quamdiu vixeris & pœnarum mearum graue documentum, & niſi neglexeris, ſalutis tuæ ſingulare monumentum. Vade ergo dum licet, muta habitum ſi- C mul & animum, & eſto monachus Redonis apud ſanctum Melanium. Cumq; ne ad hoc viuus reſpondere nollet, mortuus eum oculi vigore perſtringens: Si dubitas (inquit) miſer conuerti lege literas iſtas. Et hæc dicens manum protendit tetricis notis inſcriptam, in quibus ſathanas & omnium inferorum ſatellitum multitudo eccleſiaſtico cœtui gratias de tartaro emittebat, quòd cum ipſi in nullo ſuis voluptatibus deeſſent, tantum numerum animarum ſubditatum paterentur ad inferna deſcendere, prædicationis incuria, quan- D tum nunquam viderint retroacta ſæcula. His dictis loquentis aſpectu diſparuit: at audiens viuus omnia vendens & dans pauperibus ſanctum Melanium adiit, & monachus ibi factus optimè conuerſatus eſt.

De muliere confeſſa miraculum. Vin. cap. 90.

§. I.

E Anno domini 1094. pontificante in vrbe Laudunenſi Helinando, mulier quædam in proximo manens, habebat generum iuuenili ſpecie decorum: quem multa diligentia pro amore filiæ ſuæ accurabat. vnde & orta eſt turpis ſuſpicio de muliere & genero ſuo apud vicinos ſuos, quod valde eam perterbauit. Et impatienter ferens famam ſuam huiuſmodi opprobrio turpari, iniuriæ ſuæ cauſam in eum retorſit, & clandeſtina machinatione, vt occideretur, à duobus pueris procurauit. Poſtmodum verò ad pœniten- F tiam facti homicidij conuerſa cuidam preſbytero per confeſſionem peccatum ſuum reuelauit. Sed elapſo aliquanti temporis ſpacio, preſbyter litigans cum eadē homicidium, qđ fecerat, in faciem eius exprobrauit. Quo audito, parentes hominis occiſi properantes, nunciauerunt vicedomino Laudunenſi. Quo domino iubēte, venit mulier euocata, & qualiter hominē occidiſſet nū celauit. Iudicatū eſt igitur

cam

A tam ignibus eſſe cremandã. Sed prius ducta ad eccleſiã beatæ Mariæ peccatũ ſuum coram Deo & hominibus ex ordine narrauit. Et ſic meritis & precib. beatiſſimæ Dei genitricis ſeipſam fideliter cõmendauit. Deinde miſſa in ignem incendium nullatenus ſenſit, ſed diuina protegẽte gratia cõſumpto igne ipſa illæſa permanſit. Quod factum occiſi hominis cognati, non diuinæ virtuti adſcribentes, ſed fragilem potius lignorum materiam credẽtes, iterum ſuccendunt ignem circa eam fortioribus lignis, & tamen nihil profecerunt. Iterato enim mira- B culo ſeruauit eam Deus incolumem ab exuſtione ignis, ad laudem ſui nominis, & Dei genitricis gloriam & honorem. Egreſſa ergo ex igne non ſolum carne, ſed & veſte & crine illæſa ad eccleſiam ſanctæ Mariæ ducta eſt. Et poſt laudes Deo redditas volente Deo paucis diebus tranſactis tranſiit ab hoc ſæculo.

Eodẽ tempore, vt teſtatur idẽ Sigebertus, fames diu concepta validiſſime ingrauatur, & fit annus calamitoſus multis fame laborantibus prædonibus per furta & incendia diuites grauiter vexantibus. Cum valido ventorum tur- C bine etiam terræ motus eſt factus media nocte 4. idus Septembris. In multa terrarum parte pridie nonas Aprilis circa diluculum ſtellæ per plures de cœlo in terram cecidiſſe viſæ ſunt. Has tamen credo fuiſſe vapores igneos. Inter quas vnam maximam labi in terram cum quidam in Francia ſtupeter, notato loco, vbi labi viſa eſt cum aquam ibi fudiſſet, fumum cum ſtridoris ſono inde exire magis ſtupuit.

In comitatu Namurcenſi panem ſubcinericium quaſi ſanguine infectum vidimus. Hoc an- D no ſacro igne multi accenduntur: membris inſtar carbonum nigreſcentibus.

De hoc igne ſic refert Vincent. ſpecul. hiſt. libro 28. circa princip. Anno Domini 1128. multi de pago Sueſſionico ſacro igne ſuccenſi ad eccleſiam beatæ Mariæ in ciuitate Sueſſionum ſitam conuenerunt. Ibique diebus paucis miſericordiam Dei & Beatæ mariæ ſuccurſum præſtolantes ſalutem, eius meritis & precibus conſecuti ſunt: ita vt intra quindecim dies centum & tres nominatim ab hoc igne reſtinguerentur & tres puellæ diſtortæ ſa- E nitati reſtituerentur. Nam aduerſariæ poteſtati conceſſum percutere multos plaga intolerabili diuerſæ ætatis & ſexus ita vt ſemel ſuccenſa corpora eorum cum intolerabili cruciatu redderentur. Eſt enim morbus hic tabificus, ſub extenſa lucente cute: carnem ab oſſibus ſeparans conſumens, & mora temporis augmenta dolorum & ardoris capiens, per ſingula momenta cogit miſeros mori: ſed deſiderantibus mortem non venit, donec depaſtis artubus ignis ille celer. & peſtifer inuadit membra vitalia. Et (quod valde mi- F rum eſt) ignis hic ſine calore validus ad conſumendum tanto frigore velut glaciali perfundit miſerabiles, vt nullis remediis poſſint calefieri. Item (quod nõ minus eſt mirabile) ex quo diuina gratia reſtinctus fuerit, fugato mortali frigore, tantus calor in eiſdem partibus ægrus p[illegible], vt morbus cancri eiſdem frequenter per [illegible] niſi medicamentis occurratur.

A Sex diebus menſe Septembri in eccleſia beatiſſimæ virginis Mariæ fuerunt huiuſmodi infirmi. Ad preces autem populi concurrentis affuit & beata virgo Maria trahens ſecum ſuperna agmina ſanctorum ſpirituum, ad cuius præſentiam formidat infernus, & panduntur portæ mortis: cuius aduentus præcuſor tam magnus tremor eccleſiam repleuit, vt terræmotum eſſe factum, aut eccleſiam à fundamentis concuſſam arbitrantes fugerent omnes. Sed vbi nihil periculi adeſſe ſentientes, reuerſi B ſunt, omnem ardorem languentium extinctum, & omnem dolorem eſſe ſopitum celerrima ſanitate collata inuenerunt. Aiunt autem à quibuſdam ex languentibus pridie huius beneficij cœlitus dari viſas eſſe cœlitus copioſas claritates per feneſtras eccleſiæ vitreas illapſas quaſi quædam præconia largitionis ſubſequentis. Nam (vt dictum eſt ſuprà) intra quindecim dies centum & tres ab illo igne reſtincti ſunt.

A.C. 10[illegible]

B Virgo ſæpiũ in vrbe Sueſſionicã.

C *Stupendum de puero miraculum. idem t. 4.*

§. II.

QVidam puer annorum vndecim, pecorũ cuſtos, ardens pedibus à matre ſua adductus eſt. Remedioque doloris intra paucos dies accepto, ad domum reuerſus eſt, erat autem de vallibus. Sed dum puer idem non immemor tanti beneficij, nimio diuino deſiderio viſendæ domus beatæ virginis flagraret, & ſuper hoc quotidie moleſtus matrem D perurgeret, ad eundum illuc, & illa nullatenus acquieſceret: Redeat (inquit) in me infirmitas, vt neceſſe habeam illuc referri, quod & factum eſt. Relatus igitur à matre in ingreſſu proceſſionis matris eccleſiæ excuſſus à quiete in gratiarum actionibus cœpit elatioribus æthera. Narrauit ne omnibus raptum ſe fuiſſe ante Deum, & Dei genitricem pro populo ſupplicantem vidiſſe vt dignaretur Deus hunc morbum à populo auertere, & euertere, & hanc ſcintillã, quæ acciderat auferre: & hoc reſpõſum a filio ſuſcepiſſe. Mater mea E tu es maris ſtella. fiat omnis voluntas tua. Dumque iterum eadem virgo conquereretur ſuper domo ſua, quæ vilis & abiecta præ cæteris erat audiuit à filio ſuo quod de trans mare, & de trans Rhenum faceret afferri pecuniam, de qua domus eius ædificaretur, & in omnium oculis intuentium claritate magna & gloria illuſtraret, populo etiam Sueſſionenſi mala euenire ex parte Dei prædixit, quia ſuæ genitricis eccleſiam non reficeret, equidem multos ex eadem vrbe ignis inuaſit, quæ & qualia teſtent, F neſcimus.

B Virgo filium exorat.

Idem puer patrum poſt ſe moriturũ eſſe prædixit & ſic euenit, non enim menſem ſuperuixit. Mirũ autem valde de hoc puero erat, quòd ab initio mundi omnem hiſtoriam retexens, totam narrationem ſuam rithmicè curſim dirigebat. Textum euangelij & actus domini ſic ordine omnia recenſebat, ac ſi in libro legeret, & dictata ab aliis pronunciaret. Et de Ioſepho quoque viro beatæ virginis inter cætera ait.

A.C.1100 Qui tenet ſceptrũ virgę florentis cuſtos erat glo riæ ſę puellę. Hęc narrabat clauſis oculis tãquã lucem tranſitoriam exoſus. Laicis & illiteratis vix dignabatur facere verbum tanquam ignorantiarum eorum pertæſus. Eius mortui corpus tanta gratia perfudit Deus vt candore & claritate vultus, angelicum neſcio quid & diuinum ſignaret.

Partus mirabilis

Apud villam, quæ dicitur Calla in territorio Sueſſionenſi, quæ poſſeſſio eſt matris eccleſiæ beatorum martyrum Geruaſij & Prothaſij, mulier ob partus difficultatem laborans, continuis tribus hebdomadibus periclitabatur. perſuaſaque à vicinis mulieribus ſe nudis pedibus ituram ad ſanctam Mariam Sueſſionenſem, vouit & liberata eſt, ſed ordine ſtupendo. Nam primũ ex vtero ſuo emiſit tres lapides, primũ magnitudine oui anſeris, ſecundum magnitudine oui gallinæ, & tertiũ nõ minorẽ aliqua nuce. His lapidibus effuſis, ſtatim ſequitur partus infantis, qui gratiam baptiſmi accepit & paucis diebus ſuperuixit.

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

Titulus iſte decimuſſeptimus continet geſta ſummorum pontificum & imperatorum per annos centum vel circiter: ſcilicet ab Vrbano ſecundo excluſiuè: qui fuit anno Domini 1110. vel circiter vita functus: vſque ad Innocentium tertium. Et fuerunt iſti ſummi pontifices: Paſcalis ſecundus, Gelaſius ſecundus. Calixtus ſecũdus, Honorius ſecundus, Innocentius ſecundus, Et tunc ſchiſma. Cęleſtinus ſecundus, Luciusſecundus, Eugenius tertius, Anaſtaſius quartus, Adrianus quartus, Alexander tertius, Et tunc ſchiſma. Lucius tertius, Vrbanus tertius, Gregorius octauus, Clemens tertius, Cœleſtinus tertius.

Imperatores autem fuerunt hi, Henricus quintus, Lotharius ſecundus, Chunradus tertius, Fredericus primus, Henricus ſextus filius primi Frederici. Continentur etiam geſta ſeu legendæ quorundam ſanctorum, Malachiæ archiepiſcopi in Hybernia Sancti Thomæ martyris archiepiſcopi Cantuarienſis. Hiſtoria Tundali multum tamen abbreuiata. Vita beati Bernardi. Quæ legendæ ſanctorum ſunt ante geſta prædictorum imperatorum. Inter quæ geſta imperatorum eſt etiam hiſtoria de bellis factis in terra ſancta poſtquam Hieruſalem fuit capta à Chriſticolis & poſſeſſa annis 88. per reges ſeptem, & demum perdita.

De ſexdecim ſummis pontificibus poſt Vrbanum ſecũdum vſque ad Innocentium tertium, & de geſtis illius temporis. A.C.1099

Paſchalis 2. Pont. max. 162. ſed. a. 18. m. 5. d. 9. A. C. 1099. de quo Blon. lib. 4. dec. 2. Naucl. gen. 37. Platina & alij.

CAPVT I.

VRbano ſecundo acceſſione dominicaci electo, eo mortuo electus Paſchalis ſecundus: non ambitioſè ſe ingerens vel procurans, ſed renitens & quaſi inuitus aſſumptus. Hic fuit natione Tuſcus ex Flaminia oriundus de ciuitate Bledæ, profeſſione monachus, vir prudens & magnanimus. Anno verò Domini 1100. creatus eſt papa. Ab initio autem mundi quinquies 1064. Sed ſecundum communiorem opinionem adduntur ad dictum numerũ, 1257. Sedit annis 17. & menſibus 5. Qui poſtquàm ſolenniter fuit coronatus, arbitratus turpe fore Gilbertum hæreſiarcham ſeu antipapã per Henricum imperatorem factum in vrbe & ſuburbiis moram trahere à Romanis adiutus expulit eum de ciuitate Alba. Qui profugus à facie veri põtificis, huc atque illuc diſcurrens, infœlix, inuenit exitum, quem meruit. Nã ſubita morte defunctus, tot malis finem impoſuit.

Eo defuncto reſpirare cœpit Romana eccleſia, nihilominus tamen ij qui de clero illi antipapę adhęſerant in ſchiſmate mortuo eo duos alios vnum poſt alterũ elegerunt. Quorum primus quarto menſe ſuæ electionis à fidelibus captus, apud ſanctum Laurentium perpetuo carceri eſt addictus, & hic dictus eſt Albertus ciuis Attellanus. Sed & ſecundus, qui Theodoricus vocabatur, ſimili exitu vitam finiuit. In malitia autem perſeuerantes ſchiſmatici illi, quemdã alium Maginulphum nomine, ciuẽ Romanũ in papam eligũt. Qui necromanticis artibus vacans, multos ſibi, ex iis maximè qui conſcientia ſcelerum, vel ſpe futuri ſucceſſus proſperi tenebantur, ſibi conciliauit. Sed poſtremo ab omnibus derelictus, exul & graui inopia laborans, miſeram vitam finiuit. Sicque his impiis deficientibus, verus paſtor Paſchalis conualuit.

Qui à Domino confortatus, omnia ſcilicet ciuitates, & caſtra, & oppida, & alia municipia, quæ à tyrannis tempore Henrici quarti occupata fuerant, ſua diligentia ad ius beati Petri reduxit, pacem reformans in vrbe. Huius Paſchalis papæ anno quinto concilium generale ſub eo Florẽtię celebratur, 340. epiſcopis ibi exiſtentibus. Paſ[illegible] ſpe[illegible] ſtæ.

Hẽricus autem quintus imperator, ingreſſus Italiam ex Alemannia cum maximo exercitu, ad ſedanda ſcandala, quæ inter imperium & ſacerdotium erant, Romam properauit. Hęc autem diſcordia à Gregorio ſeptimo, de quo, in præcedenti titulo actum eſt, cœperat, exagitata à ſucceſſoribus eius Victore & Vrbano & Conc[illegible] Florentinum A. C. 11[illegible] [illegible] 25 cap. 10 De Greg. 7. [illegible] 16 cap. 3. 21.

A.C.1111. multo magis à paſchale:ob quam cauſam ſcandalum erat in vniuerſo orbe terrarum fideliū. A

Magna inter imperium & ſacerdotiū contentio. Imperator enim vti volens conſuetudine & authoritate prædeceſſorum ſuorum, inſiſtebat ac petebat ſibi concedi, ſeu ſeruari ea, quæ priuilegiis magnis Carolo magno iam per ducentos annos & amplius conceſſa & obſeruata fuerant ſub ſummis pontificibus illius temporis, Ex quibus priuilegiis licet per inueſtituram annulli & virgæ epiſcopatus & abbatias conferebant. Et hoc eſſe ſuum ius allegat. Sed contra hanc maiorum authoritatem, ſynodali iudicio cenſebant ſummi pontifices prænominati, nec poſſe, nec debere dari per virgam vel annulum epiſcopatum, vel aliquam ecclesiaſticam dignitatem, vel inueſtituram à laicali perſona quacunque. B

Et propter hanc præcipuè cauſam imperator Romam tendebat. Appropinquas autem ad vrbem, omnem Romanam nobilitatem ac populum obuiam habuit. Cùm quibus vrbem ingreſſus ad eccleſiam beati Petri profectus, in ipſius eccleſiæ gradibus ab ipſo ſummo pontifice Paſchale, qui ibi cum cardinalibus & epiſcopis eum præſtolabatur honorificè ſuſceptus eſt, verùtamen eccleſiam ingredi noluit, quouſque omnes muniiones, turres, & domus alias, volente papa in poteſtatem ſuam redegit. Et ne papa de iniqua eius voluntate ſiniſtrum quid imaginaretur, nepotem ſuum, & quoſdam alios barones obſides dedit. Quo facto, eccleſiam beati Petri ingreſſus eſt. C

Domino verò papa miſſam ſolenniter celebrante cum imperator ad altare, vt ſanctam cõmunionem de manu eius ſuſciperet acceſſiſſet, dixit illi ſummus põtifex. Domine imperator, hodie corpus Domini ex Maria virgine, paſſum pro nobis in cruce ſancta tenet eccleſia damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. Conuenerant autem, vt imperator illi inueſtituras epiſcoporum & prælatorum relaxaret, Papa autem econuerſo Imperatori omnia epiſcoporum regalia dimitteret. Hanc autē pactionem ſacramento & obſidibus firmauerũt a, ſed ſummus põtifex reſiſtentib. epiſcopis & cõtradicentibus ſicut promiſerat, implere non valuit. Quare imperator quorumdam ſceleratorum conſilio, papam cum cardinalibus captiuauit. Clerum inſuper omnibus in vrbe bonis ſpoliauit. Huius facinoris author principalis fuiſſe dicitur archiepiſcopus Moguntinus. D

Henrici 4. in vrbe geſta crudelia. Summus Pontifex in carcerē cõiicitur. E

a Abbas vrſpergenſis ita hac narrat, vt Pontificem maximũ nullomodo fidem feſelliſſe oſtendat. ait enim A.C. 1111. Cum Henricus quintus ad vrbem Romam appropinquaret, legati renunciauerunt promptũ eſſe Papam ad regis conſecrationem: ſi tamen laica inueſtitura ab Eccleſiis prohibetur. Aſſenſit rex, modo cæteri Principes conſentirent. At vbi ventum eſt ad vrbē rex Dominum Apoſtolicum tenuit, & ſecum velut captiuum duxit, donec is inueſtituræ Eccleſiaſticæ priuilegium regi confirmaſſet. Fuſius hæc eadem Blondus commemorat lib. 4. dec. 2. Henricumq́; regem planè contra iuſiurandum ab ſeſe datũ feciſſe declarat neque quicquam Pontificem Imperatori promiſiſſe, quod non ipſe præſtiterit.

Igitur à pridie Februarij vſque ad 5. Calendas Maij papa in carcere detentus, multis eſt affectus iniuriis. Ad poſtremum verò pro liberatione eccleſiæ, & multorum captiuorum, qui cum eo captiui detinebantur, quãdam ad tempus cum prædicto imperatore coactus eſt pacem facere: epiſcoporum, ſcilicet inueſtituras per annulum & baculum imperatori concedere. Quo facto de carcere liberatus eſt. Imperator autem ipſum papam ac ciues Romanos, quorum ex hoc facto multos exaſperauerat: muneribus reconciliare curauit. Vnde vt quidam chronicatores ſcribunt, ab eo munus coronationis accepit. Hæc autem facta ſunt anno Domini. 1111. A.C.1111.

Imperatore autem ex Italia recedente, vocatis epiſcopis atque prælatis priuilegium inter ipſum & imperatorem factum annulauit, atque caſſauit. Quare à fautoribus imperatoris multas perſecutiones paſſus eſt, maximè à præfecto vrbis, & quodam alio nobili nomine Ptolomæon: vnde pontifex illorum furori cedens in Apuliam ſeceſſit. Ipſi autem filij Belial eo recedente, pro maiori parte caſtra & oppida, quæ erant de iure beati Petri occupauerunt. Deinde timentes Domini papæ ad vrbem regreſſum, miſſis ad imperatorem nunciis perſuaſerunt, vt Romam reuerteretur denuo. Qui dictis eorum obediens, hoſtis ille eccleſiæ in Italiam reuerſus eſt, omnibus bonis infeſtus, ſed ſeditioſis & malis benignior. Qui ſtatim, vt Latium ingreſſus eſt, eccleſiæ fidelibus bellum intulit, multaque caſtra, ciuitates, & oppida, quæ adhuc eccleſiæ fidem ſeruantia, ſchiſmaticis reſtiterant occupauit. Ob quam cauſam Romanus populus ac ſi de Parthis & Barbaris triumphaſſet, illi triumphum decreuit.

Paſchalis 2. quæ vi coactus imperatori cõceſſerat, reuocat. Vrſperg. A.C. 1112.

Igitur Henricus ingreſſus Romam per coronatam & arcuatam inceſſit vrbem vna cum vxore, quam ſecum adduxerat. Sed magnus apparatus paruaque gloria. Nam illi nullus patrum nullus epiſcoporum, nullus catholicus ſacerdos occurrit. Demum vt dicetur infrà in cap. ſeq. Henricus datus in reprobum ſenſum cùm fideles, qui intra vrbem erant circumuenire verbis non potuiſſet, quos in immenſum exacerbauerat accito Bracharenſi epiſcopo Mauritio nomine, qui illum relicta eccleſia ſua ſecutus fuerat coronari ſe fecit in eccleſia beati Petri ante altare beati Gregorij. Sicque ab vrbe diſceſſit.

Sed needum Sutrium ciuitatem tranſierat: & ecce nuncij concitè ad eum veniunt ſignificantes Apuliæ ducem Rogerium cum maximo exercitu in fauorem eccleſiæ contra eum aduentare. Quod poſtquam comperit imperator, cõgregato ſuorum concilio decreuit, vt ſubitò illuc totum exercitus robur mitteret. Nam facilè credebat hoc modo incautos circumuenire. Sed Deo ita volente, quædam matrona, quæ in caſtro plumbinatio habitabat per nuncium de aduentu Theutonicorum ducem Apuliæ certiorem fecit. Sicque dum caueit vni prouidit vtriſque ne duo fortiſſimi exercitus adinuicē manũ cõſererent. Igitur Rogerius F

A.C.1111. rius Apuliæ dux audiens imperatorem Henricum in Longobardiam vrbe dimiſſa diſceſſiſſe ad propria eſt reuerſus.

Intelligit Concilium beneuentanum A.C.1108. Chr. Caſſ. li.4.c.35.

Sed imperatoris exercitus, qui eundem ducem incautum circumuenire crediderat, cùm comperit eum ad propria rediiſſe ad imperatorem reuerſus eſt. Inter hæc ſummus pontifex Paſchalis poſt receſſum imperatoris ab vrbe credens iam ſe tutò ad vrbem poſſe redire poſt concilium in Apulia celebratum, primo in Campaniam, deinde Romam acceſſit. Cuius inopinatus aduentus adeo rebelles eccleſiæ terruit, vt non niſi de fuga cogitarent. Vir verò beatiſſimus Chriſti confeſſor, ob laborem itineris infirmatus, poſt paucos dies migrauit ad Dominũ. Vacauitque apoſtolica ſedes diebus tribus.

Hic Paſchalis ſic inter cętera decreuit: vt habetur 16. quæſt. 1. decimas. Decimas à populo ſacerdotibus ac leuitis eſſe reddendas diuinæ legis ſanxit authoritas. Cæterum à monachis ſeu clericis communiter viuentibus, nulla ratio ſinit, vt milites aut epiſcopi, aut perſonæ quælibet decimas de laboribus ſeu nutrimentis ſuis propriis extorquere debeant. De hac materia plenè vide in ſecunda parte. Idem ſcribens Guidoni apoſtolicæ ſedis legato 14. quęſt. 2. ſuper prudentia: ſic ait, Super prudentia tua plurimum admiramur, quod in negotio eccleſiæ beati Stephani, clericorum ipſorum noluetis acceptare teſtimonium, diuerſæ namq; ſunt ſpecies cauſarum nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus ſiquidem accuſatorum & teſtium illa diſtinctio obſeruanda eſt, quę in canonibus continetur, nequi ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterum in poſſeſſionum vel huiuſmodi negotiis ij potiſſimum aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractauerunt, de quorum auditu & viſu hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo iidem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius nullatenus remoueantur.

Gelaſius 2. Pont. Max. 163. ſed. a. 1. d. 5. A.C. 1118. de quo ydem & Tyr. lib. 12. de Bello ſacro capitu. 4. & 8.

§. I.

POſt deceſſum Paſchalis ſecundi cardinales in vnum conuenientes, vno conſenſu, vna voce Ioannem Caietanum in papam elegerunt, anno ab incarnatione domini 1118. Ab initio autem mundi quinquies 1082. Sed ſecundum maiorem computationẽ ſexies 1421. Et anno vno tenuit ſedem Petri. Quem Gelaſium ſecundum vocauerunt. Fuit autẽ hic Caſſinenſis monachus, vir ab ipſa adoleſcẽtia tam ſæcularium, quam diuinarum literarum peritiſſimus ſapientia. Qui cum in dicto monaſterio vita, ſcientia & moribus floreret, quamuis adoleſcens à papa Vrbano ſecundo Romam vocatus, atque perſecutione Alemannica ſæuiente cancellarius eccleſiæ ordinatus eſt. Erat enim vir eloquentiſſimus, atque ad negotia eccleſiæ pertractanda valdè idoneus & ſollicitus.

Gelaſius ante pontificatum qualis.

Audientes autem fautores imperatoris, qui

A Romæ erant, maximè Cincius de domo Frangiapane (quos alij Fregipanes cognominant) hunc papam electum, congregatis iis, qui ſibi in tam prauo propoſito adhęrebant, ſine mora armatus cum armatis cucurrit ad locum, vbi cardinales eum elegerant, qui Palladium quondã dicebatur, Hodie vero Pallara dicitur. Qui locus inter Coloſſæum & ſanctam Mariam nouam ſitus eſt. Veniens ergo ad locum tyrannus ille, effractis ianuis introiuit, atque Dei timore poſtpoſito papam iam electum cœpit, & velut alter Diocletianus pugnis & calcibus propriis manibus verberauit. Indeque

A.C. [illegible]

B eductum, tanquam vile mancipium compedibus alligatum carceri mancipauit. Cardinales autem, & epiſcopi, & alij eccleſiarum prælati, qui ad electionem conuenerant, ab apparitoribus dicti Cincij, alij ſpoliati, alij verberati, alij vincti cum domino papa in carcerem retruduntur. Facta autem hac voce per vrbem conuenit multitudo Romani populi atque nobilium. Inter quos fuerunt præcipuè Northmanni, qui nunc Albertesti nominãtur & cum

Rom [illegible]

C illis Honesti atque Thebalesti, hi omnes vno animo cum multitudine armatorum in capitolium conuenientes miſſis nunciis ad illos de Frangiapane, paſtorem ſuum electum repetunt. Qui audito Romani populi conſenſu, timẽtes ſibi & facti pœnitentes, ſero tamen, electum pontificem adeunt atque eius proſtrati pedibus licet ſictè veniam petunt. Relaxatur igitur papa, atque cum magno populi totius Romani gaudio coronatur.

Cùm autem omnia prudenter diſponeret, atque de exaltatione eccleſiæ ordinaret,

D ecce nuncius, qui diceret, imperatorem Henricum eccleſiæ hoſtem cum magno exercitu aduenta re, & iam præ foribus eſſe. Timens igitur ſibi, & eccleſiæ fidelibus Dominus papa, fugere cogitauit. Sed quia per terram via vndique clauſa erat marino itinere Caietam fugit: quò poſtquã peruenit vndiq; epiſcopi & archiepiſcopi ad eũ conuenerunt, quo in loco primo ſacerdos factus eſt [illegible] enim tẽpore ſuę lectionis diaconus) deinde cum [illegible] lennitate munus conſecrationis accepit.

E Adhuc papa Caietæ exiſtente, barbarus [illegible] le Henricus, nec dicendus imperator Mauricium Bracarenſem epiſcopum quaſi nouum ſimulachrum antipapam creauit Gregorium nominando. Quo audito ſummus pontifex Romam ire deliberat. In cuius adiutorium dux illuſtris Apuliæ Gulielmus, qui Rogerio in ducatu ſucceſſerat, cum magna [illegible] t aduenit quod cum Henricus eorum ſcilicet præſenſiſſet aduentum relicta Roma cum ſuo antipapa in Alemanniam rediit. Quare papa ducem Gulielmum cum copiis ſuis ad propria

F remiſit, non credens neceſſarium poſt Henrici receſſum nouum intra vrbem introducere exercitum.

Sed aliter quàm exiſtimauit. Nam eo adueniente fautores Henrici cum eccleſiæ fidelibus tot bella, tot ſeditiones contra ſummum pontificem excitarunt, vt pius pontifex paci ciuium prouidere volens relicta vrbe Romana nauigio Piſas profectus ſit. Deinde repetita nauigatione in regnum Francorum

ſe

A.C. 1118. ſe contulit, atque in cœnobio Cluniacenſi ſtetit, ibiq́ue diem clauſit extremum. Quo defuncto ceſſauit epiſcopatus diebus 15.

Calixtus 2. Pont. max. 164. ſed. a. 5. m. 10. d. 13. de quo Tyr. lib. 12. c. 8. & 13. c. 13. & alij.

§. II.

ANno autem Domini 1119. de communi omnium eligentium aſſenſu, creatus eſt papa 169. Calixtus ſecundus, qui prius vocabatur Guido natione Burgundus, filius cuiuſdam magni comitis & archiepiſcopus Viennenſis. Hic poſt ſuam electionem Romam veniens, à ſenatu, clero, & omni Romano populo cum miro & ineffabili gaudio eſt ſuſceptus. Sedit autem annis 6. Qui poſtquàm in ſede confirmatus eſt, excommunicauit Henricum imperatorem, vt rebellem, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ perſecutorem. Quare iratus imperator Romam tertiò venit atque a Burdinum quemdam nomine Hiſpanum natione poſt mortem illius ſcelerati epiſcopi Bracarenſis antipapæ in ſedem beati Petri intruſit. Quo facto in Alemanniam rediit. Calixto in Apulia tunc degente: qui b Romam regreſſus pro pace firmanda eccleſiæ tres cardinales in Alemanniam ad imperatorem miſit. Qui eum adeuntes operante Deo prout eis placuit, omnia ab imperatore obtinuerunt. Conſiderauit enim id melius impetrare quòd paulatim imperij principes ab eo deficerent: & patris miſerrimam mortem mente reuoluens, quia ſe excommunicatum cernebat ideo in præſentia prælatorum & principum, quos generaliter ad curiam ſuam conuocauerat inueſtituram epiſcoporum, quam per violentiam à Paſchale extorſerat, in manus cardinalium legatorum Romanæ eccleſiæ reſignauit. Sicque à vinculo excommunicationis, quo longo tempore fuerat alligatus, extitit abſolutus. Regreſſi igitur Domini legati ex Alemannia, & pacem ad libitum reportantes cunctum populum lætificarunt. Burdinus autem pſeudopapa audiens imperatorem pacem cum Calixto feciſ- ſe, timens Romani populi furorem, ab vrbe diſceſſit, atque in ciuitatem Sutrium cum quibuſdam ex Romanis ſibi adhærentibus ſe contulit. In quo loco exiſtens, Romanam cœpit eccleſiam perſequi, ac rumpetas ſpoliare. Papa verò Calixtus ex Apulia Romam reuerſus eſt. Cùm iam ſe videret ex omni parte ſecurum, Ioannem Cremenſem cardinalem ſancti Chryſogoni Sutrium contra Burdinum miſit. Sed & ipſe eum e veſtigio ſequitur. Igitur Deo operante parte Burdini deuicta, ipſe Burdinus capitur, capiuſq́ue ſuper camelum ponitur, & Romam ducitur facie verſa ad caudam cameli. & demum in monaſterium Cauenſe retruditur in monachum tonſuratus. Eo autem tempore cum ſtudio inclyti viri Calixti papæ vbique floreret, de mũdo vocatur ad patrem luminum. Cuius corpus cum multo fletu omnium in eccleſia Lateranenſi ſepelitur.

Hic Deo amabilis vir plura decreta inſtituit Vnde & de ieiunijs quatuor temporum ſic ait diſt. 76. huius obſeruantiæ vtilitas, fratres dilectiſſimi, in eccleſiaſticis præcipue eſt conſtituta ieiunijs quæ ex doctrina ſpiritusſancti ita per totius anni curriculum diſtributa ſunt, vt lex abſtinentiæ omnibus ſit adſcripta temporibus. Siquidem ieiunium vernum in quadrageſima, Aeſtiuum in pentecoſte, Autumnale in menſe ſeptimo, id eſt, Septembri. Hyemale in hoc qui eſt decimus celebramus. Intelligentes diuinis nil vacuum eſſe præceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elementa ſeruire, dum per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor euangelia ineffabili tuba diſcimus, quod & prædicamus, & agimus.

Idem Calixtus diſtin. 12. cap. primo. omnibus epiſcopis ſcribens ſic ait. Non decet à capite membra diſcedere, ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, quòd apoſtolica eccleſia mater ſit omnium eccleſiarum à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare. Et ſicut filius Dei venit facere voluntatem patris ſui ſic & vos implete voluntatem matris veſtræ, quæ eſt eccleſia, cuius caput Romana extitit eccleſia.

Idem de epiſcoporum tranſlatione 7. queſt. 1. ſicut, 2. ſic ait. Sicut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut diſponi: niſi a proprio viro eo viuente permittitur: ſic nec vxor epiſcopi, quæ eius eccleſia vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente eius conſilio & voluntate alteri iudicari vel diſponi. aut eius cõcubitu id eſt. ordinatione frui non cõceditur: vnde ait apoſtolus: Alligata eſt vxor legi viri, quamdiu vir eius viuit, eo verò defuncto ſoluta eſt à lege viri. Similiter ſponſa epiſcopi (quia ſponſa & vxor eius eccleſia dicitur) illo viuente alligata eſt ei, eo defuncto ſoluta eſt, & cui voluerit nubat, tantum in Domino, id eſt, regulariter. Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Et ſimiliter ille, ſi alteram duxerit ſponte, adulter iudicabitur, & communione priuabitur.

Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum eſt illi ad alteram eccleſiam, eiq́ue eſt

A.C. 1119. & 1120. Tyr. lib. 11. 8. & 12. 13. & alij.

1. Cor. 7. Ioan. 6

Rom. 7.

a Hunc fuiſſe Mauricium Bracharenſem epiſcopum à Romanis derisorio nomine Burdinum dictum ſcribit Blondus, quē ſequitur Onuph. & Gen. vnde hic Burdinus Gregorius antipapa § præcedenti dictus eſt.

b Sub Calixto 2. inter imperiũ & ſacerdotiũ inſignis illa pax & concordia facta eſt, anno plus minus quinquageſimo, ex quo inter Greg. 7. & Henricum 4. diſcordia ingens ob ſacerdotiorum collationes excitata fuerat. In qua epiſcoporum & abbatum electiones, quas imperatores & reges hactenus vſurpauerant clero & monachis reſtitutæ ſunt. Cuius pacis tranſigendæ cauſa legati omni memoria digni fuerunt Lambertus Bononienſis, poſt Honorius 2. Saxo de Comitibus Anagninus presbyter, & Gregorius de Papareſcis Romanus poſt Innocentius 2. Abbas Vrſpe. Tyr. li. 13. de Bello ſacro cap. 8. & Ottho friſingenſ. & Pandulp. Piſanus in vita Calixti. & alij multi.

A.C. 1095 eſt aſſociãdus, dicente Domino. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Si autem cauſa vtilitatis fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus cum authoritate huius ſanctæ ſedis hoc faciat, non ambitus cauſa, ſed aut vtilitatis, aut neceſſitatis vt dictum eſt.

Mat. 10.

Idem 9. q. 2. c. 1. ait. Nullus terminos alterius vſurpet, nec alterius parochianum iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires vllas habebit, quoniam nullus alterius iudicis niſi ſui ſententia tenebitur, aut dãnabitur [Vnde & Dominus ait. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui.]

Deu. 19. Prou. 22.

Idẽ 24. q. 3. ſi quis romipetas ait, Si quis Romipetas & peregrinos & apoſtolorũ limina & aliorũ ſanctorũ oratoria viſitantes, capere, ſeu rebus quas ferunt ſpoliare & mercatores nouis teloneorũ & pedagiorũ exactionib. moleſtare tentauerit, donec ſatisfecerit communione careat Chriſtiana. Hodie tales ſunt excommunicati ipſo iure, & abſolutio papæ reſeruatur, vt in tertia parte habes.

Hic Calixtus ſecundus libellum ſcripſit de miraculis beati Iacobi, & quæ ſparſim legerat, vel à fidelibus audierat in vnum volumen compilauit. Vnde ipſe vt ait, refert Vincent. ſpe. hiſto. li. 27. Cum eſſem (inquit) ſcholaris, & ab infantia beatũ Iacobũ diligens apoſtolum quatuordecim annorum ſpacio perambulans terras, & prouincias barbaras quæ de eo ſcripta inueniebam, vt in vno volumine comprehendere poſſem: O mira fortuna in tres latrones incidi, & raptis omnibus ſpoliis meis, codex mihi tantum remanſit. Ergaſtulis truſus fui, & perdito toto cenſu meo mihi tantummodo codex remanſit. In profundum aquarum multarum crebo cecidi proximus morti, & codex minimè infectus euaſit. Domus, in qua eram cremabatur, & conſumptis rebus meis, codex mecum remanſit, & inuſtus euaſit. Cumque ſtudioſè cogitarem, vt codex iſte, pro quo innumeras paſſus ſum anxietates, quem & manibus meis ſtudebam perficere Deo foret acceptabilis nocte quadam raptus in extaſi in quadam regia ſplendida facie vidi iuuenem pulcherrimum, & ſplendidum laureatum regaliter. Qui in cathedra ſedens, mihi ſedenti ad pedes ſuos ait. Præbe, quas in manu habes chirothecas. Cui cum libenter obtuliſſem, illo thalamum ingrediente quidã è ſociis eius dixit mihi. Iſte eſt filius regis ſummi, qui ſi chirothecas de manibus tuis accepit, ſic codicem apoſtolicũ placidè ſuſcipiet, poſtquàm impleueris. Rurſus tranſlatio apoſtoli ſermonẽ veneranda die mihi ruminanti, & ſcripturam eius inter manus tenenti, vna cum beato Iacobo ipſe apparuit dicens: Scribe, quæ cœpiſti, corrige ſcelera prauorum hoſpitum manentium in itinere apoſtoli mei. Nemo igitur librũ iſtum deſpiciat. Quicquid in eo ſcriptum eſt, authenticum eſt, magnaque authoritate expreſſum.

Ex illo libro Vinc. ſpe. hiſt. vbi ſuprà refert multa & magna miracula beatiſſimi Iacobi apoſtoli & præcipuè circa viſitãtes ſepulchrum eius etiam mortuos reſuſcitatos. Solum autem hic narrabo, quod refert Beda. Temporibus (inquit) beati Theodunri Compoſtellanenſis epiſcopi, quidam graue peccatum, quod via ſacerdoti ſuo, & epiſcopo auſus eſt confiteri, commiſerat. Quo audito epiſcopus ſtupefactus pœnitentiam ei dare non audens propter enormitatem nullam quaſi reputans congruentem, hominem illum cum ſchedula, in qua peccatum illud erat ſcriptum ad ſanctum Iacobũ miſit. Qui cum illuc veniſſet die feſti eius, ſchedulam ſuper altare poſuit flens & rogans ſanctum Iacobum, vt meritis ſuis deleret illud peccatum. Interea epiſcopus ad miſſam celebrandam acceſſit, & ſchedulam illam videns, cùm quæreretur, cur & à quo ibi poſita eſſet vir ille protinus occurrit, & rei ſeriem cunctis audientibus enarrauit, literas autem aperiẽs, & nihil ibi ſcriptum reperiens peccatũ illud dimiſſum ſibi cunctis mirantibus intellexit.

Addatur & aliud Anno Domini 1101. in regione Galliæ vir quidam vxore ſterili filium non habens, ſanctum Iacobum propter hoc adiit, rogans vt eius meritis & precibus à Domino ſibi filium obtineret. Qui exauditus eſt. Nam rediens filium de vxore habuit, cui & nomen Iacobi impoſuit. Cùm autem iam annum decimum quintum attigiſſet, cum ipſo ad limina eius pater & mater ire diſpoſuerunt ad eum offerendum. Iter autem aggreſſus, in via ægrotauit puer vſque ad mortem, vt non teneretur in eo halitus. De morte eius parentes nimis dolentes, quaſi amentes, totum nemus clamoribus replebant. Mater autem ſic ſanctum Iacobum interpellauit, quod ſi filium ei non redderet, eum eo ſepeliri ſe viuam faceret. Interea dum puer ad tumulum deferretur, quaſi de ſomno excitatus ſurrexit, & qualiter eum ſanctus Iacobus in ſinu ſuo tenuerit, & parentes vt in itinere ſ... quereretur, cunctis adſtantibus enarrauit.

Iſte etiam Calixtus, vt refert Vincen. ... ſuprà ex verbis Helinandi, Ciſtercienſe... dinem primus in territorio Viennenſi pl... uit in monaſterio Bonæuallis, cuius cœn... primus abbas fuit Ioannes Lugdunenſis, poſtea epiſcopus Valentinus. Cuius dignitatis futuræ præſagium fuit lætiſſimum pulcherrima quædam viſio, quam ipſe Ioannes ante conuerſionem ſuam vidit hoc modo. Gaufredus ſuper Apocalypſim. Cum prima noſtri ordinis Ciſtercienſis iacerentur fundamenta erat in eccleſia Lugdunenſi quidam clericus, honeſtus & honorabilis Ioannes qui rumore celebri noſtri ordinis compunctus, iaciens ſecum propoſuit ipſius ordinis collegio ſe ſociandum. Quod propoſitum poſt paucos dies ſubeunte alia cogitatione mutauit & pro quadam recompenſatione talis propoſiti peregrinationem ſancti Iacobi aggreſſus eſt. Qua deuotè completa rediens à domeſticis gratulabundè ſuſceptus eſt, & fatigatus ex itinere in cubiculum ſe recepit.

Quieſcentique mox in viſu affuit ei Dominus

A.C.1124. minus Ieſus Chriſtus cum duobus apoſtolis Petro & Iacobo quorum Petrus librum in manu tenebat, quem Dominus præcepit aperiri. Erat autẽ ſcriptus literis aureis, continens nomina prædeſtinatorum. Iuſſus ergo apoſtolus cœpit legere. Et cum ibi legeret nomen Ioannis illius: Tolle (ait Dominus) tolle, dele eum, dele, quia meum ſe futurum promiſerat: & reſiliuit à propoſito. Accedens autẽ propius beatus Iacobus obſecrabat pro eo dicens. Domine meus eſt peregrinus. Ne deleas obſecro nomen eius. Cui Dominus: Meus (inquit) non peregrinus, ſed ciuis eſſe debuerat. Nonne maius eſt eſſe ciuem meum quam peregrinum tuum? Apoſtolus autem perſiſtens in ſupplicatione: Ne deleas (inquit) nomen eius piiſſime Deus, ne deleas eum obſecro. Ego tibi pro eo fideiubeo. Faciet, quod propoſuerat. & Dominus ad eum. Quando faciet: Apoſtolus autem intra quindecim dies. Excitatus ad hæc verba Ioannes ſolo proſternitur, & fideiuſſori ſuo cum vberrima lachrymarum effuſione gratias egit, dicens: Faciam prorſus apoſtole ſancte, faciam quod tam miſericorditer pro me pollicitus es. Non multo poſt fletum magnum iterum obdormiuit. Iterumque Dominus cum prædictis apoſtolis duobus affuit, iuſſitque iterum librum aperiri. In quo audiuit idem Ioannes beatum Petrum legentem. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Mox Ioannes ſurgens & præfixũ diẽ præueniens adimpleuit votũ. Hic fuit primus abbas cœnobij Bonæuallis, poſtea Valentinæ eccleſiæ antiſtes, cuius vita & mors multis miraculis & meritis claruit. Planè meritò Iſraelitis improperatur quod corde reuerſi ſunt in Ægyptũ, quãdo iſte Ioannes, quia à ciſtercio reſilierat, iuſſus eſt deleri de libro vitæ. Simulque nobis conſiderandum eſt, quanta nobis deuotione ſanctorum ſunt imploranda ſuffragia, qui tam amicabiliter pro nobis, & tã efficaciter intercedũt.

Nulla peregrinatio religioni compenſanda.

Cant. 1.

Nunquã reſiliẽdũ à religionis propoſito.

Actor. 7

Suffragia ſanctorũ [illegible] proſunt.

Honorius 2. Pont. max. 165. ſed. an. 5. m. 2. d. 3. A.C. 1124. de quo ydem & de S. Norberto ordinis Præmonſtratẽſiũ inſtitutore ex vita ipſius, quã Sur. edidit tom. 3. vide item ſupra tit. 15. cap. 19.

§. III.

ANno autem Domini 1124. Calixto ad partes collecto, Romanam eccleſiam regendam ſuſcepit Honorius ſecundus, qui prius Lambertus dicebatur ex agro Imolenſi oriũdus, Oſtienſis epiſcopus. Fuit autem in ordine pontificum 170. Et ſedit annis 6. mẽſibus 2. Hic patriarchas Gradenſem & Aquileienſem depoſuit.

Adhuc proficiſcens Nortbertus, inſtitutor primus ordinis Præmonſtratenſium, ab eo honorificè ſuſceptus eſt, & quæ flagitabat dignè conſecutus, a Partenopoli ſe futurum epiſcopum diuinitus agnouit. Et rediens cum in die paſchæ apud Herbipolim in populi frequẽtia miſſa celebraret, cœca mulier ipſo poſt ſumpta myſteria in oculis eius ſufflante viſum recepit. Inde Præmonſtratum rediens, in eccleſia beati Martini, quæ ſita eſt in ſuburbio Laudunı, quendã de ſuis diſcipulis ſcilicet Gualterum primum abbatem conſecrari ibi fecit, id eſt, benedici. Cuius induſtria Deo cooperante eadem eccleſia tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, in tantum eſt in breui multiplicata, vt famam bonæ opinionis & propagines ſanctæ plantationis in cæteras ac longinquas extenderit regiones, videlicet in Hyberniã, in Flandriã: in Angliam, in Vaſconiã, in Gothiam, in Hiſpaniam, in Burgundiam. Defuncto autem parthenopolis ciuitatis archiepiſcopo, Nortbertus præfatus eligitur & regali conſequente conniuentia ad ſacerdotium præfatæ vrbis prouehitur. In Præmonſtratenſi autem eccleſia ſucceſſorem ſibi Hugonem, qui ab initio paupertatis ſuæ ſocius fuerat, ordinari fecit abbatem.

Fit Parthenopolis epiſcop.

Denique hic Nortbertus archiepiſcopus, vir potens in opere & ſermone, multorum monaſteriorum fundator dicti ordinis, & ſanctæ religionis eximius propagator Innocentij papæ catholici, de quo infrà dicetur, æquiſſimus fautor, Petri verò ſchiſmatici iuſtiſſimus execrator cum imperatore Lothario ab expeditione Italica regreſſus, infirmitate correptus per quatuor menſes in domino obdormiuit. Et cùm contentio eſſet de corpore eius ſepeliendo inter clericos eccleſiæ ſuæ maioris ſeu cathedralis, & fratres ſanctæ Mariæ ſuæ religionis, ad imperatorem cauſa delata eſt. Et ex eius præcepto in eccleſia ſanctæ Mariæ cum filiis & fratribus ſuis, quos Chriſto genuerat & educauerat, ſepultus eſt.

In præmonſtratenſi autem eccleſia cuidam fratri altercus de trinitate quæ Deus eſt, cogitanti, in matutinis dæmon adſtitit, & tria geſtans capita, ei apparuit, trinitatem ſe eſſe conteſtans & ob fidei ſuæ meritum trinitatis viſione eum eſſe dignum affirmans. Sed frater inimici dolum agnoſcens, conuiciando ei, a ſe recedere fecit.

Item Northerto apud Vingellam verbum Dñi prædicante & puellam dæmoniacam coram ſe adductam exorcizante dæmon irridens, cantica canticorum à principio vſque ad finem per os puellæ edidit, & de verbo ad verbum ad in Romana, deinde in Teutonica lingua interpretatus eſt, ſed Dei ſeruo arctius inſiſtente, tandẽ egreſſus eſt. Præfato autẽ Nortberto ad quærendas ſanctorũ reliquias Coloniã veniente, & ſuis in dicto opere inſtantib. orationi inſiſtentibus, vna de numero vndecim millium virginum nomen ſuum, & locum, vbi iacebat ſpecialiter deſignans in craſtinum ſolenniter leuata cum aliis ſanctorum reliquiis Præmonſtratum eſt tranſlata. Corpus etiam ſancti Gereonis martyris, vbi iaceret ſibi reuelatum eſt, quod ignorabatur, & ibi inuentum cum honore leuatur & pars ei collata eſt eius.

Reliquias è Colonia Præmonſtratum ſert c. 21

Anno 1123. cœpit ordo templaris militiæ ſeu ſancti Ioannis Hieroſolymitani, de quo ſ.

Non multo ante, tẽpore ſcilicet Calixti pa-

a Parthenopolim celebrem Germaniæ ciuitatem Magdeburgum dictam vocat. eo quod Magden. Germanis virgine & burg ciuitate ſonet. quæ etiã græcè Magdeburg Parthenopolis recte dicitur: παρθένος enim & πόλις vrbs græce vocatur.

A.C.1114 pæ euenerunt quædam horribilia & miranda. Deo enim peccatis huminum irritato: in monte Caſtriloco eccleſia ſanctæ Vualdetruois cum toto pene oppido arſit, eccleſia etiam ſancti Michaelis de periculo maris, fulgurata diuinitus arſit, cũ ædificiis appendẽtibus ſibi.

Vualdericus epiſcopus Laudunenſis ciues ipſius vrbis à ſacramento cõmunicaturns perperã iurantes reuocare niſus, à ſeditioſis ad arma concurrentibus (quod dictu nefas eſt) gladio confoſſus interiit, feria 5. in hebdomada paſchæ. Septimo Cal. Maij in litania à maiore B tumultuante etiam impetu confuſæ multitudinis domus epiſcopi ſuccenditur, vnde & ipſa mater eccleſia beatæ Mariæ, & beati Ioannis baptiſtæ & abbatia monialium, cum omnibus aliis eccleſiæ, è vicino appendentibus concremantur. In authores autem huius ſeditionis à Ludouico rege Francorum tam ſeuerè vindicatum eſt, vt tam futuros, qu m præſentes à ſimili ſcelere deterrere poſſit exemplum.

Ludouicus hic ſext. Craſſus eſt cognominatus.

Vualderico igitur Laudunenſi epiſcopo, à ſuæ vrbis ciuibus nequiter perempto. Hugo Aurelianenſis eccleſiæ decanus ſubſtituitur. C Quo poſt ſeptem menſes defuncto vir illuſtris Bartholomeus ad epiſcopatum Laudunenſis ciuitatis promouetur. Cuius induſtria & epiſcopalis eccleſia, quæ incenſa erat in breui reparata iterũ conſecratur, & ciuitatis ac prouinciæ deſolatione ſubleuata, in multis locis, in quibus antea nunquam fuerat, religionis feruor & Dei cultus fundatur, & in multas ac remotas etiã tranſmarinas regiones propagatur.

Modum autem huius ſubleuationis & deuotionis deſcribit Helinandus libro 40. vt refert Vincen. vbi ſuprà. Electi enim ſunt ſeptem D canonici Laudunenſis eccleſiæ & ſex Burgeoſes, qui feretrum ſanctæ Mariæ & alias capſas reliquiarum per diuerſas circumferrent prouincias, ad expetendas eleemoſynas fidelium pro reſtauratione eccleſiarum. Quæ reliquiæ multis miraculis clarificatæ ſunt, & ipſa miracula ſcripſerunt canonici eccleſiæ Laudunenſis, facta in multis locis & ciuitatib. Franciæ & Angliæ: per quas delatum eſt feretrum illud reliquiarũ cum magna deuotione & reuerẽtia. E Eminebat autem inter dictas reliquias forma & dignitate vnum phylacteriũ id eſt, vas, in quo ſic ſcriptum erat.

Spongia, crux domini, cum ſindone, cum facie,
Me ſacrat atque tui genitrix, & virgo capilli.

Id eſt, de ſingulis horum erat ibi aliqua portiuncula. Apud Iſſordunum duo contracti ſanati ſunt, quorum calcanei natibus adhærebãt. Apud Caſtellum Buſcenri ſanatus eſt à natiuitate ſurdus & mutus. In ciuitate Turonenſi mulier, quæ per octo annos de lecto ſurgere non poterat, nec ire niſi portata, faciens ſe deferri ad locum dicti feretri, prout ſibi reuelatum F fuerat per viſum, liberata eſt. Item & alius iuuenis ſurdus & mutus. Delato dicto feretro ad ſanctum Laurẽtiũ de ſcala in feſto eiuſdem martyris, quidam monachus ibi habitans timens, ne oblationes conſuetas in dicto feſto amitteret non eſt paſſus, q; ſuper altare beati Laurentij, ſed nec alibi in dicta eccleſia poneretur. Sed idẽ monachus ad veſperã [illegible] epilepſiæ grauiter correptus, in terra [illegible] de humiliatos pœnitentia egit. [illegible] ana maior de turri cadens confracta eſt.

Inde Carnutũ deducto feretro, occurr[illegible] ene sanctus ſuo cum tota proceſſione [illegible] rum & poſitũ eſt in eccleſia m[illegible] per[illegible] ta re ſanctæ Mariæ, vbi duæ mulieres con[illegible] curatæ ſunt, & quidam in carcere comped[illegible] liberatus eſt. Exinde collecta magna quantitate pecuniæ per Franciam, ſed non [illegible] ſufficientiam tantæ reparationis, dictu feretrum ſanctæ Mariæ cum reliquiis de[illegible] erunt etiam [illegible] Angliã. vbi tũc erat copia diuitiarũ. In nauigat[illegible] itẽm per mare cum dicto feretro vt Angliam intrarent, miraculoſè euaſerunt periculũ captionis pyratarum, quos obuios habuerunt. In dictoq; regno in multis ciuitatib. multi à diuerſis languoribus ſanitatem perceperunt, accedentes deuotè ad dictum feretrum, & v[illegible] n ſe commendantes.

Deinde accedentibus ad quamdam magnã villam, decanus cum ſuis clericis noluerunt recipere feretrũ intra eccleſiã ſuam ne amitterẽt oblationes: cùm tamen pluuia non modica in terram deſcenderet. Quidam autem ex compaſſione & deuotione incitatus adhoc ab vxore ſua receptaculum præſtitit in quadam domo ſua ſibi, & deferentibus ipſum. In die craſtina draco quidam flammiuomus e[illegible] de mari in illam villam aduolauit. Et primo eccleſiam, exinde quaſdam domos flamma, quam ex ſuis naribus emittebat, ſuccendit. Eccleſia autem illa ita cremata eſt, vt non ſolum ligna, ſed etiam parietes & lapides maximi eius & altaria ipſa in cinerem ſint r[illegible] da cta, vt nullo modo appareret ibi fuiſſe eccleſiã. Decanus autem ille videns eccleſiam & domũ eius ſuccenſam, veſtes & ſuppellectilem ſuam inde ad nauim quæ in littore propè erat, deferri fecit. Sed draco ille nauim petẽs, ipſam & omnia, quæ in ea erãt combuſſit. Domus au[illegible] illius, qui receperat feretrum, cum omni[illegible] ſuis illæſa euaſit, quod cernens decanus v[illegible] poſtulabat. Multi quoq; infirmi ibi ſanat[illegible] Steq; ex oblatis eleemoſynis reparata eſt eccleſia Laudunenſis combuſta. Hæc autem mira[illegible]la facta ſunt anno Domini 1114. & 15.

Innocentius 2. Pont. Max. 166. ſed. an. 13. m. 7. d. 8. A. C. 1130. ad quem permulta D. Bernardi extant ep[illegible] de quo etiam ſcribunt auctor vitæ D. Ber. lib. 2. Tyr. lib. 14. c. 11. & Vinc. lib. 27. c. 5. & 6. & alij.

§ IIII.

HOnorio ſecundo in papatu ſucceſſit Innocentius ſecundus patria Romanus, ex tranſtyberina regione, patre Ioanne. Anno Domini 1130. In numero pontificum [illegible] Ab initio autem mundi ſexies 1[illegible]4. Secundum aliam computationem minorem quinquies 1095. Qui ſedit annis q[illegible] 4. [illegible] Innocentius fama, vita, & ſcientia [illegible] ſummo ſacerdotio dignus habitus eſt. Contra quem per contentionẽ ordinatus eſt Petrus Leonis. Ad cuius ſchiſmatis p[illegible] ſe [illegible] dam,

vuca

vocatus eſt à Claraualle beatus Bernardus, qui multum laborauit & multum profecit.

Iſte Petrus Leonis anti-papa ad hunc honoris apicem ambiens, à ſuis fautoribus pretio corruptis nominatus eſt Anacletus. Congregauerat ſanè opes innumeras, tã in exactionib. cu tiæ quàm in legationum negotiationibus quas ad expectatas nnudinas reſeruarat. Inſuper ex paterni ſenſus ampla cõgerie eatenus ſigillata, modo diſtributa populum, ad fas & nefas venalem armarat plebem. Quibus erogatis donaria regum in ornamentis Eccleſiæ, ab ipſis euulſit altaribus. Et cum cal[illegible]ces frangere & crucifixos aureos membratim diuidere ipſi profani Chriſtiani vel erube[illegible]cerent vel timerẽt quę ſiti ſunt Iudæi, qui vaſa ſacra & imagines Deo dicatas audacter comminuerent.

Conuocato interea apud Stampas [illegible]oncilio, ſanctus Bernardus Innocẽti[illegible]m ſu[illegible]cipi perſuaſit Petro Leonis ob parentelæ ſuæ fortitudinem apud ſanctum Petrum commorãte. Innocentius Romam egreſſus, in Gallias proficiſcitur. Et eccleſia Gallicana ſibi adhærente cõcilium celebratur, in papam confirmatus declaratur, & Petrus ab omnibus Galliæ & Germaniæ epiſcopis anatematizatur.

Igitur Innocentius Aureliani honorificè à rege Fr[illegible]orũ a Ludouico (al[illegible]às Phillippo) ſuſceptus eſt. Inde Carnutũ deductus à Gaufrido magnarum virtutum viro, vbi ei occurrit rex Anglorum Hanricus. Tunc (vt ait Helinandus) ſynodus magna Rhemis celebratur ab Innocentio Papa in qua moltis ad honorem Dei diſpoſitis, regem Ludouicum pro fratre ſuo Phil[illegible]ppo, de equo deiecto per porcum & mortuo, viuente adhuc patre coronauit in regem. Cùm enim dictus Philippus inunctus in regem, adhuc puer in ciuitate Pariſiis equo veheretur: caſu quidam porcus equi pedibus ſe ſubmittẽs quem ſuper ſe præc[illegible]pit[illegible]m dedit vnde & de eius ſubita & miſeranda morte tota ciui[illegible]as luxit.

[Margin: [illegible] Rhemẽſe Guliel de Nang. A C. 1131]

Cùm autem præfatus Innocen[illegible]us monaſterium ſancti Medardi Sue[illegible]ſſionenſis, q[illegible] eſt transfluuium ſitum, dedicaret, affuit inter cæteros quædam mulier de pago Laudunen[illegible]i, quæ cum al[illegible]is monaſterium Beatæ Mariæ virginis ingreſſ[illegible]ra proceſſit, ſed virtute inuiſibili ab ingreſſu eſt repulſa. Tunc nimio pauore cœpit vexari & toto corpore tremiſcere. Confeſſa vero & abſ[illegible]luta ingreſſum promeruit.

San[illegible]us etiã Hugo epi[illegible]pus Gratianopolitanus, vir totius ſanctitatis & [illegible]agn[illegible] famæ, quamuis eſſet multum familiaris Petro Leonis, & patri eius, & multa obſeq[illegible]a ab eis tece piſſet, audito quod caput erex[illegible]et contra Innocentium, tamen nec eius amicitia flexu[illegible] nec potẽtia territus, ſed zelo veritati[illegible] ductus, etſi ſenex & infirmus, perrexit ad [illegible]oncilium, & cum epiſcopis & al[illegible] Pe[illegible]um [illegible]chi[illegible]maticum excommun[illegible]uit & Innocentio adhæſit.

Demum, vt habetur ex Chro. Lothari[illegible]s imperator, qui Lintherius dic[illegible]r expedit[illegible]nem in Italiam parat & cum ep[illegible]ſcopis & archiepiſcopis Innocentium papã Romam deducens contra Petrum Leonis qui monaſterium ſancti Petri munierat. ipſum ep[illegible]ſcopum in Lateranenſi eccleſia in ſede Põti[illegible]cali potenter collocat. Et ipſe Innocentius Lotharium imperatorem conſecrat laborabat eo tempore ſub ſchiſmaticorum oppreſſione (inquit Helinandus vt refert Vinc.) tota Burdegalenſis eccleſia ſeu prouinci[illegible] & nõ erat in Aquitania, qui poſſet reſ[illegible]ſtere principi, cuius animum indurauerat Deus vt ſcilicet faueret ant[illegible] papę petro Leonis: qui perſuadente Girardo Ang[illegible]l[illegible]ſmenſi epiſcopo. & inſtillante in cor eius ſemina diſſenſionis factus erat ſchiſmatis defenſor & author. Hi[illegible] igitur Girardus miſit ad Petrum Leonis, vt e[illegible] legationem concederet, & ipſe ei fidelitate iurata obediret. Inſuper & principẽ terrę, & quoſcunque poſſet ad eius imperium inclinaret Gauiſus homo perditionis, locũ ſe inueniſſe, in quo dilataret mal[illegible]iã ſuam, cito annui[illegible] & libenter. Et miſit ad eum Gilonem Tuſculanũ Cardinalem epiſcopum qui ſolus de Romanis cum Petro Portuen[illegible] ei adheſerat. Igitur Girardus reſumptis cornib quod ante nõ fecerat publicè procedebat mitratus. Ab his er[illegible] duobus [illegible]i[illegible]lenter expell[illegible]ur [illegible] ſede ſua Guhelmus epiſc[illegible]us Pi[illegible]auenſis [illegible]ir honeſtus & catholicus & pro eo [illegible]us quidam nobilis genere, ſ[illegible]d degener fide intruſus eſt. Similiter etiam in Lemouic[illegible]e[illegible]le[illegible]ia intruſerunt Ranulphum quendam deoratenſem qui non multo poſt cadens reſ[illegible]piuus de equo, in via pl[illegible]na [illegible]vno t[illegible]um lapide vltore, qui ad ho[illegible] ibi rel[illegible]us erat infixo capiti eius, atque quaſſato cerebro expirauit.

[Margin: A.C 1140]

Audiens hæ[illegible] & ſimi[illegible]ia [illegible]enerabilis Gaufridus Carnutenſ[illegible] epi[illegible]copus, cui à papa Innocentio Aquitaniæ legatio fuerat [illegible]ommendata duxit. Secum ſan[illegible] Be[illegible]ar[illegible]m. Venerunt ergo Nannetum, ib[illegible] ſan[illegible]u[illegible]ier per vitum Dei ſanctum Bernardum, [illegible]uæ iam per ſex annos à dæmone in[illegible]o ſu[illegible] [illegible]pre[illegible]. Qual[illegible] hoc [illegible]ccidit a[illegible] decl[illegible]rat[illegible] eſt. Decan[illegible]s autem eccleſiæ Picta[illegible] altare [illegible] in q[illegible]o ſanctus Bernardus miſſam [illegible]ntauerat cõfringere auſus eſt. Q[illegible] [illegible]ſt breue te[illegible]pus percuſſus à Deo cum [illegible]m animam exhalaret, vidit domum ſuam plenam dæmonibus & ſe à dæmone [illegible]gi[illegible], clam[illegible] ve[illegible], à circumſtantibus p[illegible]ſtulabat cultel[illegible]um, quem ad dæmo[illegible]em ex[illegible]ahen[illegible] immergeret gutturi ſuo & inter hæ[illegible] ve[illegible]ba e[illegible] pr[illegible]ſbyter ver[illegible] qu[illegible] Petri in[illegible]s P[illegible] u[illegible] e[illegible] cle[illegible]iæ deni[illegible] tabat [illegible]ynod[illegible]m, [illegible]n i[illegible] quos ad conuentum pe[illegible] [illegible] D[illegible]bo[illegible] correptus eſt, ſed & in [illegible]os [illegible]u[illegible] qu[illegible]n i[illegible]o [illegible]llmate feruenti[illegible] es [illegible] an[illegible] manus Dei manifeſtam exercuit v[illegible]ionem. Tandem principe [illegible]econciliato & epi[illegible]copis, qui ex[illegible]ulſi fuerant in ſuis [illegible]edibus relocat[illegible] Girardus [illegible]o lus perſe[illegible] m[illegible] ſine conf[illegible]e & via t[illegible] repente in lectulo ſuo mo[illegible] [illegible]uentus eſt, & enormiter tumidus. Qui à nepotibus ſuis in quadã baſi[illegible]ica ſepultus eſt ſed a Gaufr[illegible]do C[illegible]nutenſi epiſcopo inde extra[illegible]us eſt & alibi piectũ corpus. Nepotes quoq; eius ab eccleſia elimin[illegible]unt, & omnis progenies & plantatio à radice au[illegible]lſa, per cætera regna tanti

[Margin: Legitimis exturbatis epiſcopis ſubſtituũtur improbi.]

[Margin: J.c 55.8.]

[Margin: Terribilis [illegible]]

a Ludouicus Craſſus quinque Põtifices maximos in Gallia vidit, Vrbanũ 2. Paſ[illegible]alem [illegible]. Gelaſium Calixtum 2. & Innocentium 2. Aemil li[illegible]. Geneb.

A C 1140 iudicij circumferens querimonias exulauit.

Rex Siciliæ a Rogerius, ſolus de principibus Innocentio non obediēs.ad Petrum Leonis,vt Petrum Piſanum ſibi à ſuo latere delegaret, confidens in eloquentia Petri piſani. Sed abbas ſanctus Bernardus ipſum Petrum Piſanum papæ Innocentio reconciliauit.Poſt triduū Petrus Leonis impœnitēs moritur&cadauer eius in latebris ſepelitur & vſq; ic hodie fouea illa à catholicis ignoratur.Schiſmate ergo ablato Innocentius apud aquas Salluias fundauit monaſteriū ſancti Anaſtaſij martyris, conſtructis ibi cœnobialibus manſionibus.Et petiit à monaſterio Claræuallis conuentum & abbatem mitti.Mittitur ergo illuc cum conuētu à Bernardo Eugenius Piſanæ eccleſiæ olim vice Dominus & tunc monachus Ciſtercienſis. Qui poſt aliquot annos creatus eſt papa, vt patebit infrà.

Petri Leonis antipapæ mors. ignominioſa. ibidem.

J.§.7. Hic Inno.ſecundus tulit ſententiam excōmunicationis, contra inijcientes manus violentas in perſonas eccleſiaſticas: ſic decretizās 17.quæſt.4.ſi quis,6.Si quis ſuadente diabolo, huius ſacrilegij reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus iniecerit anathematis vinculo ſubiaceat.Et nullus epiſcoporum præſumat illum abſoluere,niſi mortis vrgente periculo, donec apoſtolico conſpectui præſentetur & eius mandatum ſuſcipiat. Illud decretum habet declarationem valde prolixam quā habes in tertia parte titulo de excommunicationibus.

tit 2.4.c 1. in 4.par. Sur Ipſe etiam Innocentius determinat ſuper his conſultus, quod ſi quis accipit viduam in vxorem,etiam ante baptiſmum nō poteſt promoueri, quia bigamus.diſt.34.ſi quis viduam.

Viduam ſiue ante baptiſmū ſiue poſt ducens eſt bigamus Item quod ſi quis ante baptiſmū habuit vnam vxorem & poſt baptiſmum aliam, etiam ſi virginem,verè eſt bigamus,& promoueri nō poteſt. di 26.deinde.

Inno.1 ep. c. tom. 1. Conc. Item q. baptizati,vel ordinati ab hæreticis ſcienter non admittuntur ad clerum.1.quæſt. 1.ventum.Et hoc niſi baptizati ſint,in caſu neceſſitatis ab eis.

Rom. 13. Idem 23.quæ.4.quæſitum.ait Queſitum eſt ſuper his qui poſt baptiſmū adminiſtrauerūt, ſcilicet iuſtitiam in cauſa ſanguinis aut tormēta ſola exercuerunt aut etiam capitalem ſententiā protulerunt.ſcilicet vtrum tales peccent. Et reſpondet Nihil de his legimus a maioribus definitum ſcilicet quod peccent,meminerant enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas & propter vindictam noxiorum gladium, fuiſſe permiſſum. & Dei miniſtrum vindicem in huiuſmodi eſſe datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod authore Deo videtur eſſe conceſſum; vbi gl. ſ.Reuera tales nō peccant, ſi amore iuſtitiæ hoc faciunt, & habeant poteſtatem ad hæc ſin[illegible].

Item Inno 35 q 9.ſententiam.ait Sententiam Romanæ ſedis nō negamus poſſe in me-

A lius commutari, cum aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum & temporum ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatione quadam ordinare decreuerit: quoniā & egregium apoſtolum Paulum quædam feciſſe diſpēſatoriè legimus,quæ poſtea reprobaſſe legitur,quod tamen obſeruandū eſt quando illa Romana videlicet eccleſia diſcretiſſima cōſideratione hoc fieri delegerit nō quādo ipſa, quæ benè definita ſunt retractare voluerit.Idē c.ſeq.Graue non oportet videri piiſſimis mentibus veſtris,cuiuſdā retractare iudiciū,qa veritas ſæpius exagitata magis ſplēdeſcet in lucem & perniciem reuocata in iudiciū grauiter & ſine pœnitentia condemnatur. Nam fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri.

A C 1143

Cæleſtinus 2.Pont.max.167.ſed.m.5 d.13.A.C.1143.

§. V.

INnocentio ſecundo viam vniuerſæ carnis ingreſſo aſſumitur ad ſummi pontificij gradū Cœleſtinus ſecundus qui prius Guido dicebatur ſancti Marci preſbyter cardinalis natione Tuſcus patria Caſtellanus è caſtro Fœlicitatis,quod nonnulli ciuitatem Caſtelli eſſe affirmant, Typhernum ab antiquis appellatum. Anno Dñi 1154.Ab initio vero mundi quinquies 1109.Secundū aliam cōputationē ſexies 1348.Sedit autem mēſibus 5.vnde propter breuitatem temporis ſui pontificatus de eo nihil reperitur adnotatum. Et fuit in numero pontificum 172.Circa illud tempus vel paulò ante, Senonis præſente Ludouico rege Franciæ fit epiſcoporum & abbatum religioſorum conuentus contra Petrum Abailardum alias Baliardum qui ſcandalizabat eccleſiam, profana quadam nouitate verborum vel ſenſuum. Et hic ab eis interpellatus [& à D.Bernardo in diſputationem prouocatus,] vt de iuſtitia & [dogmate ſuo reſponderet,eum] veritus audientiam apoſtolicæ ſedis appellauit. & ſic euadens non multo poſt Cabillone apud S.Marcellū obijt.

Hic Petrus Abailardus,vt refert Vinc.ſpe.hiſt. lib.98.magiſter inſignis fuit celeberrimus in opinione ſcientiæ, ſed de fide perfidè dogmatizans. Huius ſcripta incendio & ſcriptorum ſilentio Innocentius ſecundus condemnauit.Et ad Innocentiū papam ſic ſcribit Bernardus de hoc Petro.Habemus in Francia nouum de veteri magiſtro theologū, qui ab ineunte ætate ſua in arte dialectica luſit,& nunc in ſcripturis ſacris inſanit.Qui omnia ſuperuiquirit,& quę nō inuenit.Hic in primo theologiæ, vel potius ſtultilogiæ ſuæ limine, fidē definit

a Hic Rogerius poſt mortem Gulielmi Apuliæ ducis (de quo ſup.§1.) dux creatus, [illegible] deinde ab [illegible] imperatore Con[illegible] Neapoli, rex vtriuſque Siciliæ ab hoc pſeudo-pontifice Petro Leonis appellatus eſt A. C. 1130. [illegible]

a Proteſtantes in hoc dogmate cum Petro Abailardo conueniunt. Siquidem fidei [illegible], quā tantopere illi prædicant, & [illegible] quam ipſi nominant [illegible] hominum plane delirantium [illegible] & [illegible] eſſe [illegible] contra Petrum Abailardum [illegible] proſternitur, et proteſtante [illegible].

A.C. 1138. æſtimationem, [quaſi cuique in ea ſentire & loqui, quę libeat liceat, aut pédeat ſub incerto iu vagis ac variis opinionib. noſtræ fidei ſacramenta & non magis certa veritate ſubſiſtant. Nonne ſi fluctuat fides inanis eſt & ſpes noſtra. Stulti ergo martyres noſtri ſuſtinentes tam acerba propter incerta. Sed abſit] vt putemus in fide noſtra aliquid (vt is putat) dubia æſtimatione peudulum: & non magis totum, quod in ea eſt, certa ac ſolida veritate ſubnixum, oraculis & miraculis diuinitus perſuaſum, ſtabilitum & conſecratum partu virginis, ſanguine redemptoris, gloria reſurgentis. Teſtimonia

Pſal. 92. iſta credibilia facta ſunt nimis. Clamat apoſto

2. Tim. 1. lus. Scio cui credidi, & certus ſum. Et tu mihi ſubſibilas, vides eſt æſtimatio: Tu mihi ambiguum artis, quo nihil eſt certius? Sed & Augu. aliter. Fides ait non coniectando vel opinando habetur in corde, in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed certa ſcientia, acclamante conſcientia.

Heb. 11. Cæterum Fides (ait apoſtolus) eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, non inanium phantaſia cōiecturarum. Academicorum ſunt iſtæ æſtimationes, quorum eſt dubitare de omnibus, ſcire autem nihil, hæc Ber.

Capitula in libris eius reprehenſibilia annotauit beatus Bernardus in epiſtola, quam de illo ſcripſit ad Innocentium papam ſecundum. Libri tamen huius à multis curioſè ſecuantur, quibus aquæ furtiuæ dulciores ſunt & panis abſconditus ſuauior. Ego in eis multa reprehenſibilia inueni. Huius Petri aliquando diſcipulus fuerat Gaufridus Autiſiodorenſis, qui multo tempore fuerat notarius beati Bernardi, hic inter cætera de eodem Petro dicit. Ego aliquando mihi magiſtrum fuiſſe recordor qui cum pedibus & inteſtinis nihil amplius de agno paſchali, aut ipſe vorans aut diſcipulis exhibens, & ſe pariier & ſuos non modica eius parte fraudabit.[a] Siquidem pretium redemptionis euacuans nihil aliud nobis in ſacrificio paſſionis Dominicæ commendabat niſi virtutis eius exemplum, & amoris incentiuum. Quod enim ſcripturę perhibét depoteſtate diaboli pretioſo ſanguine illo humanū genus eſſe redemptū, ideo ſolo conſtare dicebat, quod exemplū nobis exhibitū eſt vſque ad mortē pro veritate & iuſtitia certādi & adhibitum eſt velut quoddā incētiuū amoris, cùm ex impēſo amo-

A re occaſio data eſt redamādi. quaſi verò & hæc duo in mortibus prophetarum pro veritate & iuſtitia occiſorum nobis ante exhibita non ſint. Et quidē magna hæc & vera, ſed non ſola. A.C. 1144

Benedictus Deus, qui ſimul ſicut & vobis ita & mihi magiſtrum dedit poſtea meliorem per quem Prioris redarguit ignorantiam, inſolentiam confutauit. Ille enim tanquam verus Hebræus auidè prorſus vorabat, & vorandum nobis ſollicitè commendabat caput agni cum pedibus & inteſtinis ſic imitādum dominum prædicans patientem & ſic redamandum a-

B mantem, vt principalem huius ſacrificij cauſam velut agni caput redemptionem in eo pro ſiteretur & adoraret humanam. Tria namque ſpecialia Chriſtus nobis in ſua paſſione exhibuit: exemplum virtutis, incentiuū amoris, redemptionis ſacramentum: quod tertium euacuanti heretico nihil prodeſſe cætera poterunt. Sine cauſa enim pro virtute certauit vſq; ad mortē, nobis patientię prębens exēplū, & ſine cauſa exhibuit & cōmēdauit huiuſmodi immenſæ dilectionis affectū, ſi nō recepit olim iā

Tria Chriſtus nobis in ſua paſſione exhibuit.

C dicta captiuitas copioſæ redemptionis effectum. Gaufridus hæc contra Petrum olim magiſtrum ſuum fortiter & catholicè ſcribit.

Eo tempore Henricus germanus Ludouici regis Francię apud Claramuallem monachus effectus eſt. Qui non multò pòſt ad epiſcopatum Bellouacenſem aſſumptus eſt. Et Ioannes de temporibus moritur, qui annis 361. vixerat à tempore Caroli magni, cuius armiger fuerat.

Lucius 2. Pont. max. 168. ſed. m. 11. d. 24. A.C. 1144. de quo ydem.

D

§. VI.

ANno Domini 1144. Cœleſtino de hac luce ſubtracto ſuſcepit Romanam eccleſiam regendam Lucius Bononienſis, qui prius Gerardus dicebatur & cācellarius erat. Et quia intra annum deceſſit non reperiuntur à ſcriptoribus geſta eius inſinuata niſi quod refert Ioan. de col. videlicet, quod [a] cum Romani

E arbitrio ſummi pōtificis regebātur, ſenatū, qui à longeuia temporibus collapſus fuerat, &

a Idem hereticus aſſerebat filium Dei non aſſumpſiſſe carnem & in carne mortuum eſſe, vt hominem liberaret, ſed vt hominem inſtitueret, caritatemq; ſuā oſtenderet. Qua opinio eo tendit, velut Chriſtus iuſtitiam non infundat, quæ nos liberet, noſtrisq; cordibus inhæreat, ſed ſolum ſic exemplaris quadam cauſa iuſtitiæ noſtræ. Contra quam hæreſim ſic ſcribit D. Bernard. ep. 190. Quid prodeſt, quod nos inſtituit, ſi nō reſtituit. Si omne quod profuit Chriſtus in ſola fuit oſtenſione virtutum, preſtat vt dicatur, quod Adam quoque ex ſola peccati oſtenſione nocuerit. Aut ſi Chriſtiana fides aut non hæreſi Pelagianæ acquieſcentes, generatione & non inſtitutione in nos traductum confitemur Adæ peccatum, fateamur neceſſe eſt, & à Chriſto nobis non inſtitutione, ſed generatione reſtitutam iuſtitiam, & per iuſtitiam vita. Ex Sand. de viſi. Mon. hoc etiam facie cotra imputatiuam hæreticorum iuſtitiam.

a Hoc tempore Pop. Rom. multa cum finitimis Tiburtinis, Tuſculanis, Albanis, Prœneſtinis & reliquis latij populis bella gerere cœpit: quæ Tuſculi tandem excidio quinquageſimo poſtquàm ſuſcepta fuerant anno finita ſunt. Quorum occaſione Romano Pontifice Innocētia a q u pa:é quam be'lū m a' lebat, a ciuitatis ad-

F *miniſtratione ſubmoto, nouū reipubl. corpus præter eius voluntate conſtitutū eſt. Senatoribus aliquot, equeſtri ordine, patricio, qui omnibus præeſſet, tribunisq; quibuſdā veterū Romanorum exēplo inſtitutis. In quibus controuerſiis Pop. Rom. quod pontifici rebellis eſſet, anathemate notatus, tunc primum a pontificiis comitiis omnino excluſus eſt, & ad ſolos Cardinales cleri etiam primoribus omnino excluſi vel in collegium Cardinalium cooptatis pontificis electio redacta eſt. Primus porro ſine vllo populi interuentu papa creatus eſt mortuo Inno. 2. Cœleſtinus 2. Ex vetuſtiſ. li. Bibliot. Palatinæ. & Vrthone Friſing. li. 7. hiſt. cap. 27. 31. & 34. item lib. 1. de geſtis Frid. Impe. 27. & 29. Onuph.*

A.C. 1143. pene obliuioni traditus, ſublimare decreuerūt. Et cum hoc Innocentius ſecundus impedire voluiſſet morte preuentus hoc agere nō valuit. Sed Lucius iſte Bunonienſis Innocentij volūtatem ſecutus contra Romanum populum ſenatum abolere diſpoſuit. Vnde ingenti militia congregata capitolium vt inde ſenatores expelleret, inuaſit. Sed populus Romanus ad arma concurrens, papam cum ſuis Capitolio expulit, vbi papa (vt refertur) lapidibus attritus poſt modum officium paſtorale exercere non potuit. Sed non multò poſt ſcilicet poſt vndecimum menſem ſui papatus diem clauſit extremum.

Eodē anno in Francia fames inualeſcit, Et S. Bernardus in Alemannia multas virtutes facit vbi apud vrbem Spirenſium tantus erat concurſus, vt Chunradus rex ſeu imperator, ne populus eum comprimeret depoſita chlamyde eum in proprias vlnas ſuſcipiens de baſilica aſportaret.

Per idem tempus in Alemanniæ partibus, admirabilis quædam virgo prouectæ ætatis erat, cui tantam diuina virtus gratiam contulerat vt cum laica & illiterata eſſet, mirabiliter tamen rapta frequentius in ſomnis diſceret nō ſolum, quod verbis effunderet, ſed etiam quod ſcribendo latinè dictaret, vt hæc dictando catholicæ doctrinæ libros conficeret. Hæc autem fuit, inquit Vincen. ſpe. hiſtor. vt exiſtimo ſancta Hildegardis, quæ multa fertur prędixiſſe de futuris, ad quam etiam beatus Bernardus ſcripſiſſe dicitur. Hæc ad Colonienſes ſcribens, de futura clericorum tribulatione, dicit, quòd clerici gloriam abſque merito volunt habere, & meritum abſque opere.

Circa hoc tempus Galielmus puer in Anglia crucifigitur à Iudæis in die paraſceue in vrbe Norvuicho, de quo talis viſio legitur, vt refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 27. ex chro. Puer quidam nomine Gulielmus annorum 15. dormiēs vidit virum ſplendidum dicentem ſibi, Sequere me. Et cœpit mox vmbram videre tætram à læua, ſed ea leui viſione ductoris ſui confortatus eſt. Dehinc vallem vidit tenebroſam, habentem hinc ignem, illinc aquam frigidiſſimā vbi animæ de vno in aliud ſemper tranſibant. Poſt deduxit ille ſenior ſplendidus puerum ad alia tormenta, vbi vidit ſedilia infinita ignea, & plebem innumerabilem eiſdem ſedibus impleri, & dæmones monetam flammeam de ſacculis proferebant, & in ora ſingulorum proiiciebant, quam illi per fauces & guttur eiiciebant: ſed dæmones iterum in ora reingerebāt.

Puer quidam dānatorum tormenta cernit. Poſtea vidit à dæmonibus carnes quæ perfecti hominis formam habere videbantur, in caldarias proiici, & ſub momento quaſi mox nati infantes apparebant. Hę fuſcinulis ignitis à caldariis extractę ſtatim in priorem ſtatum tranſformari videbantur. Et ſic ſæpius in caldariis retorquebantur. Ductus inde ad alium ignem vidit innumeros homines in eum proiectus in ſingulis iuncturis diſſolui, & iterum eis de flamma ereptis ad loca ſua reuerſæ ſunt iuncturæ. Poſtea vidit multos ſuper rotas volubiles affigi viros per virilia fœminas per genitalia mēbra, & omnes clamabant, Vę vę. Poſt hęc vidit multos ſuper ſedes igneas quaſi fures in campo ſuſpenſos capitibus deorſum quorum A.C. 1144. alij frigore morientes, veſtes ſubterpoſitas videbant, ſed tangere non valebant, alij fame cruciati cibos delectabiles ſubterpoſitos tangere non poterant. Et in quacunque neceſſitate poſitis aliis non ſubueniebant in eadem nullam conſolationem recipiebant. Poſtea vidit tartarum apertum, qui videbatur in deſcenſu profundior, quàm ſit longitudo viæ à Dorobernia in Londoniam. ibi hoſtis antiquus ſedebat in medio flammæ in ſua partes diſtentus.

Cùm autem puer ſtaret iuxta oram putei tremens tæter ſpiritus, qui ſiniſtro lateri eius ſemper ab egreſſione domus adhærebat cœpit eū accuſare dicens. Omnia praua huic puero ſemper ſuggeſſi. Ea verò, quæ puer confeſſus fuerat ante paſcha, (nam poſt paſcha accidit) hic omnino tacebat. Tot tamen & tanta crimina illi obiecit, vt ad æternam damnationem ſufficere crederentur. Tunc ad admonitionem ductoris cum puer ſigno crucis ſe muniret, potens non comparauit. Ductore verò illo recedente, puer diu in tenebris ſtetit tremens. Reuerſus autē ductor puerū ad lucidum ſplendorem duxit & ſtatim apparuit murus infinitæ longitudinis & latitudinis, in quo nullus patebat aditus. Venientes illuc in momento vltra ſe raptos inuenerunt. In patria illa deſiderabili apparuit domus rotunda: quę duodecim portas habebat, ſicut in Apoc. eſt ſcriptum. Ab oriente portę tres ab Aquilone portę tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab occaſu portę tres. Hāc ingreſſi tā amplā viderunt, vt quotquot in mūdo ſunt, decimam partem eius implere non poſſent. Ibi multos in magna gloria videbat, ſed alij alijs glorioſiores. Tunc vidit decē beatorum catervas. Veniens autem ad orientalem portam, circa medium oſtij, vidit altare quoddam circa quod viri ſplendidi ſedebāt, qui omnes tanquam vni præſtantiſſimo famulabantur. Ille coronam habebat in capite duodecim crucibus aureis inſignem. Puerum in hac viſione lætantem alloquitur ductor ſuus dicēs. Hic tibi locus erit, ſi benè vixeris. Sciáſque hūc eſſe puerum Gulielmum. quem Iudęi apud Norvuichum crucifixerunt. Recedēte ductore mox ad corpus, licet renitens ſpiritus, reuerſus eſt. In ſecunda feria circa nonā dormire cœpit. In tertia feria circa tertiam in faciem ſe erigēs ſignauit ſe, quando ſcilicet tartarum vidit apertum & in quinta feria circa meridem rediit.

Videtur totum ſe dis.

Apoc. 21.

Eugenius 3. Pon. max. 169. ſed. a. 8. m. 4. d. 12. A.C. 1145. de quo in vita S. Berna. lib. 2. c. 7. & 8. hæc habentur.

§. VII.

SVcceſſit Lucio in ſede Petri Eugenius 3. anno Domini 1145. In numero pontificū Romanorum 174. Hic de Claraualle fuit monachus, natione Piſanus diſcipulus beati Bernardi. Qui ad vrbem miſſus eſt de Claraualle, vt abbas inſtitueretur in monaſterio ſancti Anaſtaſij extra Romam, quod monaſterium conſtructum fuerat ab Innocentio ſecundo. Et dū ibi abbas exiſteret electus eſt in papam. Hic ergo ex inſperato à cardinalibus electus ſtatim pro

A.C.1145.

à cardinalibus electus, ſtatim propter metum ſenatorum, qui contra prędeceſſoris ſui voluntaté à populo Romano fuerant electi, ad monaſterium Farfenſe ſe tranſtulit ibique vocatis cardinalibus & prælatis manus conſecrationis accepit. Hunc cùm ante ſimplex eſſet, Deus mirabili gratia perfudit & elegantia. Hic rexit eccleſiam annis octo, & menſibus 7. diebus 20.

Sed contra hunc Romani Iordanem patricium & ſenatorem erigentes, ipſum ab vrbe deturbant. Qui ſeditionem ortam cernens in populo, puluerem pedum in litigantes excuſſit, & eis relictis in Franciam venit, in cuius comitatu multa ſigna fecit beatus Bernardus. Ad hunc papam ſcripſit idem vir ſanctus librum de conſideratione, librum vtique multę ſubtilitatis, & vtilitatis, & eloquentiæ. Sub iſto Eugenio tertio tranſlatus eſt liber Ioannis Damaſceni preſbyteri de græco in latinū à Burgundione iudice, ciue Piſano. In quo continetur orthodoxæ fidei traditio in quatuor libros diuiſa, centum capitulis diſtincta. Hic tamen de proceſſione ſpiritusſancti à filio cum Græcis non fideliter ſenſit. Potuit tamen excuſari ab hæreſis vitio: quia tempore ſuo non dum erat ab eccleſia determinata materia illa, vt dicit Thomas in ſumma.

Conciliū Remenſ: in Gallia A.C 1148. de quo Bern. ſer. 80 in cantica.

Anno autem domini 1148. Remis conciliū ſub Eugenio celebratur. In quo concilio publicè confutauit beatus Bernardus magiſtrum Gilbertum cognomento Porretanum, diſputando cum eo ſingulariter, tanquam ſui temporis ſingularis athleta. Hic Gilbertus erat Pictauorum epiſcopus in ſacris literis plurimum exercitatus, ſed ſublimiora ſe ſcrutatus eſt ad inſipientiam ſibi. Siquidem de ſanctæ trinitatis, vnitatis & diuinatis ſimplicitate, nō ſimpliciter ſentiens, nec fideliter ſcribens, diſcipulis ſuis panes proponebat abſconditos, & furtiuas aquas. Nec facilè quid ſaperet, immo quantum deſiperet, perſonis authenticis fatebatur. Timebat enim, quod apud Senones Petrum Abailardum ei dixiſſe ferunt. Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Gilbert⁹ Porretanus hæreticus qualis. l. 3. vitę S. Bern. c. 5

Horat li 1. ep. 18.

Nouiſſimè cùm ſuper hoc iam fidelium inualeſceret ſcandalum, creſceret etiam murmur vocatus ad medium eſt, & librum tradere iuſſus, in quo blaſphemias euomuerat graues quidem, ſed verborum quodam inuolucro circumſpectas. Sanctus quoque Bernardus primum quidem totum, quod ille verborum cauillationibus occultare videbatur, ſubtilibus interrogationibus eliciens, deinde tam ſuis ratiocinijs, quam ſanctorum teſtimoniis biduana diſputatione redarguit. Conſiderans autem nonnullos ex iis, qui præſidebant, iam quidem aduertētes blaſphemiam in doctrina, adhuc tamen auertentes iniuriam à perſona: accenſus eſt zelo: & domeſticam ſibi gallicanā ſeorſum conuocat eccleſiam. Communi denique conſilio à partibus decem prouinciarum, aliis autem epiſcopis & abbatibus plurimis, dictante viro Dei, nouis dogmatibus opponitur ſymbolum nouum, cui etiam ſubſcribuntur nomina ſingulorum, vt eorum videlicet omnium, ſicut fides erat irreprehenſibilis, ſic irreprehenſibilis cæteris zelus innoteſcat. Ita demum apoſtolico iudicio & authoritate vniuerſalis eccleſiæ error ille damnatur. Epiſcopus Gilbertus an eidem dānationi conſentiat interrogatur. Conſentiens & publicè refutans, quæ prius ſcripſerat & affirmauerat, indulgentiam ipſe conſequitur, maximè quòd ab initio fallus fuiſſet, ea lege ſe eandem diſputationem ingredi, vt promitteret ſine vlla ſeſe obſtinatione ꝓ eccleſiæ ſanctæ arbitrio correcturum liberè opinionem ſuam.

A.C.1145.

Gilbert⁹ Porretanus ſuū errorē agnoſcit, & veniam in concilio impetrat.

Horum duorum magiſtrorum Petri videlicet Abailardi & Gilberti Porretani quidam diſcipuli nimium zelantes pro ipſis beato Bernardo & toti ordini Ciſtertienſium poſtea detrahere cœperunt. Idem Eugenius quædam decreta edidit. vnde diſti. 37. de quibuſdam ex ſynodo Eugenij papæ dicitur. De quibuſdam locis ad nos refertur, neque magiſtros, neque curam inueniri pro ſtudio literarum. Idcirco ab vniuerſis epiſcopis ſubiectis plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, vt magiſtri & doctores conſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliúmque artium dogmata aſſiduè doceant, quia in his maximè diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

Idem de monachis 16. quæſt. 1. placuit placuit communi noſtro concilio, vt nullus monachorum pro terreno lucro de monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat: neque pœnitentiam dare, neque filium de baptiſmo ſuſcipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad eccleſiam ſæcularem tranſire, nec aliis quibuſlibet negotiis ſeſe implicare. Sis clauſtro ſuo cōtentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita: ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius & taceat, quia mundo mortuus eſt: Deo autem viuit. Agnoſcat nomen ſuum, *μόνος* enim græcè latinè vnus *ἄχος* græcà latinè triſtis. Sedeat igitur triſtis, & officio ſuo vacet. Idem 27. quæſt. 2. ſi vir & vxor, ex ſynodo Eugenij. Si vir & vxor diuertere ꝓ ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine conſcientia epiſcopi fiat, vt ab eo ſingulariter prouiſo conſtituantur loco. Nam vxore nolente, aut altero eorum, ēt ꝓ tali re matrimonium non ſoluitur. Demum Romam reuerſus, cum ſummo honore à populo recipitur, & poſt modicum migrauit ad dominum.

Thren. 3.

Rom. e. 36.

Anaſtaſius 4. Pōt. max. 170. ſed. a. 1. m. 4. d. 24. A. C. 1153.

§. VIII.

DEficiente Eugenio, collocatus eſt in ſede Romana Anaſtaſius natione Romanus patre Benedicto, abbas antea ſancti Ruffi valētinę diœceſis anno domini 1152. Et anno nō cōpleto appoſitus eſt ad patres ſuos, de quo nil reperi notatum.

Bartholomęus Laudunēſis epiſcopus 38. anno ſui epiſcopatus, contēpto mūdi ſchemate, in quodam monaſterio induitur monachali habitu. Qui cum ſederet aliquando cum aliis monachis ad collationem, aſpexit quemdam monachum tardius atque lentius cæ

Bartholomęus Laudu. Fit monach⁹ Vin. l. 27. c. 126

A.C.1153. cæteris venientem, nigrúmque paruulum iuxta cum gradientem, ac per cucullam tenenté. Quod cũ abbati retuliſſet, didicit ab eo quod ille monachus valdè negligens eſſet. Vinc.ſpe. hiſto. A

De Petro Tarentaſienſi epiſcopo de quo Gaufridus Altęrubæ. 3. Tom. Sur.

Sed circa illud tempus floruit quidam ſanctus vir, Petrus nomine, Tarentaſienſis epiſcopus, ſanctitate & miraculorum gratia inſignis. Implacabiles inimicitias & odia inueterata frequenter extinxit, & grauia admodum bella compeſcuit. Deſperatas etiam recõciliationes inter maximos etiã principes, domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis effecit. B

Hic vt refert Vinc.ſpe.hiſt.l.28.c.125. in itinere, quo acceſſit ad regem Angliæ pro quadã pace componenda, ſtupendum miraculum operatus eſt apud ſanctum Symphorianum, quod eſt caſtrum Lugdunenſis eccleſiæ. Ibi enim cum eſſet quidam vir fidelis Petrus ſcilicet de Maximeto notus & honoratus, eum ad hoſpitium ſuum aliquando quaſi vim faciendo pertraxit. Huic filia iuuencula erat miſerabili incommoditate laborans. Egerat enim quædam mulier malefica per nequitiam inuidæ ſocrus inducta, vt languore tepeſceret deſperato, nec viri ſui præſentiam, nec aſpectum vllatenus tolleraret. C Affectione autem muliebri genitrix perſuaſa, vt ſolemus ſathanam eiicere: famoſum quemdam maleficum acceſſiuit. Affuit, explorauit, agnouit iuuenculam aſſerens infirmatam, terit arborum cortices, & pocula verbis & herbis infecta propinat. Mordet etiam propriis dentibus brachium miſeręmulieris in duobus locis ſcilicet circa frontẽ brachij, ita vt vtraque morſura, ſcilicet ſuperior & inferior diſtaret à fronte brachij, quaſi vno palmo. D Res noua, res mira: ab illo ſiquidẽ languore conualuit, ſed non plenè. Nam interdum velut ex corde ſentiens acus procedere cruciabatur atrociter, donec per ſuperiorem morſurã brachij, quã nulla cicatrix ſicut nec inferior ẽ obduxerat, acus educeret vis occulta. Iam in hunc modum plures per temporum interualla quaſi triginta acus prodierant, quędam (vt vulgo dicitur) capſatæ, quędam admittendis idonea filis foramina præferentes. E Adhibetur igitur viro ſancto à patre filia, cuius ei lugubrem explicat tragœdiam. Et ecce mox eadẽ iuuencula ſentiens acũ gemebunda deplorat ad quã accedẽs vnus ex fratribus laicis viro Dei ſeruiens acum cruentam extraxit, annis pluribus ad teſtimonium conſeruatam. Orat ſanctus Petrus, & locum vulneris tangens virtute Dei pollicetur, nec ferrum, nec chalybem, vltra proceſſurum. Factumque eſt ita, ſed mutata eſt materia, malitia nondum extincta penitus. Per alteram brachij morſuram inferiorem, quam vir ſanctus nondum tetigerat, F quia nec adhuc aliquid inde exierat, cæperunt ſudes lignei paruuli, quos vulgo brocas vocãt, ex quercino robore vel fraxinco pro ferreis acubus egredi, groſſiores ſpinis & modico longiores. Nec tamen omnes vnius longitudinis vel groſſitudinis, ſicut nec acus fuerant. Septẽdecim iam intra annum & paucos menſes ex muliere ligna prodierant. Affuit deinde reuerendus antiſtes Petrus, cui diuinitus ſeruaba-

Mulier magicis incantationibus viſũ auerſatur.

A tur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier A.C.1153. miſſarum ſolennia celebranti, ſicut præceperat veſpere præcedenti. Eadem hora decimum octauum ex carne mulieris lignum egreditur, quod ſub oculis omnium capellanus extraxit. Confitentem, itaque mulierem præſul abſoluit: & ſacram ei tradens euchariſtiam, ab omni deinceps cuiuſcunque materiei progreſſu iubet eam eſſe ſecuram. Sicque ab omnibus præſtigiis liberata adhæſit viro ſuo, liberóſque procreauit, virtutémque viri ſancti, quam experta fuerat in ſe multis prædicauit.

Adrianus 4.Põt.max.171.ſed.a.4.m.8.d.28.A.C.1154.

§. IX.

ANno aũt domini 1153. Ab initio autem mũdi ſecũdum maiorem cõputationem 5345. ad ſummum pontificatus apicem vocatus eſt a Adrianus natione Anglicus qui prius dicebatur Nicolaus. Et ſedit annis 4. menſibus 9. diebus 8. Hic prius fuerat mona- C chus, & abbas in monaſterio ſancti Ruffi apud Valentiam, de quo Ioannes Sareſberienſis, qui erat ei multum familiaris, ſic ait. Audiui papã Adrianum dicentem, quòd Romano pontifice nemo eſt miſerabilior, conditione eius nulla miſerior. Fatebatur enim in illa ſede tantas ſe miſerias inueniſſe, vt facta collatione præſentium, tota præcedens amaritudo vitæ, iucunditas & fœlicitas ei fuerit. Spinoſam enim dicebat cathedram Romani pontificis magnis & acutiſſimis vſquequaque conſertam aculeis D tanteque molis vt robuſtiſſimos prę̃mat, terat & cõminuat humeros. Coronam & phrygium clara merito videri, quoniam ignea ſunt. Séq; nunquam à natali ſuo Angliæ ſolo malle exiiſſe, aut in clauſtro beati Ruffi apud Valentiã perpetuò latuiſſe, quam tantas intraſſe anguſtias, niſi quia diuinæ diſpenſationi reluctari non auderet.

Vin. refert 29 ca.

Hoc etiam mihi ſæpiſſimè adiecit, quòd de gradu in gradum ex clauſtrali clerico per omnia officia ad ſummum pontificium aſcendiſſet, nihil vnquam fælicitatis aut tranquillæ E quietis vitæ priori adiectum eſt ab aſcenſu: Et (vt eius vtar verbis) incude (inquit) & malleo ſemper dilatauit me dominus. Sed nunc oneri, quod infirmitati meæ impoſuit, ſi placet, ſupponat dexteram, quoniam mihi importabile eſt. Nonne miſericordia dignus eſt, qui pugnat pro tanta miſeria? Sit ditiſſimus, qui electus eſt, ſequenti die pauper eſt, & infinitis pene creditoribus tenebitur obligatus. Ambire ergo ſummum pontificium, & non ſine fraterno ſanguine ad illud etiam F aſcendere: eſt Romulo ſuccedere in parricidiis, non Petro in ouibus paſcendis. Benè ergo dicitur non tam nuncupatiuè,

a Adrianus 4. cum à tertio Eugenio Cardinalis miſſus eſſet in Noregiam prouinciam omnium terræ cognitæ occidentalium vltimam eam gentem multitudine copioſiſſimam primus omnium Chriſtianorum Chriſtianam effecerat. Blond. dec. 2. lib. 5.

quam

A.C. 1158.

quam etiam ſub [illegible] ſummus pont[ifex] [illegible] vnus ſeruorum. Seruiat enim ſeruus auaritiæ id eſt Romanus, neceſſe eſt, adeo vt ſi non ſeruierit, fiat aut [a] expontifex, aut ex romanus. Hæc refert H[illegible]undus.

Anno domini [illegible] 6. ſignum crucis ap[paruit] in luna. Al[illegible]us miles Bellouacenſis pro fide martyrium pa[ſſus eſt]. Anno ſequenti tres lunæ viſæ ſunt & in medio ſignum crucis. Anno ſequenti nonis Septembris tres ſoles viſi ſunt parte occidentali, ſed ſol diei, qui erat medius, remanſit [illegible], ad occaſu deficiētibus aliis duob. Vin[cent.] ſpe. hiſt. Vapores ſunt illi dum aliquando miracul[oſe], aliquando naturaliter euenientes.

Hic excommunicauit Guilhelmum regem Siciliæ, propter quod ira repletus dictus rex, mi[ſit] exercitum ad obſidendum Beneuentum ciuitatem [illegible] in Apulia. Quamobrem A[dri]anus imperatorem Græcorum vocauit cōtra eum & plures principes excitatos à rege incitauit contra eum. Qui diſcurrentes per Apuliam [illegible] eperunt. Dominus autē p[a]pa [illegible] omnia fauens, ſe receperat in Beneuento. Hæc audiens rex Guilhelmus quam c[itiſ]ſimè ex vniuerſa Sicilia, vbi [tun]c erat, Con[gregatis] copiis m[ilit]aribus in Apuliam tranſfretauit. Qui [illegible] primo ſuo aduētu Græcorum copias fudit quorum duces captos vinculis alligauit. Poſt [illegible] victoriam vniuerſam regionem, quæ ab eo defecerat in [ſu]am poteſtatem redegit. Quo facto copias [ſuas] ad Beneuētum dire[x]it atque ciuitatem vndique obſidione vallauit, vbi tam dominum papam, q̄ cardinales & [illegible]res vniuerſos tanti affecit mol[eſt]iis, vt de propriæ ſalute redderet valdè ſollicitos.

Sed quibuſdam [illegible] ponentibus, pax inter eos reform[a]ta [illegible] cluſis omnibus [illegible] fœdere, qui papæ per [illegible] iis tantis periculis ſe immerſerant. [b] Videntes igitur pæ[illegible] nobiles vi[ri] quod contra ſpem ei acce[ſſ]et anxi[e] exquirere cœperunt quonam pacto ſine periculo regnum exire v[ale]rent. E[illegible] qui[dam] Robertus [de] Bellaui[l]a [cu]m quibuſdam aliis ad F[ri]dericum imperatorem in Alemanniam ſe contulerunt. Princeps verò Capuanus qui etiam c[ontra] regem Si[ciliæ] ſe erexerat, cæteris infi[illegible] dum Gallianum ire nauigio ſe parare à fautoribus regis Guglielmi ap[illegible]us, eidem [regi] præſentatus eſt. A quo ſtatim luminibus priuatus, ac in carcere poſtus, [po]ſt modicum miſerab[ili] [illegible] [illegible]. A[drian]us autem papa poſtquam [cu]m Gulielmo rege Siciliæ pac[em] [illegible],

A[illegible] hic Pudentiana a Blondo [c]ognatur

a Expontifex is eſt qui ex gradu Pontifi[ci]is e[ie]ctus, ſicut exquæſtor, qui quæſturā amiſit dignitate. exromanus eſt etiam, qui [Rom]e exulare cogitur.

b Scribit Blondus ad famam illius pr[illegible] qu[od] Græci à Guilielmo rege apud Brunduſium ſuperati fuerant nobiles ōnes, qui de Apuli[a] Salentini que apud Caſſinum & Beneuentū ſacramento ſe Pontifi[ci] Romano [illegible] obſtrinxerāt ſubitā Gulielmo dedi[tio]ni [illegible] que [illegible] Adrianum Pontificem mouit, vt cum Gulielmo r[eg]e pa[c]ē facere. Porro hic Gulielmus filius fuit Rogerii primi Siciliæ regis, qui poſt mortem [illegible] [illegible]it, A.C. [illegible].

mam egreſſus eſt. Contigit autem quemdam ex cardinalibus Romæ a quibuſdam [illegible] tiſſimis vulnerari. Quam ob cauſam vſque ad condignam ſatisfactionem, totam vrbem papa eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto.

Florebat etiam tunc temporis Theobaldus Cantuarienſis archiepiſcopus, de Bec[c]enſi monaſterio aſſumptus, vir per omnia laudabilis, & magnificus, & tam in ſæcularibus quam in eccleſiaſticis negotiis expertiſſimus. Thomas autem archidiaconus Cantuarienſis, qui poſtea fuit archiepiſcopus poſt eum per induſtriam huius Theobaldi, factus eſt regis Henrici cancellarius.

Alexander. 3 Pōt. max. 171. ſed. a. 21. m. 11. d. 23. A.C. 1159. de quo Blon. l. 5. dec. 2. Naucl. gen. 39. Plat.

§ X.

EX hac luce ſubtracto Adriano cardinales inter ſe diſcordantes duos in pontifices elegerunt, ſcilicet Rolandum Cancellarium, qui Alexander tertius dictus eſt natione Senenſis & Octauianum, quem vocauerunt Victorem E[t] qua re eccleſia catholic[a] [ſch]iſmate laborauit diu. Et ob hanc cauſam principes ſæculi vacillantes quidam [illegible], quidam alteri adhæſerunt Et Fridericus imperator Octauiano [cu]m epiſcopis ſuis adhæſit. Rex verò Francorū Ludouicus, & rex Anglorum Henricus cū ſuis, Alexandrū in patrem & dominū, [ac]ceperunt, ſed Deo volēte Octauianus qui & Victor a ſuis dicebatur, poſt modicum tēpus de medio ſublatus moritur.

Cui ſtatim, qui Octauiano adhæſerant, in pertinacia & contumacia perſeuerantes Guidonem quemdam elegerunt in papam, qui Paſchalis dictus eſt. Et hic in [illegible] Dei viuente adhuc Alexandro mortuus [eſt].

Quo ſepulturæ tradito per eoſdem ordinatus eſt Ioannes qui ſe Caliſtum vocauit.

Et eo mortuo factus eſt [illegible] ab illis ſchiſmaticis quidam Lan[do] nomine, cui Innocentius nomen impoſitum eſt. H[illegible] fuerūt pre[illegible] & per papam Alexandrum excommunicati [illegible] mala morte [per]ierunt,

Demum [illegible] ſchiſmate ſolus [illegible] Alexander verus ſummus pontifex declaratus ab omnibus [illegible]. Sedit autem in cathedra P[etri] [illegible] [illegible] m. 177. Sta[illegible] nem [illegible] per [illegible] qui fa[illegible] [illegible] [illegible] vero pa[pa] à [illegible] & A[illegible] & [illegible] par[illegible] & [illegible] ſunt & d[illegible] H[illegible] de ce[illegible]

[illegible]

Fi pon[illegible] depto [illegible] Pet[illegible] Adriano primus plus [illegible] ſponte [illegible] D[illegible] ſuis & quatuor Antipapis [illegible] ſucceden-tibus è medio ſublatis [illegible] ſuperuixit. Onuph. Geneb. Ferunt aut[em] Ludouicum Francorum [&] Henricum Angl[o]rum reges pedites ei inſeruiſſe [illegible] officio ac dextr[illegible] [illegible] ipſius tenentes eum per [illegible] pompa deduxiſſe Geneb.

Tu[illegible]

A.C. 1161

Turonis in Gallias. Et ſanctorum catalogo ad A ſcripſit beatum Bernardum abbatem Claræuallis, ſuper hoc ſcribens epiſtolam in commendationem vitæ eius & do[illegible]rinæ regi Franciæ Ludouico, ac etiam omnibus epiſcopis per orbem & prælatis aliis, feſtum eius mandans celebrari die obitus ſui.

Concilium Turonēſe celebratur A.C. 1163. de quo cōtinua Sigeb. Aemyl. l. 5. Bernardus canonizatur vide ſi nem operum eiuſdem

Anno domini 1163. Alexander papa tertius venit in Galliā. Et paulo poſt ſanctus Thomas Cantuarenſis archiepiſcopus exul ab Anglia aufugit in Franciam. Et primo apud Pōtiniacum exulauit. Et vt refert Vinc. ſpe. hiſto. lib. 30. & Io. de col. venit dictus beatus Thomas de B Pontiniaco Senones ad papā Alexandrū, afferens ſecū conſuetudines regni Angliæ ſcriptas propter quas exulabat, quia nolebat eas ſeruare cum eſſent iniquæ. Eaſque tenens in manibus, chartam explicatam & extenſam ante pedes eius poſuit dicens. a Ecce ſancte pater, ſacræ immò ſacrilegæ conſuetudioes regni Angliæ canonibus & decretis, ac etiam ipſorum terrenorum principum legibus aduerſæ, pro quibus exilium ſuſtinere cogimur, vt eas ſanctæ paternitati veſtræ oſtenderemus, & conſilium ſuper his haberemus huc aduenimus, C iubeat igitur, ſi placet, ſanctitas veſtra eas legi & audiri. Quiſquis enim iſta audiet mirum eſt, ſi non tinniant ambæ aures eius audientes a Chriſtianis cōtra legem Chriſtianitatis agi, & damnatis ſanctorum patrum venerandis inſtitutis, nouas & inauditas tyrannorum veterum præſumptas obuſiones in eccleſiam introduci.

Hæc cum flexis genibus dixiſſet, iubente papa ſurrexit, ſteti[t]que in medio circunſtante eum turba clericorum ſuorum. Cùmque ad præceptum domini papæ conſuetudiues illæ D legerentur, & qui legebat primum pronunciaſſet capitulum, cœpit venerandus aotiſtes cōtra propoſitum capitulum mirabiliter diſſerere, & regis in hoc [i]ntētionem plenius elucidare, & detegere oſtendens: & conuincens ex decretis & legibus io quibus & [i]n quantis, quod pronūciatum fuerat, ſanctorum patrum canonibus obuiaret, quantumq́ue diſcrimen eccleſiæ Dei immineret, ſi rex, quod intendebat, obtinere [illegible] ſimiliterque fecit ad ſingula capitul[a] domino papa libenter eu[m] audien[t]e, & aſſertiones eius per ſingula diligenter notante. Car E dinales tamen [illegible] quia [illegible] cepta a reg[illegible] partes eius fouebant, mu[illegible] exa[illegible] to viro in ſua c[illegible] præ[illegible]t, [illegible] Gu[il]iel[mu]s P[a]pie[nſ]is [illegible] & familiarior. Hi[illegible] c[u]m [illegible]um v[illegible] dis omnibus imped[i]re [illegible] d[illegible] ſurgebat, eiq́; ſe ob[illegible]e[illegible] multa p[illegible] & multa inquirens: [illegible] venera[illegible] fila aranearum [ſ]ine difficu[lta]te & h[illegible] ne, vel ſoluebat, vel conuincebat. Puta[illegible] nim idem Guilielmus q[uod] ipſ[e] archiep[iſco]pus oratione [u]teretur alien[illegible] & non [illegible] & ſi poſſet eum à [illegible]rami[illegible] ſermoni[s] deflectere, continuo eum lud[illegible] & [c]onfu[illegible] bendum. Sed ipſe ſanc[t]us i[n]tel[lig]ens Guil[i]elmum ſibi ex directo obniti aliquoties eum reciproco ſermoni[s] excurſu [illegible] & illaqueauit obiectionibus, [v]t omnibus manif[e]ſtum fieret, quod non ſolu[m] pr[o]pri[is] vteretu[r] viribus & diſſertione, verum q[uod] in[illegible] ſperab[ilis] eſſet ingenij & eloquentiæ.

Cùmque tam in e[x]poſitione cauſæ ſuæ quam in contentione cum aduerſaris magna pars diei conſumpta fuiſſet, erant enim ſe[x]decim capitula conſuetudinu[m] [i]ll[ar]um, ad quæ ſtando reſponderat, admirans tandem d[o]minus papa eius ſapientiam vocauit eum ad ſe, & iubēs eum ſedere iuxta ſe dixit. Bene veneris frater cariſſime. Cùmque congaudens eum bene veniſſe ſæpius repetiſſet, gratias ei agere cœpit, quod tantum onus tamque [illegible]duum negotium ſuſcepiſſet, & quod eccl[eſ]iā Dei tam periculoſis temporibus contra tyrannorū inſultus tueri auſus fuiſſet. Ipſe quoque venerandus ant[i]ſtes cū debito honore & reuerentia domino papæ gratias retulit, quod eum tanto honore dignatus fuerit. Tunc dominus papa [i]llas conſuetudines perpetuò damnauit, & obſeruatores & exactores earum æterno anathemati ſubdidit. Vir igitur domini aliqu[an]diu in curia moratus & tandem cum l[i]centia & c[on]ſilio domini papæ, ad Pontini[a]cū monaſterium Ciſtertienſe contulit, ibiq́ue ferme per biconium ſtetit, & inter cætera æmulati[o]nis ſtudia, etiam [ha]bitum monachalem concu piuit, & accepit. M[iſſ]o autem ad dominum papam tunc apud Senones c[o]mmorantem, [ſe]cretius oūcio, habitū re[l]ig[io]nis ſibi [illegible] fieri, benefici, & tranſmitti po[ſ]tulauit & i[m]petrauit, domino papa ſic ei reſcribente. M[iſi]m[us] tibi, frater dilecte habitum non qu[a]lem voluimus, ſed qualem hab[ui]mus.

Cognoſcens igitur rex Anglorum H[enri]cus, in quanto honore v[en]erandus pon[tife]x [a] domino papa ſuſceptus [fu]iſſet, & quod in Pōtiniaco locum ſ[i]b[i] man[ſ]ionis el[eg]i[ſ]et, in ſuos inaudito crudelitatis genere de[ba]cchatus e[ſt]. Præcepitq́ue, vt vbicunque ali[illegible] de c[illegible] a[illegible]ione eius vir aut mulier inue[niri] [p]oſset exhęredat[us] & ſpoliatus bonis p[r]oprijs a [illegible] pel F leret[u]r, exa[illegible]o prius ab e[illegible] iuramen[illegible] [q]uod Pont[in]iacum con[illegible]ndi [ar]chiepi[illegible] tia pro[illegible]ceretur & [illegible] e[illegible] c expul[illegible] unt ſenes & [i]uuene[s] [illegible] em eius po[illegible]entes ſ[illegible]d[illegible] m[illegible] es [illegible] ctātibus, & qu[illegible] [illegible]o rioſus pōtife[x] Thomas r[illegible] d

a quoniam (vt in hoc §. & infra c. 3. habetur) [illegible] regni Angliæ conſuetudines exilij primū, deinde mortis cauſa D. Thomæ fuerunt. Vt appareat earum iniquitas & D. Thomæ cōſtātia, eas hoc loco, vt ad verbum eas Sur. ex auctore [illegible] referemus. Quod non liceat (habebant illæ) Archiepiſcopo & epiſcopo exire de regno, & venire ad vocationē Domini papæ ſine licentia regis.
Quod non appelletur a[d] [S]ede Apoſtolicam ſine licentia regis.
Quod non liceat epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de rege in ca[pi]te ſine licētia regis: vel terram illius vel officialiū ſuorū ſub interdicto ponere.
Quod non liceat epiſcopo coercere aliquem de periurio vel læſa fide,
Quod [c]lerici trahantur ad ſæc[u]laria iudicia.
Q[u]od [l]aici [no]n rex ſeu alij tractent cauſas de decimis vel eccleſ[iis].

Su[r].

1165. eccleſiam ſuam,& cum honore magno ſuſcepius, inde ad paucos dies gladiis impiorum, occubuit,vt infrà dicetur. Et ab ipſo Alexandro tertio ſanctorum catalogo adſcribitur: multis miraculis coruſcando.

Anno autem 1165.[Pontifex Alexander] reuerſus Romam cum honore ſuſcipitur. Sed cùm Fridericus imperator, veniret ad vrbem Alexander timens eius potentiam Venetias refugit,vt manus eius euaderet. Super quo indignatus imperator armauit cótra Venetos claſſem. Cui præfecit Othonem filium ſuum, & ad repoſcendum pontificem Alexandrum Venetias miſit. Verum Otho filius imperatoris primo curcurſu nauali prælio ſuperatus à claſſe Venetorum, qui iuuabant partem eccleſiæ ſanctæ,& Alexādri captus,duct⁹ eſt Venetias

Anno autem ſequenti procurante Othone filio imperatoris qui captus erat, ablata eſt diſſentio inter papam & imperatorem a & facta eſt pax. Indéq; magnus honor & gloria ſecuta ſunt Venetos,quibus ad futuram rei memoriam pontifex ſummus quædam inſignia perpetuò ferenda donauit.

Mirur autem,quòd nec Vin.in ſpe. hiſt. nec Ioan.de col.de hoc faciũt mentionem. Edidit autem pontifex iſte magnanimus, multas conſtitutiones in concilio primo, quod Turonis Galliæ celebrauit. Et in ſecundo Lateranenſi Romæ celebrato. Et multas decretales fecit, quæ habentur in diuerſis titulis in decretalib. Refert autem Vinc.ſpe. hiſt.li.30. quod durauit illud ſchiſma, quod fouit Fridericus per annos 16. Sed demum ipſe imperator abiurauit ipſum ſchiſma, & publicè ſatiſfaciendo cum papa pacem compoſuit.

Alexandria quoque, quæ eſt in Longobardia ſuperiori inter alpium radices, vrbémque Ticinum ſuprà Tanrum amnem contra Ticinenſes imperatori fauentes ædificata tunc dici

A tur,&ab hoc pontifice Alexandro nuncupata. *A. Gabr.*
Huius tempore clatuit Petrus Lombardus epi⁹ ſcopus Pariſienſis,qui fecit librum ſententiarum ſecundum Vinc. ſpec. hiſto.de quo infrà dicetur.

Lucius 3. Pont.max.173.ſed.an.4.m.2.d.28.
A.C.1181.de quo idem.

§. XI.

B ALexandro ad dominum migrante, creatus eſt papa Lucius tertius,qui prius dicebatur Vbaldus , natione Tuſcus,Luca vrbe, gente nobili oriũdus,Oſtienſis epiſcupus, anno domini 1182. ab initio mundi ſecundum maiorem computationem ſexies milleſimo 366. ſecundum verò minorem computationē quinquies milleſimo 148. Et in numero pontificum 178. Qui ſedit annis quatuor Sed ipſe Lucius à Romanis ea vrbe perturbatur,multique ex ſuis variis iniuriis afficiuntur. Nam alij excœcantur,alij mitrati ſuper aſinos auerſis vultibus ponuntur. b Ipſe autem papa
C Veronam perrexit.

Circa illud tempus,vt refert Vinc.ſpe. hiſt. apud Aurelianum ciuitatem die dominica, circa feſtum beati Laurentij, preſbyter celebrans parauerat duas hoſtias propter viaticum, & proceſſerat vſque ad orationem dominicam, Videt illam quam manibus tenet rubro colore ſuffuſam, & ſanguinem ex ea inter digitos profluentem. Eámque ſuper altare in tribus locis tranſpoſuit. Et in ſingulis quantum ipſa continet,tantundem ſanguine purpuratur, populus accurrit,miratur ſacerdos, illam ſumit,
D quam ipſe parauerat reponendam. Rex autem Franciæ Philippus,qui non longè erat, accurrit,& vidit hoſtiam in formam carnis liuidæ, &ſuper corporale ſanguinis guttas ſiue etiam notas, cùm transferretur hoſtia ſacra ad modum hoſtiæ circulatas. Poſtmodum apud caſtrum Charolam,eadem hoſtia partim carnis, partim panis ſpeciem repreſentat: in feſto ſcilicet omnium ſanctorum,dum prior celebrāte, & volente ipſam tripartire, frangi non potest, ſed integra manens per medium eſt replicata. Et mox pars vna formam carnis in-
E duit: pars reliqua in priſtina forma manet. Simile quid etiam accidit apud Senonam oppidum. Aliud etiam ſimile in territorio Vindocinenſi. Apud Attrebatum quoque accidit ſimile. Et hæc miſericordia Dei creduntur tūc operata propter hęreſim in Vaſconia pullulantem.

Paulò antè clatuit opinio ſanctæ Alpiadis de Cudoto, nimium celebris , in qua effulſit miraculum eminens ac præclarum. Nēpe illi *De S. Alpiade ex Vin.c 25.*
diuinit⁹ collatū eſt annis multis in corpore degere, & corporalis cibi ſubſidio nō egere. Hęc
F quidē genere infima officióque bubulca, graui

a Fœderibus pacis ad certum qua inchoata fuerant menſem concluſis. Fridericus imperator permittente pontifice Venetias eſt perductus poſtera aduentus ſui die in qua Apoſtoli natalitiu vigilia obſeruabantur. Pōtifex ad fores intrinſecas, baſilicæ Mar:i euāgeliſtæ, ſella ſedens ornatiſſima, Fridericum imperatorem expectauit, qui cum attigiſſet veſtibulum, dimiſſa humero purpurea chlamyde, qua induebatur in terram corruit ac plane proſtratus pōtificis pedes exoſculatus eſt, & pontifex illum manu ſubleuatum, ad oris oſculum admiſit. Biond. lib. 6. deca. 2. Nauclerus gener. 40. paulò aliter Alexander, inquiens pontifex ad ianuas templi D. Marci acceſſit & ibidem vniuerſo adſtante populo imperatori iuſſit, vt ſe humi proſterneret, & veniam denuo poſtularet. At ſummus pontifex Cæſaris imperatoris collum comprimens, ait ſcriptum eſt. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem & draconem. At Fridericus. Non tibi inquit, ſed Petro: cui ſucceſſor es. paret, & Pontifex reſpondit: Et mihi & Petro. Ex hoc habes imperatores quoſcunque etiam atrociſſimos Pontificum hoſtes tandem volentes nolentes eo diuinitus adigi, vt pontifici Romano ſubiici & parere cogantur, eorumque gratiam & veniam demiſſe humiliterque poſtulare. quod certe luce clarius demonſtrat Romani Pontificis auctoritatem diuina maxime virtute ſubſiſtere.

Fridericus rota ab Alexandro pontifice veniam petit.

Pſal. 90.

b Lucius 3. vrbe pulſus Veronam, vt Chriſtianorum principum conuentum ibi ageret adiens, ibidem diem clauſit extremum. Ibique [illegible] ſepultus eſt
Luci[illegible] uca tibi dedit ortum pontificatum
[illegible] ia, papatum Roma. Verona mori
Immo Verona dedit [illegible] Roma
Exil[illegible] Oſtia. [illegible]

admodum

A C. 1184. admodum ac diutino prius eſt flagello attrita, adeo vt propter effluentem de toto corpore ſaniem ſuis quoque fieret in horrorem. Sed 1. Cor. 1. Luc. 1. qui contemptibilia mundi elegit & infima, poſt longa patientiæ probamenta, reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, & quo magis eam in camino tribulationis excoxit, eo digniorem efficit, corpus ei redintegrans ſpiritali alimento ſuſtentans. Ita verò ſui facta eſt impotens, vt non niſi ab altero moueri poſſet, iacens continuè reſupina præter caput & dexteram membris cæteris ſui vigore officij deſtitutis. Cúmque nullum facilè cibum poſſet traiicere, ad traiiciendum tamen viaticum naturalem meatum habebat, liberè præparatum. Sic autem in corpore facta eſt perexilis & macilenta, quippe inteſtinis præ longa introrſus inedia euacuatis: attamen ita venuſta & corpulenta quidem in vultu cernebatur, ac ſi deliciarú copia frueretur, frequenter autem rapiebatur in excelſis, & angelo duce ſtetit nunc pœnarú loca, núc beatorum percurrebat gaudia. Ad ſe verò rediens, quid & cui proferret, librabat, cautè ſpiritu nimium tortertus docente, quid & qualiter ſilere debebat, quidve proferre. In ſolennitatibus verò domini vel glorioſæ matris eius datum eſt illi plurimum ſurſum rapi: mundúmque & omnia quæ in mundo ſunt, libero mentis intuitu contemplari.

Cúmque poſt vnum vel plures dies de altiſſima illa quiete regrederetur, velut de quadam ampliſſima luminis regione in tenebras traiici, ac velut molam quamdam ſuæ mentis oculis, ſicut ipſam referentem audiuimus, ſuperponi videbat. Referebátque, quòd dum in illo raptu eſſet, vniuerſaliter mundum in modum pilæ forma circuli circunſcriptum aſpiceret, ſolem terra maiorem, terram velut ouum in medio pendulam, & aquis vndique circumcinctam. Rerum verò rerúmque rationes, & cauſas, tam infinitas eſſe, tamque abditas, vt tantò minus vnuſquiſque capiat, quantò curioſius inueſtigat. Plerumque in ſpiritu videbat abſentia, plerumque præuidebat & futura. Illud autem eo ſpecialius, quo rarius admirandum. Fœminam ſcilicet editam & educatam ruri ruralíque operi aſſuetam, tanto dono ſapientiæ inſignitam, tam prudentem in conſilio, tam circumſpectam in verbis. Etenim tam prudenter eloquebatur, tam diſcretè conſulebat, tam ſalubriter adhortabatur, vt luce clarius eſſet ipſum, qui docet hominem ſcientiam, in Pſal. 93. ea delegiſſe ſedem, & in ea facere manſionem.

Florabat iis temporibus Anſelmus Belloua cenſis epiſcopus, ad cuius tumulum lampades accenſæ ſunt diuinitus in teſtimonium eius ſanctitatis, excepta tamen vna ex illis lampadibus, cui miniſtrabat víurarius quidam pabulú olei, & illa non potuit accendi.

Anno dom. 1072. Robertus præpoſitus de Area duos epiſcopatus regebat Attrebarenſem, ſcilicet & Tornacenſem: filius fabri cuiuſdam ruſtici Carnutenſis, qui vt aiunt familiari dæmonio vtebatur, per quem ad tantos honores venerat. Hic tandem à ribaldis occiditur procurante necem eius quodá inclyto milite.

Roberti de Area mors tetra. Vin c. 1.

Ribaldi ſicarij & ſcelerati homines.

Anno domini 1175. acies igneæ apparuerút in cœlo de nocte 3. idus Februarij. Et ſequenti anno beatus Thomas Cantuarienſis martyrio coronatur. Anno domini 1084. facta eſt ecclipſis ſolis hora ſexta idibus Septembris.

Vrbanus 3. Pont. max. 4. ſed an. m. 1. d. 25. A.C. 1185.

§. XII

LVcio tertio in papatu ſucceſſit Vrbanus tertius, patria Mediolanenſis, patre Ioanne. Anno domini 1185. qui fuit in numero pontificum. 179. Et ſedit annis tribus. Qui cum audiſſet Hieruſalem captam à Saracenis, & chriſtianos de illis partibus orientis expulſos cum interitu plurimorum, adeo indoluit quòd præ dolore infirmatus eſt, ex qua infirmitate migrauit ad dominum.

Circa illud tépus vt refert Vin. ſpe. hiſt. a aſtrologi orientales & occidentales, ſcilicet Iudæi, Saraceni, & etiam chriſtiani miſerunt literas per diuerſas mundi partes prædicentes, & abſque dubio aſſerentes in Septembri futuram validorum ventorum tempeſtatem, ac terræ motum, & mortalitatem hominum, ſeditiones etiam & diſcordias, regnorum mutationes, & alia multa comminantes in hunc modum. Sed aliter eſſe, quam diuinando prædixerant, manifeſtè probauit euentus ſubſequentium. Et non multum talium iudiciis inhærendum eſt, tum quia difficile eſt determinatè inuenire influxus corporum cœleſtium ad iſta inferiora corpora, & huiuſmodi ars mathematice, quæ hæretica habetur, ſe immiſcet, tum quia cauſa prima, qui eſt Deus, plus influit in effectum cauſæ ſecundæ, quam ipſa cauſa ſecunda.

Eo tempore abbas Ioachim de Calabriæ partibus venit ad iſtum Vrbanum papam morantem tunc apud Veronam de quo Ioachim fertur, quòd cum prius non multum ab homine doctore didiciſſet, donum intelligentiæ diuinitus accepit, adeo ſic facondè ac diſcretè quaſlibet ſcripturarum difficultates vel obſcuritates enodaret. Dicebat itaque myſteria quædam apocalypſis hactenos latuiſſe, ſed nunc in ſpiritu prophetiæ clareſcere, ſicut ex opuſculo quod ſcripſit legentibus liquet. Dicit enim: quòd ſicut ſcripturæ veteris teſtamenti quinque ætatum ſeculi ab Adam ſcilicet vſque ad Chriſtum decurſarum, hiſtorias continent: ſic liber apocalypſis ætatis ſextæ à Chriſto ſcilicet inchoatæ decurſum exponit. Ipſamque ætatem ſextam in ſex ætatulas diſpertitam, eáſque ſingulas ſingulis huius libri periodis ſatis congruè deſignatas. Dicit quoque hæc reuelata in fine ætatulæ quintæ atq; in proximo ſuccedere ſextá. In qua ſcilicet tribulationes varias multiplicéſq; preſſuras perhibet emerſuras, ſicut in apertione ſigilli, & in ſexta libri periodo, vbi de ruina

a Eadem planè vanitate & impudentia tum, ſicut aiunt, ad annum 1524. eumdem horoſcopú notaſſent, qui fuerat diluuij generalis tempore, orbem vniuerſum ſuis prædictationibus terruerunt, quaſi ſimile aquarum eluuio eſſet futura cum tamen nullo annum meminerit eorum, qui vixerunt, aut mitior aut ſerenior fuerit, aut ſuis omnibus partibus tepeſtiua. Lud. Viues in l. de verit. fid. Chriſtiana.

Babylonia

A.C.1186. Apoc.6. & 18.

Babylonis agitur, patenter oſtenditur. Id verò in libello eius præ cæteris notabile & ſuſpectum habetur, quòd mundi definiens terminum, infrà duas generationes, quæ ſecundum ipſum faciunt annos ſexaginta arbitratur implendum. Fertur quoque multa ſcripſiſſe, libróſque ſuos domino papæ corrigendos obtuliſſe. Nam & in quibuſdam erraſſe dicitur, vt patebit in ſeq. tit.

Errores Abbatis Ioachim no tantur in 3. par. tit. 19. c. 1. § 7. & Cōcil. latera. c. 2. & l. 1. decret. c. 2.

Et tamē ei multa de futuris reſerata de ſuiſſe referūtur. Vnde & poſtea duobus regibus Franciæ ſcilicet & Angliæ in itinere tranſmarino apud Meſſanam Siciliæ vrbem hyemantibus, idem abbas vocatus dixit nondum liberationis Hieruſalem adueniſſe tempus. Super his autem, quæ ſcripſit de futuris temporibus nos rerum incertarum præſagium relinquere conuenit iudicio poſterorum. Hæc Vinc. Sed adde, quod dicit Tho. in 4. quòd quicunque locuti ſunt de fine mundi determinando certum tempus, huius rei inuenti ſunt falſiloqui, & deinceps etiam inuenientur hoc determinantes. Vnde Aug. de ciui. Dei lib. 18. c. 53. Super illud Actuum 1. quod Chriſtus dixit apoſtolicis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate inquit. Hic reſoluit digitos omnium de hac re calculantium, & eos quieſcere iubet.

Omnes qui mūdo terminum certū cōſtituerūt, inſani. Tho. in 4. diſt. 43. quæſ. vnica. ar. 3. & in ſupple. qu. 77.

Idem Ioachim in expoſitione ſuper Hieremiam, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. lib. 32. c. 107. ſic ait. Ab anno domini 1200. & deinceps tēpora mihi ſuſpecta ſunt & momenta, in quo nouo ordine Samuelis exorto, Ophni & Phinees ſacerdotes & pontifices Dei à Romanæ reipublicæ principe captiuentur, capiatur arca eccleſiæ. Heli quoque idest, ſummus pontifex corruat, & quaſi alter Mardochæus ſub Aman, ſub diſcrimine maneat Agagita. Ipſam autem ruinam eccleſiæ tales neceſſe eſt prædicare ac plangere, quibus & voluntaria paupertas arrideat, & doctrinæ ſpiritualis, ac vitæ puritas in futuræ tribulationis aculeis obſiſtat. Tales ergo doctores, & tales prophetæ mittendi ſunt, qui non ſolum inferiores homines, ſed etiam ipſos pontifices & prælatos fulgurent, & non palpent. Reuelandi nimirum in proximo ſunt doctores, & prædicatores fideles, qui terrena carnaliáque corde omni plaga percutiant, & elatis ac tumidis magiſtris ſilentium ſuis ſtudiis ponant. Et licet ille ordo futurus ad obedientiam ſit orturus, tamen à prophetis eſt prænunciatus, & in apoſtolicis viris tertij temporis eccleſiaſtici curſus à Deo cognitus, & electus in vulua ſpiritualis eccleſiæ ac perfectæ doctrinæ ſanctificandus, ac ſit alius Beniamin filius non tam doloris in pœna quàm dexteræ ſcilicet exultationis in gloria. Tales in proximo pariet generalis eccleſia iam ſeneſcens. Tales Rachel plorabit filios à rege impudenti facie, & quaſi altero Herode occidendos. Qui propterea dicti ſunt doloris filij, quia contritis eis ſpiritualis religio præ anguſtia tēporis non potuit conſolari. Sed tamen & ipſi filij dexteræ dicuntur, quia vnde in eis & pro eis mater eccleſia premitur, inde de eis & cū eis æterna patria iocundatur. Hi ſunt fideles in doctrina ſpirituales in vita obedientes in preſſura. Formatus eſt ergo ordo iſte ad inſtar Hieremiæ in eccleſia generali ſanctificatus in obſeruantia regulari, ne quis eum de vitę merito reprehendat. Puto etiam, quòd ſicut olim Deus patres elegit ſenes, ſecūdo apoſtolos iuniores, ita & nunc tertio pueros ad literam eligat, propter eos, quibus vetera viluerunt, ad prædicandum ſcilicet euangelium regni prælatis adulterantibus verbum Dei. Et ſicut olim per Moyſen & Ioſue dominus Chananæos Iſraelitis ſubiecit, ac per Paulum & Barnabam idololatras ſtrauit: ſic etiam nunc per duos ordines futuros in illis præſignatos, gentes incredulas ſubigat & conuertat. Hæc Ioachim.

Alludit ad ea quæ 1. Reg. c. 4. habentur & Eſt. 3.

Gen. 35.

Hier. 31.

Hier. 8.

A.C.1187

Gregorius 8. Pont. max. 175. ſed. m. 1. d. 27. A.C. 1187.

§. XIII.

POſt tranſitum Vrbani tertij aſcendit cathedram Petri Gregorius octauus. In numero pontificum 180. vir ſcientia literarum, facundiáque clarus, ſed & puritate vitæ, animíque integritate præclarior, ſuíque vehemens caſtigator. In primis igitur ad ſubuentionem Hieruſalem totis accenditur deſideriis. Et ad concitandos principes & populos, per occidentis prouincias tam legatos quàm literas deſtinauit, qui cladem orientalem exponant: & pœnitentiarum abſolutionem profectis Hieruſalem promittant. Sed prohdolor in ſuo mox exortu flos decoris exaruit. Poſt duos enim menſes cathedram, migrans de hoc ſæculo dereliquit apud Piſas, ibidem ſepultus.

De Petro monoculo Clarꝙualēſi abbate Vin. li. 29. cap. 29. 2.

Floruit eo tempore quidam dictus Petrus monoculus abbas Claræuallenſis. Qui ſublimitatem generis ſui quanta potuit diſſimulatione celauit, vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 30. Hic in monaſterio Gigniaci nouicius factus eſt. In cibo nunquam præter communem aliquid ſumpſit, & de ipſo communi multum ſibi ſubducens ſæpè Cucullam tantum habebat & tunicam, vigiliis autem & iugiter & pertinaciter interfuit. Vilis volebat videri, non humilis prædicari. Gratias ſingulares nec habuit nec habere quæſiuit, nec politum eloquium, venuſtatem perſonæ, induſtriam in ſæcularibus, fauorabilem largitatem. Bona intima poſſidebat, in exterioribus ſe obſcurum eſſe gaudebat. Sed apud rectè iudicantes, multum venerabilis & mirabilis apparebat.

Petri monoculi viſum.

Nocte quadam vidit Petrus iſte in viſu noctis, quòd aulam ingrederetur pulcherrimam in qua ſedes erat poſita, & ſupra ſedem ſedēs quædam domina vultus valdè venerandi. Ingredienti autem in aulam, occurrebant canes nigri & horribiles. Qui impetu facto in eum, lacerare eum volebant: ſed domina illa magna & venerabilis illos authoritate ſua magnificè fugauit, & Petrum ad ſe vocatum blandis ſermonibus, & dulci demulcens alloquio, ſecurum eſſe iuſſit. Erat autem vir iſte venerabilis ſemper in eodem ſtatu, à quo cum quidam abbas familiaris eius quæreret, quomodo ita idē ſemper eſſe poſſet, reſpondit. Cum eſſem nouicius, quaſi quidam ſpirit⁹ ſēſibiliter viſ⁹ eſt mihi in me intrare, ex tūc vſq; nūc, ſpūs ille, vis illa vel affectio mihi

Petrus ſēper in eodē ſtatu.

A C. 1187.

quodammodo dominatur, regit me, & deducit A velut ouem Ioſeph, ſparſúmque per exteriora introrſum colligit, aliis volenté intendere orationi cogit, ea quæ ingeruntur oculis aut auribus obſtrepunt, facit aliquoties non ſentire.

Dolorem capitis quomodo ſuperarit. Pſal. 17.

Media nocte dominica cum fratres in choro pſallerent, & ipſe cum eis, tunc dolor capitis inuaſit eum ita vehemens, vt chorum dimittere cogeret. Et cum ſe propter hoc moueret, audiuit vocem dicentem ſibi. Laudans inuocabo dominũ, & ab inimicis meis ſaluus ero. Hac igitur voce confortatus remanſit. at poſt modicum, iterum inualeſcente dolore, iterum B egredi diſponebat, & iterum inſonuit vox præmiſſa, noctéque illa tota, & ſequenti dominica vſque in finem conuentualis miſſæ, non ceſſauit conflictus ille doloris, & cõfortatio vocis. Cúmque in ordine ſuo acceſſiſſet ad cornu altaris, vt communioné acciperet, in ipſa inclinatione viſum eſt ei, quòd lapis magni ponderis de capite eius corrueret, & protinus ſe erigens, & ſanctam euchariſtiam ſumens, ab omni illo dolore ſanatus eſt.

Quidam religioſus ei valdè familiaris tentatus aliquando de fidei noſtræ ratione, quæſi- C uit ab eo in confeſſione ſua, an aliquando talé tentationẽm habuiſſet. Qui ait. Non inficior me tali plerúmque tentatione pulſatum, ſed multiplex experimentum fidei omnem meam talem infirmitatem fugauit. Quæſiuit ille, quod eſſet experimentũ illud. Multũ (inquit) de Deo ſenſi, & aliquando tale aliquid, quod cum ſentire deſij, grauius tuli, quàm ſi in clibanum ardentem proiiceret.

De D. Malachia c. 2. & D. Bernardo ca 5. agitur.

Factos eſt autem prior Giguiaci, poſtea abbas Vallisregis, demum abbas Clarçuallis, ti Deo reuelante per ſanctos ſuos. Nam oran- D ipſi Petro adſtiterunt ſanctus Malachias, & ſanctus Bernardus, de quibus infrà dicetur, dixitque ei vnus eorũ: Tu eris abbas Claræuallis. Quo dicto diſparuerũt. Ipſe aũt totus territus remanſit. Nunquam enim hoc fieri voluiſſet. Non multò pòſt abbas Gerardus, qui erat abbas Claræuallis, venit Gigniacum, & cum inueniſſet ibi quemdam dictum Hugonem de baſochiis: quia grauiter deliquerat in ordine, eius offenſam præfatus Gerardus regulari ſeueritate vindicauit. Erat autem ille E Hugo cum fratribus ægris corpore, mente iacens infirmus. Et eum diſpuſuiſſet Hugo abbatem Gerardum occidere, propter punitionem ei factam, quidam ex fratribus nomine Haimo cum ſederet in veſtibulo domus infirmorum, vidit duas perſonas horribiles intrare dormitorum. Abbas autem præfatus, ſcilicet Gerardus nocte illa vigiliis interfuit, & dum propter neceſſitatem iret in dormitoriũ, Hugo in inſidiis poſitus ferro ad facinus præparato letaliter eum vulnerauit, ea quo vulnere die ſequenti obiit, dicens hora exitus ſui: Di F rige me domine in veritate tua.

Gerard' abbas ab Hugone monacho truci datur.

Pſal. 14.

Et cum factus eſſet abbas Claræuallis Hérricus, vir qui potens in opere & ſermone, quia poſt modicum dictus Henricus factus eſt epiſcopus cardinalis, Petrus monoculus, de quo eſt ſermo ad electionem citatus aufugit, ſed abſens electus eſt. Apparuit autem ipſi Petro dolenti de morte ſua Gerardus ipſe dicens. Noli A contriſtari de morte mea, quia cum domino Ieſu Chriſto ſum. Tu autem cum veneris ad Claramuallem, facies officium meum, & ſepelies me. Rogatus ergo ab abbatibus, cũ delatum fuiſſet corpus Gerardi ad Claramuallem, vt cantaret miſſam pro defuncto acquieuit, & in canone miſſæ apparuerunt ſanctus Bernardus ex vna parte altaris, & ſanctus Malachias ex altera dicentes ei: Noli dubitare, quia abbas Gerardus eſt ſocius angelorum in gloria æterna.

A. C. 1188. Petrus monoculus fit Abbas claræuallis.

Papa Romanus audita fama eius eum vocari B fecit, & confeſſus ei peccata ſua, & ſacram euchariſtiam de manibus eius ſumpſit, & ſumptus neceſſarios dedit ei ad vnam abbatiam conſtruendam. Cum autem ex infirmitate capitis vnum ex oculis amiſiſſet poſtea iocando dicere ſolebat, ſe vnum ex inimicis euaſiſſe, & ſe plus à reſiduo, quam à perdito formidare. Quadam vice vidit tres notabiles mulieres intrare clauſtrum. Quas cum argueret, quia non decebat mulieres illuc intrare, reſpondit venerabilior aliis. Ego ſum mater domini Ieſu: Et ſociæ meæ ſunt Maria Magdalena & Ma- C ria Ægyptiaca. Decet me venire ad filios meos meos. Et cum vellet oſculari pedes eius, euanuerunt. Demum omni ſanctitate ornatus in pace quieuit.

B. Virgo ei apparet.

Clemens 3. Pont. max. 176. ſed. a. 3. m. 2. d. 26. A. C. 1188.

§. XIII.

Poſtquam Gregorius octauus conſummatus in breui expleuit tempora multa pro- D motus eſt ad ſummum pontificatus apicem Clemens tertius, patria Romanus, patre Ioanne, cognòmento ſcholaris: in numero pontificum 181. anno domini 1186. Ab initió mundi 1145. Secundum alium numerum ſexies 10-3. Et in eo vixit annis tribus, menſibus quinque Et eo pontificante fuit ecclipſis lunæ vniuerſalis hora noctis quarta, & durauit per tres horas. Item 4. idus Februarij, paulè ante aurorá, ſereniſſima nocte viſa eſt luna quaſi vſque ad terras in momento deſcendere, & facta mora- E la quaſi reſumptis viribus: iterum vſque ad locum vnde deſcenderat paulatim aſcendere. vt refert Vin. ſpe. hiſt.

Vin. c. 43.

Circa illa tempora multæ ſanctitatis gratia clatuit Hugo venerabilis abbas Bonæuallis ordinis Ciſterlienſis. Hic ſæculum cùm reliquiſſet [conuerſus eſt in domo Ciſtertienſis ordinis & cœpit] religiosè conuerſari in illo. Tentatus autẽ valdè eſt in ingreſſu religionis. Hęc cogitans intrauit templum, & orans deuotè cũ lachrymis, vidit ſupra altare matrem miſericordiæ, veſtitã lumine ſicut veſtimento. Et vi- F ſum eſt ei, quòd videret Ieſum filium eius iuxta eã, & quomodo annunciatus fuerat ab angelo, & de virgine natus, & paſtoribus nunciatus, circuncisus, & à Iudæis poſtea captus, flagellatus, illuſus & crucifixus, & exinde reſurgentem intueretur, & aſcendentem in cœlum. Hęc eo aſpiciente, dixit ei domina noſtra. Viriliter age, & confortetur cor tuũ in domino & cert' eſto talib' tentationibus te amodo nõ pulſandum

De Hugone abbate Bonæuallis ex Vin. c. 33

Pſal. 26.

A.C. 1181

pulſandum. Poſt hæc cœpit nimiis abſtinentiis ſe affligere. Ita vt pene ſenſum & memoriam perdere videretur. Interea ſanctus Bernardus qui adhuc in humanis erat, venit ad eum per Dei prouidentiam, & iuſſit eum mitti in infirmatorium, & vt ei ſingulis noctibus vigiliæ cantarentur prius quam cæteris infirmis, quatenus poſtea ſatis poſſet dormire. Et vt haberet licentiam generalem loquendi, vbi vellet, & ita per Dei miſericordiam in breui conualuit. Tunc cœpit in eo religio multa ferueſcere, nec multò pòſt factus eſt abbas Bonæuallis.

S. Bernardus qua ratione Hugonē curauerit.

B Sub hoc ſancto viro factus eſt religioſus quidam iuuenis valdè feruens in principio, qui poſtea valdè tentatus, cogitabat ad ſæculum redire. Cui cùm abbas, qui audiebat eius tentationem in confeſſione, multum ei ſuaderet de remanendo, & nil proficeret, dixit abbas. Fili, miſerere animæ tuæ placens Deo, ne perdas gloriam tibi paratam. Ego enim ſpondeo tibi, & fideiuſſorem tui in hoc me conſtituo, quòd ſi tu remanſeris, ſanctorum angelorum ſocius æternus eris. Ad quæ verba confortatus permāſit, & optimè conuerſatus eſt, qui duobus annis ante mortem grauiſſima infirmitate laborauit: ſed ad eum conſolandum miſſus eſt ſanctus Iob cum magna claritate, qua totum infirmatorium repletum eſt. Ego ſum (inquit) Iob, quem pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis miſit ad conſolandum te, ſicut ego in tali infirmitate patiens fui, ſic & tu. Et ideo florebis mecum in gloria, & cras eris mecum, & metes quod ſeminaſti, quod & factum eſt. Et non multò pòſt apparuit ei in gloria gratias agens abbati, per cuius admonitionem permanſerat in ordine.

Monachi qua parte in propoſito confirmatur. Eccle. 30.

C

Ad eū conſolandum Iob mittitur 2. Cor. 1.

D In annunciatione beatæ Mariæ cum idem abbas excitaret fratres in choro ad vigilias, vidit diabolum in medio choro ſtantem in forma horribili, ita vt ipſe Abbas præ timore caderet. Qui leuatus à fratribus, ſignauit ſe, & rediit ad ſedem ſuam. In craſtinum narrauit abbas in capitulo, quid viderat, & dixit aliquem de fratribus eſſe in aliquo criminali peccato, propter quem diabolus venerat. Quo audito omnes timuerunt. Sed qui reus erat celauit cōſcientiam ſuam. In craſtinum iterum dixit abbas adhuc diabolum eſſe inter illos. Tunc fratres omnes confeſſi ſunt, & acceperunt ſinguli diſciplinas, precantes dominum, vt rei conſcientiam reuelaret abbati, quod & factum eſt. Vnde abbas reum traxit ad partem, & detexit peccatum ſuum. Quod ille confeſſus eſt, & nō negauit, veniam ad pedes eius poſtulans, & pœnitentiam. Quo facto diabolus vltra non apparuit.

Dæmon ei apparet ob peccatū alicuius fratris nō confeſſū.

E

Peccatorū ſecreta cōfeſſio.

F Quidam famulus cellerarij Bonæuallis, confeſſus eſt peccata ſua monacho confeſſori pauperum. Et dixit ille quoddam peccatum, quod monachus ille timuit recipere. Et iniunxit illi infirmo, vt confiteretur abbati. Quod ille conceſſit, ſi viueret. Abbas autem tunc præſens nō erat, ſed in via, interim famulus ille mortuus eſt. Abbas autem cum rediiſſet de via, & poſt completorium ſederet in lecto, volens ſe diſcalceare, vidit illum mortuum gradus dormitorij aſcendentem. Qui veniens ante illum, cecidit ad pedes eius veniam petens, rogans

Mortuus ad confitēdum abbati redit.

A humiliter, vt ſuam confeſſionem audiret, dicens ſe miſſum ad eum propter hoc. Et confeſſus eſt cum tanta lachrymarum abundantia, quòd etiam abbas motus eſt ad lachrymas & plorauerunt ambo multum. Poſt abſolutionem mortuus rogat humiliter abbatem, vt oraret pro ſe, quia in magnis tormentis erat. Et dum abbas vellet tactu probare, vtrum in corpore eſſet, an in ſpiritu, mortuus euanuit. In craſtino autem abbas quæſiuit à confeſſore pauperum, an mortuus ille tale crimen confeſſus fuiſſet. Qui reſpondit. Etiam, quomodo illud noſti? Ab ore eius (inquit) audiui.

A.C. 1191.

B Quidam conuerſus de alia domo, propter culpam ſuam miſſus fuit Bonamuallem, vbi infirmatus eſt vſque ad mortem. Abbas autem viſitans eum rogauit eum, vt ſecurè confiteretur peccatum ſuum, de quo infamabatur, quod ille nunquam confiteri voluerat: nec etiam abbati proprio. Ille autem negauit totum. & petiit ſibi dari corpus domini. Abbas autē Hugo ſuadebat ei, vt non præſumeret corpus domini aſſumere, niſi prius benè confeſſus fuiſſet. At ille dicens ſe benè confeſſū, inſtitit, vt corpus domini ei afferretur. Quod cū presbyter attuliſſet, & in os eius poſuiſſet, ille ſtatim clamare cœpit. Quid faciam miſer, quid faciam. Tūc presbyter abſtulit ab ore corpus domini quod ſuper linguam tenebat, & ille mox expirauit.

Cōuerſus peccatum ſuū cōfiteri nolens male perit.

C

D Idem abbas aliquando infirmatus intrauit dormitorium, & niue candidiorem vidit colūbā ſuper humerum monachi infirmarij. Quam cum ille monachus vellet apprehendere, illa volans venit ad abbatem, & intrauit in ſinum eius, & poſtea exiuit per aperturam tunicæ abbatis, & fixit roſtrum ſuum in aure eiuſdem abbatis, dicens ei verbis humanis. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti para te, para te. Mandat tibi ſanctus Bernardus, vt vadas facere pacem inter papam & imperatorem Alemanniæ. Qui ſancti admonitione percepta pacem inter eos poſtea fecit.

E Clemente tertio de hac luce migrante anno domini 1190. Romanam eccleſiam regendam ſuſcepit Cæleſtinus tertius papa 182. Qui rexit eccleſiam annis ſex, menſibus nouem & obiit. Hic patria Romanus patre Petro cognomento Bubonis. In principio ſui pontificatus coronauit Romæ Henricū imperatorem. Quo anno fuit ecclipſis ſolis. Et anno domini 1191. exorta magna vi tempeſtatis, lapides cum pluuia è cœlo ceciderunt. Deficiente Cæleſtino ſucceſſit Innocentius tertius per cuncta laudabilis, de quo in principio tituli poſt ſequentem dicetur.

Cæleſtin' 3 Pont. max 177 ſed a. 6. m' 9. d 11. A.C. 1191.

Henricus à Cæleſtino coronatur A.C. 1191.

Infrà tit. 19 c. 1.

F *De D. Malachia. de quo S. Bernardus tum in vita eiuſdem tum in ſermone de eodem in operibus eiuſdem, & tom. 6. Sur.*

CAPVT II.

TEmpore Innocentij ſecundi papæ & beati Bernardi, circa annos domini 1140. migrauit ad Deum glorioſus pontifex ſanctus Malachias in monaſterio Claræuallis. Cuius vitam virtutibus plenā deſcripſit beatus Bernardus, prout refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 28. vnde hæc quæſe

A.C. 1130. quidem diei ac noctis vacaret à laudibus. Hęc de antiqua dicta sunt Benchorensis monaſterij gloria. Hoc olim destructum à pyratis ob inſigne dignitatis antiquæ Malachias veluti quendam plantaturus paradiſum amplexus eſt. et quia multa corpora ſanctorum dormirent ibi. Nam (vt taceam illa quæ in pace ſepulta ſunt) ferunt vna die nongentos à pyratis occiſos. erat quidem ingens loci illius poſſeſſio. Sed Malachias ſolum contentus loco ſancto, omnes poſſeſſiones & terras alteri ceſſit. Ipſe verò decem circiter ſecum fratribus aſſumptis, veniens ad locum cœpit ædificare.

Quadam die dum vnus ex operariis ſecuri lignum ſecaret, illo vibrante in aerea ſecurim, locum incautè occupauit, in quo ictus deſtinabatur, & cecidit ſuper ſpinam dorſi eius, tantóque impetu atque ſonitu quanto conatu ille impingere valuit. Currit ille, & accurrere omnes, putantes aut percuſſum ad mortem, aut mortuum. Sed homo illæſus inuentus eſt, vt creditur meritis ſancti viri. Eodem tempore quidam infirmabatur. Cui adſiſtens diabolus, & apertè loquens ſuggerebat, ne vnquam crederet verbis Malachiæ, ſed ſi inſtaret ad ſe, cultello eum occidere niteretur. Quo agnito illi, qui infirmo miniſtrabant, ipſo infirmo prodente verbum perferunt ad Malachiam præmunientes. At ille ſolita arma orationis arripiens, impauidus hoſtem aggreſſus, & infirmantem fugat, & dæmonem. Clericum ibidem dyſenteria grauiter infirmatum ſanauit. Et eundem ſecundo grauiſſima languentem, corpore & mente curauit.

Multa Malachiæ miracula.

De actibus eius in epiſcopatu.

§. I.

VAcabat autem epiſcopalis ſedes in vna ciuitatum, quæ diu fuerat ſine paſtore Malachia nolente aſſentire ſiquidem eum elegerant, perſiſtentibus tamē illis tandem ceſſit accedente ad hoc mandato magiſtri ſui, necnon & metropolitani. Trigeſimo igitur ætatis ſuę anno conſecratus epiſcopus Conereth introducitur. Cumque cœpiſſet pro officio ſuo agere, tunc intellexit homo Dei, non ad homines ſe, ſed ad beſtias deſtinatum. Nunquam adhuc tales expertus fuerat in quantacunque barbarie, nuſquam repererat ſic proteruos ad mores, ſic ferales ad ritus, ſic ad fidem impios, ad leges barbaros, ceruicoſos ad diſciplinam, ſpurcos ad vitam, chriſtianos nomine, re paganos: Non decimas dare, non primitias, non legitima inire coniugia, non facere confeſſiones nouerant, nec pœnitentias, qui peteret, nec qui daret, inueniri poterat. Sed nec in eccleſiis prædicantis vox, nec cantantis audiebatur. Quid ergo faceret athleta domini? aut cedēdū turpiter, aut periculoſè certandum.

Creatur epiſcopus Conerethenſis.

Hos barbaros proteſtātes imitantur.

Ioan. 10. Sed qui paſtorem ſe, non mercenarium agnoſcebat elegit magis ſtare, quàm fugere, paratus dare animam ſuam pro ouibus ſuis, ſi oportuerit, & quamquam omnes lupi & oues nullæ, ſtetit in medio luporum paſtor intrepidus, omnibus modis ſtudens argumentoſus, quomodo faceret oues de lupis. Monere communiter, ſecreto arguere, flere per ſingulos, nunc aſpere, nunc leniter conuenire, prout vnicuique ei videbatur expedire. A.C. 1130. Quoties pro eis noctes peruigiles duxit extendens manus in oratione? Et cū venire ad eccleſiā nollent, per vicos & plateas occurrebat inuitis, & circumiens ciuitatem perquirebat, quem Chriſto acquireret. Sed & foris rura nihilominus, & oppida ſæpius percurrebat, cum ſancto illo comitatu diſcipulorum ſuorum, qui nunquam deerant lateri eius. Nec vehebatur equo, ſed pedes ibat, in hoc ſe virum apoſtolicum probās. Quanta ſuſtinuit ab iis ipſis, quibus & pro quibus loquebatur bona? Blaſphematus obſecrabat, iniuriatus opponebat ſcutum patientiæ. Demū ceſſit duritia, quieuit barbaries [& domus exaſperās paulatim leniri cœpit, paulatim correctionem admittere, recipere diſciplinam. Fiunt de medio barbaricæ leges Romanę introducuntur] recipiuntur vbique eccleſiaſticæ conſuetudines, contrariæ vero reijciuntur reædificantur baſilicæ, ordinatur clerus in illis ſacramētorum ritè ſolennia celebrantur, confeſſiones fiunt, conueniunt ad eccleſiam plebes, concubinatus honeſtat celebritas nuptiarū. Poſtremo ſic immutata ſunt in melius omnia, vt hodie illi genti conueniat, quod dominus per prophetā dicit. Qui ante non populus meus, nunc autem populus meus.

S. Malachię erga ſuos ſollicitudo.

Romanas leges & eccleſiaſticas conſuetudines S. Malachias introducit.

Oſe. 2.

De aſſumptione eius ad archiepiſcopatum.

§. II.

COntigit archiepiſcopū nomine Celſum infirmari, qui Malachiam in diaconum presbyterum & epiſcopū ordinauerat. Et cognoſcens quòd moreretur, fecit quaſi teſtamētum, vt Malachias deberet ſibi ſuccedere, quo nullus ſede prima dignior videretur. Verùm mos peſſimus inoleuerat quorumdam diabolica ambitione potentum, ſedē ſanctā obtentū iri hæreditaria ſucceſſione, nec enim patiebantur quemquam epiſcopari, niſi qui eſſet de tribu & familia ſua. Nec parum proceſſerat execranda ſucceſſio, decurſis iam in hac malitia quaſi generationibus quindecim. Et eo vſque firmauerant ſibi ius prauum, immo omni morte puniendam iniuriam, vt etſi interdum defeciſſent clerici de ſanguine illo, epiſcopi tamen nunquam. Denique iā octo extiterant ante Celſum viri vxorati, & abſque ordinibus, literati tamen. Inde illa tota per vniuerſam Hyberniā (de qua ſupra diximus) diſſolutio eccleſiaſticę diſciplinæ, cenſuræ eneruatio, religionis euacuatio. Pro his ergo Celſus vehementer dolēs, curauit omnino ſucceſſorem habere Malachiā eo quòd per ipſum confideret poſſe explantari malè radicatam ſucceſſionem, qui carus eſſet omnibus, & quem omnes æmularentur, & dominus erat cum eo. Nec fruſtratus eſt à ſpe ſua. Nā illo mortuo, ſubſtitutus eſt Malachias, non tamen mox: neque id facilè.

Hęreditaria ſucceſſione facta dari quāta afferat incōmoda.

Ecce enim de ſemine nequam, qui occuparet locum Mauricius nomine. Is per quinquenniū fretus potentia ſæculari incubauit eccleſiæ nō epiſcopus, ſed tyrannus. Nam vota piorum magis in Malachiā conuenerant. Denique ſuadebant ei ſubire onus ſecundum conſtitutionē Celſi. Sed ille, qui omne ſublime declinabat,

A.C. 1150. bonam ſibi videbatur nactus occaſionē excu-
di, quàm per id tēporis introitus eius pacificus
eſſe non poſſet. Dicebat ergo, ſua non intereſſe
ſundi humanū ſanguinem occaſione ſui. Po-
ſtremo iunctum ſe ſponſæ alteri, quā dimitte-
re non liceret. Verū illis econtrario inſtātibus
& clamantibus, quia à domino egreſſus eſt ſer
mo, ſed & tota authoritate iubentibus ſubire
onus, & intentantibus anathema. Ad mortem
(inquit) ducitis me, ſed obedio ſpe martyrij:
hac tamen conditione, vt eccleſia pacem habē
te, liceat mihi redire ad eccleſiā meā priorem
& pro me alium ſubſtituere, qui tunc forte
repertus idoneus fuerit. Aſſentientibus
huic conditioni illis; acquieuit ſanctus eorum
voluntati, vel potius Dei, à quo iam ſibi præo-
ſtenſum fuerat. Nā ægrotante Celſo apparuit
oranti Malachiæ mulier dicens, ſe eſſe vxorem
Celſi, ideſt eccleſiam ſuam, quæ tradens ei vir
gā paſtoralem diſparuit. Et moriens Celſus mi
ſit ei baculum ſuum, tanquam ſibi ſucceſſuro.

Veruntamen inſcipiens dignitatis illius o-
Suſcipit Archiepiſcopalem dignitatem. nus, non intrauit ciuitatem, quamdiu ille incu
bator vixit: ne hac occaſione contingeret ali-
quem mori, ſed extra vrbē ſtrenuè in vniuerſa
prouincia opus epiſcopale exercuit. Illo autem
Mauricio intruſo ſublato in breui de medio,
rurſus Nigellus quidā nomine, immo verè ni-
gerrimus ſedē præripuit: quem Mauricius mo
riens hæredē huius dignitatis dimiſerat, ad cu
mulum dānationis: cognatus enim eius erat.
Cæterum rex, & epiſcopi, & fideles terræ con-
uenerant, vt Malachias introduceretur. Et ecce
conſiliū malignantium ex aduerſo. Quidā ex
filiis Belial prompti ad malitiam, potentes in
iniquitate, ſcientes locum, vbi debebant iſti cō
gregari, & per quā viam ad locum peruenire,
manu armata ſatellitum, inſidias ponunt, vt ve
nientes innocentem populum occiderent cum
rege, & epiſcopo ipſo. Quod cùm innotuiſſet
Malachiæ, intrauit eccleſiam ſuper hoc fundēs
orationem. Et ecce nubes, & caligo, & tenebro
Suis precibus tempeſtatem excitat. ſa aqua diem vertunt in noctem. Fulgura & to
nitrua & ſpiritus procellarum, vicimáque om-
nia elementa mortem intētant. Et qui princeps
fuerat mali, fulmine interiit cum tribus aliis
percuſſis complicibus eius. Solos autem eos,
qui quærebant animam iuſti illa tempeſtas
inuaſit.

Malachias in archiepiſcopali ſua ſede collocatur.

§. III.

ANnó igitur ætatis ſuæ 38. pauper Mala-
chias pulſo incubatore, intrauit Ardina-
chum pontifex & metropolitanus totius Hy-
berniæ. Rege verò cæteriſque, qui introdu-
xerant eum ad propria remeantibus, ipſe re-
manet in manu Dei, & remanent ei foris pu-
gnæ intus timores. Nam ecce viperea ſo-
boles frendens & vociferans ſe exhæredā-
ri, tota ſe intus & foris ſuſcitat aduerſus
Chriſtum eius. Porro Nigellus videns ſibi
fugam imminere, tulit ſecum inſignia quæ-
dam illius ſedis. Textum ſcilicet euangelio-
rum, qui fuit beati Patricij, Baculum quo-
que auro tectum, & gemmis præcioſiſſimis ad
ornatum, quem nominant baculum Ieſu, eo quod

A ipſe dominus Ieſus (vt fert opinio) eum mani- A.C. 1150.
bus ſuis tenuerit, atque formauerit. Et hæc
ſunt ſummæ dignitatis & venerationis in gen
te illa. Hæc homo ille gyrouagus & alter ſatha
nas circumibat terram, inſignia ſacra circum-
ferens: quæ vbique oſtentans, vbique eorum
gratiā receptabatur: Fuit verò conſilium [eorū
qui ſancto viro adhærebant præfatum] ſchi-
ſmaticum inſequi, eo quòd ſeduceret multos
ex inſignibus, quæ ferebat, ſuadens omnibus
epiſcopum ſe eſſe debere: & ſic ſolicitans ple-
bes aduerſus Malachiam, & eccleſiæ vnitatem.
B Et fecit ſic, & ſine difficultate ita in breui vni-
uerſas ſepiuit Malachi vias eius per gratiam
Dei, & quàm habebat ad omnes, vt malignus il
le coactus ſit dare manus, & reddere inſignia,
& quieſcere de reliquo in omni ſubiectio-
ne.

Nec modo malefactores, ſed & detractores
Malachiæ corripuit Deus. Quidam (verbi gra-
tia) habens gratiam principum & potentum
etiam ipſius regis: eo quòd eſſet adulator &
garrulus, & potens in lingua, fauebat per om-
nia aduerſariis Malachiæ, & procaciter tueba
C tur partem eorum. Sancto etiam præſenti
reſiſtebat in facie, & detrahebat abſenti, irreue
renter occurrens ei in omni loco, maximè vbi
celebrioribus illum ſciret intereſſe conuenti-
bus. Sed cito digna linguæ procacis mercede
donatus eſt. Intulit & computruit lingua ma-
ledica, vermibus ex ea ſcatentibus & defluenti
bus toto ore blaſphemo. Quos per ſeptem fer
me dies inceſſanter euomens, tandem cum
illis miſerrimam finiuit vitam.

Loquente aliquando Malachia ad popul
D mulier quædam infælix auſa eſt interrum pe-
re ſermonem clamoribus improbis, (Erat e-
nim de progenie impia intruſorum, contume-
lias & blaſphemias euomens in ſanctum, di
cens eum hypocritam & inuaſorem alienæ hę
reditatis, ac caluiciem ei improperans. At ill
nihil reſpondit ei, vt erat verecundus & miti
ſed dominus reſpondit pro eo, verſa enim illa
in inſaniam, & crebris vocibus clamitans ſe
ſuffocari à Malachia, morte tandem horre da
luit peccatum blaſphemiæ. [Igitur Malachias
intra triennium reddita retributione ſuperbis
E & libertate Eccleſiæ reſtituta pulſa barbarie,
& reformatis vbique moribus Chriſtianæ re-
ligionis, videns omnia in pace eſſe cœpit cogi
tare de ſua pace.] Et memor propoſiti ſui, Ma-
lachias conſtituit pro ſe Gelaſium virum bo-
num, & dignum tali honore, conſentiente cle
ro & populo, quin potius ſuſtinētibus propter
pactum, nam aliàs durum viſum eſt omnino.
Quo conſecrato regibus ac principibus atten
tius commendato, ipſe clarus miraculis ac triū
phis ad parœciam ſuam rediit.

F Egreſſus autem aliquando de Scotia diuer- S. Malachias Romam proficiſcitur.
tit ad Claramuallem vir ſanctus. Quiviſis fra-
tribus compunctus eſt, & ille non mediocri-
ter ædificati in præſentia & ſermone eius. Et
acceptans locum & nos, atque intimis viſceri
bus colligens, valedixit nobis & abiit. Qui
tranſalpinans cum veniſſet Iporiam ciuitatem
Italiæ, hoſpitis ſui paruulum filium, qui male
habens erat moriturus, ſanauit continuò. E-
rat tunc temporis in ſede Apoſtolica fœlicis
memoriæ

A.C.1140

memoriæ Innocentius ſecundus papa qui accedentē ad ipſum eū ſuſcepit benigne & humanè. A quo cum multis lachrimis implorauit eius permiſſu licere ſibi viuere, & mori in Claraualle, ſed non obtinuit. Reuertens autem per Claráuallem, ſecundam nobis largitus eſt benedictionem. Et alta ſuſpiria trahēs, quòd non liceret ſibi pro ſuo deſiderio remanere: Hos (inquit) interim pro me retineatis, qui à vobis diſcāt, q̄d nos poſtea doceāt. Et dimiſit quatuor à latere ſuo, & abiit. Qui probati & digni inuenti monachi facti ſunt. Profectus autem nobis proſperè peruenit in Scotiam, & inuenit Dauid regem, qui adhuc hodie ſupereſt in quodam caſtello ſuo cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingreſſus & honorificè à rege ſuſceptus eſt, & humiliter exoratus, vt ſanaret filium ſuum, aqua cui benedixit aſperſit viuentem, & intuens in eum ait. Confide fili non morieris hac vice. Et ſequenti die ſecuta eſt ſanitas, & ſanitatē totius familię exultatio. Puellæ mutæ loquelam reſtituit. Alia diſſoluta mēbris, plauſtro vecta ad eum propriis pedibus remeauit.

Dauid r. Scotorū rex qui de quo Lel. l.ºli.6.de

De moribus eius.

§. IIII.

Primū & maximū miraculū vita ipſi.

QVis facta per eū cuncta miracula enumeret? quāquā libētius fa eor imitādis immorer, quàm admirādis. Et meo quidē iudicio, primum & maximū miraculū quod fecit: ipſe erat, ideſt vita eius. Quis vnquam etiā ſi curioſius obſeruauit, in eo deprehendit otioſum nō dico verbum, ſed nec nutum? Quis manum pedumve mouentem fruſtra? immo quid non ędificans in eius inceſſu, aſpectu, habitu, vultu? Denique vultus hilaritatem nec fuſcauit mœror, nec leuigauit riſus. Totum in eo diſciplinatum totum inſigne virtutis, perfectionis forma. Per omnia ſerius, ſed non auſterus, remiſſus interdum, diſſolutus nunquam. Negligens nihil, etſi pro tempore multa diſſimulans. Quietus ſępè, ſed minimè aliquando otioſus.

Paupertas eius voluntariā

A die primo conuerſationis ſuę vſq; ad extremum vitæ ſuæ ſine proprio vixit. Non ſeruos, non ancillas, non villas, non viculos non denique quicquā redituum eccleſiaſticorum ſeculariumve vel in ipſo habuit epiſcopatu, menſæ epiſcopali nihil prorſus conſtitutum vel aſſignatum, vnde epiſcopus viueret, nec enim vel domum propriam habuit. Erat autem quaſi inceſſanter circumiens parœcias omnes euangelio ſeruiens, & de euangelio viuens, ſicut conſtituit ei Dn̄s. Porrò ſi interdū quieſcere oporteret locis ſanctis hoc faciebat, quæ ipſe per Hyberniam ſparſerat vniuerſam. Apud quosve rò moram facere libuiſſet, illorum ſe moribus & obſeruantiis conformabat. Et cum ad prædicandum exiret, cum peditibus, & ipſe pedes ibat, epiſcopus ſcilicet & legatus.

Comparatio bonorū & malorū paſtorū

Forma eſt apoſtolica hæc, & inde magis mira in Malachia, quo rara nimis in aliis [Sed aduerte quomodo diuidat hæreditatem cum fratribus ſuis æque nepotibus Apoſtolorum] Illi dominantur in clero, iſte dum eſſet liber ex omnibus omnium, ſe ſeruum fecit. Illi non euangelizantes manducant, Malachias, vt e-

A uangelizet, manducat. Illi congregant in horrea, & dolia replent, vndè onerent menſas, Malachias colligit in deſerta, & ſolitudines, vnde impleat cœlos. Illi à pauperib. exigūt, quod dēt diuitibus, iſte ſolicitat diuites pro pauperib. ſuſtentandis. Illi alta palatia erigunt turres & mœnia ad cœlos leuant, Malachias non habet, vbi caput ſuū reclinet, opus facit euangeliſtæ. Illi nec plebes agnoſcunt iſte erudit. Illi potentes & tyrannos honorant, iſte punit. O virum apoſtolicum, quem tot & tanta nobilitant ſi-

B gna apoſtolatus ſui? Quid ergo mirum ſi mira eſt operatus, ſi & mirabilis ipſe immo non ipſe, ſed Deus in ipſo? Tu es Deus (inquit) qui facis mirabilia.

In regione Hyberniæ iacebat infirmus in domo, vtique dęmonum maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes dicentes alter ad alterum. Vide ne miſer iſte hypochrytæ illius ſtratum ſtramenve contingat, & ſic effugiat manus noſtras. Cognouit homo, quid de Malachia loquerentur, quem non multo ante in eadem domo meminerat pernoctaſſe,

Pſal.72.

C & adhuc ſtramen in loco remanſerat. Sumptaque fiducia, quo potuit conatu cœpit repere debilis corpore, ſed fide fortis. Et ecce in aere clamor & vociferatio. Prohibe eū, prohibe, retine eū, retine, amittimus enim prædā. At ille genibus & manibus nitens, præueniens aſcendit lectulum, volutauit in ſtramine. Audit vlulatum plangentium. Heu, heu, ipſi nos eum perdidimus, decepti ſumus, euaſit. Et hoc dicto citius receſſit ab eo dæmonum terror & horror, quem patiebatur, & omnis pariter ęgritudo. Item in alio loco inſanientem dæmoniacum ſibi

D oblatum liberauit.

Item de miraculis eius.

§. V.

Miracula eiuſdem

SEdebat ſanctus cum comite Vildię in campo aliqua tractans, & multitudo copioſa circa eos. Venit mulier grauida, & verè grauis.

E Indicat enim ſe contra omnes naturę leges retinere partum pro certo iam quindecim menſibus & diebus viginti. Compaſſus Malachias orauit & mulier peperit.

Ciuitas Hyberniæ nomine Corchagia vacabat epiſcopo. Tractantibus de electione, diuiſere ſe partes, quibuſque, vt aſſolet, præſulem volentibus conſtituere ſuum, non Dei. Venit illuc Malachias, & audita diſſentione, conuocato clero & populo vota diſcordantium & corda vnire curauit, perſuaſis illis totum negotium debere committi illi, cui potiſſi-

F mum ſolicitudo incumbebat eccleſiarum Hiberniæ. Mox nominat eis quemdam virum ſanctum & doctū. Quæritur ille & inuentus nunciatur decumbere, nec de lecto poſſe exire. Et Malachias. Surgat (inquit) in nomine Domini, ego præcipio, obedientia ſanum faciet eum. Itaque cum voluntate obediendi pugnant, gemino hoſte, ſcilicet pondere languoris, & metu oneris, vicit illa, ſcilicet obedientia. Nam reſumptis viribus per ſe venit ad Malachiam

Sanat eum, quē epiſcopū deſignauerat.

A.G.1153. cæteris venientem, nigrúmque paruulum iuxta eum gradientem, ac per cucullam tenentē. Quod cū abbati retulisset, didicit ab eo quod ille monachus valdè negligens esset. Vinc. ſpe. hiſto.

De Petro Tarentaſienſi epiſcopo de quo Gaufridus Altecumbæ. 3. Tom. Sur.

Sed circa illud tempus floruit quidam ſanctus vir, Petrus nomine, Tarentaſienſis epiſcopus, ſanctitate & miraculorum gratia inſignis. Implacabiles inimicitias & odia inueterata frequenter extinxit, & grauia admodum bella compeſcuit. Deſperatas etiam recōciliationes inter maximos etiā principes, domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis effecit.

Hic vt refert Vinc. ſpe. hiſt. l. 28. c. 125. in itinere, quo acceſſit ad regem Angliæ pro quadā pace componenda, ſtupendum miraculum operatus eſt apud ſanctum Symphorianum, quod eſt caſtrum Lugdunenſis eccleſiæ. Ibi enim cum eſſet quidam vir fidelis Petrus ſcilicet de Fraxineto notus & honoratus, eum ad hoſpitium ſuum aliquando quaſi vim faciendo pertraxit. Huic filia iuuencula erat miſerabili incommoditate laborans. Egerat enim quædam mulier malefica per nequitiam inuidæ ſocrus inducta, vt languore tepeſceret deſperato, nec viri ſui præſentiam, nec aſpectum vllatenus tolleraret. Affectione autem muliebri genitrix perſuaſa, vt ſathanas ſathanam eiiceret: famoſum quemdam maleficum accerſiuit. Affuit, explorauit, agnouit iuuenculam

Mulier magicis incantationibus virū auerſatur.

aſſerens inferratam, terit arborum cortices, & pocula verbis & herbis infecta propinat. Mordet etiam propriis dentibus brachium miſerę mulieris in duobus locis ſcilicet circa frontē brachij, ita vt vtraque morſura, ſcilicet ſuperior & inferior diſtaret à fronte brachij, quaſi vno palmo. Res noua, res mira: ab illo ſiquidē languore conualuit, ſed non plenè. Nam interdum velut ex corde ſentiens acus procedere cruciabatur atrociter, donec per ſuperiorem morſurā brachij, quā nulla cicatrix ſicut nec inferiorē obduxerat, acus educeret vis occulta. Iam in hunc modum plures per temporum interualla quaſi triginta acus prodierant, quędam (vt vulgo dicitur) excapſatæ, quędam admittendis idonea filis foramina præferentes. Exhibetur igitur viro ſancto à patre filia, cuius ei lugubrem explicat tragœdiam. Et ecce mox eadē iuuencula ſentiens acū gemebunda deplorat ad quā accedēs vnus ex fratribus laicis viro Dei ſeruiens acum cruentam extraxit, annis pluribus ad teſtimonium conſeruatam. Orat ſanctus Petrus, & locum vulneris tangens virtute Dei pollicetur, nec ferrum, nec chalybem, vltra proceſſurum. Factumque eſt ita, ſed mutata eſt materia, malitia nondum extincta penitus. Per alteram brachij morſuram inferiorem, quam vir ſanctus nondum tetigerat, quia nec adhuc aliquid inde exierat, cœperunt ſudes lignei paruuli, quos vulgo brocas vocāt, ex querno robore vel fraxineo pro ferreis acubus egredi, groſſiores ſpinis & modico longiores. Nec tamen omnes vnius longitudinis vel groſſitudinis, ſicut nec acus fuerant. Septēdecim iam intra annum & paucos menſes ex muliere ligna prodierant. Affuit deinde reuerendus antiſtes Petrus, cui diuinitus ſeruabatur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier A.C.1154 miſſarum ſolennia celebranti, ſicut præceperat veſpere præcedenti. Eadem hora decimum octauum ex carne mulieris lignum egreditur, quod ſub oculis omnium capellanus extraxit. Confitentem, itaque mulierem præſul abſoluit: & ſacram ei tradens euchariſtiam, ab omni deinceps cuiuſcunque materiei progreſſu iubet eam eſſe ſecuram. Sicque ab omnibus præſtigiis liberata adhæſit viro ſuo, liberóſque procreauit, virtutémque viri ſancti, quam experta fuerat in ſe multis prædicauit.

Adrianus 4. Pōt. max. 171. ſed. a. 4. m. 8. d. 28. A. C. 1154.

§. IX.

Anno agit domini 1153. Ab initio autem mūdi ſecūdum maiorem cōputationem ſexies 1338. ad ſummum pontificatus apicem vocatus eſt a Adrianus natione Anglicus qui prius dicebatur Nicolaus. Et ſedit annis 4. menſibus 9. diebus 8. Hic prius fuerat monachus, & abbas in monaſterio ſancti Ruffi apud Valentiam, de quo Ioannes Sareſberienſis, qui erat ei multum familiaris, ſic ait. Audiui papā Adrianum dicentem, quòd Romano pontifice nemo eſt miſerabilior, conditione eius nulla miſerior. Fatebatur enim in illa ſede tantas ſe miſerias inueniſſe, vt facta collatione præſentium, tota præterita amaritudo vitæ, iucunditas & fœlicitas ei fuerit. Spinoſam enim dicebat cathedram Romani pontificis magnis & Vin. refert 29. ca. acutiſſimis vſquequaque conſertam aculeis tantęque molis vt robuſtiſſimos prēmat, terat & cōminuat humeros. Coronam & phrygium clara merito videri, quoniam ignea ſunt. Séq; nunquam à natali ſuo Angliæ ſolo malle exiiſſe, aut in clauſtro beati Ruffi apud Valentiā perpetuò latuiſſe, quam tantas intraſſe anguſtias, niſi quia diuinæ diſpenſationi reluctari non auderet.

Hoc etiam mihi ſæpiſſimè adiecit, quòd de gradu in gradum ex clauſtrali clerico per omnia officia ad ſummum pontificium aſcendiſſet, nihil vnquam fælicitatis aut tranquillæ quietis vitæ priori adiectum eſt ab aſcenſu: Et (vt eius verbis vtar) incude (inquit) & malleo ſemper dilatauit me dominus. Sed nunc oneri, quod infirmitati meæ impoſuit, ſi placet, ſupponat dexteram, quoniam mihi importabile eſt. Nonne miſericordia dignus eſt, qui pugnat pro tanta miſeria? Sit ditiſſimus, qui electus eſt, ſequenti die pauper eſt, & infinitis pene creditoribus tenebitur obligatus. Ambire ergo ſummum pontificium, & non ſine fraterno ſanguine ad illud etiam aſcendere: eſt Romulo ſuccedere in parricidiis, non Petro in ouibus paſcendis. Benè ergo dicitur non tam nuncupatiuè,

a Adrianus 4. cum à tertio Eugenio Cardinalis miſſus eſſet in Noregiam prouinciam omnium terræ cognita occidentalium vltimam eam gentem multitudine copioſiſſimam primus omnium Chriſtianorum Chriſtianam effecerat: Blond. dec. 2. lib. 5.

quam

quam etiam ſubſtantiæ [illegible] mus pontifex ſer[illegible] ſeruorum. Seruiat enim ſe [illegible] auaritiæ, d[illegible] eſt R[illegible]m[illegible], neceſſe eſt, adeo vt ſi non ſer[illegible] [illegible] aut a expontifex, aut e[illegible]manus. Hæc refert He[illegible]nandus.

Anno domini 1[illegible]6. ſignum crucis apparuit in [illegible] una Albericus miles Bellouacēſis p[illegible] de mar[illegible]rium pati [illegible]ur. Anno ſequenti tres lunæ viſæ ſunt & in medio ſignum cruc[illegible]s. Anno ſeque[illegible] nonis Septembris tres ſoles viſi ſunt parte occidentali, ſed ſol diei, qui erat medius, rem[illegible] vſq; ad occaſ[illegible] deficiētibus aliis duob. V[illegible] Vapores ſunt illi duo aliquando miracul[illegible], aliquando naturaliter euenientes.

Hic [illegible] ex communic[illegible]uit Guilhelmum regem Si[illegible]iæ, propter quod [illegible] re[illegible]letus di[illegible]us rex, mi[illegible] exercitum, ad obſidendum Beneuentum ciuitatem eccleſiæ in Apulia. Quamobrem Ad[illegible]anus imperatorem Græcorum vocauit cō[illegible] [illegible] & plures principes exulatos à rege in [illegible]uit contra eum. Qui diſcurrentes per Apuliam pluras ciuitates ceperunt. Dominu[illegible] autē papa [illegible] p omnia fauens, [illegible]ceperat, in Beneuento. Hæc audiens rex Guilhelmus quam [illegible]tiſſimè ex vniuerſa Sicilia [illegible] erat, Cong[illegible] copiis militaribus in Apuliam tranfretauit [illegible]ſtatim in primo ſuo ductu Græcorum [illegible]ias fudit quorum duces captos in [illegible] Potit[illegible] ergo [illegible] ctoria vniuerſam regionem, quæ ab eo defecerat, in ſuam poteſtatem redegit. Quo facto copias ſuas ad Beneuētum d[illegible]exit, atque ciuitatem vndique obſi[illegible]e vallauit, vbi tam dominum papam, q̃ cardinales & ciues vniuerſos tan[illegible] affecit [illegible]s, vt de propria ſalute redderet valdè ſollicitos.

Sed quibuſdam [illegible] ponentibus, p[illegible] in[illegible] [illegible]s reformata eſt e[illegible]luſis omnibus [illegible] fœdere. [illegible] papæ perſuaſionibus tantis periculis ſe immerſerant. [b] Videntes igitur prædicti nobiles [illegible], quod contra ſpem [illegible]is acce[illegible], exquirere cœperunt quonam pacto ſine periculo regnum exire v[illegible]lerent. Et comes quidem Robertus de Bellauilla, cum quibuſdam [illegible] ad Fride[illegible]m imperatorem in Alemaniam ſe [illegible]ntule[illegible]t. Pri[illegible]s ve[illegible] Capuanus qui etiam contra re[illegible] Siciliæ ſ[illegible] erexerat [illegible]ter[illegible] fel[illegible]or dum G[illegible]anum ire n[illegible] ſe parar[illegible] a [illegible] bus r[illegible]s Guilhelmi captus, eiden[illegible] præſentatus eſt. A quo ſtatim luminibus priuatus, [illegible] carcere politus, poſt modum [illegible] rabi[illegible] vitam [illegible]. Adrianus autem papa poſtquam cum Guilhelmo rege Siciliæ pacem compoſuit, Romam re[illegible]reſſus eſt. Con[illegible] autem quemdam ex cardinalibus Romæ [illegible] ſcelera[illegible]tiſſimis vulnerari. Quam ob cauſam vſque ad condignam ſatisfactionem, totam vrbem papa eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto.

Florebat etiam tunc temporis Theobaldus Cantuarienſis archiepiſcopus, de Buccenſi monaſterio aſſumptus, vir per omnia laudabilis, & magnificus, & tam in ſæcularibus quam in eccleſiaſticis negotiis experiſſimus. Thomas autem archidiaconus Cantuarienſis, qui poſtea fuit archiepiſcopus poſt eum, per induſtriam huius Theobaldi, factus eſt regis Hērici cancellarius.

Alexander. 3. Pōt. max. 171. ſed. a. 21. m. 11. d. 23. A. C. 1159. de quo Blon. l. 5. dec. 2. Naucl. gen. 39. Plat.

§ X.

Ex hac luce ſubtracto Adriano, cardinales [illegible]ote ſe diſcordantes duos in pontifices elegerunt, ſcilicet Rolandum Cancellarium, qui Alexander tertius dictus eſt natione Senenſis & Octauianum quem vocauerunt Victorem [illegible] qua re eccleſia catholica ſchiſmate [illegible] dini. Et ob [illegible] cauſam principes ſæculi vacillantes quidam [illegible] quidam alteri adhæſerunt. Et Fridericus imperator Octauiano cum epiſcopis [illegible] adhæſit. Rex verò Francorū Ludouicus, & rex Anglorum Henricus cū ſuis, Alexandrum in patrem & dominum ſuſceperunt, ſed Deo volente Octauianus qui & Victor [illegible]uis dicebatur, poſt modicum tēpus de medio ſublatus moritur.

Cui ſtatim ij qui Octauiano adhæſerant in pertinacia & contumacia perſeuerantes Guidone[illegible] [illegible]erunt in papam, qui paſchalis dictus eſt. Et [illegible] ſto [illegible] o D[illegible] [illegible]uente a[illegible] h[illegible] A[illegible]andro mortuus eſt.

Qu[illegible]pu[illegible] tradito per co[illegible]em ordinatus eſt Ioannes qui ſe Cal[illegible]um v[illegible]canit.

Et e[illegible] mortuo factus eſt papa ab [illegible] f[illegible] qu[illegible]dam Land[illegible] no[illegible]ne, cui Inn[illegible] t[illegible]s nomē [illegible]tum eſt. H[illegible] fuit pre[illegible] & per pa[illegible] Alexandrum excomm[illegible]

Demum [illegible] re[illegible] Al[illegible] ſumm[illegible] pont[illegible] [illegible] Sedit autem in [illegible] Pe[illegible] Sta[illegible] m[illegible] cr[illegible] nem [illegible] per ſe[illegible] r eu[illegible] ed[illegible] fa[illegible] ue[illegible] ilis an[illegible] ad F[illegible] lu[illegible] [illegible] vt veru pa[illegible] à rege [illegible]m & [illegible] & h[illegible] par[illegible] & ad[illegible] & deleti H[illegible] gener[illegible]

[a] *Expontifex is eſt qui ex gradu Pontificis eſt deie[illegible], ſicut exquæſtor, qui quæſturæ amiſit d[illegible], extromanus eſt etiam, qui v[illegible] exulare [illegible]ogitur.*

[b] *Scribit Blondus ad ſ[illegible] pral[illegible] qui Græc[illegible] à Guilielmo rege apud Brūduſium ſuperati f[illegible]erant nobiles ōnes qui de Apulia Salētini que apud Ca[illegible] ſinum & Beneuentu[illegible] ſacramento Pontifi[illegible] Romana E[illegible]leſia obſtrinxerāt ſubitā Guilielmo deditionem [illegible] qua res Adrianum Pontificem monuit vt cum Guilielmo rege pa[illegible] Porro hic Guilielmus filius fuit Rogerij p[illegible] Siciliæ regis qui poſt mortem [illegible] A. C. [illegible]*

[c] *Hi[illegible] pontifex [illegible] Pe[illegible] noſtro Adrianoprimis pl[illegible] fie Dei [illegible] fuit [illegible] quatuor Antipapu[illegible] inni[illegible] fuit edenti[illegible] bus e medio ſublati [illegible] ſuperuixit. Onuph. Geneb. Ferunt [illegible] Ludouicum Fr[illegible] rum [illegible] Henri[illegible] Angl[illegible] reges pedites [illegible] uiſſe [illegible] officio ac dextra [illegible] fra[illegible] ipſius tenentes cum per T[illegible] vrbem ma[illegible] na cum pompa deduxiſſe. Geneb.*

Tu[illegible]

A.C. 1158.

Expontifex hic S[illegible] Pudentia[illegible] à Blondo nominatur

[illegible]tuor Antipapæ

A.C. 1161

Turonis in Galliis. Et ſanctorum catalogo ad A ſcripſit beatum Bernardum abbatem Claræuallis. ſuper hoc ſcribens epiſtolam in commendationem vitæ eius & doctrinæ regi Franciæ Ludouico, ac etiam omnibus epiſcopis per orbem & prælatis aliis, feſtum eius mandans celebrari die obitus ſui.

Concilium Turonenſe celebratur A.C. 1163 de quo continua. Sigeb. Acmyl. 5. Bernardus canonizatus vide ſinem operum eiuſdem.

Anno domini 1163. Alexander papa tertius venit in Galliã. Et paulo poſt ſanctus Thomas Cantuarenſis archiepiſcopus exul ab Anglia aufugit in Franciam. Et primo apud Põtiniacum exulauit. Et vt refert Vinc. ſpe. hiſto. lib. 30. & Io. de col. venit dictus beatus Thomas de B Pontiniaco Senones ad papã Alexandrũ, afferens ſecũ conſuetudines regni Angliæ ſcriptas propter quas exulabat, quia nolebat eas ſeruare cum eſſent iniquæ. Eaſque tenens in manibus, chartam explicatam & extenſam ante pedes eius poſuit dicens. a Ecce ſancte pater, ſacræ immò ſacrilegæ conſuetudines regni Angliæ canonibus & decretis, ac etiam ipſorum terrenorum principum legibus aduerſæ, pro quibus exilium ſuſtinere cogimur, vt eas ſanctæ paternitati veſtræ oſtenderemus, & conſilium ſuper his haberemus huc aduenimus, C iubeat igitur, ſi placet, ſanctitas veſtra eas legi & audiri. Quiſquis enim iſta audiet mirum eſt, ſi non tinniant ambæ aures eius audientes Chriſtianis cõtra legem Chriſtianitatis agi. & damnatis ſanctorum patrum venerandis inſtitutis, nouas & inauditas tyrannorum veterum præſumptas obuſiones in eccleſiam introduci.

Hæc cum flexis genibus dixiſſet, iubente papa ſurrexit, ſtetitque in medio circunſtante eum turba clericorum ſuorum. Cùmque ad præceptum domini papæ conſuetudines illæ D legerentur, & qui legebat primum pronunciaſſet capitulum, cœpit venerandus antiſtes cõtra propoſitum capitulum mirabiliter diſſerere, & regis in hoc intẽtionem plenius elucidare, & detegere oſtendens: & conuincens ex decretis & legibus in quibus & in quantis, quod pronũciatum fuerat, ſanctorum patrum canonibus obuiaret, quantumq́ue diſcrimen eccleſiæ Dei immineret, ſi rex, quod intendebat, obtineret: ſimiliterque fecit ad ſingula capitula domino papa libenter eum audiente, & aſſertiones eius per ſingula diligenter notante. Car E dinales tamen [illegible] quia accepta a r[illegible] partes eius fouebant, mul[illegible]m vexa[illegible] to viro in ſua ca[illegible] præ[illegible] Guilielmus Papie[illegible] & familiarior. Hic enim [illegible] dis omnibus impedire ſatagens, ad [illegible] ſurgebat, eiq́; ſe obii[illegible] multa [illegible] & multa inquirens: [illegible] venera[illegible] fila aranearum ſine difficultate & h[illegible] ne, vel ſoluebat. vel conuincebat. Pu[illegible] nim idem Guilielmus quod ipſe archiep[illegible] pus oratione [illegible]teretur alien[illegible] & non [illegible] & ſi poſſet eum a tramite ſ[illegible] defle B ctere, continuo eum ludi[illegible] & confuſi[illegible] bendum. Sed ipſe ſanctus [illegible] Guil[illegible] mum ſibi ex directo obuiti, ali[illegible]oties eum reciproco ſermonis excurſu it[illegible] & illaqueauit obiectionibus, [illegible] omnibus maniſeſtum fieret, quod non ſolum propri[illegible] vteret[illegible] viribus & diſſertione, verum ꝙ inſuper ab[illegible] eſſet ingenij & eloquentiæ.

Cumque tam in expoſitione cauſæ ſuæ, quam in contentione cum aduerſari[illegible] magna pars diei conſumpta fuiſſet, erant enim ſe[illegible] decim capitula conſuetudinum illarum, ad C quæ ſtando reſponderat, admirans tandem d[illegible] minus papa eius ſapientiam vocauit eum ad ſe, & iubẽs eum ſedere iuxta ſe dixit. Ben[illegible] venieris frater chariſſime. Cùmque congaudens eum bene veniſſe ſæpius repetiſſet, gratias ei agere cœpit, quod tantum onus tamque [illegible] duum negotium ſuſcepiſſet, & quod eccl[illegible]ã Dei tam periculoſis temporibus contra tyrannorũ inſultus tueri auſus fuiſſet. Ipſe quoque venerandus antiſtes cũ debito honore & reuerentia domino papæ gratias retulit, quod eum D tanto honore dignatus fuerit. Tunc domin[illegible] papa illas conſuetudines perpetuo damnauit, & obſeruatores & exactores earum æterno anathemati ſubdidit. Vir igitur domini aliquãdiu in curia moratus, & tandem cum licentia & cõſilio domini papæ, ad Pontiniacũ monaſterium Ciſtercienſe contulit[illegible] ibiq́ue ferm[illegible] per biennium ſtetit, & inter cætera æmul[illegible] nis ſtudia, etiam habitum monachalem con[illegible] piuit, & accepit. Miſſo autem ad dominum p[illegible] pam tunc apud Senones commoran[illegible] ſe E cretius nũcio, habitũ religi[illegible]s ſibi ab e[illegible] fieri, benefici, & tranſmitti po[illegible]lauit & im[illegible] etrauit, domino papa [illegible] ei reſcribente. M[illegible] tibi, frater dilecte, habitum non q[illegible]em voluimus, ſed qualem habuimus.

Cognoſcens igitur rex Angl[illegible]m Henricus, [illegible] quanto honore v[illegible]erandus p[illegible] domino papa ſuſceptus fui[illegible]et, & qu[illegible] Põtiniaco locum ſibi manſionis el[illegible]et, in ſuos inaudito crude[illegible]tati gen[illegible]re deb[illegible] eſt, Præcepitq́ue, vt v[illegible]icunque aliquis de c[illegible] tione eius vir aut mulier inueniri poſſet exhæ[illegible]redat[illegible] & ſpoliatus bonis propr[illegible] à regno pe F lleretur, exa[illegible]o prius ab [illegible] iuramen[illegible] d Pontiniacum contriſtandi archiep[illegible] gratia p[illegible]ic[illegible]eretur & ſe ei præ en[illegible] Tunc expul[illegible] ſun[illegible] enes & iuuene[illegible]em eius pertinentes ſed & m[illegible] es cu[illegible] ctãtibus & [illegible] ã g[illegible] rioſus põt[illegible] ex [illegible] reu[illegible] C[illegible] d

E

a quoniam (vt in hoc §. & infra c. 3. habetur) Haec regni Angliae conſuetudines exilii primũ, deinde mortis cauſa D. Thomæ fuerunt. Vt appareat earum iniquitas & D. Thomæ cõſtãtia, eas hoc loco, [illegible]t ad verbum eas Sur. ex auctore [illegible] eſcripſit referemus. [illegible] non liceat (habebant illæ) Archiepiſcopo & epiſcopo exire de regno, & venire ad vocationẽ Domini papæ ſine licentia regis.

Quod non appelletur ad ſedẽ Apoſtolicam ſine licentia regis.

Quod non liceat epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de rege in capite ſine licẽtia regis. vel terram illius vel officialiũ ſuorũ ſub interdicto ponere.

Quod non liceat epiſcopo coercere aliquem de periurio vel [illegible] fide,

Quod clerici trahantur ad ſecularia iudicia.

Quod laici [illegible] rex ſeu alij tractent cauſas de decimis vel ec[illegible].

He[illegible] te[illegible] Sur[illegible] ha[illegible] ba[illegible] Tho[illegible]

A.C. 1165.

eccleſiam ſuam,& cum honore magno ſuſceptus, inde ad paucos dies gladiis impiorum, occubuit,vt infrà dicetur. Et ab ipſo Alexandro tertio ſanctorum catalogo adſcribitur: multis miraculis coruſcando.

Veneta claſſis pro pontifice pugnans imperato... ſupe... Epiſc. D. ... exē... ...iuſt. ...s.c.1. ...om. ... hel... Polon. Pax inter pontificē & Frideri... ...um.

Anno autem 1165.[Pontifex Alexander] reuerſus Romam cum honore ſuſcipitur. Sed cùm Fridericus imperator, veniret ad vrbem Alexander timens eius potentiam Venetias refugit,vt manus eius euaderet.Super quo indignatus imperator armauit cõtra Venetos claſſem. Cui præfecit Othonem filium ſuum, & ad repoſcendum pontificem Alexandrum Venetias miſit. Verum Otho filius imperatoris primo concurſu nauali prælio ſuperatus à claſſe Venetorum, qui iuuabant partem eccleſiæ ſanctæ,& Alexãdri captus,duct° eſt Venetias.

Anno autem ſequenti procurante Othone filio imperatoris qui captus erat, ablata eſt diſſentio inter papam & imperatorem a & facta eſt pax.Indéq;magnus honor &gloria ſecuta ſunt Venetos,quibus ad futuram rei memoriam pontifex ſummus quædam inſignia perpetuo ferenda donauit.

Miror autem,quòd nec Vin.in ſpe.hiſt. nec Ioan.de col.de hoc faciũt mentionem. Edidit autem pontifex iſte magnanimus multas conſtitutiones in concilio primo, quod Turonis Galliæ celebrauit. Et in ſecundo Lateranenſi Romæ celebrato. Et multas decretales fecit, quæ habentur in diuerſis titulis in decretalib. Refert autem Vinc.ſpe. hiſt.li.30. quod durauit illud ſchiſma, quod fouit Fridericus per annos16.Sed demum ipſe imperator abiurauit ipſum ſchiſma, & publicè ſatiſfaciendo cum papa pacem compoſuit.

Alexandria quoque, quæ eſt in Longobardia ſuperiori inter alpium radices, vrbémque Ticinum ſuprà Taurum amnem contra Ticinenſes imperatori fauentes ædificata tunc dici

Fridericus imperator ab Alexandro pontifice veniam petit.

a Fœderibus pacis ad tertium quæ inchoata fuerant menſem concluſis. Fridericus imperator permittente pontifice Venetias eſt perductus: poſtera aduenens ſui die,in qua Apoſtoli natalitiis vigiliæ obſeruabantur, põtifex ad fores intrinſecas,baſilicæ Marci euãgeliſtæ, ſella ſedens ornatiſsima, Fridericum imperatorem expectauit.qui cum attigiſſet veſtibulum,dimiſſa humeris purpurea chlamyde.qua induebatur in terram cernuus ac plane proſtratus põtificis pedes exoſculatus eſt, & pontifex illum manu ſubleuatum. ad oris oſculum admiſit. Blond. lib. 6. deca. 2. Nauclerus gener. 40. paulò aliter Alexander, inquiens pontifex ad ianuas templi D.Marci acceſsit,& ibidem vniuerſo adſtante populo imperatori iuſsit,vt ſe humi proſterneret.& veniam denuò poſtularet. At ſummus pontifex Cæſaris imperatoris collum comprimens, vt ſcriptum eſt. Pſal. 90. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. At Fridericus: Non tibi inquit, ſed Petro: cui ſucceſſor es,pareo,& Pontifex reſpondit: Et mihi & Petro. Ex his habes imperatores quoſcunque etiam atrociſsimos Pontificum hoſtes tandem volentes nolentes eo diuinitus adigi,vt pontifici Romano ſubuci & parere cogantur, eorumque gratiam & veniam demiſſe humiliterque poſtulare.quod certe luce clarius demonſtrat Romani Pontificis auctoritatem diuina maxime virtute ſubſiſtere.*

tur,&ab hoc pontifice Alexandro nuncupata. A.C.1181. Huius tempore claruit Petrus Lombardus epiſcopus Pariſienſis,qui fecit librum ſententiarum ſecundum Vinc. ſpec. hiſto.de quo infrà dicetur.

Lucius 3.Pont.max.173.ſed.an.4.m.2.d.28.
A.C.1181.de quo idem.

§. XI.

ALexandro ad dominum migrante, creatus eſt papa Lucius tertius,qui prius dicebatur Vbaldus, natione Tuſcus,Luca vrbe, gente nobili oriũdus,Oſtienſis epiſcopus, anno domini 1182. ab initio mundi ſecundum maiorem computationem ſexies milleſimo 366.ſecundum verò minorem computationẽ quinquies milleſimo 148.Et in numero pontificum 178. Qui ſedit annis quatuor Sed ipſe Lucius à Romanis ex vrbe perturbatur,multique ex ſuis variis iniuriis afficiuntur. Nam alij excæcantur,alij mitrati ſuper aſinos auerſis vultibus ponuntur. b Ipſe autem papa Veronam perrexit.

Circa illud tempus,vt refert Vinc.ſpe. hiſt. apud Aurelianum ciuitatem die dominica,circa feſtum beati Laurentij,preſbyter celebrans parauerat duas hoſtias propter viaticum, & proceſſerat vſque ad orationem dominicam, Videt illam quam manibus tenet rubro colore ſuffuſam, & ſanguinem ex ea inter digitos profluentem.Eámque ſuper altare in tribus locis tranſpoſuit. Et in ſingulis quantum ipſa continet,tantundem ſanguine purpuratur,populus accurrit,miratur ſacerdos, illam ſumit, quam ipſe parauerat reponendam.Rex autem Franciæ Philippus,qui non longè erat, accurrit,& vidit hoſtiam in formam carnis liuidæ, &ſuper corporale ſanguinis guttas ſiue etiam notas, cùm tranſferretur hoſtia ſacra ad modum hoſtiæ circulatas. Poſtmodum apud caſtrum Charolam,eadem hoſtia partim carnis, partim panis ſpeciem repreſentat: in feſto ſcilicet omnium ſanctorum,dum priore celebrãte, & volente ipſam tripartite, frangi non poteſt, ſed integra manens per medium eſt replicata. Et mox pars vna formam carnis induit: pars reliqua in priſtina forma manet. Simile quid etiam accidit apud Soronam oppidum. Aliud etiam ſimile in territorio Vindocinenſi. Apud Atrebatum quoque accidit ſimile. Et hæc miſericordia Dei creduntur tũc operata propter hęreſim in Vaſconia pullulantem.

Paulò antè claruit opinio ſanctæ Alpiadis de Cudoio, nimium celebris, in qua effulſit miraculum eminens ac præclarum. Nẽpe illi diuinit° collatũ eſt annis multis in corpore degere,&corporalis cibi ſubſidio nõ egere. Hęc quidẽ genere infima officióque bubulca,graui

De S. Alpiade ex Vin.c. 25.

b Lucius.3.vrbe pulſus Veronam, vt Chriſtianorum principum conuentum ibi ageret adiens,ibidem diem clauſit extremum.Ibique cũ hoc elogio ſepultus eſt.

Luci Luca tibi dedit ortum.pontificatum
Oſtia, papatum Roma.Verona mori.
Immo Verona dedit tibi lucis gaudia.Roma
Exilium,curas Oſtia.Luca mori.

admodum

A.C.1186. Babylonis agitur, patenter oſtenditur. Id verò A in libello eius præ cæteris notabile & ſuſpectum habetur, quòd mundi definiens terminum, infrà duas generationes, quæ ſecundum ipſum faciunt annos ſexaginta arbitratur implendum. Fertur quoque multa ſcripſiſſe, libróſque ſuos domino papæ corrigendos obtuliſſe. Nam & in quibuſdam erraſſe dicitur, vt patebit in ſeq. tit.

Apoc. 6. & 11.

Et tamē et multa de futuris reſerata de fuiſſe referũtur. Vnde & poſtea duobus regibus Frãciæ ſcilicet & Angliæ in itinere tranſmarino apud Meſſanam Siciliæ vrbem hyemantibus, B idem abbas vocatus dixit nondum liberationis Hieruſalem aduenisse tempus. Super his autem, quæ ſcripſit de futuris temporibus nos rerum incertarum præſagium relinquere conuenit iudicio poſterorum. Hæc Vinc. Sed adde, quod dicit Tho. in 4. quòd quicunque locuti ſunt de fine mundi determinando certum tempus, huius rei inuenti ſunt falſiloqui, & deinceps etiam inuenientur hoc determinantes. Vnde Aug. de ciui. Dei lib. 18. c. 53. Super illud Actuum 1. quod Chriſtus dixit apoſtolis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate inquit. C Hic reſoluit digitos omnium de hac re calculantium, & eos quieſcere iubet.

Errores Abbatis Ioachim notantur in 3. par. tit. 19. c. 1. § 7. ex Cõcil. latera. c. 2. & L. 1. decret. c. 2.

Omnes qui mũdo terminum certũ conſtituerũt, inſani. Th. in 4. dt. 43. q. vnica. & in ſupple. q. 77.

Idem Ioachim in expoſitione ſuper Hieremiam, vt refert Vinc. ſpe. hiſt. lib. 32. c. 107. ſic ait. Ab anno domini 1200. & deinceps tẽpora mihi ſuſpecta ſunt & momenta, in quo nouo ordine Samuelis exorto, Ophni & Phinees ſacerdotes & pontifices Dei à Romanæ reipublicæ principe captiuentur, capiatur arca eccleſiæ. Heli quoque idest, ſummus pontifex corruat, & quaſi altet Mardochæus ſub Aman, ſub diſcrimine maneat Agagita. Ipſam autem ruinam eccleſiæ tales neceſſe eſt prædicare ac plangere, quibus & voluntaria paupertas arrideat, & doctrinæ ſpiritualis, ac vitæ puritas in futuræ tribulationis aculeis obſiſtat. Tales ergo doctores, & tales prophetæ mittendi ſunt, qui non ſolum inferiores homines, ſed etiam ipſos pontifices & prælatos fulguent, & non palpent. Reuelandi nimirum in proximo ſunt doctores, & prædicatores fideles, qui terrena carnaliaque corde omni plaga percutiant, & elatis ac tumidis magiſtris ſilentium ſuis ſtudiis ponant. Et licet ille ordo futurus ad obedientiam ſit oriturus, tamen à prophetis eſt prænunciatus, & in apoſtolicis viris tertij temporis eccleſiaſtici curſus à Deo cognitus, & electus in vulua ſpiritualis eccleſiæ per perfectæ doctrinæ ſanctificandus, ac ſit alius Beniamin filius non tam doloris in pœna quàm dexteræ ſcilicet exultationis in gloria. Tales in proximo pariet generalis eccleſia iam ſeneſcens. Tales Rachel plorabit filios à regetmpudenti facie, & quaſi altero Herode occidendos. Qui propterea dicti ſuor doloris filij, quia contritis eis ſpiritualis religio præ anguſtis tẽporis non potuit conſolari. F Sed tamen & ipſi filij dexteræ dicuntur, quia vnde in eis & pro eis mater eccleſia premitur, inde de eis & cũ eis æterna patria iocundatur. Hi ſunt fideles in doctrina ſpirituales in vita obedientes in preſſuis. Formatus eſt ergo ordo iſte ad inſtar Hieremiæ in eccleſia generali ſanctificatus in obſeruantia regulari, ne quis eum de vitę meritis reprehendat. Puto etiam, quòd ſicut olim Deus patres elegit ſenes, ſecũdo apoſtolos iuniores, ita & nunc tertio pueros ad literam eligat, propter eos, quibus vetera viluerunt, ad prædicandum ſcilicet euangelium regni prælatis adulterantibus verbum Dei. Et ſicut olim per Moyſen & Ioſue dominus Chananæos Iſraelitis ſubiecit, ac per Paulum & Barnabam idololatras ſtrauit: ſic etiam nunc per duos ordines futuros in illis præſignatos, gentes incredulas ſubigat & conuertat. Hæc Ioachim.

Alludit ad quæ 1. Reg. c. 4. habentur & Eſt. 3.

Gen. 35.

Mat. 2.

Hier. 1.

A.C.1187.

Gregorius 8. Pont. max. 175. ſed. m. 1. d. 27. A.C. 1187.

§. XIII.

POſt tranſitum Vrbani tertij aſcendit cathedram Petri Gregorius octauus. In numero pontificum 180. vir ſcientia literarum, facundiáque clarus, ſed & puritate vitæ, animique integritate præclarior, ſuíque vehemens caſtigator. In primis igitur ad ſubuentionem Hieruſalem totis accenditur deſiderijs. Et ad concitandos principes & populos, per occidentis prouincias tam legatos quàm literas deſtinauit, qui cladem orientalem exponant: & pœnitentiarum abſolutionem præfectis Hieruſalem promittant. Sed pro hdolor in ſuo mox exortu flos decoris exaruit. Poſt duos enim menſes cathedram, migrans de hoc ſæculo dereliquit apud Piſas, ibidem ſepultus.

Floruit eo tempore quidam dictus Petrus monoculus abbas Claræuallenſis. Qui ſubli- D mitatem generis ſui quanta potuit diſſimulatione celauit, vt refert Vincen. ſpec. hiſt. lib. 30. Hic in monaſterio Igniaci nouicius factus eſt. In cibo nunquam præter communem aliquid ſumpſit, & de ipſo communi multum ſibi ſubducens ſæpè Cucullam tantum habebat & tunicam, vigiliis autem & iugiter & pertinaciter interfuit. Vilis volebat videri, non humilis prædicari. Gratias ſingulares nec habuit nec habere quæſiuit, nec politum eloquium, venuſtatem perſonæ, induſtriam in ſæcularibus, fauorabilem largitatem. Bona intima poſſidebat, in exterioribus ſe obſcurum eſſe gau- E debat. Sed apud rectè iudicantes, multum venerabilis & mirabilis apparebat.

De Petro monoculo Claræualēſi abbate Vin. li. 29. cap. 19. 2.

Nocte quadam vidit Petrus iſte in viſu noctis, quòd aulam ingrederetur pulcherrimam in qua ſedes erat poſita, & ſupra ſedem ſedēs quædam domina vultus valdè venerandi. Ingredienti autem in aulam, occurrebant canes nigri & horribiles. Qui impetu facto in eum, lacerare eum volebant: ſed domina illa magna & venerabilis illos authoritate ſua magnificè fugauit, & Petrum ad ſe vocatum blandis ſermonibus, & dulci demulcens alloquio, ſecurum eſſe iuſſit. Erat autem vir iſte venerabilis ſemper in eodem ſtatu, à quo cum quidam abbas familiaris eius quæreret, quomodo ita idē ſemper eſſe poſſet, reſpondit. Cum eſſem nouicius, quaſi quidam ſpirit' ſẽſibiliter viſ' eſt mihi in me intrare, ex tũc vſq; nũc, ſpũs ille, vis illa vel affectio mihi

Petri monoculi viſum.

Petrus ſēper in eodē ſtatu.

A.C.1187. Dolorem capitis quomodo ſuperarit. Pſal.17.

quodammodo dominatur,regit me,& deducit A velut ouem Ioſeph, ſparſúmque per exteriora introrſum colligit,aliis volenté intendere orationi cogit,ea quæ ingeruntur oculis aut auribus obſtrepunt,facit aliquoties non ſentire.

Media nocte dominica cum fratres in choro pſallerent,& ipſe cum eis, tunc dolor capitis inuaſit eum ita vehemens,vt chorum dimittere cogeret. Et cum ſe propter hoc moueret, audiuit vocem dicentem ſibi. Laudans inuocabo dominū, & ab inimicis meis ſaluus ero. Hac igitur voce confortatus remanſit. at poſt modicum,iterum inualeſcente dolore, iterum B egredi diſponebat,& iterum inſonuit vox præmiſſa,noctéque illa tota,& ſequenti dominica vſque in finem conuentualis miſſæ, non ceſſauit conflictus ille doloris, & cōfortatio vocis. Cúmque in ordine ſuo acceſſiſſet ad cornu altaris,vt communioné acciperet, in ipſa inclinatione viſum eſt ei,quòd lapis magni ponderis de capite eius corrueret,& protinus ſe erigens,& ſanctam eucharistiam ſumens,ab omni illo dolore ſanatus eſt.

Quidam religioſus ei valdè familiaris tentatus aliquando de fidei noſtræ tatione, quæſiuit ab eo in confeſſione ſua,an aliquando talé C tentationem habuiſſet. Qui ait. Non inficior me tali plerúmque tentatione pulſatum , ſed multiplex experimentum fidei omnem meam talem infirmitatem fugauit. Quæſiuit ille, quod eſſet experimentū illud. Multū (inquit) de Deo ſenſi, & aliquando tale aliquid , quod cum ſentire deſij, grauius tuli,quàm ſi in clibanum ardentem proijceret.

DeD. Malachia c. 1.& D. Bernardo ca 5. agitur.

Factus eſt autem prior Gigniaci,poſtea abbas Valliſregis , demum abbas Clareuallis, ei Deo reuelante per ſanctos ſuos. Nam oranti D ipſi Petro adſtiterunt ſanctus Malachias, & ſanctus Bernardus , de quibus infrà dicetur,dixitque ei vnus eorū:Tu eris abbas Claræuallis. Quo dicto diſparuerūt. Ipſe aūt totus territus remanſit. Nunquam enim hoc fieri voluiſſet. Non multò pòſt abbas Gerardus , qui erat abbas Claræuallis , venit Gigniacum, & cum inueniſſet ibi quendam dictum Hugonem de baſochiis : quia grauiter deliquerat in ordine , eius offenſam præfatus Gerardus regulari ſeueritate vindicauit. Erat autem ille E Hugo cum fratribus ægris corpore, mente iacens infirmus.

Gerard' abbas à Hugone monacho truci datur.

Et cum diſpuſuiſſet Hugo abbatem Gerardum occidere , propter punitionem ei factam ; quidam ex fratribus nomine Haimo cum ſederet in veſtibulo domus infirmorum , vidit duas perſonas horribiles intrare dormitorum. Abbas autem præfatus,ſcilicet Gerardus nocte illa vigiliis interfuit , & dum propter neceſſitatem iret in dormitoriū, Hugo in inſidiis poſitus ferro ad facinus præparato letaliter eum vulnerauit,ex quo vulnere die ſequenti obiit,dicens hora exitus ſui:Di F rige me domine in veritate tua.

Pſal. 24.

Et cum factus eſſet abbas Claræuallis Henricus, vir qui potens in opere & ſermone , quia poſt modicum dictus Henricus factus eſt epiſcopus cardinalis , Petrus monoculus,de quo eſt ſermo ad electionem citatus aufugit,ſed abſens electus eſt. Apparuit autem ipſi Petro dolenti de morte ſua Gerardus ipſe dicens. Noli

A contriſtari de morte mea , quia cum domino Ieſu Chriſto ſum. Tu autem cum veneris ad Claramuallem , facies officium meum , & ſepelies me. Rogatus ergo ab abbatibus, cū delatum fuiſſet corpus Gerardi ad Claramuallem, vt cantaret miſſam pro defuncto acquieuit , & in canone miſſæ apparuerunt ſanctus Bernardus ex vna parte altaris,& ſanctus Malachias ex altera dicentes ei : Noli dubitare, quia abbas Gerardus eſt ſocius angelorum in gloria æterna.

A.C.1188. Petrus monoculus abbas claræu.

Papa Romanus audita fama eius eum vocari B fecit, & confeſſus ei peccata ſua , & ſacram eucharistiam de manibus eius ſumpſit, & ſumptus neceſſarios dedit ei ad vnam abbatiam conſtruendam. Cum autem ex infirmitate capitis vnum ex oculis amiſiſſet poſtea iocando dicere ſolebat,ſe vnum ex inimicis euaſiſſe,& ſe plus à reſiduo , quam à perdito formidare. Quadam vice vidit tres notabiles mulieres intrare clauſtrum. Quas cum argueret , quia non decebat mulieres illuc intrare , reſpondit venerabilior aliis. Ego ſum mater domini Ieſu: Et ſociæ meæ ſunt Maria Magdalena & Maria Ægyptiaca. Decet me venire ad filios meos meos. Et cum vellet oſculari pedes eius,euanuerunt. Demum omni ſanctitate ornatus in pace quieuit.

B. Vinc. ...

Clemens 3. Pont. max. 176. ſed. a. 3. m. 2. d. 26. A. C. 1188.

§. XIII.

POſtquam Gregorius octauus conſummatus in breui expleuit tempora multa promotus eſt ad ſummum pontificatus apicem D Clemens tertius,patria Romanus,patre Ioanne,cognomento ſcholaris:in numero pontificum 181. anno domini 1186. Ab initio mundi 1145. Secundum alium numerum ſexies 1075 Et in eo vixit annis tribus, menſibus quinque Et eo pontificante fuit eclipſis lunæ vniuerſalis hora noctis quarta , & durauit per tres horas. Item 4. idus Februarij, paulè ante aurorā, ſereniſſima nocte viſa eſt luna quaſi vſque ad terras in momento deſcendere,& facta morula quaſi reſumptis viribus:iterum vſque ad lo E cum vnde deſcenderat paulatim aſcendere. vt refert Vin. ſpe. hiſt.

Circa illa tempora multæ ſanctitatis gratia clarnit Hugo venerabilis abbas Bonæuallis ordinis Ciſterlienſis. Hic ſæculum cùm reliquiſſet [conuerſus eſt in domo Ciſtertienſis ordinis & cœpit] religioſè conuerſari in illo. Tentatus autē valdè eſt in ingreſſu religionis. Hęc cogitans intrauit templum , & orans deuotè cū lachrymis,vidit ſupra altare matrem miſericordiæ, veſtitā lumine ſicut veſtimento. Et viF ſum eſt ei, quòd videret Ieſum filium eius iuxta eā,& quomodo annonciatus fuerat ab angelo,& de virgine natus, & paſtoribus nunciatus , circunciſus , & à Iudæis poſtea captus, flagellatus,illuſus & crucifixus , & exinde reſurgentem intuetur , & aſcendentem in cœlum. Hęc eo aſpiciente,dixit ei domina noſtra. Viriliter age,& confortetur cor tuū in domino & cert' eſto talib' tentationibus te amodo nō pulſandum

De Hugone ... Vin. c. 33

Pſal. 26.

A.C.1158

pulſandum. Poſt hæc cœpit nimiis abſtinentiis ſe affligere. Ita vt pene ſenſum & memoriam perdere videretur. Interea ſanctus Bernardus qui adhuc in humanis erat, venit ad eum per Dei prouidentiam, & iuſſit eum mitti in infirmatorium, & vt ei ſingulis noctibus vigiliæ cantarentur prius quam cæteris infirmis, quatenus poſtea ſatis poſſet dormire. Et vt haberet licentiam generalem loquendi, vbi vellet, & ita per Dei miſericordiam in breui conualuit. Tunc cœpit in eo religio multa feruescere, nec multò pòſt factus eſt abbas Bonæuallis.

S. Bernardus qua ratione Hugonē curauerit.

Sub hoc ſancto viro factus eſt religioſus quidam iuuenis valdè feruens in principio, qui poſtea valdè tentatus, cogitabat ad ſæculum redire. Cui cùm abbas, qui audierat eius tentationem in confeſſione, multum et ſuaderet de remanendo, & nil proficeret, dixit abbas. Fili, miſerere animæ tuæ placens Deo, ne perdas gloriam tibi paratam. Ego enim ſpondeo tibi, & fideiuſſorem tui in hoc me conſtituo, quòd ſi tu remanſeris, ſanctorum angelorum ſocius æternus eris. Ad quæ verba confortatus permanſit, & optimè conuerſatus eſt, qui duobus annis ante mortem grauiſſima infirmitate laborauit: ſed ad eum conſolandum miſſus eſt ſanctus Iob cum magna claritate, qua totum infirmatorium repletum eſt. Ego ſum (inquit) Iob, quem pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis miſit ad conſolandum te, ſicut ego in tali infirmitate patiens fui, ſic & tu. Et ideo florebis mecum in gloria, & eris etis mecum, & metes quod ſeminaſti, quod & factum eſt. Et non multò pòſt apparuit ei in gloria gratias agens abbati, per cuius admonitionem permanſerat in ordine.

Monachus qua parte in propoſito confirmatur. Eccle. 50

Ad eū conſolandum Iob mittitur 2. Cor. 1.

In annunciatione beatæ Mariæ cum idem abbas excitaret fratres in choro ad vigilias, vidit diabolum in medio choro ſtantem in forma horribili, ita vt ipſe Abbas præ timore caderet. Qui leuatus à fratribus, ſignauit ſe, & rediit ad ſedem ſuam. In craſtinum narrauit abbas in capitulo, quid viderat, & dixit aliquem d. fratribus eſſe in aliquo criminali peccato, propter quem diabolus venerat. Quo audito omnes timuerunt. Sed qui reus erat celauit cōſcientiam ſuam. In craſtinum iterum dixit abbas adhuc diabolum eſſe inter illos. Tunc fratres omnes confeſſi ſunt & acceperunt ſinguli diſciplinas, precantes dominum, vt rei conſcientiam reuelaret abbati, quod & factum eſt. Vnde abbas reum traxit ad partem, & detexit peccatum ſuum. Quod ille confeſſus eſt, & nō negauit, veniam ad pedes eius poſtulans, & pœnitentiam. Quo facto diabolus vltra non apparuit.

Dæmones apparet ob peccatū alicuius fratris nō confeſſū.

Peccatorū ſecreta cōfeſſio.

Quidam famulus cellerarij Bonæuallis, confeſſus eſt peccata ſua monacho confeſſori pauperum. Et dixit ille quoddam peccatum, quod monachus ille timuit recipere. Et iniunxit illi infirmo, vt confiteretur abbati. Quod ille conceſſit, ſi viueret. Abbas autem tunc præſens nō erat, ſed in via, interim famulus ille mortuus eſt. Abbas autem cum rediſſet de via, & poſt completorium ſederet in lecto, volens ſe diſcalceare, vidit illum mortuum gradus dormitorij aſcendentem. Qui veniens ante illum, cecidit ad pedes eius veniam petens, rogans humiliter, vt ſuam confeſſionem audiret, dicens ſe miſſum ad eum propter hoc. Et confeſſus eſt cum tanta lachrymarum abundantia, quòd etiam abbas motus eſt ad lachrymas & plorauerunt ambo multum. Poſt abſolutionem mortuus rogat humiliter abbatem, vt oraret pro ſe, quia in magnis tormentis erat. Et dum abbas vellet tactu probare, vtrum in corpore eſſet, an in ſpiritu, mortuus euanuit. In craſtino autem abbas quæſiuit à confeſſore pauperum, an mortuus ille tale crimen confeſſus fuiſſet. Qui reſpondit. Etiam, quomodo illud noſti? Ab ore eius (inquit) audiui.

Mortuus ad confitēdum abbati redit.

A.C.1191.

Quidam conuerſus de alia domo, propter culpam ſuam miſſus fuit Bonamuallem, vbi infirmatus eſt vſque ad mortem. Abbas autem viſitans eum rogauit eum, vt ſecurè confiteretur peccatum ſuum, de quo infamabatur, quod ille nunquam confiteri voluerat: nec etiam abbati proprio. Ille autem negauit totum, & petiit ſibi dari corpus domini. Abbas autē Hugo ſuadebat ei, vt non præſumeret corpus domini aſſumere, niſi prius benè confeſſus fuiſſet. At ille dicens ſe benè confeſſū, inſtitit, vt corpus domini ei afferretur. Quod cū presbyter attuliſſet, & in os eius poſuiſſet, ille ſtatim clamare cœpit. Quid faciam miſer, quid faciam. Tūc presbyter abſtulit ab ore corpus domini quod ſuper linguam tenebat, & ille mox expirauit.

Cōuerſus peccatum ſuū cōfiteri nolens malè perit.

Idem abbas aliquando infirmatus intrauit dormitorium, & niue candidiorem vidit colūbā ſuper humerum monachi infirmarij. Quam cum ille monachus vellet apprehendere, illa volans venit ad abbatem, & intrauit in ſinum eius, & poſtea exiuit per aperturam tunicæ abbatis, & fixit roſtrum ſuum in aure eiuſdem abbatis, dicens ei verbis humanis. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti para te, para te. Mandat tibi ſanctus Bernardus, vt vadas facere pacem inter papam & imperatorem Alemanniæ. Qui ſancti admonitione percepta pacem inter eos poſtea fecit.

Clemente tertio de hac luce migrante anno domini 1190. Romanam eccleſiam regendam ſuſcepit Cæleſtinus tertius papa 182. Qui rexit eccleſiam annis ſex, menſibus nouem & obiit. Hic patria Romanus patre Petro cognomento Bubonis. In principio ſui pontificatus coronauit Romæ Henricū imperatorem. Quo anno fuit eclipſis ſolis. Et anno domini 1195. exorta magna vi tempeſtatis. lapides cum pluuia è cœlo ceciderunt. Deficiente Cæleſtino ſucceſſit Innocentius tertius per cuncta laudabilis, de quo in principio tituli poſt ſequentem dicetur.

Cæleſtinus 3 Pont. max 177 ſed a. 6. m. 9. d. 11. A.C. 1191.

Henricus à Cæleſtino coronatur A.C. 1192.

Infrà tit. 19 c. 1.

De D. Malachia. de quo S. Bernardus tum in vita eiuſdem tum in ſermone de eodem in operibus eiuſdem. & tom. 6. Sur.

CAPVT II.

TEmpore Innocentij ſecundi papæ & beati Bernardi, circa annos domini 1140. migrauit ad Deum glorioſus pontifex ſanctus Malachias in monaſterio Claræuallis. Cuius vitam virtutibus plenā deſcripſit beatus Bernardus, prout refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 28. vnde hæc quæſe

A.C. 1130. quidem diei ac noctis vacaret à laudibus. Hęc de antiqua dicta ſunt benchorenſis monaſterij gloria. Hoc olim deſtructum à pyratis ob inſigne dignitatis antiquæ Malachias velut quendam replantaturus paradiſum amplexus eſt. Et quia multa corpora ſanctorum dormirent ibi. Nam (vt taceam illa quæ in pace ſepulta ſunt) ferunt vna die nongentos à pyratis occiſos. Erat quidem ingens loci eius poſſeſſio. Sed Malachias ſolum contentus loco ſancto, omnes poſſeſſiones & terras alteri ceſſit. Ipſe verò decem circiter ſecum fratribus aſſumptis, veniens ad locum cœpit ædificare.

Quadam die dum vnus ex operariis ſecuri lignum ſecaret, illo vibrante in aerea ſecurim, locum incautè occupauit, in quo ictus deſtinabatur, & cecidit ſuper ſpinam dorſi eius, tantoque impetu atque ſonitu quanto conatu ille impingere valuit. Currit ille, & accurrere omnes, putantes aut percuſſum ad mortem, aut mortuum. Sed homo illæſus inuentus eſt, vt creditur meritis ſancti viri. Eodem tempore quidam infirmabatur. Cui adſiſtens diabolus, & apertè loquens ſuggerebat, ne vnquam crederet verbis Malachiæ, ſed ſi intraret ad ſe, cultello eum occidere niteretur. Quo agnito illi, qui infirmo miniſtrabant, ipſo infirmo prodente verbum perferunt ad Malachiam præmunientes. At ille ſolita armatura orationis arripiens, impauidus hoſtem aggreſſus, & infirmantem fugat, & dæmonem. Clericum ibidem dyſenteria grauiter infirmatum ſanauit. Et eundem ſecundo grauiſſima languentem, corpore & mente curauit.

Multa Malachiæ miracula.

De actibus eius in epiſcopatu.

§. I.

VAcabat autem epiſcopalis ſedes in vna ciuitatum, quæ diu fuerat ſine paſtore Malachia nolente aſſentire ſiquidem eum elegerant, perſiſtentibus tamē illis tandem ceſſit accedente ad hoc mandato magiſtri ſui, necnon & metropolitani. Trigeſimo igitur ætatis ſuę anno conſecratus epiſcopus Tonereth introducitur. Cumque cœpiſſet pro officio ſuo agere, tunc intellexit homo Dei, non ad homines ſe, ſed ad beſtias deſtinatum. Nunquam adhuc tales expertus fuerat in quantacunque barbarie, nuſquam repererat ſic proteruos ad mores, ſic ferales ad ritus, ſic ad fidem impios ad leges barbaros, ceruicoſos ad diſciplinam, ſpurcos ad vitam, chriſtianos nomine, re paganos: Non decimas dare, non primitias, non legitima inire coniugia, non facere confeſſiones nouerant, nec pœnitentias, qui peteret, nec qui daret, inueniri poterat. Sed nec in eccleſia prædicantis vox, nec cantantis audiebatur. Quid ergo faceret athleta domini? aut cedēdū turpiter, aut periculoſe certandum.

Creatur epiſcopus Conerethenſis.

Hos barbaros proteſtātes imitantur.

Sed qui paſtorem ſe, non mercenarium agnoſcebat elegit magis ſtare, quàm fugere, paratus dare animam ſuam pro ouibus ſuis, ſi oportuerit, & quamquam omnes lupi & oues nullæ, ſtetit in medio luporum paſtor intrepidus, omnibus modis ſtudens argumentoſus, quomodo faceret oues de lupis. Munere com-

Ioan. 10.

A muniter, ſecreto arguere, flere per ſingulos, nunc aſpere, nunc leniter conuenire, prout vnicuique ei videbatur expedire. Quoties pro eis noctes peruigiles duxit extendens manus in oratione? Et cū venire ad eccleſiā nollent, per vicos & plateas occurrebat in vicis, & circumiens ciuitatem perquirebat, quem Chriſto acquireret. Sed & foris rura nihilominus, & oppida ſæpius percurrebat, cum ſancto illo comitatu diſcipulorum ſuorum, qui nunquam decerant lateri eius. Nec vehebatur equo, ſed pedes erat, in hoc ſe virum apoſtolicum probans.

S. Malachię erga ſuos ſollicitudo.

B Quanta ſuſtinuit ab iis ipſis, quibus & pro quibus loquebatur bona? Blaſphematus obſecrabat, iniuriatus opponebat ſcutum patientiæ. Demū ceſſit duritia, quieuit barbaries [& domus exaſperās paulatim leniri cœpit, paulatim correctionem admittere, recipere diſciplinam. Fiunt de medio barbaricæ leges Romanę introducuntur] recipiuntur vbique eccleſiaſticæ conſuetudines, contrariæ verò deiiciuntur reædificantur baſilicæ, ordinatur clerus in illis ſacramētorum ritè ſolennia celebrantur, confeſſiones fiunt, conueniunt ad eccleſiam C plebes, concubinatus honeſtat celebritas nuptiarū. Poſtremo ſic immutata ſunt in meliùs omnia, vt hodie illi genti conueniat, quod dominus per propheciā dicit. Qui ante non populus meus, nunc autem populus meus.

Romanas leges & eccleſiaſticas conſuetudines S. Malachias introducit

Oſe. 2.

De aſſumptione eius ad archiepiſcopatum.

§. II.

COntigit archiepiſcopū nomine Celſum infirmari, qui Malachiam in diaconum presbyterum & epiſcopū ordinauerat. Et D cognoſcens quòd moreretur, fecit quaſi teſtamētum, vt Malachias deberet ſibi ſuccedere, eo quod nullus ſede prima dignior videretur. Verùm mos peſſimus inoleuerat quorumdam diabolica ambitione potentum, ſedē ſanctā obtentū iri hæreditaria ſucceſſione, nec enim patiebantur quemquam epiſcopari, niſi qui eſſet de tribu & familia ſua. Nec parum proceſſerat execranda ſucceſſio, decurſis iam in hac malitia quaſi generationibus quindecim. Et eo aſque firmauerant ſibi ius prauum, immo omni morte puniendam iniuriam, vt etſi interdum deE feciſſent clerici de ſanguine illo, epiſcopi tamen nunquam. Denique iā octo extiterant ante Celſum viri vxorati & abſque ordinibus, literati tamen. Inde illa tota per vniuerſam Hyberniā (de qua ſuprà diximus) diſſolutio eccleſiaſticę diſciplinæ, cenſuræ eneruatio, religionis euacuatio. Pro his ergo Celſus vehementer dolēs, curauit omnino ſucceſſorem habere Malachiā eo quòd per ipſum confideret poſſe explantari malè radicatam ſucceſſionem, qui carus eſſet omnibus, & quem omnes æmularentur, & dominus erat cum eo. Nec fruſtratus eſt à ſpe F ſua. Nā illo mortuo, ſubſtitutus eſt Malachias. non tamen mox: neque id facilè.

Hęreditaria ſucceſſione ſacra dati quāta afferat incōmoda.

Ecce enim de ſemine nequam, qui occuparet locum Mauricius nomine. Is per quinquenniū fretus potentia ſæculari incubauit eccleſiæ nō epiſcopus, ſed tyrannus. Nam vota piorum magis in Malachiā conuenerant. Denīq; ſuadebant ei ſubire onus ſecundum conſtitutionē Celſi. Sed ille, qui omne ſublime declinabat,

A.C. 1150.

A bonam ſibi videbatur nactus occaſionē excu-
di, quàm per id tēporis introitus eius pacificus
eſſe non poſſet. Dicebat ergo, ſua no o interceſſe
fundi humanū ſanguinem in occaſione ſui. Pu-
ſtremo iunctum ſe ſponſæ alteri, quā dimitte-
re non liceret. Verū illis econtrario instātibus
& clamantibus, quia à domino egreſſus eſt ſer
mo, ſed & tota authoritate iubentibus ſubire
onus, & intentantibus anathema. Ad mortem
(inquit) ducitis me, ſed obedio ſpe martyrij:
hac tamen conditione, vt eccleſia pacem habē
te, liceat mihi redire ad eccleſiā meā priorem
B & pro me alium ſubſtituere, qui tunc forte
repertus idoneus fuerit. Aſſentientibus
huic conditioni illis, acquieuit ſanctus eorum
volnntati, vel potius Dei, à quo iam ſibi præo-
ſtenſum fuerat. Nā ægrotante Celſo apparuit
urantı Malachiæ mulier dicens, ſe eſſe vxorem
Celſi, ideſt eccleſiam ſuam, quæ tradens ei vir
gā paſtoralem diſparuit. Et moriens Celſus mi
ſit ei baculum ſuum, tanquam ſibi ſucceſſuro.

Veruntamen ſuſcipiens dignitatis illius o-
nus, non intrauit ciuitatem, quamdiu ille incu
bator vixit: ne hac occaſione contingeret ali-
C quem mori, ſed extra vrbē ſtrenuè in vniuerſa
prouincia opus epiſcopale exercuit. Illo autem
Mauricio intruſo ſublato in breui de medio,
rurſus Nigellus quidā nomine, immo verè ni-
gerrimus ſedē præripuit: quem Mauricius mo
riens hæredē huius dignitatis dimiſerat, ad cu
mulum dānationis: cognatus enim eius erat.
Cæterum rex, & epiſcopi, & fideles terræ con-
uenerant, vt Malachias introduceretur. Et ecce
conſiliū malignantium ex aduerſo. Quidā ex
filiis Belial prumpti ad malitiam, potentes in
D iniquitate, ſcientes locum, vbi debebant iſti cō
gregari, & per quā viam ad locum peruenire,
manu armata ſatellitum, inſidias ponunt, vt ve
nientes innocentem populum occid[illegible] cum
rege, & epiſcopo ipſo. Quod cùm innotuiſſet
Malachiæ, intrauit eccleſiam ſuper hoc fundēs
orationem. Et ecce nubes, & caligo, & tenebro
ſa aqua diem vertunt in noctem. Fulgura & to
nitrua & ſpiritus procellarum, vicinaque om-
nia elementa mortem intētant. Et qui princeps
fuerat mali, fulmine interiit cum tribus aliis
percuſſis complicibus eius. Solos autem eos,
E qui quærebant animam iuſti illa tempeſtas
inuaſit.

Suſcipit Archiepiſcopalem dignitatem.

Suis precibus tempeſtatem excitat.

Malachias in archiepiſcopali ſua ſede collocatur.

§. III.

ANnò igitur ætatis ſuæ 38. pauper Mala-
chias pulſo incubatore, intrauit Ardina-
chum pontifex & metropolitanus totius Hy-
berniæ. Rege verò exercitiſque, qui introdu-
xerant eum ad propria remeantibus, ipſe re-
manet in manu Dei, & remanent ei foris pu-
gnæ intus timores. Nam ecce viperea ſo-
boles frendens & vociferans ſe exhæreda-
ri, tota ſe intus & foris ſuſcitat aduerſus
Chriſtum eius. Porro Nigellus videns ſibi
fugam imminere, tulit ſecum inſignia quę-
dam illius ſedis. Textum ſcilicet euangelio-
rum, qui fuit beati Patricij, Baculum quo-
que auro tectum, & gemmis præcioſiſſimis ad
ornatum, quem nominant baculum Ieſu, co q

A ipſe dominus Ieſus (vt fert opinio) eum mani- A.C. 1150.
bus ſuis tenuerit, atque formauerit. Et hæc
ſunt ſummæ dignitatis & venerationis in gen
te illa. Ibat homo ille gyrouagus & alter ſatha
nas circumibat terram, inſignia ſacra circum-
ferens: quæ vbique oſtentans, vbique eorum
gratiā receptabatur. Fuit verò conſilium [eorū
qui ſancto viro adhærebant præfatum] ſchi-
ſmaticum inſequi, eo quòd ſeduceret multos
ex inſignibus, quæ ferebat, ſuadens omnibus
epiſcopum ſe eſſe debere: & ſic ſolicitans ple-
bes aduerſus Malachiam, & eccleſiæ vnitatem.
B Et fecit ſic, & ſine difficultate ita in breui vni-
uerſas ſepiuit Malachi vias eius per gratiam
Dei, & quam habebat ad omnes, vt malignus il
le coactus ſit dare manus, & reddere inſignia,
& quieſcere de reliquo in omni ſubiectio-
ne.

Nec modo malefactores, ſed & detractores
Malachiæ corripuit Deus. Quidam (verbi gra-
tia) habens gratiam principum & potentium
etiam ipſius regis: eo quòd eſſet adulator &
garrulus, & potens in lingua ſauebat per om-
nia aduerſariis Malachiæ, & procaciter tueba
C tur partem eorum. Sancto etiam præſenti
reſiſtebat in facie, & detrahebat abſenti, irreue
renter occurrens ei in omni loco, maxime vbi
celebrioribus illum ſciret intereſſe conuenti-
bus. Sed cito digna linguæ procacis mercede
donatus eſt. Intulit & computruit lingua ma-
ledica, vermibus ex ea ſcatentibus & defluenti
bus toto ore blaſphemo. Quos per ſeptem ſer
me dies inceſſanter euomens, tandem cum
illis miſerrimam finiuit vitam.

Loquente aliquando Malachia ad popul
D mulier quædam infælix auſa eſt interrum pe-
re ſermonem clamoribus improbis, (Erat e-
nim de progenie impia intuſorum, contume-
lias & blaſphemias euomens in ſanctum, di-
cens eum hypocritam & inuaſorem alienæ hę
reditatis, ac caluiciem ei improperans. At il
nihil reſpondit ei, vt erat verecundus & miti
ſed dominus reſpondit pro eo, verſa enim i la
in inſaniam, & crebris vocibus clamitans ſ
ſuffocarià Malachia, morte tandem horrenda
luit peccatum blaſphemiæ. [Igitur Malach
intra triennium reddita retributione ſuperbis
E & libertate Eccleſiæ reſtituta pulſa barbarie,
& reformatis vbique moribus Chriſtianæ re-
ligionis, videns omnia in pace eſſe cœpit cogi
tare de ſua pace.] Et memor propoſiti ſui, Ma
lachias conſtituit pro ſe Gelaſium virum bo-
num, & dignum tali honore, conſentiente cle-
ro & populo, quin potius ſuſtinētibus propter
pactum, nam aliàs durum viſum eſt omnino.
Quo conſecrato regibus ac principibus atten
tius commendatu, ipſe clarus miraculis ac triū
phis ad parœciam ſuam redit.

F Egreſſus autem aliquando de Scotia diuer-
tit ad Claramuallem vir ſanctus. Qui viſis fra-
tribus compunctus eſt, & ille non mediocri-
ter ædificati in præſentia & ſermone eius. Et
acceptans locum & nos, atque intimis viſceri
bus colligens, valedixit nobis & abiit. Qui
tranſalpinans cum veniſſet Iporiam ciuitatem
Italiæ, hoſpitis ſui paruulum filium, qui male
habens erat moriturus, ſanauit continuò. E-
rat tunc temporis in ſede Apoſtolica fœliciis

memoriæ

ſacti o ... tore

... em ... d ... qu ...

S. Malachias Romam proficiſcitur ... Trai ... p ... o ... A ... leo.

A.C. [illegible]

memoriæ Innocentius ſecundus papa qui accedentẽ ad ipſum eũ ſuſcepit benigne & humane. A quo cum multis lachrimis implorauit eius permiſſu licere ſibi viuere, & mori in Claraualle, ſed non obtinuit. Reuertens autem per Clarãuallem, ſecundam nobis largitus eſt benedictionem. Et alta ſuſpiria trahẽs, quòd non liceret ſibi pro ſuo deſiderio remanere: Hos (inquit) interim pro me retineatis, qui à vobis diſcãt, q̃d nos poſtea doceãt. Et dimiſit quatuor à latere ſuo, & abiit. Qui probati & digni inuenti monachi facti ſunt. Profectus autem nobis proſperè peruenit in Scotiam, & inuenit Dauid regem, qui adhuc hodie ſupereſt in quodam caſtello ſuo cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingreſſus & honorificè à rege ſuſceptus eſt, & humiliter exoratus, vt ſanaret filium ſuum, aqua cui benedixit aſperſit viuentem, & intuens in eum ait. Confide fili non morieris hac vice. Et ſequenti die ſecuta eſt ſanitas, & ſanitatẽ totius familiç exultatio. Puellæ mutæ loquelam reſtituit. Alia diſſoluta mẽbris, plauſtro vecta ad eum propriis pedibus remeauit.

Dauid Scotorũ rex, qui de quo Leſ. lib. 6. de

De morbus eius.

§. IIII.

Primũ & maximũ miraculũ vita ipſius.

QVis facta per eũ cuncta miracula enumeret? quã quã libẽtius fateor immẽdiſsimo ter, quàm admirãdis. Et meo quidẽ iudicio, primum & maximũ miraculũ quod fecit: ipſe erat, ideſt vita eius. Quis vnquam etiã ſi curioſius obſeruauit, in eo deprehendit otioſum nõ dico verbum, ſed nec nutum? Quis manum pedumve mouentem fruſtra? Immo quid non ędificans in eius inceſſu, aſpectu, habitu, vultu? Denique vultus hilaritatem nec fuſcauit mœror, nec leuigauit riſus. Totum in eo diſciplinatum totum inſigne virtutis, perfectionis forma. Per omnia ſerius, ſed non auſterus, remiſſus interdum, diſſolutus nunquam. Negligens nihil, etſi pro tempore multa diſſimulans. Quietus ſępè, ſed minimè aliquando otioſus.

Paupertas eius voluntaria.

A die primo conuerſationis ſuç vſq; ad extremum vitæ ſuæ ſine proprio vixit. Non ſeruos, non ancillas, non villas, non viculos nõ denique quicquã redituum eccleſiaſticorum ſecularium ve vel in ipſo habuit epiſcopatu, menſæ epiſcopali nihil prorſus conſtitutum vel aſſignatum, vnde epiſcopus viueret, nec enim vel domum propriam habuit. Erat autem quaſi inceſſanter circumiens parœcias omnes euangelio ſeruiens, & de euangelio viuens, ſicut conſtituit ei Dñs. Porrò ſi interdũ quieſcere oporteret locis ſanctis hoc faciebat, quæ ipſe per Hyberniam ſparſerat vniuerſam. Apud quos verò moram facere libuiſſet, illorum ſe moribus & obſeruantiis conformabat. Et cum ad prædicandum exiret, cum peditibus, & ipſe pedes ibat, epiſcopus ſcilicet & legatus.

Comparatio boni & mali paſtoris

Forma eſt apoſtolica hæc, & inde magis mira in Malachia, quo rara nimis in aliis [Sed aduerte quomodo diuidat hæreditatem cum fratribus ſuis æque nepotibus Apoſtolorum] Illi dominantur in clero, iſte dum eſſet liber ex omibus omnium, ſe ſeruum fecit. Illi non euangelizantes manducant, Malachias, vt euangelizaret, manducat. Illi congregant in horrea, & dolia replent, vndè onerent menſas, Malachias colligit in deſerta, & ſolitudines, vnde impleat cœlos. Illi à pauperib. exigũt, quod dẽt diuitibus, iſte ſolicitat diuites pro pauperib. ſuſtentandis. Illi alta palatia erigunt turres & mœnia ad cœlos leuant, Malachias non habet, vbi caput ſuũ reclinet, opus facit euangeliſtæ. Illi nec plebes agnoſcunt iſte erudit. Illi potentes & tyrannos honorant, iſte punit. O virum apoſtolicum, quem tot & tanta nobilitant ſigna apoſtolatus ſui? Quid ergo mirum ſi mira eſt operatus, ſi & mirabilis ipſe immo non ipſe, ſed Deus in ipſo? Tu es Deus (inquit) qui facis mirabilia.

A.C. [illegible]

In regione Hyberniæ iacebat infirmus in domo, vtique dęmonum maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes dicentes alter ad alterum. Vide ne miſer iſte hypochrytæ illius ſtratum ſtramenve contingat, & ſic effugiat manus noſtras. Cognouit homo, quod de Malachia loquerentur, quem non multo ante in eadem domo meminerat pernoctaſſe, & adhuc ſtramen in loco remanſerat. Sumptaque fiducia, quo potuit conatu cœpit repere debilis corpore, ſed fide fortis. Et ecce in aere clamor & vociferatio. Prohibe eũ, prohibe, retine eũ, retine, amittimus enim prædã. At ille genibus & manibus nitens, præueniens aſcendit lectulum, volutatur in ſtramine. Audit vlulatum plangentium. Heu, heu, ipſi nos eum perdidimus, decepti ſumus, euaſit. Et hoc dicto celerius receſſit ab eo dæmonum terror & horror, quem patiebatur, & omnis pariter ęgritudo. Item in alio loco inſanum dæmoniacum ſibi oblatum liberauit.

Pſal. 72.

Item de miraculis eius.

§. V.

Miracula eiuſdem.

SEdebat ſanctus cum comite Vildię in campo aliqua tractans, & multitudo copioſa circa eos. Venit mulier grauida, & verè grauis. Indicat enim ſe contra omnes naturę leges retinere partum pro certo iam quindecim menſibus & diebus viginti. Compaſſus Malachias orauit & mulier peperit.

Ciuitas Hyberniæ nomine Corchagia vacabat epiſcopo. Tractantibus de electione, diuiſere ſe partes, quibuſque, vt aſſolet, præſulem volentibus conſtituere ſuum, non Dei. Venit illuc Malachias, & audita diſſentione, conuocato clero & populo vota diſcordantium & corda vnire curauit, perſuaſis illis totum negotium debere committi illi, cui potiſſimum ſolicitudo incumbebat eccleſiarum Hiberniæ. Mox nominat eis quemdam virum ſanctum & doctũ. Quæritur ille & inuentus nunciatur decumbere, nec de lecto poſſe exire. Et Malachias. Surgat (inquit) in nomine Domini, ego præcipio, obedientia ſanum faciet eum. Itaque cum voluntate obediendi pugnant, gemino hoſte, ſcilicet pondere languoris, & metu oneris, vicit illa, ſcilicet obedientia. Nam reſumptis viribus per ſe venit ad Malachiam

Sanat eum, quẽ epiſcopũ deſignauerat.

A.C.1150. qui miſit eum in cathedram, clero & populo collaudante.

Extremæ vnctionis ſacramentum.

Cuiuſdam nobilis viri vxor, cum infirmare tur ad mortem rogatus Malachias, vt deſcenderet, prius quàm moreretur infirma vncturus oleo deſcendit, & intrauit ad eam. Quo viſo, exultat illa ſpe ſalutis animata. Et cum pararet eam vngere, viſum eſt omnibus differendum potius vſque mane. Erat enim veſpera, Acquieuit ergo eis ſanctus: & cum receſſiſſet, ſubitò clamor factus eſt & plāctus, eo quòd mortua eſſet. Auditoque tumultu Malachias accurrit & cōſternatus eſt animo, ſibi ſoli imputans, quòd fraudata mulier gratia ſacramenti obierit. Et eleuatis manibus in cœlum confitens peccatum ſuum, conteſtatus eſt in audientia omnium nullam ſe recepturum conſolationem; niſi quam tulerat liceret reſtituere gratiam. Et ſtans ſuper eam tota nocte laborabat in gemitu ſuo [& pro oleo ſancto largo imbre lachrymarum perfundens mortuam, vicem illi vnctionis, quam poterat exhibebat] Suos etiam vigilare & orare præcepit. Itaque illi in pſalmis, illæ in lachrymis noctem duxere peruigilem. Mane autem facto exaudiuit Dominus ſanctum ſuum. Nam aperuit oculos, quę mortua fuerat, & erigēs ſe ſalutauit eum. Et verſus eſt luctus in gaudium.

Mulierē iracundam ad ſummā deducit manſuetūdinem.

Confeſſio peccatorū.

Mulierem quamdam, cui ſpiritus iracundiæ & furoris adeo dominabatur, vt non ſolum vicini & cognati fugerent conſortium eius, ſed & filij ipſius vix poterant habitare cum ea: adductam ad Malachiam, facta ab ea confeſſione, vt iuſſerat orans pro ea ad ſummam manſuetudinem cōuertit, vt nullis damnis vel contumeliis exaſperari valeret. Ego iſtud ſuperiori reſuſcitatæ miraculo mortuæ cenſeo præferendum, quia ibi exterior, hic interior reuixit homo.

Sacrificiū offert Malachias.

Cùm ſacramenta offerret Malachias. & appropriaſſet ei diaconus aliquid facturus pro officio ſuo, intuitus eum ſacerdos ingemuit; quòd ſenſiſſet penes eum latere, quod non conueniebat. Peracto ſacrificio: diligenter percunctatur de conſcientia ſua ſecreto. Confeſſus eſt, & non negauit ſe illuſum per ſomnium nocte illa. Cui iniungens pœnitentiam: Non debueras (inquit) hodie miniſtraſſe, ſed verecundè te ſubtrahere à ſacris, & deferre tantis tanquam diuinis myſteriis: vt hac humilitate purgatus, dignior exinde exiſteres.

Altera vice vidit diaconus eo celebrante columbam intrare per feneſtram cum claritate magna ad oſtendendam puritatem eius. Hæc dicta ſunt & pauca de plurib. Vnde ſatis appareret, Malachias meus quantus fuerit in meritis qui tam multus fuit in ſignis etiam in raritate tanta.

De morte eius & loco ſepulturæ.

§. VI.

S. Malachię diem & locum mortis quē delegē rat ſortitus eſt.

PErcunctatus aliquando quonam in loco, ſi optio detur, extremum malit agere diē. Si hinc migro (inquit) nuſquā libentius, quod vnde vnà cum noſtro Apoſtolo reſurgere poſſim. dicebat autem Sanctum Patricium. Si peregrinari oportet & ita permittat Deus Clarēual lē delegi. Requiſitus de tēpore, Reſpōdit diem ſolemnē omnium defunctorum. Sicut audiui-

A mus, ſic vidimus de loco & die. Ægrè ſatis ferebat Hyberniam vſque adhuc pallio caruiſſe vt pote æmulator ſacramentorum. Et recordatus à papa Innocentio ſecundo id ſibi fuiſſe promiſſum, nactus occaſionem, quòd papa Eugenius præſideret, & tunc in Franciam appropiaſſet, præſumebat autem de tali viro apud illum nullam difficultatem obtinendi ſuſtinere. Igitur arripuit iter. Proſequuntur eum, qui conuenerant fratres vſque ad litus non multi tamen, ipſo nimirum prohibente. Ad quem vnus illorum Catholicus nomine voce flebili

S. Malachias in Franciam venit.

B ait. Heu tu abis, & in quanta me penè quotidiana vexatione deſeris non ignoras, nec fers opem miſertus mei? His verbis commotus pietatis viſceribus amplexans eum, & ſigno crucis in pectore eius impreſſo, ait. Certus eſto eiuſmodi nil te paſſurum donec redeam. Erat enim epilepticus & frequenter cādebat iam per ſex annos hæc patiens. Sed ad hoc verbum Malachiæ perfectè conualuit. Cumque nauem aſcendiſſent, & iam medium iter ęquoreum peregiſſent, ſubitò ven

Curat epilepticum.

C tus contrarius nauem impellit, & reducit in terram. Sed facta tranquillitate proſequentes iter, proſpero curſu venerunt in Scotiam, & exinde tranſiuit in Angliam. Oportuit autem eum tranſire Claramuallem, vt ſummum ſequeretur pontificem. [Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Roma.] Qui à nobis ſuſceptus eſt, tanquam verus ab occidente veniens viſitans nos oriens ex alto.

Die ſolemni beati Lucæ euangeliſtæ miſſa in conuentu deuotè celebrata, febre correptus lecto decubuit. Videres diſcurrere fra-

Lu... S. Ma... chia... bie... pitur

D tres, dandi auidos vel accipiendi, omnes ſolliciti erant circa frequens miniſterium, medicamenta perquirere fomenta adhibere, ſæpius ad guſtandum vrgere. Ad quos ille. Sine cauſa, inquit, hæc, ſed caritate veſtri hoc facio, quicquid iniungitis. Oportet hoc anno Malachiam exire de corpore. Denique inungitur & ſumpto viatico fratrum orationibus ſe commendans ad lectum reuertitur. Iacebat in ſolario, nec ſuſtinuit, vt conuentus ad ſe aſcenderet, ſed ipſe ad eos deſcendit, & tamen in ianuis eſſe dicebat. Quis crederet hunc moriturum?

E Non vultus pallidior, non macilentior eſſe videbatur. Non rugata quoque frons, non reconditi oculi, neque nares extenuatę, non cō tracta labia, non aduſti dentes, non colliū exeſum & gracile. Non curui humeri non exinanita in corpore reliquo cutis. Hoc corpuscius, & hæc gloria vultus eius: [Anno igitur ætatis ſuæ quinquageſimo quarto, loco & tempore quo prælegit, & prædixit Malachias epiſcopus, & legatus Apoſtolicæ ſedis velut è manib. aſſumptus ab angelis obdormiuit in Dño. Et verè ob-

Signa mortis S. Malachia... ...

F dormiuit, vultus placidus placidi exitus iudiciū fuit] Equidē oculi omniū in eū fixierant nemo tamē, qui quādo exiuit, aduertere potuiſſet, oe quòd in morte eadem viuacitas vultus, ac ſerenitas eadem, quæ & in vita permaneret. Non eſt mutatus, ſed ipſe mutauit omnes. Mirum in modum luctus & gemitus ſubitò conquieſcit. Mutatur in gaudium mœror, planctum cātus excludit, vincit fides, triūphat affect'. Et revera, qd ratiōis habet imm oderat'

Mors Gratiſſima D. Malachię.

plan

A.C.1150. plangere Malachiam, quaſi non ſit prætioſa mors eius, quaſi non ſit ſomnus magis quàm mors, quaſi non ſit mortis porta & porta vitæ: Malachias amicus noſter dormit, & ego lugiã?

Ioan. 11. Pſal. 126. Si Dominus dedit dilecto ſuo ſumnum, & talem ſomnũ, in quo hæreditas Domini filij merces fructus vẽtris, quid horũ videtur fletuindi ceretur? ergo ne fleam illũ, qui fletũeuaſit? Ille tripudiat, ille triũphat, ille introductus eſt in gaudiũ Domini ſui, & ego eũ plangam. [a] Iamque omnibus ritè peractis, & puero brachium ſuum aridum applicante, ad manum epiſcopi iacentis inſeretro ſanato, ſepultus eſt in oratorio beatæ Mariæ anno Domini 1148. 4. Nonas Nouembris.

Colitur 3. Nou.

De D. Malachia. *a Hæc D. Malachiæ viri verè Apoſtolici vita à ſanctiſſimo viro, ſuique ſaculi oraculo D. Bernardo ſcripta planè iudicat omnia quæ hæretici hodie impugnãt tam ab ipſomet D. Malachia, quã à D. Bernardo fuiſſe credita & ſtudioſiſſimè obſeruata. Nam imprimis ſacrificium miſſæ D. Malachias peregit, vt clarè §. 5. dictum eſt quod pro mortuis etiam, vt §. 6. & ſuum. ante. 1. § in fi. anie, in quo ſacrificio verum Chriſti corpus eſſe iudicatum eſt ibidem. nec non etiam miraculo quodam inſigni, quod clerico cuidam in Liſmore accidit, qui ſolum in ſigno eſſe in Euchariſtia corpus Chriſti dicebat, id eſt, euidentius confirmatum: contra quem D. Malachias cum diſputaſſet, & adhuc renitentem excõmunicaſſet, is dum fugam parat, ſubitò correptus infirmitate ad Epiſcopum deductus, eſt & agnito errore abſolutus ſtatim è vita migrauit. Quod miraculum omiſit D. Anton. Sed non Pantaleon in hæretica ſua Chronologia, qui tamen hæreticorum more accuratas proferentium ſanctorum hiſtorias & teſtimonia, iſtum clerici errorem tanquam ſuis patrocinantem produxit mortuum autem diuinitus propter ſuam pertinaciam immiſſum & conſuetam pœnitentiam reticuit: vt docte notat Sand. li. de viſi. mon. Confirmationis etiam ſacramentum ante §. 1. & ſæpius Bernar. hoc commemorat, quod miraculo eſt comprobatum. Confeſſionis peccatorum & abſolutionis, crebra item in hac vita fit mentio. Sacramentum extremæ vnctionis accepit ipſe Diuus Malachias moriturus, & morituræ mulieri contulit, quod item miraculoſè eſt procuratum. Auctoritas denique Romani Pontificis hac maximè vita ſtabilitur, ad quem D. Malachias ob cauſas hiuerricæ Eccleſiæ tanquam ad ſupremum totius Eccleſiæ caput ſemel & iterum recurrit. Quare huius duodecimi ſæculi doctrina & potiſſimùm maximis duobus Eccleſiæ luminibus D. Bernardo & Malachia credendum eſt, fuit planè eadem, cum fide & doctrina, quam hodie tenet Romana Eccleſia. Qui porrò diceret hos ſanctos viros Bernardum inquam & Malachiam communi fuiſſe errori obnoxios, qui ab aliquot ſæculis Eccleſiam penè totam inuoluerat, certè & in communi hominum ſenſui repugnaret, & in Deum ipſum, qui vtriuſq; ſanctitatem tot tamque multis teſtatus eſt miraculis impius eſſet.*

De B. Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo & martyre, cuius vitam ſcripſerunt Herbertus de Hoſcam. Ioannes Saliſberienſis & alij, qui cum proceſſu ſuper Eccleſiaſtica libertate Pariſiis impreſſi ſunt. Sur. tom. 6. aliam edidit à M Eduardo ſcriptam. De eo item Tyr. li. 20. de bello ſacro. 1. 2. 23. & Polydorus Virg. li. 13. hi. Angl. qui omnes Anglos Hæreticos grauiter redarguunt qui huius ſanctiſſimi Pontificis nomen ſuis faſtis ſeu Calendarijs deleuerunt, & inſuper huic loco eius proditoris ei notam falſiſſimè impoſuerũt. A.C. 1150.

CAPVT III.

SAnctus Thomas archiepiſcopus Cantuarienſis in iuuentute ſua, fuit omnibus valdè gratioſus. Sed cum vidiſſet in curia regis Angliæ multa geri, quæ pietati & caſtitati contraria erant, curiam dimiſit & Theobaldo Cantuarienſi archiepiſcopo ſe commiſit, & contra Anglorum barones in multis eccleſiæ aduerſantes fideliter dimicans multoties Romam adiit & omnia negotia ſemper fideliter ac fœliciter expediuit vnde archiepiſcopus Cantuarienſis eum archidiaconum fecit. Cùm autem idem archiepiſcopus cerneret, quòd rex Angliæ ſatis noxius deceſſiſſet, & quòd Henricus in regnum adhuc nimis iuuenis ſucceſſiſſet, timens, ne ex impetu ſuæ iuuentutis, & prauorum hominũ conſiliis eccleſiam grauius fatigaret, fecit beatum Thomam cancellarium regis vt honeſtate & prudentia ſua malignorum hominum ſæuitiam temperaret. Qui intantum regi placuit quod poſt deceſſum archiepiſcopi eum eidem eccleſiæ præficere procurauit. Sed ille attendens mores regis & procerum, & efficacem malitiam detractorum ſedem illam plenam magis oneris, quàm honoris, quantum potuit recuſauit, ſed tandem vrgente rege, & quodam etiam Romanæ Eccleſiæ cardinale hoc conſenſit.

Statim autem vt conſecratus eſt, mirabiliter ſe mutauit. Nam lectioni & orationi ſemper intendens, cilicio & ieiuniis carnem ſuam intolerabiliter crucians, ita ſanctitatem ſuam ſubtiliter occultabat, quòd ſub honeſtate veſtium, & apparatu vtenſilium, & gratioſitate vultus populo per omnia concordabat. In ſecretiori autem cellula tredecim pauperum pedes quotidie curuatis genibus abluebat, & poſt plenam refectionem, ſingulis quatuor argenteos diſtribuebat. Quod ſi aliquando per ſe facere non poterat hoc diligentiſſimè fieri per vicarium faciebat. Sed videns diabolus ſanctum virum multum eccleſiæ profuturum, inuidit: & alium quemdam archiepiſcopum & multos alios epiſcopos, qui eccleſiam defendere tenebantur ad perniciem eius excitauit. Cùm enim rex & cõſiliarij ſui ſanctũ Thomam ad volontatem ſuam in detrimentum eccleſiæ promiſſis & blanditiis inflectere conarentur, ille omnino reſtitit. Vnde iram regis & principum eius, cõtra ſe rigore iuſtitiæ prouocauit.

Cumque poſt innumeras vexationes & iniurias ad quemdam locum barones & epiſcopi conueniſſent, exigebat rex inſtanter, vt conſuetudines, quas reges Angliæ habere ſolebant in eccleſia firmiſſimè tenerentur, vt ſcilicet de dignitatibus eccleſiaſticis & ſpiritualibus diſponerẽt. Quod ſanctus Thomas, & epiſcopi attendentes, & vidẽtes vtrobiq; periculũ videlicet quòd vrgebat, ſ. fidei ſalutiſque diſcrimẽ, aut guerrã contra eccleſiã intolerabilem, illud negotium ſi potuiſſent libentius diſtuliſſent. Sed vrgente neceſſitate magnorũ virorũ deceptus cõſiliis B. Thomas verbo tenus petitionem

A.C.1160

D.Thomã regi aſſenſum, præbuiſſe valdè pœnitet.

nem fieri cõſenſit.Et ſic ipſe& epiſcopi quamuis cum diſpẽdio cauſæ mortis periculum euaſere.Sed beatus Thomas in hac liberatione corporum mortem metuens animarũ,ſeipſum in pœnitẽtia grauius cruciauit,& ab altaris officio ſe ſuſpendit,donec confeſſus & pœnitens à papa meruit relaxari. Sed nec ſic ira regis quieuit,immo minis & terroribus exigebat,vt conſuetudines,quas contra eccleſiam inducere nitebatur,archiepiſcopi literis firmarentur.

D.Thomas multa aduerſa,exiliũ mque,& mortem pro Eccleſia ſuſtinet.

§. I.

S.Thomas ad ſedẽ appellat Apoſtolicam.

AT B.Thomas intrepidè ſe opponẽs,cum multis damnis, iniuriis & contumeliis vrgeretur aduerſus epiſcopos, ne eum iniuſtè condemnarent vt vel ſic regi blandirentur, apoſtolicam ſedem appellauit. Sed cum nec ſic acquieſcerent proceres vir ſanctus crucẽ, quã quam in manu tenebat in altum erigens à curia diceſſit; conclamantibus poſt eum impiis. Capite furem,ª ſupendite proditorem. Cumque in hoſpitium receſſiſſet, duo magni proceres & fideles, nocte ad eum veniunt, lacrymantes:& ſub iuramento dicentes,quòd mors ei à multis proceribus coniurata eſſet. Ille magis timens eccleſiæ quàm ſibi, nocte fugit & diebus latens, noctibuſque ambulans die 15. ad portum venit: & in parua nauicula à duobus ſacerdotibus tranſuectus eſt in Flandriam:quem papa Alexander tunc apud Senones manens honorificè ſuſcepit,& Pontiniaco monaſterio eum commendauit.

Legati regis Angliç contra S. Thomam mittuntur Romã,ſed nihil proficiunt.

Rex verò Angliç epiſcopos & proceres mittẽs Romã,vt legati venirent, qui negotiũ regis cõtra archiepiſcopum definirent repulſus eſt. Vnde ipſe iratus iuſſit eccleſiam,& omnia bona archiepiſcopi & ſuorum etiam confiſcari, & omnes omnino,qui ad eum pertinebant exilio condemnari. Ille verò apud Pontiniacum manens,ieiuniis & orationibus ſe affligens,iugiter orabat pro eccleſia,pro rege & pro regno Anglorum.Sed à rege per abbates Ciſtercienſis ordinis exire compulſus eſt à monaſterio, vnde ad regem Franciæ Ludouicum ſe contulit, qui eum reuerenter excipiens,donec pax fieret ei benigne neceſſaria miniſtrauit.

S.Thomas Angliam reuertitur.

Miſertus demum deſolationem Anglicanæ eccleſiæ,Senonenſis archiepiſcopus Romam adiens impetrauit, vt rex cum toto regno ſuo excommunicaretur niſi pax eccleſiæ Cantuarienſi redderetur. Pace ergo reddita ſeptimo exilij ſui anno ſanctus Thomas reuerſus ſuſceptus eſt honorificè.Cum autem Dominus papa querelam ſancti Thomæ audiſſet contra quemdam epiſcopum,& contra alios fauentes regi,epiſcopos omnes ſuſpendit ab officiis,vel beneficiis ſuis.Vnde rex vehementer iratus ſanctum Thomã damnis& iniuriis adeo fatigauit, quòd quaſi proditorem eccleſiæ ſuæ ſepta exire prohibuit. Tandem vir ſanctus cum nec vi nec blanditiis flecteretur,quin ſemper intra eccleſiæ ſuæ tueretur: ecce milites regis armati adueniunt, & vbi eſſe archiepiſcopus inter clericos & monachos, qui in eccleſia cum eo erant vociferando requirunt. Quibus mox ſanctus Thomas ex gradibus cancelli reſpondit:Ecce ego,quid vultis? Reſpondit vnus militum. Volumus vt moriaris:quia vltra viuere non potes. Et ille.Ego pro Deo (inquit) mori paratus ſum:& pro aſſertione iuſtitiæ & eccleſiæ libertatione ſeu liberate. Sed ſi caput meum quæritis, ex parte omnipotentis Dei ſub anathemate prohibeo, ne alicui ex his noceatis.Libenter quidem moriar dummodo pro morte mea, pacem & libertatem eccleſia conſequatur. Deo itaque & beatæ Mariæ & ſanctis huius eccleſiæ patronis & ſancto Dionyſio commendo meipſum & eccleſię cauſam. Et his dictis eductis carnificum gladiis impetitur ab impiis & inclinato capite decollatur:&(quod dictum horribile eſt)ablata corona capitis celebrum per pauimentũ cum cruore & oſſibus ſpargitur.

A.C.1160

S Thomas mortem conteſ...

a Sic noſtro ſæculo Caluiniſtæ horum Anglorum D. Thomæ aduerſariorum ſoboles Anglos Catholicos,qui hunc egregium Pontificem æmulantes profanis ſe illorum opponunt conatibus vel eis contra fidem Catholicam non conſentiunt proditores vocant vide: apologiam Catholicorum angliæ.

Cùm autem ex more ad ſepeliendum pontificalibus veſtiretur: inuenerunt corpus eius cilicio obuolutũ, pediculis & vermib.referto. Ipſaque femoralia vſque ad poplites cilicina. Sed cũ in his non quieſceret furor impiorũ dicentium corpus proditoris inter ſanctos pontifices non ſepeliendum, ſed proiiciendum in paludem,vel in patibulo ſuſpendendum timẽtes ſancti viri ſæuitiam malignorum, qui ſancti corpus rapere vel proiicere tentabant ſepelierunt ante altare ſancti Ioannis baptiſtæ in ſepulchro marmoreo,anno Domini 1174.Paulo autem,antequam rediret ad eccleſiam ſuam ex exilio,fuit ſibi à Domino reuelatum,rediturum ſe cum honore ad eccleſiã ipſam, ſed poſt paucos dies per palmam martyrij ad Dominũ migraturum.Intereaverò cum quidam iuuenis infirmaretur à corpore egreſſa anima iterum reuerſa eſt ad illud:dixitque raptam in cœlũ ſe vidiſſe ſedem quandam vacuam valdè ornatam inter apoſtolos ſitam.Percunctante autem anima illa,cuius eſſet hæc ſedes parata & magnifica reſpondit angelus.Cuidam magno ſacerdoti Anglorum reſeruatur.Quod intellectum eſt de beato Thomã.

De miraculis eius.

§. II.

Miracula S.Thomę Pſal.63

DVm autem miſſam clericicantare inciperent defunctorum,ſcilicet Requiem æternam,ſubitò(vt fertur, & ſcribit Iacobus de voragine)auditæ ſunt voces angelorum concinentes,Lætabitur iuſtus in Domino.Et clerici illud proſecuti ſunt. In interfectores autẽ eius adeo ira Dei deſæuiit, vt aliqui digitos ſibi dentib.fruſtratim diſcerperent,alij fame deficiẽtes defecerũt, alij paralyſi diſſoluti,alij amẽtes effecti iniuſtę mortis ſãcto illatę clara indicia,

præ

A.C.1160.

præſtiterunt. a Multa quoque miracula per eum Dominus dignatus eſt operari meritis ſancti ſui. Nam cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis ingreſſus, vita mortuis reſtituta eſt.

Sacerdos B. Virgini deuotus ſuſpēſus recōciliatur.

Sacerdos quidam ſimplex, ſed valdè deuotus, miſſam quotidie de virgine celebrabat, ſcilicet, Salue Sancta parens, &c. Qui accuſatus archiepiſcopo Thomæ, qui tunc in humanis erat, accerſitur ab eo. Et tanquàm idiota & ignorans, ab officio ſuo repellitur. Cùm autem beatus Thomas cilicium ſuum ſuere deberet, & ſublecto illud abſcondiſſet, vt ad ſuendam horam aptá captaret, beata Maria ſacerdotali illi apparuit dicens. Vade ad archiepiſcopum, eique dicás, quod illa ob cuius amorem miſſas illas dicebat, eius cilicium, quod eſt in tali loco, conſuit, & ſetam rubeam de qua illud conſuit, reliquit ibi. Illa ergo me tibi mittit, vt interdictum, quod feceras, mihi debeas relaxare. Quod ille audiens obſtupuit, & illud ei relaxauit. Sed hoc ipſum tenere occultum in vita ſua mandauit.

Sācti pro ſe quęque peccatum eſt nō orādi.

Quædam mulier de Anglia varios oculos habere ob laſciuiam & pulchritudinem affectabat. Et ſuper hoc votum vouens, nudis pedib. ſepulchrum beati Thomæ viſitauit. Quæ cum in oratione proſtrata iaceret, ſurgens inuenit ſe penitus cæcatam. Statimque pœnitens cæpit rogare beatum Thomam vt non iam varios, ſed ſaltem ſuos oculos ſibi redderet. Quod tādem cum multa difficultate vix valuit obtinere.

Auis quędā, quæ loquelā aliquam didicerat, ſicut pica, cùm Niſus eam inſequeretur ſicut didicerat, clamare cœpit, Sancte Thoma adiuua me, ſtatimq; Niſus cecidit mortuus & illa auis euaſit.

Quidam homo, quem ſanctus Thomas valdè in vita dilexerat cùm infirmatus eſſet, acceſſit ad tumbam ſancti rogans pro ſanitate recupetanda quam illico recepit ad plenum. Sed domum reuerſus cogitans intra ſe, ne fortè illa infirmitas ſibi data eſſet ad ſalutem & vtiliorem fore animæ ſuæ quàm ſanitatem reuerſus ad ſepulchrum ſancti rogauit, vt quod magis eſſet expediens ſaluti ſuæ ſiue infirmitas ſiue ſanitas id ſanctus Thomas à Domino ſibi impetraret. Factumque eſt, vt infirmitas illa rediret ad eum. Multaque alia ſigna fecit Dominus per eum, vndè & ab Alexandro 3. adſcriptus eſt catalogo ſanctorum.

A.C.1160.

De D. Thoma Cantuarienſi.

a *Quàm pretioſa in conſpectu Domini mors B. Thomæ pontificis fuerit, quantaque facinoris in eum commiſſi atrocitas ratione & loci & temporis & perſonæ ſignorum ſequentium frequentia declarauit. Neubrigenſis lib. 2. c. 25. Per eum enim Deus in ſæpè dicta Eccleſia. & vniuerſa prouincia tot & tanta diebus pene ſingulis operari dignatus eſt miracula, vt Apoſtolorum videantur innouata tempora. Tyr. li. 20. c. 23. Denique miſſi à ſede Apoſtolica duo Cardinales (vt ait Neubri. li. 2. c. 25. & 34.) in celebri epiſcoporum & nobilium cōuentu ſuſceperunt purgationem Henrici Anglorum regis de nece B. Thomæ Cantuarienſis. vbi rex iuxta morem publicè pœnitentium nudum ſe Eccleſiaſticæ ſubmiſit diſciplinæ. Idemq; poſtea, & ad ſepulchrum B. Thomæ fuſis vbertim lacbrymis orauit, & ingreſſus capitulum monachorum propriæ petitionis inſtantia virgis corporaliter cæſus eſt. Inter cætera autem ei ſpecie pœnitentiæ iniunctum eſt, vt ipſius ſubditi poſſent liberè ad Romanam curiam prouocare, & ne deinceps nullus eſſet rex Angliæ, quem Romanus pontifex non deſignaret. Polyd. virgil. lib. 16. hiſt. Ang. Blon. lib. 5. dec. 2. Cæterum Henricus 8. Angliæ Rex Henrici huius 2. ſecundi ſceleris, non autem Pœnitentiæ imitator, ipſius ſancti martyris reliquias incendit A.C. 1538. Sur. Gen.*

De Viſione Tundali pœnarum inferni & gloriæ cœleſtiū ex Vin. li. 27. c. 88. quā etiam refert Dion. Carth. in lib. de quatuor nouiſſimis. art. 49. & in lib. de Iudicio animæ. art. 21.

CAPVT IIII.

Narrat Vinc. ſpe. hiſt. li. 28. c. 78. & ſequentibus quòd anno, quo defunctus eſt ſanctus Malachias, de quo ſuprà: videlicet anno Domini 1148. in Hibernia contigit viſio Tundali. Hic ſi quidem Tundalus de Hibernia oriundus, nobilis erat genere, ſed deneger actione. Crudelis erat, forma corporis egregius, fortitudine robuſtus, de ſalute animæ ſuæ nihil ſolicitus, grauiter ferebat, ſi quis ei de ſalute animæ ſuæ aliquid loqueretur, eccleſiam negligebat, pauperes Chriſti nec videre volebat. Hunc Deus volens ad viam veritatis reducere cùm comederet cum ſocio ſubitò animam eius eduxit de corpore vt videret ſtatum alterius vitæ pœnas malorum immenſas & gloriam beatorum hic benè viuentium, vt ad corpus demum reuerſa anima illa ex iis, quæ viderat & audierat, conuerſationem mutaret, & aliis referens ad meliorem vitam eos prouocaret. Ad hora ſiquidem decima feriæ quartę vſque ad eandem horam in ſabbato iacuit corpus exanime, & quia calor modicus remanſerat in parte ſiniſtra pectoris, qui ſentiebatur à palpātibus, ipſum ideo inſepultum tenuerunt. Sabbato autem reuiuiſcens cœpit dicere. O Deus maior eſt miſericordia tua, quàm iniquitas mea, licet magna ſit nimis. Quanta oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas & conuerſus viuificaſti me & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me? Cuncta quæ viderat & paſſus fuerat enarrauit dicens.

Tūdalus à corpore abſtrahitur.

Redit ad corpus.

Pſal. 7.

Anima à corpore ſeparata quid fecerit. c. 89.

Cùm anim a mea corpus exiret reatus ſui cōſcientia, cœpit formidare, & quid faceret, neſciebat. Flens igitur, plorans & tremebunda, in nullo confidebat, niſi miſericordia Dei. Tandē vidit ad ſe venientem tantam immundorum ſpirituum multitudinem, vt non ſolum totam domum & atrium domus, ſed & vicos & plateas ciuitatis impleret. Et circumdantes miſeram animam dixerunt. Cantemus huius miſeriæ animæ debitum mortis canticum, quia filia mortis eſt, & cibus ignis inextinguibilis, amica tenebrarum & lucis inimica.

Et conuerſi ad eam ſtridebant dentibus in eā & vngulis propriis præ furore nimio genas tæterrimas laniabant, dicētes. Ecce miſera, populus quē elegiſti, cum quibus arſura intrabis infernum, nutrix ſcandali, amatrix diſcordiæ. Quare nō ſuperbis modo? quare nō adulteraris? vbi

A.C.1160. vbi eſt vanitas tua & lætitia tua? vbi riſus immoderatus? vbi fortitudo tua: quare non prauo corde machinatis malum, ſicut facere conſueueras.

A

Cumque hæc dicerent vidit à longè venientem quaſi ſtellam lucidiſſimam, in quam infatigabilem figens intuitum ſperabat ſe aliquod ſolatium habiturum. Erat autem Angelus eius. Qui eum appropinquaſſet, proprio eum ſalutauit nomine dicens. Aue Tundale quid agis? Videns ille ſpecioſum iuuenem nimis & audiens ſe proprio nomine ſalutari præ timore ſimul & gaudio ait. Heu Domine pater. Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me. Cui angelus. Modo me vocas patrem & Dominum, quem ſemper tecum habebas & nunquàm me tali nomine dignum iudicabas. Cui Tundalus: Domine vbi vnquam te vidi? aut vbi vnquam tuam dulciſſimam vocem audiui? Et ait angelus ei. Ego ſemper te ſequebar à natiuitate tua, quocunque ibas, & nunquam conſiliis meis acquieſcere volebas: Et extendens angelus manum in vnum immundorum ſpirituum qui præ cæteris eis maledictis inſultabat. Ecce (inquit) ille, cuius voluntati & conſilijs obtemperabas, ſed aderit tibi miſericordia Dei, quã tamẽ non merebaris. Sequere me, & quæcunque tibi monſtrando cognoueris, retine mente: quia iterum ad corpus reuerteris. Tunc anima Tundali vltra modum perterrita, relicto corpore ſuo, ſuprà quòd ſteterat, acceſſit propius. Dæmones hæc videntes, & ſe non poſſe inferre ei mala, quę minabantur, & quę meruerat dolentes blaſphemauerunt Deum dicentes eſſe iniuſtum, quia non reddebat vnicuique ſecundum opera ſua. Et poſt hæc inſurrexerunt in ſemetipſos & plagis quibuſcũq; poterant ſe inuicem percutiebant & nimio fœtore relicto cum ingenti triſtitia & indignatione receſſerunt.

Angelus cuſtos ei adeſt.

B

Pſal. 17.

C

Dæmones de eius liberatione dolent.

D

Demõſtrãtur Tundalo infernorũ ſupplicia. ca. 91.

Præcedens ergo angelus dicit ad Tundalum Sequere me. Duxit ergo angelus animam Tundali ad diuerſa loca pœnarum & ad vallem tenebroſam, terribilem, & opertam mortis caligine. Erat autem profunda, & carbonibus ardentibus plena, cuius fœtor omnes, quas in mundo paſſus fuerat tribulationes, ſuperabat. Erat autem ibi lamina ferrea, ſuper quam deſcendebat multitudo animarum, & ibi cremabantur donec admodum cremij in ſartagine liqueſcerent, ſicque colabantur, vt colari ſolet cera per pannum. Et dictum fuit Tundalo ab angelo. Hæc eſt pœna parricidarum, & fratricidarum, & homicidarum.

E

Deſcriptio pœnæ furũ. c. 92.

Exinde duxit eum angelus ad alium locum, vbi erat ſtagnum magnum & tempeſtuoſum, cuius fluctus aſcendebant in altum valdè. Ibi erat multitudo beſtiarum, terribilium, mugientium, vt animas deuorarent. Super lacum pons erat anguſtus multum. Longitudo eius erat ad duo milliaria, latitudo verò vnius palmi. Eratque tabula illa pontis, per quem erat tranſitus plena clauis acutiſſimis ferreis inſertis qui omnium tranſeuntium pedes perforabant. Erantque illic beſtiæ horribiles, altæ vt turres & habitantes in ſtagno animas, quæ pontem tranſire non poterant, deuorabant, ignisque egrediebatur de ore earum. Vidit autem ibi animam quãdã in ponte valdè plorantem, & ſe multis criminibus accuſantem eratque pondere manipulorum frumenti onerata & hunc pontem cogebatur tranſire. Et quamuis plantas clauis perforatas nimis doleret, magis tamen timebat in ſtagnum cadere, & in ora patentia beſtiarum incidere. Quęrenti Tundalo, quid hoc eſſet? reſpondit angelus. Iſta pœna ſpecialiter tibi cõdigna eſt, & tui ſimilibus furtũ perpetrantibus, vel magnũ, vel modicum quamuis non ita grauiter patiantur, qui modicum, ſicut qui multum. Maximè autem rei ſunt qui ſub habitu religionis delinquunt. Hunc ergo pontem oportet te tranſire & vaccam indomitã tecũ ducere & illæſam mihi vltra pontem reddere, quia vaccam compatris tui aliquando furatus es. Ad quem Tundalus. Domine nonne ego illam reſtitui? Reddidiſti, inquit, ſed quando illam abſcondere non potuiſti. Et ideo non plenum patieris ſupplicium, quia minus malum eſt malum velle, quàm perficere.

A.C.1160.

F

B

Minus ... lum ... le quàm ... ficere.

His dictis oſtendit ei angelus vaccam indomitam. Tundalus ergo vaccam tenuit & eam quibuſcunque minis poterat inſtigare, conatur ad pontem ducere. Beſtiæ verò veniebant mugientes & ſuum cibum ex ponte capiebant, ſcilicet de iis, qui cadebant de ponte. Tundalus ergo cœpit iter agere per pontem, at vaca renitebatur eum ſequi. Cùm ſtaret Tundalus cadebat vacca. Et cum vacca ſtaret, Tundalus cadebat. Et ſic verſa vice modo ſtãdo, modo cadendo, cũ maxima difficultate venit vſque ad medium pontis. Cumque illuc veniſſent, viderunt quemdam, qui portabat, manipulos tritici, quos ſcilicet in vita furatus fuerat, venientem ſibi obuiam per dictum pontem. Qui rogabat Tundalum, qui vaccam ducebat, ne ſibi viam præoccuparet. Et Tundalus econtrariò rogabat illum, vt iter ſuum, quod iam medium compleuerat, ſineret perficere. Neuter autem non ſolùm reuerti non poterat, ſed nec retroſpicere. Sicque ſtantes, & plorãtes pontem plantarum ſuarum ſanguine cruentabant. Cumque iam diutius ſtarent, neſcientes quomodo, vterque alterum ſe pertranſiſſe videns demirabantur. Tundalus autem angelum, quem retro reliquerat, vidit ante ſe ſtantẽ. Qui ei dixit Bene venias de vacca non amplius curæs.

C

D

E

Cumque Tundalus oſtenderet pedes ſuos vulneratos dicens, quòd amplius ire non poterat reſpondit angelus. Meminiſſe debes, quoniam pedes tui veloces fuerunt ad effundendum ſanguinem, & ideo contritio & infœlicitas in viis eorum, & tangens ſanauit eum. Deduxit angelus Tundalum ad loca varia diuerſorum cruciatuum, vbi animæ propter diuerſa vitia multipliciter cruciabantur à dæmoniis, propter vitia ſuperbiæ, gulæ & luxuriæ, & pudenda virorum & mulierum laicorum & religioſorum, & ex eis ſcaturiebant vermes & beſtiæ intrabant per ea.

F

Luciferi tormenta quãta c. 97

Inter cætera autem vidit principem tenebrarum Luciferum, in profundo inferni. Qui qualia & quanta tormenta pateretur ſi quiſcẽtum capita haberet & in quolibet capite centum linguas nullò modo ſufficeret enarrare.

Magni

A.C.1150 Magnitudine corporis præcellebat beſtias omnes alias. Hunc circumdabat multitudo dæmonum & animarum tanta quòd credi nó poſſet, quòd mundus à principio ſui potuiſſet tot animas habuiſſe. Ligatus autem erat per ſingulas membrorum iuncturas catenis ferreis ignitis: ſuper carbones viuos extenſus, qui manibus ſuis animas detinens diuerſis modis cruciabat: & maximè prælatos malos & principes, ſecúdú illud: Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt.

Gaudia beatorum demonſtrantur Tundalo. cap. 100.

§. I.

POſt plurima loca pœnarum viſa, demum Angelus duxit animam Tundali ad loca gloriæ, viditque ciuitatem habentem muros valdè altos, & præclaros, argenteos, ſplendidos & decoros: & cùm porta ibi nulla appareret, vidit ſe intromiſſú illuc mndú neſciens. Circú ſpiciéſq; vidit choros ſanctorú exultantiú & dicétiú, Gloria tibi Deus pater, Gloria tibi Deus fili Dei gloria tibi ſpiritus ſancte Deus. Erát autem viri & fœminæ, veſtiti candidis veſtibus & pretioſſimis, ſine macula & ruga, iucundi, hilares, ſemper gaudentes, & ſanctam Trinitatem laudentes. Voces verò conſonantes quaſi muſicú melus reddebát ſonos. Claritas, amœnitas, iucúditas, pulchritudo, honeſtas, ſanitas, æternitas, vnanimitas omnib. vna caritas. Odor eius ſuperabat omnia aromata & odoraméta. Oſtendit Angelus Tundalo diuerſorum ſtatus beatorum in vario gradu gloriæ ſupernæ. Et coniugatus quidem, qui hîc virtuosè conuerſati ſunt, in magna gloria & gaudio, continentes in maiori triumpho, virgines & perfectos religioſos in Maximo. Demum reuerſa eſt anima Tundali ad corpus. Qui reſurgens ex mortuis, reſpexit circumſtantes clericos & alios, viaticú deuoté petiit & accepit, facta confeſſione omnia ſua pauperibus diſtribuit, & narrans ſingula quæ viderat, ac prædicans populis multos ad Deum conuertit. Et ipſe perfectam conuerſationem arripiens, beato fine quieuit.

De viſione hac Tundali Vincentij & D. Ant. cenſura. cap. 104.

§. II.

NOta tamen, quòd Vincen. ſpe. hiſt. vbi. ſ. poſt narrationem horum, quæ abbreuiauimus multum, dicit, quòd hæc viſio à doctoribus noſtris non approbatur, ex eo quòd ipſi nullum ſtatum animarum medium ponunt inter purgatorium & paradiſum. Anima enim, ſi non plenè purgata hinc recedit, & tamen in gratia, decedens ad purgatorium pergit, ibique in tormentis moratur vſque ad perfectam & plenam purgationem, nec pro aliqua hora vel momento vacat à tormentis, quouſque plenè purgata aſcendat ad gloriam, plenè autem purgata hinc recedens ſubitò ad gloriam euolat. Si autem in mortali decedat, immediatè ad locum damnatorum deſcendit, ſine aliqua interpolatione vel refrigeratione in perpetuum crucianda. Sed in proceſſu hiſtoriæ huius viſionis dicitur, quòd Tundalus vidit aliquos non perfectos in malitia vel bonitate, ſed mediocriter bonos aut mediocriter malos, & eos partim in aliqua requie & conſolatione, & partim in aliqua afflictione. Et de quodam Cormacho rege, qui fuerat dominus eius in ſæculo, narrat, quòd vidit eú partim in pœna ignis, & quòd per tres horas patiebatur quotidie in igne, & reſiduo temporis, ſcilicet per viginti & vnam horas requiem habebat. Iſta duo continérunt, ſcilicet quòd qui ſunt in purgatorio, partim ſint in requie, vel aliqua hora ſint à pœnis liberi, & pro alio tépore ſint in pœna. Et multò minus de iis, qui ſunt in inferno.

Quod verò dicitur in dicta viſione, quòd animæ in pœnis aliquę liqueſiebant ad ignem, & colabantur vt cera, non eſt intelligendum ad literam, morte carent animæ, nec in ſubſtantia ſua mutari, minui, vel conſumi poſſunt. Sed dictum eſt hoc ad oſtendendum magnitudiné pœnæ illius, ſicut & Chriſtus ad oſtendendum magnitudinem pœnæ ſuæ in paſſione: ait per Pſalmiſtam, Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. Similiter, quòd ibi dictum eſt de diuerſis membris corporeis; in quibus patiuntur animæ vel dæmones, non eſt credendum, vel animas habere aut dęmones membra corporea, vt homines mortales, cum ſint ſpiritus, & ſine materia corporali, ſed ſicut de Deo dicimus per ſimilitudinem ipſum habere caput, oculos, manus, pedes, ad denotandum opera eius, qui tamen Deus eſt ſpiritus ita & per ſimilitudiné dicitur de animab. & dæmonibus, oportet enim p ſimilitudines rerú materialiú, quæ ſunt notæ ſenſibus noſtris, agere & loqui de rebus ſpiritualibus, vt aliquid de eis intelligere valeamus. Et ſimiliter aliæ huiuſmodi viſionis intelligendæ ſunt. Et quæ dicuntur de ciuitate gloriæ, de muris, auro, argéto, lapidib. pretioſis, veſtibus, cibis, & huiuſmodi tépotalibus, intelligenda ſunt ſpiritualiter pro delectationibus ſpiritualibus, quæ excellunt omnes huius vitæ.

Ouid. 15. Metam.

Pſal. 21.

De D. Bern. cuius vitá à trib. ipſius diſcipulis conſcriptá & quinq; libris comprehenſam habes in fine operum ipſius & Tom. 4. Sur. ex qua hæc deprompta ſunt: de eodem multa alia habes in fine operú eiuſdem.

CAPVT V.

BEatus Bernardus anno dñi 1153. abbas, & dilatator ordinis Ciſtercienſis, tranſiuit ex hoc mundo ad patrem cœleſtem anno ætatis ſuæ 63. Anno verò 22. ætatis ſuæ ingreſſus eſt ordinem Ciſtercienſem fundatum ſeu inchoatum per annos quindecim ante à Stephano religioſiſſimo viro. Qui Bernardus in vita ſua fundauit 160. monaſteria ordinis ſui, illuſtrans eccleſiam ſanctitate vitæ, ſuauitate doctrinæ, ac miraculorum gloria, vt meritò illud ſortitus ſit nomen. Ber. n. dicitur puteus, & nardus eſt herba parua, & calidæ naturæ & odorifera. Sic Bernardus fuit puteus ſeu fons profunditate diuinæ ſapientiæ, nardus, paruus humilitate, ca-

A.C.1113 *Bernardus cùm triginta ſociis ordinem Ciſtertienſium ingreditur. c. 4.*

§. II.

ANno ab incarnatione domini 1112. à conſtitutione domus Ciſtertienſis decimo quinto. Bernardus ſeruus Dei, annos nact⁹ circiter 22. cùm ſociis amplius quàm 30. ordinem Ciſtertienſium eſt ingreſſus. Cùm autem Bernardus cùm fratribus ſuis domum paternã egrederetur, Guido primogenitus, videns Ninardũ fratrem ſuũ minimũ, puerũ ludentẽ in

A.C. 1113. platea cum pueris: Eia (inquit) frater Ninarde, ad te ſolum reſpicit omnis terra poſſeſſionis noſtræ. Cui non pueriliter reſpondit puer. Vos ergo cœlum habebitis, & mihi terram ſolummodo relinquetis. Non ex æquo diuiſio hæc facta eſt. Modico igitur tempore cùm patre remãſit, ſed fratres poſtmodum ſecutus eſt. Ingreſſus igitur ordinem ſeruus Dei Bernardus ita totus in ſpiritu abſortus eſt, & Deo taliter mãcipatus, vt iam nullis ſenſibus corporeis vteretur. Iam quippè annum in cella nouitiorum exegerat, & adhuc an domus haberet teſtudinem ignorabat. Multò tempore eccleſiam intrans & exiens, in capite, vbi tres erant feneſtræ, vnam tantum eſſe putabat.

Fit abbas Claræuallis. cap. 5. Abbas autem Ciſtertienſis fratres ad ædificandam domum Claræuallis miſit, & eiſdem Bernardum in abbatem præfecit. Qui multò ibidem tempore in nimia paupertate degebãt, & pulmenta ſæpius ex foliis fagi conficiebant, & panem hordaceum & ex milio & vicia comedebant.

Vigiliæ eiuſdẽ. c. 4. Vigilabat autem ſeruus Dei vltra poſſibilitatem humanam. Nullum enim tempus ſe magis perdere conqueri ſolebat, quàm quãdo dormiebat, idoneam ſatis reputans comparationem mortis & ſomni, vt ſicut dormientes videntur mortui apud homines, ita apud Deũ mortui dormiẽtes. Vñ etiam, ſi quẽ fortè durius ſtertentem audiret, ſeu minus compoſitè videret iacentem, patienter ferre vix poterat, & carnaliter ſeu ſæculariter eum dormire cauſabatur.

Cibus ei inſtar tormẽti erat. Ad comedendum vix aliqua voluptate trahebatur appetitus: ſed ſolo timore defectus, ſic enim accedebat ad ſumendum cibum, quaſi ad tormentum. Poſt cibum autem quantum comederat penſare ſolitus erat. Si quando, vel ad modicum menſuram ſolitã exceſſiſſe ſe deprehendit, impunè abire non patiebatur.

Sic gulæ illecebras edomuerat, vt ipſam ſaporum diſcretionem ex magna parte perdiderit. Nam & oleum ſibi aliquando per errorem propinatum bibit, & penitus ignorauit, nec prius id cognouit, donec quidam labia ſua miraretur inuncta. Sagimen, id eſt, pinguedinem porci, per errorem ſibi oblatum pro butyro multis diebus noſcitur comediſſe. Solam autẽ aquam ſibi ſapere dicebat, eo quòd dum ſumeret, fauces & guttur eius refrigeraret.

Quicquid in ſcripturis didicerat, maximè in ſyluis, & in agris meditando & orando ſe confitebatur accepiſſe, & nullos ſe aliquando magiſtros habuiſſe, niſi quercus & fagos, inter amicos dicere ſolebat. Nouitiis autem ordinem A.C. 1130.

Doctrina ei diuinit⁹ traditur. cap. 4. Ioa. 6. intrare volentibus, dicere conſueuerat. Si ad ea, quæ intus ſunt feſtinatis, hic foris dimittite corpora, quæ de ſæculo attuliſtis. Soli ſpiritus ingrediantur, caro autem nõ prodeſt quicquam.

Pater eius, qui ſolus domi remanſerat, ad monaſterium iuit, ac ibidem per aliquod tempus in ſenectute bona deceſſit. Soror eius in ſæculo nupta, cum in diuitiis & deliciis ſæculi periclitaretur, quadam vice fratres ſuos ad monaſterium viſitatura acceſſit. Cúmque veniſſet cum comitatu & apparatu ſuperbo, ille eam tanquam rete diaboli ad animas capiendas exhorruit, nec ad videndum eam exire aliquatenus acquieuit. Videns illa, quòd nullus fratrũ ſuorum occurreret, ſed ab vno eorum, qui tũc portarius erat, ſtercus inuolutum diceretur, tota in lachrymis reſoluta. Et ſi peccatrix ſum (inquit) pro talibus Chriſtus mortuus eſt, quia enim peccatricem me ſentio, idcirco conſilium & colloquium bonorum requiro. Et ſi deſpicit frater meus carnem meam, ne deſpiciat ſeruus Dei animam meam. Veniat & præcipiat, & quicquid præceperit adimplebo. Hanc ergo promiſſionem tenens, exiit ad eã cum fratrib. ſuis. Et quia eã à viro ſeparare nõ poterat, primò ei omnem mundi gloriam interdixit, & formam matris imitandum eidem indicens, eam dimiſit: Illa verò rediens ita repente mutata eſt, vt in medio ſæculi vitã duceret eremiticã, & ab omni ſæculo prorſus ſe faceret alienam. Tandem precib. multis virum ſuum vicit, & ab ipſo abſoluta monaſterium introiuit.

Aegrotãs quid viderit. ca. 12. Infirmatus aliquando vir Dei cùm extremũ iam ſpiritum trahere videretur, in exceſſu mentis ſuæ ante tribunal Domini viſus eſt præſentari. Affuit autem & ſathan ex aduerſo, improbis eum accuſationibus pulſans. Vbi verò ille omnia fuerat proſecutus, & vir Dei pro ſua fuit parte dicturus: nihil territus aut turbatus ait. Fateor non ſum dignus ego, nec propriis poſſum meritis regnum obtinere cœlorum. Cæterum duplici iure illud obtinẽs dominus meus hæreditate, ſcilicet patris, & merito paſſionis, altero ipſe cõtentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi vendicans non confundor. In hoc verbo confuſus inimicus, conuentus ille ſolutus, & vir Dei in ſe reuerſus eſt.

Abſtinẽtiam eius morb⁹ ſequitur. ca. 8. Tanta autem abſtinentia, labore, & vigiliis corpus ſuum attriuit, vt grauiſſima ægritudine languens, & ferè continua, conuentum ſequi vix poſſet. Quadam vice dum grauiſſimè infirmaretur, fratribus inſtanter pro eo orantibus, aliquantulum conualuiſſe ſe ſentit. Congregatis autem fratribus dixit: Quid tenetis miſerũ hominem? Fortiores eſtis, & inualuiſtis. Parcite quæſo, parcite, & ſinite me abire.

Carthuſianos viſitanti quid acciderit. lib. 3. c. 1.

§. III.

QVodam tempore cùm fratres Carthuſienſes viſitaſſet, & ipſi ab eo in omnibus plu-

A.C.1130. rimum ædificati fuiſſent, vnum fuit, quod prędicti loci priorem aliquantulum mouit, ſcilicet, quòd ſella, qua equitando inſederat, minus neglecta erat, & parum præferens paupertatem. Quod cum dictus prior vni ex fratribus, & ille viro Dei retuliſſet, non minus ipſe miratus, qualis eſſet ſella quærebat. Nam à Claraualle vſque Carthuſiam venerat, & tamen qualis eſſet ſella penitus ignorabat.

Iuxta lacum etiam Lauſanenſem totius diei itinere pergens, penitus eum non vidit. Cùm enim ſero facto de eodē lacu, ſocij loquerentur, interrogauit illos, vbinam ille lacus eſſet. Quod illi audientes, plurimum admirati ſunt.

Humilitas eius in maxima hominū exiſtimatione ſūma. c. 6.

Vincebat ſanè in eo ſublimitatem nominis humilitas cordis, nec tantum poterat vniuerſus eum erigere mundus, quantum ipſe ſe deiiceret ſolus: ſummus reputabatur ab omnibus, infimum ipſe ſe reputans: & quem ſibi omnes, ipſe ſe nemini præferebat. Denique ſicut ipſe ſæpius fatebatur, inter ſummos quoque honores & fauores populorum, alterū ſibi mutuatus hominem videbatur, ſéque potius reputabat abſentē, velut quoddam ſomnium ſuſpicatus. Vbi verò inter ſimpliciores fratres erat, & amica ſemper licebat humilitate frui, ibi ſe inueniſſe gaudium dicebat, & in propriam rediiſſe perſonam. Semper autē inueniebatur aut orans aut ſcribens, aut meditans, aut fratres verbo ędificans.

Quadam vice dum populo prædicaret, & omnes verba eius attentè ac deuotè ſuſciperent, eius animo quædam talis irrepſit tentatio. Verè nunc optimè prædicas, & ab omnib. libenter audiris, & ab omnibus ſapiens reputaris. Parum ſubſtitit, & an procederet, an finē faceret cogitare cœpit. Statimque diuino confortatus auxilio, tentationi ſilenter reſpondit. Nec per te incepi, nec per te dimittam. Sicque ſecurus vſque ad finem proſecutus eſt.

Monachus quidam, qui in ſæculo ribaldus fuerat, atque luſor, maligno ſtimulatus ſpiritu ad ſæculum redire voluit. Cùm autem beatus Bernardus eum retinere non poſſet, interrogauit eum, vnde victurus eſſet. Qui reſpondit. Ad taxillos ludere ſcio, & inde viuere potero. Et ille. Si tibi capitale commiſero, vis ſingulis annis ad me redire, & lucrum meeum diuidere? Quod ille audiens, gauiſus eſt, & libenter ſe ſic acturum promiſit. Vigintiquinque igitur ſolidos ei dari præcepit, & ille cum illis abiit. Hoc autem faciebat vir ſanctus, vt eum iterum reuocare poſſet, ſicut & poſtmodum factum eſt. Ille igitur abiēs totū perdidit, & ad portā confuſus monaſterij rediit. Quo audito, vir Dei ad eum lętus exiuit, extenditque gremium, vt ſimul diuiderent lucrum. Cui ille. Nihil lucratus ſum pater, ſed etiam capitali veſtro nudatus ſum, ſi vultis pro veſtro capitali recipite me. Cui Bernardus benignè reſpōdit. Si ita eſt: melius eſt vt te recipiam; quàm ſimul vtrunque perdam.

Quadam vice dum beatus Bernardus iumento inſidēs aliquò pergeret, cuidam ruſtico materia ſic ſe offerente de cordis inſtabilitate conqueſtus eſt. Quod ille audiens, mox eum deſpexit, & in orationibus ſuis habere ſe cor A firmum & ſtabile dixit. A.C.1140 Volens autem eum Bernardus conuincere, & de ſua temeritate coercere, dixit: Sequeſtrare pauliſper à nobis, & tota, qua poteris intentione orationem dominicam inchoato. Quam ſi abſque aliqua cordis euagatione finire potueris iumentum proculdubio, cui inſideo, tuum erit. Tu autem in fide tua mihi ſpondeas, vt ſi aliud ibi cogitaueris mihi non negabis. Lætatur ruſticus, & iā lucratum ſe putat iumentū illud. Audacter ſeceſſit, & ſeipſum recolligens orationem dominicam dicere inchoauit. Vix orationis expleuit B dimidium, & ecce importuna cogitatio ei de ſella cordi ſuo ſe ingerit, vtrum eam habere debeat cum iumento. Quod ille aduertens, concitè reuertitur ad Bernardum, & quid in ipſa oratione ſollicitè cogitauerit, patefecit, & de ſe, vt prius, nō amplius præſumpſit. i. de infirmitate mentis in oratione.

Mirac in fact vit. c.

Frater Robertus ſancti viri monachus, & ſecundum carnem propinquus, in adoleſcentia ſua quorundam ſuaſione deceptus ad ordinem Cluniacenſium Ciſtertienſi relicto ſe contulit. Venerabilis autem pater, poſtquam diu diſſi- C mulauit, eundem ſtatuit per epiſtolam reuocare. Quam cum ſub dio dictaret, & alius monachus ex ore eius ſcriberet, ſubitò ex inopinato imber erupit, & monachus, qui ſcribebat, chartam complicare voluit. Cui Bernardus: Opus Dei eſt, ſcribere ne formides. Scripſit ergo epiſtolam in medio imbris ſine imbre.

Cùm quoddam monaſterium conſtruxiſſet, & multitudo muſcarum incredibilis ipſum occupaſſet, ita vt omnibus grauem moleſtiam generarent, hoc percepto ait. Ego excommuni- D co eas. Manè autē facto, mortuæ inuentæ ſunt omnes.

Cùm Papiæ eſſet beatus vir, quidam homo habens vxorem ſuā dæmoniacā illam ad eum adduxit. Moxque per os miſeræ mulieris diabolus in contumeliam eius prorupit, dicens. Non me inquit de anicula mea hic porros edens aut braſſicas deuorans expellet. At vir Dei eam ad eccleſiam beati Syri remiſit. Beatus autem Syrus hoſpiti ſuo deferre voluit, nec aliquid ei curationis impendit. Vnde iterum ad beatum Bernardum adducta eſt. Tunc dia- E bolus per os eius garrire cœpit & dicere. Non me hinc eiiciet hic Syrulus, nec me expellet Bernardusbis. Ad quæ Bernardus reſpondit. Non te eiiciet Syrus, nec Bernardus, ſed dominus Ieſus Chriſtus. Mox vt ille orationem fudit, diabolus ait. Quàm libenter egrederer de hac anicula grauiter moleſtatus in ea? Quam libenter exirem, ſed non poſſum, quia non vult magnus dominus. Et Bernardus, ad eum. Quis eſt magnus dominus? Cui diabolus. Dominus Ieſus Chriſtus Nazarenus. Et Bernardus. Vidi- F ſti ne vnquam eum? Cui diabolus. Vtique. Bernardus verò ſubdidit. Vbi eum vidiſti? Et diabolus. In gloria eum vidi. Et Bernardus. Et tu fuiſti in gloria? At diabolus. Vtique. Et Bernarnardus. Quomodo inde exiſti? Et diabolus. Cū Lucifero multi cecidimus. Hæc omnia autem voce lugubri per os mulieris omnibus audientibus loquebatur. Bernardus verò inquit ad eū. Nun-

A.C.1140.

Nunquid in illam gloriam redire velles? At ille miro modo cachinnans ait. Tardè eſt. Demum orante ſancto viro diabolus receſſit ab ea. Sed cùm vir Dei receſſiſſet, diabolus iterum inuaſit eā. Vñ vir eius accurrens nunciauit Bernardo. Tūc vir Dei collo eius pcepit alligari chartulā continētē hæc verba. In nomine Ieſu Chriſti, præcipio tibi dæmum, ne amplius præſumas contingere mulierem iſtam. Quod cùm factū fuiſſet, non fuit auſus diabolus amplius ad illā accedere.

[…]o mira[…] Aqui[…] […]iæ du[…] à ſchiſ[…]mate reuo[…]cat. c. 6

Cùm apud Aquitaniam Franciæ vir Dei morā faceret, legatus miſſus à papa, vt ducem Aquitaniæ eccleſiæ reconciliaret, qui ſchiſma fouebat, adhęrens Petro Leonis antipapę, & dux ille omnibus modis hoc recuſaret, vir Dei miſſas celebraturus acceſſit, ipſo duce, quem ex communicauerat foris expectante. Cum autem Pax domini dixiſſet, corpus Chriſti ſuper patenam ponit: & cùm eo ignea facie, & flammantibus oculis ad ducem foras egreditur, & verbis terribilibus eum aggreditur dicens. Rogauimus te, & ſpreuiſti nos: Ecce filius virginis, dominus eccleſiæ, quam tu perſequeris ad te proceſſit. Adeſt iudex tuus, in cuius nomine omne genu curuatur. Adeſt iudex tuus, in cuius manus anima tua deueniet. Nunquid ipſum ſicut & ſeruos eius contemnes? Reſiſte ei ſi vales. Statimque dux totus iriguit, & membris omnibus diſſolutis ad pedes eius protinus proſiliuit. Quē ſanctus Dei calce pulſans, ſurgere iubet, & ſententiam Dei audire. Ille autem tremebundus ſurrexit, & quicquid vir ſanctus præcepit, impleuit, & abdicato ſchiſmate Innocentio adhęſit.

S. Malachiæ glo[…] cogno[…] lib. 4. […] 4. ſu. c. 2.

Cùm ſanctus Malachias epiſcopus Hiberniæ, de quo dictum eſt ſupra, migraſſet ad Chriſtum, fœliciter in monaſterio Claræuallis, & B. Bernardus miſſam in exequiis eius ſolemniter decantaret, gloriam eius domino reuelante cognouit. Vnde poſt communionem inſpirante Deo formam orationis mutauit, læta voce dicens, Deus, qui beatum Malachiam ſanctorum tuorum meritis coæquaſti [tribue quæſumus, vt qui pretioſæ mortis eius feſta egimus, vitæ quoque imitemur exempla.] Cui cantor, cùm quòd erraret innueret, reſpondit. Non erro, ſed ſcio quid dico: Et poſt miſſam oſculatus eſt pedes eius.

Quomodo ab Epiſcopo Cathalaunenſi ſit conſecratus. lib. 1. cap. 7.

§. IIII.

CVm beatus Bernardus factus eſſet abbas Claræuallis ſatis iuuenis, pro benedictione habenda acceſſit ad epiſcopum Cathalaunēſem. Intranſque domum epiſcopi, iuuenis exeſi corporis & moribundi, habitus quoque deſpicabilis, ſubſequente monacho ſeniore, & magnitudine & robore corporis eleganti, aliis irridentib. cæteris, ſicut res erat interpretando venerantibus. Cùm autem quæreretur, quis eſſet abbas, Epiſcopus primus in eum apertos habens oculos, agnouit ſeruum Dei. Cúmque in priuato colloquio prudentiam, iuuenis magis magiſq; proderet verecūdia loquēdi, factus eſt cum epiſcopo illo cor vnum et anima vna in domino. Modico poſt tempore tranſacto, cum eouſque infirmitas abbatis Bernardi ingraueſceret, vt iā non niſi mors eius, aut omni morte grauior vita ſperaretur, ab epiſcopo ipſo viſitatus eſt. Cúmque viſo eo, epiſcopus ſe non ſolum vitæ eius, ſed & ſanitatis ſpem habere diceret, ſi conſilio eius acquieſcens, ſecundum infirmitatis ſuæ modum aliquam corpori ſuo curam pateretur impendi, ille verò à rigore vel vſu conſuetudinis ſuæ minus facilè flecti poſſet, profectus epiſcopus ad capitulum Ciſtercienſe, ibi coram abbatibus, qui conuenerant, pontificali authoritate & ſacerdotali caritate toto corpore in terram proſtratus, petit & obtinuit, vt toto vno anno in obedientiā ſibi traderetur, quòd & obtinuit. Qui reuerſus ad Claramuallem, extra clauſtra & terminos monaſterij domunculam vnam ei fieri præcepit, ordinans & mandans in cibo & poto ſiue in aliquo eiuſmodi circa eum, nullam teneri ibi ordinis diſcretionē, nullā de tota domo ad eū referri ſollicitudinē, ſed ibi eū viuere ſecundum modum ab eo præſtitutum. Eodem tempore & ego Claramuallem, ipſúmque viſitare cœpi. Et dum cum quodam alio abbate eum viſitarem inueni ex præcepto epiſcopi abbatem Bernardum feriatum ab omni ſollicitudine domus vacantem & Deo & ſibi, & quaſi in deliciis paradiſi exultantem. Ingreſſúſque tugurium illud, tantam mihi domus ipſa incutiebat reuerentiam ſui, ac ſi ingrederer ad altare Dei. Cūque ipſe gaudioſè nos ſuſcepiſſet, & quæreremus, quid ageret, quomodo ibi viueret, modo ſuo illo gratioſo arridens nobis. Optimè, inquit. Ego cui hactenus homines rationabiles obediebāt, iuſtò Dei iudicio, irrationabili cuidam beſtiæ datus ſum ad obediendum. Dicebat autem de quodam homine ruſticano, & vano, nil prorſus ſciente ipſum ab infirmitate, qua laborabat curaturū ſe iactante: cui ad obediendum ab epiſcopo, & abbatibus, & fratribus ſuis traditus fuerat. Ibique cum eo manducantes, cum arbitraremur hominem iam infirmum, tantęque prouidentiæ commiſſum, ſicut oportebat procurandum, & videremus ei agēte medico illo ſuo offerri cibos, quos ſanus quis vix præ anguſtia famis attingeret videbamus & tabeſcebamus. vix regulari ſilentio nos cohibente: quin in illum quaſi ſacrilegum & homicidam, ita & contumeliis inſurgeremus. Ipſe autē, in quē hęc fiebant: indifferenter cuncta ſumens, æqu ò omnia approbabat, ſicut qui ſenſu ipſo corrupto, & pene emortuo vix aliquid ſapore diſcernebat. Nam & ſagimen crudum pro butyro per errorem multis diebus noſcitur comediſſe, & oleum pro aqua bibiſſe. Demum ad monaſterium Claræuallis reuerſus pater Bernardus in tanto feruore ſpiritus filios nutriebat ſuis ſuauibus monitis, & magnificis exemplis, vt cùm in ſimplicibus habitaculis degerent, & pane non tam furfureo, quàm terreò veſcerentur, duris laboribus occupati, cæteráq; cibaria vix aliqd ſaporis haberet, delicias

 ni-

A.C. 1140. nimiis, ſibi hæc arbitrarentur. Inimicam eſſe animæ omnem delectationem carnis, arbitrabantur. Quicquid carnem cum quadam delectatione nutrire videbatur, vt venenum fugiendum exiſtimabant. Præ dulcedine enim diuini amoris amara eis dulcia videbantur, & delectabilius ſibi in eremo, quàm prius in ſæculo vixiſſe videbantur, & huiuſmodi ſcrupulo motos præfatúmque venerabilem epiſcopum Cathalaunenſem ex magna eos deuotione & affectu viſitantem, interrogantes & conſilium flagitantes, ille vt prudens, & Deum timens, conſolatus eſt eos, de cordibus eorum auferens conſcientiæ remorſum de tanta ſuauitate, quam ſentiebāt in eorum cibis in ſe nauſeam magis, quàm

4. Reg. 4. voluptatem prouocantibus. Et adduxit exemplum Heliſæi prophetæ, qui mortem, quæ erat in olla cibi decocti & appoſiti filiis prophetarum, id eſt, religioſis, ſummæ videlicet amaritudinis, farinula ſuppoſita in dulcorem conuertit, ea ponens farinam illam caritatis ſeruorem, quæ eis aſpera dulcia ſapere faciebat. Vnde ſuper hoc nullum ſcrupulum ſibi facerent.

Bernardus ad priſtinam redit ſeueritatem.

§. V.

POſtquam autem Bernardus abbas, omni obedientiæ illius vinculo ſolutus fuit, & ſui iuris effectus, velut arcus diſtentus ad priſtinum rigorem eſt reuerſus. Videres hominem imbecillem & languidum, conari & aggredi quæcunque vellet, minus conſiderate quid poſſet, ſollicitum pro omnibus, circa ſeipſum negligentem, omnibus in cunctis obedientiſſimum, ſed de ſeipſo vix aliquando ſeu caritati ſeu poteſtati obedientem. Semper priora ſua nulla reputans, maiora moliebatur, ad non parcendum corpori ad ſtudiis ſpiritualibus robur addendum, corpus ſuum variis infirmitatibus per ſe attenuatum, ieiuniis inſuper & vigiliis ſine intermiſſione atterendo.

Eius preces perpetuæ. Orabat ſtans die noctúque, donec genua eius infirmata ieiunio, & pedes eius à labore inflati, corpus ſuſtinere non poſſent. Cibus eius cum pane lac, vel aqua decoctionis leguminum, vel pultes quales infantibus fieri ſolent.

Cibus. Cætera vel eius infirmitas non recipiebat, vel parcimoniæ ſtudio ipſe recuſabat. Vino ſiquando ipſe vtebatur, rarò & nimis modico, cùm magis aquam & infirmitati ſuæ & appetitui competere teſtaretur. Sic autem affectus, & confectus à communi fratrum labore ſeu diurno ſeu nocturno, vix ſe aliquando patiebatur eſſe excuſatum, ſeu ab occupationibus & laborib. officij ſui. Et cùm crebra illa ex corruptione ſtomachi per os eius indigeſtæ cruditatis eruptio aliis inciperet eſſe moleſtior: maximè autem in choro pſallentibus, non tamen illico collectas fratrum deſeruit, ſed iuxta locum ſtationis ſuæ procurato ac defoſſo in terram receptaculo, doloris illius, ſic aliquandiu, prout potuit neceſſitatem illam tranſegit.

At vbi nec hoc permiſit intolerātia rei, tūc demum collectas deſerere, & ſeorſum ſecum A.C. 1140. habitare compulſus eſt, niſi quantum ſiue collectionis ſiue conſolationis gratia, ſiue diſciplinæ clauſtralis neceſſitate, conuentui fratrū aliquando opportebat intereſſe. Quis noſtra ætate quantumuis robuſti corporis, & accuratæ valetudinis tanta aliquando perfecit, quanta iſte egit & fecit moribundus, & languidus ad honorem Dei & eccleſiæ vtilitatem?

De Ioſberto à D. Bernardo per Miſſæ ſacrificium ſanato. cap. 9.

§. VI.

VIrtute quoque miraculorum copioſè effulſit, quorum primū hoc fuit. Cùm ... quantos iam in Claraualle annos expleſſet, contigit virum nobilem, & ipſius quoque ſecundum carnem propinquum Ioſbertum in Firmitate, quod eſt oppidum proximum monaſterio, grauiter infirmari, qui ſubitò præoccupatus amiſit intellectum pariter & loquelam. Vnde & filius eius & omnes amici ſui eo magis affligebantur dolore, quòd ſine confeſſione & viatico vir ſecundum ſæculum honeſtus & magnificè honoratus abiret. Cucurrit citius nuncius ad abbatem Bernardum, qui nec tunc quidem erat in monaſterio. Venit demum, & inuenit eū iam triduo ſic iacentem. Compaſſus autem homini, & motus lachrymis filij eius ac cæterorum ſimul lugentium, confiſus eſt de miſericordia Dei, & ſermonem magnificum protulit dicens eis. Notum vobis eſt, quòd in pluribus iſte grauauit eccleſias, oppreſſit pauperes, offendit Deum. Si mihi creditis, vt eccleſiis reſtituantur ablata, & vſurpatæ in grauamem pauperum conſuetudines dimittantur, loquetur adhuc & ſuorum faciet confeſſionem delictorum, diuina quoque ſuſcipiet ſacramenta deuotus. Mirantur omnes, lætatur filius, familia omnis exultat. Quicquid præcepit homo Dei, ei promittitur & impletur. Cæterum frater eius Gerardus & Gualdricus auunculus eius, non parum territi & turbati, ſecretius eum ſuper tali ſponſione conueniunt, durius & acrius increpantes. Quibus breuiter, ſimpliciterque reſpondens: Facilè (inquit) poteſt Deus, quod vos difficile creditis. Itaque poſt ſecretā orationem ad oblationem ſacrificij immortalis accedit. Quo offerente nuncius ſuperuenit, qui nunciaret præfatum Ioſbertum iam loquēté rogare obnixius, vt vir Dei feſtinaret ad eū. Cui poſt oblatum ſacrificium venienti cum lachrymis & gemitu peccata confeſſus, diuina ſacramenta ſuſcepit. Et duobus aut tribus diebus poſt hæc ſuperuiuens, & loquens ea maximè, quę vir ſanctus præceperat, conſtituit ſine vlla retractione ſeruari, ſed & diſpoſuit domui ſuæ, & eleemoſynas dedit, & ſic demum Chriſtiano more in bona ſpe ſpiritū exhalauit.

Cùm autem multis infirmis ea miſericordia ſanitatem reſtitueret: erāt fratres & filij ſpirituales eius mirantes ſuper iis, quæ videbāt, & q̄ dicebantur de eo. Nec tamen more carnaliū in gloriā eleuabātur humanā, ſed iuuenali adhuc eius ætati ſpirituali ſollicitudine metuebant.

In

A.C. 1141. In quo mirum zelo Gualdricus auunculus eius, & Guido primogenitus fratrum cæteros anteibat vt ipsos tanquam geminos quosdam stimulos carnis suæ ne magnitudo virtutum eum extolleret, accepisse diuinitus videretur. Neque enim parcebant verbis durioribus exagitantes teneram verecundiam eius calumniantes etiam benè gesta signa omnia annihilantes, & hominem mansuetissimum nihilque contradicentem frequenter vsque ad lachrymas improperiis & opprobriis affligentes.

Narrare solebat venerabilis episcopus Lingonēsis Godefrid' sācti viri propinquus sāguine quodam miraculo, quod per manum eius fieri vidit prædictum germanum eius. Guidonem contigit præsentem fuisse. Cùm enim sanctus vir Bernardus per castrum Nautonis in territorio Sanonum transiret, iuuenis quidam cuius pedes fistula occupauerat prædicti patris tactum & benedictionem cum multa supplicatione petebat. Signatus autem statim conualuit, vnde & post paucos dies reuersus beatus pater per dictum castrum transiens, inuenit iuuenem illum incolumem. Cæterum frater eius præfatus Guido, nec ipso quidem poterat compesci miraculo, quo minus increparet eum & præsumptionis argueret, quod acquieuerit tangere hominem, tanta siquidem caritate pro eo sollicitus erat.

Circa idem tempus accidit, vt is Gualdricus, qui & ipse zelo simili eius mansuetudinem duris increpationibus obruebat grauissimis febribus laboraret. Demum ingrauescente morbo ipsa doloris magnitudine superatus, abbatem Bernardum humili obsecratione compellit vt sui misereatur, & opem sibi ferat, quā cæteris dare consueuit. At ille spiritu super mel dulcis, primum leniter breuiterque commemorans, crebras super huiusmodi obiurgationes ipsius, & imponens ei, ne forte hoc diceret tentans eum: persistenti tamen manum imponit, & febrem abscedere iubet. Nec mora ad imperium eius reliquit eum febris expertum in seipso, quod in cæteris arguebat.

Gualdricus auunculus à febri liberatur. c. 10

Frater quidam quem pro secreta culpa à sacri altaris communione suspenderat notari timens, & ruborem non sustinens ad manum eius cum cæteris omnium præsumptuosis accessit. Intuitus autem eum, quoniam causa erat latens repellere eum noluit, sed intimo corde orabat Deum, vt de tanta præsumptione melius aliquid ordinaret. Itaque sumens eucharistiam non poterat eam ad interiora traiicere. Et diu multumque conatus, cum nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clausam ore seruabat. Expleta itaque hora orationis sexta patrem sanctum traxit ad partem cuius genibus prouolutus, cum multis lachrymis quod patiebatur, aperuit & aperto ore ipsam quoque hostiam ostendebat. Increpās autem eum confitentem absoluit, & sine difficultate recepit dominica sacramenta.

Virum pauperem, non longè à monasterio habitātem vxor adultera maleficiis cruciabat. Sicut enim in ira & furore ei fuerat comminata egerat per malignas incantationes vt miser homo consumptis carnibus nec posset mori, nec viuere sineretur. Sæpius & vocis A vsum & sensum omnem corporis amittebat. Iterumque redibat, non ad vitam, sed ad mortem prolixiorem reuocatus crudeliter. Adducitur à suis ad virum Dei cum lachrymis multis. Qui vehementer indignans maligni hostis malitiam tantum sibi in Christianum vsurpasse, ante altare hominem deportari fecit. Positoque super caput eius vasculo Eucharistiā continente, in virtute sacramenti iubet dæmonem à læsione Christiani prohiberi. Qui perfectè restitutus est sanitati. Innumera sunt miracula quæ per eum dominus fecit. Nam dæmones à pluribus obsessis expulit. Vnde & Mediolani B sollenniter missas celebrans, coram omni populo puellam paruulam dans ei aquam paternæ superinfusam ad bibendum, protinus a dæmone liberauit.

A magicis incantatio-nib. hominem liberat. c. 10

A.C. 1141

Aliam quoque matronam, quam diabolus iam per plures annos ita vexauerat, vt eam visu, auditu, & verbo priuasset, & linguam ad modum probnscidis elephantinæ protensam teneret, terribilem vultu, anhelitu fœtidam. Quę cum magna violentia adducta est ad sanctum Dei virum ante altare ecclesiæ beati Ambrosij Hic autem missam coram innumero po- C pulo celebrans facta consecratione, & dicta dominicali oratione, acceptam Eucharistiam tenens super caput obsessæ: adiurans eum ex parte Iesu Christi existentis in sacramento, qui natus est de virgine crucifixus & mortuus pro salute mundi, vt foras eiiceret eum ab humano genere, ex mortuis resurgens, ascendit in cœlum sedens ad dexteram patris &c. Præcepit, vt ab illa exiret. Quæ liberata est: & reiecto dæmone recepit auditum, visum & verbum omnibus adstantibus admirantibus, & Deum in sancto suo laudantibus. Tantaque de- D uotio erga illum excreuit in populo ex eius doctrina mellisflua miraculis confirmata vt dimisso schismate, cui inhæserant, sequentes archiepiscorum suum Anselmum, tenentem partem Petri Leonis antipapæ obedientiam omnimodam Innocentio secundo, vero Christi vicario exhiberent.

Iesus Christus existit in sacramento.

Papiæ etiam dæmoniacum latrantem vt canē curauit. Febricitantes plurimos pristinæ restituit sanitati. Paralysi dissolutos vigori naturali restituit, Cœcos illuminauit, Membra arida habentes manua vel alia sanauit. Panibus quoque benedictis ab eo infirmi sanati sunt de E ipsis comedendo. Multa quoque occulta hominibus & futura spiritu prophetiæ cognouit, de quibus omnibus explicitè in legenda habetur.

Quantum ad tollendum schisma laborarit. sup. ca. 1. §. 4. & li. 2. vit. cap. 1.

§. VII.

CVm autem tempore suo exortum fuisset schisma Innocentio secundo canonicè F electo, Petro autem Leonis Romano amicitia potentum, & pecunia à quibusdam intruso in papatu, & Anacletum se nuncupante, sanctus Dei multum laborauit, per ciuitates & regna discurrens ad remouendum dictum schisma. Intronizato siquidem Innocentio secundum solitum more in breui tanta fuit multitudo

A.C.1140.

rum pro prius generis nobiliũ tũ affinitate iunctorum, rum pecunia corruptorum vt ferè tota ciuitas antipapam ſequeretur. Propter quod habito maturo concilio ſeruorum Dei decreuit vetus antiſtes Innocentius furori cedere.

Innocentius vrbe cedit.

Et procuratis clam nauigiis per Tyberim inde recedens, ad portum Piſanum applicuit. Et præmiſſis in Galliam nunciis inſinuantibus negotij veritatem, ne ab altera parte mendacus præuenirentur congregato apud Stampas concilio abbas ſanctus Bernardus ab ipſo rege Francorum, & præcipuis quibuſque pontificibus accerſitus (iam enim ea miraculis & doctrina celebris habebatur) non mediocriter pauidus acceſſit, periculum & pondus negotij non ignorans. Sed in itinere Deus conſolatus eſt eum reuelans in viſione nocturna pacem futuram eccleſiæ. Celebrato igitur prius ieiunio ac precibus ad Deum fuſis cum de negotio tractaturi rex & epiſcopi cum principibus conſediſſent, vnum omnium conſilium, vna fuit ſententia, vt tantum negotium Dei famulo imponeretur: & ex ore eius tota cauſa penderet. Quod ille timens & tremens tamen virorum fidelium monitis acquieſcens, ſuſcepit. Et diligenter proſecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam & famam prioris electi aperuit os ſuum, & ſpiritu ſapientiæ repleuit illud. Vnus ergo omnium ore locutus ſuſcipiendum ab omnibus ſummum pontificem Innocentium nominauit, & ratum eſſe & haberi omnes pariter acclamauerunt. Et decantatis Deo laudibus, omnes electioni Innocentij ſe ſubſcripſerunt.

Concilium apud Stampas celebratum. A.C. 1131.

Exinde papa Innocentius nauigio in Prouinciam delatus eſt, & poſtea in Burgundiá vbi Aureliani occurrentibus ei epiſcopis, à rege Francorum Ludouico honorificè ſuſceptus eſt. Carnotum quoque papa deducto rex Anglorum Henricus eum maximo epiſcoporum & procerum comitatu occurrit. Ad quem regem venerabilis abbas Bernardus præmiſſus fuerat. Quem allocutus, vix perſuaſit Innocẽtium recipere. eo quod ab epiſcopis Angliæ rex ipſe ab hoc fuerat diſſuaſus. Cùm enim rex cum viro Dei loquens recalcitraret, & detrectaret ne Deum offenderet: Quid times (ait ſanctus Dei) peccatum incurrere, ſi obedias Innocentio. Cogita (ait) quomodo de aliis peccatis reſpondeas Deo. Iſtud mihi relinque. In me ſit peccatũ iſtud. Ad quod verbũ perſuaſus rex acquieuit, & cũ honore ſuſcepit Innocentiũ.

Poſt concilium autem Remis celebratum, dominus papa abbatem Bernardum à ſe ſeparari non patiebatur, ſed cum cardinalib. rebus publicis aſſidebat. Sed & priuatim, quotquot habebant negotia virum Dei ſecretius conſulebant. Demum Leodium dominus papa regi Romanorum occurrit & honorificè quidem ſuſceptus eſt: ſed velociter obnubilata eſt illa ſerenitas. Siquidem importunè idem rex inſtitit, tempus ad hoc reputans oportunum epiſcoporũ ſibi reſtitui inueſtituras quas ab eius prædeceſſore Henrico per maximos labores & multa pericula, eccleſia Romana ſibi vendicauerat. Ad quod verbum expalluere Romani. & qui cum papa erant, nec conſilium ſuppetebat donec murum ſe oppoſuit ſanctus abbas auda-

D. Ber. Imperatori reſiſtit.

ĉter reſiſtens regi mira libertate qui redarguit verbũ malignũ, & mira authoritate cõpeſcuit.

A.C.1140.

Rediens e Leodio, claramuallem dominus papa per ſe voluit viſitare, vbi à pauperibus Chriſti non purpura & byſſo ornatis nec cum deauratis euangelijs: ſed pannoſis agminibus ſcopuloſam baiulantibus crucem, non clamoſa iubilatione, ſed ſuppreſſa modulatione affectuoſiſſimè ſuſceptus eſt. Flebant epiſcopi, flebat & ipſe pontifex ſummus. Mirabantur congregationis illius grauitatem, quod in tam ſolenni gaudio oculi omnium humi defixi, nuſquam vagabunda curioſitate circunferrentur, ſed comploſis palpebris ipſi neminem viderẽt & ſic ab omnibus viderentur. Nihil in eccleſia vidit Romanus, quod cuperet, nihil in oratorio niſi nudos viderũt parietes. [a] Panis ibi opicus pro ſimilla, pro carœno, ſapa pro rhombis olera, pro quibuſlibet delicijs legumina ponebantur. Si fortè piſcis eſt inuentus, domino papæ appoſitus eſt, & aſpectu non vſu in commune profecit. Inuidit diabolus & ſeruorum Dei gloriam quos tanti hoſpitis nobilitauit præſentia ferre non valens dum in choro alacriter pſallerent & deuotè præſentibus etiam nonnullis ex cardinalibus, vnus præ cæteris occupatus, blaſphema quędam verba locutus eſt. Dicite (inquiens) ego ſum Chriſtus. Et alij plures territi & tremebundi ad beati patris veſtigia confugerunt. At ille conuerſus ad cæteros. Orate, inquit, ac deinceps ſub ſilentio eos qui turbati videbantur, eduxit, atque compeſcuit, vt nequiſſimus ille ſe prodere: conatus ſuos experiretur infirmos. Tantaque celeritate omnia ſunt ſedata, vt prope adſtantes latuerit, quod acciderat.

Longas moras in Gallijs Innocentius facere non potuit, ſed ſicut cum Lothario rege Romanorum condixerat Romam ei occurrit & vi exercitus in Lateranenſe palatium Innocentius eſt deductus. Multique ex nobilibus Romanis fideles eccleſiæ eum honorificè ſuſceperunt. Petrus tamen Leonis antipapa ſeu antiChriſtus, confœderatorum ſtipatus malitia in editioribus turribus manebat tempus expectans ad ſæuiendum. Relicto igitur Innocentio Romæ imperator Lotharius digreditur. Poſt cuius diſceſſum Petrus crebros mouens per vrbem diſcurſos, fidelium cædibus inhiabat. Intelligens autem Innocentius Romæ infructuoſam ſibi eo tempore morá ne præſentia ſua illius beſtię rabiẽ

[a] Panem opicum vocat vilem admodum & ſordidũ quemq; terreum potius quam furfureum ca.7.l.1. auctor vocauerat qui ſimilæ opponitur ex qua panis optimus & candidiſſimus conficitur. Carœnum etiam vinum eſt defructum, ſeu genus vini ſeu muſti decocti in quo tertia pars per decoctionem abſumitur vt ait Pl. l.14.c.18. Sapa porro, quæ apud Ter. lib.3. aduerſus Marcionem pro vino ſuauiſſimo vſurpatur hoc loco pro rappa & vino viliſſimo vſurpari videtur, quod carœno vino pretioſiſſimo opponitur Rhombum denique piſcem delicatiſſimum & pretioſiſſimum opponit oleribus, indicans Pontificem maximum frugaliſſima menſa à Claramuallenſibus fuiſſe ſuſceptum.

effera-

A.C. 1140. effectaret, Piſas reuertitur. Ibique congregatis pene totius occidentis epiſcopis, & aliis religioſis magnæ gloriæ ſynodus celebratur. Per omnia affuit abbas ſanctus conſiliis & iudiciis & definitionibus omnibus ſumma actionum talis congregationis fuit in excommunicatione Petri Leonis & fautorũ eius deiectione.

Soluto concilio illum ad reconciliandos Mediolanenſes dominus Innocentius miſit abbatem Clareuallis Bernardum quem multis ſupplicationibus exquiſierant. at Guidonẽ Piſanum & Matthæum Albanenſem epiſcopũ à latere ſuo direxit, qui ſchiſma per Anſelmũ in eadem vrbe factum abluerent & ad vnitatem eccleſiæ deuios reuocarent. Abbate igitur ſancto Bernardo cum prædictis ſimul collegis appropinquantibus ad vrbem Mediolanenſes longe à ciuitate per ſeptẽ milliaria omnis populus obuiat cuiuſcunque conditionis & ſtatus, & incredibili reuerentia virum Dei ſuſcipiunt, delectantur aſpectu, felices ſe exiſtimãt, ſi poſſunt frui auditu deoſculantur pedes eius vniuerſi. Et licet hoc ille moleſtè acciperet, nulla potuit deuotos ratione compeſcere. Vellicabant etiam pilos, quos poterant de veſtimentis eius, & ad morborum remedia de pannorum lacintis aliquid detrahebant. Demum pacata ſunt omnia illis eccleſiæ reconciliatis & Innocentij obedientiæ ſe ſubiicientibus.

Mediolanenſium erga virũ ſanctum ſtudium & reuerẽtia.

A pro parte eccleſiæ, & Innocentij. et cum ſanctus Dei ei perſuaſiſſet, ne conflictum talem iniret, quia ſuperatus confuſioni pateret, non acquieuit confidens in multitudine ſua. Sed vt ei prædictum fuit, euenit, eo in bello ſuperato & fugato à Ranulpho, cùm longe minor eſſet exercitus eius. Sed rex ſimulans alacritatem regio ſe ornatu attollens, ſtipata militibus curia, vtramque partem præcepit accerſiri. Et prius inſtructo Petro Piſano, & multarum promiſſionum adhortamentis acceſſo de cauſæ B ſuæ rationibus cum alloqui iubet. Prior itaque Petrus electionem domini ſui ſcilicet Petri Leonis canonicam probare contendit, & verba ſua multis legum & canonum aſſertionibus munit. A.C. 1130.

At vir Dei non in ſermone, ſed in virtute regnum Dei eſſe exiſtimans. a Scio (inquit, Petre,) te virum litteratum, & ſapientem eſſe, & vtinam ſanior pars & honeſtiora te occupaſſẽt negotiora. Vtinam te patronum cauſa obtineret, & ſine dubio [rationalis eloquentem] nulla poſſet impedire facundia. Et nos agreſtes quidem ligonibus magis, quam declama- C tionibus aſſueti, ſi cauſa fidei non vrgeret, inſtitutum ſilentium teneremus. Nunc autem cogit nos caritas eloqui, quia tunicam domini quem in tempore paſſionis nec præſumpſit ſcindere vllus, ne Iudæus quidem: fautore hoc domino, Petrus Leonis dilacerat & dirũpit. Vna eſt fides, vnus dominus

Exponit monachis cantica canticorum. cap. 6.

§. VIII.

REuertitur poſt hæc vir ſanctus ad Claramuallem cœpitque monachis illis exponere Cantica canticorum. Sed cùm adhuc multi ſequerentur ſchiſmaticum Petrum & fouerent partes eius ciuitates & principes adhærentes Innocentio à veritate auertere tentantes, & ſolicitantes Dominus papa pro beato viro nuncios delegat ſpeciales vt ad vrbem accedat, & ſcandalizantibus obuietur. Qui quam citiſſimè Romam adueniens honorificè à ſummo antiſtite, & tota curia ſuſceptus eſt.

Interea Rogerius rex Apuliæ qui fauebat Petro Leonis, mittit ad Innocentium, vt deſtinare ad eum debeat cancellarium ſuum Almericum, & abbatem Clareuallis .ſ. Bernardum. Et ad Petrum Leonis ſimiliter ſcribit, vt Petrũ Piſanum defenſorem ſuum ad eum tranſmittat: vt eis coram ipſo conferentibus intelligat cauſam huius diſſenſionis & ſchiſmatis. Mittebat enim in dolo. Audierat autem Petrum Piſanum eloquentiſſimum, & in ſcientia legũ, & canonum nulli ſecundum putabatque ſi eloquentiæ eius in publico conſiſtorio audientia præſtaretur declamationibus rhetoricis ſimplicitatem abbatis poſſe obrui, & ſilentium ei in verborum pondere & rationum imponi. Demum venit pars vtraque Salernum, vbi rex curiam tenebat.

S. Bernar. venit in Siciliam.

Interea tamen rex ille Rogerius innumerabilem exercitum congregauerat contra Ranulphum ducem, qui erat cum gentibus ſuis

D *a Hac D. Bernardi oratio Romani pontificis primatum ſupra vniuerſam eccleſiam maximè adſtruit. Nam cùm enim arcam vnam, id eſt Eccleſiam ſicuti & fidem ad baptiſma tradit, quam eccleſiam vel Innocentium, reipſe ſentiebat & verè, vel Petrum Leonis vt Petrus Piſanus exiſtimabat regere dicens, apertè profectò demonſtrat Pontificem Romanum, quiſquis tandem ille ſit, verè eſſe totius Eccleſiæ gubernatorem & moderatorem. Quod verò poſtea ſubiungitur tanquã maximum inconueniens, ſi Petrus Leonis, non autem Innocentius verus ſit eccleſiæ moderator futurum, vt maxima quæq; regiones & ampliſſima mundi regna pe-* E *reant, quæ Innocentium ſequebantur, hoc non tam contra illum Petrum Leonis quam cõtra nouos hæreticos dici poteſt. Nam ſi penes illorum tã multiplices tamq; inter ſe diſſectas ſectas vera religio & vera eccleſia conſtituatur, futurum eſt, vt tota Italia, Francia, Germania, Hiſpania, Luſitania, Polonia, & ipſa etiam Anglia & Scotia (de his loquor qui in his regionib. orti vel adhuc in fide catholica perſeuerant, vel eam illuſtrare diuina gratia cum maximè ab hæreticis infeſtantur adhuc hodie ſuſcipiunt) & multa aliæ regiones etiam barbaræ in quibus fides Chriſtiana viget & in dies magis dilatatur, extra ſalutis rationem & viam ſint conſtituta: quod ſi demus, vbi & Chriſto facta promiſſio po-* F *ſtula à me & dabo tibi gentes, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Pſal. 2. Sed quanta ſit eccleſiæ Romanæ amplitudo, quamq; paupercula ſint ſingularum hæreſum ſynagoga vide quæſo Stapletonum in deffenſione ſucceſſionis eccleſiæ, & latentis eccleſiæ confutatione pag. 11. & in lib. 4. de vera Eccleſ. cap. 7.*

vnum

A.C. 1153. fieri? Abſit hoc à me. Non cogitaui, nec aſcendit ſuper cor meum. Quid multa? In eodem itinere ſæculo vale feci, & à viro Dei habitum ſuſcepit.

Cùm quemdam militem valdè nobilem ad ordinem recepiſſet, & virum Dei quodam tempore ſequeretur, grauiſſima cœpit tentatione pulſari. Cum autem de fratribus quidam eum tam triſtem videret, cauſam tantæ triſtitiæ requiſiuit. Cui ille reſpondit: Scio (inquit) ſcio quòd nunquam amplius lætus ero. Quod verbum cum dictus frater ad ſeruum Dei retuliſſet, ille pro eo attentius orauit, & ſtatum ille frater, qui tam tentatus & triſtis erat, tanto cæteris apparuit iucundior & hilarior quanto prius cæteris triſtior. Cùm autem ei dictus frater verbum mœſtitiæ quod locutus fuerat amicabiliter improperaret, ille reſpondit. Etſi dixi Nunquam amplius lætus ero, ſed nunc dico, Nunquam amplius triſtis ero.

Nobili cuidā viro monacho ſentiā impetrat.

Cùm inſtante quadrageſima à multis tyronibus fuiſſet viſitatus rogauit illos, vt in illis ſaltem diebus ſacris à ſuis vanitatibus & laſciuiis abſtinerent. Quibus nullo modo acquieſcentibus iuſſit eis propinari vinum dicens. Bibite poculum animarum. Quo hauſto, ſubitò mutati recedunt, & qui modicum tempus denegauerāt totū tēpus vitæ ſuæ Deo dederūt.

Tandem beatus pater Bernardus morti feliciter appropinquans: ait fratribus ſuis. Tria vobis obſeruanda relinquo, quæ in ſtadio præſentis vitæ quo cucurri, memini me pro viribus obſeruaſſe. Nemini ſcandalum facere volui, & ſi aliquando incidit, ſedaui, vt potui. Minus ſemper ſenſui meo, quam alterius credidi. Læſus de lædente nunquam vindictam expetij. Ecce charitatem, humilitatem, patientiam relinquo vobis. Denique poſtquam multa miracula perpetraſſet multoſque libros & tractatus compilaſſet, conſummatis vitæ ſuæ diebus circiter 63. annis anno domini 1153. inter filiorum manus obdormiuit in domino.

Poſt obitum ſuum multis gloriam ſuam manifeſtauit. Cuidam enim abbati in quodam monaſterio apparuit, & vt ſequeretur admonuit. Qui cum ſequeretur dixit vir ſanctus. Ecce ad montem Libani venimus. & tu hic manebis, ego autem illuc aſcendam. Interrogatus ab eo ad quid vellet aſcendere: diſcere (ait) aliquid volo. Miratus ille, quid (inquit) vis diſcere pater cui nullum hodie in ſciētia credimus eſſe ſecundum? Et ille. Nulla hic eſt ſcientia, nulla veri cognitio. Surſum ſcientiæ plenitudo, ſurſum vera notitia veritatis. Et in hoc verbo diſparuit. Ille autem diem notauit. & tunc virū Dei Bernardum de corpore migraſſe inuenit. Multa autem & alia & pene innumerabilia miracula per ſeruū ſuū Dominus operatus eſt.

Colit. 20. Auguſt.

Henricus 5. Rex 4. imperator. A.C. 1102. rex Ro. appellatus poſt mortem patris 8. Rom. imperator. imper. a. 18. m. 9. d. 15. A.C. 1105. de quo Pet. Piſ. l. 4. hiſt. Ca. ſandulphus piſan in vita paſchalis 2. abbas vrſperg. Ot. friſing. Sigeb.

CAP. VI.

NVnc de imperatoribus agendum eſt, qui fuerunt ab Henrico quarto vſque ad Henricum 6. incluſiuè. Poſt Henricum igitur 4. ſuſcepit Romanum imperium eiuſdem nominis quintus filius eius anno ab incarnatione domini 1107. A mundi initio quinquies 1070. Secundum aliam communiorem opinionem ſexies milleſi. 3 . . et imperauit annis 20. Hic tamen per duos annos ante mortem patris cum iam eſſet declaratus futurus imperator ab eo immemor beneficij recepti aduerſus patrem rebellionem mouit, ac ſub obtentu meliorandæ reipublicæ ac reſtaurandæ eccleſiæ in ipſum inſurgit ſumens occaſionem ex eo, quod pater eius eſſet à Romana eccleſia excommunicatus. Vnde facile ſaxonum principes, patri ſuo ſemper infeſtos, ſuæ voluntati coniunxit. Multi prætcrea principes imperij relicto patre filio adhæſerunt. At a poſtremum cunctis illum relinquentibus a filio capitur, & carcerali cuſtodiæ mancipatur: vbi dum audientiam peteret, filius vna cum principibus eum dolo circumuentum, cogunt imperialia inſignia filio reſignare.

A.C. 1105

Quo facto dimiſſus, & omnium ſuffragio deſtitutus, per Alemanniam vagus & perfugus diſcurrens Coloniam venit. Ciues autem eius miſerati ſunt calamitatem, & ab eis non ſicut exul, ſed tanquam imperator ſolenniter eſt ſuſceptus. Inde multis illum Leodiuni comitantibus venit, vbi vocata principum curia, aliquibus ad eum confluentibus, aſſerit ſe à filio fuiſſe coactum imperialia inſignia reſignare. Filius autem audiens illum Leodij eſſe obſidere eum parauit. Præmiſſiſque militibus qui pontem ſuper Moſam fluuium ſitum occuparent, agente parte repulſi, multi occiſi atque capti ſunt. Inter quos & Bruno comes occiſus eſt. Sicque filius contra patrem pergens redit inglorius. Non autem multo poſt tempore Henricus 4. iſte apud Leodium moritur, ac à ciuibus in eadem eccleſia more principum ſepelitur. Sed poſtmodum mandato ſummi pontificis, tanquam excommunicatus à cœmiterio ſancto eijcitur, & omnis ei ſepultura Chriſtiana denegatur.

Filius in patrē bellū mouet.

Henrici 3. mors. A. C. 1106.

Mortuo igitur eo, filius Henricus mirabili ſuorum collecto exercitu intrauit Italiam. Inuenta ſunt ſolum ex Teutonicis triginta millia armatorum, exceptis iis, qui de Italia ſibi adiuncti fuerunt. Inde moto exercitu in Tu-

a Sic tandem poſt longam ſatis correctionis & pœnitentiæ expectationem in hoc etiam ſæculo graues de hoc Henrico 3. infeſtiſſimo eccleſiæ hoſte pœnas Deus clementiſſimus ſumpſit. Nam qui matrem ſuam eccleſiam Romanam diu multumq́; vexauerat, is viciſſim à ſuo ipſius filio omni honore priuatur & cuſtodia mancipatur, qui Romanum Pontificem Greg. 7. vrbe Roma expulerat tota & Salerni mori compulerat, is viciſſim tota fere Germania pulſus Leodij inglorius & excommunicatus moritur qui bellum in Romanum Pontificem omnium Chriſtianorum patrem mouerat, is à filio ſuo & aliis Germaniæ principibus bello laceſſitus captus eſt. Sic Deus benigniſſimus ſe eccleſiæ ſuæ vindicem profeſſus, huic imperatori etiam in hac vita mala reddidit, quæ illa Eccleſiæ ſuæ intulerat. Hic tamen eſt ille Henricus, quem proteſtantes maxim i faciunt & cuius calumnias in papam Gregorium pro euangelio habent. Ex Sand. li. 7. de viſi. Mon.

ſciam

A.C.1105 ſciam tranſiens caſtrum pontis tremuli muris A
& turribus muniriſſimum, quia tranſitum illi
dare negauerant diu obſeſſum atque impugna
tum ad deditionem coegit. Quo capto [illud]
à fundamentis dirutum complanauit. Inde mo
tis caſtris Tuſciam intrauit: atque ab omnibus
ferè ciuitatibus honorificè ſuſceptus eſt. Sola
Aretinorum ciuitas aliquandiu repugnauit
quam ille multis calamitatibus affligens, de
mum mandata eius facere compulit. Cumque
intus res, prout optauerat, compoſuiſſet, ad ſe-
danda ſcandala inter regnum & ſacerdo
Sup ca. 1. tium Romam profectus eſt. Et quomodo ſe ha
ante §. 1. buit erga papam Paſchalem, quia ſcilicet in- B
carcerauit eum, ſed poſtea dimiſit, & eum cum
populo reconciliare, quem offenderat cona-
tus eſt, dictum eſt ſupra in capitulo præcedenti
in §. vrbano ſecundo.

Exinde imperator vrbe & Italia relicta re-
uerſus eſt in Alemanniam. Cumque non habe
ret vxorem ſtatim ſibi Motildem filiam regis
Angliæ ſponſam accepit, & Moguntiæ nuptias
magnificas celebrauit, vbi dux Saxoniæ Lo-
tharius, qui illi à tempore, quo ſortitus fuerat
imperium, rebellis extiterat tunica lanea indu
tus diſcalceatus atque diſcinctus, ad pedes im- C
peratoris venit veniam flagitans. Tantus enim
oēs illius terror inuaſerat, vt nullus ei reſiſte
ret auderet. Sed poſtmodum cum nimis eſſet
durus & rigidus, multi ea principibus ei rebel
lauerunt. Interea priuilegium ſeu pactum in-
ter papam Paſchalem & imperatorem factum,
papa coram multis prælatis annullauit ſcili-
cet de inueſtitura, vt ſuprà dictum eſt, propter
quod à fautoribus imperatoris perſecutiones
multas paſſa eſt eccleſia. at ad ſuaſionem eo-
rum, reuerſus eſt imperator in Italiam: vbi fi-
delibus bella intulit, ciuitates cepit, à Roma-
nis magno cum honore ſuſceptus. Nullus ta-
men catholicorum ei occurrit. Iturus ad Petri
baſilicam naue tranſiuit non ponte, ad quam
eccleſiam veniens petiit coronari. Ei autem
dicitur, quòd à papa, vel eius commiſſario de-
beret coronari: ſciens autem Henricus catho-
licorum à ſe mentem auerſam in ſe confuſus
non modicum vrbem egredi cogitauit, ſcili-
cet antequam inde digrederetur, cunctum
populum conuocari iubet. Ad quos eum ita
locutum ferunt.

Si diuinitus datum foret, quirites, rerum
publicarum ſtatum digno moderamine guber
nari, dignaque reuerentia eorum rectores alter
Catholici ab altero præuenirentur pax foret, nec imperia-
hic dicun libus comitiis vrbis abeſſet pontifex nec pon
tur qui Ro tificalibus abeſſet imperator. Alter alterius
manum gloria fulciretur, gloria alterius gloria foret
pontifi. & vtriuſq; & robur robur vtriuſque, timor om
tuentur. nium, amorque inter vtroſque ſe conuerteret
ciuites, nos patres, nos conſules, nos primores,
nos omnes boni vrbis & orbis intuerentur.
Gothi, Galli, Hiſpani, Aphri, Græci & Latini
Arabs, Parthus & Indus, aut timerent, aut di-
ligerent. Nunc autem dum ſecus agitur, fit ali-
ter. Nam dum abinuicem diuidimur, ab omni F
bus conculcamur, deſpicimur, maledicimur,
& impugnamur. Conuertimini igitur, & meū
licet peccantis vorum correctioneque ſuſci-
pite, ne dum per vos in me rigeſcit iuſtitia,

A multiplicatis ſcelcribus in aliis ſine me quali- A.C.1106
ter rigeſcat ediſcatis. Ecce a patre Romanæ ec
cleſiæ Domino papa è Galliis in vrbem coro-
nandus adueni. Eum abeſſe infortunis meis
deputo. Nunc autem id a vobis expoſco, ſit in-
ter nos pax, ſquidem erit ſi vos ſi velitis Ro-
mani. Et profectò ſedatis ventis quieſcent
maria.

Ad hæc verba Henrici catholicorum eccle-
ſia, quæ erat in vrbe ſic reſpondit. Inhone-
ſtum ſatis ac indignum arbitramur, vt nos, ali
quando dulcibus conueniās verbis quos felis
tis ictibus indies circumuenire contendis. aeſ-
B ſtimas, vt credamus, rex, te ad pœnitendum &
ſatiſfaciendum ad hanc vrbem aduenisse, per
quem continuas ac hoſtiles irruptiones, & ſa-
crilegas ordinationes fieri cernamus? Simul vt
Latium intraſti, rex beati Petri fidelibus bel-
lum intuliſti. Age qui ſunt pro quibus agunt
abbas Farſenſis, Ptolemæus vterque pro ſuis
criminibus excommunicatus? Illis ducibus
apoſtolorum eccleſiam intraſti. Cùm quibus
patribus? cùm quibus epiſcopis? cùm quibus
clericis? Adde qui ſunt, qui nūc ante fores eius
excubant? nonne ſeditioſi? Qui ſunt, qui eius
C theſaurum cuſtodiunt? nonne ſacrilegi? qui
ſunt eius altari deſeruientes? nonne hæretici?
Heu heu expulſis catholicis, cunctis fidelibus
reuerendam beati Petri eccleſiam per te ſchi-
matici occupant. Hæccine eſt via illa, ea qua
veniam merearis? ſatiſfactio, qua eccleſiæ re-
concilīaris? pax, qua bella quieſcant! Aliter a-
gendum eſt, ô rex. Henricus tamen in repro-
bum ſenſum datus cum fideles, qui intra vr
bem erant, circumuenire verbis non potuiſſet,
quos in immenſum exacerbauerat acerto Mau
ritio Bracharenſi epiſcopo coronari ſe fecit.
D Sicque ab vrbe diſceſſit, & in Longobardiam
perrexit.

His temporibus in parrœcia Legienſi por-
ca enixa eſt porcellum habentem faciem ho-
minis. et pullus gallinæ natus eſt quadrupes,
vt teſtatur Sigebertus. et multi ſacro igne ſuc
cenſi ſunt membris inſtar carbonum nigreſcen
tibus. In menſe Iulio cometes apparuit radios
dirigens ad auſtrum, multis conicientibus
hoc ſigno portendi futuram regis Henrici ex-
peditionem verſus Italiam. Circa illud tem-
pus Lauduni natus eſt puer geminus à clune
ſuperius, duo ſcilicet habens capita, duo vſque
E ad renes habens cum ſuis brachiis corpora,
qui baptizatus triduo ſuperuixit. Menſe Iunio
ſiligines & arbores ſacro igne aduſtæ ſpem ſui
fructus mētitæ sūt & quędam ſyluę inſuper are
factæ. Subſecuta eſt grauis & diuturna homi- A.C.1112.
num valetudo, cum profluuio ventris & Obitus Si
mortalitate & dominus Sigebertus venerabi- geberti
lis monachus Gemblacenſis cœnobii, in om- Gemblacē
ni ſcientia litterarum [verſatus &] ingenioſus ſis.
temporum deſcriptor obiit.

Continuatio Belli ſacri Boemundus Græcorum imperium inuadit. Tyr lib. 11. c. 6. A.C. 1107.

§. I.

IMperante autem prædicto Henrico quinto,
in Romano imperio, noſtri occidentales
prin

A.C.1106 occidentalea principes,vt refert Iac. de col. in oriente varia fortuna cum hoſtibus fidei dimicabant. Nam Bohemundus Antiochenorum princeps illuſtris, de vltramontanis partibus in Apuliam reuerſus,in Epirum tranſit equitũ habẽs quinque millia, peditũ verò millia quadraginta qui Latinorum cauſas proſequens iniuriarum [a] memor, quas Græcorum imperator ſibi,& aliis Latinorum principibus intulerat,confractis penè vniuerſis maritimis vrbib. & in direptionem datis vniuerſam Epirum depopulatus eſt. Quod audiens imperator Græcorum ſuos nihilominus collegit exercitus, & B ei procedens obuiam in vicino caſtra ſua conſtituit:vbi communibus amicis interuenientibus imperator cum domino Bohemundo interpoſitis iuramentis fœdus iniit,quod de cætero Chriſti fidelibus in orientem tranſire volentibus, bona fide conſilium & auxilium miniſtraret.Quo completo dimiſſa peregrinorum turba in Apuliam reuerſus eſt. Sequenti autem æſtate cum nauigio congregato ad iter in orientem accingeretur, valida correptus ægritudine vita functus eſt:& vnico filio principatus,& nominis ſui hærede relicto, quẽ ex filia regis Francorum, Conſtantia ſuſceperat. C Quo anno & Philippus rex Francorũ eius ſocer migrauit ad dominum. Cui ſucceſſit in regno eius filius primogenitus Ludouicus.

A.C.1108. Philippi regis mors. Bertrãdus comitis Toloſani filius in Syriã deſcendit.c.9. A.C.1109. Eodem anno, qui fuit ſecundus Henrici 5. Bertrandus comitis Toloſani filius,qui Raimũdo ſucceſſerat: cũ claſſe Genuẽſium in Syriam applicuit.Qui cùm pulchra comitiua tam equitum, quàm peditum ciuitatem Tripolitanam dum applicuiſſet, quam longo tempore pater D eius ante obſeſſam oppugnauerat,iterum terra marique obſidione vallauit: ad quam etiam obſidionem dominus rex Balduinus cum robore ſuorum exercituum venit,atque renouantes[ſuos inſultus]ciues diuturnis laboribus fatigati:ſaluis perſonis & rebus,vrbem exercitui Chriſtiano reſignant.Factus eſt,autem ibidem comes Bertrandus domini regis Hieroſolimitani [b] homo ligius. Capta eſt autem ciuitas illa anno domini.1109.

Tripolis capitur. Tyr.c.10. Berytus & obſidetur & capitur. cap.13 Circa illud tempus prædictus Dei cultor E rex,congregata ex omni regno tam equitũ quã peditum multitudine, ciuitatem Beryrenſium obſidione vallatam occiſis pro maiori parte infidelibus violenter effractam,expugnauit.Eſt autem Berythus ciuitas maritima inter Biblũ,

A & Sidonem ſita,de ciuitatibus Phœniceis,quæ capta eſt anno domini 1111.menſe Aprilis. A.C.1116

Eodem anno applicuit in portũ Ioppes cũ multa copia armatorũ,regis Noruegiæ frater. Qui ad hoc ſolum regnum Deo amabile aduenerat,vt ſe per aliquot tempus cum ſuis Chriſti manciparet obſequio.Vnde rex gauiſus non modicum, congregata exercitus multitudine vrbem Sidonem cum iis, qui aduenerant terra marique obſidione vallauit. Cùmque diebus aliquot ciuitatem continuis aſſultibus oppugnaſſent,ciues de ſua euaſione deſperãtes B vrbem domino regi reſignant cum his conditionibus,vt nobilibus concedatur exitus, plebi verò,ſicut prius,bona conditionibus agriculturæ operam dare liceat. Eſt autem Sidon ciuitas maritima inter Berythum &,Tyrum ciuitatem prouinciæ Phœnicis conſtituta,commodiſſimum habens ſitum,de qua in multis locis ſcriptura ſacra commemorat. Capta eſt autẽ 19.die menſis Decẽbris, anno dñi 1111. Noruegiæ cumclaſſe deſcendit in Syriam cap.14.

Anno ſequenti mortuus eſt illuſtris memoriæ & piæ recordationis Tancredus Antiochenus princeps. Cui de eius ſupremo iudicio, ſucceſſit in principatu eius conſanguineus Rogerius Richardi filius ea conditione, vt quandocunque dominus Bohemundus iunior dictum principatum repoſceret, ſibi ſine controuerſia reſignaret. Tancredi obit.c.18. A.C.1112. C

Anno autem domini 1113.ſub quodam Turco principe,infinita Turcorum multitudo de Perſide adueniens ſe in regnum Hieroſolymitanum effudit.Quibus rex non expectatis principe Antiocheno, & comite Tripolitano,qui cum magnis copiis in eius auxilium properabant,cum gentibus quas ipſe ſecum habebat D occurrit.Qui à multitudine oppreſſus, magnã ſuorum partem amiſit.Cecideruntque die illa de Chriſtianis equites triginta de peditibus verò mille ducenti.Qua victoria potiti Turci magnis damnis illatis regno ad propria ſunt reuerſi. Mendue Turcorũ princeps regnũ ingreditur.c.19.

Anno domini 1115. Berſequinus Turcorũ potentiſſimus gentis ſuæ multitudine infinita congregata regionem Antiochenam hoſtiliter intrauit,omnia igne & ferro deuaſtans. Quod vt principi Antiocheno innotuit,aſſumpto ſecum domino Balduino comite Edeſſano obuiam perrexit.Cùmque iam vterque exercitus in propinquo eſſent, Chriſtianorum exercitus ſpem ſuam in domino ponentes,quaſi certi de victoria, ſtatim viſis hoſtibus,& ſpreta eorum multitudine in eos animoſius irruentes, diſſolutis eorum agminibus in fugam vertunt, atque eos per duo milliaria inſequẽtes:ſtragem horribilem ediderunt. Poſt hæc ad caſtra hoſtium accedentes,cum infinitis ſpoliis ac diuitiarum theſauris ad propria ſunt reuerſi. Borſequinus Antiochenorum fines ingreditur & fugatur. c.25. E

F Eodem tempore videns rex Hieruſalem Balduinus,vrbem ſanctam Hieruſalem habitatoribus vacuam, adeo vt non eſſet in ciuitate populus, qui ſaltem ad protegendos ciuitatis introitus ſufficeret,anxius cogitabat, quomodo fidelibus populis eam poſſet implere. Tandem didicit,quòd trans Iordanem, & in Arabia multi fideles in villis habitarent, qui ſub grauibus conditionibus infidelibus ſeruiebant, & hoſtibus fidei ſub tributo. Hos Rex videñs vrbẽ ſanctã habitatorib. vacuã Syros fideles introducit. cap.27.

[a] *Has iniurias Tyrius his verbis recenſet. Contra primam expeditionem,quæ ei multo fuerat emolumento Solimannum,& barbaras ex vniuerſo oriente ſollicitabat nationes & contra ſecundam .eaſdem nationes & infideles populos frequentibus ſollicitabat legationibus ,& quoties ſe offerebat opportunitas . eis damna moliri parare præcipua pro lucro ſibi reputabat.*

[b] *Homines ligios dici poſſe puto verè clientes,qui ſe in fidem omnimodam concedebant patronorum,& illi etiam eorum defenſionem ſubibant,vel in ſumma hominem ligium dico eum, qui cum ſuus,vel ſub alterius eſſet principis poteſtate ſe aliem alteri principi ligamine vincit,fidemq; dedit,vt eius fidelitati alium non præponat.Greg.Giral.lib.6.Syntag.cap.2.*

A.C.1111. euocans dominus rex ſub melioribus conditionibus, cum vxoribus, & liberis, & vniuerſa familia in Hieruſalem recepit.

Anno domini 1118. dominus rex, vt Ægyptiis refunderet, pro iis, quæ in regno ſæpius commiſerant, cum ingentibus copiis deſcēdit in Ægyptum, vrbemque antiquiſſimam Faramiam nomine violenter obſeſſam expugnauit, prædamque militibus diuiſit. Sita eſt autem hæc ciuitas in littore maris, non longè ab oſtio Nili fluminis, quæ Tannis antiquitus dicebatur. In qua ciuitate cùm rex conſiſteret, parans ſe ad interiora Ægypti penetrare, grauiter infirmatus eſt. Quare indicto legionib. ſuis reditu, lectica vect⁹ eſt, vbi morbo ſuperatus, migrauit ad dominū. Inde Hieroſolymā deportatus, dominica in Ramis palmarum ſepultus eſt iuxta fratrem ſuum Gothifredum, ſub Caluariç loco regia magnificentia.

Terræmotus ingens in Syriam Tyr. li.11. c.23. A.C.1114.

§. II.

Antea verò per annos aliquot tantus terræmotus totam concuſſit Syriam, vt funditus vrbes, caſtella, & oppida dirueret. Fiebat autem ex ędificiorum ruina hominum infinita ſtrages, ita vt habitationem vrbium fugientes, vt requiem inuenirent, homines habitabant in campis.

Circa eaſ tēpora ex chron. Sigebert⁹ in pago Bratarenſi circa Tonacum, nix tanta cecidit 9. Cal. Maij, vt etiam ſyluas fregerit. Apud Rauēnam & Parmam ciuitates Italiæ in agris & intra mœnia ſanguis pluit. Iunio menſe Idibus Nouembris in ſuburbio Antiochiæ noctu terra dehiſcens turres multas & adiacētes domos multas cum habitatorib. abſorbuit.

Terræmotus grauis. cap.16. Anno domini 1118. tertio non. Ianuarij, in aliquib. locis, ſed nō vſquequaque terræmotus accidit aliàs clementior, aliàs validior, adeo vt quarumdam vrbium partes cum eccleſiis ſubruiſſe dicatur. Moſa etiam fluuius iuxta abbatiam, quæ dicitur Suſtula quaſi pendens in aëre viſus eſt fundum ſuum deſeruiſſe.

Leodium grauib. calamitatib. laborat. Eodem anno ciuitas Leodium multis plagis attrita eſt, nam 5. non. Maij dū in maiori eccleſia veſperas celebrā⁊, ſubitò tonitruum cū terræmotu omnes ad terram ſtrauit, & fulmen ad læuum templi ingreſſum non modicas cruſtas de muro hac illacque deiecit. Deinde turrim

A.C.1118. ingrediēs multas trabium partes diffidit. Subſecutus eſt fœtor intolerabilis, adeo vt multò aromatum odore vix potuerit expelli.

Sequenti menſe Iunij 7. idus eiuſdem menſis circa horam nonam nubes pluuiæ ſubitò rupta à monte, qui dicitur Roberti, ſubiectam ſibi partem ciuitatis penitus oppreſſam perfundedit, adeo vt multas domos dirueret, & immenſam annonam perderet & matrem duos infantes altrinſecus in brachiis amplexam necaret, & alios octo homines in diuerſis locis opprimeret. Pulſantibus veſperis ſabbato mulier, quædam dū caput lauat puero, manus rubent ſanguine fluido.

Circa Cal. Iulij & hora quaſi ſexta, turbo vehemens nimis & obſcurus ciuitatem operuit & nubes ex abrupto ſciſſa ita omne tectum ec-

A clesiæ maioris deiecit, vt & imbribus pateret & totum pauimentum perfunderet. Illico fulmen à parte Aquilonis ingrediens, tres clericos extinxit, vnum orantem, alium poſt altare ſanctorum Coſmę & Damiani legentem, alium de ſacrario proximo eccleſiæ egredientem in ingreſſu eccleſiæ. Extinxit, & vnum laicum ante fores eius. A.C.1118

Tertiò non. Auguſti primo noctis conticinio, quaſi per vrbem terrarum cùm tonitruum audiretur, & fulgura ſæpius micarent, in vrbē Leodium amplius ipſe turbo deſæuit: ita vt

B homines è ſtratis exilientes eccleſias triſti cœtu complerent, & tota nocte ſupplicationibus intenderent. Summæ verò auroræ diluculo, à parte orientis ignis cum ingenti flamma circulauit, tantus, vt omnes diutinus cremari ſe exiſtimantes exiuerint. Poſt hæc magnus turbo erumpens ab occidente, ipſum ignem viſus eſt aliqualiter obſcuraſſe. Iterum autem quaſi victor ignis cum flamma recaluit. Et iterum turbine reuertente paululum delituit. Tertiò etiā ipſe ignis recaluit, & tertio nihilomin⁹ turbine victus cecidit. Hoc ſpectaculū à ſummo manè vſ-

C que ad horam tertiā, omnes vehemēter terruit.

Monſtrū quoddā Namurci natū eſt, cui par raro, vel nūquā ſimile viſū eſt, videlicet biceps infantul⁹. Hic tā ſexu duplex q̄ cæteris ſimplex erat compage corporis. Tertiò idus Decembris ad mediam noctem lucentibus ſtellis cœlo ſereno. 15. luna ecclipſim paſſa eſt, & contracto orbe multis coloribus, ſed maximè ſanguineo integra ferè hora ſuffuſa eſt. Quartò Cal. Ianuarij prima hora noctis igneę acies à ſeptemtrione in orientem viſæ ſunt in cœlo. Deinde per totum cœlum ſparſæ plurima noctis parte

D videntibus miraculo & ſtupori fuerunt.

Mõ... autem quam luna... A.C.11..

Continuatio belli ſacri. De Balduino 2. Hieroſolimorū rege 3. Tyr. lib.12. cap.1. A.C.1118.

§. III.

Mortuo domino Balduino, ſecundo rege Hieroſolymorum, Balduinus de Burgo, eius conſanguineus, comes Edeſſanus ei ſucceſſit in regno. Fuit autem hic Balduinus natione Francus, de prouincia Remenſi, filius dñi Hugonis comitis de Retheſt & Milliſ. præclaræ comitiſſæ.

E Multis tamen principib. regni eius promotio diſplicuit. Quare comitē Bolonenſiū dñm Euſtachiū, fratrem dñi Balduini regis defuncti vt ad regnum quod ſibi hæreditario iure debebatur accederet, per fideles nuncios inuitarunt. Quem quaſi inuitum & renitentem, vſque in Apuliam traxerunt. Vbi audiens prædictus vir venerabilis, q̧ medio tempore Balduinus comes Edeſſanus ibi fuerat Hieroſolymis ordinatus, ad propria retrocedere diſpoſuit. Sed in

F ſtantibus nunciis, vt nihilominus procederet, & aſſerentib. quod id quod cōtra ius factū fuerat, nullo modo ſtare poſſet, reſpondiſſe fertur vir Deo plenus. Abſit hoc à me, vt per me in regnum domini ingrediatur ſcandalum, per cuius ſanguinem mundus pacem recepit, & pro cuius tranquillitate viri virtutum & immortalis memoriæ domini fratres mei egregias animas cœlo intulerunt. Quare compoſitis ſarcinis, ad propria eſt reuerſus.

E... Bo... in ... ſancto regno non vult. cap.3.

Erat

A.C.1118

Erat autem hic Balduinus forma cõſpicuus, corpore proceerus, facie venuſta, capillo raro, & flauo, canis mixto, barbam habens raram, vſq; ad pectus demiſſam, ad vſum armorũ habilis, rei militaris multam habens experientiam. Erat præterea clemens, religioſus, ac timens Deũ ac adeo in oratione iugis, vt callus haberet in manibus, ac genibus præ genufl ctionum ac afflictionum frequentia. Adeptus ergo regnũ comitatum Edeſſanum, quem ſine duce dimiſerat, domino Iocellino conſanguineo ſuo, qui regionem illam plenius nouerat, viro prudenti & ſtrenuo donauit.

Mors Alexij imperatoris. c. 5.

Per idem tempus Conſtantinopolitanus imperator Alexius, Latinorum maximus perſecutor, rebus humanis exemptus eſt, cui in imperio ſucceſſit filius eius Ioannes (aliàs Caloioannes) patre multò humanior, ac populo noſtro Latinorum multò acceptior.

Calo ioannis i bonus Ioannes propter probitatẽ hic impera tor eſt di ctus.

Ordo militiæ tẽpli Hieroſolymis inſtituitur c 7. A C. 1118 vide ſu ut. 15 c. 20.

Et eodem tempore, quidam nobiles de equeſtri ordine, Deo deuoti, in manibus patriarchæ Hieroſolymitani Chriſti ſeruitio ſe mancipantes, a in caſtitate, & obedientia & ſine proprio velle ſe perpetuò viuere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt Hugo de paganis, & Ganfredus de ſancto Ademaro (aliàs de ſancto Alexandro.) Quibus rex in palatio ſuo iuxta templum conceſſit habitaculum. Primum quoque eis in remiſſionem peccatorum à dño patriarcha iniunctum eſt, vt vias & itinera ad ſalutem peregrinorum contra infidelium inſidias cuſtodirent. Nouem autem annis poſt eorum inſtitutionem in habitu fuerant ſæculari.

Trecenſe concilium in Francia. A C.1127 Habitus Tẽplarijs aſſignatur. Templarij à patribus degenerãtes. rũ mantelli. i. clamydes

Tandem decimo anno concilio in Francia apud Trecas celebrato à legato papæ Albanenſi epiſcopo, qui eidem concilio præfuit, inſtituta eſt eis regula, & habitus albus aſſignatus de mandato Honorij papæ. Et eorum cœpit eorum numerus augeri. Poſtea verò in tempore Eugenij cœperunt mantellis ſuis cruces rubeas aſſuere. Qui quoniam iuxta templum domini manſionem habuerunt, fratres militiæ templi vocabantur. Sicut autem principium eorũ fuit ſanctum, & virtutibus plenum, ita in poſterum degenerarunt à patribus, poſtquam impinguati & dilatati ſunt per mundum.

Gazo Turcorũ ſatrapa noſtros cædit. c. 9. A C.1119

Anno autem domini. 1118. quidam infidelium princeps Gazo nomine, vnà cum rege Damaſcenorum, in grandi ſuorum multitudine fines Antiochenorum ingreſſus eſt. Quorũ aduentu cognito, dominus Rogerius princeps aſſũptis ſecũ Edeſſeno & Tripolitano comitib. eis obuiã proceſſit, ac moræ impatiens, nõ expectato rege, qui cum omnibus regni viribus illi in adiutorium properabat, cum illis prælio commiſit. Sed peccatis exigentibus noſtris pene omnibus interfectis, facta eſt pars aduerſa ſuperior.

A.C.1118.

Rogerij principis mors c. 10.

Princeps autem Rogerius, tanquam homo in armis ſtrenuus, in medio hoſtium viriliter dimicans, gladiis hoſtium confoſſus interiit. Mirabile dictu de ſeptingentis equitib. & trib. millib. peditũ, qui in eo prælio principem ſecuti ſunt, vix vnus qui hæc nunciaret euaſit, de hoſtib. paucis vel nemine interfecto. [Dicitur autem hic idem Princeps Rogerius homo fuiſſe perditiſſimus, incontinens, auarus, & publicus adulter. Dicitur tamen quod in ea expeditione, qua confoſſus interiit, apud D. Petrum Apamienſem archiepiſcopum, qui eidem neceſſitatis articulo præſens fuerat corde contrito & humiliato delicta ſua coram Deo confeſſus fuerat, promittens auctore Domino pœnitentiæ fructus condignos.]

Peccatorũ confeſſio.

Rex venit Antiochiã. c. 11.

Non multis poſt elapſi dieb. dominus rex Hieroſolimitanus, cum ſuis legionibus adueniens, in via partem exercitus, quem dictus Gazo ad ſibi obuiandum miſerat, multis interfectis & captiuatis debellauit.

Regia de Gaza victor a. c. 12. A.C.1120.

Deinde Antiochiã perueniẽs reparatis virib. cũ dicto infideliũ principe pariter cãpo ſignis collatis confligit & vicit, quatuor millib. interfectis abſque captiuis & ſaucis. Quæ victoria habita à Balduino ſecundo fuit anno dñi. 1119.

Balach Turcorum rex noſtris infeſtus. cap. 17. A.C. 1122.

§. IIII.

Sed poſt duos annos audiens rex Balduinus quendam principem Turcorum nomine Balach regionem Antiochenorum infeſtare grauiter, congregata militia in terram comitis Edeſſani ſe contulit, qui paulò ante cùm Galerano conſanguineo ſuo captus fuerat, ac vinculis mancipatus. Rex autem die quadam cum ſuo domeſtico comitatu ab oppido, quod Turbeſſel dicitur dum egreſſus eſſet, & incautè diſſoluto agmine per agrum ſecutus. Balach prædictus poſitis inſidiis dictum regem cepit, itaque ſecum captiuum deduxit in quoddam caſtrum vltra Euphratem alligatum vinculis: & cuſtodiæ mancipauit. Quo in loco dñs Iocellinus cum Galerano captiui tenebantur.

Rex Balduinus capitur ab infidelib.

Armenij quidam vt regẽ liberent, graui ſe expoſuẽt periculo. c. 18.

Cùm que aliquãdiu captiui detenti fuiſſent: quidam Armenij, de terra comitis Edeſſani numero 50. iuramentis inter ſe ligati, deliberãt omni timore poſtpoſito dictos viros magnificos liberare. Sub habitu igitur monachali armati dictum oppidum ingreſſi, educentes gladios, ſibi occurrentes perimunt, optento caſtro regem cùm ſociis ſuis à vinculis ſoluunt. Quod ſentientes Turci qui in oppidi ſuburbiis habitabant, antequam rex cum ſuis egredi poſſet, armis correptis caſtrum obſident. Comes autem Iocellinus de regis mandato aſſumptis ſecum duobus ſociis clam caſtrum egreſſus, ac adminiculo duorum vtrium Euphrate tranſito Antiochiam peruenit, atque vniuerſa, quæ contigerant, patefecit.

Iocelinus comes à vinculis liberatur.

Itaque tum ex regno, tum principatu congregata militia in adiutorium regis iter arripiunt.

a Ordo templarũ militiæ à prima ſui inſtitutione tria ſolẽnia religionis vota amplexus eſt. Paupertate quidẽ cum ſine proprio velle ſe perpetuò viuere eſt profeſſus. Nam religionis opes dũ in commune poſſidentur paupertatis vota non officiunt. Caſtitatem verò & obedientiam, aperte hic Tyrius commemorat. Ex quibus habes hæc tria vota, quæ hæretici damnant, à piis religionum inſtitutoribus fuiſſe obſeruata.

A.C.1118. Cùmque iam Antiochiam perueniſſent, atque vltra progredi ſe pararēt, dominus Balach dictum caſtrum violenter expugnauerat, ac regem multis interpoſitis conditionibus, cum ſua ſocietate in ſuam poteſtatē redegerat. Qui prædictus Balach obtento caſtro, domino regi & cuidam nepoti ſuo, ac domino Galerano vitam conceſſit, ac eos in Carram ciuitatem deſtinauit captiuos, prædictos autem Armenos viros ſtrenuos, variis cruciatibus interfecit. Ij autem, qui in ſubſidium regis properabant, audito ſiniſtro caſu, qui acciderat, ad propria ſūt reuerſi.

Aegyptij regnum ingreſsi proſternuntur. c.12. A.C.1123.

§. V.

INterea princeps Ægyptius audita regis captiuitate Hieroſolymitani, cum infinita ſuorum multitudine, marino itinere Aſcalonem peruenit. Quod poſtquam regni principes cognouerunt, vnà cum domino Euſtachio Grimel, cui regnum poſt captum regem commiſerant, congregata vniuerſi regni militia, fide armati præuia cruce dominica cōtra hoſtes pergunt, atque iuxta locum, qui Ibellim dicitur, illos reperientes, illorum ſpreta multitudine in eos animoſius irruunt, atque auxilio domini inuocato, gladiis inſtantes illos in fugam vertūt, quos noſtri inſecuti magna ac horribili cæde proſternūt, adeo vt de eis 7. millia abſque captiuis qui fuerunt infiniti, ea die cecidiſſe referantur. Nec multò poſt victoriam, dictus dominus Euſtachius Grimer vita deceſſit. In cuius locum cum adhuc dominus rex captiuus teneretur, ſubſtitutus eſt dominus Guilhelmus de burris ciuitatis Tyberiadis dominus.

Venetorum dux in Syriam venit. cap. 22.

§. VI.

EOdem tempore dux [a] Venetiarum dominus Dominicus Michaelis cum 70. galearum claſſe in Syriam venit. Hic cùm audiſſet, quod claſſis Ægyptiorum audita cęde ſuorum ad propria remearet, ipsā inſecutus nō longè à portu Aſcalonæ ipſam reperit. Commiſſóque bello diu varia fortuna protractum eſt. Tādem authore domino poſt multam hoſtium cædē. Veneti facti ſuperiores hoſtes vertunt in fugā.

A Tanta in eo prælio cædes facta eſt, vt fide carere videatur. Nā mare adiacens de præcipitatis corporib. ad duo milliaria in circuitu colorē ſanguineū contraxiſſe dicitur. Cúmque Veneti potiti victoria, vſque in Ægyptum illud mare perluſtraret decem naues orientalibus diuitiis onuſtas obuiam habentes expugnauerunt, quæ omnia inter ſe diuidentes ad portum Achonenſem reuerſi ſunt. A.C.1122.

Dux igitur Venetorum relicta claſſe, vt loca ſancta videret, Hieruſalem venit. Qui à domino patriarcha, & cæteris principibus cum B multa honorificentia ſuſceptus, natiuitatem domini ibi celebrauit. Inde habito inter eos tractatu deliberatum eſt, vt ciuitatem Tyrenſem regni principes per terram, claſſis verò Venetorum per mare vndique obſiderent. Sicque 15. Kal. Martij vrbem prædictam gemina obſidione vallarunt. A.C.1123.

Eſt autem Tyrus ciuitas antiquiſſima, cui Seuerus Romanorum imperator ob egregiam in rempublicam Romanorum fidem, ius Italicum dedit. Quod Romani principes non niſi C pauciſſimis, & benemeritis cōcedebant. Quāta autem huius ciuitatis antiquiſſimis temporib. gloria fuit, non ſolum gentiles ſcriptores, verum etiam ſacra prophetarum oracula perhibent teſtimonium. Nam in Ezechiele legitur. Et tu fili hominis aſſume planctum ſuper Tyrum & dic Tyro: Qui habitas in corde maris negotiatrix populorum ad inſulas multas, tu dixiſti, perfecti decoris ego ſum. & in corde maris ſita. In hac fuit Sichæus, & vxor eius Dido, quæ mirabilem ciuitatem Carthaginem ædificauit. In hac regnauit Hiram ad ædificandum D templum Salomonis cooperator. Hanc captā & deſtructam à Nabuchodonoſor, Alexander magnus reædificauit & magnificauit. In hac requieſcit corpus Origenis, vt eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Ezech. ... Vir c Ara. ... 3. Reg. ... Hier. 6 ... buc ...

Hanc igitur nobilem vrbem, chriſtianorum exercitus vndique obſidione vallatam, frequēter & pene continuis aſſultibus impugnabant. Ad cuius ſubſidium infidelium circunſtantes principes euocati ſunt. Sed cum illis ſubuenire non poſſent, ad propria ſunt reuerſi.

E Igitur cùm ciues diu noſtris viriliter reſtitiſſent, ad poſtremum cum iam fame periculoſiſſima laborarent, inter ſe tractare cœperunt, qualiter his tantis moleſtiis finem imponerēt. Quare ad noſtros principes miſſis nunciis de deditione tractare cœperunt, atque interuenientibus pactis populo Chriſtiano Tyrenſis ciuitas reſignata eſt anno dñi 1124.

Eodem anno Septembris, idem Balduinus, rex Hieruſalem cum quaſi octodecim menſib. ab infidelibus tentus fuiſſet in vinculis, pacta pecunia & datis obſidibus, authore domino F Antiochiam eſt reuerſus. inde cum domeſtico ſuorum comitatu red it in regnum.

Sequenti verò anno Borſequinus congregata Turcorum multitudine, tranſito Euphrate, Antiochiæ fines hoſtiliter inuaſit. Quod poſtquam regi innotuit, collecta totius regni militia, & aſſumpto Tripolitano comite Pontio cum mille centum equitibus & duobus millibus peditum, diuino auxilio fultus contra hoſtes procedit in bellum. Erant autem in ex-

a *Cùm Callixtus 2. Pontifex Romanus Balduinum regem à Balach captum & in vincula coniectum audiſſet, & fortè tunc Lateranum ſolemne concilium, ſicut diximus habebat, ventres orauit & ſua authoritate impulit, vt difficillimæ Chriſtianæ expeditioni in Aſia rebus ſubuenirent. Blon. lib. 5. dec. 2. Sic ergo Pontifex Romanus non ſolum ſacræ expeditionis primus auctor extitit, vt ſupra demonſtratum eſt ſed etiam regnum illud ſanctum ſua authoritate & auxilio, quantum potuit, conſeruare curauit. Sunt autē Galeæ naues roſtratæ gatu maiores, habentes ſingulæ remos centenos, quibus ſingulis erant duo remiges neceſſarij. Tyr. l. 12. c. 22.*

A.C. 1126 exercitu Borſequini ſolum equitum quindecim millia. Commiſſo itaque bello pars noſtra præualuit, & hoſtibus in fugam verſis victoria glorioſiſſimè potiti ſunt. Dicũtur autem in eo congreſſu cecidiſſe ad duo millia, de Chriſtianis autem 24. ceciderunt.

Regis nobilis de Damaſcenis victoria. cap. 12. A. C. 1126. Anno ſequenti rex Balduinus, congregata regni ſui militia terras Damaſcenorum ingreſſus eſt, omnia ferro ignéque deuaſtans. Cũmq; perueniſſent ad locũ, in quo Saulus perſecutor vocem audiuit, dicentẽ, Saule, Saule quid me perſequeris? cùm poſtea Damaſcenorũ contra ſe oppoſita, & ad bellum ordinata viderunt, quibus viſis noſtri correptis armis, quaſi leones, vt de victoria iam ſecuri, hoſtes inuadunt: ſed hoſtes (Act. 9.) multitudine, ac domini ſui monitis animati, viriliter reſiſtunt, adeo vt ab hora diei tertia vſque ad decimam varia fortuna prælium peractum ſit. Tandem opitulante diuina clementia hoſtes in fugam conuerſi ſunt: de quibus die illa ad duo millia interfecti ſunt, de Chriſtianis verò equitib. 24. de peditib. verò 80. ceciderũt.

Demum de Henrico quinto imperatore aliqui dicunt, quòd ita diſparuit, quòd nunquam eſt viſus. Alij dicunt, quòd cũ morbo carbunculi, qui ſibi erat natiuus, moleſtari cœpiſſet, poſt aliquod tempus ex illo morbo migrauit, & cadauer eius exenteratum, & ſale & aromatibus reſperſum Spiram eſt delatum ad ſepulturam. Alij dicunt, quòd mortuum ſe finxit, & occultè recedens ſe monachum fecit Cluniaci, hoc tamen fabuloſum eſt, ſed quidam ei multum ſimilis finxit ſe eſſe Henricum, qui poſtea detectus non eſſe, in pœnam coactus eſt fieri monachus Cluniaci.

De Lothario imperatore, & regibus Hieroſolymorum, & eorum bellis.

Lotharius 9. ex Germanis Romanus imperator imper. an. 13. d. 18. A.C. 1125. de quo Robertus abbas montis Otho friſin. Abbas Vrſper. Pet. Piſ. lib. 4. hiſt. Caſſ. I... lib. 2. cap. 1.

CAPVT VII.

Efuncto Henrico quinto ſine liberis, legati Romanę eccleſiæ, archiepiſcopi & epiſcopi cum imperij optimatibus Moguntiæ ex condicto conuenientes, de imperatore eligendo conſultant. Tandem poſt multos tractatus Lotharius, qui Lintherius dux Saxoniæ, licet valdè renitens & ſe indignũ tanto honore clamans imperator eligitur. Cœpit autem imperare anno domini. 1127. Ab initio autem mundi 5090. Vel ſecundum aliam computationem 6332. & imperauit annis 19.

Anno autem primò imperij ſui contra Bohemos ſibi rebelles, cum multitudine magna Alemannorum proficiſcens, quorumdam principum ſuorum proditione, magnam ſuorum militum ſtragem paſſus eſt, qui poſtea in Italiã ingreſſus, Innocentium congregato exercitu ſuo Romam perduxit & in ſede ſua honorificè collocauit, & ab eo coronatus imperator conſecratur. Poſt hæc ambo in Apuliam proceſſerunt. ſ. Innocentius papa & Lotharius imperator contra principem Rogerium, qui fauebat antipapæ Petro Leonis. Quo fugato dominus papa Raiuonem quemdam ibi ducem conſtituit. Redeũtib. aũt cũ victoria Romã poſt aliqđ tẽpus Lotharius in Alemanniã iter arripuit, veniẽſq; Veronã morbo correptus vitam finiuit. A.C. 1138.

Hic Lotharius in principio imperij ſui, maximè poſtquam fuit in imperio confirmatus, A.C. 1131. vt refert Io. de colũn eccleſiæ Romanæ fauorem, quantum potuit, humiliauit progeniem Henrici imperatoris prædeceſſoris ſui. Quare Fridericus & Chunradus fratres, ac prædicti Henrici ex ſorore nepotes, contra eum rebellauerunt. Ob quam cauſam ab Honorio papa prędeceſſore Innocentij ſecundi fuerant excommunicati, nihilominus tamen dictus Chunradus a quibuſdam Germaniæ principibus factus eſt imperator. Et cum magno exercitu cõgregato, intraſſet Italiam, more imperatorum ſe corona ferrea fecit coronari. Et cùm vſque ad Romam progredi vellet, pecunia exhauſtus in Alemanniam rediit.

Continuatio belli ſacri & Bohemundi 2. in Syriam tranſitus. Tyr. lib. 13. c. 21.

§. I.

DVm hęc in occidente imperãte Lothario geruntur, noſtri oriẽtales Latini principes contra hoſtes fidei indefeſſè pro fidei dilatatione Chriſtianæ varia fortuna pugnabant, atque Deo amabile regnum Hieroſolymitanũ, quod præuio diuino adiutorio ſibi vendicauerant, multò cum ſudore tenebant. Et anno dñi 1127. Bohemundus iunior Bohemundi ſenioris filius, princeps Tarentinus, in Syriam venit. Quod poſtquam dño regi innotuit, cum magnatibus regionis illius obuiã ei proceſſit. Et ingreſſo Antiochiam vrbem & regionem, quã cum ſumma cura poſt obitum Rogerij principis gubernauerat, integrè reſtituit: illique vnã de filiabus nomine Aliciam natu ſecundam dedit vxorem, & celebratis de more nuptiis in regnũ reuerſus eſt.

Dominus verò Bohemundus princeps Antiochiæ illuſtris Carſadam caſtrum, quod hoſtes per aliquot annos occupatum tenuerant, obſeſſum violenter expugnat.

Anno verò domini 1139 circa veris initium vir illuſtris Fulco Andegauenſium comes, prò quo dominus rex de communi omnium principum conſilio miſerat, vt illi dominam Meliſendam filiam ſuam primogenitam daret vxorem, apud Achonẽ applicuit cum honeſto nobilium comitatu. Cui ſtatim ſine dilatione rex dictam filiam ſuam lege maritali tradidit.

Anno autem ſequenti Hugo de paganis magiſter militiæ tẽpli. & quidam alij religioſi, qui à domino rege ad occidentales principes miſſi fuerant, vt ad reſiduum terræ ſanctæ eos excitarent, reuerſi ſunt: cum quib. plurima nobiliũ turba in regnum applicuit, vnde de eorum cõfiſi viribus rex cum ſuis principibus ex condicto deliberauerunt vrbem Damaſcenam obſidere. Sed aduerſa illis, diuinitate cum eſſet illorum exercitus fortiſſimus atque numeroſus, quia in ſuis virib. præſumebant, nihil penitus profecerũt, ſed plurimis ſuorũ amiſſis redierũt in regnum ſine honore. Anno autem 11 Rodoam princeps Turcorum, Alapiæ dñs fines Antiochenorũ hoſtiliter ingreſſus eſt. Cõtra quẽ Bohemundus nõ expectatis ſuorum copiis ingreſ-

A.C. 1125. greſſus prælium cum illo committere non dubi- A tauit. Sed à multitudine oppreſſus, ſuis illum deſerentibus, gladiis hoſtium confoſus, interiit. Quo caſu conſternatus Antiochenorum populus, in ſuum ſubſidium regem Hieroſolymorum vocat. Quod poſtquam regi nunciatum eſt, citatis greſſibus Antiochiam properat. Sed eius filia Alim principiſſa, nequam agitata ſpiritu, patrē ab ingreſſu impedire nititur, quare eo adueniente non eſt admiſſus intra ciuitatem filia prohibente. Sed poſtmodum operantibus viris Deum timentibus, rex inuita fi- B lia ciuitatem intrauit, atque pro ſuæ arbitrio voluntatis de ciuitate ac regionis ſtatu diſpoſuit. Erat autem principiſſæ vnica ex principe filia Bohemundo.

Regis mors & obitus. c. 28. Reuerſus igitur rex Hieroſolymam, in grauem incidit ægritudinem, videnſque ſibi mortis imminere diē, de proprio palatio egreſſus, ſimplex & humilis, regio faſtu depoſito, in cōſpecto domini in palatium patriarchæ, quia loco dñicæ reſurrectionis erat vicinior, ſe transferri præcepit. Ibique vocatis filia, & genero, pueroque Balduino, iam Bibulo, coram poſitis C regni principibus regni coram eis tradidit. Ipſe autem verus Chriſti confeſſor, habitum religionis aſſumens, vitam regularem profeſſus, ſi vixerit, ei qui pater ſpirituum eſt ſpiritum reddidit anno regni ſui 13. ſub monte Caluariæ ſepultus.

Fulco Hieroſolymorum rex 4. A.C. 1131. Tyr. lib. 14. cap. 1.

§. II.

D VOcato ex hac luce Balduino, rege tertio Hieroſolymorū, qui dictus eſt de Burgo, ſucceſſit in regno Fulco gener eius, Andegauenſis, Cænomanenſis, & Turonenſis comes. Erat autem quando adeptus eſt regnum ætatis 60. annorum.

Per idem tempus Ioceſinus Edeſſanus comes ſenior, longa grauatus ægritudine, cum lecto decumberet, audiuit ſoldanum Iconiēſem cū magna multitudine Turcorum eius caſtrū obſediſſe. Quo audito comes magnificus man- E dauit filio, vt aſſumptis ſecum militaribus copiis, hoſtibus viriliter occurreret. Ille verò tanquam timidus ſe excuſabat, aſſerens periculoſum eum tam paucis multitudini tantæ occurrere. Quare pater iratus, ſibi lecticam præparari mandauit, & impoſitus, cum iis quas collegerat copiis, ad ſoluendum obſidionem hoſtibus obuiam perrexit. Cuius aduentu cognito, Soldanus eius animoſitatem reformidans, obſidione ſoluta ad propria remeauit. Comes eadem hora ad locum perueniens, lecticam, qua geſtabatur ad terram deponi iuſſit, & erectis in cœ- F lum oculis cum gemitu & ſuſpiriis gratias egit, quòd in diebus ſuis nouiſſimis eum dominus tanta gratia viſitaſſet, ꝙ in ipſis mortis veſtibulis conſtitutus hoſtibus Chriſtianæ fidei fieret formidabilis. Et his dictis ſpiritum reddidit, relicto filio æquiuoco ſuo, ſed à paterna gloria plurimum degeneri.

Anno igitur Fulconis regis Hieroſolymorū primo rex vocātib. illum Antiochenis primoribus Antiochiam properabat. Sed principiſſa, A.C. 1131. mulier nequam ad dominium ciuitatis aſpirans, regi ſe in omnibus opponebat, adeo vt & dominum Tripolitanum comitem eius blanditiis & muneribus corruptum, in hoc facto æmulum ſuſcitaret, ita vt eis bello ſibimuicem occurrentibus, magnum in regno Chriſti diſſidium ortum eſt. Sed rex bello factus ſuperior, ipſum ex campo fugauit, & per Dei gratiam, interponentibus ſe pacis autoribus, reconciliati ſunt adinuicem. Rex autem Antiochiæ longa mora contracta, collocatis illorum in pa- B ce negotiis, in regnum reuerſus eſt: cura principatus nobili viro Reginaldo Maſſiet commiſſa.

Rex vocatus Antiochiam venit. c. 4.

A.C. 1132.

Sed non multò pōſt elapſo tempore, audito, ꝙ de Perſide infinita Turcorum multitudo in partes Antiochenas ſe effuderat, aſſūpta regni militia cōtinuatis itinerib. eò properat. Sed cū eſſet in itinere, comperit Sanguinum Turcorū potentiſſimum ſatrapam in multitudine graui comitē Tripolitanum Pontium obſediſſe. Qui dilato ad modicum priori itinere, illuc dirigit C acies. Cuius aduentu audito Sanguinus obſidione ſoluta ad propria remeauit.

Rex autem iter prius continuans, Antiochiam peruenit. Conuocanſque ibi militarib. copiis diuino fretus auxilio hoſtibus fidei obuiam proceſſit. A quibus non longè poſitus, caſtris, aliquandiu manſit quietus. Sed videns, ꝙ hoſtes nihil molirentur, ſed in ſuis ſtationibus quieti manerent, maiora adhuc expectantes ſubſidia, repente rex ſuper eos irruit, atque gladiis cum ſuis inſtans ſtragem immenſam in eis operatur, adeo vt paucis concederetur mortem D euadere.

Rex Antiochiam veniens de ſpoliis hoſtium ... capt. 7.

Adepta igitur dominus rex tam inſigni victoria, iam in regnum præparabat iter, ſed ante eius receſſum nobiles & primates Antiocheni principatus, de conſilio & aſſenſu ipſius regis dominum Raimundum, domini Guilielmi Pictauenſis filium, miſſis ſolemnibus nunciis ad ſe vocauerunt vt illi domini Bohemundi iunioris filiam matrimonio copularetur: quo facto receſſit reuerſus in regnum.

Reuerſo autem rege ab Antiochenis partibus, variæ conſpirationes & graues contra eum E in regno exortæ ſunt principaliter ab Hugone comite Ioppenſi, qui propter contumaciam damnatus à rege ad hoſtes fidei Aſcalonam ſe contulit. Rex autem Ioppem obſedit.

Sed ciues attendentes, quòd illorum dominus patrocinium hoſtium crucis quæſierat, meliori ducti conſilio ad regem ſe contulerūt. Cùm autē rex circa obſidionem Ioppes teneretur occupatus, rex Damaſcenorum Paneadenſem vrbem obſeſſam expugnauit, vniuerſis ciuibus atque ſtipendiariis captis.

F Sequenti autē anno dominus Raimundus A.C. 1135. pro quo Antiocheni miſerant, Antiochiam venit, ac ſtatim dictam filiam Bohemundi infra tredecim iam annos exiſtentem, duxit vxorem. Fuit autem hic Raimundus nobilitate inſignis corporis eximia proceritate compoſitus, verbo & affabilitate commendabilis, armorum vſu, & rei militaris experientia omnibus, qui cum præceſſerunt, præponendus. In diuinis officiis penè aſſiduus, in cibo potuque ſobrius.

A C.1135 ſobrius. erat tamen inter cæteros quos patiebatur defectus, animo præceps in agẽdis impetuoſus. in ira modi neſcius, rationis expers, parum fælix.

Eo tempore comes tripolitanus Pontius, Damaſcenis terram hoſtiliter ingreſſis viriliter occurrit, bellum commiſit, ſed peccatis illorum exigentibus diſſolutis agminibus ſuis & in fugam verſis occiſus eſt, prodentibus eum Syrianis, qui in monte Libano habitabãt. In quo prælio multi nobiles, & multi mediocres ciues Tripolitani occiſi ſunt. Reliquit autem prædictus Pontius filium hæredem Raimundum nomine. Hic autem ſtatim, vt dominium adeptus eſt congregata ſuorum reſidua multitudine ſubitò Libanum conſcendens, omnes illos, qui patrem prodiderant in conſpectu populi variis ſuppliciis interemit.

Conſtantinopolitanus imperator in Antiochenos mouet. ca. 24.

§. III.

NVnciatur interea quod dominus Ioannes Conſtantinopolitanus imperator infinitis tam equitum quam peditum copiis congregatis, in Syriam deſcendere maturabat indignatus multum, quòd abſque eius conſcientia Antiocheni principis filiam alicui nupitui dare præſumpſerant ipſo penitus inconſulto. Veniensque in Ciliciam, pene cunctas ciuitates eiuſdem prouinciæ eiectis inde principibus fidelibus occupauit. Inde Antiochiam veniens, eam vndique obſidione vallauit, atque vrbem vehementius arctare cœpit.

Dum hæc circa Anthiochiam geruntur, Sangoinus Chriſtiani nominis indefeſſus perſecutor comitatum Tripolitanum hoſtiliter ingreſſus, omnia igne & ferro vaſtabat. Quod poſtquam regi innotuit Hieroſolymorum, quamuis verſus Antiochiam ire deliberans attamen mutato propoſito, contra fidei hoſtes acies dirigit. Quod poſtquam Sanguinus comperit, relicta obſidione Raſaniç ciuitatis, ordinatis aciebus noſtris pugnaturus occurrit. Itaque commiſſo prælio occulto Dei iudicio, ſed iuſto, noſtri vincuntur. Rex autem noſtrorum videns ſtragem ſaluti ſuç conſulens cum paucis in quodam vicino oppido ſe receptus eſt. Nam eo funeſto prælio, pene omnes pedeſtres copię perierunt, paucis ex eis captis. Captus eſt ibi & princeps Tripolitanus Raimundus iunior. Sanguinus autem ſtatim poſt victoriam caſtrum in quod ſe rex receperat, vndique obſidione vallauit, obſeſſis requiem negans. Sed audiens, quòd princeps Antiochenus, & comes Edeſſanus in ſubſidium domini regis properabant miſſis de pace ad regem nunciis dicit ſe vniuerſos, quos paulò ante ceperat tam comitem, quam reliquos reſtiturum, & tam domino regi, quam ſuis liberum exitum daturum dummodo id oppidum ei reſignaret. Rex autem neſciens tam prope eſſe ſubſidium, verbum [oblatum cum omni auiditate] ſuſce-

Rex intra caſtrũ obſidetur. cap. 26.

A pit, admirans vnde his tanta humanitas, procedebat. Omnibus itaque ſicut conuenerant completus, verſus regnum iter accelerabat: ſed cum eſſet in loco, qui Archis dicitur de domini principis aduentu tunc cognouit aduenientc ergo poſt modicum tempus principe, Antiochiam rex Hieruſalem eſt reuerſus. A C.1134

Inter hæc imperator Conſtantinopolitanus cum ſuis exercitibus, frequentibus aggreſſionibus ciues Antiochenos vexabat. Ipſi verũ verſa vice aſſiduis eruptionibus imperatoris exercitum pro viribus conterebant. Cumque **B** plurimum in eo facto vtraque pars eſſet damnificata tandem ſub certis pactionibus pax inter ipſos reformata eſt quibuſdam ſe ad id negotium interponentibus. Tandem viſum eſt arbitris, quòd dominus princeps ad imperatorem accederet, atque cum debita ſolennitate debitam [a] homoligiam exhiberet & fidelitatẽ, iuraterque imperatori Antiochiam ingredi volenti non negare introitum, & ſic dominus imperator Alapiam, Cæſaream Cappadociæ, Amam, ad illam vrbes principi reſtituat: qui tandem his vrbibus contentus, ſine **C** difficultate domino imperatori reſtituat Antiochiam iure proprio poſſidendam: dominus verò imperator in recompenſationem exhibitæ fidelitatis principi concedat [quod ſi auctore domino cum contigerit Alapiam, Cæſaream, & omnem circuniacentem regionem ſibi acquirere, totum principi ſine moleſtia & minutione accreſcat & iure perpetuo ſibi & hæredibus ſuis, tamen in beneficio quod vulgo feudum dicitur tranquillè poſſideat] Sicque fœdere completo, pace plenius reformata imperator propter inſtantis hyemis improbitatem, cum ſuis exercitibus hyemandi gratia **D** in Ciliciam ſe contulit, promittens quod æſtare proximè futura, ciuitates prædictas auctore domino expugnatas principis poteſtati ſubiiciat.

Igitur tranſcurſis circa Ciliciam hybernis menſibus, imperator Cæſaream vrbem obſedit, atque eius cum ſuis exercitibus erectis ingentium machinis quatit mœnia non ſine habitantium ſtrage. Cùm autem imperialis exercitus viriliter ad impugnationem vrbis deſudaret princeps & comes Edeſſanus, remiſſius ſe habebant ludis & alea ſe oblectantes.

Quod imperator attendens, non modicum **E** indignatus, ab obſeſſis ciuibus non modicam ſumens pecunię quantitatem, ſoluta obſidione receſſit atque cum ſuis exercitibus Antiochiam eſt reuerſus.

Cumque aliquandiu ibi quieuiſſet, petiit à principe ciuitatis præſidium ſibi dari. Petiit præterea liberè dominium ciuitatis. Quod principi & aliis Latinis ibi habitantibus nimis durum videbatur, quod ſcilicet ciuitas tanto gentis noſtrę periculo acquiſita tantóque fęlicium principum ſanguine fidei Chriſtianæ reſtituta in manus effœminati Græcorum populi de- **F** ſcenderet ſicque res in arcto poſita erat.

Excitatur in ciuitate tumultus. cap. 4.

a Homologiam hominiũ Petrus Girardus l. 6 Sintagmatis cap. 15. & gallice homage dicit. eſt aut Iuramentum fidelitatis ideſt profeſſio eius quod homologus ſuo patrono præſtare debet vide eundem ibidem.

A.C. 1138 Cùm nouitas iſta diuulgata eſſet in populo, ſubitò tumultus ad ſydera tollitur, atque his rumoribus ciues accenſi contra Græcos per ciuitatem diſperſos inſurgunt multos vulnerant, nonnullos occidunt. Hoc ciuium ſtrepitu vehementer permotus imperator, conuocatis principe & primoribus ciuitatis, hæc ad illos verba habuit. Memini me vobiſcum de obtinenda ciuitate habuiſſe tractatum ex quo ſcandalum dicitur exortum in populo, vnde ex quo vobis ita durum & difficile videtur, quod petieram, ſententiam reuoco. Habetote ergo vobis vrbem. Sufficit imperio noſtro, quod verè noſtri fideles eſtis. Egredimini ergo & populum furentem compeſcite. Quòd ſi mora mea in ciuitate aliquatenus eſt ſuſpecta, cras authore domino egrediemur. Quod dictũ die ſequenti effectui mandauit. Nam vrbem egreſſus ſuper fluuium caſtrametari præcepit, tandem promiſſo firmiſſimè reditu cum ſuis legionibus ad propria eſt regreſſus.

Rex Hieroſolymorũ vltra Iordanem præſidium occupat c. 6.

Dum hæc circa Antiochiam geruntur, dominus Theodericus Flandrienſium comes, domini regis gener, cum bono comitatu Hieroſolymam applicuit, cuius aduentu lætus populus Chriſtianus, quoddam præſidium, quod trans Iordanẽ ſitũ erat, obſeſſum expugnauit.

Interea Sanguinus ſucceſſibus proſperis in immenſum elatus, regnũ Damaſcenorum ſibi occupare conſtituit. Quod intelligens Amardus illius regni procurator regis damaſcenorũ ſœdere inita cũ Domino rege, & populo Chriſtiano ſocietate ipsũ in ſuũ ſubſidiũ vocauit.

Quæ res poſtquam Sanguino eſt cognita timens duobus fortiſſimis exercitibus, qui iam contra eum conuenerant ſe non poſſe reſiſtere relicta obſidione cuiuſdam vrbis iam per eum facta, ad propria eſt reuerſus.

Paneas capitur c. 11.

Rex autem exercitu Damaſcenorum, ſicut in pactis cautum erat ciuitatẽ Paneadem obſedit, obſeſſamque fideliter à Damaſcenorum exercitu ad id opus adiutus, non poſt multum temporis ad deditionem compulit. Qua recepta temporalem iuriſdictionem domino Rainerio: cui erepta fuerat, reſtituit.

Anno Lotharij huius imperatoris 8. rex Angliæ Henricus moritur. Cui Stephanus ex ſorore nepos in regno ſuccedit, ſed magna regni parte mulctatus eſt. Nã filia regis Henrici Matildis, qui primo imperatori Henrico quinto nupſerat poſtea Gaufredo Andegauenſi comiti, Ludouici regis Francorum auxilio, ducatum Normanniæ occupauit, inſuper & illi magnas moleſtias in Anglia ſuſcitauit quem etiam poſtea bello victum cepit. Sed pro Roberto comite fratre ſuo, quem rex Stephanus captum tenebat, ipſum relaxauit. Ex his autem diſſenſionibus Anglia, fame & gladio principibus inter ſe diſcordantibus, attrita eſt.

Chunradus 3. rex Romanorum im. a. 12. m. 10. d. 26. A. C. 1139. de quo Otho Friſin. Robertus Ab. montis & Abb. vrſperg. Nauc. Gen. 38.

CAP. VIII.

Lothario imperatore rebus humanis exempto, Chunradus Henrici 5. nepos, qui ante ipſum imperium affectauerat communi principum

A voto ad gubernandum imperium aſſumitur A.C. 1138 anno domini. 1138. à mundi verò initio ſecundum breuiorem numerum quinquies 1101. ſecundum autem maiorem numerum ſexies 1348. Et imperauit annis 15. In huius tamen electione duce Saxoniæ, & Bauariæ dux Henricus qui cognominatus eſt ſuperbus, apud quẽ etiam inſignia imperialia [ſcilicet crux, lancea & corona] contumaciter detinebantur, non conſenſerunt: erat autem hic Henricus gener defuncti imperatoris, quare poſt eius mortem eadem ſibi inſignia vendicans ad imperium adſpirabat. Imperator autem præfixis omni-

B bus curiam generalem, ad quam venientes cũ imperatrice vidua [adhærentes ei Saxones] vxore Lotharij, ad pacem & gratiam imperatoris recepti ſunt Henrico excepto duce Bauariæ, qui venire contempſit. Hic Henricus in ſua contumacia perſeuerans, ab omnibus derelictus, quatuor ſolum comitatus ſocijs ſolus & in paupertate in Saxoniam occultè ſecedens modico interiecto tempore vitam finiuit.

Cùm autem imperator Chunradus mortuo Henrico præfato nullum iam in imperio contradictorem haberet nondum imperiali

C benedictione ſuſcepta in Alemannia plenius dominabatur. Quo tempore Rogerius Siculus quem iuuante Lothario a domino papa Innocentio 2. expulſum ſuprà diximus, quia fauebat antipapæ, rurſus coactis vndique militaribus copijs in Apuliam eſt reuerſus atque cum Rainone (aliàs Rameone) quem Innocentius Apuliæ præfecerat bello congreditur à quo ſuperatus iterum ex Apulia pellitur, ſed poſt modicum dictus Raino moritur. Quod cum innotuiſſet Rogerio ipſe iterum in Apuliam reuertitur, & mortuo duce abſque ſola prouincia

D bello in ſuam ditionem recepit, atque exterminatis inde nobilibus, qui ſibi ſe oppoſuerant, ſe Siciliæ regem nominare cœpit.

Princeps autem Capuanus Robertus, cũ iis quos Rogerius ex Apulia expulerat, in Alemanniam, ad Chunradum imperatorem ſe contulerunt illum ad tranſeundum in Italiam exhortantes. Sed alijs vrgentibus negotijs, tunc trãſire non potuit. Sed Innocentius papa vir magnanimus, magno collecto exercitu Romanis etiam nobilibus, ſecum ad negotium illud proficiſcentibus in Apuliam contra Rogerium profectus eſt. Qui cum ad quemdam locum

E veniſſet ac duces exercitus minus cautè ſe haberent à Rogerio circumuentus captus eſt. Sed cum Rogerius nimium reuerenter ad eum ſe habuiſſet Innocentius illum in gratiam accepit. Rogerius autem domino papæ Innocentio ac cęteris ſucceſſoribus eius iurata fidelitate, nomen regium tum in Sicilia, tum in Apulia authoritate apoſtolica impetrauit.

Rogerius igitur in immenſum exaltatus, cum nullum iam præter Chunradum imperatorem haberet obſtaculum Guelfonem bauariæ ducem Henrici ſuperbi fratrem pecunia

F ſua corruptum contra Chunradum in Alemannia concitauit. Qui magnis ea pecunia Siculorum regis Rogerij comparatis exercitibus, bella Chunrado imperatori intulit. Ad poſtremum ab eo prælio victus multos ex ſuis amiſit.

Multi

A.C.1140. Multi exiſtimant ab a iſto Guelfone A duce Bauariæ Guelphos appellatos: cuius peſtiferum nomen maximè in Italia inualuit. Peſtiferum dico, quantum ad ablatiuum vnitatis & pacis, ita vt nunquam inde potuerit extirpari. Nam quia hic Guelpho ſe imperatori oppoſuit, ij Italicorum populi, qui imperiale dominium in Italia detrectant, vſque in hodiernum diem Guelphi nuncupantur. Sed qui in Italia partem imperij fouent, quare Gibellini dicantur, nec ſcriptum reperi. Alij aliam cauſam aſſignant, vnde dicantur fautores eccleſię Guelphi & fautores imperij Gibellini. B

a Perniciosiſſima hæ duæ factiones à Friderico 2. paulò pòſt A.C.1180. diſſeminatæ in Italia fuerunt quibus nomina quoque aut ipſe aut ex ſuis Germanis aliqui indidere. verbo enim, quod certè germanicum eſt, ſtudioſos eccleſiæ Guelphos & imperatoriæ factionis Gibellinos placuit appellari. faciliterq; adducor vt credam Ptolomæo lucenſi epiſcopo, qui paulò pòſt ea tempora ſcripſit, ea infauſta rebus Italiæ nomina primum apud Piſtorium fuiſſe audita. quæ paulò pòſt omnem Italiã præter vnicam vrbem Venetam infecere. Blon.dec. 2. l.7. Taxatur ſubinde Fridericus 2. mala mente: qui Italiam in factiones diuiſit, vt ſciret, quinam ſuis partibus fauerent, quinam Pontifici. Cæſar autem præfuit Gibelandr Gibellinis: Pontificiis Guelphus, inde Guelphi. Geneb. vide etiam Nauci. Gen.38.

Continuatio belli ſacri. Conſtantinopolitanus imperator rurſus Antiochiæ inhiat.
Tyr. lib. 15. c. 19. A.C.1140.

§. I.

CIrca idem tempus Ioannes Conſtantinopolitanus imperator, rurſus potiundę Antiochiæ cupiditate ductus denuo magnis coactis copiis in Syriam deſcendit. Veniensque Antiochiam. Latinis habitatoribus contradicentibus minimè eſt admiſſus. Qui ex hoc magnam indignationem conceptus, in Ciliciam reuocauit exercitum, ſperans hyeme tranſcurſa circa Antiochiam etiam inuitis ciuibus aliquid obtinere.

Cùm autem ibi eſſet, circa veris initium, & ad venationem eſſet egreſſus cum in aprum ſagittam ex arcu emiſiſſet, ſeipſum in ea manu E qua arcum regebat, ſagitta grauiter vulnerauit. Erat autem ſagitta illa veneno intincta. Sumpto itaque ex tam leui cauſa mortis reſponſo, rediit ad caſtra. Sed recepta interius peſte veneni mortifera adhibita per medicos remedia parum profecerunt. Vnum tamen dicebant medici poſſe adhiberi remedium, ſi læſa manus, antequam reliquas corporis partes inficiat venenum præcidatur. Hoc vir magnanimus audiens conſtanter ſpreuit indignum eſſe aſſerens, vt vna manu tantum tam nobile regatur imperium. Hoc tamen magis ſuperbię F quam magnanimitati videtur adſcribendum.

Videns ergo imperator mortis ſibi imminere diſcrimen, Manuelem iuniorem ex filiis imperij declarauit hæredem quo facto præſenti functus eſt vita. Filius autem completus pro A voto in ea regione negotiis Conſtantinopolim A.C.1142. reuerſus eſt.

Ea tempeſtate accidit res toti Chriſtianitati valdè damnoſa. Nam cum dominus rex Hieroſolymitanus Fulco apud Acconenſem vrbẽ moram traheret, ac extra vrbem cauſa ſolatij perreaiſſet: caſu accedit, vt lepuſculus à canibus excitatus fugeret. Quem fugientem clamor vniuerſorum excitatus inſequitur. Rex autem equo inſidens, & inconſultè feſtinans accurrit. Sed equus in præceps agitur, corruensque in terram regem dedit præcipitem adeò B vt ſella caput regis totaliter conquaſſaretur ita vt cerebrum tam per nares, quam per aures emitteret. Igitur cum vniuerſorum gemitu ad ciuitatem relatus, triduo ſine ſenſu adhuc palpitans, vitam protraxit. Quarta verò die ſpiritum exhalauit. Anno domini 1142. Reliquit autem ex domina regina vxore ſua duos filios videlicet Balduinum primogenitum annorum quaſi quatuordecim: & Almaricum annorum ſeptem. Et ita intra vnum annum duo præclariſſimi principes, ſcilicet dominus Ioannes imperator Conſtantinopolitanus illuſtris, & C Fulco 4. Latinorum rex Hieroſolymorum inopinata morte defuncti ſunt.

Balduinus 3. Hieroſolymorum Rex 5. qualis
Tyr. lib. 16. cap. 1.

§. II.

DEfuncto Fulcone quarto rege Hieruſalem ſucceſſit ei filius in regno nomine D Balduinus, qui fuit adoleſcens optimę indolis. Poſtquam autem factus eſt vir, fuit corpore procerus, tantaque formæ cæteros præibat eminentia, vt ignaris etiam eximia quadam in eo refulgente dignitate, certum de ſe, id eſt de regia maieſtate daret indicium.

Affabilis erat, & miſericors multum, alieni minimè cupidus nec [eccleſiarum vexabat patrimoniũ, nec] opulentiis ſubiectorum more prodigi inſidiabatur. Quodque in ea ætate ſolet raro contingere erat etiam in ætate adoleſcentiæ Deum timens. De moribus eius & conuerſatione. cap. 2.

Fuit autem mediocriter literatus, libenterque cum ei vacaret incumbebat lectioni hiſto- E riarum præcipuè auditor antiquorum regum & antiquorum principum geſta moreſque diligenter inueſtigabat. Erat prætereà & laboris patiens, & in dubiis bellorum euentibus, more optimi principis maximè prouidus.

Eodem ipſo anno, Sanguinus vir ſceleratus & Turcorum inter orientales potentiſſimus, Edeſſam populis Latinis refertam obſidione vallauit. Sumpſerat enim occaſionem obſidionis dictæ vrbis ex abſentia comitis Iocellini comitis Edeſſani qui contra prædeceſſorũ ſuorum morem dimiſſa illius vrbis habitatione, circa Euphratem in caſtro quod dicitur Turbeſel propter loci vbertatem & amœnitatem morabatur deliciis vacans. Prædicta verò ciuitas. Chaldæos & Armenios imbelles viros habebat habitatores, qui ſolùm relicto armorum A.C.1132.

vſu

A.C.1140 vſu mercaturę vacabant, raroque Latinorum frequentabatur acceſſu, erat autem ſolis mercenariis tradita eius cura. Vacuam ergo eam reperiens Sanguinus, locatis in gyrum eius legionibus, crebris aſſultibus ciues inceſſanter affligens, requiem negabat obſeſſis. Comes verò Iocellinus hæc audiens, militares copias ſero euocat. Inſuper & Anthiochenum principem dominum ſuum monet, vt vna ſecum ad ſoluendam obſidionem ſe præparet. Sed ad regem Hieroſolymorum nuncius deſtinatus eſt, qui ab infidelibus vrbem obſeſſam nunciaret.

Sanguni* Edeſſam capit. ca. 5. Qui dum ª vtrique militares copias conuocant, vrbem præfatam violenter effractam expugnat Sanguinus nec ſexui nec ætati parcens cunctos fideles ibi repertos per ſuos infideles gladiis obtruncat, exceptis paucis, qui in præſidium ciuitatis ſe receperant. Sic igitur vrbs antiquiſſima, & nomini Christiano à tempore apoſtolorum deuota, & ab infidelium ſuperſtitionibus eruta ad manus infidelium deuenit.

Spe potiũdæ ciuitatis Boſtrẽſis rex in multas difficultates adducitur. cap. 8 9 & 10. A. C 1144. Eodem tempore Balduinus ob ſpem potiundæ cuiuſdam ciuitatis, quam quidam ex admirantis regis Damaſcenorum in malum domini ſui, cui ſe rebellauerat, reſignare volebat, cum maiori parte exercitus regni ſui profectum eſt. Sed occurrentibus ſibi Turcis, magna damna ſuorum paſſus eſt. Et cum vndique ab infidelibus Chriſtianorum vſque ad deſperationem vrgeretur exercitus, intantum vt quidam ex nobilibus domino regi ſecretius conſulerent quatenus aſſumpto ſibi viuificæ crucis ligno, & aſſumpto cuiuſdam nobilis viri equo, qui omnes alios velocitaté excedebat, ipſe ſolus ſuæ ſaluti conſuleret dictus rex & ſi infra annos pubertatis conſtitutus regia magnificentia conſilium illud contempſit dicens propriam ſe omnino ſpernere ſalutem, ſi tam Deo deuotus populus, caſu flebili deperiret.

Regis dictum magnificum.

ª *Paulò poſt hic Sanguinus dum ciuitatem quamdam Colozenbar nomine obſideret tractante & diſponente prauitſta vrbis Domino nocte vna vino aſtnans, & præ nimia crapula ſupinus iacens, a ſuis familiaribus gladiis confoditur. De quo quidam noſtrorum nunciato eius interitu ſic ait:*

Quam bonus euentus, fit ſanguine ſanguinolentus
Vir homicida reus, nomine Sanguineus. Tyr. l. 16. c. 7.

Noua in Syriam Latinorum expeditio. Tyr. lib. 16. cap. 18. A.C. 1145.

§. III.

Capta igitur vrbe Edeſſana, letalis rumor, mœrore plenus vniuerſum occupat occidentem. Diuulgatum enim erat, quod impia gens Turcorum Chriſtianorum vrbes & municipia depopularetur, populumque Chriſtianum crebris inuaſionibus affligeret. Dominus quoque Eugenius tertius, qui tunc erat pontifex ſummus paternam gerens pro ſuorum orientalium filiorum afflictione ſollicitudinem A.C. 1144. viros religioſos ad diuerſas occidentis partes dirigit qui principibus, populis, & nationibus Chriſtianorum orientalium preſſuras denuncient. Inter quos vir immortalis memoriæ beatus Bernardus Claræuallenſis abbas, ad prædictam Deo placiti muneris executionem eligitur. Qui impiger & indefeſſus, licet corporis eſſet inualidi, regna circuiuit, vbique euangelizans verbum Dei, afflictionem populi Chriſtiani, qui eſt in oriente diligenter aperit vbi in vrbe Spirenſium, tantus erat concurſus populi ad eum audiendum & venerandum, vt imperator Chunradus ibi adſtans, ne populus eum conculcaret, ipſum manibus ſuis de eccleſia aſportaret.

Hæc eo diſſerente affuit tam nobilium quam plebis fauor gratuitus, qui exortationibus ſpontaneum præbentes aſſenſum iter verſus Hieruſalem compromittunt. Illuſtres præterea viri dominus Chunradus Romanorum imperator & dominus Ludouicus rex ª Francorum cum multis vtriuſque populi principibus, cum omni deuotione veſtimentis ſuis ſignum crucis imprimunt ſalutare.

ª C... Im... præcedens Con... ne... petiu... ...a 9.

Compoſito igitur regnorum ſuorum ſtatu & paratis ad iter neceſſariis, menſe Maij iter arripiunt. Segregatim igitur propoſuerunt incedere, ea videlicet ratione ne populis inter ſe diſſentientibus orirentur contentiones, & vt commodius vitæ neceſſaria ſibi prouidere valerent. Tranſcurſis igitur Bauaria & Auſtria ac Vngarorum finibus & emenſa vtraque Pannonia Thraciam attigerunt. Ad vrbem dominam regiam .i. Conſtantinopolim peruenit Chunradus imperator cum ſuis. Qui ab Manuele imperatore Græcorum magnificè ſuſceptus eſt. Data autem exercitibus aliquali quiete, tranſito Helleſponto cum ſuis legionibus in Syriam venit.

Soldanus ... dat.

Interea Soldanus Iconij vir inter Turcos potentiſſimus, audito tantorum principum aduentu, ex vltimis orientis finibus infinitas armatorum copias conuocauit. Audierat enim à ſæculis inauditam multitudinem aduenire. Et verè ſic erat. Nã vt cõſtanter aſſerunt ij qui fuerũt in prædicta expeditione preſentes in ſolo domini imperatoris comitatu ſuluiſſe equitum loricatorum erant ad ſeptuaginta millia abſque peditum copiis. Quorum non minor numerus fuerat in comitatu regis Francorum Ludouici. Quibus ſi fuiſſet propitia domini gratia non ſolum Soldanum Iconij, qui potentiſſimus erat, verum vniuerſas orientis prouincias nomini Chriſtiano faciliter ſubiugaſ-

Numerus ſacrorum ...

ª *Rex Ludouicus iunior ſeu ſeptimus dictus, quod expugnato i s Toriaco (quod oppidum ſub ditione Bleſenſium erat) in ade principe ad mille quingentos puberes improperiſque incendit ingenti mœrore atque dolore correptus ſceleris huius expiandi cauſa D. Ber. ſuaſore & impulſore ſacram peram ac ſcipionem manu, & in infideles arma ſumpſit militauitque annum integrum in Chriſti regno conſumpſit. Contin. Sig. Æmyl. l. 5. vide infra §. 6.*

ſent

A.C.1146 ſent. a Sed eorum, ex occulto iuſto tamen iudicio, ſpreuit famulatum Deus nec acceptum habuit munus, quod indignis fortaſſe manibus offerebatur.

Interea dominus imperator in Lycaoniam cuius metropolis eſt Iconium peruenit. Tradiderat autem dominus imperator Conſtantinopolitanus domino Chunrado imperatori Romanorum petenti, viæ duces locorum peritos. Qui innata vſi malitia, & conſueto in noſtros odio ducti, ſiue de mandato domini ſui ſiue infidelium corrupti pecunia ſtudioſè cœperunt per deuia Theutonicorum trahere legiones.

Viç duces perfidi exercitum relinquũt. cap. 21.

Cumque vbi ceperant imperatoris deduxiſſent exercitum præ laſſitudine noſtris dormitantibus intempeſtæ noctis ſilentio, clã relictis domini imperatoris caſtris diffugerunt populo ſine duce relicto. Relata demum luce nũ ſunt inuenti, qui de conſuetudine præirent agmina. Quod cum perpendiſſet imperator, congregatis principibus ſuis conſulebat, illos quid facto opus eſſet, aliis redeundum aliis procedendum eſſe conſulentibus. Dumque ſic locorum ignari, & pro alimentorum defectu ſolliciti fluctuarent nunciatur in vicino non longè conſiſtere infidelium acies. Erat autem in ſolitudine ſterili conſtitutus exercitus ſicut ſtudioſè à prædictis ſeductoribus fuerat introductus. Dicebaturque publicè nec à veriſimili multum abhorrebat, quod de conſcientia & mandato imperatoris Conſtantinopolitani inuidentis profectibus Latinorum conſtructa, fuerant hæc periculoſa molimina. Suſpectum enim ſemper, & habuiſſe & habere Græci dicuntur Latinorum & maximè Theutonicorũ tanquam imperium æmulãtium conualeſcere dominium, eo quòd eorum rex imperatorem Romanorum, & auguſtum ſe nominet. In hoc enim nimium ſuo exiſtimant detrahi imperatori, quem ipſi μοναρχῆν. i. ſingulariter principari omnibus dicunt, tanquam Romanorum vnicum & ſolum imperatorem.

Græci odio latinos & maximè Theutonicorũ labo rant.

Sic igitur dum fame, labore, & locorum ignorantia laboraret fidelium exercitus ſubitò Turcorum acies ſupra imperatoris caſtra irruunt, Noſtri autem quamuis in principio ſubitò illorum aduentu ſtupefacti trepidaſſent attamen vtcumque recollectis animis, prout locus permittebat & tempus, viriliter reſiſtebant. Ad poſtremũ fame & laſſitudine attriti iam deficere incipiebant. Sic ergo in gyrum ab infidelibus fidelium vallatus exercitus, telorũ & ſagittarum immiſſionibus anxiè nimis, & vſque ad mortem premebatur, nec dabatur referendi vicem, & cum hoſtibus conferendi copia. Quoties enim in hoſtes, fidelium acies impetus facere nitebantur, illi diſſolutis agminibus noſtrorum eludentes conatus, ad diuerſa ferebant. Iterum noſtris in caſtra ſe recipientibus illi agmina reuocantes ſua noſtrum cingebant exercitum, & inſtantes, acrius quaſi obſeſſis requiem negabant. Factum eſt ergo occulto Dei iudicio, ſed iuſto, quod omnis illa A.C.1147 principũ virtus, quę armis virib. animis, & numero videbatur incomparabilis, ſubitò contrita corruerit, ita vt vix illius veſtigia glorię, & tantarum vix ſupereſſet reſiduum copiarum. Nam de ſeptuaginta millibus hominum armatorum militum, & de tanta pedeſtrium turmarum manu quorum numerus erat infinitus, vix (vt aſſeruut, qui fuerunt præſentes) decima pars euaſit aliis aut occiſis gladio, aut vinculis hoſtium alligatis. Euaſit autem Deo volente imperator cum paucis ex principibus ſuis, qui licet cum difficultate nimia poſt dies aliquot in partes Nicεæ ſe contulit. Hoſtes verò victoria potiti, onuſti ſpoliis, gaza multiplici locupletiores facti, equis & armis vſque ad nauſeam ditati ſunt regis Francorum aduentum auide expectantes, qui ad eaſdem prope partes aduenitſſe dicebatur, huic tamen tanto negotio Soldanus Iconij non interfuit. Sed quidam nobilis primicerius militiæ ſuæ dictus Paramum hanc plagam domino permittente exercuit contra ipſum. Accidit autem hoc anno domini 1146. menſe Nouembri.

Hi autem filij Belial, qui ab imperatore Grecorum noſtris viarum ac itinerum duces dati fuerãt vt peccatũ peccato adderẽ, ad regis Frãcorum, qui in proximo dicebatur eſſe propera uerunt exercitũ, mentientes dominum imperatorem eorum fretum ducatu omnia proſperè egiſſe, & Iconio violenter expugnato de hoſtibus triumphaſſe.

Improbi illi viæ duces regem Francorũ aggrediuntur circumuenire. c. 22.

Rex Francorum clade intellecta cum imperatore colloquitur. cap. 23.

§ IIII.

INterea rex Francię Lodouicus, pene eiſdẽ ſubſecutus veſtigiis, cum ſuo exercitu venit Conſtantinopolim, vbi modico tempore moram trahens tranſito Helleſponto in Bithyniam deſcendit, vbi de domino imperatore Chunrado, qui eum præceſſerat, diligentius inquiſiuit. Cui veraciter ſignificatum eſt, ipſum imperatorem amiſiſſe in bello exercitum ſuum, & cum paucis principibus euaſiſſe. Primo igitur ſermo dubius, & ſine certo auctore ortus eſt: ſed proceſſu temporis factus eſt certior. Nam modico interiecto interuallo Fredericus dux Sueuorum imperatoris ex fratre nepos, qui ex illa ſtrage euaſerat, ad exercitum regis Francorum properans venit. A quo quę ſiniſtra euenerant, plenius & certius cognouit. Igitur motis caſtris rex Ludouicus, ad locum in quo imperator caſtrametatus fuerat peruenit, vbi familiaribus vſi colloquiis, ordinant ſimul iunctis agminibus proficiſci.

Chunrad' expeditionem ſanctam relinquit.

Sed cum Epheſum Aſiæ minoris metropolim perueniſſent imperator, ſeu quia cum paucioribus erat, qui multo plures prius ſecum habuerat, verecundiam non ſuſtinens, aut Francorum faſtum non ferens ſuis per terram remiſſis ipſe nauigio Conſtantinopolim reuerſus eſt, vbi vſque ad veris initium moram

cum

---

a Hoc vnum proſper ceſſit in vniuerſo opere quod peregrinus exercitus Liſbonam in Portugalia à Saracenis cepere, & eam Portugalenſi regi vindicarit. Helmol. in Chron. Slauorum. cap. 62.

A.C.1146 cum ſuis principibus fecit. Interea rex Francorum per aliquot dies Epheſi commoratus, iterum iter aggreſſus eſt ad vada Meandri fluminis veniens. Hic primum Francis hoſtes iuxta eorum deſiderium intueri datum eſt. Quibus viſis, rex cum ſuis inuitis hoſtibus flumine tranſmiſſo, in eos viriliter irruit multiſque occiſis atque captis, reliquos in fugam conuerterunt. Quos vſque ad illorum caſtra perſecuti, etiam caſtra ipſa expugnarunt. Habita itaque huiuſmodi victoria, & de hoſtium manubiis atque præda facti lætiores rurſum mane viam continuantes ad iter ſe accingunt.

Francorum de hoſtib. victoria.

Cumque iam aliquantulum proceſſiſſent, is qui de more cum vexillo regio cæteris anteibat ad montem quemdam peruenit: vbi ordinatum fuerat ab ipſo mane illa nocte ibi caſtrametari. Sed cùm quibuſdam ex maioribus qui præcedebant videretur, quod paruum die illa proceſſiſſet exercitus vexillum cœpit vltra proficiſci. Ij autem qui ſequebantur, cum iam non longè ab ipſo monte ſe eſſe viderent exiſtimantes, vt ordinatum fuerat, ibi caſtra eſſe conſtituta, lente nimis incedere cœperunt. Et ita quibuſdam montem tranſgreſſis, quibuſdã verò circa montem adhuc moram facientibus Francorum eſt diuiſus exercitus. Quod videntes infidelium legiones, quæ ex latere exercitum ſequebantur, ſumpta occaſione tum ex locorum anguſtiis, tum quia militum robuſtior portio ab exercitu erat ſeparata, ſubito aciebus inſtructis irruunt in noſtros, & antequam arma corripere poſſent acies Francorum ibidem præſentes diſſoluunt. Et quamuis Chriſtianis obeſſent locorum anguſtiæ, aliquandiu tamen viriliter reſiſtunt pugnaturque diu marte ancipiti & euentu dubio. Verum in fine peccatis noſtris exigentibus infidelium præualuit numerus, & Chriſtianorum vſque ad modicum numerum eſt redactus exercitus. Occubuerunt itaque die illa viri nobiles, & illuſtres multi valdè quorum nomina ſcripta in libro vitæ eſſe dubitat nullus [Occidit illa die, noſtris infauſto & caſu nimis aduerſo, Francorum gloria, & virtus gentibus hactenus formidabilis contrita corruit immundis, & Deum neſcientibus quibus prius terrori fuerat, facta nunc ludibrio] Quid eſt benedicte domine Ieſu, quod populus iſte tibi tam deuotus, pedum tuorum adorare volens veſtigia, loca venerabilia, quæ tua corporali præſentia conſecraſti, per manus eorũ, qui te oderũt ruinã paſſus eſt? Verè domine iudicia tua abyſſus multa, & nõ eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati.

Franci in ſe le diuiſi cæduntur. ca. 25

Pia ad Chriſtum ſuper hac clade conqueſtio.

Pſalm 35.

Eſt 13.

Rex vero Francorum caſu Deo volente ex tanto eruens periculo, prædicti montis verticem aſcendens, cum ſummo periculo intempeſtę noctis ſilentio, ad locum, in quo præcedentes caſtrametati fuerant, ſe contulit. Cœpit ea die panis, & omnis ciborum alimonia in caſtris deficere. Et (quod deterius erat) ſine duce, ſine præambulo huc atque illuc vagabantur errabondi. Tandem cum multa difficultate ad vrbem quę Attalia nunc dicitur, peruenerunt quę vtique ciuitas in littore maris ſita eſt, & erat tunc ſub ditione imperatoris Græcorum. Quo in loco ipſe cum reliquis pedeſtribus copiis, cum ſuis principibus nauigio ad portum

Rex diu nitus conat di & ac ſuos peruenit. ca. 26

A ſancti Simeonis peruenit: qui decem vel duodecim milliaribus ab Antiochia diſtat. Quo in loco manſit quouſque reliquus eius exercitus qui cum terra ſequebatur, ad eum perueniret. A.C.1147.

Princeps autem Antiochenus Raimundus, ante regis aduentum totius regionis conuocatis nobilibus illi occurrens, eum cum ſua cumitiua intra Antiochiam magnificentiſſime introduxit. Conceperat enim ſpem multam diu ante audito eius aduentu, quòd per eius auxilium Antiochenum principatum poſſet ampliare. Igitur poſt aliquot dies

Raimundus princeps Antiochiæ regem deducit. ca. [illegible]

B eum conueniens, iuxta id, quod mente conceperat eius petit auxilium, vt ſcilicet vrbes finitimas Alapiam, Cęſaream, Aman, aliaſque nonnullas eius adiutus copiis ſibi poſſet ſubiugare. Sed vbi vidit ſe non proficere, cum rex verſus Hieroſolymam irreuocabiliter iter propoſuiſſet ſpe fruſtratus mutato ſtudio, regis vias abhominari cœpit, & in læſionem eius armari. Quod poſtquam regi compertum eſt molimina principis præueniens de ſuorum conſilio magnatum iter accelerans, vrbe Antiochena clam egreſſus eſt. Fuerunt qui regi Francorum

Re[illegible] An[illegible]

C ad nimiam malitiam imputarent, quod tanti viri, & de ſe ita benemeriti preces non admiſerit cum facile vnam, ſiue plures de prænominatis vrbibus, ſi ad id rex dare voluiſſet operã obtinere potuiſſet.

Interea dominus imperator, tranſcurſa hyeme apud vrbem regiam, claſſe, quam dominus Conſtantinopolitanus eidem parari fecerat, vectus cum ſuis portum attigit Achonenſem. Inde verſus Hieroſolymam proficiſcens, à domino rege & vniuerſo clero, & populo in ſanctam introductus eſt ciuitatem. Applicuit quoque iiſdem diebus [in portum Achonenſem]

D dominus Alphonſus, comes Toloſanus [Anſonſus nomine] domini Raimundi ſenioris filius, qui antequam Hieroſolymam perueniret, apud Cęſaream maritimam vrbem (vt dicitur) intoxicato veneno vitam finiuit, authore tanti ſceleris incerto. Cuius inclyti viri vniuerſus regni populus, cum gaudio poſtulabant aduentum ſperans quòd multa regno eſſet allaturus.

Nunciatur interea regem Francorum Hieroſolymis appropinquare, quare rex de communi omnium concilio, miſit illi obuiam dominum patriarcham. Perueniens ergo vniuerſo ei populo occurrente, in vrbem deductus

[illegible] ex [illegible] prop[illegible] cap. 28.

E eſt, & ad loca venerabilia ductus. Poſt dies autem aliquot apud vrbem Achonenſem indicitur curia generalis, vt de fructu tantæ peregrinationis, & tantorum fine laborum, & de regni Hieroſolymitani deſiderato incremento tractaretur.

Interfuerunt autem dictæ curiæ dominus Chuoradus Romanorum imperator Ludouicus rex Francorum, Balduinus rex Hieroſolymitanus cum multis aliis principibus, & baronibus dictorum regnorum. Conuenientes igitur in vnum tractare cœperunt quid optimũ

F mũ & magis expediens videretur [quod primũ auctore Domino] ad Chriſtiani nominis gloriam & regni incrementum attentare.

Ad poſtremum autem de communi omnium concilio & voluntate viſum eſt expeditius Damaſcenorum vrbem noſtris populis

A.C.1147 in oriente damnoſam obſidere. Vnde firmato circa hoc conſilio voce præconis præcipitur, quatenus die ſtatuta omnes ſint parati copias ſuas ad partes illas dirigere.

Iter verſus Damaſcum noſtri ſuſcipiunt. ibid.

§. V.

MEnſe igitur Maio die 25. menſis, annò ab incarnatione domini 1147. congregati prædicti Deo amabiles reges, præmio dominicæ crucis ſalutari ligno, vnà cum ſuis expeditionibus aggreſſi iter, & tranſcurſo famoſiſſimo monte Libano, qui medius inter Cæſareã Phillippi, & Damaſcum interiacet in agrum deſcenderunt Damaſcenum in locum, cui Daria nomen eſt. Quo in loco ſtrictis aciebus vrbi appropinquabant.

Damaſci pomeria à noſtris occupantur. cap. 3 & 4

Habet autem ciuitas Damaſcena à ſeptemtrionali parte & occidentali vnde Chriſtianorum erat acceſſus pomeria quaſi infinita, ita vt vltra quatuor aut quinque milliaria verſus Libanum protendebantur quæ vndique diuiſim clauſa ſunt muro licet luteo. Sunt autem hæc pomeria vrbi pro ſummo munimine. Igitur prima die rege Hieruſalem cum ſuis præcedente, non ſine difficultate, & periculo dicta pomeria obtinuerunt. Obtentis igitur pomeriis, ac moltis hoſtibus tranſito fluuio, qui inter pomeria & vrbem fluebat, ſecus vrbem liberè caſtrametantur.

Attoniti ergo ciues tanto numero & virtute, de viribus ſuis cœperunt diffidere. Habita itaque inter ſe deliberatione, vſi ea, quæ in ſeris rebus ſolet eſſe ſolertia, & ad vltima recurrentes argumenta omnes vicos ciuitatis ex ea parte, qua Chriſtianus populus caſtra locauerat, magnis contexuerunt trabibus in eo ſolo ſpem habentes vt dum Chriſtiani circa effringenda ciuitatis mœnia laborarent, ipſi per partem oppoſitam fugientes egrederentur. Videbatur ſatis in expedito, ſi propitia fuiſſet nobis diuinitas, quòd in proximo vrbem illam nobiliſſimam obtenturus eſſet populus Chriſtianus. Sed aliter viſum eſt ei, qui terribilis eſt in conſiliis ſuper filios hominum. (Pſalm. 65.) Nam dum ciuitas in arcto eſſet conſtituta, nec eius ciues reſiſtendi ſpem aliquam haberent, cœperunt de noſtrorum præſumere cupiditate, & aliquibus ex orientalibus principibus infinitam pecuniæ quantitatem promiſerunt ſi eorum ſtudio obſidio ſolueretur. a Qui pecunia ſeducti, in id ſceleris deſcenderunt, vt regibus & peregrinis principibus de eorum induſtria confidentibus, perſuaderent vt relictis pomeriis in oppoſitam ciuitatis partem transferrét expeditiones, aſſerentes ibi ciuitatis murum eſſe debilem. A.C.1148. Crediderunt ergo tam reges, quam reliqui principes, & loca quæ prius cum multa eorum ſtrage occupauerant deſerentes, in oppoſitam ciuitatis partem, ſuas transferunt legiones, vbi videntes ſe ab aquarum commoditate longè poſitos, & penitus iam deficere alimenta, dolum interueniſſe, & malitioſè à locis vberibus ſe tranſlatos ſero conqueruntur.

Principes fraude cognita obſidionẽ relinquũt. cap. 6.

Quid ergo faciant dubij ſecretò, & in publico deliberant, & redeundum eſſe decernunt, fraudes eorum, qui eos ſeduxerant, deteſtantes. Sic ergo ille glorioſus exercitus, confuſione indutus, infecto negotio redire compulſus eſt Hieroſolymam. Et occidentales principes poſtquam ad eorum regiones eis datum eſt reuerti ſuſceptarum memores iniuriarũ, orientalium principum nominati ſunt malitiam.

Pro ſummo autem recitatur miraculo quod poſtmodum tota illa malè accepta pecunia, reperta eſt falſa & penitus inutilis. Reuerſis itaque eis Hieroſolymam, iterum conuocato principum cœtu fuerunt qui ſuggererent, circa Aſcalonam, quæ adhuc detinebatur à populo infideli, obſidionem eſſe ponendam. Sed poſt multa verba dictus conceptus aborſum paſſus eſt.

Chonradus reuertitur rege remanente. cap. 8.

Videns ergo vir illuſtris dominus Chonradus imperator, quòd illi ſuam gratiam ſubtraxerat dominus parato nauigio ad occidentales partes imperij eſt reuerſus. Dominus verò Ludouicus rex Francorum, peracto in regno Hieroſolymitano vnius anni circulo, cum vxore ſua, quam ſecum duxerat, & cæteris principibus in regnum proprium rediit.

Ab ea igitur die cœpit Latinorum orientalium manifeſtè deterior fieri conditio. Nam quorum ſola nomina prius hoſtibus fidei erãt formidini, etiam nunc præſentiam tantorum principum ſine damno deſpexerant vnde in tantam præſumptionem elati ſunt vt iam de cætero nec eorum vires haberent ſuſpectas, nec noſtris inſtare acerbius vererentur.

Noradinus Antiochiæ fines ingreditur. ca. 9. A.C. 1148.

§. VI.

ITaque poſt dictorum principum receſſum, Noradinus Sanguini filius, cum infinita ſuorum manu circa partes Antiochenas proteruius deſæuire cœpit. Quod poſtquam principi Raimundo innotuit, ſicuti homo impetuoſus erat & præceps non expectatis, quos ad ſui euocauerat auxilium cum paucis ad partes illas accelerat. Quò poſtquam peruenit, & hoſtium vidit multitudinem cœpit (licet ſero) diffidens dubitare. Attamen acies inſtruxit, atque longè & numero & viribus impar præliũ cum hoſtibus commiſit. Sed ij qui cum principe erant hoſtium vires non ferentes in fugã verſi ſunt. Princeps verò ſicut homo ſtrenuus erat

a Ob quam cauſam hi orientales Latinorum principes tantum ſint moliti proditionem refert ex Tyr. c. 7. Aemilius his verbis Latini vrbem pro capta habebant. De imperio eius ambigebatur Theodericus Flandriæ comes, vt illa ſibi attribueretur, orabat. Franci, Germani, Italiq; eam illi propalam deſtinabant. Id ægerrimè ferebant, qui Latinorum in Syria bellando conſenuerant, præmia veteranorum ducum, nobili quidem domo, ac forti, ſed nouo in Syria homini dari: ſatius eſſe in præſentia non recipi Damaſcum, quam Latinos hos recentes, qui religionis ſpecie cum barbaris breui temporũ ſpacio bella gerant fructum percipere rerum multis annis geſtarum. Hæc ille. Mali igitur huius labes ambitio & auaritia fuere quæ in præceps oĩa ruere faciũt.

A.C.1148. A erat viriliter decertans in media hostium strage, quam ipſe cædendo exercuerat, fatigatus gladiis confoſſus interiit. Ceciderunt autem cum eo multi nobiles.

Noradini ſeuitia & iactantia. cap. 10.

Noradinus autem hac potitus victoria, ac principis corpore recepto caput cum dextro brachio à cętero corpore diuidi præcepit, & in ſignum victoriæ ad Caliphum Baldacēſem, & alios Turcorum ſatrapas in orientem direxit. Occiſus eſt autem princeps anno ab incarnatione domini 1148.

Comes etiam Edeſſanus, qui ex eo bello euaſerat, cum ad propria remearet, in via B inſidiantibus hoſtibus captus eſt, atque Alapiam deductus ſquallorem carceris diu ferens, poſt modicum tempus miſerabiliter vitam finiuit. Poſt cuius mortem vxor eius mulier prudentiſſima, regionis præſidia quantum potuit, munire ac defendere ſatagebat.

Imperatori poſtulāti Edeſſanus comitatus aſſignatur c.16 A.C.1149.

Interea imperator Conſtantinopolitanus audiens illarum partium quæ ſuæ ditionis fuerant, deſolationem vnum de principibus ſuis cum infinitis theſauris, & non modica militia ad prædictas partes direxit, offerens comitiſſę & liberis eius annuos quoſdam reditus, ſi præ C ſidia, quæ perpes ſe remanſerant eius imperio concedere vellet. Promittebat inſuper, quod illam à Turcorum incurſionibus conſeruaret. Inſuper & illa quę amiſſa erant ſuo imperio reſtitueret. In quam ſententiam etiam dominus rex Hieroſolymitanus, qui tunc in partibus illis erat condeſcendebat, licet non multum præſumeret, quod Græcorum viribus in eo ſtatu prouincia conſeruari poſſet. Perfectis igitur omnibus ſecundum quod in pactis cautum erat atque oppidis omnibus Græcis reſi- D gnatis, dominus rex Hieroſolymitanus aſſūpta ſecum domina comitiſſa cum liberis ſuis & omnibus aliis Latinis exire volentibus Antiochiam egreſſus eſt.

Noradini comitatu illo potitur ca.17. A.C 1150.

Noradinus autem Turcorum dominus potentiſſimus, videns terram Latinorum auxilio deſtitutam, de Græcorum mollitie pręſumentes, immiſſis exercitibus intra annum vniuerſam occupauit regionem. Sic ergo prouincia opulentiſſima, in qua quingenti equites habebant ſufficientiam [habebant beneficia] in manus infidelium deuenit.

Eodem anno, qui fuit ab incarnatione domini 1151. comes Tripolitanus Raimundus iu- E nior, in Tripoli ciuitate ſua ab Aſſiſinis occiſus eſt.

Tripolitanus comes occiditur. cap 19. A.C.1151. Turci Hieroſolymā obſident ſed à noſtris repelluntur. ca 20 A C 1152.

Sequenti verò anno quidam Turcorum potentiſſimi, duo ſcilicet Germani fratres, quorum ſancta ciuitas antequam à Chriſtianis liberaretur dicitur fuiſſe hæreditas, congregata infinita Turcorum multitudine, verſus Hieroſalem proficiſcuntur, venienteſque non longè ab vrbe, in ipſo Oliueti monte caſtra poſuerunt. Quod audientes, qui in vrbe erant, inuocato de ſupernis auxilio, correptis armis aduenientes viriliter inuadunt, ac ſuper illos irruen F tes ſtragem maximam operantur, & illos in fugam verſos vſque ad Iordanem cędendo noſtri inſequuntur. Sicque confuſione & irreuerentia induti ij duo Germani ad propria ſunt reuerſi. Dicuntur illa die ex eis cæſa ad quinque millia.

Imperante Chunrado Ludouicus rex Fran- A corum cepit Vitriacum caſtrum comitis Theobaldi, vbi igne cōbuſta eſt eccleſia in qua mille ducenti perſonæ diuerſi ſexus crematæ ſunt: vnde quidam putauerunt Ludouicum huius peccati conſcientia ductum peregrinationem vltra marinam aſſumpſiſſe. Qua etiam tempeſtate Audebertus, Marchiæ comes vnici filij morte turbatus terram ſua Henrico regi vendidit. Nā legimus, quòd huius filius, a quodam milite quem proditoriè occiderat, ſubitò multis videntibus viuus ſublatus nuſquam comparuit. Vnde eternus pater, cruce aſſumpta in Hie- B roſalem profectus eſt, ac ibidem vitam finiuit. cuius terram Gaufredus & Hugo de Luſinanni ſe hæredes aſſerentes repetunt, & tandem eam obtinent.

A.C 1149

Inſuper eo tempore cum Lodouicus rex Francorum, ex Syria in Galliam nauigio rediret, caſu Gręcorum naues incurrit qui ab eis captus eſt. Ei enim imperatori Curſolium obſidenti præſentandus ducereturi Georgius Rogerij Siculi regis dux claſſis, Conſtantinopoli cum claſſe rediens illos aggreditur. Siquidem vaſtatis & diſſipatis Græcorum prouinciis, vſ- C que ad ipſam vrbē Cōſtantinopolim accedās ſagittas aureas in palatium imperatoris iecerat. Et ſuburbanis vrbis incenſis, de fructibus hortorum imperatoris poma violenter abſtulerat. Vnde rediens naues Græcorum incurrit, quibus in poteſtatem redactis regem Francorum Ludouicum eripuit, ſed captos ad regis petitionem dimiſit.

Rediens autem Ludouicus in Franciam zeloty piæ ſpiritu ductus, mota conſanguinitate vxorem ſuam repudiauit: quam contra eius voluntatem Henricus Normannorum dux videlicet filius Gaufredi Andegauenſis comitis & D Matildis prædictæ vxorem duxit. Et ex hac cauſa ducatum Aquitaniæ ea vice rex Francorum amiſit. Hæc fuit prima vxor regis Ludouici, filia ſenioris comitis Pictauenſis qui apud ſanctum Iacobum deceſſit. Legitur enim, quod cum rex Ludouicus hanc ſecum vltra mare duxiſſet audiuit eam munera recepiſſe. Vnde poſt reditum ſuum in Franciam, non ſolum ob cauſam prædictam, ſed etiam ob ipſius mol[illegible] incontinentiam voluit eam repudiare. Re[illegible] enim Helinandus monachus, quod hę non ſicut regina, ſed proc ſicut meretrix ſe gerebat.

ob [illegible] A[illegible]

E Eodem anno qui fuit incarnationis dominicæ 1153. Chunradus rex Theutonicorum moritur. Qui cū quindecim annis regnaſſet a Benedictionem tamen imperialem à domino papa nō recepit. Quo anno Eugenius papa, qui ex Galliis Romam reuerſus fuerat, & cum ſummo honore, & gaudio à populo Romano ſ[illegible]c prius fuerat etiam migrauit ad dominum. Cui in papatu eodem anno ſubſtitutus eſt Anaſtaſius natione Romanus. Quo intra annum de- Vide. F functo ſucceſſit Adrianus natione Anglicus. Qui ſedit annis quatuor, nouem menſibus, diebus ſeptem.

a Hac ſtrat al Onupl & aliis hic Chunradus imperator minime dicatur, & inter imperatores nullum numerum obtineat.

De

A.C.1152. De Friderico primo imperatore, de variis geſtis per reges Hieruſalem, & eius amiſſione, de bellis inter regem Franciæ & Angliæ & Henrico imperatore ſexto &c.

Fridericus Barbaruſſa alias Ahenobardus 10. occidentis imperator imp. an. 37. m. 3. d. 7. A.C. 1152. de quo Otho Friſ. Radericus friſ. Robertus Abbas montis & Abbas vſperg. Cuſpini & alij.

CAP. IX.

POſt mortem Chunradi tertij imperatoris, factus eſt imperator Fridericus dux Sueuorum huius nominis primus præfati Chunradi ex fratre nepos. Hic vocatus eſt Barbaruſſa. Et cũ electores imperij non concordarent, committentes voces ſuas in eum ipſe ſe elegit imperatorem. Hic Romam adueniens, fecit Tybor ciuitatem deſolatam reædificare, ſed Spoletũ deſtruxit. Cœpit autem imperare anno domini 1153. ab initio mundi quinquies milleſimo 116. ſecundum aliam computationem ſexies milleſimo 363. Et imperauit annis 36. Hic multa mala fecit eccleſiæ. Et cum quaſi per annũ in Alemannia regnaſſet cum innumerabili ſuo exercitu deſcendit in Italiam, vt imperialem benedictionem obtineret, & verſus Romam iter ſuum direxit. Huius tamen aduentus papæ Hadriano, qui tunc Romæ erat valdè ſuſpectus erat. Attamen ante eius aduentum, D pax & concordia inter eos fuit, vnde imperiali fauore à clero & populo Romano eſt ſuſceptus 6. Cal. Iulij in eccleſia ſancti Pauli ſolenniter coronatus eſt ab Adriano. Poſt triduum autem papa, vnà cum imperatore Friderico exiſtente ſub ciuitate Tyburtina, in loco, qui dicitur Pons Lucanus in die apoſtolorum Petri & Pauli ſolenne feſtum celebratum eſt. In qua ſolennitate iſte ſummi præſulatus habens inſignia, hic imperiali decorat ſchemate, in feſto apoſtolorum intra vrbem proceſſerunt laureati, at poſt feſti conſummationem eis in bona E pace ab inuicem diuiſis dominus imperator ad partes properauit Anchonitanas.

Fridericus ab Adriano 4 coronatur A.C. 1155. 14. Kal. Iu. Onuph.

His diebus inter dominum Adrianum papam, & dominum Guilhelmum regem Siciliæ quibuſdam ex cauſis graues inimicitiæ ſunt exortæ adeò vt dominus papa ſententiam excommunicationis contra eum iacularetur. Quare rex Guilhelmus furore plenus, ciuitatẽ Beneuentanam mandauit à ſuis principibus obſideri. Quam rem dominus papa moleſte ferens ſupra modum vicem ei æqua lance volens refundere principes proprius contra eum armare diſpoſuit. Nam Robertum comitem de F Baſſauilla, eiuſdem regis Guilhelmi nepotem cum multis alijs nobilibus, contra eum inſurgere perſuaſit. Exules præterea quos ipſe & pater eius Rogerius [eijciens bonis fecerat extorres paternis] viros inclytos, & in armis potentes Robertum ſcilicet Capuanum principem,

Guilhelmus rex Siciliæ A.C. 1153.

A & Andream de Rupe canina, & alios multos, idem papa reuocauit in regnum, in verbo pontificis illis promittens eccleſiæ Romanæ auxilium non defuturum. Promittens nihilominus firmiſſimè vtrumque imperatorem Romanorum & Græcorum in eorum auxilium in breui properaturos. Re vera idem papa vtrumque imperatorem ad ſui ſubſidium contra regem Guilhelmum ſollicitauerat.

A.C. 1156.

Itaque primo imperator Conſtantinopolitanus ſub ſpe recuperandi Siciliæ regnum miſ- B ſis aliquib. principibus ſuis cum magno exercitu, & infinito theſauro Apuliæ regionem inuaſit. Quorum primò aduentu ciuitatem Hydruntum tradentibus ciuibus occupauit. Comes quoque Robertus de Baſſauilla, Tarentum & Barum, & omnem maritimam regionem, vſque ad regni terminos violenter obtinuit. Robertus verò Capuanus princeps, & comes Andreas vniuerſam Campaniam quæ vulgari appellatione terra laboris dicitur vſque ad ſanctum Germanum ſibi vendicauerant.

Romanorum etiam imperator Fridericus, qui iam contra dictum Guilhelmum Siculo- C rum regem arma præparauerat impeditus eſt. Nam cum in marchia Anchonitana cum ſuis exercitibus moram faceret, tantam in populo ſuo, quem ad Italiam duxerat cladem paſſus eſt, vt de nobilioribus & principalioribus vix decimus quiſque remaneret. Quare ipſe cum altis, qui ſibi remanſerant, redire ad propria coactus eſt.

Quomodo hoc diſſidium ſit compoſitũ vide ſupra cap. 159. & Blon li. 11 dec. 2

Sed anno domini 1156. ipſe Fridericus imperator cum magnis copiis deſcendit in Italiam atque ciuitatem Mediolanum continua ſeptem annorum obſidione vallauit, a demũ D captam deſtruxit, ac tripartiuit in borgis.

Mediolanum à Friderico euertitur. A.C. 1161

Deſtructa autem illa famoſiſſima ciuitate, & ad ſolum vſque coæquata corpora trium regum ſcilicet magorum, qui ad Chriſtum in cunabulis adorandum venerant, ſtella duce, olim à Conſtantinopoli tranſlata & per ſanctum Euſtorgium miraculoſe Mediolanum tranſuecta, Reginaldus Colonienſis archiepiſcopus à Mediolano Coloniam tranſtulit, vbi nunc requieſcunt.

Hic etiam Fridericus anno domini milleſimo 167. cùm non potuiſſet præualere contra E Alexandrum papam in Francia adiutum à rege Francorum intrauit Italiam. at quia Romani ſe ab eo rebellarant, adhærantes Alexandro bellum mouit contra eos circa Tuſculanam & victoriam obtinuit, facta maxima ſtrage Romanorum. Et quia Colonnenſes

Tertia Friderici in Italiam itu ptio Bion & Nauc.

Romani Tuſculanis cæduntur

v A.C. 1161. Mediolanum ab imperatore captum & exciſum eſt, Onuph. alij ſcribunt Iudæos prodidiſſe ciuitatem, nonnulli vi ab imperatore captam. Porro im- F *perator mœnia cuncta ciuitatis euertit, vel eq. ſolo adæquata aratrum per circuitum duci, & ſal in perpetuam dominationem ſeminari iuſſit, cuius populum in ſex portarum tribus diuiſum, ſex agri ſui locis de cimo ab vrbis ſolo diſtantia milliaria habitare coegit, vbi in tuguriis & mapalibus multo permanſerunt tempore. Blon. Nauc.*

A.C.1152 fecerat proditionem in auxilium imperatoris, id eò expulerunt eos de Roma. Et cum Fredericus obſideret Romam R.omani viriliter expulerunt eum animati ab Vrſinis.

Ludouic⁹ rex caſtrum Vernon in deditionem accepit.

Anno primo Frederici imperatoris rex Francorum Ludouicus hoſtiliter cum nimio exercitu Normanniæ fines ingreſſus caſtrum Vernon in deditionem accepit.

Pax inter Stephanũ & Henricum conficitur.

Interim dux Normanniæ Henricus in Anglia contra regem Stephanum fortiter agens, tandem cum eo pacem fecit, ea conditione, vt dum ipſe Stephanus viueret, Angliæ regnum pacificè obtineret. Sed eo defuncto nullo alio medio regnum Anglorum ad Henricum deuolueretur.

Henricus 2 rex Angliæ A.C. 1154.

Anno ſequenti rex Francorum Ludouicus ducem Normannorum ad pacem recepit. qui rege Stephano mortuo iuuante rege Francorum regnũ Anglorum ingreditur atque ex integro regno potitus antiquam pacem reformat.

Continuatio belli ſacri.

§. I.

Noſtri exercitus Aſcalonam obſident. Tyr. l.17. cap.21.

PRæterea anno primo Friderici, inclytus rex Balduinus, quintus, rex Hieroſolymitanus congregata regni militia ad deuaſtandam Aſcolonam duxit. Cumque adiacentia pomeria ciuitati ſuccendiſſent affuit eis diuina clementia, quæ Chriſtianos ad maiora accenderet. Nam ciuitatem ad deditionem cogere proponunt.

Deſcriptio Aſcalonæ. cap.22.

Eſt autem Aſcalona vna de quinque ciuitatibus Philiſtinorum in littore maris ſita formam habens ſemicirculi cuius chorda ſecus littus maris iacet, circumferentia verò ſuper terram ad orientem reſpiciens.

Hanc igitur vrbẽ per annos quinquaginta, poſtquam dominus terram promiſſionis populo Chriſtiano tradiderat adhuc reſiſtentem, noſtri tunc primo obſidere auſi ſunt, rem arduam & pene impoſſibilẽ aggreſſi. Itaque mari terraque ciuitate vbique vallata diebus omnibus, frequenter vrbem infeſtabant. Ciues verò aliquandiu viriliter reſtiterunt.

Sed cum per quinque menſes continuos noſtri Chriſtiani principes in dicta obſidione perſeueraſſent atque hoſtium vires attritæ eſſe viderentur: noſtros autem ſpes amplior ſolito obtinendi ciuitatem foueret claſſis Ægyptiorum noſtris videntibus, nec prohibere valentibus ad portum vrbis applicuit.

Noradinus Damaſcenorum regnum occupat. ca 26.

Eo tempore dum Chriſtianus populus circa Aſcalonæ expugnationem totis viribus deſudaret. Noradinus vir circumſpectus & prudens mortuo Ainardo regni Damaſcenorum procuratore qui ſuis conatibus ſemper reſtiterat plurimum videns militiam Chriſtianorum circa Aſcalonã eſſe occupatã cũ ingenti militia regnum Damaſcenorum inuaſit. Vbi fauentibus pro magna parte Damaſcenis, regem eorum diſſolutum & inutilem regno priuat, & fugere compulit in orientem. Itaque Noradinus capta Damaſco, & omni regione ſubacta exiſtimans noſtrorum exercitum ab Aſcalona remouere Paneadenſem ciuitatem obſedit. Sed

A præuia domini miſericordia neutrum obtinuit. Nam ipſe circa obſeſſam ciuitatem nihil profecit, & noſtri [opitulante domino Aſcalonam] ad deditionem compulerunt.

Nam cœpto operi cum multa inſtantia, & vigilantia inſudabant ciuibus omnino negantes requiem ex eis quotidie ſtragem non minimam operantes, non tamen ſine damno noſtrorum. Nam vna die circa quinquaginta ex fratribus [a] templi violenter in muro facto quodã foramine, ingreſſi ſunt ciuitatem, qui omnes Deo permittente ad vnum occiſi ſunt. Quo caſu conſternati Chriſtiani, pene à propoſito Clades ... itum ... tiæ ...

B deſtiterunt.

Sed eis in idipſum redeuntibus, die quadam ciues vltrò ad bellũ exeuntes, adeò à noſtris graui ſtrage proſtrati ſunt, vt non eſſet in ciuitate familia, quam luctus domeſticus non premeret. Quare conſumpto militiæ robore omnis eorum reſiſtendi virtus emarcuit. Vnde tot malis præſide communi omnium conſilio interpoſitis conditionibus, vt cum vxoribus & liberis, & omni eorum ſupellectili eis egredi liceret ciuitatem domino regi reſignauerunt. Capta autẽ eſt dicta ciuitas anno domini 1154.

C Quo etiam tempore dominus Reginaldus de Caſtilione dominam Conſtantiam, Raimũdi principis Antiocheni relictam, vxorem duxit non ſine admiratione multorum. Nam multi inclyti & nobiles eius matrimonium appetebant: quibus omnibus ſpretis vnum ſtipendiarium militem, hunc ſcilicet Reginaldum occultè ſibi maritum elegit.

Qui videns, quòd hoc factum non multum domino patriarchæ placuerat motus indignatione inſtigante diabolo dictum patriarcham cepit & eum ignominioſè tractauit. Nam virum ſenem & infirmum nudo capite ac melle

D delibuto, per diem æſtiuum in ſole feruentiſſimo ſtare compulit, deinde omnibus bonis ſpoliatum dimiſit. Qui oculos ciuium ſuorum non ferens, relicta Antiochia in regnum ſe tranſtulit Hieroſolymitanum.

a Hanc cladem fratrum militiæ templi ſic deſcribit Tyr. Magiſter militiæ templi cum fratribus ſuis multo ante præuenientes aditum occupauerunt neminem niſi de ſuis intrare permittentes. Eos autem hac intentione dicebantur arcere, quatenus primi ingredientes ſpolia maiora, & vberiores manubias obtinerent. Nam in

E *violenter effractis vrbibus id hactenus apud nos pro lege obtinuit conſuetudo, vt quod quiſque ſibi ingrediens rapit, id ſibi & hæredibus ſuis perpetuo iure poſſideat. Poterat autem omnibus indifferenter ingredientibus & mancipari ciuitas, & victoribus ſpolia ſufficere. Sed de vitiata radice & peruerſa intentione opus prodiens rarũ eſt, vt bono fine concludatur: quia,*

Non habet euentus ſordida præda bonos.

Dum ergo cupidi ſoli ad prædã participatum renuunt habere conſortes in mortis periculo merito reperti ſunt ſoli ac de le.

F *Inter patriarcham Hieroſolymitanum & fratres hoſpitalis oriuntur diſſidia, cap.3. A.C.1155.*

§. II.

PER idem tempus, vrbe Aſcalonia à Chriſtianis capta, Raymundus magiſter

A.C.1155 magiſter domus hoſpitalis Hieroloſymitani, quę .ſ. Ioannis nominatur, vnà cum fratribus ſuis, iam domino patriarchæ Hieroſolymitano, quàm cæteris eccleſiarum prælatis multas ſuper patriarchali iure inferre cœperunt moleſtias. Nam ſiue à domino patriarcha, ſiue ab aliis ob ſcelera ſua excommunicatos. & ab eccleſia ſeparatos, ad celebrationem diuinorum paſſim recipiebant ægrotis eiſdem viaticum & extremam vnctionem non negabant, nec mortuis ſepulturam multaque alia contra immunitates eccleſiarum faciebant. Cumque ſuper huiuſmodi temeritatibus dominus patriarcha ſæpè conquereretur, ciues vſque ad eam temeritatem diabolo inſtigante peruenerunt, vt armis correptis, tanquam in domum cuiuſdam gregarij contra patriarcham in eccleſia ſepulchri irruerent. Huius autem tanti mali primitiuam originem (vt dicit Tyrenſis archiepiſcopus in hiſtoria Hieroſolymitana) Romana eccleſia (licet fortaſſe neſciens) videtur præbuiſſe materiã. Nam locum prædictum à domini patriarchæ iuriſdictione, cui diu ſubiacuerat, exemptauit. Vt autem ex quam modico ſemine iacto locus memoratus tantum ceperit incrementum [quamque indebitè contra Dei eccleſias recalcitrauerit ſumpto altius] aliquantulum exordio, præſenti duximus mandandum hiſtoriæ.

Igitur ſciendum eſt, quòd tempore, quo infideles detinebant regnum Hieroſolymitanũ, nõ defuerunt de occidentalibus partibus, qui loca ſancta aut deuotionis aut commerciorum gratia viſitarent aliquando. Inter quos fuerunt Amalphitani. Eſt autem Amalphia ciuitas Apuliæ cuius ciuitatis habitatores primi merces peregrinas quas oriens prius non nouerat ad partes Syriæ lucri faciendi cauſa deportarunt. Quare apud illius regionis dominos gratiam merebantur. Quia verò cum ad loca ſancta cauſa orationis accederent non habebant intra ciuitatem domicilium, vbi moram facerent, obtinuerunt à Calipha rege Ægypti, vt intra Hieruſalem in loco, quam eligerent, liceret eis oratorium ædificare.

Hieroſolymis Amalphitani tẽplum ædificant. c. 5. Itaque ſumpta mercatoribus, per ſymbolum pecunia, ante ianuam dominicæ reſurrectionis eccleſiæ monaſterium erigunt, in honorem ſanctæ Mariæ Dei genitricis. Et quoniam viri latini locum fundauerunt, longo tempore dictum eſt monaſterium ſanctæ Mariæ de Latina. Quo facto de partibus ſuis tam monachos, quam abbatem adducentes, locum regulariter inſtituunt. Confluentibus autem ex partibus occidentalibus ad loca venerabilia Hieruſalem viſitanda maximè iis, quibus ad victualia procuranda de proprio expenſæ non ſuppetebant, de prædicto monaſterio vtcunque fraternaliter miniſtrabatur. Erexerunt autem in dicto loco altare in honorem beati Ioannis ἐλεήμονος. Hic fuit patriarcha Alexandrinus, cuius pia ſtudia & liberales eleemoſynas enarrabat omnis eccleſia ſanctorum vnde à ſanctis patribus vocatus eſt ille Io. ἐλεήμων quod interpretatur miſericors. Huic loco venerabili, qui ſe ita caritatiuè ad omnes extendebat neque reditus erant, neque poſſeſſiones, ſed prædicti ciues Amalphitani collectam inter ſe pecuniam, quaſi per ſymbolum per eos qui ad partes illas nauigabant, abbati, qui ibi pro tempore erat, offerebant. Ita ergo per multorum annorum curricula, quouſque placuit ſummo rerum opifici ciuitatem Deo amabilem à cultu purgare gentilium, & ſuo cultori reſtituere populo prædicto modo manſit locus ille. Ædificatum etiam fuit à Deum timentibus, non longè à dicta eccleſia ſanctæ Mariæ in Latina monaſterium fœminatũ in honorẽ ſanctæ Mariæ Magdalenæ: & ſorores ſub certo numero poſitæ ad obſequium aduentantium mulierum. In quo monaſterio tempore, quo capta fuit ciuitas Hieruſalem per principes Christianos, reperta eſt abbatiſſa quędam nomine Agnes, natione Romana: quæ etiam poſt captionem ciuitatis per aliquot vixit annos. Sic ergo de tam modico incremento, prædictæ domus fratres prius à iuriſdictione abbatis ſe ſubtraxerunt. Deinde multiplicatis diuitiis per Romanam eccleſiam, à poteſtate domini patriarchę ſunt emancipati.

Monaſteriũ fœminarum Hieroſolymis ædificatũ.

Profectus autem contra eos patriarcha ad Romanam curiam poſtquam cum eis diu litigaſſet, confuſione indutus ad propria remeauit. Nam de tota turba cardinalium, vix reperti ſunt tres, qui Chriſtum ſequentes eius miniſtro in cauſa ſua pia vellent fauere. Alij omnes abeuntes poſt munera, ſecuti ſunt viam Balaam filij Boſor. 2. Pet. 2.

Reginaldus de Caſtilione Cyprum vaſtat. c. 10. A.C. 1156.

§. III.

PER idem tempus Reginaldus de Caſtilione, Antiochenus princeps, peruerſorum hominum conſilio, quorum maximè arbitrio regebatur committens flagitium Cyprum inſulam, regno Hieroſolymitano vicinam, quæ tunc temporis ſub ditione imperatoris Græcorum tenebatur, populis fidelibus refertam immiſſis violenter ſuis exercitibus occupauit. Occupataque inſula vrbes contriuit, deiecit oppida, monaſteria tam virorum quam fœminarum impudenter confregit. Nam auri & argenti, quod inde abſtulit non fuit numerus, neque finis.

Prætetea ea tempeſtate dum dominus Balduinus quintus rex latinorum, quandam ciuitatem, quam Turci præter præſidium occupauerant violenter occupatamque ſuccenderant reædificaſſet, inde redeuntem Hieroſolymam ſubitò Saraceni in via poſitis inſidiis ipſum vndique aggrediuntur, atque ſuis omnibus in fugam conuerſis ipſe pene captus eſt, ſed equi velocitate, Deo protegente, de manibus infidelium ereptus eſt. Capta eſt igitur illa die de Chriſtianis maxima multitudo, cęſi verò pauci. Inter quos & magiſter militiæ templi captus eſt. Factũ eſt autem hoc anno ab incarnatione domini 1158. 13. Cal. Iulij. Sequenti anno Noradinus, infeſtiſſimus Chriſtianæ fidei

A.C.1155

Noradin' noſtris ob uiam profectus cæditur. c. 31.

perſecutor congregatis ſuis copiis, caſtrum quoddã quod Spelunca dicebatur obſidet, qđ poſtquam regi Balduino innotuit, aſſumpta regni militia, vnà cum domino Theoderico Flãdrenſium comite ad ſoluendam obſidionem properat. Cuius aduentum cum comperiſſet Noradinus obſidionem ſoluit atque ordinatis aciebus ad pugnam regi aduenienti occurrit. Itaque pugna committitur, ſed diuina miſericordia poſt diu protractum prælium noſtris eſt de infideli populo conceſſa victoria: B nam illi non ſine multa illorum ſtrage in fugam conuerſi ſunt.

Eodẽ anno domin' Cõſtãtinopolitanus imperator cum innumerabili exercitu in Ciliciam deſcendit. Cauſa autem aduentus ſui erat, quia dominus Thoros magnus Armeniorum dominus, pro parte maiori expulſis imperatoris familiaribus, qui ciuitatibus & caſtris præerant, ferè Ciliciã occupauerat vniuerſam. Princeps autem Antiochenus, conſcientiæ ſtimulis agitatus, pro eo ꝙ in imperatorem commiſerat, cogitabat, quo ſatiſfactionis genere ſe poſſet de tanta offenſa imperatori reconciliare. De C conſilio autem ſuorum veniens ad imperatorem in Ciliciam, cum ſumma ignominia populi Latinorum imperatori reconciliatus eſt. Nudis enim, vt dicitur, pedibus indutus laneis manicis vſque ad cubitum decurtatis, ac circa collũ fune religato, gladium habens in manu nudum: cuius capulũ domino imperatori porrigeret, coram vniuerſis legionib. domino imperatori eſt præſẽtatus, ibique ante pedes eius in terra proſtratus tamdiu iacuit, quouſque cunctis verteretur in nauſeam, & Latinitatis gloria in opprobrium & fabulam eſſet.

Rex imperatorẽ adiẽs honeſte ab eo excipitur. cap. 24.

D Rex autem Hieruſalem, audiens domini imperatoris aduentum, ad eum cum ſuorum principum electiſſimo comitatu feſtinus aduenit, à quo cum multa gloria ſuſceptus eſt. atque apud imperatorem mora eius eſſet infructuoſa dominum principem Armeniorum quem dominus imperator inſatiabili odio perſequebatur reconciliauit tandem multis cumulatus donis in regnum reuerſus eſt. Imperator peractis iis propter quę in Ciliciam deſcenderat non multo interiecto temporis ſpacio ciuibus domeſticis eum reuocantibus ad propria rediit.

E Anno autem ab incarnatione domini 1160. Reginaldus Antiochenus princeps, cognito, quòd terra, quæ fuerat principis Edeſſani ab ſque militaribus copiis armentis refeita eſſet, & facilè patere poſſet ad prædam collecta ingenti militia profectus eſt ad locum. atque nemine reſiſtente infinita præda inde collecta ad propria reuertebatur. Quo audito hoſtes fideі, qui in illis partibus habitabant, ad excutiendam prædam principi in magna multitudine occurrunt, atque de ſua confidentes multitudine prælium committunt. Cumque diu ancipiti prælio decertaſſent, noſtri nouiſſimè F mente conſternati, præda dimiſſa terga dederunt, multis occiſis, aliquibus etiam captis, inter quos & ipſe Reginaldus dux, ſuis hic peccatis exigentibus captus eſt, atque Alapiam cum aliis captiuis cum ſumma ignominia eſt deductus. Poſt hunc caſum tam deflendum, rex

A.C.1164.

Rex Antiochiam veniens conſtitutum diſponit. c. 1151.

A Hieruſalem ab Antiochenis vocatus Antiochiam profectus eſt, compoſitiſque rebus ad propria eſt reuerſus procuratione domino patriarchæ ad tempus dimiſſa. Non autem multò pòſt tranſacto tempore quibuſdam negotiis arduis requirentibus, iterum dominus rex Antiochiam venit, in qua exiſtens in grauem incidit infirmitatem. Qui mortis ſibi ſentiens imminere periculum, Berythum ſe deportari facit, vbi exiſtẽs regni ſui prælatos ſimul ac principes, ad ſe vocari fecit. Quibus in præſentia ſua conſti- B tutis, fidem ſuam piè ac religioſè articulatim aperiens, pontificibus peccata cum multa contritione confitens, carnis ſolutus ergaſtulo, animam cœlis intulit. Dicitur in quadam medicina venenum ſibi propinatum fuiſſe, nec hoc à vero multum diſſimile fuit. Nam reſiduum, quod regi ſumere mandatum fuerat, pane infuſu, cuidam catellæ traditum eſt, quæ intra dies paucos mortua eſt. Tantam autem mœſtitiam in vllo regno, pro morte alicuius principis extitiſſe nulla tradit hiſtoria. Fertur nihilominus & hoſtes fidei de eius morte doluiſſe, ita vt quibuſdam ſuggerentibus Noradino Da- C maſcenorum regi, vt cùm Chriſtiani duces in multis eſſent occupati, fines noſtros ingrederetur: dicitur reſpondiſſe, compatiendum eſt, & humanè indulgendum iuſto eorum dolori, eo quòd principem amiſerũt qualem reliquus hodie non habet orbis. Obiit anno domini 1162. menſis Februarij die 21. atque inter ſuos prædeceſſores in eccleſia dominici ſepulchri ſepultus.

Confeſſio peccatorũ pontificib. a rege facta eſt.

Hoſtibus tus dolor... [illegible]

Almaricus rex Latinorum. 6. A.C. 1163. lib. 19. cap. 1.

§. IIII.

DOmino Balduino quinto rege Hieroſolymitano defuncto, vt dictum eſt ſucceſſit ei in eadem ſancta ciuitate, Latinorum rex ſeatus dominus Almaricus, filius eius vnicus anno domini. 1163.

Fuit autem hic Almaricus vir experientia ſæculari præditus prudens admodum & in agendis circunſpectus. Fuit autem litteraturæ E modicæ, ſed ingenij viuacitate & memoriæ beneficio ſatis commode erat inſtructus. Fuit etiam (quod negari non poteſt) pecuniæ cupidus ſupra quam regiam deceret dignitatem. Sed regni neceſſitatibus nec expenſis parcebat nec proprij corporis fatigatione reuocabatur.

Qu... fuerit Almaric' cap. ...

Anno igitur primo regni eius Ægyptiis negantibus annuum tributum ſoluere, quod cũ parte ſuo pepigerant, congregatis militaribus copiis deſcendit in Ægyptum vbi ei cum innumera multitudine occurrit procurator Ægypti qui prælio victus multis ſuorum amiſſis aufu- F git. Timentes ergo Ægyptij, ne exercitus Chriſtianus ad intima regni penetraret, ruptis aggeribus, qui flumen Nilum cohibere ſolent, exuberantem aquam per regionem inducunt quare his repagulis prohibitus dominus rex Almaricus vltra progredi non

Rex in Ægyptum deſcendit. cap. 5.

potuit

A.C. 1164.

potuit vnde victoria potitus in regnum reuerſus eſt.

Noradinus Aegypto inhiat.

Non autem multò pòſt tempore, Noradinus cuiuſdam potentis Aegyptij ſtimulatus perſuaſionibus, ſperans regnum Aegypti ſibi vendicare, Siraconum militiæ ſuæ principem cum infinita Turcorum multitudine in Aegyptũ deſtinare cõſtituit: quod audiẽs Soldanus Aegypt, de propriis viribus diffidens, legatos ad dñm regem Almaricum miſit, orans, vt ſibi contra ingruentes hoſtes auxilium ferret, tributum autem non ſolum quale patri ſuo fuerat conſtitutum, verum pro ſuo arbitrio multò maius pollicebatur, ſubiectionem perpetuam, fœdusque perenne datis obſidibus firmare paratus erat.

A.C. 1164.

Dum hæc prædicti legati cum rege tractarent, penéq; eis iuxta eorũ petitionem eſſet ſatisfactum, prædictus Siraconus intrans cum ſuis legionibus Ægyptum, occurrentem ſibi Soldanum bello victum fugauit. Qui fugiens à ſuis occiſus eſt. Poſt cuius mortem Sanar quidam Soldanus factus eſt. Siraconus autem poſt victoriam, Balbeis ciuitatem expugnauit. Timens ergo Sanar Soldanus, ne hoſpitem talem introducendo ſuam conditionem deteriorem faceret, cum rege Hieroſolymitano Almarico priores conuentiones renouauit: vnde rex cum vniuerſo ſuorum exercitu deſcendit in Aegyptum anno ſecundo regni ſui, atque vnà cum Soldano dictum Siraconum apud Balbeis obſeſſum ad deditionem compulit, conditione vt cum ſuis omnibus liberum haberet exitũ. Quo obtento, ciuitatem deſerens, Damaſcum reuerſus eſt.

Noradinus à peregrinis Chriſtianis vincitur. c. 8. A.C. 1165.

Quibus dieb. Noradinus à peregrinis Chriſtianis circa partes Tripolitanas debellatus eſt. Aduenerant enim orationis cauſa quidam nobiles Aquitaniæ, ſcilicet Hugo ſenior de Luſignano, & Gaufredus [qui cognominatus eſt martel.] comitis Angoliſmenſis frater. Hi ſubitò cum eorum militia ſuper exercitum Noradini irruẽtes eum penè vſque ad internecionem deleuerunt.

Noradinus noſtris vicẽ reddit. cap. 9.

Noradinus autem caſu ſiniſtro conſternatus dãnũ abolere cupiẽs, nõ poſt multos dies cõgregatis ſuorũ copiis caſtrũ quoddã Chriſtianorũ, nõ lõgè ab Antiochia obſedit, quod poſtquã noſtris innotuit principibus, dñs Bohemũdus tertius Princeps Antiochenus, Comes Tripolitanus, Calamannus Ciliciæ præſes, domini imperatoris conſanguineus, Thoros quoque Armeniorum princeps, ad obſidionem ſoluendam proficiſcuntur. Itaque eis aduenientibus prælium committitur, & cum diu ancipiti marte dimicatum eſſet, tandem peccatis noſtris exigentibus, Chriſtiani in fugam verſi vincuntur, ac cæduntur innumeri. Sed & principes omnes ferè capti ſunt ſcilicet princeps Antiochenus, Comes Tripolitanus, Calamannus præſes, Hugo de Luſigniano, & alij multi nobiles Chriſtiani. Noradinus infidelium princeps hac potitus victoria prædictum caſtrum expugnauit. Factum eſt hoc anno domini 1165. Idibus Auguſti.

Noradinus Paneã de capit. c. 10. A.C. 1165.

Eodem anno idem Noradinus, cum adhuc rex in Aegypto teneretur occupatus, vrbẽ Chriſtianorum quæ vulgari appellatione Paneas dicitur, obſeſſam ad deditionem compulit.

A.C. 1167.

Rediens autem ab Ægypto cum ſuis expeditionibus rex Almaricus, vbi etſi audierãt ſiniſtra quæ in regno acciderant, vocatus tamen ab Antiochenis illuc vnà cum comite Flandrenſiũ qui eo anno in regnum applicuerat, ire non diſtulit. Adueniensque tanta diligentia regionis negotia, quanta propria conſueuerat, tractare cœpit, & prudenter adminiſtrans omnia effecit, vt eadem æſtate multo interueniente precio princeps liberatus, & honori proprio ſit reſtitutus.

Rex ab Aegypto rediens Antiochiam proficiſcitur. ca. 11.

Noradino rurſũ Aegypto inhiante rex eò venit. c. 12 & 13. A.C. 1166.

Sequenti anno iterum Noradinus Ægypti regnum occupare nititur: quod cum dominus rex Almaricus comperiſſet, collectis ex vniuerſo regno militaribus copiis peruagata ſolitudine deſcendit in Ægyptum. Quo audito Sanar Soldanus noſtræ fidei admirans ſynceritatem in immenſum gauiſus eſt. Conſiderabat enim vir prudens, quòd hoſtem, qui regnum ſuum intrauerat, nullatenus aut ſuſtinere, aut regni finibus expellere, niſi per Chriſtianorum exercitum poterat: quare conſentiente Calipha conſtituit, vt domino regi quadringenta aureorũ millia darentur ea conditione quod dominus Rex non egrederetur Aegyptum, niſi Siracono aut extincto aut de omnibus Aegypti finibus expulſo.

Quib. pactis rex in Aegypto bella geſſerit. cap. 14.

Rex cõtra Siraconũ pugna admodum periculoſa decernit. c. 15.

Igitur his peractis, rex contra Siraconum ad prælium egreditur, atque non longè ab eo caſtrametatus eſt, & die ſequenti omniũ deſiderio bellum decernitur, verum impar nimis erat accinctorum ad prælium diſtributio. Siraconus enim habebat equitum loricatorum duodecim millia, Chriſtianorum verò equites vix erant trecenti octoginta quatuor abſque Aegyptiis vilibus & effœminatis. Egreſſi igitur ad prælium, rex aciem, cui Siraconus præerat viriliter inuadit, & inuaſam abſque vlla reſiſtẽtia proſternit, atque in fugam verſam diu cædendo proſecutus eſt. Hugo autem Cæſarienſis qui alteri aciei præerat, in eam aciem cui Saladinus Siraconi nepos præerat impetum fecit. Cúmque aliquandiu dimicatum eſſet, ſuis eum deſerentibus capitur, atque nonnulli ex ſuis aciei capti, multique interfecti ſunt, quamuis & ipſi poſt ſe cruentam victoriam hoſtibus reliquiſſent. Ceciderunt autem die illa de hoſtib. 1500. de Chriſtianis autem centum occubuerunt.

Siraconus capta Alexandria in ea obſidetur. ca. 16.

Siraconus autem è prælio fugiens, tradentibus ciuibus Alexandriam occupauit. Quod poſtquam regi innotuit, cum omni celeritate illuc accedens ciuitatem obſidione cinxit, ordinata in mare claſſe, ne victualia nec alimenta ciuitati modo aliquo intromitterentur. Eſt autem Alexandria totius Aegypti metropolis, in ea parte ſita, quæ Libiam reſpicit, in confinio cultæ ſoli [& arentis ſolitudinis ſita] ita vt extra ciuitatis mœnia verſus ſolis occaſum vaſta protinus eremus adiaceat. Hanc (vt antiquæ tradunt hiſtoriæ) Alexander magnus condidit. Sita eſt autem non longè ab oſtio Nili. Diſtat autem à fluminis alueo quinque aut ſex milliaribus. Sed tamen certo tempore ſoliti fluminis incrementi pars vrbem influit, quam aquarum influxionem ciſternis ampliſſimis pro toto anno ad eorum vſum reſeruant.

Deſcriptio Alexãdriæ cap. 17.

A.C.1167. Sita eſt prætereà quantum ad celebranda commertia commodiſſimè portus habens duos diſiunctos, linguâ quadam interiacente valdè anguſta. In capite autem illius eſt turris miræ altitudinis, quam Pharon appellant, & eam Iulius Cæſar dicitur ædificaſſe. De ſuperioribus autem Ægypti partibus per fluenta Nili omnium alimentorum copiam ſuſcipit & vbertatem. Verum ei de regionibus tranſmarinis nauigio omnis opulentia miniſtratur.

Alexādriæ vrbis ad negotiandū cōmoditas. Alexādriæ Emporiū quale. Ad hæc ex vtraque India, Saba, Arabia, & etiam ex vtraque Æthiopia, & de Perſide, & aliis adiacentibus prouinciis, quicquid aromatum, margaritarum, gemmarum & orientalium gazarum, & peregrinarum mercium, quib. noſter indiget orbis, per mare rubrum, vnde gentibus illis ad nos iter eſt, ad eam vrbem, quæ in ſuperioribus Ægypti partibus ſita eſt, quæ Ardeph dicitur, quæ eſt in ripa eiuſdem maris ſita, defertur, id totum per fluuium & inde in Alexandriam deſcendit. Sic ergo orientalium & occidentalium illic fit concurſus populorum. Eſtque eadem ciuitas forum publicum vtrique orbi.

Alexandriam noſtri obſidione premunt. cap. 28.

§. V.

Obſeſſa ciuitate inſtabant noſtri, & quibus artibus poterant, grauabant obſeſſos. Quid plura. Quotidiani conflictus, cædes ſuorum, continui victualium defectus, populum intra ciuitatē clauſū attriuerāt. Timens igitur Saladinus, ne ciues contra eum inſurgerent, omnia patruo Siracono, qui in ſuperioribus partibus Ægypti, ciuitatem quamdam obſederat, ſignificat, qui audita nepotis neceſſitate, ſoluta obſidione Babylonem peruenit.

Siraconus de pace cū Hugone agit. ca. 29. Sed audiens eas ciuitates Chriſtianorum præſidio eſſe munitas, mediante Hugone Cæſarienſi quem captiuum tenebat tractare cœpit de pace, ſcilicet vt dominus rex receptis ſuis, quos Siraconus tenebat in vinculis, & ipſe obſidione Alexandriæ ſoluta, & captis Turcis Siracono reſtitutis, regnum Ægypti Siraconus cum ſuis legionibus egrederetur. Placet itaque domino regi & Soldano tenor pacis & ſufficere videtur ad gloriam, vt ciuitas per deditionem in domini regis tranſeat poteſtatem & Siraconus de vniuerſis Ægypti finibus compellatur exire.

Reſignatur regi ciuitas. c. 31. Egrediuntur ergo conceſſa pace obſeſſi, qui diutina fuerāt obſidione macerati, vnū p̄ omnibus admirantes, quòd tantam ciuium multitudinem tantam aduenarum numeroſitatem, tam modicus exercitus intra mœnia vrbis tam facilè coercuerit, & ad ignominioſam iuxta libitum compulerit deditionem. Vix enim Chriſtianorum erāt equites quingenti, peditum verò quatuor aut quinque millia. Obſeſſorum verò, qui arma portare poterant ſupra quinquaginta millia. Itaque recedente Siracono ex Ægypto, & etiam dominus rex cum ſuo exercitu in regnum reuerſus eſt anno domini 1167. regni autem eius 4.

Sequenti autem anno ſolemnis legatio ad

A dominum regem Hieruſalem, ab imperatore Conſtantinopolitano directa eſt. Summa autem legationis hæc erat. Senſerat dominus imperator Conſtantinopolitanus, quòd regnum Ægypti hactenus admodum potens & opulentum valdè, in manus peruenerat imbellium & effœminatorum, quod & finitimis populis in notitiam venerat, vnde non videbatur poſſe diu in ſtatu ſe continere præſenti, quin ad gentes alienas eius dominium oporteret tranſire. Conceperat ergo apud ſe dominus imperator quòd auxilio domini regis Hieroſolimitani facilè poſſe illud in ſuam iuriſdictionem recipere, vnde ſuper hoc prædictos legatos miſerat. (A.C. 1168. Ægyptū inuadere meditatur imperator Conſtantinopolitanus. li. 20. cap. 4. A. C. 1168)

B Hac ergo gratia memoratis legatis regem adeuntibus, firmatis conuentionibus, ſcilicet ꝙ certò tempore, intra quod dominus imperator gentes mitteret: ſimul vniti prædictum aggrederetur regnū. [Interea antequàm de auxilio imperatoris per legationem ad eum miſſam rex certior fieret] vt dicitur, fama publica perſonuit, quòd Sanar ſoldanus Aegyptius frequentes ad Noradinum dirigebat legationes occultè, ab eo implorans ſubſidium, aſſerens (Rex in Ægyptū deſcēdit c.)

C ſe inuitum pacis fœdere cum inimico populo iunctum. Quod ſi de eius amicitia certus foret ab eo, recedens pacta frangeret. Vnde rex iuſta indignatione motus, collectis equitum peditumque copiis in Ægyptum feſtinat deſcendere. Sunt autem, qui dicunt omnia prædicta ficta fuiſſe. Sed vt factum tam notabile aliquam haberet excuſationem, talia ſunt vulgata in populo. Incentiuum autem huius mali (vt quidam volunt) miniſtrabat Gerbertus cognomēto Attalit magiſter domus hoſpitalis. Fratres autem militiæ templi eidem ſe facto ſubducen-

D tes aut quia eis contra conſcientiam videbatur amico regno, & de noſtra fide præſumenti contra tenorem peccatorum bellum indicere [aut quia magiſter æmulatæ domus huius rei auctor, & priores videbatur vires miniſtrare.] regem ſequi negauerunt.

Deſcendens ergo rex in Ægyptum, Peluſiū ciuitatē expugnat, ciuib. pro maiori parte peremptis. Soldanus autem Sanar his auditis mente cōſternatus, quid faceret, ignorabat: attamen delibetat, prout temporis patiebatur anguſtia, an regem tentet expugnare muneribus, (Peluſiū à rege capitur c. 6. C. 11..)

E an vicinos ſuæ ſuperſtitionis principes ad ſui auxilium precibus pretioque ſollicitet, tandem maturata prouiſione, placet ei vtrumque tentare. Miſſa ergo ad Noradinum legatione implorat auxilium, & impetrat poſtulatum. Nā vocato Siracono cum magna ſuæ gentis militia eum in Ægyptum dirigit.

Rex autem euerſa Peluſio, Cairum obſedit.

Soldanus autem regis animum pecuniarum cupidum promiſſionibus eneruat, infinitam pecuniam ei ſpondens. Nam vt dicunt aliqui aureorum vigeſies centena millia) quod vix Ae- (Soldanus regē munera promiſſa pecunia decipit ca. 7.)

F gypti regnum perſoluere poſſet, promiſit [vt redditis ſibi filio ac nepote, amotiſque expeditionibus rediret ad propria] hoc autem vt poſtea patuit, non eo moliebatur intuitu, vt quod promittebat ſoluere poſſe ſe crederet, ſed, vt quod expectabat, interim Turcorum auxilium veniret.

Datis interea præſenti, centum millibus aureo-

A.C.1169.

Amalricus rex obſidionem ſoluit: & quaſi per milliare recedens circa hortum balſami caſtra conſtituit, vbi dum eſſet, cognouit per exploratores, quòd Siraconus adueniens innumeram ſecum traheret multitudinem. Quo comperto ire ſibi obuiam parat. Sed non multum proceſſerat, cùm audiuit Siraconum Nilum tranſiſſe. Hic iam opus erat nouo conſilio. Nam duplicatis hoſtium viribus non erat tutum in Ægypto diuturniorem moram facere. [Mora enim enorme ſecum trahebat periculum, cum neque cum eis ſanè tutum videbatur conſerere. Nec Soldanus pactorum finibus ſtare volebat: nec nos eum ad legẽ placitorum obſeruandam cõpellere poteramus.] Quare ordinatis agminib. in regnum rediit.

Soldanus à pactis recedit. cap. 6.

Rex ab Aegypto recedit. circa A. C. 1169.

Porrò Siraconus, videns temporis opportunitatem votis ſuis conſonare, etiam non eſſe quempiam diſcedente rege, qui eius deſiderijs poſſet præſtare impedimentum, quod prius mente conceperat mãdat affectui. Nam Soldanum nihil de Turcorum fide dubitantem iuſſit occidi. Poſt cuius mortem ingreſſus ad Caliph† iam, & ei debitam exhibens reuerentiam, ab eo Soldanatus officio inſignitur. O neſanda cupidæ mentis inſatiabilis rabies. Ecce à quam quieto & tranquillo ſtatu, in quam turbulentum in partibus orientis Chriſtianos deiecit inordinatus ardor habendi. Ægypti copiæ opulentiarum immenſitas noſtris vſibus famulabantur. Ex ea parte Hieroſolymitanum regnum tuta habebat latera, nec erat ab auſtro quem formidaret. At nunc econuerſo, mutatus eſt color optimus, & conuerſa eſt in luctum cithara noſtra. Nam vbicumque me vertam, ſuſpectas inuenio regiones, quoniam omnis vicina per circuitum regio hoſtibus poſtea paruit, & in Chriſtianorum perniciem ſe armant regna conterminia.

Siraconus Ægyptum occupat. circa A. C. 1169.

Deteſtatur auaritiam, quæ noſtros in oriente perdidit.

Verum Siraconus hoc tam magno ſucceſſu non lætatus eſt diu. Nam vix vno anno Ægypti potitus imperio, vitam finiuit. Quo mortuo ſucceſſit ei Salahadinus, vir acris ingenij, in armis ſtrenuus, conſilio altus, liberalis ſupra modum, maximè in viros militares, in quos omnia effundebat. Fuit præterea clemens in deuictos, & in verbo valdè ſtabilis. Hic primis ſui principatus auſpicijs ad Caliphum Dominum ſuum ingreſſus, vt ſolitam ei exhiberet reuerentiam, claua quam ſecum portabat, ipſum occidit. Quo occiſo, omnem eius progeniem gladio tranſuerberauit, vt ipſe ſimul eſſet Soldanus & Calipha. Poſt cuius interitum omnem eius theſaurum qui erat infinitus liberaliter ſuis erogauit militibus.

Siraconus moritur & ei Saladinus ſuccedit. c. 12.

A.C. 1170.

Domino autem Almarico rege ex Ægypto in regnum reuerſo, illis diebus nihil memoria dignum prima illius anni parte in regno geſtum eſt: Vere autem ſequenti, videntes noſtri orientales Chriſtianorum principes, quòd occupata Aegypto à Turcis, multo facta eſſet deterior Chriſtianorum in oriente conditio, opus eſſe deliberant, vt de prælatis eccleſiarum, viri venerabiles ad occidentis principes dirigerentur, qui diligenter inſinuent regni Hieroſolymitani importabiles neceſſitates, & Chriſtianorum inibi afflictionem, & caſus imminẽtes aſperos. Miſſi ſunt ergo de communi omnium conſilio ad opus miniſterij huius Dominus Fridericus Tyrenſis archiepiſcopus, & Dominus Ioannes Paneadenſis epiſcopus. Qui fœliciter ad partes occidentales peruenientes, parum vel nihil profecerunt. Quare completo biennio archiepiſcopus Tyrenſis rediit, domino epiſcopo Paneadenſi Pariſiis defuncto.

Orientales à principibus occidentis ſuppetias petunt. c. 13.

A.C.1169.

Imperator Conſtantinopolitanus claſſem in Syriam dirigit. cap. 14.

§. VI.

Anno autem dominicæ incarnationis 1169. circa autumni initium, memor Conſtantinopolitanus imperator pactorum, quæ cum domino rege Hieroſolymitano firmauerat, ſcilicet vt ſuis copijs adiutus regnũ Ægyptiorum occuparet, claſſem in Syriam miſit. In cuius nauali imperatoris exercitu erant roſtratæ naues quæ galeæ dicuntur 150. Naues autem oneratiæ ad equos, arma, & alia inſtrumenta bellica portanda 72. Miſit præterea de ſuis principibus qui exercitu præerant Megelduca, conſanguineum ſuum quemdãmque alium Mauresiu ſibi valdè familiarem, Comitem quoque Alexandrum de conuerſana nobilem de Apulia virum.

Rex autem Almaricus ante diu aduentu eorum cognito, compoſitis regni negotiis apud Aſcalonam, tam Græcorum quàm Latinorum congregauit exercitum.

Rex in Ægyptum deſcendit. cap. 15.

Inde tam marino, quàm terreſtri itinere ante Damiatam, quã à principio obſidere diſpoſuerat, caſtrametati ſunt, vrbem obſidione vallantes, vbi dum per triduum aſſultus differunt, experimento cognouerunt, quàm verum ſit, quod dictũ eſt à poëta: Semper nocuit differre paratis. Nã hoc intermedio ſpacio aduenientes de ſuperioribus Ægypti partibus Turcorum copiæ infinitæ, noſtris videntibus nec impedire valentib. vrbem prius penè vacuam repleuerũt. Chriſtianus autem populus nihilominus erectis vndique in gyrum machinis vrbem aggrediuntur. Sed ciues, quibus poſſunt argumentis noſtris reſiſtere ſatagebãt. Noſtri autem in reſiſtendo videntes eorum animum, cum inſtare acrius debuiſſent: timidè gelidéque cœperunt cuncta miniſtrare.

Damiatã obſidẽt Chriſtiani c. 16.

Acceſſit per idem tempus tanta imbrium abundantia, vt neque tugurijs pauperiores neque papilionibus ditiores arte aliqua ſtillicidia arcere poſſent. Fiebant præterea, ſed interpolatis diebus, in ciuitatem aſſultus: in quib. nunc noſtri, nunc hoſtes deteriorem calculum reportabant. Ipſi verò rarò Latinos, niſi laceſſiti ad congreſſum prouocabant. In Græcos verò nonnunquam per quamdam adulterinam portam, quæ eorum caſtra reſpiciebat, irruptiones ſubitas faciebant. Augebantur porrò quotidie ciuibus copiæ militares, adeo vt iam noſtris eſſent formidini. Murmur ergo ſerpebat in populo, & erat omnium penè vna ſententia Chriſtianos inutiliter operam cõſumere, itara dimittere hoc opus cœpiſſe, tutiúſque eſſe redire ad propria, quàm in Ægypto fame tabeſcere. Conualuerat enim fames valida in caſtris

Noſtri in hac obſidione moleſtias graues perpetiuntur. c. 17.

A.C. 1170. ſtris, cetatque omnium victualium chariſtia poriſſimum in caſtris Græcorum.

Soluitur obſidio, & recedũt noſtri ca. 18. Medianiibus ergo noſtris, & de Turcorum ſatrapis nonnullis, conſentientibus in idipſum Græcis, occultis quibuſdam conditionibus, fœdus initur. & mox voce præconis pax indicitur. Depoſitis ergo machinis, & igne ſuccenſis. dñs Rex Almaricus terreſtri itinere reuerſus eſt in regnum ſuum. Græci verò omnes, qui nauigio venerant, vt ad propria remearent, ſiniſtro omine & infauſtis auibus naues conſcenderunt. Nam ſæuiſſima tempeſtate ſuborta ſubitò confractis ad littora nauibus, naufragium paſſi ſunt, adeo vt de tanta claſſe vix naues paucæ conſeruarentur incolumes.

Terræmotus pene totũ orientẽ cõcutit. ca. 19. A.C. 1170. Anno autem ſequenti menſe Iunio, tantus tamque vehemens terræmotus in orientalibus partibus extitit, quantus in memoria præſentis ſæculi nunquam legitur acciediſſe. Hic vniuerſi orientalis tractus vrbes funditus diruẽs, habitatores earum ædificiorum caſu contriuit, adeo vt ad exiguam reduceret paucitatem, inter quas & ciuitates Cœloſyriæ & Phœnicis ſolotenus deiecit. Inter eas Antiochiam ſtrauit penitus, adeo, vt multis ſumptibus & laborib. vix ad ſtatum mediocrem potuerit reparari. De mediterraneis verò, quæ ab hoſtibus tenebantur, Alapia, Cæſarea, Amam, Emiſſa, & aliæ multæ funditus corruerunt. In Phœnice verò Tripolis nobilis & populoſa adeo concuſſa eſt, vt tota ciuitas quaſi agger lapidum, & tumulus fieret ciuium.

Salahadinus noſtrorum fines ingreditur. cap. 20.

§. VII.

EOdem anno menſe Decembris Salahadinus, vt Chriſtianis vicem redderet, ad inuadendũ eorum fines totis ſe viribus præparat. Vnde congregatis ex tota Ægypto militaribus copiis, quæ vſque 40. millia equitum dicuntur fuiſſe, regnum Hieroſolymitanum ingreditur. Cuius aduentu audito, rex cum vniuerſo exercitu, qui vix 250. equites, pedites verò ad duo millia eſſe poterant, cum omni celeritate Aſcalonam properat. Deinde paratus ad prælium hoſtibus ſe parat occurrere. Sed ille ad alium declinans locum, effractis ſuburbiis Gazæ vrbis, cum ingenti præda in Ægyptum regreſſus eſt.

Legati in occidentẽ & rex Cõſtantinopolim proficiſcũtur cap. 24. Anno ſequẽti, qui fuit 1171. videns ſæpè dictus rex, quantis moleſtiis regnum fatigaretur, & quod hoſtium inceſſanter augebatur numerus & eiuſdem regni prouidi principes iam defeciſſent, & in eorum locum ſoboles creſcebat pernicioſa. vnde in tantam deuenerat penitus debilitatem, vt quaſi deficeret: ea de re de conſilio principum in occidẽtem ſolemnes nuncios miſit. Ipſe verò per ſe cũ claſſe, 10. galearũ ad imperatorem Conſtantinopolitanum deliberauit accedere. Igitur proſpera vſus nauigatione Conſtantinopolim peruenit. Audiẽs autem imperator, quòd tam famoſus princeps & tam amabilis Deo regni moderator, imperium ſuum præter ſolitum ingrederetur, primũ vehementer admirans, quæ eſſe poſſet cauſa tanti laboris. deinde gloriæ ſuæ conſiderans incrementum, quod rex Hieroſolymorum, locorum venerabilium dominicæ paſſionis & reſurrectionis defenſor & aduocatus ad ſe venerat, quod nulli prædeceſſorũ ſuorum legitur accidiſſe, plurimum exhilaratus eſt.

Ingredientem ergo ad eum in cœtu procerum ſuorum dicitur ei ſam hilariter adſurrexiſſe, cũ pacis oſculo hilariter eum valde ſuſcipiens. Poſt dies aliquot rex imperatori viæ ſuæ cauſam aperit, regni neceſſitates explicat. Immortalitatem famæ quam ſibi dominus imperator in ſubiugando ſibi Ægypti regno comparare poſſet, diligentius exponit. Facilitatem quoque obtinendi propoſiti euidentibus adſtruit argumentis. Quibus perſuaſiuonibus autem benignam imperator eius aſſertionibus accommodauit, & deſiderius plenum & optatum pollicetur effectum.

Completo igitur rex pro voto negotio, ad reditum ſe incipit præparare, & feliciter conſummato opere compoſita claſſe mare ingreditur, & ſecundis flatibus actus ad vrbem applicat Sydonienſem.

Eodem anno & ſequenti Salahadinus irruptiones facit in regnum Hieroſolymitanum. ſed diuina pietate propitia, modicũ aut nihil Chriſti fidelibus nocere potuit.

Anno autem domini 1173. in regno Hieroſolymitano res periculoſa nimis & regno valde deteſtabilis dicitur accidiſſe. Quod vt plenius innoteſcat, ſumendum eſt aliunde narrationis initium. In prouincia Tyrenſi circa epiſcopatum Antaradenſem, eſt quidam populus caſtella 10. habens cum ſuburbiis ſuis. Eſtque numerus eorum, vt ſæpè audiuimus, ad ... millia virorum vel amplius. Hi non hæreditaria poſſeſſione, ſed meritorum prærogatiua magiſtrum ſibi ſolent præficere, quem ſpretis aliarum dignitatum nominibus Senem vocant. Cui tanto obedientiæ ſubiectionis vinculo ſolent ſe obligare, vt nihil ſit tam durum, nihil tam difficile, tamque periculoſum: quod ad magiſtri imperium ardenti animo non aggrediantur implere. Nam inter cætera, ſi quos habent principes odioſos, dato vni de ſuis ſica vel gladio, non conſiderato rei exitu, vtrum euadere poſſit, illuc contendit cui mandatũ eſt. Et tamdiu pro complendo anxius imperio laborat & circumit, quouſque peragat officium iniunctũ præceptoris mandato ſatisfaciens. Hos tam noſtri quàm Saraceni (neſcimus vnde deducto nomine) a Aſſyſinos vocant. Hi ignorant annis quaſi quadringentis Saracenorum leges, & eorum traditiones tanto zelo coluerunt, vt eorum reſpectu cæteri Saraceni, quaſi tranſgreſſores ac præuaricatores iudicarentur, & ipſi ſoli legem viderentur implere.

a De his in 6. Decret. lib. 5. c. 1. ex Concilio Lugdun. fit mentio, hinc, factum eſt, vt hi ſceleratiſſimi ſicarii qui certo propoſito & voluntate deliberata homines perimunt Aſſaſini vulgò vocentur.

Con-

A.C.1175

Contigit autem diebus illis, quòd magiſtrū ſibi præfecerunt virū nimis facundiſſimum, ſubtilem, & acris ingenij. Hic præter morem maiorum ſuorum cœpit habere libros Euangeliorum penes ſe, librum Apoſtolicum. Quorum continuato incumbens ſtudio, miracula rum Chriſti, & præceptorū ſeriem, & Apoſtoli doctrinam multò labore aſſecutus erat. Inde ſe cum conferens Chriſti & ſuorum ſuauem & honeſtam doctrinam, cum iis, quæ miſer & ſeductor ille Machometus complicious ſuis & deceptis ab eo tradiderat, cœpit ſordet putare, quicquid cum lacte biberat, & prædicti ſeductoris abominari immunditias. Eodem quoque modo populum ſuum erudiens, ab obſeruantia illius ſuperſtitionis ceſſare fecit, oratoria quibus ante vſi fuerant deiiciens, eorum ieiunia ſoluens vinum & ſuillas carnes ind ilgens. Tandem ad interiora legis Dei volens procedere, virum quemdam prudentem nomine Buabidellum ad dominum regem Almaricum dirigit verba deferentem. Quorum verborum præcipuus erat articulus, quòd ſi magiſter [a] & fratres militiæ templi, qui caſtella eorum habebant contermina, duorum millium aureorum, quæ ſingulis annis ab eis exigebant volebant relaxare tributum, ipſi ad fidem Chriſti & baptiſma conuolarent.

Magiſter Aſſiſinorū Chriſtian' fieri cupit.

Rex autem eorum legationem læto ſuſcipiens animo, ſicut vir diſcretiſſimus erat, eorum petitionibus plenius annuens duo millia aureorum quorum annuam ſolutionem relaxari poſtulabant, de ſuis propriis reditibus prædictis fratribus refundere paratus erat. Nuncium que quē apud ſe diu tenuerat, ſibi dato ducis itinere ad proprium magiſtrum remittebat. Qui dum cum itineris conſorte Tripolim perueniſſet, fines ſuos ingreſſurus in proximo, ſubitò fratres ſupradicti ex improuiſo ſtrictis gladiis irruentes, hominem de regio ducatu, & noſtræ gentis ſinceritate, & fide præſumentem, & nihil tale verentem occiderunt. Quod audiens rex præfati atrocitate quaſi inſania ſuccenſus, conuocatis regni principibus, in iniuriam ſuam quicquid acciderat aſſerens redundare, quærit inſtrui, quid in tali caſu oporteat facere. De communi tandem principum conſilio factum, quod acciderat, aſſerunt non eſſe negligendum. Nam in eo authoritas regia videbatur deperire, & Chriſtiani nominis fidei & cōſtantia immeritā contrahere infamiam, & orientalis eccleſia Deo placitum, & iam peractum incrementum amittere. Mittuntur ergo de conſilio nobiles viri, qui à magiſtro prædictorum fratrum Odune de ſancto Amando exigant, vt tanti exceſſus regi, & regno vniuerſo ſatiſfactionem exhibeant, dicebatur enim quidam frater Gualterus de Manilio, vir nequam, & monoculus, omnino penes ſe nihil habens diſcretionis, de fratrum tamen conſcientia id feciſſe. Vnde magiſter præter debitum illi parcendo, per ſuos nuncios regi ſignificauit, fratri, qui hoc commiſerat illi, pœnitentiam iniunxiſſe, & ita cum iniuncta pœnitentia ad dominum papam ſe eum directurum. Inhibere autem ex parte dñi papæ, ne in prędictū fratrem quis auderet manus violentas iniicere. Rex autem pro prædicto negotio apud Sidonem conſtitutus, prædictum maieſtatis reū de domo violenter extractum, vinculis mancipari fecit. Tandem huius facti occaſione, paulò minus vniuerſum regnum ruinam habuit irreparabilem ſuſtinere. Rex tamen apud Aſſiſinorum magiſtrum de ſua innocentia per nuncios immunis facti apparuit. Et cùm prædictis fratribus ſatis temperato vſus moderamine, vſque ad ſui obitum rem dimiſit indiſcuſſam. Dicitur tamen, quòd ſi de ſua illa ægritudine, quam ſtatim poſt [illegible] tactum incurrerat, conualuiſſet cum regibus & principibus Chriſtianis orbis terrarum illam iniuriam propoſuerat per ſolemniſſimos nuncios pertractare.

Occiditur à fratrib militiæ templi Aſſiſino rū legatus, & ingēs in regno ex citatur tumultus. c. 32.

Odo de S. Amando Magiſter de ſuis fratrib ſupplicium ſumere regem pro hoc ſcelere prohibet.

A.C.1180.

Eodem tempore Noradinus Alapiæ dominus, maximus Chriſtianæ fidei perſecutor, princeps tamen iuſtus ac prouidus, regni eius anno 29 defunctus eſt. Nec multò pòſt tempore dominus rex Almaricus, cum aliquot menſibus febre defatigatus decubuiſſet, mortuus eſt anno ab incarnatione domini 1173. Regni eius anno 12. Ætatis verò 33. Sepultus eſt autē inter prædeceſſores ſuos, ſecus fratrem in eadem linea ante locum Caluariæ. Nunc autem ad occidentales hiſtorias redeamus, ea referendo, quæ imperante Friderico imperatore primo contigerunt.

Noradin' & Almaricus reges moriūtur. cap. 31.

a Quam ob cauſam hi Aſſiſini Fratrib. militia templi ſubiecti fuerint, eiſq; tributum pendeant narrat D. An. infra tit. 19. cap. 8. § 9.

Roberto de Area quid acciderit. Vinc. lib. 29. cap. 21.

§. VIII.

ANno autē ab incarnatione domini 1172. Robertus natione Carnotenſis, præpoſitus de Area, duas regebat epiſcopatus, Attrebatenſem, ſcilicet & Tornacenſem. Hic cuiuſdam fabri & ruſtici filius fuit, qui vt dictum eſt, familiari dæmone vtebatur, quo mediante ad tantos peruenit honores. Hic poſtmodum ab eodē patrono & familiari ſuo deceptus, procurāte quodā nobili milite occiſus eſt à ribaldis.

ſu. c. 1. § 1. Philippus 2. auguſtus ſeu à Deodatus dictus rex Francorū coronatur Vin. c. 22.

Anno autem domini 1179. Philippus Ludouici regis Francorum filius, Remis in feſto omnium ſanctorum ab archiepiſcopo Guilielmo auunculo ſuo conſecratur in regem. Conſecratus eſt autē cum adhuc pater eius viueret Ludouicus, qui iam ætatis 60. tranſierat annum, cum ipſe puer iam annorum eſſet 14. Habuit enim Philippus, quamuis iouenis optima initia, præcipuè ſupra ætatem ſuam Deum timere videbatur. Nam principio regni ſui, quæ ab aleatoribus enormia in tabernis & curiis fieri ſolebant, intantum abhorruit, vt eos, qui talia in eius pœnitentia iuramenta depromerent, ipſe quicunque eſſent, in lacu vel flumine mergi iuberet. Quod edictum firmiſſimè ſeruari iuſſit in poſterum.

Anno autem primo regni ſui cum contra ipſum grauia emerſiſſent bella, ipſe cum eſſet ætate puer non tamen pueriliter, ſed viriliter ac ſtrenue omnibus cœpit eminere. Nam primum contra Hebonem de Carantonio in territorio Biturícenſi, qui graui iugo eccleſias

&

In Philippum bella inſurgunt, quæ ipſe cōponit vt de Aimoyn lib. 5. & 6.

A.C.1180. A & eius miniſtros opprimebat, mouit exercitũ & inſtantiam eius repreſſit tyrannidem, vt coactus ad eius pedes venire cogeretur, atque ab eo non aliter veniam & indulgentiam impetraret, quouſque ſacramento promitteret, quòd iuxta eius beneplacitum de illatis damnis omnibus eccleſiis plenè ſatiſfaceret, & ſe à ſimilibus abſtineret.

Philippus rex pro Eccleſiarum libertate pugnat.

Similiter eodem anno contra iniquitatis filios Imbertum de belloloco (aliàs bellotoco) & comitem Cabillonenſem contra regias immunitates eccleſias Dei grauare præſumentes collecto exercitu eorum terras inuaſit, & tyrannidem ſuperbiamque eorum confringens, ablata eccleſiis in integrum reſtituere coegit. B Et quoniam hæc duo prima bella pro eccleſiarum defenſione, & cleri libertate ſtrenuè geſſit, ideo dominus in fraude circumuenientium eũ illi affuit.

Mors Ludouici ſeptimi A.C.1181.

Anno ſequenti eius pater Ludouicus apud Pariſios anno regni ſui 43. obiit. Anno autem domini 1182. Alexander papa moritur. Huic Lucius natione Tuſcus in papatu ſucceſſit, qui ſedit annis 4. menſib. 2.

Conſpiratio contra Philippũ generatur.

C Eodem anno Philippus, magnus comes Flandrenſis, & Odo Burgundiæ dux, & Guilielmus Archiepiſcopus Remenſis frater eius contra regem Philippum conſpirauerant. Rex autem Angliæ Henricus cum filio ſuo fert opem regi & ipſis moderantibus pax inter illos componitur. Quo tempore Henricus & Ricardus fratres, filij Henrici regis Anglorum, inter ſe diſcordant, patre Ricardi partem fouente. Sed non poſt multum Henricus iunior moritur, quem pater iam dudum in regem fecerat coronari.

In Angliæ regno inter regios liberos oriuntur diſſenſiones.

D Eo quidem tempore Iudæorum multitudo maxima, quæ ex omni mundi parte confluxerat, Pariſiis habitabat. Qui ibidem tam diu cõuerſati adeo diuites facti erant, vt ferè ibi medietatem vrbis vendicarent. Hi [a] contra Dei & ſanctæ eccleſiæ decretum in domibus ſuis Chriſtianos ſeruos & ancillas habebant, qui etiã (quod peius erat) in quibuſdam cum eis Iudaizare cogebantur. Inſuper & ſacra vaſa pro imminente eccleſiarum neceſſitate pignori nomine retinentes, tã viliter tractabant, quod eorũ infantes in calicib. offas faciebãt & in eis bibebãt, ſed & multa alia enormia contra E fidem immo in contemptum Dei committebant. Dicebatur inſuper, quòd ſingulis annis in opprobrium Chriſtianæ religionis, quaſi pro ſacrificio in quibuſdam cryptis & foſſis ſubterraneis in die cœnæ domini Chriſtianum vnum patibulo crucis affigentes occidebant. Audiuerat autem hæc enormia rex Philippus à Iudæis fieri, & viuente patre diu mente clauſum geſtauerat. Quo mortuo, eius præcepto per totum regnũ eius capti ſunt Iudæi. Et pri- F

Iudæi Frãcia expelluntur Vide lib. 29. c. 53. Aemyl. ibid.

a Contra Dei decretum ideo hoc eſſe videtur, vt Iudæo Chriſtianus ſeruiat, quod filio ancillæ filius liberæ ſeruire non debet. Geneſ. 21. Paul. ad Gala. 4. Multa porro Eccleſiæ decreta id prohibent, quæ extant dist. 54. & lib. 5. Decret. tit. 6. De Iudæis, Saracenis & eorum ſeruis. Quinimo etiam concedunt leges Imperatoriæ Cod. Ne Chriſtianum mancipium I. Iudæus.

A mo omnib. bonis. ſ. in auro & argento ſpoliati ſunt. Deinde mandauit, vt omnes, qui fidem Chriſtianam & baptiſma ſuſcipere nollent, de regno eius exirent. Multi ergo per Dei gratiam ad baptiſmum & fidem venerunt. Quibus piiſſimus rex omnes poſſeſſiones ſuas integrè reſtituit. Aliis verò exeuntibus rex illorum ſynagogas in eccleſias Dei dedicari mandauit. Erat autem tunc Philippus annorum 17. A.C.1180.

Conſtantinopoli Latini expelluntur. Tyr. li. 22. cap. 10. A.C.1180.

§. IX.

Dum hæc itaque in occidente geruntur, apud Conſtantinopolim grandis circa imperium facta eſt permutatio, & caſus accidit vniuerſæ latinitati lugubris. Nam dolum, quẽ prudens fallax & perfida Græcia cõceperat, edidit, & peperit iniquitatem. Defuncto enim do C mino Manuele fœliciſſimo imperatore Græcorum, ſucceſſit ei in imperio impubes filius nomine Alexius vix annorum tredecim. Qui ſub tutela matris conſtitutus per Alexiũ [a] protoſeuaſto, domini imperatoris nepotem ex fratre, ſic procreatum imperialia negotia procurabantur, viſum eſt ergo iam malignis q̃ populo, vt quod diu iſti malignè noſtros Latinos conceperant, poſſent commodè effectui mandare. Imperante autem Deo amabili prædicto imperatore Manuele, tantam apud eum Latinus populus inuenerat gratiam, vt Græcis D ſuis tanquam viris effœminatis neglectis ſolis Latinis grandia dimitteret negotia: vnde ex omni orbe ad eum tam nobiles, quàm ignobiles concurrebant Latini. Quamobrem omnes Græci, potiſſimum conſanguinei imperatoris [b] odium inſatiabile aduerſus latinos conceperant, opportunitatem quærentes vt ſaltem poſt imperatoris obitum, inuiſum Latinorum nomen, vel populum tum in vrbe Con-

Manuel ...

a Protoſeuaſtos (quo nomine Tyr. lib. 20. cap. 1. & 2. E & Nicetas Choniates & Niceph. Gregoras ſubinde vtuntur) is erat, qui in palatio primum apud imperatorem tum conſanguinitatis, tum etiam dignitatis locum obtinebat, quaſi πρῶτος καὶ τῶν σεβαστῶν, id eſt, primus ab Augusto. Apud Tyrum Ioannes qui Protoſebaſtos dicitur imperatoris prior ortu ex fratre nepos erat ſicut & hoc loco.

b Accedente etiam ad indignationis cumulum, & incendiorum fomitem & incentiuum miniſtrante ſa- F cramentorum inter eos & nos differentia. Arrogantes enim ſi præ modum & à Romana Eccleſia per inſolentiam ſeparati, hæreticum omnem eum reputant, qui eorum friuolas non ſequitur traditiones cum ipſis magis hæreticorum nomen adaptet, cum contra Romanam Eccleſiam, & Apoſtolorum Petri & Pauli fidem, aduerſus quam portæ inferi non poſſunt præualere, nouas aut peſtilentes opiniones gignunt aut ſequuntur. Tyr. ibid.

Græci ſibi hæreticos ...

ſtantino-

A.C. 1183. ſtantinopolitana commemorante tum in finibus imperij manente penitus exterminarent.

Andronicus CPō to aduectus tandem ſocus et ſitur. c. 11. A.C. 1183.

Igitur non multò poſt imperatoris obitum, vocatus eſt ab eis Andronicus prædicti imperatoris nepos, qui cum infinitis barbarum nationum copiis Conſtantinopolim veniens, prinò dictum Alexiû, qui pueri tutelam gerebat, ab adminiſtratione deiectum oculis priuauit.

Andronici in nostros ſeui tia c. 12.

Latini autē, qui intra vrbem habitabant, plurimum mente conſternati erant timentes ne ciuiu ſuper eos fieret repentina irruptio & hoc non ſine cauſa formidabant. Nam de eorum exterminatione iā apud ſe ille Andronicus deliberauerat. Quare eorum molimina præuenientes, alij in galeis 44. quę erāt in portu, alij in naui bus ſe recipientes, ſic nutris euaſerūt diſcrimen. Qui autem infirmi fuerunt, aut ſegnes, aut ad fugam minus idonei, rabiem, quam illi effugerant, ſunt experti. Sed licet eſſent pauciſſimi numero maximè qui ad arma poſſent ſufficere reſtiterunt tamen diu & cruentam de ſe hoſtibus reliquerunt victoriam, tādē tamen diuerſis generibus mortis a Græcis ſunt crudeliter occiſi, nec ſexui, nec ætati parcentibus. Paucos verò, qui ſe eorum fidei commiſerunt, & quibus ſpem ſalutis dederant, Turcis & aliis populis infidelibus in perpetuam vendiderunt ſeruitutem, qui promiſcui ſexus vltra quatuor millia fuiſſe dicuntur. Sic igitur infidus Græcorum populus, & gemmina vipera rum, more ſerpentia in gremio, nihil tale meritos remunerauerunt hoſpites ſuos.

Verum non omnino tamen ſi c vltione receſſerunt & à ſæculis inauditum facinus in punè commiſerunt. Nam qui in galeis & nauibus vt prædiximus erant, habentes ſecum multitudinem maximam, poſtquam plenius cognouerunt Græcos, vxorēs & liberos, toramque familiam, qui in vrbe remanſerat, partim gladio, partim incendio conſumpſiſſe, iuſta indignatione commoti circumiierunt vtrumque Helleſponti litus vſque ad oſtium mediterranei maris quod ab vrbe vltra 200. milliaria diſtare dicitur quaelibet quoque municipia, vinlenter comprehendentes, vniuerſos habitatores eorum gladio peremerunt: ſed & monaſteria per uadentes, pſeudo monachos, & ſacrilegos eorum ſacerdotes ferro peremerunt ipſa monaſteria ſuccendentes. Ex quibus locis infinitas auri & argenti dicuntur copias extraxiſſe. Deinde mare mediterraneum ingreſſi Theſſaliæ, & aliarum adiacentium prouinciarum vrbes & oppida perluſtrantes, ac cuncta incendio & rapinę tradentes, ſtragem innumerā operati ſunt. Alij verò qui ſtragē & rapinas abominabantur, cū vxoribus & liberis à prædicto declinantes exercitu, in regnum Hieroſolimitanum deſcēderunt. Factum eſt autem hoc anno Domini 1182. menſe Aprili.

De Balduino 4. Hieroſolymorum rege. 7. Tyr. li. 21. c. 2. A.C. 1183.

§. X.

ALmarico ſexto rege Latinorum Hieroſolymis defuncto ſucceſſit illi in regno Balduinus eius filius huius nominis quartus. Erat autem annorum tredecim tempore, quo pater ſuus obiit. Hic viuente patre cùm eſſet annorum nouem deprehenſus eſt morbum elephanticum incurriſſe.

A.C. 1174

Cùm autē tū propter infirmitatem quę continuè augmentabatur & creſcebat, tum etiam propter ætatem regni negotia adminiſtrare nō poſſet: de communi omnium principum conſilio, Domino Raimundo, comiti Tripolitano regni Hieroſolymitani cura & adminiſtratio commiſſa eſt.

Saladin Damaſcū obtinet cap. 6. A.C. 1174

B Anno autem primo regni huius Balduini: Salahadinus vocantibus eum Damaſcenis, dolo eorum filio Noradini, adhuc impubere, & apud Alapiam commorante regnum Damaſcenorum occupauit: quo facto cum multitudine ſuorum verſus Cæloſyriam properat. ſperans omnes illas vrbes, quæ hactenus Noradini fuerant, facilè occupare, quod vt conceperat, intra tempus modicum effectui mandauit. Hæc audiens Dominus rex, de conſilio ſuorū principum illuc cum celeritate dominum comitem Tripolitanum cum vniuerſa regni militia dirigit, vt omnibus Salahadini conatibus ſe opponeret. Suſpectum enim, & meritò omnes Salahadini incrementum habebant, ne C geminatis poſſeſſionibus acrius in Chriſtianos inſurgeret. Tutius enim videbatur filio Noradini miniſtrare ſubſidium, non vt gratia eius aliquid humanitatis ei videretur pręſtandum, ſed vt ſuſpectiori æmulo nutriretur aduerſarius.

Saladin pactus Comitem ſibi conſiliat. c. 15.

Audiens autem Salahadinus comitis contra ſe aduentum, per nuncios eum rogauit, ne ſe ſuis ſucceſſionibus opponat, ſed permittat ſe cum Noradini filio, & iis, qui ſibi in adiutorium venerant, fortunam experiri. Ne autem & hoc ipſum ſine condigna retributione D contemnat, obſides ſuos, & Domini Reginaldi quondā Antiocheni principis, qui in Emiſſena ciuitate, quam ipſe occupauerat, captiui tenebantur, gratis offert reſtituendos. Placuit hoc verbum Domino comiti & receptis obſidibus, prout in pactis erat, ad propria cum Chriſtianorum exercitu remeauit. Factum eſt igitur contra propoſitum noſtrum, vt cui penitus fuerat obuiādum, eidem faunt noſter accederet.

Rex fines Damaſc. notū de populatur c. 10.

Per idem tempus, Salahadino circa partes E illas arctius occupato Dominus rex Balduinus, cum ſuo exercitu fines Damaſcenorum hoſtiliter eſt ingreſſus.

Chriſtiani vincūt cap. 11.

Quod audiens Semſednlus, Salahadini frater, qui Damaſci præerat, congregata ſuorū militia (hoſtibus occurrit, ſed Deo volente victus, multis ſuorum amiſſis fugit, Chriſtiani autem victoria potiti, multa præda onuſti Hieroſolymam ſunt reuerſi.

Marchio mōtisſerrati in Syriam venit c. 13. A.C. 1175.

Anno autem 3. huius Balduini regia Hieroſolymorum Dominus Gulielmus marchio Mōtiſferrati, qui cognominatus eſt Longaſpata, à F Domino rege Balduino, & eius principibus vocatus in regnum, apud Sydonem applicuit: cui ſtatim, ſicut illi fuerat promiſſum rex ſororem ſuam dedit vxorem. Fuit hic marchio nobiliſſimus genere, adeo vt rariſſimum diceretur habere parem. Nam mater regis Francorum Philippi, germana ipſius fuit, mater verò ipſius Gulielmi ſoror e fuit Domini imperatoris Chūradi. Sed poſt tres menſes conſummati matrimonij dictus Gulielmus apud Aſcalonam deceſſit, vxore prægnante dimiſſa. Ao-

A.C.1175.

Saladidus integnũm ingreditur c.21.

no autem prædicto tertio Domini Balduini, qui fuit ab incarnatione Domini 1175. Salahadinus, occupata omni terra, quæ Noradini fuerat, in Ægyptum reuerſus, infinita ſuorum congregata multitudine, hoſtiliter regnum ingreſſus eſt.

Rex cõtra eum in pugnam procedit c.22.

Quo audito Dominus rex, celeriter conuocatis ſuis inuocato de ſupernis auxilio, vrbem Aſcalonam pugnaturus cum ſuis egreſſus eſt. In cuius exercitu vix erant trecenti ſeptuaginta quinque equites loricati. Nam reliquam regni militiam rex Antiochiam miſerat. Ij omnes diuino freti adiutorio præuio viuificæ crucis ligno contempta illorum multitudine hoſtes inuadunt vbi primo caſu dubio inter eos bellatum eſt: cum eſſent vires longè impares. Nam dicebantur eſſe in exercitu Saladini ſolũ equites ad viginti ſex millia armatorum.

Inſignis noſtrorũ victoria c.23.

Sed Deo volente confractis illorum legionibus, poſt multam ſtragem ipſos in fugam vertunt, quod noſtri vſque ad noctem cedendo inſecuti: per duodecim miliaria pene ad internetionem tãtam multitudinem deleuerunt: Adeo, vt Salahadinus vix cum centum equitibus fuga lapſus euaderet, cæteris autem occiſis, & aliis vinculis alligatis. Hac potitus victoria dominus rex multa onuſtus præda Hieroſolymã eſt reuerſus.

Saladino rex occurrens excurſores eius trucidat. cap.28.

§ XI.

ANno autem 1178. Salahadinus cum ſuis copiis, iterum regnum Hieroſolymorũ hoſtiliter ingreſſus eſt. Quod poſtquam domino regi innotuit, ſuis vndique conuocatis, contra hoſtes fidei progreditur. Qui Saracenorum excurſores habuit obuiam, cum quibus inito prælio Deo propitio noſtri fiunt ſuperiores multiſque interfectis, cæteri in fugam verſi, ad caſtra Salahadini reuerſi ſunt.

Saladinus reſumptis viribus noſtros trucidat.c.29.

Salahadinus autem cognito, quod acciderat, ſecundum diſciplinam rei militaris ordinatis aciebus, noſtris obuiam pergit, Chriſtianiſque ex victoria nimis ſecuris occurrit. Noſtri verò hoſtes, quos iam deuictos putabant, ſuper ſe tam acriter videntes irruere, confuſo ordine decertantes reſiſtũt ad tempus. Tandẽ verò viribus impares, in fugam turpiter verſi ſuccumbunt, & multi ex eis interfecti gladio, cæteri fuga ſaluti conſulentes euadunt. Dominus autẽ rex ſuorũ fretus auxilio, euaſit incolumis. capti ſunt ibi de Chriſtianis, Odo de ſancto Amãdo, magiſter militiæ templi, qui ſqualloré carceris attritus eodem anno mortuus eſt [Balduinus quoque de Ramis, nobilis vir ac potẽs, Hugo de Tyberiade & alij] Hac victoria elatus Salahadinus infinita damna eo anno regno Hieroſolymorum intulit.

Rex ſororem ſuam Guidoni de Luſignia no locat. li.22.c.1. A.C.1179.

Eodem quoque tempore Dominus rex ſororem ſuam relictam ſcilicet domini marchionis cauſis quibuſdam interuenientibus nobili & illuſtri adoleſcenti Guidoni de luſigniano vxorem dedit. Quo etiam tẽpore treugæ inter Chriſtianos & Salahadinum factæ ſunt vſq; ad biennium.

A.C.118

Maronitæ Eccleſiæ conciliantur.c.8

Ea tẽpeſtate, dum regnum temporali pace frueretur natio quędã Syrorũ, quę in prouincia Phœnicis circa iuga Libani iuxta vrbem Biblẽſium habitabat plurimã cira ſui ſtatum paſſa eſt mutationem. Nam cum per annos fere 500. cuiuſdam a Maronis hæreſiarchæ errorẽ fuiſſent ſecuti ita vt ab eo Maronitę dicerentur, ab eccleſiaq; fideliũ ſequeſtrati, ſeorsũ ſacramẽta conficerent, ſua diuina inſpiratione ad cor redeũtes lãguore depoſito ad patriarchã Anthiochenũ Americũ, qui tertius Latinorũ tunc eidẽ præerat, ecclesię acceſſerũt & abiurato errore, quo diu detenti fuerant, ad vnitatem catholicæ fidei reuerſi ſunt.

Salad[illegible]

Interea dum hæc geruntur, Saladinus Soldanus Ægypti, ſoluto fœdere, quo cum Chriſtianis quibuſdam conditionibus ligatus erat, cum infinita infidelium nationum multitudine, fines regni Hieroſolymitani ingreſſus, agros ac ſuburbana depopulari cœpit. Erat autem hoſtium numerus 26000. Chriſtianorum autẽ equites erãt 700. Sed prævia Domini miſericordia, ordinatis iuxta militatẽ diſciplinam agminibus, in hoſtium cuneos viriliter irruentes, gladiis ſtrictis, diſſolutis eorum agminibus in fugam eos conuerterunt: de quibus mille illa die ceciderunt. Sed & de eorum principibus occiderũt aliquos. De Chriſtianis verò pauciſſimi de equeſtri ordine ſunt amiſſi de popularibus verò plures. Saladinus ergo prælio victus confuſione indutus rediit ad propria.

Sed ſicut erat vir vigilantiſſimus, Chriſtianorum vires quaſi pro nihilo ducens, & ad maiora aſpirans, congregata ſuorum militia verſus fluuium Ephratem properat. Quo tranſito Meſopotamię, vrbes ſplendidiſſimas Edeſſam

a Maronis autem error & ſequacium eius eſt & fuit ſicut ex ſexta ſynodo legitur, qua cõtra eos lata eſſe dignoſcitur, & in qua damnationis ſententiam pertulerunt, quod in Domino noſtro Ieſu Chriſto vna tantum ſit, & fuerit ab initio & voluntas & operatio. Cui articulo ab Eccleſia Catholica reprobato multa alia pernicioſa nimis, poſtquam à cœtu fidelium ſegregati ſunt, adiecerunt. Super quibus omnibus [illegible] cti penitus ad Eccleſiam redierunt Catholicam fidem orthodoxam ſuſcipientes, parati Romanæ Eccleſiæ traditiones cum omni veneratione amplecti & obſeruare. Tyr. ibid. In fide adhuc Catholica perſeuerant, & Romanæ Eccleſiæ traditiones hoc tempore ſtudioſe obſeruant, Romanumq; Pontificem velute Chriſti vicarium venerantur, vt fidem faciunt litteræ Petri Maronitarum Patriarchæ ex monaſterio Cannbin in mõte Libani ad Leonem 10. A.C.1515. deſtinatæ, & eæ in lateranenſi Concilio ab Amuri Ioſeph oratore & duobus aliis qui Heliæ nomen habebant in ſeſſione decima oblata, quas tam in eodem Concilio quam apud [illegible] and. lib.7. de viſib. monarch. videre licet. Deinque cum aliquot adhuc erroribus detinerentur, vt quod Spiritũ ſanctum à ſolo Patre procedere crederẽt, liceret vxori nũcium remittere, & quibuſdam aliis & Gregor[illegible] 13. P. Ioannem Baptiſtam Aelianum & P. Ioannẽ Brunum Societatis Ieſu ad eos A.C.1579. & 1580. delegauit, qui eos ab iis erroribus ad Eccleſiæ Romanæ veritatem reduxerunt, & in conuentu epiſcoporum, quem patriarcha edixerat epiſcopos induxerũt, vt iis erroribus relictis Catholicæ religionis profeſſione verbo ipſis præeuntibus ritè enunciarent, Litteræ annuæ Soci. Ieſ. A.C.1581.

Chartam

A.C. 1180.

Chalram & quamplurimas alias, ac vniuerſam regionem, quæ ſubdominio fratris Nuradini, erat, intra paucus dies ſibi vendicauit.

Rex autem audito, quòd Salahadinus ad partes longinquas ſe tranſtulerat conſiderans regionem hoſtium viribus deſtitutam, cum ſua militia terras Damaſcenorum ingreſſus eſt, ac lucum celebrem ac famoſum Zoram nomine, multis refertum habitatoribus non longe à Damaſco violenter effregerunt [& inde regionem perluſtrantes loca ſuburbana, quæ vulgò caſalia dicuntur, ſuppoſitis ignibus & aliis quibus poterant nocendi artibus deiecerunt.

Præſidiū occupat cap. 21.

Quo facto præſidium quoddā, quod à Chriſtianis paulo ante abſtulerat Salahadinus obſidentes, obſeſſos ad deditionem compulerunt. Quo recepto rex cum multa præda in regnum reuerſus eſt.

Saladinus Alapiam obſidet & obtinet cap. 24. Anno Chriſti 1181.

§. XII.

INterea vir impiger, & per omnia ſtrenuum agens principem Saladinus poſtquam totā Meſopotamiā ſuæ ſubiecerat ditioni, remēſo Euphrate in Cæloſyriam eſt reuerſus, & nobilem ac potentem vrbem Alapiam quibuſdam interuenientibus conditionibus recepit. Hic primum Chriſtianos orientales geminatus eō triuit timor. Nam quòd maximè verebantur accidit, ſubiugata enim Alapia omnis illa regio per circuitum Saladini potentia quaſi obſidione vallata eſt, quare Chriſtiani vrbes & oppida, quæ in finibus hoſtium poſita erant, munire cœperunt.

Rex apud Nazareth ægritudine correptus regno ſe abdicat c. 25 A C. 1182.

Quo tempore Dominus rex apud Nazareth febre grauiſſima laborabat. Sed & morbo elephantioſo, quo prima adoleſcentia grauari cœperat, ingrauaſcente de ſe quaſi deſperans, regni vniuerſalem curam & adminiſtrationē Domino Guidoni de Luſigniano viro ſororis ſuæ attribuit, retenta ſibi Hieroſolyma, cum reditu decem millium aureorum annuatim ſolidorum. Saladinus autem in iis regionibus pro ſua voluntate compoſitis rebus: Damaſcum rediit.

Saladinus regnum inuadit. c. 26

Noſtrorū numerus ca. 27.

Deinde cum vniuerſo ſuorum exercitu, fines noſtros ingreſſus eſt. Quo cognito, Chriſtiani correptis armis ad lucum, vbi caſtra locauerat, proceſſerunt.

Hic ſanè vt dicit Dominus Guil. Archiepiſcop. Tyrenſis in Chron. ſuo, ſi peccata noſtra Deum nobis paſſa fuiſſent eſſe propitium videbatur robur hoſtium de facili in ruinam verti potuiſſe. Nunquam enim legitur ex orientali Chriſtianorum regno, tantam in vnum conueniſſe militiam. Erant enim equites optimè loricati 1300. peditum verò accinctorum ad bellum 5000. In quo prælio erant magni & admirabiles duces videlicet Dominus Boemundus ſextus princeps Antiochenus, Raimundus comes Tripolitanus, Henricus dux, Louanij de Teutonicorum imperio Princeps, Rudulphus de Milleuoe de Aquitania. Sed peccatis noſtris exigentib. effuſa eſt contentio ſuper principes.

A. C. 1183.

Contentione principū res perituit.

Nam ex principibus quidam odio Guidonis de Loſigniano, cui rex eorum regni commiſerat, pugnare diſſuadebant. Mirabantur, qui aderant milites, quid nubis eſſet, quòd tāta opportunitate non fieret cum hoſtibus congreſſio. Vnde factum eſt, quòd per 8. dies caſtra hoſtiū vix à noſtris diſtantia vnius ſpatio milliaris, quod nonquam alias in regno accidiſſe legitur opprobriosè paſſi ſunt moram facere, & in regionem pro eorum arbitrio ſæuire. Salahadinus autem poſt multa damna regioni illata, ad propria reuerſus eſt indemnis.

Rex ad ſe regni adminiſtrationē reuocans Balduinū nepotem regē creat c. 29. A. C. 1183.

Vix autem euoluto vnius menſis ſpatio Saladinus reuocatis viribus, vrbem, cui antiquitus Petra deſerti nomen fuerat, nūc autē Crach dicitur, obſidione vndique vallauit.

Rex autem conſiderans, quod in ſupradicta belli adminiſtratione Comes Ioppenſia minus ſtrenuè ſe geſſerat, ad ſe curam regni vocauit, atque de communi principum conſilio nepotem ſuum Balduinum, quem ſoror eius Gulielmo marchione Mōtiſferrati genuerat, in regem fecit coronari. Quo facto ad ſubueniēdum iis, qui obſidebantur à Salahadino cum ſuorum militia properauit. Quod cū Salahadinus per exploratores cognouiſſet, ſoluta obſidione, quam per menſem continuauerat, ad propria eſt reuerſus. Actum eſt hoc anno Domini 1183.

Balduin' rex Hieruſalem 7 moritur A C. 1185.

a Non autē multo poſt tempore dictus Balduinus puer, quē rex Balduinus ſenior fecerat coronari in regē Hieruſalē defunct' eſt. b Poſtea

a *Quæ hactenus de bello ſacro dicta ſunt, ea à Gulielmo Tyro excerpta ſunt, hic verò eius deſinit hiſtoria, quam tamen ſe ad finem vſque vitæ ſuæ produxiſſe li. 23. apertè teſtatur, ſed in exemplari manuſcripto, ex quo Tyrius Baſileæ editus fuit expreſſus reliqua deficiebant quare ad nos non peruenerunt, fieri tamen potuit, vt Ioannes de Columna, & Vincentius, & Sigeberti Continuator ex quibus quæ ſequuntur D. Anton. deſcripſit, codicem Tyrij M. S. integrum nacti, ab eo iſta excerpſerint. Nos autem ea ex aliis qui de bello ſacro ſcripſerunt confirmare conabimur.*

b *A. C. 1185. 16. Martij obijt rex Hieroſ. 7. Balduinus 4. cui ſuperuixiſſe Balduinum 5. regem ab eo deſignatum menſes ſeptem vel octo ſcribunt Contin. belli ſacri lib. 1. c. 3. Blon. dec. 2. lib. 7. Aemil. lib. 6. Naucl. gen. 40. Quare Balduinus hic puer rex Hieruſalem 8. Guido vero 9. dici poteſt. Cæterum quoniam Balduinus puer nihil regium ob ætatem fecit, & Guido poſt Balduini 4. mortem, licet non ſine tumultu regni adminiſtrationem ſuſcepit, & eo mortuo regnum non ſine pretio adeptus eſt, ideo Balduino prætermiſſo rex Hieruſalem 8. Guido nominatur.*

A.C.1184 ius morte rex ipſe nõ diuvixit, ſed inualeſcente morbo migrauit ex hoc ſeculo. Sed eo defuncto, dictus Guido de Buſigniano, cui ratione vxoris regnum Hieroſolymitanum debebatur, dictum regnum adeptus eſt. Quo tempore Saraceni multas terras obtinuerunt.

Cumque rex Guido vndique ab infidelibus arctaretur de principum ſuorum conſilio Dominum patriarcham Hieroſolymitanum, vnà cum magiſtro templi, & priore hoſpitalis miſit ad principes occidentis, qui illis denunciarent, in quanta calamitate eſſet populus Chriſtianus in oriente. Hi primum ad regem Francorum Philippum venerunt, cui claues ſepulchri, & ciuitatis ſanctæ Hieruſalem detulerunt ſupplicãtes, vt terræ ſanctæ perituræ ſuccurrere dignaretur & præſtare auxiliũ. Rex aũt piiſſimis benigniſſim[9] eos recepit, & cognita cauſa, pro qua venerant generale conciliũ apud Pariſios celebrauit. In quo primo mãdauit prælatis omnib. vt per frequentes exhortationes principes admonerent quatenus ad ſuccurſum terræ promiſſionis prætenderent. Ipſeq; de conſilio principum eodẽ anno, miſis ſtrenuiſſimos milites cum multitudine peditũ, quib. de propriis reditibus ſufficientes ſumptus miniſtrauit.

Cõcilium Pariſienſe pro expeditione terræ ſanctæ. Gagu.li.6. A.C.1188.

Philippus rex in Comitem Flandriæ mouet. Aemyl.li.6. Vin.lib.27.ca.37.

§. XIII.

ANno Domini 1184. rex Francorum Philippus contra Flandrenſium comitem Philippum, propter comitatum Veromanduẽſium, quem iniuſtè detinebat, apud vrbem Ambianos congregauit exercitum. Cumque comes deſperaret ſe illi poſſe reſiſtere, dictum comitatum liberè in manibus regis reſtituit. Caſtrũ tamen ſancti Quintini & Peronã tantũ in vita ſua petiit ſibi dimitti, & obtinuit. Quo tẽpore duo inſignia opera in regno ſuo fecit. Primò nemus, quod eſt ꝓpe pariſios quod Vincẽnatũ dicitur, fecit muro optimo ex quadratis lapidibus circũcingi. Quod audiens rex Anglorum Henricus, ſylueſtres feras, id eſt apros, ceruos, capreolas, damulas per totam Northmanniam & Aquitaniam multitudine maxima captas, in naui quadam per Sequanam fluuium longo aquarum tractu prædicto Philippo trãſmiſit, vt illic faceret includi. Inſuper & ciuitatem Pariſienſem, vt illi nomen antiquum auferret (à luto enim Lutetia diſcebatur) conuocatis artificibus vicos & vias omnes duris & fortibus lapidibus ſterni fecit.

Anno autem Domini 1186. Fridericus imperator filium ſuum Henricum primogenitum Italiæ præfecit: inter quem & papam ſimultas multa orta eſt. Cùm autem his temporibus in curiis regum & principum, frequens hiſtrionum turba congregaretur qui à principibus verbis adulatoriis ac ioculatoriis equos, veſtes, aurum & argentum extorquebãt, adeoque hæc peſtis inualuerat, vt hi miſeri & auari reputarentur, qui talium leccatorum ſocietate carerent, Philippus rex Franciæ conſiderans hoc eſſe vanum & ſaluti contrarium, promiſit Deo, quòd de cætero, dum viue-

Hiſtriones aula ſua exegit. Vin.c.41.

Leccatores. i. Paraſiti & helluones.

A rer, veſtes ſuas Dei intuitu pauperibus erogaret. In quo facto ſi hunc piiſſimum regem alij principes ſequerẽtur, iot per mundum hinc inde leccatores non diſcurrerent.

A.C.1187.

Inter reges Franciæ & Galliæ diſcordia. Vin.c.48.

Eodem anno inter regem hunc Philippum & Henricum regem Angliæ grauis diſcordia orta eſt. Philippus enim a Richardo eius filio, pro comitatu Pictauenſium petebat homagium quod ille inſtructus à patre facere differebat. Petebat etiam ab ipſo rege Angliæ Giſortium, & alia caſtra adiacentia, quæ pater ſuus Ludouicus filiæ ſuæ Margaritæ dederat B quando illam filio ſuo iuniori vxorem dederat cauſa dotis ea lege vt ſi ea filium nõ ſuſciperet ſeu prolem, poſt ipſius Henrici mortẽ ad regem Franciæ dos rediret. Cùm autẽ de his rex Angliæ [Franciæ regem audire] contemneret, terras ſuas, quas citra mare habebat, inuaſit. Tunc Angliæ rex Henricus, ſimiliter ſuis ad bellum congregatis contra Philippum proceſſit. Sed antequam acies congrederentur, per Dei gratiam, cum iam in campum proceſſiſſent, legatis Romanæ eccleſiæ ſe interponentibus facta C inter eos treuga ad propria redierunt.

Pax inter Angl. & Franc. cõponitur.

Continuatio belli ſacri. Ad Tiberiadem pugna committitur, proditione comitis Tripolitani res Chriſtianorum euertuntur. Continuator belli ſacr. lib.1. ca.6. Blon. lib.6. dec. 2. Aemil. lib.5. A.C.1187.

§. XIIII.

D INterim dum hæc agerentur Salahadinus congregata infinita Turcorum & Saracenorum multitudine ex omni oriente, terras Chriſtianorum ingreſſus, atque Galilæam, ciuitatem Tiberiadẽ obſedit. Quo audito rex Hieruſalem Guido de Luſigniano, congregata ex omni regno ſuo militia vna cum Tripolitano comite [a] auerſa ſibi diuinitate occurrit. Cuius aduentu præcognito Saladinus Chriſtianis aduenientibus, ſoluta obſidione obuiam procedit. Prælium igitur inter eos committitur, in quo à meridie vſque ad noctem æquo marte pugnatum eſt. Adueniente autem nocte, E vtrique ad caſtra diſcedunt. Tertia die iterum hoſtes ad bellum ſe præparant, atque ſubitò ad caſtra noſtrorum accedunt. Quorum aduentu præcognito, principes noſtri vnà cum rege deliberant, qua arte cum hoſtibus ſit pugnandum. Quidam autem è Chriſtianis Ioãnes nomine, vir bello peritus valdè, & qui aliquando

[a] Extant illius temporis æquales auctores, ſacerdotes fuiſſe flagitiis ſceleribuſq; ebrutes atque adeo ipſum Patriarchàm neque caſte neque integre vitam F *egiſſe, cladem imminentem crebris horrendiſq; terræ motibus denunciatam, atroces ventes vndique exortos ſolem defeciſſe, grandinem frequentem [illegible] caelo cecidiſſe, mare maiore ſolito [illegible] regi cubicularium viſum ſibi per quietem [illegible] pragrandem aquilam ſeptem iacula [illegible] ſtantem copias latinorum [illegible] huiuſmodi humanam emittere [illegible] barbaro de noſtris victoria, quos [illegible] numini [illegible] de erat. Aemyl lib.5.*

Hiſtoria [illegible] Saladino capta [illegible]

eum

A.C.1187. cum Turcis militauerat, conſulebat, vt totis viribus in illum cuneũ irrumpendum eſſet, vbi Saladini vexillum altius eminebat, affirmans quod ſi acies illa aliquo modo poſſet inclinari faciliter reliquus exercitus fugaretur. Ad id conſilium omnes excepto Tripolitano comite inclinabantur. Aſſerebat enim vir ille nequiſſimus, fidem illi non eſſe adhibendam qui fide Chriſti relicta, fidem turcis iurauerat. Sed ſuggerebat primo præoccupanda eſſe loca nuda, vt inde maiori impetu hoſtes aggrederentur. Conſilio igitur vtili ſpreto acquieſcitur proditori. Nam in hoſtes mox irruunt, & eum aliquandiu ſatis promptè pugnaſſent tam æſtu quàm ſiti, & ſplendore ſolis oppoſito, peccatis noſtris exigentibus, noſtrorum acies inclinatur, atque pilorum & ſagittarum impetu irruunt in noſtros.

Comes Tripolitanus noſtros prodit. Comes autem tripolitanus, perditionis dat euidentiſſimum ſignum. Nam in ipſo certaminis initio, vnà cum iis, qui eius vexillum ſequebantur, proiectis armis fugæ initium fuit. Et antequam noſtri è bello caderent ſe in caſtrum Saph recepit. Ad poſtremum ante fugam, & in ipſa fuga fit noſtrorum ſtrages horribilis. In quo quidem diſcrimine Acconenſis epiſcopus, qui crucem Dominicam ferebat in bello, grauiter vulneratur. Qui mortis ſentiens imminere diſcrimen, cum ſe ſuper equum non poſſet regere, crucem Domini alteri tradidit, & ille regi. Ad poſtremum cum rex, vſque ad belli finem ſtrenuè cum ſuo cuneo dimicaſſet, vndique inuadentibus hoſtibus ſuis pro maiori parte occiſis, & ipſe fugere neſciens vnà cũ pretioſo ligno viui ficę crucis capitur. Rex à Saladino capitur. Raro autem à primo introitu Latinorum in Syriam, vllo in prœmio tãtum ſanguinis eſt effuſum. Nam tunc totius Chriſtianitatis in oriente concidere vires. In eo funeſtiſſimo bello omnes, nobiles & viri fortiores pro magna parte ceciderunt, exceptis, paucis qui cæde noſtrorum ſatiatis, ab hoſtibus capti ſunt.

Saladini in noſtros ſæuitia. Maximè autem hoſpitalariorum & templariorum in ea pugna virtus enituit. Nam fugere neſcientes, pene omnes, qui in eo prælio interfuerunt aut occiſi ſunt aut capti, quos a Saladinus de illis ceperat ſine aliquo humanitatis reſpectu fecit occidi. Inſuper & Dominum Reginaldum de caſtillione quondam Antiochenum principem, virum manu & conſilio ſtrenuum, eo bello captum atque ante ſe ductum manu propria capite truncauit. Fuerat enim hic Reginaldus Turcorum acerrimus impugnator, & qui in multis locis Saracenos prælio fuderat. Saladinus autẽ celebri potitus victoria, apud pontem Tyberiadis manubias Chriſtianorum & ſpolia inter ſuos liberaliter diuiſit. Rex autem & magiſter templi in ſignum victoriæ reſeruantur. Nam regi Salahadinus magiſtrum, qui vnà cum eo captus fuerat, ad petitionem ſuam conceſſit.

a Cùm Saladinus continuò Templarios omnes præter Magiſtrum iuſſiſſet occidi, certatim ſe quiſque noſtrorum Templarium profitebatur, & martyrij gloria de hoſte triumphabat. Id.

A.C.1187. *Salahadinus multas vrbes & tandem Hieroſolymam occupat. Contin. li. 1. c. 7. & alij ibid.*

§. XV.

SAlahadinus poſt victoriam fortunã ſuam ſecutus victorem exercitum ad expugnandas Chriſtianorum vrbes atque caſtella adduxit. Et primo omnium Achonenſem ciuitatem vndique obſidione vallauit. Quam ciues de ſubſidio deſperantes, poſt biduum ei reſignauerunt. Inde Berytenſium vrbem adiens, abſque contradictione ciuibus illam tradẽtibus in ſuam ditionem recepit. Ab Achone autem vſque ad Aſcalonam de ciuitatibus nulla fuit, quæ auſa fuerit ei reſiſtere vt pote ſuis defenſoribus deſtituta. Nam viri bellatores in ſupradicto bello aut occiſi, aut capti omnes fuerant. In hoc autem Saladini liberalitas commẽdatur eo quod nullum grauari ſuſtinuit, qui ſe ei liberè tradidiſſet, vel qui ſub eius ditione & tributo manere voluiſſet.

Aſcalonitæ autem, eo quòd inexpugnabilem credebant eorum ciuitatem, impetum Salahadini pauliſper retardantes vrbem illi reddere noluerunt, aſſerentes nulla ratione ciuitatem ſibi reſignare velle, donec ſcirent, pro certo an Hieroſolymitani ciues eorũ vrbẽ ſibi reſignarẽt. Quo audito Salahadinus ciuitatem obſidione vallatam, diebus nouem continuis aggreſſionibus impugnauit. Sed cùm non proficeret, ciuibus ſe viriliter defendentibus, obſidione relicta Hieruſalẽ properat, vt ipſam obſideat. Credebat de facili eos ceſſuros, qui videbant omnes alios iam in deditionem Salahadini veniſſe. Obſidet Aſcalonam, ſed fruſtrà.

Hieroſolymitæ autẽ ciues, & qui de vicinis locis vndique hoſtium metu illuc confluxerãt audita ſtrage ſuorum, & viuificæ crucis amiſſione, & regis captione omni ſe ſupplicandi genere humiliabant. Agebantur ab omnibus Chriſtianis ibidem habitantibus ſolenniter litaniæ, & confeſſiones, & ieiunia. Sed & paruula ætas iis ſpiritualibus exercitiis inſiſtebat. Hieroſolyma cur in poteſtatẽ Saladini venerit. Sed & ira Dei improperatulo vehemens erat. Nec mirum. Nam nimis & clerus & populus in luxus varios ſe effuderat, totaque terra illa facinoribus & flagitiis ſordeſcebat. Inſuper, qui religionis præferebant habitum regularis temperantiæ turpiter fines exceſſerant. Pauci erant, quos vel auaritiæ, vel luxuriæ morbus non inficeret. Quare Dominus ad iracundiam concitatus, terram, quam tulerat de manibus impiorum, rurſum permiſit eandem eorum Dominio occupari. Veniens igitur Saladinus Hieruſalem vrbem, ab occidentali parte vallauit, atque continuis aggreſſionibus obſeſſos grauare nititur. Sed ciuibus pro viribus reſiſtentibus, ab aquilonis parte die noctuque ciuitatem impugnat. Cumque muros machinis debilitaſſet, timentes ciues cum ex nullo loco præſtolarentur auxilium, ne hoſtes violenta irruptione vrbem occuparent, placuit inſtanti & ineuitabili periculo cedere, & ſub certis conditionibus ſe reddere Salahadino, ſcilicet vt redẽptionis accepto pretio liberè eos

A.C. 1187. qui exire voluerint, abire permittat. a Secúdo igitur Octobris die, qui erat ab obſidione 14. feria 6. reſignata eſt ciuitas in paganorum manibus anno Domini 1187. Intrantes autem Saraceni ciuitatem, in improperiú nominis Chriſtiani, in ipſis eccleſiis ſtabulauerunt iumenta, turpia & nefanda operantes ibidem. Eccleſiam verò ſanctæ reſurrectionis multo auro redemerunt Syriani, ne pateret gentibus, & ſordibus ſubiaceret. Templo verò Domini miram venerationem exhibuerunt Turci. Nam illa antiquitas conſueuerat ſecundum illorum ſuperſtitionem multipliciter locum illum venerari. Sed & Salahadinus antequam illud ingrederetur, parietes illius fecit aqua roſacea lauari, multis odoribus perfundi. Quo facto omnes eccleſiarum campanas malleis confringi fecit. Vidi ego in campanili ſancti ſepulchri adhuc campanas confractas quas vſque in diem hodiernum in vituperium Chriſtianorum Saraceni ſuſpēſas tenent.

D. Antoninus peregrinus ſanctā ciuitatem adiit.

a Noſtri Latini vrbe ſancta pelluntur, reliquis Chriſtianis ibi remanentibus quidem, in iiſdem locis.

§. XVI.

POſtquàm igitur fuit ſancta ciuitas, Deo ita permittente, in manibus Saracenorum reſignata patriarcha Heraclius cum omni clero & populo Latinorum receſſerunt de ciuitate. Syriani autem & cæterarum ſectarum homines ſcilicet Maronitæ, Iacobitæ, Georgiani, Armeni, & Neſtoriani, ſub Saracenorum tributo in vrbe remanſerunt. Audita autem deditione Hieruſalem multa loca quæ vix ab homine capi potuiſſent, Saracenis reddiderū.

Comes Tripolitanus in noſtros debacchatur.

Recedentes ergo de Hieruſalem Chriſtiani verſus Tripolim iter arripuerunt. Cùm autem iam ciuitati appropinquaſſent, & iam crederent ſe manus Saracenorum euaſiſſe, in ſacrilegos, & ipſis Saracenis deteriores inciderunt. Nam comes Tripolitanus cum ſuis ſatellitibus, filiis iniquitatis, illis occurrens, qui iam ipſis compati debuerat tanquam fratribus, illos vt hoſtes inuaſit. Nam quicquid ſecum ex eorum ſubſtantia detulerant & illud quod ipſi Saraceni humanitatis gratia dimiſerant violenter ab eis abſtulit, multis contumeliis irrogatis.

Mulieris factum mirabile.

Vbi legitur quoddā mirabile accidiſſe. Nā quædam mulier, quæ cū aliis Latinis de Hieruſalem abſceſſerat, atque quendā paruulu, quē ſecum ſuper humeros portabat, filium, ab impiis Chriſtianis taliter expoliata eſt, atque omnibus bonis nudata. Attendens ergo miſera, quæ multis aliquando diuitiis abūdarat quòd nihil penitus ad nutriendum filium remanſerat ſibi furore fœmineo acta, proprium filium in mare proiecit.

Illis autem diebus Soldanus recepta Hieroſolyma per literas comiti Tripolitano mandaret, vt pacta quæ ipſe perſonaliter iurauerat ſibi, ciues Tripolitanos faciat etiam iurare. Quare comes conuocato ciuium concilio, mandat, vt iurent. At illi nullo modo ſe hoc facturos perhibent, niſi prius audiant formam iuramenti. Inſtante autem comite petunt inducias vſque mane. Sed ante terminum ciuibus aſſignatum, facta eſt ſuper iniquum manus domini. Nam illo mane comes mortuus in lecto repertus eſt. Et quod diſſimulari non poterat, circumciſionis eius in corpore ſtigmata, quæ recenter ſuſceperat manifeſta reperta ſunt vnde deprehenſum eſt & ſuorum confeſſione clientum detectum quòd vrbem Saracenis tradere decreuerat & Saladino confœderatus Saracenorum ſectam, abnegata Chriſtiana religione promiſerat obſeruare.

Tripolitanus comes iurare in verba Saladini compellens ſubita morte moritur. C... li. 1. c. & aliis ab A. C. 1188

Occupata igitur Hieroſolyma cum vniuerſo ſuorum exercitu, ad obſidendum denuo redit Aſcalonam, quam cum aliquot diebus impugnaſſet, ea conditione ciues tradere ei ciuitatem parati erant, ſi regem Guidonem & magiſtrum templi, quos in bello ceperat, Chriſtianis reſtitueret. Quæ pacta Saladinus libenter amplectens, recepta ciuitate, vt in pactis promiſerat, regem Hieruſalem cum magiſtro templi inſuper omnem illorum domeſticam familiam liberos abire permiſit. Recepta Aſcalona, inde Tyrum aduenit, atque ciuitatem illam acriter impugnare cœpit. Sed conſiderans, quòd ciues vnà cum illis, qui ex bello euaſerant, ad defendendam vrbem eſſent parati & deſperans, quòd ciuitatem illam ſine magna ſtrage ſuorum violenter obtinere poſſet: verſus Antiochiam ſuas dirigit expeditiones. Nolebat autem ad impugnādas maritimas vrbes multum laborare, eo quòd admiratus regis Guilielmi Siculi cum quinquaginta galeis armatis in Syriam veneraт. Miſerat enim rex ille illuſtriſſimus, ad noſtrorum ſubſidium illam claſſem cū audiſſet regni Hieroſolymitani calamitates.

Aſcalon capit.

Veniens ergo ad partes Antiochiæ Salahadinus intra 3. menſium ſpacium totum ferè Antiochenum obtinuit principatum. Ad ciuitatem autem impugnandam accedere noluit, ſciens, quòd aliis munitionibus occupatis, ſola ciuitas diu ſibi repugnare non poſſet. Rediens igitur in regnum Salahadinus, vrbem Tyrenſem, quæ ſola ex ciuitatibus remanſerat occupanda, terra mariqúe obſidione vallauit. Applicuerat autem ad ciuitatem illam comes Mōtisferrati Chunradus vir prudens & in armis ſtrenuus, qui à Conſtantinopoli veniens ea die illuc applicuerat, qua Chriſtiani illo funeſtiſſimo bello fuerant victi à Salahadino. Adueniens autem dictus princeps, vrbem contra Saracenos defendendā ſuſcepit ea conditione, videlicet ſi ciues illam perpetuò poſſidendam ſibi concederent. Quam petitionem ciues grato animo obtulerunt. Marchio igitur prius à ciuibus ciuitate recepta, viriliter impugnantibus Saracenis cœpit reſiſtere. Nam cum ſuis ea parte terræ eruptione facta Saladinu cū ſuo exercitu expulit. Et ex parte maris Saracenorum galeas igne ſuccendit. His acceptis damnis Saladinus, metu conſternatus ab obſidione receſſit. Recedēs aūt munitiſſima Chriſtia-

a Heraclius Cæſar de Perſis Coſdroeq; Crucem recuperauerat, tunc Heraclio patriarcha rurſus amiſſa eſt Vrbano 2. Pōtifice maximo ſancta vrbs recepta Vrbano 3. recidit in ſeruitutem.

A.C.1188. ſtianorũ caſtra lõga obſidiõe expugnauit, licet, dum illis victualia eſſent viriliter reſtitiſſent. Vrbanus aũt tertius papa, qui tunc præerat eccleſiæ, dum deſolationem terræ promiſſionis audiſſet, præ nimio dolore obiit, ſepultus Ferrariæ, vbi tunc erat.

Noua in terram ſanctam expeditio decernitur. Conti. l. 2. c. 3. Aemyl. li. 6. Huius expeditionis auctor fuit Clemens. 3. incentor Guilielmus. Tyr.

§. XVII.

INterea rumores ſiniſtri, & caſus lamentabiles de regni Hieroſolymitani amiſſione, vniuerſa occidentis regna concuſſerant: vnde reges & principes ad vindicandum chriſtianorũ ſanguinem ſe accingunt, in primis in regno Francorum hortante archiepiſcopo Tyrenſi die tertio Ianuarij rex Angliæ Henricus, & Philippus rex Francorum adinuicem colloquuntur. Et ſedato ad inuicem ad tempus diſſidio, contra omnium opinionem, in præſentia dicti archiepiſcopi ambo crucem accipiunt, & multi cum eis. Inter quos de prelatis fuerunt archiepiſcopi Rothomagenſis, & Cantuarienſis, epiſcopi Bellouaſenſis & Carnotenſis comites quoque Phictauẽſis, Flandrenſis, Bleſenſis, Sueſſionenſis, Campaniæ. Et plures alij magni viri eodem zelo accenſi pro liberatione terræ ſanctæ arma ſuſcipiunt. In huius autem facti monumentum, hi duo reges in eodẽ loco crucem ligneam erexerunt. Ibique fundantes eccleſiam fœdus perpetuum inter ſe inierunt. Vocauerunt locum illum agrum ſanctũ, eo quòd ibi ſacris crucibus inſigniti ſunt: qui locus eſt in territorio Northmanniæ. Anno autem domini 1188. concilium generale Pariſiis celebratũ eſt, in quo mirabilis & incredibilis multitudo militum ac peditum in ſubſidium terræ ſanctæ crucem accepit. In quo quidem concilio ordinatum eſt à prędicto Philippo rege Francorum, vt omnes, qui crucẽ nõ acciperent, ad minus de omnibus mobilibus & reditibus ſuis decimas darent. Et iſtæ ſunt vocatæ decimę Salahadini.

Conciliũ Pariſiẽſe cõtra Turcis. Aemyl. Gagu.

Eodem anno inclitus princeps, dominus Fridericus imperator Romanorum, poſtquam fuit reconciliatus cum Alexandro papa & eccleſia quam diu perſecutus fuerat, in ſignum pœnitentiæ, & in ſatiſfactionem ſumpſit crucem, promittens papæ pergere cum magnis copiis in ſubſidium terræ ſanctæ ad recuperationem eius, quod fecit cum multa ſuorum principum comitiua, & infinita tam equitum quàm peditum multitudine, & cum filio ſuo Chunrado ſecundo genito: in cuius ſignum, vt dictum eſt, crucem in ſuis humeris cum multa humilitate & lachrymis affixit. Ad exemplũ ergo regis & imperatoris multi ex diuerſis nationibus ad liberandam ſanctam ciuitatem iter arripiunt, maximè ex Italia cum nauibus & galeis.

Fridericus imperator ſacra arma induit.

Inter quos Piſani cum inſtructa claſſe, quaſi primi cum eorum archiepiſcopo, & duce Sardiniæ profecti ſunt. Multi præterea nobiles & barones, ex vniuerſo terrarum orbe ad mare confluentes, ad terræ ſanctæ ſubſidium properabant. Adeo verò fuit vniuerſalis illa commotio, vt totus mundus in hoc propoſitum coiſſe videretur. De Phryſia & Dacia naues quinquaginta fœderatæ pariter eamdem peregrinationem arripiunt. De Flandria ſimiliter triginta ſeptem rates omni apparatu bellico inſtructæ eas ſecutæ ſunt. Eodem tempore inclytus ille & magnificus princeps, rex Siculorum abſque hærede maſculo moritur. Poſt cuius mortem Siculi eius nepotem Tancredum in regem præficiunt. Sed Henricus imperatoris filius, ratione vxoris ſuæ ſcilicet dominæ Conſtantiæ prædicti Guilielmi ſororis, ſibi deberi regnum aſſerit. Sicque mors illius, multa mala & detrimenta regno Siciliæ attulit.

Piſani primũ ſuo Archiepiſco. in ſacrã militiam proficiſcuntur.

A.C.1188.

Guilielmi 2. Siciliæ regis mors. A.C.1186.

Inter hæc, dum reges Francorum & Anglorum, ad iter tranſmarinum magnificè ac potenter ſe præparant, inſtigante diabolo, qui tam à ſancto itinere eos impedire conabatur, inter illos ex huiuſmodi occaſione grauis & periculoſa diſſentio exorta eſt. Nam Richardus comes Pictauenſis, filius regis Anglorum, terram Toloſani comitis, quam à rege Franciæ tenebat, hoſtiliter inuaſit, plurimáque municipia expugnauit. Quod cum comes Raimundus Philippo nunciaſſet, ille ſtatim, vt erat vir moræ impatiens, collecto exercitu terras Anglorum inuaſit, multáque in Aruernia municipia cepit. Sed & rex Anglorum cum exercitibus ſuis etiam regnum Francorum inuaſit. Cúmque adinuicem ibi plura damna intuliſſent, ſuperueniente hyeme facta inter eos treuga quieuerunt.

Graue inter Philippũ Auguſtũ, & Hẽricũ Angli diſſidium. Aemyl. li. 6.

Interim comes Pictauenſis Richardus, petiit vxorem à patre ſuo, quæ ſibi de iure debebatur, ſcilicet ſororem Philippi regis, quæ illi à patre ſuo Ludouico ad cuſtodiam fuerat tradita, ea conditione, vt vni ex filiis ſuis in vxorem daret primogenito, cum qua daret & regnum. Mortuo ergo Henrico primogenito fratre Richardi, Richardus ipſe tanquam primogenitus remanens, hoc iure petebat ſibi illam dari, & competere. Quod cum rex Henricus facere nollet, aut diſſimularet, iratus à patre receſſit: & ad regem Francorum ſe conferens, illi homagium fecit, ac fœdus cum eo vel pactum iuramento firmauit. Igitur hyeme tranſcurſa, rex Francorum ſuis exercitibus ad arma reuocatis, terras regis Anglorũ intrauit, atque rege Anglorum ex ciuitate Cænomannenſi fugato, ipſam ciuitatem in ſuam ditionem recepit. Deinde ad fluuium Ligerim veniens (quod à ſæculo non fuerat auditum) primus ipſe fluuium tranſuadauit. Poſt quem totus eius tranſiuit exercitus. Qui ſtatim tranſito fluuio vrbem Turonenſem violenter effractam expugnauit. Rex autem Henricus apud Chinonem caſtrum exiſtens, cum ſe ſic à rege Francorum oppreſſum videret, ac à ſuo filio derelictum, dolore nimio afflictus, infirmatus poſt duodecim dies obiit. Cui ſucceſſit filius eius Richardus comes Pictauenſis hic poſt adeptum regnum, pacem, quæ inter patrem & filium ſuum Henricum Francorum regem facta fuerat, renouauit vnde Philippus ſtatim pro bono pacis vrbes Cænomanenſem, & Turonenſem ei reſtituit, quas prius abſtulerat.

Richardus Anglus inpatiem armatus.

Mora obiter tandẽ l..ũ D. Thomæ cædem vlciſci.

Rex Henricus Anglus moritur; & Richardus regnat. A.C.1189.

A.C. 1189. *Guido rex Tyrum petit, ſed à ciuibus excluditur. Cont. l. 2. c. 4. & alij A.C. 1189.*

§. XV.

DVm hæc in occidente tam variè geruntur, Guido rex Hieroſolymitanus, qui eodem tempore apud Tripolim manebat, de conſilio domini de Luſigniano fratris ſui, viri ſtrenuiſſimi ac domini patriarchæ, & magiſtri templi, & aliorum peregrinorum, qui iam applicuerant marino itinere, Tyrum ire diſponit: vt ibidem cum illis coniunctis copiis contra Salahadinum procedat ad prælium. Prætereà tamen antè diſpoſuit Marchionem, qui ciuitatis dominium occupauerat, an vrbem vellet ſibi aliquo modo reſignare. Sed cum hæc fruſtrà tentaſſet, cum iis qui eius caſtra ſequebantur extra vrbem profectus eſt. Quod poſtquam Tyri auditum eſt, exierunt de ciuitate exercitus regis Siculorum, & ex Alemannia comes Bertoldus, & comes Albertus cum multitudine Theutonicorum. Cùm autem extra ciuitatem diebus pluribus in tabernaculis habitaſſet, pars exercitus Salahadini, qui tùc caſtrum de bello forti obſidebat, ſubitò in exercitum regis irruit. Sed præuia domini miſericordia, cum eorum damno multis eorum occiſis, & ea priuitatis, repulſi ſunt.

Noſtrorū de Saladino victoria.

Videns autem rex, quòd populus, qui ſecū erat, tædio afficeretur, communicato cum maioribus, q̃ erant in exercitu conſilio, Achonenſem ciuitatem obſidione vallauit. Quod audiens Salahadinus ſoluta obſidione à caſtro de bello forti ad præſtandum auxilium ſuis, qui Achone obſidebantur, acies ſuas dirigit, veniénſque verſus ſeptentrionem caſtra chriſtianorum inuaſit, magnáque illa die exercitui noſtro damna intulit. Iis diebus dominus Iacobus de Auiennis vir in armis valdè ſtrenuus, & cum eo phryſonum claſſis, quæ cum eo apud Meſſanam ſocietatem inierat, venit: in cuius exercitu erant Flandrenſes & Brabantini, & in Achonenſem portum applicuit. Multitudo præterea nobilium & aliorum hominum ex Campania, Burgundia, necnon Italia aduenerunt. In quorum aduentu refertus eſt chriſtianorum exercitus omni abundantia victualium, & fortibus bellatoribus roboratus: vnde circundata eſt ciuitas à mari auſtrali, vſque ad mare ſeptentrionale. Et ita factum eſt: vt nullo modo Salahadinus obſeſſis poſſet ſubuenire. Vnde vocata ex Alexandria claſſe, inuexit in vrbem arma atque victualia, necnon viros bellicoſos induxit.

Magna ex Occidente in Orientē noſtrorū veniunt auxilia.

Saladinus Achonenſib' ſuppetias mittit.

Quantas autem tribulationes, quot pericula, quot damna chriſtianorum exercitus ibi perpeſſus eſt, longum eſſet ſtilo perſtringere potiſſimum ante aduentum regis Francorum & Angliæ. Nam ſæpè Saraceni in multitudine graui erumpentes, multis ex noſtris occiſis & vulneratis, machinas ad impugnãdam vrbem erectas, igne ſuppoſito combuſſerunt, infiniti etiam labore, inedia, aeris corruptione perierunt. Tanta fuit aliquando in caſtris penuria, vt menſura, quæ aliquando pro dimidio bizãtio vendebatur: vix pro ſexaginta byzantiis

In obſidione Achonē ſi noſter multū laborat exercitus.

A poſſet inueniri. Vnde factum eſt vt quidam, qui ex propriis ſibi prouidere non poterant, & famis miſeriam vltra tolerare nequibant, qui erant vſque ad viginti millia peditum armatorum, contra maiorum, qui caſtris præerant, inhibitionem, contra Saracenos proceſſerint ad bellum. Saraceni autem eorum præſcientes aduentum, relictis caſtris omni commoditate refertis in inſidiis ſe poſuerunt. Aduenientes autem chriſtiani, nec aduertentes doſum vſque ad nauſeam ſaciati, cum ſubſarcinati & onerati caſtra noſtrorum redire vellent, ſu- A.C. 1189.

B bitò Saraceni ſuper eos irruunt, atque gladiis & arcubus inſtantes omnes pene occiderunt, adeo vt valde pauci de tanta multitudine euaſerint, quod poſtquam ij: qui in ciuitate erant, cognouerunt, ſubito erumpentes cum tanto impetu chriſtiana caſtra inuaſerunt, quod niſi diuina virtus nobis affuiſſet, & prudentia inclyti viri Gaufredi & Luſigniano, facilitet videbantur chriſtianorum caſtra confricta. Sed illius prouidentia & probitate caſtra defenſa ſunt, & ipſi ſaraceni multis ſuorum amiſſis violenter in vrbem retruſi ſunt. Cùm autem

Chriſtiani temere in ... aſtra ... ruunt

Gaufr... de ... gn ... itra ... Sa... v ciuitet ... Henri ... campa... com... lem ... ven...

C noſtri iſto modo circa impugnationem vrbis agerent, Henricus comes Campaniæ regis Francorum nepos, Tyrum applicuit cum magna multitudine armatorum, qui ſtatim cum ſuorum comitiua, ad caſtra chriſtianorum, quę circa Achonem erant, ſe contulit.

De expeditione Friderici imperatoris Cont. lib. 2. cap. 6.

D

§. XIX.

EO quoque tempore Fredericus, Romanorum imperator inclytus, terreſtri itinere verſus Conſtantinopolim ſuas acies direxit ſeu legiones. Quò perueniens cum imperatore Conſtantinopolitano vtrinque pace compoſita, tranſito Helleſponto in Aſiam venit. In qua prouincia multa ſuorum perpeſſus incommoda, in eam regionem, in qua Soldanus A.C. 1190

E Iconij dominabatur, peruenit, cuius aduentu timore perterritus Soldanus promiſit iuſto pretio de victualibus exercitui tranſeunti prouidere. Sed vir infidelis non ſolum in promiſſo defecit, ſed & congregata Turcorum multitudine eius vbique infeſtabat exercitum. Quare iratus imperator eumdem Soldanum perſequens, vſque Ionium potenter acceſſit, circumquaque omni regione vaſtata.

Fridericus Sol... Icon... vexantem ... Tart... fauces ... ſunt.

Cúmque verſus Ciliciam iter cum ſuis legionibus arripuiſſet, & ad quaſdam locorum

F veniſſet anguſtias, Saracenorum inauditam reperit multitudinem, qui locorum auxilio freti exiſtimabant faciliter eius tranſitum impedire. Imperator poſtquam id percepit per exploratores acies inſtruens ad locū acceſſit, atque viriliter cum ſuis legionibus in illos irruens leuiter auxilio diuino ab eo loco infideles repulit. Cúmque illos perſequendo ad patentes campos deduxiſſet, vbi poterat faciliter ſuas acies explicare, inaudi tam ſtragem ex eis

Eiuſdē de hoſte nobili victoria vide infra tit. 19. c. 3 §. 13

exercuit

A.C. 1190.

A

exercuit. Hac diuinitùs obtenta victoria, imperator incolumi exercitu in Ciliciam peruenit, vbi à Leone Armeniorum domino cum multa hilaritate & caritate ſuſceptus eſt, & de victualibus eius exercitui copioſè prouiſum. Cùm autem ibidem ad refocillandum exercitum biennare decreuiſſet, hortante præfato Armeniorum domino, ad recreàdum animum venationibus inſiſtebat. a Cúmque quadam die vi caloris æſtuans, leuandi animi gratia ad quemdam deſcendiſſet fluuium, in eo permittente domino eſt demerſus in totius chriſtianitatis irreparabile detrimentum.

Friderici Imperatoris mors A.C. 1190.

Nam Salahadinus adeo formidabat eius aduentum, vt relicta Syria cum ſuis Turcis in Ægyptum deducere exercitum cogitaret, deſperans ea loca, per quæ imperator tranſiturus erat, poſſe contra eum tenere: vnde omnia mandauit tunc dirui. Diruti ſunt ergo muri Laodiceæ, Gebelliterſæ, Bibliæ, Berryti & Sydonis. Mortuus eſt autem hic inclytus princeps anno imperij ſui 38. vir certè magnificatus atque præclarus, qui adeo ſuo tempore dilatauit imperium, vt poſt Carolum magnum geſtorum magnificentia vix parem haberet: tamen

Fridericus quã fuerit Saladino timendus

Perſecutores Eccleſiæ malè pereunt.

C

aliquando perſecutus eſt eccleſiam terribiliter, in quo laudari non poteſt nec debet.

Poſt eius autem lamentabilem mortem Chunradus eius filius per ſolennes nuncios regi Guidoni ſignificauit de morte patris, addens, vt conſulti pectoris viri mitterentur ad eum, quorum conſilio eius exercitus procederet. Volebat enim, priuſquam ad obſidionem accederet, ſi dominus permiſiſſet, eas recuperare ciuitates, quas Salahadin⁹ chriſtianis ademerat. Vitabat autem conſilia Antiocheni principis, propter patris defuncti comitis Tri

Chunrad⁹ Friderici filius poſt patris mortẽ eius duxit exercitũ. Cont. cap. 7. Hic filius Friderici ab aliis Fridericus vocatur.

D

politani nequitiam. Audierat enim immanitatem, quam in populum chriſtianum fugientẽ à Hieroſolymis exercuerat. Dirigũtur igitur latere regis Balduinus, qui Petracenſis caſtellanus fuerat, & quidam miles Galganus nomine natione Pictauenſis. Hi duo cum honeſto comitatu ad eum peruenientes, ipſorum conſilio ad refocillandum legiones Antiochiam diuerterunt, vbi Alemanni homines in cibis reuera valdè inordinati, reperientes victualium & omnium rerum abundantiam, dum corpora

E

quærunt reficere, in epulas ſe diffundunt. Quare modico tempore ex ciborum intemperantia tanta mortalitas ſecuta eſt, vt de tanto exercitu vix pauca millia remanerent, vnde dictus iuuenis à propoſito impugnandarum ciuitarum deſtitit. Sed mutato conſilio nauigio Tyrum peruenit, vbi patris corpus magnificè tumba imperiali ſepeliuit.

Germani ad gulam propenſi.

a Imperator Fridericus, dum Salephum fluuium tranſiret poſt fuſum Saphadini filij Saladini exercitum perſequens equo aſſendente iam graui ætate lapſus ita F *aſſectus eſt, vt inter manus ſublatus paulò poſt expirarit, hoc & ab auctore illius temporis Tyrio traditur, & propius vero eſt, quàm quod à nonnullis fertur, ſed ab ætate iam ingraueſcente & grauitate hominis abhorret, eum dum poſitis armis refrigeraret, tum leuandum natat extinctum. Aemyl lib. 6. Nota obiter hic etiam grauem Eccleſiæ perſecutoris etiã poſt pœnitentiam bello pro incumbentis exitum.*

Noſtris principibus diſſentientibus Chunradus in caſtra venit. idem.

A.C. 1191

§. XX.

SAladinus autem andiens, quòd exercitus filij imperatoris terreſtri itinere ad obſidionem veniebat, ad obuiandum ſibi Todequinum quemdam ex ſuis principibus cum parte exercitus miſit. Quam ob cauſam, quia magna ex parte eius videbatur diminutus exercitus, cenſebant, qui ex principibus chriſtianorum

B

erant, omnino cum Soldano eſſe pugnandum, eo quòd videbatur facilè exercitum eius conteri poſſe. Sed & Soldanus hoc idem metuens, caſtra à caſtris chriſtianorum elongauit, atque in tutiori loco conſtituit. Sed Marchionis complices, qui nolebant in eius abſentia Saracenos debellari, bellum diſſuadebant quorum ſententia tunc locum obtinuit. Inter hæc Chũradus imperatoris filius in caſtra venit, in cuius exercitu via erant milites accincti ſeptingenti. Fuerat enim (vt prædiximus) ex mortalitate exercitus eius valdè diminutus. In huius

C

aduentu totus exercitus, vt erat ordinatum, ad inuadendam ciuitatem ſe accingit. Aſſignata ſunt ergo loca. In primis regi, & Piſanis, & Templariis data ſunt loca maritima, ſcilicet à ponte vſq; ad domos epiſcopi Achonenſis, & ab eodem loco vſque ad pontem Beli fluminis duci Sueuiæ. Deinde vſque ad domum Raimundi epiſcopo Salisberienſi & Anglicis. Reſiduum vſque ad aliud mare comiti Henrico & comiti Theobaldo, & Gallicis & Genuenſibus, Hoſpitalariis, Prouincialibus & Italicis. Adeſt dies aſſultus, ſed quia vigebat inuidia

Inuidia inter noſtros omnia ſubuertit.

D

inter complices Marchionis & regis, ideo quibuſdam vrbem viriliter impugnantibus alij quieſcebant. Vnde die illa nihil penitus profecerunt.

Iis diebus deceſſerunt duæ filiæ regis Guidonis: quas ex Sibylla filia primogenita regis Almarici receperat. Et poſt modicum mater deceſſit. Quod attendens dominus Emfredus de Torono, qui ſecundo genitam ipſius Almarici habebat vxorem, ſcilicet dominam Elizabeth, ad quam poſt harum mortem regnum

Liberi Guidonis regis moriũtur. Cont. c. 4. li. 2.

E

deuolui de iure videbatur, confiſus de potentia & fauore comitis Henrici ad regnum adſpirare cœpit. Aſſerebat autem dictus Emfredus vxori ſuæ regnum deberi, tum ex præcepto patris, tum etiam ex teſtamento domini Balduini regis leproſi. A contrario rex Guido ſe iuſtè & ſolenniter vnctũ Hieroſolymis, & coronatum in regem aſſerebat, & ſe nunquam à regni ſolio debere deponi, cùm nihil depoſitione dignum in regno commiſerit. Promittebatq; ſe regis Francorum cùm veniſſet ſtare iudicio. Hoc non obſtante, factum eſt Henrico comite

Cont. c. 5.

F

Campaniæ volente, cui nullus de exercitu audebat contradicere, vt potius vectigalia & delinquentium commiſſa, apud eum remanerẽt, ſcilicet Emfredum: ita vt ſolo nomine rex Guido omni expoliatus iuriſdictione remaneret.

Guido rex Hieruſalẽ omni honore priuatur.

Quare rex meritò conquerebatur, quòd cõtra omnem iuſtitiam regno ſpoliaretur. Et ob hanc cauſam, conuocatis iis de exercitu, qui à

princi-

A.C.1191. principio eum ſecuti fuerát, ſe fortunę caſibus A commitere ſtatuit, & vnà cum eis cum Saracenis confligere deliberauit. Maiores, & ij, qui columnæ eſſe videbãtur in exercitu, timentes, ne ſi rex, prout deliberauerat, bello ſe committeret, & ſuccumberet in eodem, deleretur tota illa multitudo in Chriſti ſeruitium congregata faciliter poſſet perire, egerunt, vt ad omnia rex Guido, vt prius reſtitueretur. Sed marchio Montiſferrati, cui videbatur, quòd regnũ eſſet ad dictam dominã Elizabeth filiam domini regis Almarici iure hæreditario deuolutum, regni cupiditate ductus matre ſua Calomaria vxore ſupradicti Almarici, quæ adhuc viuebat, conſentiente, prædictam Elizabeth à viro domino ſuo Emfredo ipſa volente raptã duxit de facto vxorem, quod enorme & deteſtabile factum omnibus peregrinis diſplicuit. Diſſimulauerunt tamen ideo, quòd niſi eo volente victualia à Tyro venire non poterant. Ipſe præterea tanquam vir aſtutus quoſdam de maioribus donis & muneribus ad ſe incliuauerat, vt ſibi ab eis in dicto negotio auxilium præſtaretur.

Mõtiſferrati marchio Iſabellam rapit. ibid.

Calomaria i. bona Maria, ſicut ſupra c. 8 §. 3 Coloioannes Ioannes imperator dictus eſt.

De regum Philippi & Richardi expeditione. Contin. li. 2. cap. 8. A. C. 1191.

§. XXI.

INterea Philippus rex Francorum, ad ſubſidium terræ promiſſionis cupiens feſtinare, dimiſſa regni cuſtodia Adelæ matri ſuæ & archiepiſcopo Remenſi Guilielmo auunculo ſuo, prohibuit vniuerſis prælatis & hominib. ſuis, ne quamdiu eſſet in ſeruitio Dei taleam D vel exactionem aliquam facerent in regno ſuo. Præcepit præterea, vt omnes redditus ſuos, & obuentiones per tria tempora Pariſios offerrẽtur. Et ſi eum in via illa mori contingeret, regina, & archiepiſcopus, & epiſcopus Pariſienſis cum tribus aliis viris theſaurum ſuum in duas partes diuiderent, quarum vnam pro reparandis eccleſiis arbitrio eorũ, per eius guerras deſtructis diſtribuerent, & reſiduum inter illos diuiderent, qui propter taleas & exactiones, quas ipſe in ſuos homines exercuerat, nimis fuerant depauperati. Reſiduum autem E eiuſdem partis pro anima ſua, & anteceſſorum ſuorum daret. Aliam mediam partem ad opus filij ſui Ludouici, quem vnicum habebat, & erat tunc trium annorum cuſtodirent.

Taleastributa vulgò dicimus.

Conſtitutiones Philippi ſacrã militiã ſuſcipientis. Guerras i. bellam.

Sic ergo ordinato regno, pera & baculo peregrinationis inſignibus in eccleſia ſancti Dionyſij acceptis terreſtri itinere Genuam cum ſua comitiua peruenit. In eo enim loco naues & victualia præparari fecerat. a Intrans aũt mare proſpero itinere Meſſanam, Siciliæ ciuitatem peruenit, vbi à Tancredo rege Siciliæ ho- F norificè ſuſceptus eſt: ibique illi de victualibus abundanter donauit. Poſt eum autẽ rex Anglię

a *Francus cum ſoluiſſet aliquamdiu proſperum curſum tenuit. Cum in conſpectu Siciliam haberet, atroci tempeſtate orta naues, aliæ fractæ ſunt, aliæ fractæ, aliæ obrutæ fluctibus, aliæ armamentis nudatæ laceratæq́; virorum equorúmque multa naufragio extincta, machinarũ tormentorúmque iactura facta. Aemyl. ibid.*

A iter aggreſſus eſt menſe Auguſto. Rex ergo Philippus iter aggreſſus marinum atque Meſſana recedens ad portum Achonenſem fœliciter applicuit in vigilia paſchæ vbi à chriſtianis quaſi angelus domini eſt ſuſceptus. Fixis igitur tentoriis, atque fabricata ex tabulis domo ciuitatem aggredi noluit. Abſente enim rege Angliæ noluit aſſilire: condixerant enim, vt nõ niſi pariter vrbem aſſilirent, ſed omnia ad expugnationem vrbis interim magnificè præparauit. Rex autem Angliæ per mare cum ſuis veniens in inſulam Cyprum applicuit. A.C. 1191.

B Cum autem ibidem eſſet, & chriſtianus exercitus, qui eum ſecutus fuerat, minus benè à domino inſulæ illius tractaretur, ipſum hoſtiliter aggredi ſtatuit. Audiuerat enim eum, qui tunc dominabatur inſulæ imperatori Conſtantinopolitano rebellaſſe, vnde tyrannicè inſulam illam poſſidebat. Igitur rex Angliæ Richardus in inſula expoſito exercitu, intra paucos dies capto tyranno & filia eius, cum omnibus theſauris eius totam inſulam occupauit. Quo facto, relicto ibi ſuorum præſidio verſus Achonem iter arripuit. Cùm autem nõ C multum ab inſula ſe elongaſſet cum claſſe ſua quandam nauem inauditæ magnitudinis habuit obuiam, hominibus & armis valdè munitam. Hanc enim Salahadinus in ſubſidium obſeſſorum Achonem mittebat. Igitur capta naui, atque incenſa, omnes, qui in ea erant, occiſi ſunt.

Perueniens tandem apud Achonem rex Angliæ caſtra ante vrbis mœnia conſtituit. Ex aduentu autem horum duorum potentiſſimorum regum nimium auctus chriſtianus exercitus, continuis aſſultibus die noctuque nega- D ta quiete obſeſſos infeſtabant. Quo tempore dum totis viribus noſtri ad expugnationem vrbis intenderent, nobiles multi, & de principibus nonnulli ibi in domino quieuerũt. Inter quos fuit comes Theobaldus, Franciæ ſeneſcalus, comes Perticenſis comes Claremontenſis dux Burgundiæ, & dux Sueuiæ Friderici filius.

Eodem anno regibus in obſidione apud Achonem exiſtentibus, fuit ecclipſis ſolis in 7. gradu cancri. & durauit per 4. horas Quo anno ſcilicet ab incarnatione domini 1199. Cle- E mens papa tertius moritur: qui ſucceſſerat Gregorio octauo. Cui Clementi ſucceſſit Celeſtinus papa. Dum autem occidentalis populus, qui deſcenderat in ſubſidium terræ ſanctæ recuperandæ longo tempore in obſidione Achonenſis ciuitatis laboraſſet, obſeſſos Saracenos ad deditionem compulerunt, ea ſcilicet conditione, vt ſaluis perſonis illis abire liceret. Super hoc autem lignum crucis: quod in bello ceperat Salahadinus, Chriſtianis reſti- F tuere promittebant. Inſuper ducenta millia Byzantiorum aureorum ſoluere promiſerunt. Recepta eſt ergo ciuitas Achonenſis anno domini 1191. non. Iulij.

Poſt cuius captionem Salahadinus animo conſternatus alias munitiones, contra nos tenere poſſe deſperans, omnes muros maritimorum vrbium euertit, ſcilicet Porphyriæ, Cæſareæ, Aſcaloniæ, Gazę, & etiã Damiatæ. R... ſũt, capta vrbe victualia, quæ intra vrbẽ repererunt

A.C. 1191. runt inter populum æqua lance diuidi fecerunt, captiuos autem inter ſe partiti ſunt. Sed quia pacta, quæ regibus promiſſa erant ſcilicet de cruce domini reſtituenda, & de captiuis chriſtianis, qui in toto dominio Salahadini erant reddendis non obſeruauit Salahadinus, iratus rex Richardus vna die quinque millia mandauit decollari retentis ditioribus & potentioribus. Qui poſt modum nimia pecunia data regi pro eorum redemptione dimiſſi ſunt. Sed rex Francorum meliori vſus conſilio captiuos ſuos pro commutatione chriſtianorum qui à Saracenis captiui tenebantur, viuos reſeruauit.

Richardus rex captiuos trucidat.

Principum inter ſe de ſumma re diſceptatio. Contin. cap. 12. lib. 2.

§. XXII.

POſtquam autem chriſtianus populus vrbẽ Achonenſem cepit, inceperunt inter ſe deliberare principes & duces exercitus, quid inde eſſent facturi. Dicebant quidam cum omnibus C copiis terra marique in Ægyptum proficiſcendum, atque ibi bellum cum nefandiſſima gente Saracenorum eſſe exercendum. Credebatur enim, quòd ſi propicia diuinitate regnum illud opulentiſſimum occupare poſſent chriſtiani facilè non ſolum regnum Hieroſolymitanum, verum & Damaſcenum occupari, & ex tota Syria & Aſia Turcos leuiter capelli poſſe. Alij verò ſatius iudicabant regnum, & ciuitatem Deo amabilem Hieruſalem prius recuperandam, & poſtmodum Damaſcum obſidendam, qua occupata tunc proficiſcendum D in Ægyptum. Et huic ſententiæ pars maior populi inferioris aſſentiebat.

Sed hoſtis humani generis, qui tantam exaltationem fidei impedire conabatur, vtrumque ſuis machinationibus & aſtutiis impediuit. Nam inter reges Francorum & Anglorum priſtinas renouauit diſcordias. Occulte enim alter alterum perſequebatur, & alter alteri ſuſpectus erat, maximè rex Philippus dolus & aſtutiam regis Anglorum vehementer formidabat: potiſſimum, quia recipiendo dona à Salahadino maxima, ei videbatur confæderatus. Vnde ad reditum adſpirare cœpit, mor- E bus enim grauiſſimus eum tunc vexabat. Sed vt quidam etiam ex ſcriptoribus hiſtoriarum aſſerunt, ſolum cupiditate comitatus Flandriæ ductus ad reditum feſtinabat. Igitur rex Francorum Philippus, eius inſaniam, & deteſtabile propoſitum abhorrens, exercitus ſuos duci Burgundiæ commendans contra voluntatem omnium, qui caſtra ſua fuerant ſecuti, cum multa deſolatione relicto Dei viuentis exercitu à terra ſancta & Dei ſeruitio receſſit. Credebatur enim, quòd ſi ij duo F principes vno animo id bellum adminiſtraſſent, atque vt promiſerant perſtitiſſent vſque in finem totum orientem potuiſſent occupare. Recedens ergo rex Franciæ in Apuliam applicuit. Indéque viſitans limina apoſtolorum, accepta à Cæleſtino tunc papa benedictione, ad proprium regnum rediit.

Diſcordia inter reges oritur ibid.

Philippus rex redit in Franciam.

Romam venit.

A Rex autem ᵃ Richardus exiſtimans regem Francorum æmulum ſuum, quem credebat non abſque cauſa tam cito receſſiſſe, & ad propria rediſſe, cum eum valdè ſuſpectum haberet, ne terras ſuas in eius abſentia inuaderet, & ipſe ad occidentem nauigare diſpoſuit, quamuis rex Francorum iuramento firmaſſet, quod intra quinquaginta dies, poſtquam ipſe ad ſua rex reuerſus eſſet, illius terræ non noceret. Recedens ergo, ac ſuper deſolatos afflictionem cumulans, nepoti ſuo comiti Campaniæ exercitum ſuum reliquit. Inſuper & terram B tranſmarinam, quam chriſtiani in regno Hieroſolymitano tenebant, illi ad cuſtodiam dimiſit.

A.C. 1192.

Richardus etiam in angliam recedit.

Richardus rex in reditu multa aduerſa patitur. Cõt. c. 15.

Ingrediens ergo mare rex Richardus, Deo ita volente, tempeſtate ſæuiſſima orta naufragium paſſus eſt. Sed euadens cum ſuis valdè ſe

ᵃ Inter Philippi & Richardi regũ diſceſſum annus fere interceſſit quo quidem multa memorabilia acciderunt, quæ referunt Contin. ca. 14. Blond. dec. lib. 6. Aemyl. lib. 6. Quæ breuiter hic comprehendere viſum C *eſt. Poſt Philippi receſſum ſumma rerum ad Richardum defertur. Is inprimis Ptolemaidis muros à noſtris quaſſatos, & Aſcalonis Porphyriaq́; à Saladino dirutos reſtituit Gazã Tẽpl. iterũ rurſus muniuero. Ioppen cũ Anglus refeciſſet, eo frequens latinorum colonia deducta eſt. Chunradum ferratenſem Tyri otioſe inambulantem in foro duo aſſyſsini occiderunt. Eliſa caſi Ferratenſis vidua, nupſit Henrico Campaniæ comiti ac Guidoni regi Anglus perſuaſit, vt regnum Cypri à ſe capeſſeret, cederétque iuri, quod ſibi eſſe in regnũ Hieroſolymitanum cæteramque Syriam contenderet. Ex iis conſiliis cepit Anglus Hieroſolymorũ tentando-* D *rum. Udo dux Burgundiæ prætor regis Franci ſe illis coniunxit, vt communiter rem gererent. Præcedebat Richardus, mox Franci duce Burgundione incedebant, claudebat agmen Auenienſis cum Saladinus aſfuit, tergaque adortus eſt. Pugnatum eſt egregie, quod barbarus per Hieroſolyma ſciebat q; ea haberet victorẽ vniuerſi belli viſuri. Frãci Angliq; inter ſe certabant, viri plus virtutis eo prælio præſtarent. Auenienſis ſummis generis proceribus factis non cedere in animum induxerat. Meridiano tempore cœpit pugna ad ſolem in occaſum præcipitem tracta. Cecidit Auenienſis ſummo ſuorum hoſtiumque admiratione. Intercepta ferun-* E *tur tot hoſtium millia, quot illa patrúmque memoria vno prælio interempta non fuerant. In cæteris præter Auenienſem apud noſtros neque magna numero iactura, neque claritate virorum inſignis. Poſtridie ad Beethlemitidem vicum caſtrametati ſunt. Prope in oculis erat vrbs ſancta, quæ accendere animum debuiſſet. At eius propinquitas mentem Richardo ademit vltra procedendi. Cauſatus enim Hyemem inſtare Ptolemaidem reuertitur. Franci Tyri hyemarunt: quod ea vrbs dotalis Campani eſſet. Richardus vere ineunte ad Beethlemitidem cum copiis rediit, ingentem vim commeatus q; Hieroſolyma camelis portabatur intercepit.* F *Tunc eum cupido inceſſit, deducendi exercitus patriæque repetendæ. In quinque annos induciarum conditiones ab Saladino accepit, vt continuo muros latini diruerent vrbium quaſcunque poſt receptam Ptolemaidem muniuiſſent. Id erat, vt tanto duorum regũ conatu nihil actum videretur: vt quo in Syria Phœnice nihil integre præter Tyrum, Ptolemaidem, Antiochiã noſtri poſſiderent. Hæc Aemyl.*

crete,

A.C.1191. crete, per Auſtriam tranſitum faciens à Lupoldo eiuſdem regionis duce poſtris inſidiis captus eſt, atque omnibus bonis ſpoliatis imperatori Henrico eſt traditus. A quo iniuſtè per annum & dimidium detentus, multis inſuper expenſis & exactionibus grauatus, poſtremo datis ducentis millibus marcharum argenti dimiſſus eſt. Qui per terram regis tran cotum tranſire formidans, in Angliam naugio reuerſus eſt.

Henricus Cãpaniæ comes rex hieroſolymorũ deſignatur, aliter deco ſcribunt alij. Præfatus autem Henricus Campaniæ comes, cui rex Anglorum curam chriſtiaui exercitus commendauerat, vir pius & prudens, conſiderans poſt receſſum illorum duorum principum terram deſolatam máſiſſe, ibidem in Dei ſeruitio remanere ſtatuit. Cuius pium animum conſiderantes magiſtri hoſpitalis, & templi, vnà cum cæteris peregrinis eum in regem Hieroſolymorum elegerunt. Cui & filiam regis Hieroſolymitani, quam prius comes Mõtiſſerrati habuerat, dederunt vxorem. Matchio enim anno præcedenti ab aſſiſinis occiſus fuerat.

Carachucis de poſſidenda à Chriſtianis terra ſancta conſilium. Aemyl. lib. 6. Cont. lib. 2. cap. 9.

§. XXIII.

EO tempore inuentus eſt inter Saracenos captiuus quando ciuitas Acthon fuit acquiſita à chriſtianis, vnus de admirantis Soldani, Garachux nomine. vir inaudiræ prudentiæ & ſapientiæ apud eos, cuius conſilio atque aſtutiæ Salahadinus obtemperans, vt habetur in quodam chron. fere totum Orientem & Syriam occupauerat. Et vt Saraceni qui cum eo capti fuerant, dicebant, Salahadinus, vt illum rehaberet, loco eius libenter vnum ex filiis daret, ita carum tenebat. Is ergo, qui ſuper captiuos Saracenos erat deputatus à rege Franciæ, audiens famam eius aduocauit eum ad ſe, quem cum vidiſſet vultu deformem, ſtatura puſillum, admiratus eſt, quomodo in tam deſpicabili homine tanta prudentia inueniri potuiſſet: attamen valdè honorauit eũ præpoſitus ille quem ad locum ſecretum trahens ait. Audiui te prudentiſſimum virum, & in conſiliis fideliſſimum. Adiuro te ergo, vt mihi nunc fideliter conſulas in iis, quæ a te interrogauero: cui reſpondit Saracenus. Non fuit neceſſe domine, ex quo ſacramentum conſilij tui mecum communicare decreuiſti, adiurare, quia omnis conſiliarius debet eſſe fidelis. & adiunxit: Non ſit tibi domine graue expectare me aliquantulum. Secedens ergo ad horam lauit ſe Saracenus, & humilis orauit, & poſtea rediit ad illum præpoſitum.

Qua ratione terra ſancta occupari & teneri poſſit. Cúmque conſediſſent, dixit præpoſitus. Hoc eſt conſilium, quod peto à te, vt tu mihi detegas ſecundum prudentiam tibi datam à Deo, qua via, quo modo, quo ingenio eum mi nori difficultate poſſit haberi regnum Hieroſolymitanum, & recuperatum conſeruari, ac pacificè poſſideri. His auditis vehementer obſtupuit Saracenus, ac petebat abſolui ab

A iſto conſilio. Sed cum præpoſitus inſtaret, vt A.C.1191. omnino depromeret, quid in ea re ſen[illegible] et: dixit Saracenus. O alla, ideſt, per Deum d[illegible] ſti hodie Saracenus. Et ego con[illegible], dicam tibi veritatem, & dabo tibi co[illegible] quod & genti tuæ prodetit & nunc & [illegible] rum, noſtræ autem gentis de[illegible] cidium operabitur. Summa co[illegible] æc eſt. Si vultis terram quam ſanctam d[illegible] petare & recup[illegible] in [illegible] poſſidere, expedit vobis, vt capiat[illegible] ptum.

B Tunc præpoſitus. Edicito mi[illegible] qua vi[illegible] gnum Ægypti poterit occupari, [illegible] Saracen[illegible] Conſtat chriſtianos ſuper omne[illegible] in mari eſſe potẽtiſſimos, vnde ſua c[illegible] p[illegible] de facili mare quod Æg[illegible] to adiacet[illegible] continuis incurſionibus infeſtar[illegible] veniant in Ægyptum. Sed et[illegible] teus, valebit & per fluuium Nilum [illegible] & infeſtare, ac nauigia prohibet[illegible] a Cathetum & Babyloniam ex tota Ægypto comportantur, & hoc modo abſque gladio & ferro Saracenos deſtruerent. Deinde conentur

C totis viribus obtinere Damiatam [illegible] verè domine, ſi chriſtiani habebunt bonum regimen, facillimum erit eis totum Ægypti regnum ſuæ ſubiugare ditioni.

Et ſciendum, quòd tempore quo Sarac[illegible]s ille dixit iſta: Damiata erat ciuitas fort[illegible] Sed quia chriſtiani poſtea bis illam ceperant, ex cuius captione Saraceni crediderunt totam Ægyptum perdere, ob hanc cauſam Saraceni recuperantes eam funditus deſtruxerunt, [illegible] muros eius atque longè à mari eam ædifica[illegible] runt. [illegible] ſt ita eſt nunc ciuitas valdè opulen[illegible]

D Quod ſi nollent Damiatam obſidere tunc n[illegible] ceſſario habebunt terram capere in Bu[illegible] raxeti, quæ eſt valdè larga & apta nau[illegible] quia hac obtenta facilè eſſet Alexan[illegible] capere.

Anno autem domini 119[illegible] apud D[illegible] moritur ille Salahadinus, mirabi[illegible] Soldanus & magnificus, vir in armis valde expertu[illegible] largus, munificus. Hic ſua aſtutia expu[illegible] ex Syria chriſtianis Latinis, totum quaſi orientem ſuo ſubiecit dominio. [illegible]

E tuo ſucceſſerunt in dominio duo filij eiu[illegible] licet Saphadinus ſuper Syriam, & Meral[illegible] ſuper Ægyptum. Verum inter filios Salahadini & Saphadinum fratrem dicti Salahadini [illegible] imperio diu certatum eſt. Hoc aut[illegible] legitur in quodam chronico, quod hic Salahadinus videns ſe omnino moriturum in [illegible] vocato quodam ex ſuis quem nou[illegible] ſimũ, dixit ei. Tu qui conſueuiſti in be[illegible] a

a De Saladini [illegible] Aemyl. Nouem [illegible] nus patruis [illegible] patrenorum [illegible] phad no [illegible] Cora[illegible] n. Hæ[illegible] tumt.

F

p[illegible]lare

A.C. 1188. portate vexilla, nûc vexillû meę mortis, ſcilicet hunc vilẽ panniculum quo vile & putridum hoc corpus debet inuolui, per Damaſcenorum ferto ciuitatem, ac clamando dicas: Ecce dominus orientis moriens, de tota gloria ſua non fert ſecum, niſi hunc vilem pannum, quem videtis. Et ſic flagellum Latinorum fidelium in oriente moriente Salahadino ceſſauit.

De Florentinorum rebus ex Chron. Florent. Ioannis Villani. A.C. 1186.

§ XXIIII.

Circa finem Imperij ſui Fridericus primus tranſiens per Florentiam, vbi receptus fuerat honorificè, licet eſſet reconciliatus eccleſiæ, tamen quia Florentini cum eccleſia tenentes, ei nô fuerant fauorabiles, motus querelis nobilium de ciuitate, quòd caſtra eorum prope Florentiam ablata eis fuerant propter inſolentias eorum, abſtulit omnem eorum comitatum vſque ad muros. Et ſic fecit alijs ciuitatibus Tuſciæ reddens nobilibus illa caſtra tanquam imperio ſubdita. Et hoc fecit, quia ciuitates illæ tenuerant ſe cum eccleſia non cum eo, exceptis Piſis & Piſtorio, quæ tenuerant partes imperij. Sed poſt quatuor annos recuperarunt comitatum ſuum.

Circa illud tempus ignis accenſus eſt in Florentia caſu, & vento adiutus combuſſit ædificia à pede pontis veteris vſque ad forum vetus. Et iterum eodem anno acceſus combuſſit domos, ab eccleſia ſancti Martini vſque ad oratorium beati Ioannis Baptiſtæ, & vſque ad eccleſiam ſanctæ Mariæ de hugis. Pons etiam vetus ruit propter inundationem aquarum. Et hæc euenerunt propter ſcelera, quæ in ciuitate abundabant. Eodem anno factæ ſunt ſeditiones & riſæ inter ciues Florentinos. Et quia ciuitas gubernabatur per conſules certa forma, & nobiles erant excluſi ab officijs ſuis, Vbertini ſcilicet & alij propter ſuperbiam eorum, multa damna inde ſecuta ſunt, & plures occiſi. Quod malum per duos annos durauit. Item Florentini mouentes bellum contra Aretinos, quia adiuuarent comites Guidus contra commune Florentinorum debellauerunt & pacificati ſunt. Item præliantes Florentini contra Senenſes in defenſionem hominum Môtis pulciani, præualuerût & expulerût eos.

Comitat' Florentinorû redditus eis reſtituitur. A.C. 1187.

Florentini ſacram arma induunt.

Item anno domini 1188. prædicante Crucem quodam epiſcopo Rauennate ordinis Ciſterſienſis Florentiæ in ſubſidium terræ ſanctæ plurimi deuo è cruce aſſumpta, cum magna co mitiua perrexerunt, & ſatis inuenerunt in captiône terræ Damiatæ. Propter quod Fridericus imperator reſtituit eis comitatum vſque ad decem milliaria. Et circa illud tempus fuit largitum brachium beati Philippi apoſtoli Florentinis à regina Hieruſalem, quod eſt in eccleſia ſancti Ioannis baptiſtæ.

Henricus 6. rex 5. imperator Occid. II. imper. a. 8. m. 2. d. 22. A.C. 1190. de quo Mart. Pol. in vita Cal. 3. Abbas vesp. & Robert. abbas & alij.

§. XXV.

Ad occidentalia regna ſtilum dirigendo, Friderico primo defuncto, vt dictum eſt, creatus eſt imperator Romanorum de conſenſu principum filius Friderici prædicti, qui dicebatur eſſe ſextus Henricus, anno milleſimo 190 ab initio autem mundi ſecundum breuiorem numerum quinquies 154. ſecundum aliam opinionem ſexies milleſimo 469 & imperauit annis 7. Erat autem hic Henricus in agendis ſtrenuus, in hoſtes acer, in largiendo munificus. Hic Romæ ſuſcepto imperiali diademate, vt ſibi animatos cognouit Romanos, eis Tuſculum: quod ipſe firmiſſimo præſidio muniuerat, tradidit. Qui memores iniuriarum & cladis, quas Tuſculani in eos exercuerant, funditus vrbẽ diruerunt. Populo autem qui in ciuitate erat diſperſo, alij Romam, alij Tibur, alij Velitras cum vxoribus & filijs migrauerunt. Quidam verò cum intolerabile eis foret, proprium relinquere ſolum inter ſe coeuntes, nouas in ea regione ſedes conſtruxerunt, quæ vſque ad noſtram ætatem manent, videlicet caſtrum Molariæ, Rocham papæ, Rocham periuram, Burgum, & caſtrum ſancti Cæſarij. A.C. 1190. Tuſculû à Romanis funditus euertitur.

Eodem anno imperator Henricus ad regnû Siciliæ adſpirans, hoſtiliter reſiſtentibus ſibi Apulis Apuliam intrauit, atq; vſque ad Neapolim cuncta ſibi ſubijciendo peruenit. Cúmque eam vrbem per tres menſes continuos obſediſſet, tam peſtilens morbus inuaſit exercitum eius, quòd omnes ibidem mortui, aut infirmati ſunt. Quare & ipſe imperator languens cum paucis coactus eſt terra dimiſſa, quam etiam occupauerat, retrocedere. Henricus Apuliã ſibi ſubiugare nititur. A.C. 1192.

Eodem anno filius Philippi regis Francorû Ludouicus, vſque ad vitæ deſperationem ægrotauit: quem totus conuentus monachorû ſancti Dionyſij, clauum & coronam domini ſpineam ſecum ferens, vna cum clero & innumerabili populo nudis pedibus incedente, viſitauerunt. Poſtea vir venerabilis Mauricius epiſcopus Pariſienſis, fecit ſermonem ad populum, fuſáque oratione puer tactu ſanctarû reliquiarum à periculo per Dei gratiam liberatus eſt. Inſuper & ipſa die ſerenitas & tempeſtas aeris amiſſa à longo tempore reſtituta eſt. Ludouic' regis Francorû filius à morbo liberatur. Aemy. l. 6.

Eodem anno Leodienſis epiſcopus à facie Henrici imperatoris fugiens dum apud Guilhelmum remenſem archiepiſcopum moram faceret, ab eiuſdem Henrici complicibus dolo circumuentus, occiſus eſt. Nulla alia de cauſa niſi quia contra voluntatem eius electus & conſecratus epiſcopus fuerat. Epiſcopi Leodienſis mors.

Eodem anno mortuo apud Achonem vrbẽ comite Flandriæ, quia hæredem alium maſculum non habuerat, ad Balduinum nepotem ſuum, filium ſcilicet comitis Hannoniæ poſſeſſio illius comitatus deuoluta eſt. Hic Balduinus, vt infrà dicetur, poſtea imperator Conſtantinopolis factus eſt. Balduinus comes Flãdriæ creatur de quo infrà lib. 19. c. 2. § 3 Aemyl. l. 6.

Anno autem domini 1193. diabolo inſtigante, grauis & periculoſa guerra inter regem Franciæ, & regem Angliæ inchoata eſt. Nã rex Philippus cum Francorum exercitu intrauit Northmanniam, ad quam occupandam multum anhelabat. Obſeditque caſtrum munitiſſimum Vernolium. Sed audiens, quòd Northmanni abro'cam ciuitatem obſidione vallaſſent, obſidionem ſoluit, atque fugatis Northmannis ipſam vrbem funditus euertit. Graue inter Philippû & Richardum reges bellum oritur. Aemyl. l. 6.

A. C. 1195. Rex autem Angliæ cum ſuo exercitu Baiocas cepit. Igitor hi duo principes chriſtiani, implacabili ſe perſequentes odio, ſeinuicem colliduat, & in detrimentum orientalium chriſtianorum multa damna irreparabilia ſibi inuicem inferunt.

Anno autem domini 1195. cum rex Philippus in archiepiſcopatum Bituricenſem cõtra regem Angliæ induxiſſet exercitum, & in multitudine grani rex Angliæ ei occurriſſet, atque non longè à Francorum caſtris & ipſe caſtra collocaſſet, atque vtriuſque exercitus præpararetur ad bellum, Deo diſponente contra opinionem omnium rex Angliæ depoſitis armis paucis comitatus ſociis ad regem Francorum acceſſit, ibique publicè coram omnibus pro ducatu Northmanniæ, & comitatu pictauenſi & Andegauenſi, illi homagium atque fidelitatem exhibuit, & ſic pax non diu duratura inter eos facta eſt.

Angliæ rex Philippo ſe ſubiicit.

Eodem anno Rogerius Tancredi regis Siciliæ filius primogenitus, quem pater ſuus etiam in vita ſua fecerat in regem ſolenniter coronari, illique imperatoris Conſtantinopolitani filiam dederat in vxorem mortuus eſt. Et non multo poſt pater Tancredus, ex dolore mortuus etiam eſt, relinquens tres filias & vnum maſculũ a Guilielmũ nomine, quẽ mater eius Sibylla fecit ſtatim in regem Siciliæ coronari.

Rogerius Siciliæ rex moritur A. C. 1194. Onuph.

Item Tancredus eodẽ anno.

Henricus autem imperator ad regnum Siciliæ, quod ex occaſione coniugis ſuæ Conſtantiæ ad ſe pertinere aſſerebat, adſpirans, magnum congregauit exercitum. Erat enim tunc potens in theſauro, quem à rege Anglorum Richardo extorſerat. Intrans itaque cum potentia magna, regnum illud ſine contradictione obtinuit. Præfata verò Sibylla Tancredi vxor, cum filio ſuo Guilielmo, & cum filiabus ſuis videns imperatoris potentiæ ſe non poſſe reſiſtere, vnà cum Salernitano archiepiſcopo in quoddam caſtrum munitiſſimum Siciliæ ſe recepit, cum qua Henricus imperator fecit de pace tractari, quæ faciens de neceſſitate virtutem cum imperatore ita compoſuit. Nam imperator interpoſito iuramento conceſſit Guilielmo filio eius & hæredibus ſuis Alexij comitatum, quem pater eius ante regnum habuerat in Apulia, inſuper & addidit illi principatum Tarenti. Quo facto cum ſe prædicta regina eius fidei commiſiſſet, ipſe ſuæ fidei immemor, ipſam cum filio Guilielmo, & cum filiabus & quoſdam alios regni nobiles, quos ſuſpectos habebat, captiuos in Alemanniam deſtinauit, atque ſub arcta cuſtodia mandauit occludi. Inſuper & ipſum archiepiſcopum incarcerauit atque omnes eius fratres, & quoſdã alios oculis priuauit: Philippus autem imperatoris Henrici germanus, relictam præfati Rogerij imperatoris Conſtantinopolitani filiam duxit vxorem. Henricus autem imperator ex

Henricus imperator Siciliæ regnũ ſibi vendicat. Aemyl. l. 6. Blon. lib. 6. dec. 2. A. C. 1195.

Hẽrici imperatoris perfidia.

Guilielmus 3. Tancredi filius rex vtriuſque Siciliæ. 6. captus ab Henrico imperatore A. C. 1195. oculiſque ac virili membro priuatus eſt. Sicque Northmannorum in Italia regnum defecit & factum eſt Sueuorum Anno à primo Drogone 156. & menſibus aliquot. Onuph.

A quo totam Siciliã obtinuit, pergraues & frequentes collectas, & importabiles exactiones id regnum auro & argento & aliis bonis expoliauit, atque in Teutoniam rediit. Effecitque apud Alemanniæ principes, vt filium ſuũ vnicum Fridericum, quem ex Conſtantia vxore ſua ſuſceperat, nondum annorum trium regem Alemanniæ eligerent.

A. C. 1196.

Collectas vocat ſubſidia.

Eodem anno rex Moabitarum cum infinita multitudine Saracenorum hoſtiliter inuaſit Hiſpaniam, cui rex Caſtellæ Hildefonſus collecto exercitu chriſtianorum occurrit, ſed Deo permittente prælio victus eſt, quo in bello pluſquam quinquaginta millia chriſtianorum occiſa ſunt.

Anno autem domini 1196. iterum inter regem Franciæ & regem Angliæ guerra exorta eſt. Balduinus autem comes Flandrenſis à rege Francorum manifeſtè recedens, regi Anglorũ adhæſit, atque ipſum Francorum regem dominum ſuum grauiter perſequi cœpit. Cui in hoc facto adhæſerat vir in armis ſtrenuiſſimus Reginaldus comes Domnimartini. Mortuo Hẽrico imperatore, tunc factus eſt papa Innocentius 3. Et duo electi ſunt imperatores, de quibus agetur in ſequenti titulo.

Philippus rex de Iudæis ſumit ſupplicium. Vincen. lib. 29. cap. 53.

§. XXVI.

Circa verò annum 1190. Philippus prædictus rex Francorum, cum eſſet apud ſanctum Germanum in laya, audita cuiuſdã chriſtiani morte ignominioſa à Iudæis perpetrata, chriſtianæ religioni compatiens, familiaribus ſuis ignorantibus, quò iret, ſubitò iter arripuit. Qui apud Brayam prope Pariſios velociſſimè veniens, poſitis in portis ipſius caſtri cuſtodibus, comprehenſi que Iudæis pluſquam octoginta comburi fecit. Comitiſſa enim illius caſtri, muneribus eorum corrupta, tradiderat eis quemdam chriſtianum, cui falſo imponebant furtum & homicidium. Hunc igitur antiquo odio commoti, manibus à tergo ligatis, ſpinis coronatum per totam villam fuſtigantes duxerunt, & poſtea patibulo ſuſpenderunt.

Eodem anno pridie idus Martij, apud Nogentum in Partico, militum acies ex aere deſcendentium in terra viſæ ſunt, ibique facta inter ſe mirabili pugna ſubitò euanuerunt. Quidam Guilielmus ſacerdos Anglicus vir carnariuus, ſanctitate vitæ pollens, ac moribus & officij ſui profeſſor vigilantiſſimus, migrauit ad dominum in proceſſione rogationum, ad cuius ſepulchrum tempore mortis eius multa miracula facta ſunt, cœci illuminati, infirmi ſanati, vnde ex fama mirabilium à plurimis viſitari cœpit corpus eius. Sed & tunc temporis regi Philippo de transmarinis partibus literæ allatæ ſunt, quòd ad ipſum interficiendum per ſuggeſtionem regis Angliæ Richardi mittebantur Arſacidæ. Interfecerant enim eo tempore Marchiſium regis conſanguineum vltra mare, qui terram ſanctam, antequam illuc veniret, rege

A.C.1190. mira regebat ſtrenuitate. Hinc cùm rex Philippus multis diebus ſolicitus permaneret, tandem habito conſilio miſit nuncios ad veterulum Arſacidarum regem, vt per ipſum rei veritatem cognoſceret. Interim tamen inſtituit corporis ſui cuſtodes, claues æneas ſemper in manibus portantes, ac per totam noctẽ alternatim circa eum vigilantes. Reuerſis autẽ nunciis per literas vetuli Arſacidæ rumores falſos eſſe cognouit, & ſic falſa ſuſpicio receſſit.

Hic eſt comes montis Ferratenſis de cuius morte nos in annotationibus noſtris aliquid diximus. ſup. § 12.

De Coterellis à Biturigenſibus interfectis Vin. lib. 29. cap. 26. Guilel. Nang.

§. XXVII.

ANno domini 1183. regis Philippi Francorum 3. in prouincia Bituricenſium ſeptem millia Coterellorum & amplius interfecti ſunt ab illius terræ incolis in vnum contra inimicus Dei confœderatis. Iſti enim terram regis vaſtando prædas ducebãt, homines captos ſecum viliſſimè trahebant. Et cum vxoribus captorum, etiam (pro nefas) ipſis videntibus dormiebant, eccleſias incendebãt. Sacerdotes autem & viros religioſos captos ſecum ducentes, & in ipſis tormentis irriſoriè cantores eorum vocantes, ſubſannabant dicẽtes. Cantate nobis cantores, cantate, & confeſtim eis alapas dabant, vel groſſis virgis eos cædebant. Ex quibus quidam ſic flagellati beatas animas Deo reddiderunt, alij longa carceris cuſtodia ſemimortui, data pro redemptiõe pecunia ad propria redierunt. Denique peccatis hominum exigentibus iidem Coterelli ecclesias ſpoliabant, & corpus domini de vaſis aureis & argenteis, in quibus pro infirmorum neceſſitate reſeruabatur, extrahẽtes, & prohdolor, in terrã viliter proiicientes, pedibus conculcabant, de corporalibus verò concubinæ eorum pepla capitibus ſuis componebant. Calices verò ſecum irreuerenter portabant, & malleis vel lapidibus confringentes diſtrahebant. Hæc videntes incolæ illius prouinciæ domino ſuo regi Philippo per literas intimauerunt, acceptoq; ab eo exercitu vnanimiter inſultum in hoſtes fecerunt. Et omnibus interfectis à minimo vſque ad maximum de præda illorum ditati ſunt.

In ſacerdotes maximè debacchabantur, ſicut hodie hæretici faciunt.

Eodem anno multi hæretici in Flandria combuſti ſunt ab archiepiſcopo Remenſi Guilielmo, & comite Flandrenſium illuſtri Philippo.

Hæretici multi in Flandria comburuntur. non eſt nouũ hæreticos eſſe bureos.

Orta cùm eſſet diſſenſio magna, ex longo videlicet tempore, inter regem Aragonum, & comitem ſancti Egidij Raimondum, quę cum nullà ratione pacificari poterat, vt refert Vin. ſpecu. vbi ſuprà cuidam pauperi Durando nomine Deus apparuiſſe fertur in vrbe Aniciẽſi, quæ nunc Podium dicitur, eique tradidiſſe ſchedulam, in qua erat imago beatæ virginis in throno ſedentis, tenens in manibus pueri Ieſu imaginem, & in circuitu impreſſam huiuſmodi ſimilitudinẽ: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Quod audientes principes cum vniuerſis populis apud Aniciũ conuenerunt in aſſumptione beatæ virginis.

Rex Aragonum & comes S. Egidij quomodo in gratiá redierunt Vinc. cap. 57.

A.C.1184. Tunc illius vrbis epiſcopus, cum clero & populo pauperum illum carpentarium in edito ponentes intentiſſimè audierunt, eoque mandatum domini De pace reformanda inter eos audacter referente, & ſchedulam cum imagine beatæ virginis pro ſigno omnibus oſtendente vocem cum lachrymis eleuantes, mente promptiſſima ſe pacem ſeruaturos ſub iuramento promiſerunt. In ſignum autem ſeruandæ pacis prædictum ſigillum beatæ virginis in ſtanno impreſſum, ac pectori ſuperpoſitum, cum capuciis lineis albis ad modum ſcapularis alborum monachorum factis, ſemper portauerũt. et (quod eſt mirabile) omnes huiuſmodi caputium cum ſigno portantes, intantum ſecuri erant, quòd ſi quis fratrem alterius caſu aliquo interfeciſſet, & frater ſuperſtes fratricidã cum ſigno iam dicto occurrentem videret, ſtatim morte fratris obliuioni tradita in oſculo pacis illum cum lachrymis recipiebat, & in propriã domũ adducens victui neceſſaria miniſtrabat.

Sigillũ i. imago B. virginis pectori ſuperponitur.

Circa idem tempus in feſto beati Dionyſij quidam puerulus ſubitò mortuus, ad eccleſiã eiuſdem martyris à parentibus deportatus, & ante corpora ſanctorum ſuper altare poſitus meritis eorum coram vniuerſo populo reſuſcitatus eſt.

Quidam puerulus precibus D. Dionyſij ſuſcitatur.

Carnutũ populoſa ciuitas in Francia, exuſtione ſubita exarſit. Illicque incendio inſignis eccleſia beatæ Mariæ virginis cum toto clauſtro conflagrauit & corruit, vbi reliquiarum & hominum multitudo, & ornamentorum congeries immenſa periit.

Carnutũ ciuitas cõburitur. Aemyl. li.

Rex Philippus ſororem regis Danorum in vxorem accepit. Vinc. lib. 29. cap. 55. Aemyl. l. 6.
A.C.1193.

§. XXVIII.

CIrca illa tempora miſit rex Philippus Stephanum Nouiomenſem epiſcopum ad Canutum (aliàs Caimom) regem Danorum (aliàs a Dalmatorum) vt vnam de ſororibus ſuis ei mitteret, quã ille acciperet in coniugiũ, vt refert Vin. ſpecu. hiſto. vbi ſuprà. Quod ille gratanter accipiens Vigeburgem (aliàs Ingeburgam) ei tradidit, puellam ſanctam & bonis moribus ornatam. Hanc rex apud Attrebatum in legitimam vxorem duxit, & in reginam corõnari fecit. Sed mox inſtigante diabolo rex ipſe quibuſdam (vt dicitur) maleficiis per ſortiarias impeditus vxorem tandiu cupitam exoſam habere cœpit. Nec multo poſt conſanguinitatis linea per Carolum Flandrenſem comitem ab epiſcopis & baronibus computata, matrimonium ſeparari fecit. Regina tamen ad ſuos redire nolens, in locis Galliæ religioſis manere decreuit: malens coniugalem continentiam perpetuò ſeruare, quam alij functa prima matrimonij fœdera violare. Sed quoniam iſtud coniugium dicebatur iniuſtè diſſolutum, papa Cæleſtinus ad

Sortiariæ ſunt mulieres maleficę, quę dæmoni ſe deuouerunt. Striges etiam dictę, vide Malleum maleficarum.

a Cum Dalmatæ ſint Illyrij nunc Sclauoni dicti, & Dani hi ſint, qui Dannemarchi verſus ſeptentrionem vulgò dicuntur, non diceremus Danos alias Dalmatos, ſed Dannemarchas dici.

A. C. 1194. conqueſtionem Danorum miſit duos legatos in Franciam Meliorem (alias Midam) ſcilicet presbyterum cardinalem, & Cenſium(alias Cecinum) ſubdiaconū. Qui Pariſiis conuocato concilio de reformando coniugio tractauerunt, ſed pelli ſuæ timentes, ac trepidius agentes, nihil ad perfectum duxerunt.

Bellū inter Angliā & Francum. Aemyl. A.C.1194. Eodem anno eclipſis lunæ fuit vniuerſalis 4. Idus Nouembris, & durauit duabus horis. In menſe autem Februario rex Philippus intrauit Northmanniam, & cepit vrbem Ebroicam, & Nouumburgum & Vallentuolij(aliàs Vallentuelli) & alias plures munitiones. Rothomagū quoque obſedit, ſed nihil ſe ibi proficere videns, iratus a combuſtis petrariis & māgonellis ſuis, & aliis ingeniis receſſit. Iterum autem poſtea Northmanniam ingreſſus Philippus Northmāniā vaſtat. Vin. c. 6. 5. Vernolium obſedit. Et parte murorum deſtructa, audiens nuncium, quòd à Northmannis vrbs Ebroica, quam munitam tenebat, capta eſſet, iratus ab obſidione receſſit. Et fugatis Northmannis ipſam vrbem funditus euertit, nec non & ipſas Dei eccleſias in ſpiritu vehementi contriuit.

Eodem anno Guilielmus Leoceſtriæ comes, vir fortis & magnanimus, à rege Philippo captus, etiam Stampis in carcere poſitus eſt. Interim rex Angliæ Lochias cepit, & canonicos ſancti Martini Turonenſis eiiciens, rebus ſuis ſpoliauit. Quo audito rex Philippus verſa vice omnes eccleſias terræ ſuæ, pertinentes ad epiſcopatus & abbatias terræ illius cepit. Et quorumdam prauorum hominum inſtinctu, monachos & clericos ibi Deo famulantes eiecit, eorúmque reditus in ſuos proprios vſus tranſtulit. Itaque Philippus Franciæ rex & Richardus Angliæ à priſtina ſimultate non quieſcunt: ſed implacabili odio ſe inuicem perſequuntur: maximè in regionum ſuarum finibus multas grauéſque incurſiones ac direptiones frequenter faciunt.

Horrenda in Gallia prodigia. Eodem anno in pago Bellouacēſi, inter Clarum montem & Compendium tantæ pluuiæ cum tonitruis & fulminibus & tempeſtatibus factæ ſunt: quantas nulla memorat antiquitas hominum. Lapides enim ad quantitatem ouorum, quadranguli, mixti cum pluuia, cadentes de cœlo arbores fructiferas, vineas, & ſegetes penitus deſtruxerunt: villæ quoque in pluribus locis à fulminibus deſtructæ & combuſtæ ſunt. Corui etiam complures cum huiuſmodi tempeſtate viſi ſunt in aere volantes de loco ad locum, & roſtris ſuis viuos carbones portantes, ac domos incendentes. Sed & vtriuſque ſexus homines ictu fulminum perierunt, & alia multa horrenda ea die monſtrata ſunt. Ipſa quoque die in epiſcopatu Laudunenſi caſtrum quoddam ſcilicet Caluum montem

a Ingenia vulgò vocamus machinas quaſcunque quibus ingentia alioqui pondera vel tollimus vel deprimimus. eo quod in his ingenia potius & arte quàm labore vtamur. ſed hoc loco bellica inſtrumenta vocat ingenia quib. ad expugnandam vrbem aliquā adhiberi mos erat, vt turres ligneas & huiuſmodi. Porro mangonella & Petraria illius ſeculi tormenta fuere bellica, quibus muri vrbium quatiebantur, vt ex hiſtoria Albig. c. 47. perſpicere licet.

A. C. 1195. A audiuimus à fulminibus deſtructum. aeriſque inſolita cōmotio facta eſt, Turbines, & tempeſtates, & grandines vineas & meſſes deſtruxerunt, vnde in ſequenti anno fames valida eſt ſecuta.

Bellū [illegible] Vin. c. Anno 1195. redditæ ſunt treugæ à rege Angliæ & guerra denuo incepta: & tunc rex Philippus Vallentuolij, quam munitam tenebat, funditus euertit. Et poſt paucos dies ſororem ſuam, quam rex Angliæ Richardus remiſerat, comiti de Ponthiuo in vxorem dedit.

B Maria [illegible] Anno domini 1196. in Martio ſubita & nimia aquarum inundatio facta pluribus in locis villas deſtruxit, & homines habitantes in eis extinxit. Pontes etiam fluminibus Sequanæ confregit. Et eodem anno Philippus rex vxorem duxit Mariam, nomine, filiam ducis Morauiæ & Bohemiæ Marchioniſque Hiſtriæ. Poſt breue tempus rex Richardus poſt [illegible] ſito iuramento, Caſtrum milionis in pago Bituricenſi dolo cepit, & funditus euertit. Ob hoc rex Philippus collecto exercitu Albammalham aliàs Dammallam) obſedit. vbi dum moram faceret, rex Angliæ caſtellum Noremeort C data pecunia militibus ipſum cuſtodi[illegible] recepit. rex autem Philippus prædictū Dammalæ caſtrum, erectis petrariis & aliis ingeniis per ſeptem hebdomadas & amplius impugnauit, donec fracta turri & muris interioribus bellatores ad deditionem coegit. Cumque caſtrum ſolò tenus deſtruxiſſet, Nouemeort obſidens in breui cepit, & comiti Roberto cuſtodiendum dedit.

Mauricius Pariſienſis epiſcopus moritur. Vinc. li. 29. cap. 58 Guilelm. Nang. D

§. XXIX.

EOdē anno venerandæ memoriæ a Mauricius Pariſienſis epiſcopus, pater pauperum & orphanorum fœliciter, vt teſtatur Vin. ſpecu. hiſto. lib. 30. migrauit ad dominum. Hic inter innumera bona, quæ fecit, quatuor abbatias fūdauit, & de propriis ſumptibus dotauit ſcilicet Herivallē, Hermerias Heredā & Giph, & quia de reſurrectione corporum illo tempore multi dubitabant: quam firmiſſimè ipſe crediderit: moriens rotulum ſcribi mandauit huiuſmodi ſcripturam cōtinentem. Credo quòd E Rot[illegible] redemptor meus viuit [& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & in carne mea videbō Deum ſaluatorem meum.] Hunc igitur rotulum in extremis exiſtens, ſuper pectus ſuum petiit extenſum poni, vt ab omnibus ad eius Sepulturam conuenientibus poſſet legi. Huic ſucceſſit Odo natione Saliacenſis, frater Henrici archiepiſcopi Bituricenſis moribus & vita longè à ſuo prædeceſſore diſſimilis.

F *a Hic eſt ille Mauricius qui cum ab infantia ſtipem emendicando hoſtiatim in diſciplinis honeſtis non parum progreſſus eſſet ad magna adſpirare cepit. Nam eleemoſynam petitam recuſauit: quotie[illegible] illi hac conditione a fidelibus erogaretur, ne vnquam ad epiſcopalem dignitatem adſpirare vellet. Cont. bel. [illegible] cri. lib. 2. cap. 2.*

Annō

A. C. 1197.

Balduinus à Philippo deficit A. C. 1197.

Margarita Vngariæ regina, & Henricus Campanus Ptolemaide moriuntur. Aem. Vin. c. 59.

Anno domini 1197. Balduinus comes Flandrenſis, qui in anno præcedenti, Philippo regi apud Compendium homagium fecerat, ab eius fidelitate manifeſtè recedens, Richardo regi Angliæ confœderatus eſt. Ipſum etiam regem Francorum & terrā eius grauiter perſecutus eſt. Similiter & Reginaldus filius Comitis Domnimartini, cui ex maxima dilectiōe comitiſſam Boloniæ cū comitatu ſuo dederat rex in vxorem. Eodem anno Vngariæ regina, Philippi regis Francorum ſoror cum poſt mortem viri ſui multo apparatu partes tranſmarinas peteret, iámque Ptolemaidem applicuiſſet, paulò pòſt defuncta eſt. Sed & in eadem vrbe, iiſdémque diebus comes Trecenſis Henricus nepos eius, qui rex in terra ſancta fuerat conſtitutus, dum in ſuperiori cœnaculo palatij ſui feneſtræ cuidam innitendo applicaret, miſerabili præcipitio colliſus expirat, cuius mater nomine Maria, quæ ſoror Philippi regis Francorum ex parte patris, & ſoror etiam Richardi regis Angliæ ex parte matris erat, & comitatum Campaniæ ſatis ſtrenuè gubernabat, viriliterque regebat, cùm de morte filij, ac ſororis ſuæ reginæ nuncium accepiſſet, nimis indoluit, & non multò pòſt obiit. Eiúſque filius indolis egregiæ Theobaldus nomine in comitatu ſucceſſit. Eodem anno Petrus cantor Pariſienſis, tam vita quàm doctrina conſpicuus, amator pietatis atque iuſtitiæ apud monaſterium Longipontis in magna deuotione ſanctaque confeſſione migrauit ad dominum.

Petrus Pariſienſis moritur.

Eodem anno ſed à principio prædicationis cuiuſdam ſacerdotis nomine Fulconis. ſ. anno ſextio dominus multa miracula per eum operari cœpit, qui etiam prædicando ad reſtitutionem vſurarum plures induxit, cœcis námque viſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, claudis quoque greſſum reddidit.

Sed & anno ſequenti ſcilicet 1198. Fulco præfatus alium ſacerdotem ſcilicet Petrum de Royſiaco, ad officium prædicationis aſſociauit virum literatum & bonum, qui multos à peccatis luxuriæ & vſuræ reuocauit. Meretrices quoque publicas ad coniugalem continentiam quaſdam prouocauit. Quædam verò coniugium reſpuentes, & ſoli deo ſeruire cupientes ſumpto religionis habitu in noua abbatia ſancti Antonij prope Pariſios collocatæ ſunt, quæ cauſa illarum eo tempore fundata fuit. Aliæ verò diuerſis peregrinationibus & laboribus ſe expoſuerunt, nudis pedibus incedentes. Præter hos etiam Herluinus monachus S. Dioniſij ſacris literis eruditus in Cismarina Britannia prædicauit, per quam innumera Britonum multitudo crucem domini aſſumpſit, ſubitóque non expectatis alijs peregrinis, mari tranſito, apud Achonem eodem monacho duce perueneruntt. Sed ibi rectorem non habentes, in multas partes diuiſi nihil ad perfectum duxerunt.

Britones Cismarini Crucē accipiūt.

Eo quoque tempore multæ nouitates apparuerunt. Apud Roſetum in Bria, in ſacrificio altaris vinum viſibiliter conuerſum eſt in ſanguinem, & panis in carnem. In Vermendeſio quidam miles, qui erat mortuus, reuixit, multaque futura multis prædixit, & poſtea etiam ſine cibo & potu longo tempore vixit. In Gallia circa feſtum Ioannis baptiſtæ ros in nocte de cœlo cadens mellitus, ſpicas ſegetum infecit ita vt multi eas in ore ponentes odorem mellis & ſaporem aperte ſentirent. Menſe Iulio orta eſt tempeſtas valida, tantæque magnitudinis lapides de cœlo ceciderunt, quod à Trebaco vſque ad monaſterium Calæ & loca circumiacentia ſegetes & vineas & nemora penitus deſtruerent.

Miracula multa patrantur Vin. cap. 60.

A. C. 1198.

Philippus rex Iudæos reducit. Vin. ibid. Aem. A. C. 1198.

§. XXX.

Eodem anno menſe Iulio, contra omnium opinionem ipſiuſque regis edictum Philippus rex Iudæos Pariſios reduxit, & eccleſias Dei grauiter perſecutus eſt. Nec multo poſt ſcilicet menſe Septembris pœna ſecuta eſt. Rex enim Angliæ Richardus cum mille quingentis militibus armatis, & coterellis & peditibus innumeris Vulcaſſinum (aliàs Velexium) circa Giſortium vaſtauit, Corcellas deſtruxit, pluréſque villas campeſtreas incendit, & prædas earū abduxit. Rex aūt Philippus cùm Giſortiū tranſire cuperet, ſed ei facilis tranſitus non pateret, cum quingentis militibus tantum per medias acies hoſtium furibundus irruens, & contra hoſtes viriliter pugnans, Dei gratia ſanus euaſit, & vſque ad Giſortium peruenit multis tamen ex militibus ſuis captis, alijſque fugatis: ibi enim capti ſunt viri nominati Alanus de Ruſiaco, Matthæus de Marliaco, Guilielmus Iouenis de Mellero, Philippus de Nanrolio & plures alij. Sicque rex Angliæ cum triumpho receſſit ac prædas diuiſit. Rex autē Philippus Normanniam ingreſſus eſt, eámque vſque in Nouumburgum, & vſque ad Bellam montem Rogerij vaſtauit. Et ſtatim exercitum vt quibuſdam viſum eſt, minus cautè dimiſit. Quo audito rex Angliæ cum coterellis ſuis, quibus præerat Mercadius de Vulcaſſino, de pago Bellouacenſi, prædas magnas duxit. Et ipſius vrbis epiſcopum Philippum nomine, virum in armis ſtrenuum, Philippi regis conſanguineum, & Guilielmum de Mellero (aliàs Demelli) acriter inſequentes, vt ab eo prædas excuterent, poſitis inſidiis cepit longóque tempore carceri mancipauit. Comes autem Flandriæ eo tempore ſanctum Audomarum cepit.

Rex Angliæ Coterellis hæreticis vtitur.

Circa illud tempus Henricus Bituricenſis epiſcopus obiit, cui Guilielmus abbas Caroli loci poſt eum in epiſcopatu ſucceſſit. Hic Guilielmus, vt refert Vinc. ſpe. hiſto. vbi ſuprà ex geſtis eius, genere nobilis, à pueritia quidem in Pariſienſi & Sueſſionenſi canonicus eccleſia, dum in robur virile maturior exereuiſſet, moleſtias ſæculi ferre non valens, ruptis carū compedibus ad Grandimontenſium eremum conuolauit, ibique in ſinceritate mentis & conſcientiæ puritate aliquamdiu vixit. Sed in eodem ordine turbatione ſuborta mentis ſuæ tranquillitati timens, ad Ciſtercienſem ordinem in Pontiniacenſe monaſterium ſe tranſtulit. Ibique profeſſus, & proficiens in virtutibus, officium prioratus ſuſcepit.

De Guilielmo Caroloceñſi abbate. Vin. c. 62. ex geſtis quæ extant in rara bra valle, quæque in compēdiū redacta habet Sur. to. 1.

A.C. 1198

Poſt modum ex abbate Fontis Ioannis ad Carolocenſe monaſterium tranſlatus, ibi per electionem officium abbatia ſuſcepit, vbique enim ſubditos in manſuetudine pertractauit, & virtutum exempla propagauit. Tandem licet inuitus, in eccleſia Bituricenſi, pontificali honore ſublimatus, oneri ſuccubuit non honori. Suſcepti autem prius ordinis obſeruantiam non mutauit, humilitatem priſtinam & habitum retinuit. Et licet archiepiſcopales ciborum delicias inueniret, vſum ſobrietatis antiquę non deſeruit. Meditationi & orationi libenter intentus, de animarum cura ſibi commiſſa ſollicitus erat. Confeſſiones enim eorū in multa lenitate ſuſcipiens, ſpiritus conſuuebat, prædicationi per ſe vel per alium ſedulus inſiſtebat.

Marginal notes: Fit archiepiſcopus Bituricenſis. — Archiepiſcopos [illegible] confeſſiones [illegible] excipiebat.

Cui dominus etiam illam meritorum gratiam addidit, vt & viuens miraculis corruſcaret. Vnde & presbyter quidam Girardus nomine, qui ita vſum ſiniſtræ manus amiſerat, vt celebrare non poſſet, ad eum acceſſit. Et eo palpante manum eius, & imponente ei, vt conſiteretur, & melius ſe haberet, poſt tertium diem plenè conualuit. Quidam etiam puer, cerebro turbato, & oculis, tremorem capitis patiens, ad eum adductus palpato capite ſanitati fuit reſtitutus. Erat hic ſanctus ferè ſemper hilaris & iucundus, quod quibuſdam diſplicebat auſteris. Et cum ſe in huiuſmodi ſocialē & amabilem exhiberet, vitium detractionis, quod in locutionis curſu ſubrepere ſolet viris etiam ſe ſtudioſè cauentibus, ſumma intentione vitabat. Tandem aſſumpta cruce volens ad fines Albigenſium contra hæreticos proficiſci, cum itineri neceſſaria præpararet, infirmitate correptus 5. idus Ianuarij obiit ac ſepultus in Bituricenſi eccleſia miraculis ſtatim corruſcare cœpit: quem Honorius papa tertius inquiſitione de vita eius & miraculis facta canonizauit.

Marginal note: Colitur 10. Ioan.

Senonenſi autem archiepiſcopo, viro Deo pleno ad Deum circa illud tempus migrante, Petrus de Corbeiio, quondam Innocentij papæ didaſcalus ſucceſſit, per cuius manus & authoritatem primo Cameracenſem ſedem: deinde Senonenſem accipere meruit. Nec multò pòſt apud Diuionem à præfato Petro cardinale, omnium epiſcoporum, abbatum, & priorum totius regni conuocatum eſt concilium. Sed quia regnum Francorum ſub interdicto ponere nitebatur, à nunciis regis ad apoſtolicam ſedem eſt appellatum. Ipſe tamen cardinalis appellationi non deferens, ſententiam contra [illegible] omnibus protulit, ſed vſque ad viginti dies poſt natale non eſſe publicandam præcepit, & ea tunc tota terra regis Francorū interdicto ſubiacuit. Quo audito rex Philippus iratus quoniam epiſcopi ſui interdicto faciendo conſenſerant, ipſos à propriis ſedibus perturbauit, canonicos eorum, vel clericos de terra eius eiiciens, bona eorum confiſcauit, presbyteros etiam parochiales eiecit, & per omnia bona eorum diripuit. Ad cumulum etiam mali totius Vigeburgem (aliàs Ingebergam) vxorem eius ſanctam, omniúmque ſuorum auxilio deſtitutam, ad Stampas in caſtro ſuo clauſit. Sed & milites olim ſua libertate gaudentes, & etiam homines eorum cruciauit, & tertiam partem omnium bonorum eis abſtulit. A burgenſibus etiam ſuis intolerabiles taleas & exactiones extorſit.

Marginal notes: [illegible] inſtitutor. — Concilium Diuionenſe contra Philippū regem ob repudiatā Ingeburgam celebratū. A.C. 1199. — Philippi regis inclementia. — A.C. 1199. — Burgēſes [illegible]

Anno domini 1200. in aſcenſione domini, reformata eſt pax inter duos reges, ſcilicet Francorum & Anglorum inter Vernonem & inſulam Andeliaci. In ſequenti verò feria ſecunda, Ludouicus regis Francorum primogenitus, Blancham Hildefonſi regis Caſtellę filiam & regis Angliæ neptem in vxorem duxit. Pro quo matrimonio rex Angliæ Ioannes, omnes munitiones & vrbes, & caſtra totamque terram, quam rex Francorum ceperat, præfato Ludouico & hæredibus eius quitauit, & totam terram Ciſmarinam poſt deceſſum ſuum, ſi eum ſine hærede legitimo mori contingeret, conceſſit.

Marginal notes: [illegible] A.C. 1200 [illegible]

Rex ſuperinductam relinquens veram vxorem recipit. Vinc. ibid. Aemyl. A.C. 1201.

§. XXXI.

ANno domini 1201. Octauianus (aliàs Otho) Oſtienſis, & Ioannes Velitrenſis, (alias Burdegalenſis) epiſcopus, vt legatos in Franciam venit. Cuius admonitione, rex vxorem ſuam Vigeburgem in qualemcunque gratiam recepit, & ſuperinductam à ſe ad tempus ſeparauit. Tunc conuocatum eſt concilium Sueſſione ab ipſis Octauiano & Ioanne legatis, cui rex Franciæ Philippus interfuit, cum epiſcopis & principibus ſuis: vbi per quindecim dies tractatum eſt de Vigeburgis (aliàs Ingeburgæ) reginæ matrimonio confirmando, vel ſeparando. a Poſt multas autem & varias iuriſperitorum diſputationes, rex longa mora [illegible], cum Vigeburge vxore ſua mane inſalutatis ipſis receſſit, mandans eis per nuncium, quòd vxorem ſuam, vt ſuam ſecū ducebat, nec ab ea ſeparari tunc volebat. Quo audito ſolutum, eſt concilium ſtupeſcentibus cardinalibus & epiſcopis, qui conuenerant ad faciendum diuortium. Et Ioannes quidem cum erubeſcentia receſſit, Octauianus verò in Francia remanſit.

Eodem anno Theobaldus comes viginti quinque annorum ætatis obiit. Et quia maſculū heredē nō habuit rex Philippus terrā ei⁹ ſub tutela & cuſtodia recepit, vxoréq; tantū filiā habebat,

Marginal note: Theobaldus comes [illegible]

a Nullus dum prodire audebat, qui regem accuſaret. Erant nimis multi qui diſertiſſimè cōpoſitis [illegible] que eius cauſam agerent. Hi ſummo ſilentio ac prope aſſenſu audiebantur. Perorarant etiam cum nemo vocem contra mittebat. Tandem ex humili multitudine adoleſcens ignotus, qui [illegible] vnde veniret, venia dicendi demiſſiſſime & a rege & à Romana & à cætero conſeſſu petita, externæ repudiatæq; mulieris deſertam ab omnibus cauſam tam ornatè dilucidéque defendit, tam reuerenter de rege verba faciens, vt in ſui admirationem omnes conuerteret. Fine dicendi facto ſe proripiens, nuſquam comparuit. Sunt qui numini id attribuant, ſed conſilio & arte Dana fieri patuit. Aemyl. lib. 6.

A. C. 1201. A. C. 1204.

bebat, ſed poſtea natus eſt ſibi filius poſthumus quoniam vxor eius prægnans remanſerat.

Ioannes rex Angliæ in Fráciã venit. Vinc. 67. hic autẽ Ioã. dictus ſine terra regnare cœpit A. C. 1196.

Eodem anno Ioannes rex Angliæ in Franciã venit, quem rex Philippus valdè honorificè Pariſiis recepit, eique munera pretioſa multa & varia dedit. Tunc etiam antequam Octauianus Romam rediret, Maria ducis Bohemorum filia, à rege Philippo ſuperinducta defuncta eſt, de qua idem rex filium nomine Philippum, & filiam vnam ſuſceperat, quã quinque annis contra Dei decretum & legem eam tenuerat. Illa verò mortua Innocentius papa tertius, de quo ſuprà, ad petitionem Philippi regis infantes prædictos legitimos hæredes eſſe mandauit, & poſtea literis ſuis confirmauit. Quod factum eo tempore multis diſplicuit.

Infrà tit. 19. ca. 5.

Bellum Anglicũ iteũ mire crudeſcit Æmyl. lib. 6.

Eodem anno rex Philippus inter Vernonem & inſulam Andeliaci cũ rege Angliæ colloquium habuit, ſubmonens eum tanquam ſuum hominem ligium, vt pro comitatu Pictauenſi & Andegamenſi & pro ducatu Aquitaniæ poſt 15. dies à paſcha veniret Pariſios a ſuper iis, quæ aduerſus eum proponeret, reſponſurus. Qui quoniam ad diem præfixum nec in perſona propria venit, nec reſponſalẽ ſufficientem mittere voluit, habito rex Philippus conſilio Northmanniam ingreſſus munitiuncula m, quam Botauanum (aliàs Botauentum) vocant funditus euertit. Deinde Arquellum & mortuum mare tandem Gornacum (aliàs Gurneyum) cepit totamque terram, quam Hugo de Gornaco tenebat, ſubiecit ſibi. Ibique Arturũ militem fecit, tradens ei comitatum Britanniæ,

Hunc arcturum ante hoc bellum mortuũ ſcribit Æmyl.

a Ob quam cauſam huic Ioanni Angliæ regi dies ſit à Philippo dicta ab Aemylio ſic accipe. Mortuo Richardo rege abſque liberis, vt dicit D. Anton. infrà. §. 32.) Ioannes in regnum cæteraſque poſſeſſiones ſucceſſit non abſque contentione. Arcturus dux Britanniæ ſe potiorem hæredem contendebat, ac iure ſuperiore, quod ex Gothifredo natus eſſet qui Ioannem fratrem ætate anteceſſiſſet. Eius cauſæ Auguſtus ſuffragabatur. Ioannes verò pacem ab Auguſto redemit, redditis tribus oppidis in finibus Biturigum, Caſtro Rodulphi, Iſſoduno, Caſſetano. Leonora Ioannis mater, ne Aquitania amitteretur in eius poſſeſſionem venit ſeque iureiurando franco regi vt beneficiaria obſtrinxit. Nec idcirco Arcturus cœpto abſtitit. Turones occupat ſumma franci regis voluntate. Multiplicíq; bello mox implicatur. Leonora ex Pictonibus in Andes ſe confert, ſimul Mirabellum occupat. Eò Arcturus e veſtigio ducit, adque oppidum ac ſenẽ auia oppugnat. Magno natu mulierem ferox adoleſcentia vicit. oppidum captum, ipſa in poteſtatem venit nepotis. Ioannes cum expeditiſsimo milite illuc properat, & in primis Arcturum oppreſsit, quàm franci auxilio venire poſſent. In quem tamen, quoad vixit mater Leonora nihil durius conſtituit ea pro illo deprecatrice, à quo & obſeſſa & comprehenſa fuerat. vix dum circũ acto anno defuncta, adoleſcentem Ioannes necauit. Id parricidium matre Conſtantia duce Britanniæ perſequẽte francus Anglo diem dixit. De hoc etiam vaticinio paulo poſt fit mentio. Cæterum hic etiam Philippus aduerſus Guidonem Aruerniæ Comitem expeditionem ſuſcepit, qui vexabat Eccleſiaſticos, Abbatiam euerterat, Epiſcopum Claromontenſem in Carcerem incluſerat captamq; Aruerniam ſui regni peculio adiecit. ann. Cal. Genev.

A qui ei competebat iure hæreditario, adiectis etiam comitatum Pictauenſium & Andegauenſium, quos ſibi acquireret iure armorum. Sed & ducentos milites, in auxilium, magnamque ei pecuniæ ſummam tradidit, & ſic in perpetuum eum hominem ligium accepit. Qui cùm ab eo receſſiſſet rex Angliæ ex improuiſo eo ſuperueniens, ipſum cum Hugone Bruno, Gaufrido de Lauduneco, & poſtea comitem Lemouicenſem cepit. Hi tres erant ipſius regis Angliæ ligij homines. Sed B quoniam Hugoni Bruno, qui erat vicecomes Toarcenſis, vxorem ſuam, videlicet filiam comitis Angoliſmenſis, abſtulerat, ab eius fidelitate receſſerant. Et regi Francorum ſub iuramento datis etiam obſidibus confœderati erãt. Vt autem hyems ſuperuenit vterque rex ſine pace & treuga mutuis inuicem à bello ceſſauit.

Anno autem Domini 1202. rex Philippus cum exercitu Aquitaniam intrauit. Et adiunctis ſibi in auxilium Pictauenſibus & Britonibus, munitiones multas cœpit. Tunc etiam C comes Alenconius et confœderatus terram ſuam cuſtodiendam ei tradidit. Reuerſúſque rex in Northmanniam Choncas, & etiam inſulam Andeliaci, & Vallentuolij (aliàs Vallentuelli) cepit. Interea Innocentius papa tertius miſit abbatem de Haminarij, ad regem Francorum & regem Anglorum pro reformanda inter eos pace. Qui adiuncto ſibi abbate Triumfontium, vtrique regi authoritate apoſtolica præceperunt, vt conuocatis epiſcopis & principibus regni, ſalua vtriuſque iuſtitia pacem facerent & abbatias cæteráſque eccleſias D per gentes eorum deſtructas, in ſtatum priſtinum reformarent. Audito rex Philippus huiuſmodi mandato, cauſam ad ſummi pontificis examen per appellationem interpoſitam reuocauit. Deinde collecto exercitu Radipontem obſedit, erectiſque turribus ligneis in circuitu fortiter impugnauit & accepit. Poſt hoc caſtrum fortiſſimum Gaillardum, à rege Richardo in excelſa rupe ſuper Sequanam ædificatum obſedit, in qua ſcilicet obſidione ſex menſibus, & eo amplius moram fecit, ipſum E que tandem cum magna pugna cœpit.

Inno 3. pacẽ inter reges cõponere nititur Vide 3. p. t. 19 c. 1. §. 2.

Anno prænotato Fulco presbyter de Melliaco moritur, multique per eum cruce ſignati poſt multos labores Venetias veniunt, ſed tranſitus impeditur, multique obeũt, multi redeũt. reliqui; expedìũt. Die 30. Maij fit terremotus trib. dieb. ante aſcenſioné Domini & vox terribilis auditur, magnaq; pars vrbis Acchonenſis cũ palatio regis corruit. Et populus multus defecit. Tyrus omnino penè ſubuertitur. Acca oppidũ F munitiſſimũ ad ſolũ vſq; diruitur. Tripoleos maxima pars ruit, & plebs plurima ſuffocatur. Antarados autem illæſa ſeruatur, in qua beatus Petrus apoſtolus primam baſilicam beatæ Dei genitricis conſtruxiſſe dicitur, eam nunc Tortoſam vocant. Dehinc terræ ſequitur ſterilitas, hominumque mortalitas.

Omnia noſtra in Oriente ruunt.

Ioannes autem rex Angliæ Arturum Britanniæ comitem, filium fratris ſui maioris Gaufridi apud Mirabellum capit, cæteriſque per obſides liberatis, ipſum latenter (vt fertur) peremit

Hæc ante bel a præcedentis euenisse tradit Æmyl.

A.C.1204. mit. Super quo à baronibus apud regem Franciæ accuſatus, cuius Vaſallus erat, comq́ue cōparere nollet, poſt multas citationes per iudicium Pariſium exhæredatus eſt. Anno autem Domini 1203. Petrus Aragonenſis rex comes Barchinoniæ, & dux Montiſpeſſulani regnum ſuũ obtulit Innocentio papæ. Illudq́ue ſibi ac ſucceſſoribus ſuis in perpetuum pro remedio animæ ſuæ ac progenitorum ſuorum conſtituit cenſuále vt annuatim de camera ipſius regia 250. maſſæ mommæ apoſtolicæ ſedi reddantur & ipſe & ſucceſſores eius eidem ſpecialiter fideles obnoxij teneantur.

Regnum Aragonũ Pōt. max. tributariũ conſtituitur.

Henricus ſextus imperator in Sicilia moritur A.C. 1194. hac titulo 19. diſtinctius explicatur.

§. XXXII.

ANno igitur ab Incarnatione Dñi 1197. Imperator Henricus 6 poſtquam Fridericum filium ſuum in regem Alemanniæ eligi fecerat, & fidelitatem & homagium à principibus illi exhiberi, denuo cum filio ſuo Friderico in regnum rediit Siciliæ, vbi cũ eſſet apud Meſſanam vrbem præſente Conſtantia eius vxore diem clauſit extremum, poſt cuius obitum quidam de eius familiaribus exeuntes de regno ad terras eccleſiæ, quas Henricus tyrannice vſurpauerat, ſe contulerunt, & Marchuardus acceſſit ad Marchiam Anchonitanam, Chúradus A rediit in ducatum Spoletanum: Philippus receſſit apud Montem Flaſconem patrimonium occupans vniuerſum. Quo facto ad imperium adſpirans ipſe Philippus frater prædicti Henrici imperatoris mortui reuerſus eſt in Alemanniá. Remanſerunt autem quidam in regno. Nã in Sicilia Gullelmus Campanus, in Calabria Fredericus, in Apulia & terra laboris Diupuldus & fautores eius, Conſtantia autem imperatrix poſt mortem viri ſui reuerſa Panormum miſit ad ducißam Spoleti, quæ filium ſuum in Marchia nutriebat. Et deductum ad ſe corona B rifecit in regem Siciliæ. Cœpitq́ue in Sicilia regnare cum illo. Mortuo autem Henrico imperatore quaſi ſtatim mortuus eſt Cæleſtinus papa, cui ſucceſſit Innocentius, de quo in tit. ſequenti. A.C.1204.

Anno Domini 1198. Richardus rex Angliæ audiens quendam theſaurum magnum militem Lemouicenſis diœceſis in ſuo caſtro reperiſſe, re a ipſe ambitioſe cupiens ipſum theſaurum magnum habere, dictum militem à vice comite Lemouicenſi, ad quem confugerat, C pro ſui ſecuritate repetebat, ſed dum ille renueret, in prædicto caſtro illum obſedit. Cúm die noctoq́ue caſtrum illud fortiter impugnaret, ſagitta percuſſus poſt paucos dies mortuus eſt, atque apud fontem Erbrodi ſepultus quieſcit. Et quia ſine liberis erat frater eius Ioannes, qui ſine terra dicebatur ſucceſſit in regnũ, de quo aliqua ſupradicta ſunt.

Rich... r... Ang... mor...

Secundæ partis hiſtoriarum D. Antonini Archiepiſcopi Florentini, finis.

Holos ſecundæ partis hiſtorialis Regeſtom.

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, AA, BB, CC, DD, EE, FF, GG, HH, II, KK, LL, MM, NN, OO, PP, QQ, RR, SS, TT, VV, XX, YY, ZZ, AAA, BBB, CCC, DDD, EEE, FFF, GGG, HHH, III, KKK, LLL, MMM, NNN, OOO, PPP, QQQ, RRR, SSS, TTT.

Omnes ſunt terniones.

EPISTOLA RABBI SAMVELIS

Iudęi ad Rabbi Iſaac Iudęum de prophetiis veteris tęſtamenti ſecundum translationem eorum, quibus lex Iudaica deſtruitur, Chriſtianaque religio approbatur.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri, fratri Hugoni magiſtro ordinis prædicatorum digniſſimo, ac ſacro ſanctæ paginæ profeſſori, eius ſubditus frater Alphõſus boni hominis Hiſpanus promiſſam obedientiam, promptam in omnibus ac deuotam.

Hic Hugo fuit magiſter ordinis. 16. A.C. 1333. vt in 3. parte Tit. 23. c. 12 D. An. tradit.

CVm ego propter paruitatem meam & inſufficientiam nõ ſim talis, quod vobis & pro vobis ſciam vel poſſim aliquid magni facere, vel ſaltem adſiſtere tantum in laborib. & curis veſtris, quas pro noſtra quiete omnium, & totius ordinis pace in curia ſuſtinetis, ad ſolatium veſtrum, & aliquale ſubleuamen laboris, habens libellum antiquiſſimum, qui nuper caſu fortuito deuenit ad manus noſtras, & fuit antea tot temporibus occultatũs noua tranſlatione de Arabico in Latinum per me interpretatum vobis tranſmitto. Sciendum autẽ, quòd inter Iudæos multum gloriantur illi, qui Arabicarum obtinent peritiam literarum: tum quia illæ literæ ſunt in antiquorũ philoſophorum archiuis ſcientiis copioſæ: tum quia in eis, vt pote paucis Iudæis & paucioribus Chriſtianis notis, ſcribunt confidentius ſecreta ſua, quæ volunt aliis occultare. Qua eſſet de cauſa (vt exiſtimo) Iudęus iſte, ſed & hecumen author huius libri, non ipſum in Hebręo ſermone, ſed in Arabico annotauit, ſed oportet quod vel tardè, vel citò occulta omnia reuelentur, iuxta ſententiam ſaluatoris. Ego verò in transferendo ipſum, authoritates bibliæ ab iſto Iudæo inductas ſcripſi in locis ſuis in arabico pariter & Latino non prout in noſtra habentur in tranſlatione ſecundum beatum Hieronymum, ſed prout iſte Iudæus ſcripſit, quando cõpoſuit iſtud opus, & hoc feci, ne aliquis poſſet mihi imponere, quòd ego in textu præſumpſerim aliquid addere, vel diminuere, vel immutare, & ſuper hoc erunt omnes, qui ſciunt Arabicum, teſtes mihi Et hoc dico. Iudæus iſte noſtram tranſlationem non ſequitur, vt audietis in proceſſu. Me autem (vt credo) oportuit ipſum exponere in Latino, prout ipſe loquitur in Arabico, eius modum loquendi, quantum eſt poſſibile, & ordinem obſeruando, alias non interpres eius, ſed corruptor libri ſui meritò poſſem dici. Nec iudæi, ſi viderent iſtum librum in vtraque lingua deſcriptum, tantum conuincerẽtur per eum ſi videãt, quòd authoritates in Latino ab hoc deſcriptæ Arabico diſcordarent. Sed cum ſolatio veſtro, pater & Domine, mi magiſter, hic eſt finis alius, quẽ intẽdo. Conſeruet vos ordini noſtro Dominus Ieſus Chriſtus per multa tempora in ſua gratia & amore. Seriptum Paraſiis per manum modici ſerui veſtri Alphonſi, in nomine domini noſtri miſericordiſſimi, in quo ſperamus.

Arabicè cur ſua arcana Iudæi ſcribant.

Cur interpres non ſit vſus vulgata editione.

a In epiſtolã Rabbi Samuelis breuis admonitio Meſſiæ à qua ſ tiam inſcribitur. Hãc epiſtolã Rabbi Samuelis quæ paraſtaſis veri ſeparatim olim & nuper in Bibliotheca ſanctorum patrum editam huic ſecundæ parti D. Anton. qui præfuerunt aliis editionibus ideo adiecerunt, vt Iudæorum contumaciam, quam in tit. 16. c. 12. D. Ant. ex dictis Petri Alphonſi confutarat validius confunderent & coarguerent quã in hac etiã editione minimè deſiderari bibliopola ideo voluit quia ex ſanctis ſcripturis quas Hebræi ſicut & nos recipiunt, vanam eorum de Meſſia futuro expectationem redarguat. Ieſum verò Dominum noſtrum illum eſſe, cui omnes prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum recipere omnes, qui credunt in eum. Act. 10. apertè demonſtrant de hoc Samuele ſic ſcribit Genebrardus. Samuel Iudæus abdicato Moſe Chriſtum amplectitur, A.C. 1090. & contra Iudæos & vanam Meſſiæ expectationem ſubtiliter diſputat.

Incipit epiſtola tranſlata de Arabico in Latinum per fratrem Alphonſum boni hominis Hiſpanum, ordinis prædicatorum, quæ epiſtola cuius ſit editione, & ad quid valeat, proœmiolũ ipſius epiſtolæ & narratio eius plenius declarabunt, cum titulo, qui eſt talis.

Epiſtola, quam ſcripſit magiſter Samuel Iſraelita, oriundus de ſcilicet ciuitate In Arochitam regis ad Rabbi Iſaac magiſtrum ſynagogæ, quæ eſt ſub Iulmeza in regno prædicto.

Proœmiũ epiſtolæ.

COnſeruet te Deus, ô frater, & permanere te faciat, vſq; quo terminetur captiuitas noſtra & congregetur iſta diſperſio noſtra & appropinquet ſpes noſtra & ſignet Deus beneplacitum ſuper vitam noſtram. Amen. Nam & expertus ſum, quod pulchritudo ſcientiæ noſtri temporis eſt in te & tu es noſtra ſpes certificationis in dubiis legis & prophetarum cum tuis expoſitionibus gratioſis. Vnde ſemper particeps doctrinæ tuæ, tibi expono æſtus cordis mei ſuper illis, quæ legis ſunt & prophetarum ſuper quibus anxior cum timore. Qua propter ad abundantem ſcientiam tuam recurro & tibi mitto libellum iſtum ſperans per te Deo dante in veritate confirmari, ac in dubiis declarari.

Quærit Samuel ob quod peccatum in iſtam inciderint Iudæi captiuitatem. cap. 1.

COnſidero Domine mi, certificari per te ex teſtimoniis legis, & prophetarum, aliarum ſcripturarum, quare nos Iudæi ſumus generaliter percuſſi à Deo in captiuitate iſta, in qua ſumus quæ poteſt vocari propriè ira Dei non habens finem: nam modo ſunt mille anni completi, quòd fuimus per Titum captiuati. Nos ſcimus, quòd patres noſtri adorauerunt idola, occiderunt prophetas, & legem Dei abiecerunt, & tamen propter omnes iſtas tranſgreſſiones Deus non percuſſit eos captiuitate, niſi tantum per 70. annos in Babylonia, & poſt tempus præfatum placatus eſt eis,

eis,& reduxit eos in terram ſuam,& ſecúdum ſcripturas ita Dei tunc temporis fuit validiſſima ſuper omnes alias iras,quas ante illa tempora commemorat ſcriptura. Et tamen vt dictum eſt pœna tantorum peccatorum non fuit niſi 70.annis.Et nunc Domine mi,ira Dei,quæ in præſenti punit nos, non habet terminum, nec finis eius nobis promittit in prophetis.Si voluerimus dicere,quòd iſta præſens ira Dei,in qua ſumus,eſt adhuc illa ira propter quam fuit captiuitas 70. annorum & ꝙ tunc non fuit ſatisfactum complete de peccatis perdictis B per patres noſtros, nos facimus Deum mendacem,quod abſit, quoniam ipſe verus Deus & glorioſus illi captiuitati præfatum terminum

1.Pet.36. per prophetas ſtatuit ſcilicet 70. annorum vnde talis non eſt reſponſio bona,ſed euaſio ſeu
Hier. 25. & 29.
1.Eſd.1. excuſatio vana, nec eſt coram intelligentibus
Dan 9. proponenda.

Et ſi dixerimus,ꝙ in illa tranſmigratione miſertus eſt vni parti generis noſtri, & non alij,& illos,quorum miſertus eſt reduxit ad reędificādum templum,vt dicit propheta Neemias,& nos ſumus de illis quorum miſertus non eſt,dicent nobis Chriſtiani,ꝙ Deus C miſertus eſt illorū,qui adorauerūt idola,& occiderunt prophetas & quum nos punit qui non peccauimus in prædictis:& illorú pœna fuit in certo termino 70.annorū& noſtra punitio(ſic non habet ſecundū nos cauſam certā) eſt longa & ſine termino in qua ſumus modo iā ſunt mille anni, nec in lege in prophetis huius pœnæ terminū poſſumus inuenire.Quare Domine mi,cū Deus punierit patres noſtros ꝓpter idololatriā,propter interfectionem prophetarū,& peccatū & pœna ſunt omnia in ſcriptura.

Nah.1.iuxta 70.inter. Cum Deus non puniat bis in idipſum pro peccatis illis præteritis fuit poſtea captiuitas 70.annorū.Et cùm Dominus non puniat vniuerſaliter, niſi propter peccatū vniuerſale,oportet ꝙ poſt illam captiuitatem nos peccauerimus corā Domino omnes maiori peccato,quàm fuerit idololatria parentum noſtrorum & quàm fuerit interfectio prophetarum, ea quo Deus pro illis peccatis puniuit parentes noſtros annis 70.& non amplius & nos puniuit iam ſunt mille anni & poſuit & nos per quatuor partes mundi.Quicquid tamē cōtingat,Dei ſumus in omni aduētu,qā nulla eſt excuſatio ſupradicta.

Iudæi obſeruantes quædam legalia,& quædam dimittentes peccant. ca.2.

SVppoſito Domine mi,ꝙ nos ſumus in peccato aliquo maximo, rogo, quòd tunc certifices me, an Deus diſperſit nos de Hieruſalem, & miſit in captiuitatem iſtā longiſſimam ſeu perpetuam propter illud peccatum.Si autem noſtra propria voluntate ſine F ſpeciali mandato Dei,nos in captiuitate iſta accepimus obſeruantiam,circumciſionem& ſabbatum& alias obſeruantias, quas tenemus ſecundum legem Moyſi. Nam nos cognoſcimus,quòd tempore, quo Titus deſtruxit ſanctam ciuitatem, & templum combuſſit & bibliothecas,& nos in captiuitatē iſtam diſperſit,quòd extunc ceſſauit inter nos iuge ſacrificium,oblationes,& holocauſta.& Deus non,A alias permiſit nobis noſcere per prophetiam aliquam,nec per reuelationem aliquam certam ꝙ nos debemus redire aliquando in Hieruſalem in ſtatu priſtino,nec mandauit nobis noſcere,quòd obſeruaremus obſeruantias ſupradictas:videtur ergo ſequi,quòd nos non à Deo, ſed ab illis, qui erant in ira Dei obſeruantias prędictas accepimus & tenemus.Et dicent nobis aduerſarij noſtri:Sicut vos obſeruaſtis circumciſionem,& ſabbatū,& legiſtis in ſynagogis libros Moyſi & prophetarum ſine mandato Dei quare non aſſumpſiſtis vobis ſimiliter B & ſacrificia & non facitis vobis ſacerdotem, & regem principes,& vnctiones ſanctas & incenſum?Et quare non ædificatis vobis altaria, & obſeruatis ceremonias alias in lege contentas ſicut ſabbatum,& ſicut circumciſionem,& ſicut plura alia, quę ſeruatis ſecūdum traditiones veſtras ſine mandato Dei propria voluntate. Ex vtraque parte curritis in offenſam, & ſic hæc prædicta facitis contra voluntatem Dei. Vel ſi dicitis quòd voluntas Dei eſt,& beneplacitú,quòd hæc obſeruetis(quod C tamen oſtendere non poteſtis)quare non obſeruatis alia ſupradicta quorum multa facere poſſetis?Et ſi non permitterent vos facere reges, populi ſub quibus iacetis tamen permitterent vos alia multa facere, ſicut permittunt vobis circumciſionem & libros & ſynagogas & alia, quæ tenetis.Et ad hoc Domine mi,non eſt nobis in promptu reſponſio ſufficiens,vt videtur. Sumus tamen Dei in omnī euentu, quicquid nominis contigerit.

D *Legalium obſeruantia cum in priore captiuitate Deo diſplicuerit,in hac multo magis diſplicet cap.3.*

INuenimus Domine mi, Deum loquentem per os Zachariæ prophetę dicentem vbi loquitur de illa proxima captiuitate, breuiter interpretando hanc authoritatem,quæ ſecundum quod ſcribitur in Arabico ſic ſonat in Latino. ¶ Hæc dicit Dominus ſacerdotib.& populo terræ.Quādo ieiunaſtis & Zach. ploraſtis,in quinto & ſeptimo toto tēpore 70. E annorū,intellexiſtis ꝙ mihi ieiunaretis,aut ad me ploraretis,at ego tale ieiuniū nolui à vobis. (Noſtra autē trāſlatio aliter habet.Sed ego ſcribere propono,ſicut iacent authoritates in Arabico, quas iſte inducit non ſicut in noſtra biblia)Innuit Deus,Domine mi,in verbis prædictis,quòd dum nos Iudæi fuimus per ſeptuaginta annos in prædicta captiuitate,quòd fuimus ſine lege,quia ieiuniū habemus à lege, ſicut alias obſeruantias, & ſimiliter ſumus ſine circunciſione& ſine ſabbato.Et ſine dubio,omnia hæc nō valēt,dū ira Dei manet ſuper popu F lū ſuū. Illa verò prima ira fuit breuis, & habuit certū terminū,ſed hæc ira Dei,qua ſumus nūc, eſt lōga & non inuenitur eius terminus in Prophetis.Et timeo,Domine mi,ꝙ ſicut Deus miſit in captiuitatem illā breuem patres noſtros ſine lege & ſine obſeruantiis eius non acceptauit ieiunia nec obſeruantias legis eorum quouſque fuit completum tempus pœnæ ipſorum ſcilicet 70.anni ſic in iſta captiuitate vltima non acceptat opera quę facimus ſecundū

obſernãtias legis, quia ſtat, quòd nos ſumus in maiori peccato nune, quàm patres noſtri fuerunt in Babylonia, vnde nos ſumus in maiori ira Dei, quàm illi, & per cõſequẽs opera noſtra ſunt ei minus placita, & nos ſumus ei magis odioſi, & patet, quia illi propter mortem prophetarum, & quia idola coluerunt, fuerunt tãtũ 70. annis in captiuitate, & nos propter peccatum magnum, & maximum ſumus capti iam ſunt 1000. anni, & hæc captiuitas Domine eſt ſine dubio illa, quam Deus per os Danielis prophetæ vocat deſolationem: cum dicit 9. cap. ‡ Vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. | Prima captiuitas vocata fuit tranſmigratio, quia poſt modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hieruſalẽ. Sed hæc vocatur deſolatio perpetua, in qua pro certo Dominus non miſerebitur noſtri, ſicut miſerebatur patrum noſtrorum, dum erant in Babylonia excepto quòd conſolabatur eos per prophetas, qui promittebant illis liberationem: & etiam erant omnes ſimul, nobis autem non promittit, & inſuper diſperſit nos per vniuerſa regna mundi. Attamen quicquid cõtingat Dei ſumus in omni euento, & in eo ſperamus.

Iudæi ſunt cæci & deceptores ſimplicium. c. 4.

Domine mi, valdè mirabile eſt mihi de nobis, qui quotidie ſperamus liberationẽ à captiuitate iſta & ſemper loquimur de noſtra reductione in Hieruſalem ergo, vel ſumus cœci vel deceptores ſimplicium. Nam conſtat, quòd poſt diſperſionem noſtram, quæ facta eſt per Titum, non apparuit in nobis, qui nobis promitteret reductionem, nec etiam poſt captiuitatem 70. annorum fuit propheta, qui loqueretur de iſta captiuitate, quæ non habet finem niſi in fine mundi, nec liberationem ab ea, niſi per conſummationem ſeculi, quare Daniel vocat illam deſolationem ſine fine ca. 9. Vnde timeo. Domine mi, quòd cum tanta captiuitas non aliàs emanarit ſuper totam gentem noſtram Deo, niſi propter maximum peccatum Deum maius quàm interfeciſſe prophetas & adoraſſe idola propter quæ peccata fuerunt patres noſtri puniti, quòd ſicut non miſeretur noſtri inuicta, cum in eo peccatu perſeueremus nec miſerebitur nobis in morte. Attamen &c.

Promiſſiones de futura Iſraelis liberatione vel impletæ vel impeditæ c. 5.

Domine mi, videtur mihi, quòd nos decepimus alios & noſipſos, quia in libro legis & prophetarum inuenimus Deum promittentem genti noſtræ liberationem, & congregationem ex diſperſione multipliciter. Sed benè aduertenti, omnes promiſſiones huiuſmodi vel erant completæ ante captiuitatem 70. annorum, & in ipſis 70. annis vel promiſſiones fuerunt propter peccata illorum quibus promiſſæ ſunt totaliter impedi-

A tæ ſicut propono Domine mi, coram te, ex gratia iſta pauca, dicitur in Ezechiele. ‡ Si feceritis iuſtitias, & mandata obſeruaueritis congregabo vos de quatuor partibus mundi & leuabo vos, & adducam vos per mare & reducam vos in domũ ſanctã meam. | Ecce quod Deus nobis promittit per Ezechielem in verbis prædictis, & aliis locis libri eiuſdem, iam completum eſt pluries ante illam captiuitatem 70. annorum. Et omnes promiſſiones Domini tales, maiores & minores, qui in diuerſis locis librorum ſacrorum continentur, completę fuerunt, antequàm caderemus in iſtam captiuitatem vltimam, qui non habet finem, modo ſumus iam in milleſimo anno, nec in aliquo prophetarũ eius terminum inuenimus, nec vlla promiſſio, vbi agitur de liberatione & congregatione intelligitur de captiuitate iſta perpetua, ſed de illis tribulationibus & diſperſionibus, quæ fuerunt ante dictos 70. annos poſtea nulla congregatio de diſperſione nobis promiſſa eſt. Et oportet quòd poſt illos ſeptuaginta annos cõmiſerimus illud magnũ peccatũ, propter quod Deus ſine termino punit nos, in quo peccatu ſumus & manemus omnes, & alias Deus miſericordiam ſuam non contineret in ira tam longa. Nam videmus per ſcripturas, quòd omnia peccata quæ commiſerunt patres noſtri, ante 70. annos prædictæ captiuitatis punita fuerũt, & de multis exẽpla hic pauca induco. Peccauerunt patres noſtri, qui exiuerunt de Ægypto, & promiſſio eis facta locum non habuit, ſed ſunt in peccatis ſuis in deſerto mortui. Peccauit ipſe Moyſes ad aquam contradictionis, & terrã promiſſionis non intrauit. Peccauit ipſe Aarõ, & portauit pœnam. Heli ſacerdos peccauit, & confractis ceruicibus expirauit, & poſteritas eius ſacerdotio priuata eſt cui tamen Deus, promiſerat ſacerdotium æternum.

Ezech. 20. & 36 & 37.

B C D

Exo. 32. Num. 14. Num. 20. Num. 12. 1 Reg. 14.

Sed huiuſmodi promiſſa intelliguntur ſemper, niſi per peccata demereantur accipere, vt patet in regno Dauid, & aliis poſteris. Sic etiam Deus verus & glorioſus promiſit Abrahę pro ſemine ſuo terram illam in æternum poſſidendam. Sed frequenter perdiderunt illam propter peccata ſua patres noſtri, & frequenter reſtituit eam Dominus illis, vſque ad illam vltimam vicem, qua perdidimus illam ſunt mille anni & non eſt ſpes recuperandi, quia manemus omnes in eodem peccatu, propter quod terram noſtram perdidimus. Et Domine multum mirabile eſt, cum omnes concordemus, ꝗ oportet ꝗ poſt captiuitatẽ 70. annorũ in Babylonia, quia peccauimus cõtra Deũ peccato maximo, & nullus eſt, qui dicat, quod eſt, illud peccatũ, & ſi aliquis noſtrũ aliqualiter cognoſcat cauſam & peccatum, propter quod incurrimus tanta mala, nullus tamen aperit proximo ſuo nec ipſemet qui cognoſcit, in ſuam conuertit vtilitatem, ſed omnes iacemus proſtrati, & videmus manifeſtè, quòd in prædicta captiuitate 70. annorũ erat Deus cum patribus noſtris, in propheta Hieremia, & in aliis prophetis, & dedit illis ducẽ, Zerobabel Salathiel, & principes & ſacerdotes, cum quibus exiuerunt de Babylonia peracta pœnitentia & placato Deo, & ædificauerunt Hieruſalem, & templum

1. Gen. 22.

E F

Eſd. 1. & 2.

plum,& alias ciuitates,& effudit Deus ſuper illos miſericordias ſuas copioſè. Igitur Domine mi, inquiram & non ceſſabo quærere, quod peccatum eſt illud tantum, propter quod ſumus in captiuitate mille annis nec habemus prophetam, nec regem, nec ſacerdotem, nec altare, nec ſacrificium, nec vnctionem, nec incenſum, nec purificationē. In ſolo corde noſtro regnat ſuperbia, quia nosipſos præferimus toti mundo. Et quid ſuper hoc ſentio pandam tibi domine mi. Attamen quicquid eueniat nobis, Dei ſumus,& in eo ſperamus.

Scelus venditi Iuſti eſt cauſa huius exilij. vide Galat. lib. 4. de Arcanis veritatis Cath. c. 24.

NVnc Dñe mi, paueo, quòd illud peccatū ꝓpter quod ſumus in deſolatione & in captiuitate iſta, ſit peccatū illud ſuper quo locutus eſt Deus per prophetam Amos 2. c. cū dicit ſic. Super tribus ſcelerib. Hieruſalē conuertam vel transferam. Nota, quòd vbi eſt conuertam, habet hic transferam, & eſt ad propoſitum eius magis. Et ſuper quartum non transferam eos, quoniam vendiderunt iuſtum pro argento. Et nos Domine ſecundum doctrinam noſtram docemus quòd iſte iuſtus fuit Ioſeph, filius Iacob, qui fuit venditus, & ſic tenerem ego, niſi quia ſermo diuin⁹ ponit iſtud peccatū venditionis quartū in numero peccatorū ſeu ſcelerū Iſrael. Ipſi etiam Christiani, quibus ſacrorum librorum ſtudium videtur eſſe traditum à Deo reſpondent doctrinæ noſtræ prædictæ quòd primum in quatuor ſceleribus Iſrael eſt venditio Ioſeph à fratribus ſuis,& ſecundum peccatum ſiue ſcelus aſſignant adorationem vituli in Oreb. & tertium occiſionem prophetarū, propter quod tertium fuit Iſrael captiuus in Babylonia 70. annis. Et dictum quòd quartum ſcelus fuit venditio iuſti ſcilicet Ieſu qui ad literā fuit venditus poſt trāſmigrationem præfatam 70. annorum. Et ſi nos Domine mi volumus tenere prætactam doctrinam noſtram, & reſpondere Chriſtianis, oportet quòd nos aſſignemus in Iſrael ante venditionem Ioſeph tria ſcelera præceſſiſſe, vt ipſa venditio Ioſeph ſit quartum ſcelus. Sed teſtimonium libri Geneſis eſt contra nos, qui venditionem Ioſeph ponit primum ſcelus filiorum Iſrael. Et propheta Amos ponit expreſſe quartum ſcelus venditionem iuſti propter quam ſumus in captiuitate, de qua loquitur Deus & comminatur quòd non reduceret nos vltra in terram promiſſionis cū dicit. Et ſuper quartum non transferam eos, quia vendiderūt iuſtum pro argēto. Et manifeſte apparet mihi, quòd nos ſub iſto quarto peccato venditionis iuſti ſumus puniti, iam ſunt mille anni in quo nihil proficimus inter gentes, nec eſt ſpes proficiendi amplius.

Gen. 37. Ex. 32. Mat. 23.

Ieſus Chriſtus eſt iuſtus venditus. cap. 7.

EXpaueſco Domine mi,& timeo, quòd iſte Ieſus, quē colūt Chriſtiani, ſit ille iuſtus venditus pro argento ſecundum Amos prophetam,& timeo, quòd de ipſo ſint hæc, quę occurrerunt mihi teſtimonia prophetarum. Et illa quadam ſua doctrina valdè apparenter amplificant Chriſtiani. Eſaias propheta capit. 1. Væ genti prauę & filiis ſceleratis quoniam ipſi elōgauerunt ſanctum eius, & inclinati ſunt retrorſum. Item idem propheta dicit. Quaſi ouis ad occiſionē ligatus eſt & non aperuit os ſuum. Item: Vir habens dolorem, & ſciens infirmitatē. Item fuit deſpectus,& propter hoc nō reputauimus eū. Itē. Oblatus eſt ipſe, quia voluit. Item. De anguſtia & de iudicio depoſitus eſt, generationem eius quis enarrabit? Item. Propter culpam populi mei transfixi eum, & dabit iniuriatores pro ſepultura,& diuites pro morte ſua. Et timeo Domine mi, quòd iniuriatores fuerunt patres noſtri, & diuites, Pilatus, Herodes, Annas, Caiphas, ſicut dicit propheta Dauid. Conſurrexerunt omnes reges, & maiores contra Deum, & contrà Chriſtum eius. Reges ſcilicet prędicti maiores ſcilicet patres noſtri. Et tunc Domine mi timeo, quòd iſte Ieſus ſit ille commutatus & venditus pro argento, de quo loquitur Zacharias propheta, & Amos, & alij prophetæ de quo dicit & Eſaias propheta c. 53. Deponet omnes iniquitates noſtras & orabit pro infidelibus. Timeo etiam Domine mi quòd iſte Ieſus ſit ille iuſtus, de quo dicit Dauid in Pſalm. 73. Delectati ſunt in anima, & ſanguinem innocentem deſtruxerunt, & propter hoc deſtruet illos Dominus Deus, & diſperget illos Dominus Deus noſter. Etiam Domine mi timeo, quòd iſte iuſtus ſit ille iuſtus, de quo loquitur Hier. c. 10. Spiritus vultus noſtri Chriſtus Deus captus eſt pro peccatis noſtris: cui diximus in vmbra tua viuemus inter gentes. Timeo etiam Domine mi, quòd iſte iuſtus, de quo dicit Deus per os Zachariæ prophetę c. 13. Dicent enim in illa die: Quæ ſunt plagę iſtę in palmis tuis? & reſpondebis. His plagatus fui in medio domus meæ inter illos, qui dilexerant me, & leuauit enſem paſtor meus contra me. Item c. 12. Aſpicient ad me in die illa & illum quem transfixerunt, & plangent ſuper illum, quaſi planctu ſuper vnigenitum. Timeo etiam Domine mi, quòd iſte ſit iuſtus ille de quo dicit Abach. c. 3. Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Cum propheta concordat euangelium Chriſtianorum, vbi narratur mors Ieſu, & oſtenditur. Cùm autem veniſſent ad Ieſum Chriſtū, inuenerunt eum mortuum, & extendit ex eis vnus lanceam ſuam, & transfixit eum. Paueo Domine mi, quòd ſit iſte de quo dicit Abacuch. Propheta c. 3. Egreſſus es Domine ſaluare populū tuum cum Chriſto tuo.

Pſal. 2. Zach. Pſal. Threni. Ioan.

Ieſus eſt Chriſtus quem occiderunt Iudæi. c. 8.

EXpaueſco Domine mi ſuper his, & timeo quòd fuerit iuſtus ille interfectus ſine peccato de quo loquitur Eſaias propheta & quòd iſte fuit iuſtus ille venditus pro argēto, propter quod dicit Deus per Amos prophetā, quòd in teſtimoniū quarti ſceleris non trāsferret nos in terrā ꝓmiſſionis ampli⁹. Videtur Domine mi quòd ſit ꝓphetia, q̄ ſcribitur 9. c. cō pleta eſſe vbi dicit. Poſtquā cōſūmatæ fuerint 60. hebdomadæ, occidetur Chriſtus, & tunc veniet populus cum principe, & deſtruet ciuitatem & domum,& contaminabunt eam,& auferetur ſacrificiū, & erit cōſummata deſtru

Iſa. 53 Amos 2.

A deſtructio deſolationis perpetuæ. | Et non
eſt dubium domine mi, ꝙ deſtructio deſolatio
nis perpetuæ eſt captiuitas iſta, in qua ſumus
nos iam ſunt mille anni. Et apertè dicit Deus
ꝑ propheiá: Et erit deſolatio perpetua, & hoc
non niſi poſt occiſionem Chriſti. Et ſi volueri-
mus dicere, ꝙ ante mortem Ieſu fuerimus in
deſolatione iſta, reſpondebunt nobis Chriſtia-
ni, quòd ante mortem illam non fuit deſolatio
niſi 71. annis, & poſt hæc fuimus reducti in ter
ram promiſſionis, & fuimus apud Deum in
gratia & honore. Certè domine mi non video
B euaſionem contra prophetiam iſtam, quia de
facto probatur nobis, quòd poſtquam ad reæ-
dificationem templi fuerunt completæ 62 heb
domadæ annorum ſupple: quæ ſunt anni 434.
tunc fuit Ieſus occiſus à patribus noſtris. Et
poſtea venit dux. ſ. Titus, & populus ſcilicet Ro
mani, & fecerunt nobis ſecundum prophetiam
iſtam hodie iam ſunt mille anni. Et nihilomi-
nus, ſi ita eſt, Dei ſumus & in eo ſperamus. Et
ſi dicamus, quòd Chriſtus nondum venit, ſed
citò venturus eſt: & habebimus terram promiſ
C ſionis, & reædificabimus ciuitatem, & habebi-
mus gratiam Dei, & honorem in terra noſtra,
& iſta deſolatio non erit perpetua. Reſponde-
bunt nobis Chriſtiani, ꝙ adhuc ergo manet
nobis occiſio Chriſti. & aduentus Titi, & po-
puli Romani, & deſolatio peior quàm iſta, in
qua ſumus iam ſunt mille anni. Heu mihi do-
mine, non eſt excuſatio nec euaſio cõſona. Sed
tamen quicquid contingat, Dei ſumus in om-
ni caſu, & in eo ſperamus.

Duplex Chriſti aduentus. cap. 9.

Timeo domine mi, ꝙ Chri-
ſtus iam venit, & comple-
uit primum aduentum ſuú
quia in ſcripturis noſtris
inuenimus duplicem illius
aduentum. Primus aduen-
tus Chriſti deſcribitur à
prophetis in paupertate & humilitate. Secun-
dus in gloria & maieſtate. Et de vtroque aduen
tu proponam quæ mihi occurrunt. De primo
aduentu dicit Deus per os Zachariæ prophe-
tæ. ‹ Lætare filia Sion, ecce præceptor tuus ve
Zac. 9. nit, pauper equitans aſinum. | Et in iſto ad-
Iſa. 53. uentu deſcribit eum Eſaias deſpectum, Daniel
Da. 9. occiſum, Zacharias & Amos venditum. Et cùm
Zac. 11. fuerint iam completa omnia, quæ in iſto libel-
Amos. 2. lo deſcripſi & deſcribam, non reputauimus. i.
Iſa. 53. non agnouimus eum. n ſicut dicit Eſaias prophe
Pſal. 49. ta, ſed deſpeximus & præualuimus cõtra eum.
Pſal. 97. Sed gloria eius & maieſtas erit manifeſta in ſe-
Iſa. 66. cundo eius aduentu. Ignis autem, & flamma
præcedent eum, & ardeſcet, & inflammabit in
circuitu eius inimicos eius, ſicut dicit Deus
per ora prophetarum Dauid & Eſaiæ. Et conſi-
dera domine mi, ꝙ Chriſtus nõ iudicabit aliter
q̄ cum igne ad mortem, quia nos interfecimus
3. Reg. 19. omnes prophetas, qui annunciauerunt nobis
de illo, prout Deus teſtificatur contra nos per
os Heliæ prophetæ tertio libro Regum. Et ſic
interfecimus iuſtum iſtum, propter quem ſu-
mus in ira Dei ſine fine. Et tamẽ Dei ſumus &c.

Duplex Chriſti aduentus iterum oſtenditur. cap. 10.

Dñe mi, Deus apertè deſcribit duos aduẽ-
tus Chriſti per os Eſaię ꝓphetæ. 52. cap.
cũ dicit: ‹ Cõſurge conſurge, brachium dñi. |
Dicẽs bis cõſurge, ꝓpter duplicẽ eius aduentũ
& ſigillatĩ & clarè deſcribit primũ Chriſti ad-
uentũ, tamẽ quantũ ad paſſionẽ & deiectionem
c. 50. & c. 53. per totũ. & ſpecialiter cum dicit.
‹ Vidimus eũ, & non erat ei ſpecies neque de-
cor. | Primum etiam aduentum deſcribit Eſa
ias 9. c. cũ dicit. ‹ Paruulus natus eſt nobis. |
Et ſtatim ſubiũgit ſecũdũ eius aduẽtũ cũ dicit:
B ‹ Et vocabitur fortiſſimus gigas potens, ſuper
thronum Dauid ſedebit, vt cõfirmet illud amo
do, & vſque in ſempiternum. | Zacharias au-
tem propheta deſcribit ipſum pauperem, & ſe-
dentem ſuper aſinum. capit. 9. & quid aliud
eſt hoc, niſi ꝙ propheta iſte deſcribit primum
eius aduentum in humilitate & Eſaias ſecun-
dum aduentum eius in potentia & maieſtate?
ſic. n. deſcribit eũ Daniel. c. 7. vbi dicit. ‹ Cõ-
ſiderabam rectè in nubibus cœli ſimilitudinẽ
filij hominis venientem & appropinquantem
C ad antiquum dierum & ſedit coram ipſo, & da
tum eſt ei regnum honor & poteſtas, & omnes
gentes & linguæ honorabunt eum: poteſtas
eius, poteſtas æterna non deficiens, & regnum
eius manebit in æternum. | Et manifeſtum
eſt domine mi, ꝙ in ſecũdo aduẽtu ſedebit Chri
ſtus ante antiquum dierum, qui eſt Deus ad iu-
dicandum, ſicut ſedit in primo aduentu ante
patres noſtros Iudæos, vt iudicaretur. Et iſtos
duos aduentus meſſiæ, id eſt, Chriſti, innuit Da-
uid propheta in pſalmo cùm dicit. ‹ Quia ve
nit, quoniam venit iudicare terram. | Propter
D primum aduentum eius, qui fuit ſimplex, dixit. Pſal. 95.
Quia venit: propter ſecundum qui erit cum
potentia, dixit, quoniam venit iudicare terram.
De ſecundo eius aduentu loquitur Zacharias
propheta. c. 14. cùm dicit. ‹ Imprimet veſtigia
pedis eius ſuper montem oliuarum. | Et nos
domine dicimus, quòd Deus in eſſentia & in
natura ſua non habeat pedes, nec carnem, nec Deus eſt
iſta, quæ corporis ſunt, ſed pedes habere conue incorpo-
nit creaturæ corporeæ. Dicit etiam Dauid pro- reus.
pheta (quod etiam ſupra allegatum eſt) loquẽs
E de ſecundo eius aduentu. ‹ Ignis in conſpe-
ctu eius ardeſcet, & in circũitu eius. | Sed nos Pſal. 49.
non dicimus, quòd Deus ſic ſit circumſcriptus
ꝙ aliquid poſſit eſſe in circuitu eius, inquan
tum Deus. Sed iſtæ authoritates, & ſimiles ha-
bent veritatem ad literam in illo iuſto, quem
prophetæ deſcribũt nunc loquentes de illius
humilitate: nunc de illius maieſtate, & de hoc
loquitur Malachias propheta cap. 3. cùm dicit.
‹ Ecce dominus veniet, & quis poterit ſtare
ante aduentum eius? Ipſe enim quaſi ignis con
flans, & ſedebit, vt liquefaciat argentum & au-
F rum. | Ecce ꝙ iuſtus ille, qui fuit iudicatus
qualiter veniet in ſecundo aduentu, & attendę
domine mi, qualiter deſcribit eum propheta
in eodem 3. c. cum dicit. ‹ Tunc veniam, & in-
trabo in iudicio ad eos, & ero teſtis velox ſu-
ꝑ adulteris, & malis. & periuris, & ſup illos
qui defraudant mercedem mercenarij, & humi
liant viduas & pupillos. & opprimunt peregri-
num & pauperẽ. | Et idẽ dñe mi deſcribit Eze-
chiel propheta. c. 33. vbi loquitur de paſtorib.
& ciuibus dicẽs. ‹ Ego ſeparabo ab eis ſcilicet

iuſtis,tranſgreſſores & incredulos. | Hoc nō habet tranſlatio noſtra:ſed in Arabico,dicit ſic. Domine mi ecce, quod in ſecundo aduentu ſeparabit incredulos de medio iuſtorum. Sicut etiam dicunt Malachias & Ezechiel clarè, & in primo aduentu nemo cognouit eum, quia non exiuerat limites humanæ naturæ, ſicut dicit Deus per os Eſaiæ prophetæ cap.53. t Et cum iniquis computatus eſt, & propter hæc non reputauimus eum. | Et tūc domine mi patres noſtri in primo aduētu meſſiæ defecerunt, & propter hoc ſumus in ipſa captiuitate, quæ non habet finem. Et tamen quicquid contingat,Dei ſumus,& in ipſo ſperamus.

Chriſtus eſt verus ſaluator.cap.11.

Domine domine mi,pauco, ne iſte iuſtus, qui iudicaturus eſt cū potentia in aduentu ſuo ſecundo ꝙ ipſe fuit ſaluator in aduentu ſuo omnium,qui crediderunt in

Pſal.97. eo,quoniam propheta dicit de illo. t Notum fecit dominus ſalutare ſuum, & in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. | Ad hoc dicit Eſaias propheta.cap.12. t Haurient aquas de piſcinis ſaluatoris. | Quod dictum ſecundum videre meum,intelligitur de baptiſmo.Nam in primo aduentu ſaluauit per aquam & in ſecundo iudicabit per ignem. Et de iſto ſaluatore dicitur domine mi in Iob 19.c.t Scio

Iſa.53. ꝙ ſaluator meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum,& in carne mea,& oculi mei videbunt Deum. | Attende domine mi, ꝙ vocat ſaluatorem iſtum Deum.Conſtat autē ꝙ oculi carnis non videbunt Dei eſſentiam,habemus autem ſecundum ſcripturas,quòd ſaluator iſte iuſtus de quo eſt ſermo, qui ſolus poteſt dici verè iuſtus,quoniam nullum peccatū fecit,ſecundum quòd Deus de illo eſt teſtificatur per os Eſaiæ prophetæ,& nec de Moyſe, nec de aliquo prophetarū dicitur, ꝙ ſit ſaluator iuſtus & ſine peccato:quia Moyſes peccauit, & omnes alij prophetæ peccauerunt, ſicut & vos ſcitis domine mi.Et idcirco nullus eorum vocatur ſaluator iuſtus in ſcriptura: ſed illud nō ē ſoli iſti ſaluatur.Et ſine dubio non ſaluat, niſi qui credunt primum aduentum ſuum, & illi, qui non credunt in eum, non habent cauſam aliquam,quòd ſaluentur ab illo in ſecundo aduentu eius,ſed digni ſunt morte, quia digni erant morte, qui non crediderunt Moyſi,&non obediebant ei,qui fuit in peccato, quanto magis,ſunt digni igne illi,qui non credūt.vel etiā qui blaſphemant iuſtū iſtum & dominum. qui peccatum neſciuit vnquam ? Quicquid tamen eueniat,Dei ſumus nos.

De aſcenſione Chriſti in cœlum.c.12.

Domine mi,nos inuenimus in ſcripturis,quòd Chriſtus exaltabitur de terra ad cœlum, & ego timeo, quòd illud ſit completum in iſto iuſto, qui fuit interfectus à parentibus noſtris.Et de iſta eius exaltatione dicit David propheta in pſal.23. t O magnates

A aperite portas principatus veſtri,& eleuamini portæ æternales,& introibit princeps gloriæ.| Et attende domine mi,quod reſpondent angeli in cœlo. t Quis eſt iſte princeps gloriæ? | Et ipſe reſpondet illis. t Dominus virtutū fortis in bello. | Et conſtat domine mi,quòd iuſtus iſte non habuit prelium, niſi in primo aduentu ſuo,quia quando ſedebit ad iudicium & ignis in circumitu eius exardeſcet,& inflammabit in circumitu eius inimicos eius.& conflabit iuſtos per ignem,quaſi aurum & argentum:& hoc in vltimo eius aduentu: nullus tūc

B præliabitur contra illum:nec locus eſt pugnæ. Adhuc de iſtius exaltatione dicit Eſaias 69. t Quis eſt iſte,qui venit de Edon in terram, tu[illegible] bris veſtimentis eius de Boſra ? quia iſte eſt ſicut formoſus in ſtola ſua. | Et reſpondet iuſtus iſte. t Ego qui loquor iuſtitiam & pugnator ad ſaluationem. | Et dicunt ei Angeli. t O domine, quare ergo rubrum eſt indumentum, ſicut calcantes in torculari? | Reſpondet dicens illis. t Torcular calcaui ſolus,& non erat homo mecum. | Vide domine quòd non propriè loquitur Eſaias,& timeo, quòd reſponſio iuſti iſtius ad Angelos,non tangat niſi nos

C maximè cum dicit. t Calcaui eos in ira mea,donec aſperſi ſunt ſanguines eorum ſuper indumēta mea,ſed dies vltionis in corde meo, & annus retributionis meæ venit. | Quid ergo ſperare debemus in iſto iuſto domine mi. vbi ſcimus ipſum de nobis Angelis [illegible] conqueſtum in cœlo,& notificauerat eis,quòd ipſe calcauerat torcular ſolus? Et quid aliud ipſe calcauit in ira ſua, niſi nos poſt bellum quod habuit nobiſcum? In primo aduentu ſuo proſtrati ſumus ab eo & calcati iam ſunt mille an-

D ni,& adhuc reſtat in vltimo eius aduentu eius dies vltionis & annus retributionis in corde ſuo.Vtinam domine, quando interfecimus Eſaiam deleuiſſemus etiam authoritatem prædictam de prophetia ſua. ꝙ nunquam legeretur ab aliquo.Et etiam,quòd David propheta vocat eum cum dicit. t Dominus vir utum fortis in bello? | Hoc Eſaias vocat torcular. Heu nos domine mi, bibimus muſtu illud de quo & dicit Iacob propheta & patriarcha. vt habetur in libro generationis creaturarum. 49.de Iuda. t Lauit ſtolam ſuam in ſanguine

E vuæ. | Sic eſt factum à nobis in primo aduētu meſſiæ,ſed quid erit in aduentu eius vltimo quando homines ſtabunt coram homine iudicante in circumitu,cuius erit ignis paratus ad deuorandum illos,contra quos tulerit ſententiam:tunc non erit tempus belli,nec iam in torculari calcabitur, quia iam ex tunc non erit locus pœnitendi,nec refugij ſed iuſtitiæ vt ſicut ipſe iudicatus fuit ſine peccato,quod inueniretur in eo,ſic etiam ipſe iudicet peccatores. Dicit autem Deus in prophetia Salomonis Pro

F uerb.11. t Quando iuſtus recipiet iudicium, vbi erunt impius & peccator.

Prophetiæ omnes Chriſto conueniunt.cap.13.

Aldè timeo domine,quòd hec dicta ſunt teſtimonia prophetalium de illo iuſto qui ſcilicet fuit venditus pro argento, vt dicit Amos quod

calcauit

calcauit torcular, vt dicit Eſaias: quòd geſſit A
Amos 2. bellum cum partibus noſtris, ſicut dixit Dauid
Iſa. 63. quòd captus fuit in peccatis noſtris, ſicut dicit
Pſal 53. Hieremias, quòd vulneratus fuit in palmis ſuis:
Threo. 4. ſicut dicit Zacharias: ſuper cuius veſtem miſſę
Zach. 13 ſunt ſortes, vt dicit Dauid, quòd aſcendit in cœ
Pſal 2. lum, ſicut dicit Dauid & alij, cùm non conue-
Pſal. 46. niát Deo in eſſentia ſua ſiue natura diuina, ſe-
cundum quam nec reſurgit, nec exaltatur, nec
ſedet, nec deſcendit &c. (quæ dicta ſunt corpo-
ralia) quòd iam venerit ille iuſtus, cuius natu-
ræ corporeæ hæc prædicta, & ſimilia poterunt
conuenire. Si autem tibi videtur durum crede- B
re mi domine, quòd homo corporeus aſcendit
in cœlum, audi authoritates & exempla, quæ
mihi occurrũt de ſcripturis noſtris ſuper hoc:
dicit .n. Dauid propheta de illo. Aſcẽdit Deus
Pſal. 77. in altum, & ſaluauit captiuitatem, dedit dona
hominibus. dicit & in pſal. 77. Iubilate Deo, &
glorificate nomen eius, iter facite ei, qui aſcen-
dit de partibus occidentis, Deus nomen illi.
Adhuc etiam domine mi, dicit Deus de illo in
pſalmo illo, quem tu habes in corde. Iubilate
domino, qui aſcendit ſuper thronum cœli ad
orientem. Et de illo dicit Amos c. 9. Do- C
minus eſt, qui ædificauit in cœlo ſedem ſuam.
De ipſo etiam dicit Dauid pſal. 66. Aſcendit
Deus in iubilo, & dominus in voce buccinæ.
De ipſo etiam dicit Aſer propheta. c. 3. Vidi ho
minem deſcendentem de corde maris: & per-
uenit vſque ad cœlum. Et quia non habe-
mus iſtum prophetam, omiſi ſcribere multa,
quæ allegat ſuper hoc. Dicit etiam de illo Moy
ſes in cantico. Leuabo in cœlum manum
meam. Deut. 32. c. Conſurge, conſurge brachiũ
Iſa. 52. domini. De iſto dicit Anna mater Samuelis
prophetæ. c. 2. primi Reg. Dominus dabit im D
perium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti
ſui. Dauid etiam dixit. Aſcendit dominus ſuper
pennas ventorum. Et hæ authoritates occur
Pſal. 9 runt mihi ad probandum exaltationem Chri-
ſti corporalem vſque ad cœlum. Et ſunt plures
aliæ, quas tu domine bene ſcis.

Nunc etiam exempla aliqua adducam de le
ge noſtra, quia videtur multis ex nobis incon-
ueniens credere, quòd homo in corpore a-
ſcendit in cœlum: & hoc eſt propter inconſide
rationem. Nam in lege & prophetis inueni-
mus, quòd Deus verus & glorioſus aſſumpſit E
de terra, & leuauit plures ſanctos viros patres
noſtros. Etſi de iſtis non dubitamus propter
eorum ſanctitatem, & propter teſtimonium
ſcripturæ, quare dubitamus de aſcẽſione iſtius
iuſti in corpore & anima, cui ſcriptura perhi-
bet maius quàm illis teſtimonium ſanctitatis,
& qui durius bellum ſecundum prophetas ſu-
ſtinuit, & plures tentationes mundi, quàm ali-
quis de prædictis? Et prætereà domine mi ſcis
ſine exempli poſitione, quòd a Mathuſalẽ

a Propter numerorum illam diſcrepantiã, qua in pri ma mundi ætate reperitur in ſeptuaginta interpretibus & Hebraicis codicibus, multi putarunt Mathuſalem decimo quarto poſt diluuium anno obiiſſe, & tempore Diluuij vnà cum patre ſeruatum fuiſſe, vt ſcribit D. Aug. in 15. de ciuit. cap. 13. ſed D. Hierony. in quæſtion. Hebraic. in Gen. Tom. 3. ex Hebræis & Samaritanorum libris colligit eum ipſo diluuij anno mortuum fuiſſe. cui etiam ſententiæ adhæret D. Aug. cap. 15. lib. eiuſdem.

A *Quod etiam de Moſe dicitur non eum fuiſſe mortuum id, etiam ex noſtris tradunt Ambroſius in 1. li. de Cain & Abel. cap. 2. & Hilar. Can. in Matth. 20. reclamantibus tamen ipſa ſcripturæ veritate, & omnibus ferè ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Vide Sixtum Sen. lib. 5. Bibl. annot. 61. & lib. 6. ann. 91.*

& Enoch iuſti, & Helias propheta, fuerunt aſ-
ſumpti à Deo de mũdo iſto cum corporib. ſuis.
De Moyſe etiam non eſt dubium, quin ſit in
cœlo in anima & corpore. Nã cùm dicit Deut.
34. c. Dixit Deus ad Moyſem, Aſcende ad mon-
tem noctè, & morere ibi. Et aſcendit Moyſes
B montem, & mortuus eſt ibi, & neſciuit homo
ſepulchrum eius vſque in hodiernum diem, &
id ſignificat, quòd ſepulchrũ eius eſt ignotũ in
terra cũ ipſe fuerit propheta maior & ſanctior
aliis, niſi Deus reſuſcitauit eum, & aſſumpſit
in corpore & anima, ſicut alios iuſtos prædi-
ctos aſſumpſit, & leuauit ad locum vbi ſunt.
Nec nos debemus mirari ſuper hoc, ſi aër iſte
leuis & ſubtilis poſſit portare corpora groſſa
& ponderoſa, quia nos ſcimus quòd aqua, quæ
eſt in raritate ſimilis aëri, quando placuit po-
tentiæ omnipotentis, portauit corpora filiorũ
C Iſraël in eorum exitu de Ægypto, & quoniam
Deo fuit acceptum ſacrificium, ignis deſcendit
de cœlo, & eleuauit & portauit corpora peco-
rum & boum, quæ offerebantur Deo. Moyſes
autem & Helias prophetizauerunt de iſtius e-
leuatione. & alij prophetæ. Vnde non oportet
vt ſimus credentes eleuationem dicto-
rum ſãctorum, & ſimus incredibiles circa aſcẽ-
ſionem iſtius iuſti & domini in cœlum, de quo
ſunt tot teſtimonia in ſcriptura ſicut dictum
eſt, pluráque induci poſſent, quia ſatis apparet
quòd Deus aſſumpſit prædictos ſanctos, de
D quibus nullus dubitat, vt ad fidem diſponeret
corda hominum, vt de aſcenſione ſui iuſti non
dubitarent. Et etiam eſt alia cauſa quare de ip-
ſo dubitant noſtri, & dubitauerunt etiam pa-
tres noſtri: quia aduentus eius fuit occultus &
inſultus, ſic dicit Eſaias. Homo eſt, & quis
cognoſcet illũ? qui propheta etiam dicit. Vir Iſa. c. 7.
go concipiet & pariet filium. Vbi aduerten- Iſa 53.
dum eſt, quòd tacet de patre & propter hoc ſe-
cundum quod alibi dicit, non reputauimus Hier. c 31
eum & cap. 31 dicit. Signum nouum creauit
Deus ſuper terram, mulier circumdabit virũ.
E Dicit & in 5. c. Propter hoc dabit eos, vſque ad
tempus in quo parturiens pariet. Et notandum
ꝙ non facit propterea mentionem de marito
ipſius parturientis, quia innuit natiuitatẽ iſtius
iuſti, qui ſolus natus eſt præter ſolitũ modũ &
curſum naturalẽ, qui eſt ex mare & fœmina, ſi-
cut de illo prædixit per os Eſaiæ prophetæ c. 7.
cùm dicit. Audite domus Dauid, Deus da-
bit vobis ſignũ: ecce virgo concipiet &c. Om
nes autem alij ſancti, qui dicti ſunt, nati ſunt de
fœmina & viro carnaliter concepti in peccato
& omnes fuerunt peccatores, & ipſe Moyſes
F ſanctior omnibus prophetis peccauit, & confi-
tetur per os ſuum ſe peccaſſe, de iſto autem iu-
ſto dicit Deus per Eſaiam 53. c. Qui nunquã
peccauit, nec inuentum eſt mendacium in ore
eius. De aliis autẽ ſanctis omnib. dicit Deus
per os Iob 25. c. In omnibus ſanctis ſuis non
eſt inuentus ſine prauitate. Et Hieremias
propheta dicit. c. 17. Corda omnium praua.

Iudæorum cæcitas ex ſcripturis oſtenditur.ca.14.

Iſa. 43. & 49 & Ro. 11.

TImeo domine mi, q ſit completũ in nobis, quod dicit Deus per Eſaiam prophetam. ſ Cecidit cœcitas ſuper Iſraël, quouſque intrauerit gentium plenitudo & iterum dicit 6. c. Audientes audient, & non intelligent, vt cognoſcant, q corda iſtius gentis ſunt ingroſſata. Et in eodem c. Excœca cor populi huius, & obſcura aures eius, ne fortè addiſcant & conuertantur ad me, & ſanẽ eos & dicit Eſaias vſquequo domine & dicit Deus. Quouſque ſint ciuitates deſertæ, & maneant domus ſine habitatore. | Dicit etiam Daniel 12. c. ſ Claude ſermones: & inuolue prophetã. | Et Hieremias 17. c. ſ Peccatum Iudæ eſt deſcriptum ſtilo ferreo in lapide adamantino, & eſt tenſum ſuper altitudinẽ cordis eorum. | Et Eſaiæ. ca. 1. ſ Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepiũ dñi ſui: populus autem meus non intellexit. | Et Hieremias 8. c. ſ Miluus & hirundo & ciconia ſciunt tempus aduentus ſui. populus autẽ meus non cognouit. | Et hæc omnia dicta ſũt propter nos dñe mi. quia non cognouimus aduentum iſtius iuſti dñi. Et de nobis dicit Deus per os Eſaiæ 43. c. ſ Elonga foras gentem cœcam & habentem oculos cœcos & aures ſurdas. ecce omnes gentes congregatæ ſunt. | Et quid voluit dicere propheta per hæc verba, niſi q Deus repulit nos quia non cognouimus tempus iſtius iuſti ſancti eius, & congregauit ad ſe in fide gentes loco noſtri, ſuper quo admiratus Dauid dixit in Pſal. 76. ſ Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. | Nos tamen dei ſumus, dñe mi in caſu noſtro, & in captiuitate noſtra, quæ non habet finem; in qua ſumus iam ſunt mille anni. Et hoc tamen non accidit ita malè patribus noſtris, qui adorauerunt idola, & occiderunt prophetas, & trangreſſi fuerunt legẽ ex toto.

Iudæi non intelligunt ſacras ſcripturas.c.15.

CAPVT XV.

TImeo domine mi, propter hoc, q non credimus in iſto iuſto. quòd idcirco accidit nobis, & completur in nobis, quod dicit Deus per Eſaiã. cap. 29. ſ Erit vobis prophetia, tanquam verba libri clauſi, quia dabitur lectori, & dicet. Iſte liber clauſus eſt, neſcio quid eſt in eo, tunc dabitur neſcienti literas, & dicet, Non ſum lector ego. | Et clauſura libri eſt maior domine, quã clauſura, qua Deus clauſit corda noſtra iam ſũt mille anni, nec poſſumus cognoſcere prophetiam nobis traditam à prophetis ſuper aduentu iſtius iuſti, propter quod & alibi dicit idem

Iſa. 64

propheta. ſ Deſolabitur Hieruſalem, & corruet domus ſancta. Dicit & c. 1. Terra noſtra deſerta, & ciuitates noſtræ ſuccenſæ igni, & remanebit ſicut tugurium in vinea diſſipata. | Sicut hodie eſt domine mi, & fuit iam ſunt mille anni. Dicit etiam Eſaias. cap. 30. ſ Domine Deus exaltabo nomen tuum, quoniam poſuiſti

A ciuitatem in tumulum, & domum [...] nem, vt non ſit vſque in ſempiternum [...] cap. dicit, Conuertetur populus con[...] vaſis fictilis, in quo non remaneat pars ad portandum carbonem ignis, nec ad hauriendum guttam aquæ. | Completum eſt etiam domine mi, quod dicit Daniel cap. 9. ſ Poſtquam fuit occiſus Chriſtus, remanebit deſolatio perpetua. | In qua deſolatione ſumus iam mille annis. Dixit etiam Eſaias c. 24. ſ Relicta eſt in vrbe ſolitudo, & ſibilabitur tecta eorum ſibi ſo vſque in ſempiternum. | Dixit etiam Hie-

B remias ca. 6. ſ Argentum reprobum vocate illos, quia Deus proiecit eos. Et Eſaias dicit 51. cap. Ambo late in lumine ignis noſtri & in flammis, quas ſuccendiſti nobis. | In quibos flammis nos ſumus iam ſunt mille anni [...] etiam Amos 1. c. ſ Domus Iſrael cad[...], & non eſt qui erigat eam. | Et videtur mihi dne mi q Deus induxit ſuper nos ruinam iſtam poſt aduentum huius iuſti, poſt quam nullus propheta ſurrexit in nobis, nec ſurget, quia ſicut prophetizatum eſt nobis, nos man[...]mus in

C in credulitate, nõ recipientes fidẽ [...]ius ſed negantes. Dicit etiam Oſeæ primo. ſ Cùm accubuit mulier ſuper terram & peperit, dixit Deus Voca nomen eius ſine miſericordia, quia non miſerebor populo huic. | Et ſi Deus proiecit nos, & non miſerebitur noſtri, vt experti ſumus ſunt iam mille anni, quæ vtilitas eſt quærere legem, & circumciſionem, & ſabbatum? Dicit etiam Eſaias 53. c. ſ Educ foras populum cæcum. | Sicut eduxit nos de terra noſtra vetus Deus, & glorioſos iam ſunt mille anni. Dicit etiã 36 c. ſ Vetus error abi[...] | Et quid

D eſt antiquũ, niſi lex noſtra, quæ receſſit a [...] domine cum rege, cum ſacrificio, cũ [...] altaribus? & quid peius poterat nobis aduen[...] Quid eſt quod nos expectamus? Nonne videmus, quòd nos diſperſi per quatuor partes mundi in diſperſionem, ſicut prædixit n[...] Moyſes, Hieremias, Eſaias. & a[...] prophetæ [...] tamen nos Dei ſumus, & ad ipſum recurrimus in omni euentu.

Iudæi a Deo reprobati, gentes autem el[ect]æ. c. 16.

E

CAPVT XVI.

TImeo domine mi, cùm nos dicamus inter nos, Ego & etiam ſum, & nos ſumus filij Iacob & Iſraël, q iam completum eſt illud, quod dicit Deus per os Eſaiæ 69. c. ſ Interficiet te Deus in Iſrael, & vocauit ſeruos ſuos nomine alio. | Pauco, q illi ſerui ſumus, quibus imponi debet illud nomen, ſecundum quod dicit Moyſes in Deut. 28. c. ſ Erunt gentes in capite, & populus incredulus in cauda. | Sicut

F nos ſumus iam ſunt mille anni. De illis dicit etiã Hieremias c. 11. ſ Replebitur terra [...] Dei, & redundabit ſicut aqua maris. [...] de illis dicit Salomon propheta 3 Regum 6 c. in oratione. ſ Domine Deus cum venerit alienigena ad domum ſanctam tuam & inuocauerit nomen ſanctum tuum benedictum, exaudies eos domine Deus meus, vt diſcat vniuerſitas [...] timere nomen ſanctum tuum, ſicut populus tuus Iſra[el]. | In quo ergo glo-

gloriamur domine, & cur contemnimus gen-
tes, ex quo Salomon propheta fecit eos in Deo
participes, & in domo ſancta, & fortè nos tan-
Num. 14 quam indignos eiecit Deus de illa domo & de
dit eam iſtis? Et de illis dicit etiam Moyſes in
tertio libro legis 14. cap. t Hæc dicit domi
nus Deus, replebitur terra tota gloria dñi. l
Et de ipſis Dauid in pſal. 21. t Præuenirunt,
& conuertentur ad dñm, vniuerſi fines terræ,
& villæ & nationes. l De ipſis etiam dicit
Eſaias 60. c. t O domus ſancta venit lumẽ
tuũ, & gloria domini ſuper te orta eſt, & ambu
labunt gentes in lumine tuo: & reges in ſplen-
dore vultus tui, leua in circuitu oculos tuos:
& vide: omnes gentes iſtæ congregatæ vene-
runt tibi, filij extranei ędificabunt muros tuos,
& principes eorum ſeruient tibi. l Et qui
ſunt iſti filij extranei domine mi, qui venerunt
ad domum Dei, niſi gentes, quæ ſeruiendo ido
lis erant extranei à Deo ipſi & principes & re-
ges eorum, de quibus Deus dicit, quòd ambula
bũt in lumine domus ſanctę, & nos erramus in
tenebris extra illam iam ſunt mille anni? Dicit
adhuc idem propheta 65. c. t Ecce gentem
quam neſciebas, vocabis, & qui te non cogno-
uerunt, ad te current & venient. l Sicut de
facto videm⁹ hodie ſunt mille anni, quia Chri-
ſtus nobis miſſus ſecundum legem nobis da-
tam venit, gentes qui legem non nouerunt ve-
nerunt ad eum, & ipſe dedit eis legem bo-
nam puram & ſanctam. Ad hæc 45. cap. t
Concordauerũt gentes, & reges eorũ, & con-
gregatæ ſunt in fide Dei, non habet ſic (tranſla-
tio noſtra) Et timeo de illis fuiſſe dictum eodẽ
Iſa. 65. cap. t Congregamini & venite omnes, qui
ſaluati eſtis per Deũ ex gentib. l Et de ipſis
dicit Eſaias 60. c. t Quæſierũt de me, qui non
interrogabãt de me, & inuenerũt me, qui nõ
quærebãt me. l Et de ipſis etiã dicit Hie-
remias 3. c. t Congregabuntur omnes gen-
tes in nomine domini, in domo ſancta, & non
ambulabunt vltra in prauitatem cordium ſuo-
rum. l Et de ipſis dicit etiam idem 16. c. t
Deus, ô domine mi, & Deus meus ad te veniẽt
omnes gentes ab extremis finibus terræ, & di-
cent, Non habuerunt patres noſtri niſi menda-
cium & iniquitatem. l De ipſis etiam dicit
Sophonias 3. c. t Datum eſt gentibus, vt lo-
querẽtur ſimul in nomine domini, & ſeruiet ei
humero vno omnis huc de loco ſuo, & omnes
inſulæ gentium. l Et de illis dicit Zacharias
2. c. t Lætare domus Sion, quia ego veniã
ad te, & habitabo in medio tui, in die illa ap-
propinquabunt ad Deum gentes in multitudi
ne ſua. l Dicit enim idem 8. c. t Hæc dicit
dominus Deus exercituum, venient gẽtes mul-
tæ de locis multis, & dicet vir ad vicinum ſuũ.
Vadamus & quæramus dominum in bono. t
Et iſta domine mi completa ſunt, & complen-
tur in oculis noſtris de plano, vides populos
& linguas legere libros legis, & prophetarum
omnium & pſalterium dimiſſis idolis ſuis, &
nullus ex eis credidit per manum Moyſi, neq;
Aaron, nec alicuius prophetarum noſtrorum
nec aliquid retinent de fide. & idola ab illo tẽ-
pore, quo crediderũt iuſto illi, de quo dicit A-
bachuc propheta 3. c. t Egreſſus es dñe ad ſa
lutem populi tui, & ad ſalutem cũ Chriſto tuo.

Gentes per fidem caritate ſcilicet formatam viuificantur, & Iudæi per incredulitatem moriuntur. cap. 17.

TImeo domine mi, quòd Deus victor
& glorioſus, qui viuificauit iſtas gen
tes per fidem quòd inquam interfe
cit nos incredulitate noſtra: ſicut
ipſe dicit per os Eſaię 65. c. t Pro eo ꝙ vocaui,
& nõ reſpondiſtis, hæc dicit dñs Deus. Ecce ſer
ui mei comedẽt, & vos eſurietis, ecce ſerui mei
gaudebunt in exultatione cordis, & vos concu
tiemini præ amaritudine corporis, & interfi-
ciet te Deus Iſrael, & vocabit ſeruos ſuos nomi
ne alio, in quo benedicet Deus illi, qui benedi-
ctus eſt ſuper terram. amen. l Et nos videmus
redẽptiones iſtius nominis, benedictus à Deo
ſuper faciem terræ, & nos diſperſit in captiui-
tatem per quatuor partes mundi hodie ſunt
mille anni. Apparent in nobis expreſſè veſtigia
iræ Dei, non ad caſtigationem, ſed ad deſtru-
ctionem, & iſta eſt interfectio, quam Deus cõ-
minatus eſt, ꝙ interficiet Iſraël, & iſtæ gentes
viuæ vel vicinæ, quas vocat ſeruos ſuos, rece-
perunt nomen, quod Deus promiſit, ſed non
ante mortem noſtri nominis primi, ſecundum
ordinem verborum Dei per Eſaiam, & fames
& ſitis, quam nos patimur. non eſt panis: ſed
cordium & animarum ſceleritas, & eſt fames
verbi Dei & ſitis ſicut propriè declarat per os
Amos Prophetæ 8. c. Et domine, tu ſcis hoc
pulchrius, quàm ego.

Veruntamen nos Dei ſumus in omnibus,
quæ accidunt nobis.

Gentes ab Apoſtolis ad Chriſtum conuerſa. cap. 18.

TImeo domine mi, quòd gentes quæ
viuificatæ ſunt iam ſunt mille anni
poſtquam mortuus fuit Iſraël, quæ
nihil boni habebant antequam in
Deo, & in Chriſto eius crederent, quòd ipſe fe Abach. 1.
cerunt nos illos piſces, illas beſtias, de quibus
loquitur Abacuc propheta, quæ non habent
ducem, & ipſe gentes purificatæ per fidem ha-
bent ieiunia ſua, & obſeruantias nouæ legis, &
habent cuncta illa, quæ ad munditiam perti-
nent contenta in lege antiqua Iudæorum. Vi-
des, ꝙ in omni lingua, & in omni angulo & in
omni loco, in oriẽte & occidẽte gẽtes ſunt cõfi
tentes nomen Dei, & non crediderunt in eum
per Moyſem, nec per aliquem prophetarum,
quamuis ſint ſtudioſi in lege & in libris pro-
phetarum. Sed Deus vocauit eos per diſcipu-
los iuſti, qui eſt egreſſus cum Deo in ſalutem Abach. 3.
eorum, ſicut ipſe Deus benedictus, & glorioſus
dixit per eos Abachuc prophetæ, & ipſi etiam
fuerunt filij noſtri de filiis Iſraël, quia alio no-
mine vocantur Apoſtoli. Vnde pauco do-
mine mi, quòd iſti ſunt illi, de quibus di-
xit Deus per os Dauid prophetæ Pſalm. 18.
t In omnem terram tonuit ſonitus eorum, &
in extremis finibus terræ expanſa ſunt ver-
ba eorum. l Et tunc expreſſè propheta
demonſtrauit, quòd de iſtis loquitur.

& non de nobis cum dicit. ‹ Nõ erit lingua, neque ſermo, quæ non audiet voces eorum. ‹ (Pſal. 18.) Et hoc non poteſt eſſe de lingua Hebraica. Quæ enim gentes obedierunt patribus noſtris Moyſi & Aaron; quinimmo ipſi interfecerunt gentes, & fugauerunt eas à ſe, & gentes ſciunt hodie Moyſem, & prophetas, cognoſcunt Deum, & ſeruant legem nouam, ſicut Apoſtoli docuerunt eos.

Filij prophetarum ſunt Apoſtoli, de quibus prophetæ multa prædixerunt. c. 19.

CAPVT XIX.

Timeo domine mi, quòd illud verbum Zachariæ prophetæ 13. ca. ‹ Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues, ‹ Fuit completũ quando nos percuſſimus paſtorem iſtorum puerorum ſcilicet Apoſtolorum, & extunc nos oues diſperſæ fuimus per vniuerſorum orbem, & iſti filij noſtri ſcilicet Apoſtoli, intrauerunt loco prophetarum, quod apparet ex hoc, quòd Deus poſt illos non miſit nobis prophetas, neque notificauit nobis aliquem per viſionem. Timeo domine, quòd iſti Apoſtoli ſunt illi pueri, de quibus dicit Deus per os Iohelis prophetę 3. cap. cum dicit, ‹ Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & pueri veſtri videbũt viſionem. ‹ Certiſſimè domine mi, ſenes ſunt prophetæ noſtri qui ſomniauerunt fidem gentium, quã conſecuti ſunt, & viderunt iſti pueri ſcilicet Apoſtoli. Et de iſtis pueris dicit Dauid propheta pſal. 33. ‹ Venite filij mei audite me, timorẽ domini docebo vos. ‹ Et Deus non nominat Iudæos filios in plurali, ſed solùm nominat eos Iſraël primogenitum in omni vſu loquendi, & in aliis pſalmis vocat iſtos pueros filios cum dixit. ‹ Filij tui ſicut nouellæ plãtæ. ‹ (Pſal. 127.) De iſtis autem, domine mi, dicit dominus per Eſaiam 5. c. ‹ Vinea Dei exercituum, fuit domus Iſraël, & expectaui, vt veniret cum vuis, & venit cum ſpinis mihi propter hoc adducam, qui deſtruet illam, & ponam illam in conculcationem. ‹ Et de iſtis prædictis filiis Dei, qui dicuntur Apoſtoli, dicit Deus per Eſaiam 29. ca. ‹ Nõ erubeſcet Iacob, vt liqueſiat facies eius, ſed tunc quando videbit de filiis ſuis illos, quos creauerunt manus meæ, ſanctificantes ante oculos ſuos. ‹ Et ſi eſſẽt domine mi iſti filij ſãctificati coram nobis ſecundum viam legis noſtrę, non diceret Deus, quòd eſſemus in erubeſcentia propter hoc, & diſſoluerentur facies noſtræ, immo haberemus gloriam, & ſplenderent facies noſtræ. Confuſio facierum Iacob & diſſolutio eſt ita, quòd iſti filij, quos Deus creauit manu ſua, ſcilicet Apoſtoli ſunt ſanctificati coram nobis, non ſecundum legem noſtram per quod Deus dat intelligere, quòd lex noſtra non erit lex ipſorum. (Hier. 31.) Dicit etiam Deus per os Hieremiæ prophetæ. ‹ In illa die non dicetur, patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obtupeſcunt. ‹ Dicit.

A Infidelitas Iudæorum non nocuit fidei Apoſtolorum, nec nocebit, & propter hoc ſubditur. ‹ Viuo ego, dicit dominus, ſi erit vltra prouerbium iſtud in Iſraël. ‹ (Ezech. 18.) Quia nunquam aliquis de Apoſtolis, poſtquã receperũt fidem redijt ad fidem noſtrã, quare nõ ſentiũt acerbitatem infidelitatis noſtræ, ſicut dentes noſtri obſtupeſcunt de peccato patrum noſtrorum. Ad hæc de iſtis filiis, domine mi, qui ſunt Apoſtoli: dicit Deus per os Eſaiæ prophetę. ‹ De quo transmigrabo, niſi à populo meo? filij autem, qui non erunt infideles, dominus erit ſa- B uator eorum in omnibus anguſtiis eorum, & vultus eius cuſtodiet eos in caritate eius, & in clementia ſua redimet eos, & propitius erit in longitudinem dierum. ‹ Hæc authoritas non inuenitur in Eſaia. Veriſſimum eſt domine mi, quòd iſti filij, de quibus loquimur, ſemper manſerunt firmi, & Deus non transmigrauit ab eis ab illo tempore, quo redemit eos rex ille iuſtus magiſter eorum, ſed transmigrauit à nobis Deus, & fuit ſemper cum eis. Et de iſtis etiam filiis qui ſunt Apoſtoli, dicit ſapiens C Ieſus filius Syrach in libro ſuo 3. cap. Audite me filij chariſſimi, & operabimini ad ſalutem, quoniam Deus honorat patrem in filiis. ‹ Et qualiter debeat intelligi honor iſte declarauit Deus per os Malachiæ prophetæ, cum dicit. 3. cap. ‹ Mittet, Deus Heliam, qui cõuertat corda patrum ad filios. ‹ O domine mi, ſi Deus conuertere deberet corda filiorum idest, Apoſtolorum ad patres, cum hoc debeat intelligi de fide, tunc iſti filij, ideſt. Apoſtoli fuiſſent nobiſcum in captiuitate iſta, quæ non habet finem, ſicut & patres noſtri & nos ſu- D mus: ſed ex quo Deus ordinauit, quòd debeãt corda patrum ad filios conuerti, quid eſt quòd expectamus domine mi, & quid præſtolamur? Et ſi volumus dicere, quòd alij filij debent eſſe præter Apoſtolos, de quibus intelligantur prædicta, illi erunt in captiuitate ſicut & nos, ex quo viam iſtius iuſti non ſunt ſecuti, & docuerunt ſequendam, & propter hunc honorem patrum in hoc, quòd patres debent ad filios conuerti. Cùm ergo domine mi, filij noſtri venerunt, antequam patres noſtri ad fidem E Dei ſunt conuerſi, ſi corda noſtra conuertantur ad filios illos: corda illorum conuertentur ad nos. Et ſic dicit De⁹ altiſſimus. Erit populus vnus, & animus vn⁹, in Deo glorioſo & victorioſo. Nec debem⁹ intelligere iſtã conuerſionẽ, niſi de infidelitate ad fidem, & doctrinã iſtius iuſti, qui eſt magiſter ſalutis eorum, qui credunt in eum, & ſecundum quod Dauid dicit de eo, ipſe eſt ille, cuius ſacerdotium in æternum erit ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fuit rex & ſacerdos Dei altiſſimi ante Aarõ. (Pſal. 109.) Et attẽde dñe mi, quanta ſit differẽtia inter F ſacerdotiũ Aaron, & dñi iuſti iſtius. Dixit dñs domino meo, ſacerdos tu es in æternum, non ad patres: ſicut Aaron, qui mortuus eſt centum viginti trium annorum. (Gen 14.) Item ſacrificium Aaron fuerunt carnes, & ſacrificium iſtius iuſti domini fuit panis & vinum, quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech. (Num. 18. & 28.) In quibus verbis Deus per prophetam manifeſtè oſtendit quòd ſacrificium finiretur quando inciperet iſtud ſacrificium in æternum. & ordinatio

ſacrifi-

ſacrificanda ſecundum Aaron ex toto ceſſaret, quando inciperet ſacrificium in pane & vino, æternaliter duraturum. Sed quia de hoc domine mi habeo loqui ſpecialiter, dicam aliqua quæ mihi occurrunt de iſtis filiis Dei, de quibus dicit Ieſus propheta filius Beihzedi primo cap. (Non habemus iſtã prophetiam) Erit locus, in quo dicetur, vos eſtis filij Dei viui. Et iſte locus domine mi abſq; dubio eſt eccleſia quia propheta denotat locum ſecundum, in hoc quòd dicit. Erit locus: quia ſynagoga, quæ eſt locus primus, iam erat, & ſynagogam vocat Deus per os Moyſi, & Aaron, & omnium prophetarum, Iſraël primogenitum meum, ſed in plurali, & quaſi quemlibet in ſpeciali iſtos ſecundo genitos vocat propheta, filios Dei viui. De iſtis etiam filiis dicit Deus per os Moyſi Deute. 32. cap. Sanguinem filiorum ſuorum vlciſcetur, & lauabitur terra populi ſui. Et nos domine occidim⁹ prophetas, & non fecit Deus vindictam de eis niſi per ſeptuaginta annos: ſed occidimus apoſtolos & iuſtum magiſtrum eorum, & fecit vindictã de filiis iam ſunt mille anni, & per mortem eorum lauit Deus terram populi ſui. Non dicit terram filiorum Iſrael. De ipſis etiam dicit Dauid pſal. 126. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij fidelis. Comparat autem propheta iſtos fideles ſagittis emiſſis de manu potentis, quia Deus omnipotens miſit eos ad duodecim partes per quatuor mundi climata, cùm doctrina legis & Pſalterij & prophetarum. Moyſem autem & Aaron non miſit extra domum ſanctam ad docendum: non ad Indiam, non ad Romam, nec ad loca alia extra terram ſanctam miſit eos enunciare doctrinam legis & prophetarum: & ſic iſti proiecti, vel miſſi per vniuerſum mundum domine ſurrexerunt etiam Dei loco noſtri, poſtquam Deus occidit Iſrael, & nomen noſtrum, & per iſtos innouata eſt lex prima ſecundum ordinationem Melchiſedech, qui ſacrificium Dei inſtituit in pane & vino: de quibus communicauit Abraham amicus Dei, prout erat in lege ſcriptum apud nos. Quoniam Deus per miniſterium iſtorum permutauit ſacrificiũ noſtrũ, ſicut mutauit nomen noſtrum, & ſicut mutauit legem antiquã carnalem, in nouam legem ſpiritualem. Et ſi Deus dixiſſet meſſiæ noſtro ſiue Chriſto, Tu manes ſacerdos in æternum ſecundum legem Moyſi & Aaron, ſtaret lex illa. Sed dixit ei, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & amicus Dei ſcilicet Abraham communicauit de ſacrificio panis, non de ſacrificio carnium. Nos tamen Dei ſumus in omnibus quæ eueniunt nobis.

Gen. 14.

Deus mutauit ſacrificium ſicut mutauit legem.

Pſal. 109.

Sacrificio carnium reprobata ſacrificium panis & vini. i. corporis & ſanguinis domini noſtri in forma panis & vini Deo eſt acceptiſſimum. vide etiam ex Thalmudicis doctoribus idem aſtendentem Galat. lib. 10. cap. 4. 5. & 6.

CAP. XX.

Timeo domine mi, quòd Deus elongauit nos à ſe, & ſacrificium noſtrũ, ſed & acceptauit ſacrificium gentium, ſicut ipſe dicit per os Malachiæ prophetæ primo cap. Nõ eſt mihi voluntas dicit Deus, neque recipiam ſacrificium veſtrum quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſũ eius magnum eſt nomen meum in gentibus, quæ offerunt nomini meo ſacrificium mundũ &c. Ergo apud Deum ſacrificiũ gentium eſt mundius, quàm ſacrificium noſtrum. Et inſuper, quia Deus priuauit nos omni ſacrificio & mundo ſacrificio, vt alios doceret Chriſtianos vt ipſi vitarent nos, vt non contaminarentur: ſic nos vitauimus gentes omni tempore, quo ſacrificium noſtrum fuit mundum apud Deum & acceptum. Legas etiam tu domine mi, quod dicit Deus in pſal. 49. de noſtro ſacrificio cum ait per os Dauid. Nunquid vidiſtis vos quod ego comederem carnes taurorum, aut hircorũ ſanguinẽ biberẽ? per quod manifeſtat Deus, quòd ipſe contemnat ſacrificium noſtrum ſcilicet carnium. Et vnde eſt nobis hoc domine mi, quod nos deteſtamur in gentibus ſacrificium panis & vini, quòd ſtatuit Deus & in nullo approbat ſacrificium carnium? cùm Salomõ propheta deſcribat Aaron dicens ſic. Iſte. i. Aaron extendit manus ſuas ſuper altare, & obtulit ſanguinem vuæ incenſum de vino, & obtulit ſacrificium noſtrum de granis terræ ſic Melchiſedech obtulit per Abraham. Deus etiam teſtificatur per os Ieſu prophetæ 9 cap. quòd nos obtulimus ei ſacrificium de panibus, cùm dicit. Nõ efficiatur ſacrificium panis quoniã panes veſtri triſtitiæ ſunt, & quicunque comederit ex eis cõtaminabitur. Vnde non aliquã do offerebamus ſacrificium panum, ſed nullũ eſt acceptum Deo ſacrificium de manibus noſtris. Et de noſtro ſacrificio carnis dixit Ieſus propheta filius Bethzari 9. cap. Deus magis diligit pietatem & miſericordiam, quam ſacrificium carnium. Declarat etiam Deus ſacrificium gentiũ per Moyſem, Leuit. 24. c. Offeretis Deo ſacrificium de leuatis de area, & de expreſſione vuæ & benedicet vobis, & cunctis operib. manuum veſtrarum. Scimus nos etiam domine mi, quòd Deus mandauit in principio poni ante arcam fœderis panes & non carnes. In Exod. 29 c. dixit Moyſi. Offeras hircũ cum illo panes azymos. Qui panes azymi ſunt ſacrificium gentium in 3. lib. legis 21. cap. cum præcepit Aaron per Moyſẽ, dicens. Homo de ſemine Aaron ſacerdotis, qui habet maculam non offerat Deo ſacrificium de panibus, nec aliud ſacrificiũ quodcunque. Vide domine, quòd præponunt ſacrificium panis. Dicit etiã dominus per Moyſem, 3. lib. legis 3. ca. Offeretis Deo ſacrificium de omnibus habitationibus veſtris panes duos de primitiis frugum, & cum panibus arietes ſeptem. Et primo ponit domine mi panes, & poſtea carnes. In alio loco legis, quem tu ſcis domine mi, dicit Deus charus, & glorioſus filiis Iſraël. Quando intraueritis terram habitationis veſtræ quam ego daturus ſum vobis in hæreditatem, offeretis Deo panes in ſacrificium, & ſacrificabitis totũ & ad tauerim eũ farina puriſſima. Ergo Deus præcepit fieri ſacrificium de pane & farina puriſſima & acceptauit illud. & tale eſt hodie ſacrificium gentium, ſcilicet panis & farina puriſſima de ſacrificio etiam panis fit mentio. 1. Reg. 21. c. cũ Dauid venit ad Achimelech principem ſacerdotũ in Sylo, & petiuit ab eo panes

Eccl. 45. hæc fere habentur.

Gen. 14.

Leuit. 21.

Leuit. 23.

qui reſpondit. t Non ſunt hic panes, niſi panis oblatus in ſacrificio ſancto, quem non conuenit cōcedere pueris tuis, quia eſt ſanctus. l Hæc dicta ſunt de ſacrificio panis, & plura alia dici poſſent, quę tu domine mi noſti. Sed quia gentes ponunt in ſacrificio aquam non debet nobis videri inconueniens: quia etiam in ſcriptura ſancta inuenimus de hoc exempla ſcilicet quòd Deo fiebat ſacrificium de aqua, & fuit Deo acceptum. Inuenimus enim 2. Regum 23. c. quòd duo iuuenes hauſerunt aquā de ſiſterna, quę erat iuxta portam Bethleem, & propheta Dauid obtulit iſtam in ſacrificium ergo non eſt contra ſcripturā, ſi gentes hodie ponant aquam in ſacrificio, quòd faciunt Deo. Nos legimus etiam, vt dictum eſt, quòd Aaron fecit ſacrificium Deo de pane & vino, & Dauid fecit ſacrificium de aqua: & iſta tria ſunt ſimul in vno, vnde ſacrificium mundum, ſpiritnale, quantum natura eorum patitur magis, & quātum etiam intellectus noſter melius excogitare poteſt, nō ſunt tamen taurorum pinguium. Helias etiā pater noſter vt narratur in 3. Regum infudit aquam ſuper ſacrificium carnium & Deus miſit ignem de cælo, & acceptauit ſacrificium aqua ſuperfuſum. Angelus etiam id mihi figurat, cum communicauit cum pane ſubcinericio & aqua, cùm ambulauit in fortitudine cibi (ſuprà id quod natura poteſt concedere) quadraginta diebus vſque ad montem Dei. Hoc etiam ſacrificium vini cum aqua mixtum pulchrè & apertè deſcripſit Deus per os Salomonis prophetæ in libro Prouerbiorum c. 9. cum dicit. t Sapientia altiſſimi communicauit ſacrificium ſuum miſcuit vinum ſuum & poſuit menſam, tunc miſit per ſeruos ſuos dicens, Qui eſt paruulus: veniat ad me, & inſipiens comedat panem meum, & bibat vinum meum temperatum aqua. l Quid eſt domine mi menſa parata ſapientiæ altiſſimi, niſi altare? quid panis & vinum mixtum niſi ſacrificium de pane & vino & aqua, quod fit in altari? qui ſunt inſipientes vocati per ſeruos ſapientiæ niſi gentes, quæ ignorabant Deum, vocatæ per apoſtolos. Et notabiliter dicit panem ſuum per quod innuit hoc ſacrificium eſſe gratum. Et ad iſtud conuiuium tam ſubtile, tam ſpiritualc, non vocauit patres noſtros, qui erāt occupati in ſacrificio legis carnalis, quod etiā carnale ſacrificium non dimiſit nobis, ſed priuauit nos illo iam ſunt mille anni completi: quod nobis accidit propter illum iuſtum, in quem peccauimus.

Chriſtiani aqua vino in ſacrificio cur admiſceant.

3. Reg. 18

3. Reg. 19

Sacrificium Miſſæ vbique viget, & ſanctorum ſacrificia abolita.

CAP. XXI.

VAldè paucо domine mi, ab illo verbo quod Deus fortis & glorioſus dicit per os Malachiæ prophetæ c. 1. vbi agit de ſacerdotio gentium. t Ab ortu ſolis vſque ad occaſum gentes offerunt ſacrificium nomini meo. l Vbi aduerto, quod ſacrificium noſtrum non fuit niſi in vno ſolo loco, ſcilicet in domo ſancta præciſè quo etiam loco & ſacrificio priuauit nos Deus in terra promiſſionis, & vbique terrarum iam ſunt mille anni, Vnde venit ſuper nos, & completum eſt illud, quod dominus dixit loquens per ſimilitudinem per os Eſaiæ 32. c. vbi ait. t Completa eſt vindemia, & non eſt de cætero collectio. l Venit igitur ſuper nos & completum eſt, quod dicit dominus per os Malachiæ, vbi ait. t Non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificium non recipiam à vobis. l Venit etiam & iam completum eſt ſuper nos quod dixit Deus per os Eſaiæ cap. 1. cum ait. t Sabbata veſtra, & feſtiuitates veſtræ & ſacrificium veſtrum non recipiam: quia vos omnes eſtis in ira mea. l Venit etiam & completum eſt ſuper nos, quod dicit Eſaias eodem cap. cum loquitur Deus per eum, & ait. t Quid mihi & multitudini victimarum veſtrarum, quia multiplicatis mihi ſacrificium de arietibus, & de carnibus arietum & hircorum cum præſentaretis eas? ego enim contempſi ſanguinem vitulorum, & carnes arietum, & hircorum cum præſentaretis eas coram me. & quis recipiet illas à vobis? ha non deturpes lapides meos ſanctos fruſtrà non offeratur vltra ſacrificium quoniam incenſum veſtrum, & ſolennitates veſtras, & ſabbata veſtra non recipiam à vobis, quia odiuit illa anima mea. Si eleuaueritis manus veſtras ad me auertam vultum meum à vobis, & ſi multiplicaueritis orationem non exaudiam: quia manus veſtræ ſanguine plenę ſunt, & omnino ſacrificium veſtrū ſicut cadauer fœtidum in ingreſſu atrij portæ exteriorum. Et ille, qui mihi iugulauerit taurū ſicut qui decollauerit hominem, & ille qui obtulerit in ſacrificium hircum, ſicut qui obtulerit canem, & qui obtulerit in ſacrificium vinum, ſicut qui offert ſanguinem porci. l Sed hæc oblatio ſacrificij apud Deum, nihil aliud ſignificat, niſi mutationem ſacrificij noſtri carnalis & groſſi in ſacrificium iſtius iuſti domini ſpirituale & ſubtile: qui inſtituit offerri panem loco carnium, & aquam mundam loco pinguedinis, & purum vinum loco ſanguinis, & hoc modo ſpirituali & acceptabili Deo non ſunt animalia decollata per nos quæ per prophetam comparātur cadaueri fœtido. Nos tamen derſumus domine mi & ad ipſum redibimus in omnibus, quæ euenient nobis. Et quare non credimus hoc domine, cum hæc quæ locutus eſt Deus per prophetam, deſcribit tam euidenter de ſacrificiis noſtris? Dicit etiam Deus per Hieremiam prophetam cap. 7. t Inuitate proximos veſtros ad ſacrificia, & comedite cum eis carnes ſacrificiorum veſtrorum, quia in die, qua eduxi patres veſtros de Ægypto, non præcepi eis nec verbum de ſacrificiis: ſed dixi eis. Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus. Si ambulaueritis in omnibus, quę præcepero vobis, benè erit vobis, & non audierunt, neque poſuerunt aurem ſuam ad dictum meum. l Et tu domine mi es ille, qui nouiſti hæc: nihilominus Dei ſumus in omnibus, quæ euenient nobis.

Mal. cap. 1

Eſa. 1.

De eccleſia & Synagoga.

CAPVT XXII.

IInco domine mi, quòd de ſynagoga, & eccleſia intelligunt illud verbum, quòd ſcribitur ca. 25 primi lib. legis, cùm ait dominus Rebeccę vxori

vxori, Iſaac. t Duę gentes ſunt in vtero, & duo populi diuidentur à ventre tuo, gens gentem ſuperabit, & maior ſeruiet minori. I Domine mi ſola Rebecca fuit mater Iudæorum & gentilium: populus maior & primogenitus fuit ſynagoga, quæ magna fuit honore & ſcientia Dei, populus ſecundo genitos ſuit gens in infidelitate manens, & in ignorantia ſua. Sed domine mi Deus occidit Iſrael prout deſcripſit Eſaias propheta. Tunc tota ſubuerſa eſt, & ſynagoga quę fuerat maior ſeruiuit eccleſiæ gentiū quę fuit minor. Et completur illud verbum quod Deus dixerat Rebeccę. t Gens autem ſuperabit &c. I Domine mi de eccleſia dicit Deus per os Dauid pſal. 44. t Adſtitit domina à dextris tuis in veſtitu deaurato diſtinctis coloribus adornata. I Exponitur domine mi, quòd in eccleſia gentium, quæ vocatur regina, diuerſitas linguarum omnium, quę ſeruiunt ei, eſt ordinata colorum diſtinctione: nam omnis lingua concordat in vna expoſitione legis, & pſalterij, & librorum omnium prophetarum. Synagoga non habuit niſi vnam linguam adornatum ſuum quaſi colorem vnum, ſcilicet Hebræam. Paueo etiam domine mi, à verbis frequéter inductis ſuperius quæ per Malachiam prophetam dixit Deus ſynagogæ, cùm ait. t Non eſt mihi voluntas in ſacrificiis veſtris, quia ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius magnum eſt nomen meum inter gentes, quæ offerunt nomini meo ſacrificium mundum. I Sicut de natura ſunt munda aqua, & vinum, & farina pura, de quibus faciendum ſacrificium non indiget mundatione vel lotione, ſed de ſynagoga indigent lauare carnes ſacrificiorum ſuorum, & purgare ventres animalium, quæ in ſacrificio offerebantur, & lauare locum de ſanguine & pinguedine ſacrificiorum, aliàs eſt ei horror tractare & videre. In ſacrificio autē panis, & vini, & aquæ nihil apparet indecens, nihil turpe, etiam carnaliter ſumptum. Exiſtimo domine mi, quòd de ſacrificio eccleſiæ dicit Deus per Salomonem Prouerbiorum. t Melior eſt bucella pura panis cū caritate, quā vitolus ſaginatus cū inimicitia. I Bucella amoris domine mi, eſt manſuetudo ſuper manſuetudinem, & remiſſio mutua offenſarum. Et vitulus ſaginatus eſt oculum reddere pro oculo, & interfectio inimicorum. Ergo domine ſacrificium ſynagogæ eſt vitulus pinguis cum inimicitia: & ſacrificiū eccleſiæ eſt bucella caritatis, de qua dicit Deus. Melior eſt pura bucella, vt ſupra. Nos tamen Dei ſumus domine mi, in omnibus, quæ eueniunt nobis. Pulchræ etiam deſcribit Deus Eccleſiam aſſimilando eam ceruæ per os Salomonis Prouerb. .c. cum ait. t Cerua Deo cariſſima in hinnulo ſuo vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare in æternum. I Si ſynagoga poſſet dici cerua aliquo modo non eſſet nobis poſſibile exponere verbum iſtud de illa: præſertim non habuit hinnulum vnum ſolum: ſed hinnulos multos. Hinnuli eius fuerunt Moyſes & Aaron, Dauid & Eſaias, Hieremias, Zacharias, Daniel, cæteri ſimiles. Eccleſia eſt Deo dilecta cerua, in hinnulo ſuo vno de qua & de quo ſcribitur. Cerua cariſſima in hinnulo ſuo, ſcilicet in vno non habente parem in nobilitate & gratia. Tunc addit domine mi & dicit. Inebrient te vbera eius in omni tempore, & delectare in amore eius in æternum. In quibus verbis ſic Deus deſcribit ſacrificium eccleſiæ datiuum omni tempore in æternum. Aſſimilat autem Deus illam matri lactanti filios: ſed in hoc, quod dixit. Inebrient te, denotat materiam ſacramenti ſpecialiter, quantum ad vinum, & vbera denotant in reliquis partibus ſacramenti cum vino delectabili, nutritiuum ſufficiens: quo ſacrificio fruitur: & delectatur eccleſia iam mille annis. A quo tempore priuauit Deus ſynagogam ſuo ſacrificio. Hinnulus autem ille nobilis, in quo eccleſia eſt tam grata Deo eſt Chriſtus dominus & vbera eius dant vinum perpetuum, de quo prouenit gaudium ſempiternum. Non dicit, quòd dabit carnem & pinguedinem, & ſanguinem, quæ fuerunt laborioſum ſacrificium ſynagogæ, quo Deus priuauit eam iam ſunt mille anni. Non tamen Dei ſumus domine mi in omnibus, quæ eueniunt nobis. Fuit autem ſynagoga ſicut mulier, & habuit aliquando virum ſupple Deum & perdidit illum, & domū ſanctam, & villas oratiunis, & eccleſia cerua in deſerto ſine marito, Sed Deus ſupplet illi. Vnde dicit ipſe fortis & glorioſus Deus per os Eſaiæ prophetæ c. 64. t Puellæ ſequeſtratę melius ſunt, quam quæ habent maritum. I Idem etiam propheta 43. c. dicit ſic. t Ego faciam in deſerto viam, & flumina magna ad dandum potum populo meo, & tu Iacob nō obedies, & tu Iſrael non audies. I Sic nos domine manſimus extra obedientiam, nec habemus aures nec oculos. Quapropter & captiuitas noſtra iam vſque ad cumplementum mille annorum peruenit. Et timeo domine mi, quòd ei tua noſtra, quæ vt ferens iram habebat in promptu dicere. Oculum pro oculo &c. Sed de cerua iſta quæ habet vnicum hinnulū dicit in euangelio ſuo Matth. 5. c. t Qui te percuſſerit in vna facie, præbe ei alteram. I Loquitur Dauid propheta pſa. 30. t Quam magna, & quam multa dulcedo tua domine, quam obſcondiſti à timentibus, & compleuiſti eam ſperantibus in te. I Et clarum eſt domine, quod populus ſynagogæ timuit pœnas legis, oculi ſcilicet pro oculo in promptu excuſſionem. Sed populus eccleſiæ ſperantes ſunt in dulcedine Dei, qui percuſſi in faciem non repercutiunt: quapropter parauit illis ſcilicet gentibus Deus magnam multitudinem dulcedinis ſuæ quam abſcondit Iudæis. Sed tamen Dei ſumus domine mi in omnibus caſibus.

Malach. 1.

In ſacrifi. cio Chriſtianorum nihil apparet inde cens.

Prou. 17

Hinnulus Eccleſiæ Chriſti.

Ex. 21

Gentes Dei legem nouerant & cantant. Iudæi verò minime.

CAP. XXIII.

PAueo domine mi, quòd loquitur Deus de nobis per Eſaiam prophetam c. 29 cum ait. t Quod erunt prophetiæ apud nos ſicut verba libri ſignati, quę non capit lector, vt ignorans literas. I De filiis autem ſupra-

ſupradictis, quos toties Deus deſcripſit, vt allegatum eſt pluries, loquitur Deus in eodem capitulo cum dicit. ‡ Manifeſtabunt ſanctum Iacob, & euangelizabunt Deum Iſrael & accipient ignorantes prudentiam, & muſici ſcient legem. | Apertè videmus iam ſunt mille anni domine mi, quòd ignorantes & muſici ſciunt, & docent legem. Et qui ſunt ignorantes niſi gentiles qui etiam ſunt muſici cantantes pſalterium noſtrum & prophetias in eccleſiis ſuis? de quibus muſicis & cantoribus dicit Deus per os Dauid pſal. 97. ‡ Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. | Et quod eſt iſtud canticum domine niſi teſtamentum nouum & antiquum, lex noua & antiqua? Et de iſtis muſicis domine mi iterum dicit per os Dauid. ‡ Cantate domino, & benedicite nomini eius, &

Pſalm. 95. in pſalmo 65. Cantate domino omnis terra, Pſalmum dicite nomini eius. at in eo-

Pſalm. 21 dem pſalmo dicitur. Conuertentur ad te domine omnes fines terræ. at ibidem. Tibi cantabunt, & dicent nomini tuo pſalmum vniuerſæ familiæ gentium. | Adorabit te dicit vniuerſę familiæ terræ, & non Iſrael. Singulariter etiam de illis muſicis ô domine mi, dicit Deus per os Dauid pſalm. 88. ‡ Beatus populus, qui ſcit cantilenam, domine in lumine vultus tui ambulabunt. De illis dicit etiam pſal. Cantabunt tibi gentes canticum. | In iſto loco ponitur cantilena antonomaſticè. at hodie iam ſunt mille anni quòd nos Iudæi non cantauimus canticum in domo ſancta, De illis cantoribus dicit Dauid. Cantabunt pſalmos ſuos in domo Dei in æternum. De nobis dicit in pſal.

Iſa. 58. 136. ‡ Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? | at qualiter poteſt eſſe domine mi, quòd nos ſperemus habere terram nouam, cùm Deus dixerit per os Amos prophetæ 5. cap. ‡ Cecidit Iſrael non reſurget, virgo Iſrael proſtrata eſt non eleuabitur? Dixit etiam idem propheta 9. c. ‡ Eueniet eis tribulatio, & non ſaluabitur qui fugerit ex eis. at ſi abſconderint ſe in monte Carmeli: inde præcipitabit eos manus mea: & ſi deſcenderint in profundum maris, ad illud immittam ſerpentes, & mordebunt eos, & ſi abierint ad captiuitatem coram inimicis ſuis ibi mandabo gladio & occident eos, & ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum. | at quum fecerit nobis Deus hæc iam ſunt mille anni compleri, quod canticum quem pſalmum cantabimus: ex quo ſic eſt?

Gentes Deo laudem verè cantant, quas cum irrident Iudæi ſtultæ Michol aſſimilantur.

CAPVT XXIIII.

Hiere. 44. DOmine mi, Deus dicit de nobis. Opponā oculos meos ſuper eos in malum & non in bonum, ſicut manifeſtè videmus iam ſunt mille anni: dixit verò de iſtis filiis muſicatoribus A per os Dauid prophetæ. ‡ Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce lau- Pſalm. 46

dis, & pſal. 29. Cantate omnes familię terræ Pſalm. 99

ſeruite domino in lętitia, intrate in conſpectu eius in exultatione, & ſciote, quia dominus ipſe eſt Deus, ipſe creauit nos & non ipſi nos: quoniam nos ſumus populus eius & oues paſcuę eius: introite portas eius in confeſſione & Pſalm. 99

domū eius in cantilena confeſſionis. & magnificate nomen eius quoniam ſuauis eſt: & miſericordia eius vſque in æternum, & pſal. 70. Cantate Deo omnis terra, enunciate de die in diem ſalutare eius vſque in ſæculum ſæculo- B rum. | Pauen domine mi, ex quo Deus dicit nobis per os Hieremiæ prophetæ 9. cap. ‡ Docete filios veſtros & filias veſtras planctum & fletum quoniam mors ingreſſa eſt per portas veſtras. | Quod Deus dicit de iſtis muſicis ſiue muſicatoribus per os Dauid prophetæ pſal. 148. Reges terrę & omnes populi, principes & omnes iudices eorum, iuuenes & virgines & magoi & parui glorificent nomen Dei, & in pſal. 49. dicit. In ſacrificio cantus honorificabunt me. | Ac ſi apertè diceret non in ſacrificio hircorum & inteſtinorum ipſorum, ſicut erat ſacrificium noſtrum. C Cùm etiam domine non negemus verba creatoris noſtri, qui dicit per os Eſaiæ prophetæ 49. cap. Muſici ſeu muſicatores addiſcent ſcripturas. Cùm totum pſalterium Dauid ſit muſicali arte notatum, ſonos habens acutos & graues. His omnibus conſideratis videtur mihi, quòd nos erramus in hoc, quòd eos de ſuę laudis ſacrificio abdicamus, quos eccleſia Deo exhibet in cantando, præſertim cùm in lege noſtra de hoc inuenimus præcepta & exempla. Dauid enim dicit. ‡ Laudate eum in cithara, & in omni organo: laudate eum in cymbalis iuſtitiæ omnis ſpiritus D laudet dominum. | Hęc ſcribuntur pſal. 150. Exemplum etiam habemus 2. Reg. 9. cap. vbi legitur, quòd Dauid diſcooperto capite ſaltans pſallebat cum cythara ante arcam domini, quem temeraria Michol vxor ſua auſa eſt redarguere. cui ipſe ait: ‡ O fatua, non me videbit Deus ante ſe non deſpectum pſallentē & ſaltātē. | at filij etiā Iſrael ſonabāt buccinis, dum tranſducebatur arca Dei. Sed quid ſumus domine mi obſecro nos irridentes ſolennitates iſtorum muſicatorum, niſi Michol fatua? at qui ſunt iſti, niſi Dauid canentes, & exultantes in Deo in humilitate? pręſertim cùm Deus dicat, omnis ſpiritus laudet domi- Pſal.

num ſi dixiſſet omnis Iſraelita præciſe, tunc poſſemus aliis inſultare. Et ſi Deus fortis & glorioſus dixit per os Iſaiæ 40. cap. quòd gentes omnes ſunt in conſpectu eius quaſi nihil, hoc intelligendum eſt de gentibus illis, quæ fuerunt antequam haberent notitiam Dei, per aduentum Chriſti, quia tunc fuerunt pagani & idololatræ. Non intelligi poteſt illud verbum de iſtis gentibus, quæ inuenerunt Deum Malac. 1

F qui offerunt ei omni die ſacrificium mundum in oriente & occidente, ſicut dicit Deus per os Malachię prophetę, & iam ſuperius allegatum eſt. at certè domine mi nos erramus in hoc. Attamen nos Dei ſumus in omni euentu, qui nobis eueniet.

Iudæorum

Iudæorum de Meſſia venturo vana expectatio.

CAP. XXV.

PAtet domine mi, quòd nos apoſtatauimus à Deo in primo aduentu iſtius Ieſu, de quo induximus authoritates prædictas: & cui expreſſe conueniunt omnia quæ ſcripta ſunt apud nos in libris legis & prophetarum: pro- B pter quam apoſtaſiam Deus ſic protendit in longitudinem dierum captiuitatem iſtam nobis & ſi expectamus ſaluatorem alium ab iſto, nihil prodeſt nobis. Et argumentum nobis euidens eſt illa captiuitas, quæ fuit in Babylonia ſeptuaginta annorum, & quantum ad tempus, quia breue, quantum ad gratiam, quia Daniel propheta fuit captiuus nobiſcum, qui erat amicus Dei, & per quem Deus conſolabatur nos in libertate propinqua. Non etiam omnes tribus fuerunt in illa captiuitate. Sed hæc captiuitas iam peruenit ad complementum mille annorum, nec eſt Daniel nobiſcum, & omnes C tribus nulla excepta ſunt in diſperſione elongatæ à domo ſancta. Signum eſt euidens peccatum eſſe generale, in omnibus nobis nullo excepto, quod peccatum perſeuerat in nobis, & perſeuerabit, & ira Dei ſuper gentem noſtram ſine fine, & tamen expectamus aliquem, quæ expectatio non prodeſt nobis. Et ſi voluerimus dicere quod hęc captiuitas non eſt generalis, & quod aliqua tribus eſt in aliqua parte mundi, quę habet reges & principes, cito poterimus ſecundum legem noſtram argui de mendacio & conuinci. Nam ſi nos Iudæi regem D & principes haberemus, hoc eſſet de ſola & vna tribu ſcilicet Iuda. Sed Deus definiuit ſuper Iudam, quòd non eſſet ex illa dux in æternum. Vnde dixit per os Hieremiæ prophetæ c. 17. † Peccatum Iudæ ſcriptum eſt cum ſtylo ferreo in lapide adamantino, inſidens ſuper corda ipſorum. ‖ Et illud, quod ſcriptum eſt cum ſtylo ferreo in lapide adamantino qualiter deleri ſperamus? Non delebitur in æternū præſertim cum Deus fortis & glorioſus loquens per os Eſaię prophetæ dicat ſic tertio cap. † Dominator dominus auferet à Hie- E roſalem & Iuda iudicem, prophetam, & principem. ‖ De nobis etiam dicit Oſee propheta filius Bethezeri 3.c. libri ſui. † Erunt filij Iſrael ſine principe, & ſine lege. ‖ Nos ſcimus domine mi, quod ab initio mundi fuerunt aliqui magni, & ſancti coram Deo, & in principio fuerunt longę vitæ ſicut Mathuſalē & Enoch & cæteri. Sed nullius ipſorum extendit Deus vitam vltra mille annos. Et nos inuenimus inter nos, quòd meſſias ſiue Chriſtus nobis miſſus fuit natus in Babylonia tempore captiuitatis illius, quæ fuit ſeptuaginta anno- F rum. Et ſecundum hoc Chriſtus noſter habet ætatem mille quingentorum annorum quam fabulam non ſolum non prophetia, ſed etiam nulla ratione poſſumus defendere. Hæc tamen dicimus, & aſſerimus in ſynagogis noſtris, vbi nullus commiſcetur nobis extraneus. Sed audias Chriſtianorum doctrinam ſuper pſal.

A 86. † Dicetur ad Syon, dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe eſt altiſſimus, qui fundauit eam. ‖ In verbis iſtis propheta nominat Mariam dominatricem ciuitatem, ſeu nomine ciuitatis, & dicit, quòd homo dixit, & homo natus eſt in ea, nō dixit talis, Iſraelita vel talis vt intelligatur, quòd filius Mariæ non fuit vnquam in lumbis alicuius hominis & in ſecundo libro Reg. cap. 7. hoc manifeſtè declaratur cum dicit Deus Dauid. † Quando compleueris dies tuos, & dormieris cum B patribus tuis, ſuſcitabo progeniem tuam poſt te, quæ egredietur de vtero, & ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. ‖ At nunquam fuit poſſibile domine mi, quod aliquis filius egrederetur de vtero patris ſui: ſed hoc expreſſe ponit ad demonſtrandum, quòd Chriſtus non fuit accipiendus in muliere per ſemen deciſum à lumbis, ſicut cæteri homines tam à Dauid, quam ab alijs deſcendentes. dicit etiā per os Dauid. pſal. 109. † Ex vtero ante luciferum genui te. ‖ Acſi Deus fortis & glorioſus diceret de Chriſto ſuo, quod de voluntate ſua, quæ eſt ſpiritusſanctus, genuit eum non de C ſemine producendo illum, & ponit ex vtero, quia Chriſtus natus tantum de vtero ſine ſemine virili præter curſum ſolitum naturæ, & hæc eſt doctrina Chriſtianorum quæ non intrat capita noſtra. Et propter hoc euenit nobis hoc, quod nobis euenit. Deſcribit etiā per eundem modum Chriſtum naſciturum Dauid propheta cum dicit pſal. 131. † Iurauit dominus Dauid & non pœnitebit de fructu ventris tui ponam ſuper thronum meum. ‖ Attamen Dei ſumus in omni euentu, qui nobis euenerit.

Vide Iudæorū fabulas de Chriſto nato, ſed nondum manifeſtato apud Galat. lib. 4 c. 12.

Chriſtus non natus eſt ex ſemine.

D *Alcoran de Chriſto teſtimonia vide Gala. li. 8. cap. 6.*

CAP. XXVI.

ECce mi domine nobis non opponunt Chriſtiani dicta Saracenorum, & pręcipuè quæ tradūt in Alchorano, & etiam in expoſitionibus eius ſcientes quod nos non reciperemus: ſicut nec ipſi recipiunt cum ad fatigationem noſtram eſſet, & ad fortificationem, maximè ſi nobis exponerentur il- E la quæ dicuntur à Saracenis de Ieſu: & de Maria matre eius: omnes enim Saraceni dicūt, ꝙ ipſe eſt ille meſſias quem prophetę dixerunt eſſe venturum. Et pręponunt illum Machometo quantum ad genealogiam. Fatētur enim, quod parentes Machometi fuerunt idololatrę, & de ſemine Agar ancillę & dicunt, quod meſſias fuit filius Iſaac, & prophetarum, & iuſtorum & ſanctorum in recta linea vſque ad Mariam virginem matrem eius. De Maria verò dicitur, ſic in Alchorano de familia Iomar. Dixit angelus Gabriel ad Mariam, O Maria Deus elegit F te, & dotauit te gratia, & prælegit te ſuper mulieres omnium ſanctorum, & poſuit te quaſi vnum medium diuidens inter homines terrenos, & inter angelos in paradiſo deliciarum. Dicunt etiam omnes Saraceni, quod Chriſtus ſiue Meſſias habuit à Deo poteſtatem faciendi miracula, ſanandi omnem languorem & infirmitatem

mitatem, eiiciendi dæmonia, & reſuſcitandi mortuos & credunt omnia miracula, quæ Ieſum feciſſe euangelium commemorat. Et hoc expreſſe teſtatur Alchoranus, vbi dicitur etiam. 3. cap. prædicto ſcilicet de familia Domar, quòd meſſias ſciuit & ſcit omnia, etiam ſecreta cordium. Vnde verba Machometi fuerunt talia. Sciuit eiee. i. Ieſus omnes libros, & omnem ſapientiam, & totam legem Moyſi vſque quo ſuot, & dicit Sciebat etiam, quid homines comedebant in domibus ſuis, & quid reponebant in theſauris ſuis. Dicunt etiam de Chriſto ſiue Meſſia, quòd dum fuit in hoc mundo, contempſit diuitias, abiecit carnales delectationes & concupiſcentias, quæ ſunt cum peccato & cauſa inobedientiæ. Et induci tot in Alchorano illud verbum euangelij. [Vulpes foueas habent &c.] Et hæc omnia domine licet ſint ſine authoritate à parte dicétis ſiue dicentium, ſunt tamen conformia iis, quæ prophetæ dixerunt de Meſſia in primo aduentu ſuo, vt patet in ſupradictis. Dicitur etiam in Alchorano quòd eiee. i. Ieſus eſt verbum Dei. Et hoc ſcilicet eſſe verbum Dei eſt apud Saracenos, quaſi nomen proprium Ieſu, ita quòd nullus alius vocatur hoc nomine niſi Ieſus, quem vocant eice, arabicè. Sic etiam dicitur in Alchorano, ſicut Deus dicit eiee. O ego ſum ſufficientia tua, ego eleuabo te vſque ad me, & purificabo te ab infidelibus.

Mat. 7.

Gens Iudæorum omnium minima, & euangelio non Alchorano credendum.

CAPVT VLTIMVM.

Onſidero domine mi, quòd præter captiuitatem, quam patitur gens Iudæorum, iam ſunt mille anni, etiam ſumus pauciſſimi Iudæi in comparatione aliarum nationum. Nam Saraceni multiplicati ſunt & creſcunt, quotidie fides etiam Chriſti totum replet mundum, nos verò vbique diſperſi ſumus cum opprobrio noſtro, & vbique ſumus pauciſſimi, quaſi non fuerimus primogeniti: ſicut dicit Rubem cui dixit pater: non creſcas. Nos autem non creſcimus, quinimmo illi pauci, qui ſumus, etiam ſumus imminuti ſuper omnes gentes & nihil proficimus, & teſtimonium multorum ſtat contra nos, ſcilicet Saracenorum & Chriſtianorum, & Alchoranus & euangelium, quibus noluimus credere. Quamuis meo iudicio Alchoranus nil valeat, cùm manifeſte contineat contradictoria, ſicut melius ipſe noſti. Et compoſitor ſiue compoſitores eius, vtrumque (ſicut apparet euidenter) ignorauerunt teſtamentum. Sed quid dicemus de euangelio, quod ſuppoſito, quòd Chriſtus ſiue Meſſias iam venit nihil continet contra prophetias & legem noſtram? Sed eſt manifeſtè impletio omnium prophetarum & promiſſionum quæ in lege continentur, ſumendo ſpiritualiter, prout doctrina continet Chriſtiana. Nihilominus domine mi ſuper his dubiis, quæ ex noſtris habui prophetiis, me certificare digneminí, quia de Alchorano teſtimonia ſcio, quòd quaſi nihilum reputabis, tu maximè, qui Arabicum ſcis perfectè, & noſti, quod ille Machometus, qui dixit ſe prophetam, nec ventura prædixit, & qui dixit ſe nuncium Dei, contra Deum & eius ſcripturam docuit: vt corruptus homo penitus & ignorans.

Gene. 49

Epiſtolæ Rabbi Samuelis
F I N I S.

AO1 1669684

Google

D 12.

Digitized by Google